
V
B J
C
Mag. St. Dr.
915358 III

QUÆSTIONES EXEGETICÆ
IN SACRAM SCRIPTURAM VETERIS ET NOVI TESTAMENTI
ET EARUM ELUCIDATIONES,

Collectæ ex varijs Authoribus.

IN GRATIAM EORUM
QUIBUS DEEST COPIA INTERPRETUM,
UT IN EPITOME HABEANT,
QUOD IN VASTIS VOLUMINIBUS QUÆRERE DEBERENT.

PARS PRIOR

à GENESI usque ad ISAIÆ Prophetiam

OPERA ET STUDIO

R. P. MARTINI BRICTII
SOCIETATIS JESU
Prutheno-Varmiensis.



BRUNSBERGÆ
TYPIS COLLEGII SOCIETATIS JESU

ANNO DOMINI MDCCXXVII.

APPROBATIO
LOCI ORDINARII.

Cùm nomine A. R. P. Martini Brictij Societatis JESV, Rectoris Collegij Brunsbergensis Liber: *QUÆSTIONES EXEGETICÆ IN SACRAM SCRIPTURAM VETERIS & NOVI TESTAMENTI* intitulatus, Celsissimo Principi Illustrissimo & Reverendissimo Domino Domino Christophoro Joanni Comiti in Słupow Szembek DEI & Apostolicæ Sedis Gratiâ Episcopo Varmiensi & Sambiensi Terrarum Prussiæ Præsidi, S. R. I. Principi reverenter exhibitus fuisset, jam aliàs à Theologis revisus, & examinatus; Sua Celsitudo Illustrissima eumdem librum, siquidem Doctrinæ orthodoxæ & moribus nihil contrarium continet, & alioqui uberem in Sacris exedris laborantibus atq, Sacrarum literarum Studiosis, alijsq; lectoribus fructum afferre possit, ut prælo subjici, & in lucem publicam prodire queat, Authoritate Ordinariâ approbavit. In quorum fidem &c. Dat. Bischdorffij in Palatio Episcopali die 4. mensis Augusti. Anno Domini 1725.

Ad mandatum expressum Suæ Celsitudinis prælibatæ



NICOLAUS ANTONIUS SZULC
Canonicus Guttstadiensis, Publicus S. Authoritate Apostolica Notarius, & Episcopatûs Varmiensis Cancellarius
mpp.


FACULTAS R. P. PROVINCIALIS
SOCIETATIS JESU.

Cùm Librum, qui inſcribitur Quæſtiones Exegeticæ in Sacram Scripturam Novi & veteris Teſtamenti & earum elucidationes, à Patre Martino Brictio Societatis Sacerdote conſcriptum, aliquot ejusdem Societatis Theologi recognoverint ; & in lucem fructuosè edi poſſe judicaverint ; poteſtate mihi facta ab Admodum Reverendo Patre Noſtro Michàéle Angelo Tamburino præfatæ Societatis Præpoſito Generali concedo, ut typis mandetur; ſi ijs ad quos pertinet videbitur. In cujus rei fidem has literas manu mea ſubſcriptas Sigilloque munitas dedi. Datt. 11. Junij 1726.

LADISLAUS DAUKSZA
Societatis JESU.



PROOE-



PROOEMIUM.

EXpositio Exegetica est indicatio sensûs, quem S. Scriptura significat, per sensum autem Scripturæ intelligitur ejus significatum, in quo relucet mens Auctoris, illiusq; genuinus conceptus, & germana intentio. Sensus autem verborum Sacræ Scripturæ alius est *literalis* & alius *Spiritualis* seu *mysticus*. Primus est, quem secundùm leges grammaticales verba præseferunt & significant ex intentione DEI loquentis. Alter verò est ille, qui sub rerum literaliter & historicè significatarum cortice latet, & intenditur à Spiritu S. ut cùm legis: *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum & projice abs te.* Literaliter hunc locum intelliges de oculo capitis tui, & effossione reali, spiritualiter verò per oculum intelliguntur objecta, quæ te ad peccatum inducunt, & hæc præcipit DEUS amovere à te & ab oculis tuis. Sensus literalis alius est *historicus*, alius *parabolicus*. Primus explicat, & sumit verba, & significata verborum, prout re ipsa sunt in se, aut facta, ùt cùm legis: *in principio creavit DEUS cælum & terram.* Secundus verò loquitur de rebus, non ut sunt in se factæ, sed similitudinariè, & parabolicè, quatenus alia ita possunt fieri, sicùt hæc facta supponuntur, ex intentione instruendi & docendi, qualiter aliqua fieri debeant, ùt cùm legis: *simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro*, id dicitur, ut discas omnia contemnere, & impendere, ut cœlum lucreris. Ex parabolis contentis in Scriptura quædam continent rem gestam, quæ adfertur in similitudinem, ut cùm Christus Matt. 13. dixit: *Simile est regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum.* Aliæ continent non quidem rem gestam (saltem cum illis omnibus circumstantijs) sed tamen possibilem, ut illa Luc. 8. *exijt qui seminat seminare &c.* & illa Luc. 15. *Homo quidam habuit duos filios &c.* Aliæ continent rem impossibilem, ut illa Jud. 9. *ierunt ligna, ut ungerent super se regem, dixeruntq; olivæ, impera nobis.* in quibus verba non possunt accipi in propria significatione sed per metaphoram transferuntur ad alia immediatè significanda. Sensus literalis Sacræ Scripturæ non debet dici ille, qui in aliquo repugnat Ecclesiæ auctoritati, seu determinationi, quantumcunq; talis sensus videatur esse conformis literæ. Ratio est, quia talis sensus non solùm non intenditur ab Auctore, sed potiùs est hæreticus. Nec ille sensus pro literali habendus est, qui rectæ rationi repugnat. Ratio est, quia talis sensus non potest intendi ab Auctore Scripturæ scilicet DEO, utpote qui est prima & summa Veritas, à quo summa Veritas derivatur.

Spiritualis & Mysticus subdividitur in allegoricum, Moralem seu tropologicum & anagogicum. *Allegoricus* est, qui tangit plerumq; res fidei adumbratas in veteri testamento, quæ fieri debent in novo, talis latet in illo mysterio Scripturæ de exaltatione serpentis per Mosen, qua figurabatur crucifixio Christi: In agno Paschali præfigurante Eucharistiam. *Moralis* seu *tropologicus* dici solet ille, secundùm quem res, quæ narrantur gestæ, indicant ea, quæ in moribus nostris imitari & facere debemus, ùt cùm narratur

clementia Salvatoris in cruce pro crucifigentibus se orantis, docemur: ut & nos oremus pro inimicis nostris. Anagogicus demum est, qui narrat ea, quæ in utroq; testamento acciderunt, ut in nobis spes erigatur ad ea consequenda in æternitate, quæ significata sunt per talem sensum. Sic ingressus filiorum Israel in terram promissionis significat Anagogicè ingressum animæ in gloriam cœlestem. Omnes hos sensus habes in voce Sabbathum. Literaliter enim significat quietem DEI, qua septimo mundi die cessavit ab opere sex dierum. Allegoricè erat typus illius quietis, qua Christus eodem die Sabbathi quievit in sepulchro. Tropologicè erat typus Sabbathi nostri, id est, statûs legis gratiæ, quo à peccatis cessare seu quiescere debemus. Anagogicè erat typus Sabbathi & quietis æternæ in cælo. Omnes hi 4. sensus illo disticho exprimuntur.

Littera gesta docet, quid credas Allegoria
Moralis quid agas, quò tendas Anagogia.

His additur sensus accommodatitius, quo significatum proprium alicujus vocis aut sententiæ applicamus alteri rei vel personæ, ut dum concionatores dicta de Joseph, Mose &c. applicant SS. Episcopis & Sacerdotibus.



QUÆ-



QUÆSTIONES EXEGETICÆ IN LIBRUM GENESIS.

CAPUT I.

Describitur mundi creatio per spatium 6 dierum: quod scilicet 1mo die factum sit cælum, & terra & lux. 2do Firmamentum. 3tio mare & arida cum herbis & plantis. 4to sol, luna & omnes stellæ. 5to pisces & aves. 6to jumenta & reptilia, & homo, qui Dominus cæterorum constituitur, ac benedictionem accipit à Deo conditore.



Uæstio 1ma. Quid per illud Principium intelligitur, dum Moyses ait: *in principio creavit DEUS cælum & terram*? ℟ Multi SS. PP. per hoc intelligunt 2dam in Sanctissima Trinitate personam, nempe DEI Filium. Sic S. Amb. lib. 1. Hexam. c. 4. *In hoc ergo principio, id est, in Christo, fecit DEus cælum & terram, quia per ipsum omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Idem videtur tradere Apostolus 1. Cor. 1. *Qui est imago DEI invisibilis, primogenitus omnis creaturæ, quoniam in ipso condita sunt universa.* Et Heb. 1. *Quem constituit hæredem universorum, per quem fecit & secula.* Alij SS. PP. cum Aug. Chryst. D. Thoma volunt horum verborum: *in principio creavit DEus &c.* hunc sensum esse: cœlum & terram reliquis operibus priora & initia fuisse. In principio, quando nihil aliud à DEO productum processit, creavit cœlum & terram. Et hinc elicitur cœlum & terram initium esse operum DEI ad extra, item mundum non esse ab æterno, sed tunc factum, quando eum factum testatur Moyses, his suffragatur versio Arabica, quæ habet: Primum, quod creavit DEus, fuit cœlum & terra. *Principium*

2da. Ubi fuit DEUS, antequam in principio crearet cœlum & terram? ℟ fuit in se ipso, cùm enim tunc nihil esset ab eo distinctum, in quo esset, nec ipse indigeret loco ad existendum, nullibi esse poterat, præterquam in se ipso. Unde Tertull: l. contra Praxeam. c. 5. inquit: Ante omnia erat DEus solus, & ipse sibi & mundus & locus & omnia. Bellè Poëta quidam quæstionem præsentem instituit & resolvit: *Deus in se.*

Dic ubi tunc esset, cum præter eum nihil esset?
Tunc, ubi nunc, in se, quoniam sibi sufficit ipse.

3tia. Quid per totam æternitatem egit DEUS, antequam conderet mundum? ℟. se ipsum indefessa mentis acie continuò contemplabatur, & contemplando incessanter generabat Verbum vivum, seu Filium verum Patri æqualem, ex quorum mutuo amore infinito spirabatur Spiritus Sanctus. Insuper cogitabat de mundo condendo & gubernando, & delectabatur in Ecclesia electorum suorum, quorum omnes & singulos actus per totam æternitatem eliciendos ordinabat; atq; hæc & his similia cogitando, annos æternos in mente habuit, eratq; DEUS ab æterno, prout cecinit Boëtius l. 1. de consolat. Metro 9. Mundum mente gerens pulchrum, pulcherrimus ipse. *Actiones Dei ab æterno.*

4ta. Quomodo DEUS non afficiebatur tædio carens per longissimam æternitatem consortio creaturarum? ℟ Quia gaudebat meliore, eoq; sufficientissimo ad perfectissimam beatitudinem consortio trium Divinarum Personarum: in quibus cum omnimoda esset æqualitas, summa unitas, suprema dignitas, infinita perfectio, non poterat non semper infinita perfundi voluptate, quamvis nullum existeret bonum creatum. Bonum enim & verum absolutè infinitum atq; æternum, natum est movere ad sui cognitionem, amorem & gaudium infinitum atq; æternum. Deinde cùm in essentia, sapientia & omnipotentia *Tædiū non cadit in Deū*

ſua DEus contineret univerſam ſeriem omnium poſſibilium creaturarum (in eſſentia radicaliter, in ſapientia intentionaliter, in omnipotentia virtualiter) non erat omnino deſtitutus conſortio creaturarum. Rectè S. Aug. l. 4. de Trinit. c. 17. Apud DEUM, inquit, nihil eſt præteritum aut futurum, ſed apud ipſum etiam præterita & futura ſtant. Proinde totam voluptatem, quam ex creaturis exiſtentibus actu extra cauſas percipit, percepit ab æterno.

Mundi productio. 5ta. Solusne DEUS Pater produxit mundum? ℞ non ſolus, ſed omnes tres perſonæ Divinæ ſimul. Nam juxta commune TT. axioma; omnes DEi operationes ad extra, communes ſunt toti Trinitati: cùm enim una tantùm ſit omnipotentia communis omnibus perſonis Divinis, ſicut & natura Divina, una etiam & communis eſſe debet omnium operatio per omnipotentiam.

Mundꝰ cur productꝰ. 6ta. Quare DEus mundum produxit? ℞ non ex indigentia, ſed ſuperabundantia bonitatis ſuæ illum condidit, idq; ad honorem & gloriam ſuam. Hic eſt finis principalis & generalis ac ultimatus omnium & ſingularum rerum creatarum, quem indicat ſapiens. Prov. 16. dicens: *Univerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus.* Nec deterruit DEum à mundo condendo multitudo & gravitas offenſarum, quæ ex ipſo in eum eſſet redundatura: novit enim etiam ex peſſimis elicere bona; & voluit exuberanti bonitati ſuæ pompam facere, benefaciendo etiam malis. Secundariò à DEo conditus eſt mundus propter electos ipſius, teſte Apoſt. 1. Cor. 3. ubi ait: Omnia veſtra ſunt, ſive mundus, ſive vita, ſive mors, ſive præſentia, ſive futura; omnia enim veſtra ſunt, vos autem Chriſti, Chriſtus autem DEI.

Mundus quãdo productus. 7ma. Quando cœpit DEus condere mundum? ℞ certum eſt apud omnes Catholicos, & manifeſtum ex præſenti capite hujus libri, mundum non fuiſſe ab æterno ſive à ſe exiſtentem, ſive à DEo conditum, ſed per annos infinitos & æternos non fuiſſe, ac tandem à DEo eductum eſſe ex nihilo. Chronologi, dum tempora quæ à mundi exordio fluxerunt, retexunt, inveniunt certum annorum numerum, ultra quem mundus fuit nihil. Juxta Martyrologium Romanum die Nativitatis Chriſti Domini mundus adhunc uſq; annum 1725 duravit annis ſexies mille nongentis & 25. Juxta computum Saliani annis 5779.

Mundus in vere cœpit. 8va. Qua anni parte & quo die cœpit mundus? ℞ probabilius eſt, quòd tempore verno, prout ſentiunt S. Amb. Greg. Nazianz. Cyrillus & alij PP. & DD. communius. Vernum enim tempus aptiſſimum eſt rerum generationi, lætiſſimum, & naſcenti adoleſcentiq; mundo maximè congruum. Unde & Poëta l. 2. Georgicorum:

Non alios prima creſcentis origine mundi
Illuxiſſe dies; aliumve habuiſſe tenorem
Crediderim. Ver illud erat. Ver magnus agebat
Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri.

Quod diem attinet: primo hebdomadæ die, qui nunc Dominicus eſt, cœpit opus ſuum Architectus DEUS. Cum enim per 6 dies continuaverit rerum productionem, & 7mus, quo quievit, ſit Sabbathum, ſeu ultimus hebdomadæ, neceſſe eſt 1mo hebdomadæ die fabricam mundi inchoatam eſſe.

9na. Cur DEus non ſimul omnia uno momento condidit, ſicut potuit, ſed per ſpatium 6 dierum? ℞ nos docere voluit, ne præcipites ſimus in operando. Eſt enim inter regulas prudentiæ: non omnia ſimul dicere, quæ ſcis: nec facere omnia ſimul, quæ potes. Cum tempore venit conſilium maturius, & modus agendi melior, & media affluunt plura.

10ma. An in principio & ante lucem conditam DEus creavit ſolùm cœlum & terram? ℞ creavit & aquam & alia duo elementa. Item nobiliſſimos puriſſimosq; ſpiritus Angelos: item carcerem infernalem. De aqua teſtatur ſcriptura v. 2. ubi dicit: Spiritus DEI ferebatur ſuper aquas, & tenebras fuiſſe ſuper faciem Abyſſi, poſtea verò v. 3. dicitur condita lux. Alia quoq; duo elementa ignem & aërem cum terra ſimul creata eſſe docent S. Baſil. Damaſc. & Beda apud Pererium, eaq; delituiſſe intra viſcera & cavernas terræ. Non deſunt, qui per Spiritum, qui ferebatur ſuper aquas, intelligunt ventum, ſeu aërem concitatum. Etiam aquæ non parum àëris immixtum eſſe potuit, cùm aqua tunc fuerit rarior, inſtar vaporis.

Angelorum creatio. De Angelis teſtatur S. Aug. Epiph. Greg. M. & definitum eſt in Concilio Lateranenſi c. *firmiter de ſumma Trinitate.* Hugo l. 1. de Sacram. p. 1. c. 10. de hac Creatione ſubtiliter diſcurrit, nempe Angelos creatos eſſe cum cœlo, & per illud tempus ſeu moram, qua terra fuit inanis & vacua, fuiſſe in ſtatu ad merendum & demerendum, dum verò lux à tenebris diviſa eſt, Beatos Angelos in gratia confirmatos, malos verò ad inferas tenebras detruſos eſſe, & ita quod in mundo ſenſibili agebatur, fuiſſe imaginem eorum

eorum, quæ in mundo intelligibili contingebant. Creatos autem esse in ipso cœlo empyreo communiter docent TT. cum S. Thoma & Bernardo, quia creati sunt primo die, cum & in aliquo cœlo, nullum autem tunc erat cœlum ad inhabitandum pro Angelis absolutum præter empyreum. Quod Isa. 14. introducatur Lucifer sedens in cœlo empyreo affectasse: *ascendam in cœlum*, ex hoc non infertur, quòd ibi non erat, quia ibidem ait Lucifer, *ascendam super altitudinem nubium*, & tamen non dicitur, quòd infra nubes creatus sit. Per cœlum ergo ibi non intelligitur locus, sed dignitas Sanctissimæ Trinitatis, quam ambiebat inordinatè, quæ ambitio Divinitatis per ascensum in supremum locum metaphoricè significatur.

Inferni creatio. Infernum quoq; simul cum terra creatum esse in meditullio ipsius censet Corn. à Lap. Probabilius enim est statim primo die mundi conditi, aut etiam ante Lucem conditam peccasse Angelos malos, & illico ad infernum sibi præparatum à constitutione mundi, prout dixit Christus, præcipitatos esse.

Abyssus. 11ma. Quid fuit abyssus, supra quam dicuntur tenebræ fuisse, & quis Spiritus ferebatur super illam? ℞. fuit profundissima & quasi immensa aquarum moles à superficie terræ usq; ad cœlum empyreum porrecta & circumfusa. Spiritus autem Domini, qui ferebatur super illam, juxta S. Hieron. Basil. Athan. & alios, non fuit Angelus aliquis, vel ventus, sed tertia Divinitatis persona, ita ut Moyses primis duobus versibus solam nominet Sanctissimam Trinitatem, & ei creationem mundi tribuat; Patrem per terminum *DEUS*, Filium ibi, *in principio* & hic Spiritum Sanctum. *Spiritus super aquas.* Hanc sententiam sequitur Ecclesia in benedictione fontis baptismalis: *DEUS cujus Spiritus super aquas inter ipsa mundi primordia ferebatur, ut jam tunc virtutem Sanctificationis aquarum natura conciperet.* Ferebatur autem non motu locali, sed impressione specialis virtutis, qua aquæ fæcundebantur ad productionem piscium & avium, seu ut Marius Victor.

Et sacer extensis impendens Spiritus undis
Altrices animabat aquas, dans semina rerum.

Ferebatur super aquas, sicut superfertur rebus fabricandis voluntas & idæa artificis, ait S. Aug. l. 1. de gen. ad Lit. c. 7.

Lucis productio. 12ma. Qualis fuit lux quæ 1mo die producta est? ℞. non fuit qualitas aliqua Spiritualis, sed verè materialis similis luci solari educta ex materia sive cœli, sive potiùs aquæ, atq; in eadem, ut in subjecto recepta, teste Beda, Hugone, Magistro, S. Thoma. Corpus hoc lucidum, sive in circuli sive in columnæ speciem efformatum fuerit, 1mo triduo donec sol produceretur, præluxit orbi, ex quo postea in partes distincto, diviso, addensato, & admoto factus est sol & sidera, ut ajunt Corn. à Lap. & Tirinus. nimirum destructâ formâ aquæ introducta est in eandem materiam nobilior forma solis, aliorumq; siderum. Movebatur corpus illud lucidum ab Angelo ex Oriente in Occidentem per vastitatem abyssi, & confecto intra 24. horarum spatium circulo suo, definiebat diem & noctem, prout nunc sol facit. Et sic primum triduum nascentis mundi mensurabatur motu lucidi hujus corporis. Ejusdem motu, *divisit DEUS lucem à tenebris*, in quantum in hæmispherijs priùs illuminatis, semota luce diei successit nox.

Verbũ creatum & increatum. 13tia. Quo verbo, creato an increato dixit DEUS: *fiat lux*, et postea: *fiat* firmamentum, fiant luminaria in firmamento &c. ℞. dixit verbo increato, & probabiliter etiam creato. Increatum DEI verbum non tantùm est secunda Divinitatis persona, seu Filius, qui à TT. dicitur Verbum DEI rationale, per quod facta sunt omnia Ioa. 1. Sed etiam efficax & rationabilissima ejus voluntas seu decretum, quod ab æterno statuit certas creaturas certo tempore producere, appellatur Verbum & imperium DEI scilicet essentiale, æternum, & omnibus tribus personis commune Verbum, hoc ergo Verbo, & ab æterno & primo illo die dixit DEUS, ut fieret lux.

Valde etiam probabile est, quod insinuavit Theodoretus, DEUM tunc fuisse usum etiam Verbo creato & extrinseco, adhibendo scilicet signa quædam creata externa, quibus conceptum mentis suæ, & voluntatis imperium significabat ad extra. Sed quorsum hoc verbum externum? cùm nullus adhuc hominum esset, qui illud audiret? ℞. jam erant Angeli, qui illud percipere poterant, atq; indè æstimare potentiam DEI conditoris sui, vocantis ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt, ad cujus unam vocem *Fiat* prosiliunt ex nihilo suo, omnia quæcunq; vult existere. Latè hanc quæstionem exagitat S. Aug. l. 1. de Gen. ad literam.

Cœli & terræ productio. 14ta. An cœlum & terra aliaq; elementa producta sint 1mo die, vel ante primum diem & priùs tempore, quàm lux? ℞. in rigore loquendo non possunt dici producta 1mo die, quia 1mus dies tunc propriè cœpit, quando producta est lux. At ante lucem conditam, productum esse cœlum & elementa manifestum, est ex v. 1. & 2. ubi dicitur,

tenebras fuisse super faciem abyssi seu aquarum: non exstitit ergo tunc lux, consequenter nec dies. Nec sufficit, si dicatur productionem cœli & terræ, atq; existentiam tenebrarum super faciem abyssi origine tantùm vel naturâ præcessisse productionem lucis, inde enim sequitur; eodem instanti reali fuisse super faciem abyssi & tenebras & lucem. Nam quæ origine & prioritate naturæ sese præcedunt, ea sunt simul tempore, prout constat apud Philosophos. Necesse est ergo ante lucem, & primum diem, conditum esse cœlum & terram, & alia enumerata q. 10ma, Adeoq; inter productionem earum rerum & lucis atq diei intercessisse aliquam moram saltem brevem, qua tenebrosus erat mundus, Angeli peccarunt & præcipitati sunt, Spiritus autem ferebatur super aquas. Ita sentiunt S. Basil. Hieron. Beda, Hugo & alij PP. apud Pererium hic. S. Thom. in 2. 2. dist. 13. ait: eam sententiam esse magis consonam textui scripturarum. Non obscurè enim id indicat sacer historicus, tum quia non dixit: imo die creavit DEUS cœlum & terram, sed *in principio*: id est ante omnia reliqua 6. dierum Opera: tum quia post existentiam tenebrarum, ponit productionem lucis, & divisionem ejus à tenebris; ac tandem dicit: factum esse vespere & mane diem unum, eumq; primum. Porrò spatium illud temporis, quod intercessit inter productionem elementorum & 1mæ lucis vel consistebat in motu circulari aquæ per aliquem Angelum, ut voluerunt aliqui apud Pererium hic, vel certè tunc nullum fuit tempus extrinsecum; si non fuit alicujus corporis motus regularis, sed solùm intrinsecum, quod consistit in durationibus per se fluentibus, rebusq; creatis congenitis & in ipsis receptis, de quibus sciunt subtiliores philosophi, eaq; absolvunt à respectu essentiali temporis extrinseci.

Vesper & mane. 15ta. Quomodo v. 5. & infra aliquoties ponitur priùs vesper, & postea mane. *factumq; est vesper & mane dies unus?* ℟. Historicum sacrum, ut integritatem diei artificialis, seu civilis constantis horis 24. paucis exprimeret, posuisse terminos diei & noctis. Nam & vesper, seu vespertinum crepusculum est terminus diei naturalis, & mane, seu crepusculum matutinum alterius diei est terminus noctis, dum ergo refert, quòd factum sit vespere & mane: significat integrum diem civilem, includentem, scilicet, etiam noctem subsecutam, transijsse; nec pervertit ordinem temporum, cùm defacto prior sit vesper unius diei, quàm mane alterius diei.

Firmamentum. 16ta. Quodnam sit hoc firmamentum, quod v. 6. dicitur productum die 2do in medio aquarum? ℟. Strictè loquendo est ipsum cœlum stellatum, in quo & stellæ fixæ, partem enim aquarum seu abyssi addensavit DEUS instar crystalli, vel ut loquitur Job instar æris consolidavit, copulando naturæ aquarum nobiliorem & solidiorem formam cœli, cum convenientibus ipsi accidentibus, quo firmamento tanquam muro vel fornice crassissimo divisit DEUS aquas reliquas, partem earum subtiliorem attollendo supra ipsum firmamentum, partem verò crassiorem relinquendo infra firmamentum, quam postea distribuit in maria, flumina, & lacus: aliam deniq; aquarum partem convertit in reliquas sphæras cœlestes, imò etiam (ut Corn. & Tirinus hic volunt) in aerem & ignem si quis est supra tertiam regionem àëris, aqua enim aptissima est transformationi in varia corpora, cùm nec nimis rara nec densa sit. Dixi initio responsionis, *strictè loquendo.* Nam prædicti AA. cum Pererio non incongruè latiùs sumunt hîc nomen firmamenti; scilicet pro omnibus orbibus seu sphæris cœlestibus, ac tribus regionibus àëris interjectis inter aquas terræ superfusas & elevatas super ipsum cœlum empyreum: totum enim hoc aggregatum dividit ex lege DEI inviolabili aquas supercœlestes ab existentibus in terra.

Aquæ super firmamentum. 17ma. Cur DEus super firmamentum posuit aquas? ℟ id factum videri, tum ad temperandum ardorem astrorum, ut voluit Beda, tum ad plectendos homines per diluvium, ut ait Oleaster, tum ad eripiendum nobis adhuc exulibus cœli empyrei splendidissimi prospectum per diaphanas sphæras cœlestes, ut putat Tirinus. Plures aliæ causæ videri possunt apud Corn. à Lap. hîc.

Aquarum congregatio. 18va. Quomodo tertio die aquæ sublunares, quæ universam terram operiebant, congregatæ sunt in locum unum? ℟ cùm priùs essent rariores instar nebulæ seu vaporis, addensatæ sunt tertio die, ita ut longè minore eguerint loco & receptaculo. Quando igitur præcepit DEus: *congregentur aquæ in locum unum*, illico terra, quæ antea æqualiter tota in orbem conglobata erat, ut notat Pererius, alibi in montes altissimos assurrexit, alibi in colles, alibi in valles, voragines & cavitates amplissimas, sinusq; profundissimos subsidit, in quos ad divinum imperium aquæ se receperunt, atq, ita tertio die apparuit *arida*, seu terra sicca, & nata sunt maria, lacus & flumina. Porrò quamvis varia sint maria, aliaq; aquarum receptacula, dicuntur tamen aquæ esse congregatæ *in locum unum*: tum quia major aquarum sublunarium pars recepit se in eum locum, quem occu-

pat

pat Oceanus abyssali profunditate; tum quia reliquæ aquæ per terram sparsæ medijs fluminibus, voraginibus, & venis subterraneis uniuntur Oceano.

19na. An eodem tertio die maria acquisiverint salsedinem suam & cur? ℞. acquisivisse, idq; per immistas aquis marinis exhalationes terrestres, copiosas & adustas. Quod factum est tum, ne computresceret tanta colluvies aquarum; tum ut haberetur convenientius nutrimentum pro piscibus marinis, tum ut faciliùs naves oneratæ sustinerentur ab aqua densiore. Has exhalationes salsas conservat DEUS perpetua similium exhalationum additione, quæ è terra vi solis & astrorum extrahuntur. *Maris Salsedo*

20ma. Quomodo eodem tertio die concurrit terra ad productionem plantarum & 5to aqua ad productionem reptilium & volatilium? ℞. passivè tantùm, seu in genere causæ materialis utramq; concurrisse communiter censent DD. cum Abulensi & S. Thoma 1 p. q. 70. a. 1. in quantum scilicet ex materia dictorum elementorum effectivè eduxit DEUS prædictos effectus. Colligitur id ex v. 24. ubi dicitur DEUS jussisse, ut terra produceret jumenta & bestias terræ, statimq; subjungitur: *& factum est ita*: sed mox v. 25. additur: *& fecit DEUS bestias terræ juxta species suas &c.* Ipse igitur ut causa efficiens, terra ut materialis se habuit. Non improbabiliter tamen Cajetanus & Burgensis asserunt terram concurrisse activè, scilicet extraordinaria DEI virtute adjutam & elevatam, qua factum est, ut omnia germina produxerit in instanti, & cum tota naturali perfectione sua. Sic enim magis propriùs literæ sensus servatur. *Terra produxit plantas.*

21ma. An simul cum alijs herbis & plantis eodem die tertio productæ sint herbæ venenatæ, aliæq; homini noxiæ, & rosæ tunc natæ fuerint sine spinis? ℞. cum S. Basil. Amb. Damasc. & communi sententia Interpretum, eodem die, & non primùm post peccatum Adæ productas esse etiam noxiarum herbarum species. Quia DEus per sex dies omnes omnino rerum species produxit, & universum fecit perfectum; ut non obscurè colligitur Gen. c. 2. Ubi ante omnem peccati mentionem, dicitur DEus fecisse *omne virgultum agri omnemq; herbam regionis*, & die 7mo complevisse opus suum, & requievisse ab universo opere. Deinde si ante peccatum producti sunt Lupi, Ursi, Scorpiones, Dracones & alia noxia animalia: quidni & herbæ? præsertim cum nihil ita noxium sit, ut non habeat suam utilitatem, & si non potest homini deservire, potest alijs animantibus, quæ talibus vescuntur, & homini utilia sunt. Bene Ovidius l. 2. trist. Elog. 1. *Herbæ noxiæ quando productæ?*

Nil prodest quod non lædere possit idem,
Igne quid utilius? si quis tamen urere tecta
Cœperit, audaces instruit igne manus.
Eripit interdum modò dat medicina salutem,
Quæq; juvet, monstrat quæq; sit herba nocens.
Et latro & cautus præcingitur ense viator
Ille sed insidias, hic sibi portat opem.
Discitur, innocuas ut agat facundia causas;
Protegit hæc sontes, immeritosq; premit.

Deniq; si aliquid non potest deservire nutrimento hominis, potest oblectare curiosum oculum, vel alium sensum pascere. Idem communiter tradunt PP. & DD. de spinis rosarum. Peccatum enim naturas rerum non mutavit, ut apud TT. certum est: ac proinde sicut post, ita ante peccatum naturales erant spinæ rosis. Quod si in statu innocentiæ permansisset homo, nihil illi noxium fuisset ex speciali DEI providentia, qua ei concessum fuit plenum dominium in feras & notitia perfecta naturæ & virtutis omnium herbarum aliarumq; rerum sibi subjectarum.

22da. Ex qua materia, & ubi productus est 4to die sol, alij planetæ & astra? ℞. sol & alij planetæ compacti sunt ex lucida illa parte aquarum quæ imo triduo mundum illuminavit, de qua dictum sub q. 12. introductis in illam nobilioribus formis. Stellæ verò fixæ conditæ sunt ex purioribus partibus firmamenti, affusa illis copiosiore luce, alijsq; nobilioribus accidentibus cum novis sustantialibus formis: unde specie distingvuntur à suis orbibus, seu cœlo, in quo versantúr, sicut etiam stellæ fixæ distingvuntur à planetis specie, propter notabiliter diversam vim agendi. Stellas fixas inter se quasdam specie, quasdam numero tantùm distingvi probabile est. Ita Corn. à Lap. Quando non tantùm astra, sed etiam sol & luna dicuntur v. 14. & 17. posita esse in firmamento cœli: firmamentum sumitur non strictè, sed extensivè ad inferiores etiam orbes cœlorum, juxta dicta sub q. 16. *Solis & stellarum productio.*

23tia. Quod est reptile animæ viventis, & volatile, quod 5to die produxerunt aquæ? ℞. reptilia ibi appellantur pisces, ut patet ex contextu; in quantum scilicet non habent pedes, sed ventre incubant aquis & moventur remigando lateralibus pinnis, ac si repe- *Reptile*

rent in aquis. Volatile super terram sunt aves. Has enim simul cum piscibus ex aquis productas esse, quamvis quidam Hebræa secuti Biblia negent: communis tamen sententia SS. Patrum & Interpretum affirmat, patetq; ex vulgata editione bibliorum, quam secuta Ecclesia in hymno feriæ 5tæ ad Vesperas canit: *Magnæ DEUS potentiæ, qui fertili natos aqua, partim relinquis gurgiti, partim levas in aëra. Demersa lymphis imprimens, subvecta cœlis erigens: ut stirpe ab una prodita, diversa repleant loca.* Idem colligitur ex magna similitudine inter utrumq; genus. Nam & aves & pisces mira gaudent levitate & agilitate; & quod avibus sunt alæ & plumæ, hoc piscibus sunt pinnæ & squammæ. Tam aves quàm pisces suum iter caudâ dirigunt, nec lac nec mammas habent, ne celerem cursum impediant. Facti sunt pisces secundùm S. Aug. & Thomam ex aqua densiore, aves ex subtiliore, & magis ad aërem accedente. An inter reliquas etiam productus sit Phœnix, litigant Naturalistæ. Acuratiores philosophi, & qui de avibus exactissimè scripserunt, inter quos Ulysses Aldrouandus, Phœnicem pro fabula habent, eumq; nunquam extitisse ostendunt.

Phœnix.

Prævisio ex inspectione siderum.

24ta. An ex inspectione siderum futura prævideri & prædici possint? ℞ Astrologis indubitatum est, ex siderum observatione futura quædam prævideri posse, ut sunt Eclypses, seu defectus siderum, novi- aut plenilunium, ortus, occasus, conjunctiones & oppositiones, hæc enim evenire cernimus, prout prædicuntur. Ea insuper in mundo sublunari probabiliter prævideri possunt, quæ ex concursu vel oppositione aut consueto Astrorum influxu oriri solent, qualia est aëris salubritas, agrorum fertilitas, pluviæ & siccitates &c. Verùm quæstio hic est de libere & casualiter futuris, an horum astra sint indices, quin & causæ, ut ex eorum aspectu in futurorum notitiam deveniri possit? Affirmant hoc Astronomi, allegantq; multa talium prædictionum exempla secutis mirabiliter effectibus. Ast qui hæc exempla literis consignarunt vel Astronomi fuerunt, vel qui similibus facile fidem habent, quòd ijs delectentur; si tamen quandoq; aliquid ab Astronomis prædictum evenit, id fit, vel quia Dæmon futura prævidens, sagis & magis revelat, potest autem multa hominibus ignota prænosse, tum quia incredibili mentis perspicaciâ & sagaciâ pollet, tum quia notitiam causarum, longamq; habet experientiam, tum quia videt præparationes causarum, secretis consilijs interest invisibilis, & velocissimè de una regione in aliam migrat, ut quod ibi locorum ignotum est, nuntiet, tum deniq; quia ea, quæ facturus est, ipse revelat, priusquam facit: vel quia DEus sæpe permittit, ut eveniat quæ Divinator prædicit. Catholica autem veritas est, futura libera & contingentia ex astris deprehendi non posse, patet ex illo Isa. 44. *Ego sum Dominus irrita faciens signa Divinorum: & Ariolos in furorem vertens: convertens sapientes retrorsum, & scientiam eorum stultam faciens:* Et c. 41. *Annuntiate, quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia Dij estis vos.* Et ratio est, quia homo est liberi arbitrij, potest operari vel omittere, agere bonum vel malum, quomodo ergo determinatè hi effectus in astris notari possunt? Si in ijs tanquam in causa videntur, ergo vel sunt causa libera vel necessaria? Si libera (quod de inanimatis rationis compos dicere erubescit) ergo determinatus effectus in ea non videtur, quia ante actionem Concausæ liberæ seu voluntatis ad neutrum est determinata; si necessaria? ergo effectus, quem Astronomus in ea videt, sequetur necessariò, consequenter homo eum libere non operatur. Deinde in eodem temporis puncto, sub eadem constellatione nascuntur hominum aliquot millia ingenio, indole, moribus, membris, morbis, modo vivendi penitus dissimiles, sunt populi, qui sub eadem constellatione nati, contrarijs prorsus legibus vivunt. Sunt alij qui parili lege vivunt, contrarijs tamen constellationibus nati, ergo earundem constellationum diversus est influxus, & diversarum constellationum influxus sæpe similis, nihil ergo certi in concursu vel oppositione stellarum deprehendi potest.

Animalium species.

25ta. An 6ta die omnes omnino animalium nunc existentium species sint productæ? ℞ productas esse omnes animalium terrestrium species, quæ perfectæ, & homogeneæ, id est ex commixtione maris & fœminæ ejusdem speciei nasci solent. Id enim perfectio Universi requirebat: & ut homo mox condendus, omni varietate perfectam, in quam introduceretur, domum inveniret. Producta sunt igitur etiam inter se inimica animalia, ut ovis & lupus: divinæ tamen providentiæ dispositione fiebat, ut lupus non noceret ovi, ante sufficientem speciei propagationem. Producta sunt item animalia perfecta homini noxia, ut homini in statu innocentiæ existenti, essent subjectione sua voluptati; dejecto autem in statum peccati essent terrori & supplicio: quanquam & peccatori homini, non sunt omnino sine utilitate tum exuuijs pellium suarum, tum apta medicinæ complexioni suæ temperie. Ita communiter SS. PP. & DD. Minuta etiam animalia, quæ ex sudore, exhalatione vel putrefactione nascuntur, ut pulices, mures, aliosq; vermiculos fuisse

fuiſſe ſimul cum aliis animalium ſpeciebus condita non improbabiliter cenſet S. Baſil. contrarium aſſerente S. Thoma 1. p. q. 72. cum S. Aug. quos ſequitur Corn. à Lap. Ad ſummum concedunt, dici poſſe quòd 6to illo die prædicta animalcula producta ſint potentialiter ſeu cauſaliter, non autem formaliter: in quantum non ſunt producta in ſpecie ſua, ſed in cauſis ſuis æquivocis. Certè animalcula, quæ ex humani corporis aliqua corruptione, vel intemperie in ipſo gignuntur, & in eo non ſine moleſtia recipiuntur, nec alium æſtimabilem uſum habere deprehenduntur, tunc creari, contrarium fuiſſet feliciſſimo innocentiæ ſtatui, & inconveniens humano corpori tunc optimè diſpoſito. Hybrides quoq; ſeu animalia adulterina, quæ ſcilicet ex congreſſu diverſarum ſpecierum generantur (ut mulus ex equa & aſino, lynx ex lupo & cerua, Tityrus ex hirco & ove, Leopardus ex pardo & Leæna) prædicta die producta non eſſe formaliter & ſecundùm ſpeciem ſuam, ſed ſolùm cauſaliter, ſeu in cauſis ſuis, docent cum S. Thoma & Ruperto, Molina, Valentia, Salianus &c. contrarium ſatis probabiliter tenente Pererio, eò quòd talia animalia multis alijs ſuis perfectiora, & nobilitate ſua ad perfectionem univerſi plurimùm conducant. Prior tamen ſententia probabilior eſt, tum quia dictorum animalium generatio fit quodam vitio naturæ; eſt autem minùs credibile DEum tunc per ſe creaſſe vitia naturæ, tum quia indies in Africa novæ producuntur monſtrorum ſpecies, quæ etiam dicendæ eſſent 6to illo die productæ à DEO. *Hybrides.*

26ta. *An ſicut in alijs elementis, terra, aqua, aëre DEus in exordio mundi produxit varias animalium ſpecies, ita etiam produxerit in igne?* ℞ ſi quædam animantia, non tantùm vivunt aliquamdiu in igne, prout de Salamandra communis fama eſt, ſed etiam naſcuntur in illo; prout de quibuſdam beſtiolis alatis muſcâ paulò majoribus tradit Ariſt. l. 5. de hiſtor. animalium c. 19, quod ſcil. in Cypro inſula in ſuccenſis fornacibus, quibus calcites lapis crematur, & impune per ignem ſaliunt, atq; ab igne ſemotæ moriuntur, probabile eſt talia animalcula producta eſſe à DEO in igne, quidni etiam conduxerint ad perfectionem univerſi? *Animalia in igne.*

27ma. *Quâ ætate & ſtatura conditi ſunt 6to die primi parentes noſtri Adam & Eva?* ℞ in ætate perfecta ſeu virili, prout colligitur ex mox ſubſecuta benedictione illis à DEo data, *creſcite & multiplicamini*, traditoq; illis dominio in animantia. Productus eſt autem Adam ſtaturâ non gygantea (gygantes enim longè pòſt natos eſſe conſtat ex ſcriptura) eximia tamen proceritate & elegantiſſima corporis ſpecie, qualis decebat animum juſtitia originali inſignem, & principem totius generis humani, imò mundi univerſi. *Adæ & Evæ creatio.*

28va. *Quomodo homo ſit creatus ad imaginem & ſimilitudinem DEi?* ℞ Eugubinus & Oleaſter putarunt DEum, quando voluit producere hominem, aſſumpſiſſe quandam venuſtiſſimi & majeſtate pleni hominis formam, & ad inſtar illius formaſſe Adamum, ſed hoc tanquam fictitium paſſim rejicitur. Non enim ſecundùm corpus, quo comparatus eſt jumentis, & ſimilis illis factus, ſed ſecundùm animum & alias dotes factus eſt ad imaginem & ſimilitudinem DEI homo, idq; dupliciter, ſecundùm ſtatum naturalem & ſupernaturalem. Imago DEI & ſimilitudo naturalis, quæ reſplendet in homine, conſiſtit primo in eo, quòd animâ, qua conſtat, incorporea & indiviſibili, æterna & immortali imitetur DEum incorporeum, indiviſibilem, æternum & immortalem, *2dò* quòd ſit præditus intellectu, voluntate & memoria, qua triade potentiarum (præſertim in ſententia identificante illas cum anima) imitatur DEum trinum & unum. *3tiò* quòd conſtet libero arbitrio. *4tò* quòd ſit capax ſapientiæ, virtutum, gratiæ, Viſionis DEI, ſummæ beatitudinis. *5tò* quòd, exceptis Angelis, reliqua omnia in ſe contineat eminenter. *6tò* quòd plurima & admiranda ingenio & arte efficere poſſit, innumeraq; ſimul mente complecti. *7mò* quòd ſicut DEus totus eſt in toto mundo, & totus in qualibet ejus particula; ita anima hominis tota eſt in corpore toto, & tota in ſingulis membris. *8vò* quòd ſicut DEus eſt finis entium ſe inferiorum, ita homo. *9nò* quòd revereantur illum reliqua omnia animantia, ut Dominum ſuum. *10mò* Quòd ſicut DEus ſe cognoſcendo producit Verbum ſibi ſimile, id eſt, Filium; & ſe amando producit Spiritum Sanctum: ita homo intelligendo ſe producit in mente ſua Verbum intelligibile, expreſſivum principij ſui, unde naturaliter exardeſcit in Amorem ſui, ut notat S. Aug. l. 10. de Trinit. c. 10. & l. 14. c. 11. Hæc eſt naturalis imago DEI in homine, ipſi ejus naturæ intimè & indelebiliter impreſſa, ideoq; per peccatum non amiſſa, ut voluerunt hæretici quidam, ſed ad ſummum obſcurata & infecta. *Homo ad imaginem Dei creatus.* *Imago Dei naturalis.*

Supernaturalis imago DEI relucet in homine inſtructo gratia ſanctificante & juſtitia originali. Per gratiam fit homo divinæ naturæ conſors, particeps amicitiæ divinæ, & acquirit modum operandi divinum, ſeu ſupernaturalem per infuſos habitus ſupernaturales virtutum Theologicarum & moralium; per juſtitiam autem originalem omnes in eo ritè ordi- *Imago Dei ſupernaturalis.*

ordinantur potentiæ, ut concupiſcentia non præveniat rationem, ſed appetitus ſenſitivus & rationalis plenè ſit ſubjectus rationi, ratio autem DEO, nec ullis paſſionibus ſeu affectibus pravis perturbetur homo, ſed perpetua pace gaudeat.

Imago & ſimilitudo an idem

29na. *An pro eodem ſumantur imago & ſimilitudo DEI: & an creaturæ inferiores homine etiam dici poſſint imago DEI?* ℟. ad 1mum. SS. PP. Baſil. Hieron. Chryſoſt. Aug. & alij putant imaginem pertinere ad naturam hominis, ſimilitudinem ad virtutes. Voluit ergo DEUS, ut homo non tantùm ſecundùm naturam repræſentaret DEUM juxta dicta proximè, ſed etiam moribus. Unde S. Chryſoſt. hom. 9. in gen. inquit: imaginem dixit ob principatûs rationem, ſimilitudinem, ut pro viribus humanis ſimiles fiamus DEO manſuetudine, lenitate &c.

Ad 2dum ℟. creaturas homine inferiores non tam eſſe imaginem DEI, quàm quoddam duntaxat veſtigium ipſius, ex quo cognoſcitur DEUS, ut cauſa per effectum. Non enim aſcenderunt ad gradum intellectivi, qui formaliter convenit DEO & homini, non autem rebus homine inferioribus. Ipſa quoq; ratio imaginis divinæ, quæ relucet in homine, licet comparata alijs rebus, ſit valde magnifica & excellens: at ſi accuratè comparetur prototypo ſuo, ſatis eſt debilis & umbratilis tantùm, prout indicat Hebraicum *tſelem*, quod loco imaginis ſignificat umbram ſeu adumbrationem rei. In DEO enim omnia ſunt ſolidiſſima: de cæteris autem dicit pſalmiſta pſ. 38. *Univerſa vanitas omnis homo vivens. Veruntamen in imagine pertranſijt homo.*

Dominium in feras.

30ma. *Quale fuit dominium in feras conceſſum primis parentibus, & an omnino ſit amiſſum per peccatum?* ℟. ad 1mum, conceſſa fuit illis poteſtas plena utendi ad omne obſequium & honeſtam voluptatem quibuſvis animantibus brutis, ita ut in promptu ea haberent ad omne arbitrium ſuum: tum quia ſcientia & ſolertia naturali ſciebant modum domandi & facile tractandi quævis animalia: tum quia ex peculiari providentia DEI per Angelos animalium omnium phantaſia & corpus flectebatur ad nutum, voluntatem & imperium hominis.

Per peccatū diminutum

Ad 2dum ℟. per peccatum licet valde imminutum ſit hoc dominium, non tamen totaliter eſt amiſſum. Nam etiamnum in feris eſt quidam metus hominis & reverentia, nec facile ferunt directum hominis obtutum & oculum fixum, plurimaq; eorum ut notat S. Amb. docentur ut parvuli, ſerviunt ut famuli, adjuvantur ut infirmi, verberantur ut timidi, corriguntur ut ſubditi: nec ulla illis fit injuria, ſi captiventur, & in quemvis hominis uſum honeſtum adhibeantur; imò hic eſt ultimus finis & beatitudo brutorum. Diminutum eſſe dominium hominis in feras alia demonſtratione non eget, quàm experientiâ. Argutè obſervat Hugo de S. Victore, hoc dominium ſpecialiter in extrema animalia decreviſſe, nempe in maxima & minima, ut in Leones, tygrides, pantheras, & in inſecta, ut ſunt muſcæ, pulices, &c. ut homo ex hoc agnoſcat gravitatem peccati, in cujus pœnam etiam minima animalcula ei obedire detrectant. Idem obſervat. Hugo Card. dum ait: *in maximis dominium perdidit per peccatum, ut in Leonibus, ut ſciat quantum amiſerit; & in minimis, ut in muſcis & pediculis, ut ſciat, quàm vilis effectus per peccatum.* Ea tamen eſt DEI offenſi bonitas inquit S. Chryſoſt. Hom. 12. in gen. ut media illa animalia, quæ homini commodo ſunt, ejus ſe ſubmittant imperio, ſuntq; tauri ad vehendum, aſini ad onera, equi ad inſidendum, vaccæ ad lac, canes ad vigilias.

Matrimoniū non eſt præceptum.

31ma. An ex illis verbis DEI v. 28. CRESCITE ET MULTIPLICAMINI *ad primos parentes dictis rectè inferant hæretici ſingulis hominibus præceptum eſſe matrimonium ejusq; uſum ſeu generationem?* ℟. peſſimè inferunt. Nam eadem verba dixit DEUS piſcibus v. 22. qui præcepti capaces non ſunt. Deinde ſequeretur Chriſtum Dominum, Paulum Apoſtolum, alioſq; millenos viros ſanctiſſimos cœlibes & caſtiſſimos præceptum hoc violaſſe, item integrum illum SS. Virginum chorum, quæ agnum ſequuntur Apoc. 14. v. 4. Non ergo per illa verba præceptum dedit DEUS præſertim univerſale de matrimonio & generatione, ſed tantùm dedit benedictionem, ut diſertè ibidem teſtatur ſcriptura & notant SS. Chryſoſt. & Aug. l. 21. de civit. Dei c. 22. Rupertus & alij communiter PP. & DD.

Homo quando bonus.

32da. *Cur poſt productionem hominis non dicitur, quod DEUS viderit eſſe bonum, ſicut dictum eſt poſt productionem aliarum rerum?* ℟. imò quia prævidit DEUS hominem peccando futurum malum. 2dò ex mente S. Amb. & Aug. quia ſacer textus indicare voluit, quòd bonitas potiſſima & propria hominis ſit ex virtute & honeſto uſu liberi arbitrij, de quo nondum egerat. ſed tantùm de productione & exiſtentia hominis. Ratio ulterior eſt ex contextu literæ, quia nimirum paulò pòſt dicturus erat Moyſes univerſaliter v. 31. quòd *vidit DEUS cuncta quæ fecerat & erant valde bona.* Advertit hic S. Aug. l. 1. de gen. contra Manichæos c. 21. quòd cùm Moyſes ageret de particularium rerum productione, tantùm dixit vidiſſe DEUM, quòd eſſet bonum, quando autem de colle-

collectione earum loquitur, dicit fuisse *valde bona.* Tanta, inquit, est vis & potentia integritatis & unitatis, ut quæ bona sunt, tunc multùm ei placeant, cùm in universum aliquod conveniunt atq; concurrunt, universum autem ab unitate nomen accepit. Placet pro fine hujus capitis & quæstionis annotare, quod S. Amb. l. de instit. Virg. c. 3. citat. in glossa ordinaria scripsit: [Cùm omnia opera sua laudaverit DEUS, ubi ad hominem ventum est, solus non videtur esse laudatus, propter quem omnia generata sunt. Hæc fortè causa est, quia alia in specie sunt, homo in occulto, nihil in bestijs plus reperias, quàm quod videtur, meritò ergo alia in exordio laudantur, istius laudatio non promitur, sed reservatur, quia aliorum gratia foris, hujus intus est, aliorum in nativitate, hujus in corde, quid enim tam altum aut profundum, quàm mens hominis? & ideo laudatio ejus non in exordio, sed in fine est, ideoq; sapiens tibi dicit ante mortem ne laudes quemquam Eccli. 11.] Hinc duplex eruitur doctrina. *1ma* Homo recens elaboratus corpore erat venusto & totus decorus, ne autem DEUS, si hominem bonum diceret, exteriorem corporis venustatem laudasse videretur, bonum non dixit, quia in homine nihil inferius, quàm quod videtur. Reliqua opera DEUS vidit bona, quia quod in eis paret optimum, in homine postremum est. Bestiæ quia exteriùs formosæ ceu bonæ laudari possunt: qui ergo inter homines à corporis formositate laudem venatur, id, quod bestiarum est ornamentum, sibi in decorem exquirit: pudeat hominem communem cum bestiis, & non altiorem laudis radicem sibi plantare, ab animo non corporis dotibus laus hominis condigna repullulet. Animam disciplinis excolat, & decorem ex gratia induat: *fallax gratia & vana est pulchritudo, mulier timens dominum ipsa laudabitur.* Prov. 31. Anima timorata, non decora facies coram DEO in pretio est, forma virum neglecta decet. Naso in hoc gloriatur: ingenio formæ damna rependo meæ. Altera doctrina ex verbis Ambrosianis eruitur: *Laudatio non in exordio sed in fine est* Non laudatur homo in primo suo ortu, prævisus est enim malè clausurus. Laudem inquit Poëta *Non bene qui cœpit, qui bene finit habet.* Bene cœpit Saul, Salomon, Judas, & alij, quia verò finis non respondit exordio, laudis expertes sunt, finis non inceptio coronat opus.

CAPUT II.

Completo opere suo quiescit die 7mo conditor mundi DEus, eundemq; diem sanctificat. Describitur insuper plantatio paradisi, & Adæ in illum introductio, formatio Evæ ex costa, institutio Matrimonij, & præceptum de non comedendo fructu ex arbore scientiæ boni & mali.

QUæstio I. *Quomodo v. 3. dicitur DEUS cessasse ab omni opere suo, quod* CREAVIT UT FACERET? Respondet Corn. à Lap. idem significare, ac si per synonima Hebræorum more diceretur, quod creavit faciendo, prout alibi habetur, jurando juravit, faciendo fecit, locutus est dicens. Dici insuper potest: DEUM mundum cum partibus suis creasse, ut faceret; id est, ut eundem stabiliter conservaret, per actionem conservativam, & cum causis creatis continuò operaretur juxta illud Joan. 5: *Pater meus usq; modò operatur.* Deniq; dici potest, quòd ly *creavit*, ad primum diem referatur, *ut faceret*, ad subsequentes, quia DEus primo die creavit materiam primam, ex ea postea cætera formavit, ut sit iste sensus: cessavit DEus ab opere, quòd primo die creavit, ut ex eo firmamentum, stellas, àërem, aquam & cætera faceret, quod sentire videtur D. Thomas hîc: creavit primò in materia informi, ut faceret postmodum die illa communi. *Creavit Deus ut faceret.*

II. *Quomodo v. 4. attribuitur cœlo & terræ generatio & creatio?* ℟ si spectetur totum compositum cœli aut terræ, sic genita dicuntur, quia secundùm probabiliorem Philosophorum sententiam formæ substantiales cœli & terræ non sunt productæ ex nihilo subjecti, sicut Angeli & anima rationalis, sed ex materia prima, quæ propriè creata fuit, eductæ, atq; in illa ut causa materiali receptæ; Lato tamen modo dicuntur creata, in quantum proximè antè omnino nihil fuerunt secundùm omnes partes suas, adeoq; prorsus ex nihilo sui prodierunt per omnipotentiam DEI: secus ac nunc res materiales producuntur, utpote quarum materia longè ante præexstitit. *Generatio & creatio tribuitur cœlo & terræ.*

III. *Quis fuit fons qui v. 6. dicitur irrigasse universam terram?* ℟ cum Saliano: idem est, q. v. 10. Dicitur fluvius egrediens de loco voluptatis ad irrigandum paradisum, imò extra illum circumjacentes regiones; tantus enim fuit fons ille, ut propter aquarum abun- *Fons irrigans terrã.*

abundantiam, fluvii instar ex editiore paradisi loco erumperet, cujus aquæ cùm planã paradisi irrigassent, in 4 alveos collectæ sunt, & celeberrima 4 flumina effecerunt, quorum nomina sunt, Physon, Gehon, Tigris & Euphrates.

Flumina Paradisi quatuor.

IV. *An etiamnum, & ubi existant 4 illa ex paradiso manantia flumina?* ℞ extra dubium est, quòd Tigris & Euphrates etiamnum existant. Scaturiunt ambo ex montibus Armeniæ, quam ubi longo tractu permearunt, conjunguntur, & in sinum Persicum exonerantur. De Physone & Gehone magna est controversia inter Interpretes. Quidam volunt illa jam non existere: sed non ostendunt, quomodo & quando tam famosa flumina desierint esse. Oleaster, Pererius & alij, quibus favet Corn. à Lap. censent, quòd Physon & Gehon sint flumina, quæ ex Euphrate & Tigri exeuntibus nascuntur. Nam proximè dicti fluvii paulò postquam cojerunt, iterum dividi dicuntur, nomenq; post divisionem mutare. Sed hujus divisionis indicium nullum est in tabulis Geographicis tum Mercatoris, tum recentiorum aliorum Geographorum. Communior est & probabilis Doctorum sententia, quòd Physon sit Ganges, & Gehon Nilus. Ita senserunt S. Epiph. Amb. Hier. Aug. & alij quos sequuntur Ribera, Bellarm. Conimbricenses & alij. Colligitur Jer. 2. v. 18. ubi LXX Interpretes pro Nilo vertunt Gehon, & Abyssini etiamnum Nilum vocant Guion teste Franc. Alvarez c. 122. hist. Æthiopicæ. Deinde Nilo propriè convenit, quòd scriptura tribuit Gehoni tum hic v. 13; ipse enim circumit Æthiopiam, quæ Abassia dicitur: tum Eccl. c. 24. v. 37. propter fœcundissimam, famosissimamq; inundationem ipsius. Gangi quoq; rectè convenit, quod scriptura tribuit Physoni tum hic v. 11. & 12, ubi dicitur circumire terram Hevilath, id est, Indiam (prout explicat S. Hieron. in Gen. c. 10. v. 29. ubi aurum est optimum; tum Eccl. c. 24. v. 35. ipse enim cùm sit aurifer, rectè auream sapientiæ venam adumbrat.

Si dicas: Hos duos fluvios Gangem & Nilum esse nimiùm distantes ab alijs duobus Tigri & Euphrate: Nam inter hos & Gangem, interjacet tota Persia & amplissimum imperium M. Mogor; inter Euphratem autem, & Nilum media Arabia tota, mare rubrum, & magna pars Abassiæ seu Æthiopiæ, proinde non esse credibile, quòd è Paradiso sicut Tigris & Euphrates oriantur. ℞ cum S. Aug. l. 8. de Gen. ad Lit. c. 7. Prædictos fluvios Gangem & Nilum per subterraneos meatus conjungi alijs duobus, prout & reliqua flumina conjungi mari & ipsa maria inter se certum est. Sic autem memoratorum fluviorum cursum DEus ordinavit, ut tantò magis ignotus maneret paradisus.

Paradisus quando & ubi plantatus.

V. *Quando & ubi plantatus fuit paradisus?* ℞ ad primum. Conditum esse die tertio, quando scilicet DEus congregavit aquas in certum locum, detexit terram, & jussit, ut germinaret herbam virentem & ligna pomifera. ita communiter DD. dicitur autem non simpliciter productus à DEO, sed *plantatus* paradisus, id est, quasi speciali cura & industria conditus ad voluptatem hominis.

℞ ad 2dum Conditum esse in plaga Orientali respectu Judææ (nam hujus intuitu plagas mundi consignabat Moyses, has Orientales, illas Occidentales vel meridionales appellando) prout communiter tradunt DD. & S. Chrysost. Damasc. l. 4. de fide c. 13. dum docent: Christianos orare se vertendo ad Orientem, ut recordentur paradisi, ex quo pulsi sunt, & anhelent ad supernum alium, cujus terrestris ille typus fuit. In qua autem regione Orientis exstiterit, non ita constat. Probabilius est illum fuisse in Armenia, vel prope illam juxta dicenda sub q. sequente. Ibi enim, ut paulò antè dictum est, oriuntur Tigris & Euphrates, fluvij paradisi.

Paradisus an adhuc existat.

VI. *An adhuc existat paradisus ille terrestris?* ℞ existere affirmant antiquissimi Patres Justinus, Athan. Hieron. & alij asserentes Eliam & Enoch in illo etiamnum vivere. Non minus probabiliter oppositum docent Oleaster, Eugubinus, Suarez, Pererius, Corn. à Lap. Salianus & alij asserentes paradisum periisse per diluvium. Cum enim hac ætate orbis terrarum, ac potissimùm Asia plenè sit cognita, præsertim circa Armeniam ob continuum negotiantium commercium & Geographorum diligentiam: mirum planè esset, quòd tam vastum terræ spatium non sit deprehensum. Recurrere autem ad peculiarem Dei providentiam, qua ab aquis diluvij sit servatus; videtur esse multiplicatio miraculorum sine necessitate. Elias & Enoch facile locum habere possunt minorem, eumq; amœnissimum & incognitum. Quod auctoritatem Patrum qui eum existere asserunt, attinet, valet doctrina Vincentij Lyrinensis in Commonitorio: *Antiqua SS. Patrum consensio non in omnibus divinæ legis quæstiunculis, sed solùm in fidei regula magno nobis studio & investiganda est & sequenda.* Quæstio autem, an adhuc existat paradisus, non pertinet ad fidei regulam, adeoq; in ea tutò deseri possunt Patres.

Supposito, quòd paradisus non existat, suspicio mihi oritur, ibi illum fuisse, ubi nunc est mare Caspium, nullius certè aptior locus ostendi potest, in quo fuerit. Nam & satis capax

capax est illud spatium, & est ad orientem respectu Palæstinæ, & vicinum est fontibus Tigris & Euphratis; alluit enim Armeniam superiorem; Gangis quoq; Origo ad illud non difficulter revocari potest, uti & Nilus, licet per longiores tractus subterraneos. Accedit, quòd hoc mare præter ordinem naturæ institutum videatur, cum nullam habeat cum quocunq; alio mari apparentem conjunctionem, sicut reliqua omnia maria.

VII. *Quale fuit lignum vitæ in paradiso & an Adamus fructum ejus gustaverit?* ℞ ad primum, fuit arbor miræ & vivificæ virtutis, ita ut ejus fructus, vel semel degustatus vitam hominis produxisset in annos plurimos; consequenter sumptus quoties opus esset, hominem fecisset immortalem, & immunem à morbis. Habebat enim naturalem efficaciam plenè restaurandi calorem naturalem, viresq; nutritivas, & humidum radicale, adeoq; reparandi totam per contrariarum qualitatum pugnam, attritam complexionem hominis. Existimant tamen Scotus, Cajet. & Corn. à Lap. quòd ea arbor non fecisset hominem absolutè immortalem, sed tantùm ad tempus valde longum illi vitam propagasset, donec servatâ innocentiâ DEus illum ad cœlestem paradisum traduxisset. Verùm satis probabiliter docet Molina, quòd si homo non fuisset pulsus ex paradiso, nec translatus ad cœlum, poterat virtute illius arboris absolutè esse immortalis, seu nunquam mori. Si enim naturaliter tantam habuit efficaciam ad restaurandum calorem naturalem & humidum radicale, quidni sæpiùs, ubi opus esset, repetito esu fructus ipsius, potuisset homo in continuo vigore permanere & rejuvenescere. *Lignũ vitæ*

Hinc facile refelles duos errores sibi oppositos, *1mus* est Pelagij, qui teste S. Aug. Epist. 106. docuit hominem, sive peccaret, sive non, moriturum fuisse, eò quod mors non in pœnam peccati invecta, sed ex defectu naturæ orta sit. Contra hunc errorem militat præsens caput, asserens mortem in pœnam peccati statutam fuisse, confirmatq; id S. Paul. Rom. 5. *Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors.* Et est definitum in Concilijs, Milevitano c. 1. Arausicano 2. Can. 1. & 2. Trident. Sess. 5. c. 1, estq; unanimis SS. Patrum consensus, hominem in statu innocentiæ non fuisse morti obnoxium, sed post longum annorum vitæ decursum è terrestri paradiso & vita ad cœlestem fuisse translatum. Mors quidem venit ex defectu naturæ, defectus tamen ille DEi beneficio fuisset sublatus. *Mors in pœnam peccati.*

2dus error fuit Michaëlis Baij, qui docuit hominem in statu innocentiæ fuisse ex natura sua immortalem, sicut Angelus & Anima rationalis. Fundamentum ejus est, quia in eo statu justitia originalis homini fuit connaturalis, huic justitiæ autem debebatur immortalitas, ergo & hæc erat homini connaturalis. Sed hæc sententia damnata est à Pio V. in bulla *ex omnibus* edita anno 1567 & confirmata à Greg. XIII & Urbano VIII, quæ erat: *immortalitas primi hominis non est gratiæ beneficium, sed naturalis conditio.* Adversantur eidem etiam SS. Patres. Ita S. Aug. l. 7. de Gen. ad Lit. c. 25. ait: *Mortalis erat conditione corporis animalis, immortalis autem beneficio Conditoris.* Probatur ratione primo. In illo statu corpus hominis constabat ex contrarijs elementis & qualitatibus, quæ non possunt ita simul consistere, quin illud successu temporis enervent, debilitent, & ad interitum disponant. Debebat insuper corpus cibo & potu foveri per actionem & reactionem, quæ sine unius agentis damno fieri non possunt, cùm interveniat contrarietas & pugna, *2dò* quo ad naturam primi homines nobis similes fuerunt, nihil enim quo ad illam immutatum est. Si ergo ex natura & essentia sua sicut Angeli immortales fuissent, etiam nos essemus, vel non essemus ejusdem naturæ. *Homo ex natura suâ non fuit immortalis*

℞ ad 2dum Primos homines de hoc ligno non comedisse, tum quia illo nondum egebant, & ante tentationem serpentis non pruriebat illis appetitus sensitivus; tum quia exiguum tempus intercessit usq; ad peccatum & expulsionem. Post peccatum multò minus gustarunt fructum illius arboris culpâ commissâ consternati & illico ejecti. Alij putant, quòd DEus voluerit Adamo hanc arborem incognitam esse, donec probatâ illius obedientiâ, obtineret salubri hac esca vescendi facultatem & notitiam. *Adam non comedit ex ligno vitæ.*

VIII. *Quale fuit lignum scientiæ boni & mali in paradiso?* ℞ fuit arbor specie & fructu prorsus eximia, sortita denominationem illam, non quòd naturalem haberet vim illuminandi mentem hominis, & scientiam aliquam divinam in homine ingenerandi (id enim commentum dæmonis fuit) sed quòd DEus præviderit Proto-parentes Dæmonis promisso illectos ex appetitu inordinato talis scientiæ, de fructu ipsius quantumvis severè prohibito comesturos. Non igitur à naturali virtute sua, sed ex occasione secuturi eventus prævisi appellata est arbor illa à DEo lignum scientiæ boni & mali: ita Rupertus, Tostatus, Pererius, Salianus, Tirinus, qui per scientiam boni & mali intelligit ex phrasi Hebraica scientiam universalem rerum omnium: quod etiam indicavit serpens tentator, quando dixit: *eritis sicut Dij scientes bonum & malum*, id est, quidquid bonum *Lignũ scientiæ boni & mali.*

vel malum eſt, ſeu omnia. Cujus ſpeciei fuerit illa arbor, non conſtat. Theodoretus, Procopius, Genadius & alij putant ficum fuiſſe. Sed DEus Gen. 3. v. 6. dicit lignum ſcientiæ *pulchrum oculis aſpectuq; delectabile*, quale non eſt ficus. Alij cenſent, quòd fuerit malus ſeu pomus: quòd videtur colligi ex Cant. 8. v. 5. ubi dicitur: ſub arbore malo ſuſcitavi te, ibi corrupta eſt mater tua. Videtur tamen fuiſſe omnino ſpecie diſtincta non tantùm à noſtratibus pomis, ſed omnibus alijs paradiſi arboribus.

Hebræi fabulantur, quòd Seth ex hac vetita arbore juſſu Angeli acceperit ſemen, illudq; indiderit ori Patris ſui Adami defuncti; unde poſtea ſuccrevit arbor ex tumulo Adami, ex qua Crux Chriſti confecta eſt. Decuit enim, ut in eodem ligno, quo peccaverat Adam primus, Adæ peccatum 2dus, id eſt Chriſtus lueret & expiaret. Ita illi more ſuo.

Homo de limo terræ formatus

IX. *Quomodo formavit DEus hominem de limo terræ?* ℟. credibilis eſt explicatio Corn. à Lap. in v. 7. quòd ſcilicet DEus primò corpus hominis de limo terræ formaverit inſtar ſtatuæ, prout plaſtæ fingunt homines luteos & gypſaceos. Unde Job. c. 10. ait: *Memento, quòd ſicut lutum feceris me &c.* & Jer. c. 18. figulo comparatur DEus. Poſt hæc in luteum hunc hominem ſenſim induxit diſpoſitiones carnis, oſſium, nervorum &c. quibus membris, adeoq; toto corpore humano rite formatis, inſpiravit ſpiraculum vitæ, ſeu animam rationalem, per ſe immediatè, & non per Angelos creatam vel corpori unitam. Unde patet ſpecialis DEI erga hominem affectus, qui in hoc uti noluit miniſterio Angelorum, prout docent S. Amb. Baſil. & Cyrill. ſed per ſe opus complevit, teſte etiam Jobo, *manus tuæ fecerunt me &c.*

Animæ inſpiratio.

X. *Cur Deus homini à ſe plaſmato non aliter infudit animam, quàm inſpirando in faciem ejus?* ℟. *1mò.* Ad oſtendendam potentiam ſuam, utpote cui tam facile eſt producere principalem hominis partem, & vitam corpori infundere, ac homini inſufflare. *2dò* ut doceret animam rationalem non educi è materia, nec ab alia cauſa, quàm à ſe ſolo produci per creationem. *3tiò* ut pateret animam humanam eſſe ſpiritum, & non quid corporeum. *4tò* ut diſceremus animam hominis propter gradum intellectivi, eſſe participationem nobiliſſimam Divinitatis ſecundùm ordinem naturæ. Malè tamen, fortè ex hoc ſcripturæ loco veteres Poetæ dixerunt, animam hominis eſſe divinæ particulam auræ, ſi per hoc intellexerunt avulſam quandam ex divinitate particulam, id enim falſum eſt, cum Divinitas ſit omnino indiviſibilis, & anima ſolùm per imitationem participet divinitatem.

Licentia comedendi de omni ligno.

XI. *An Adæ datum ſit præceptum, de omni ligno paradiſi comedendi illis verbis*: PRÆCEPITQUE EI DICENS: EX OMNI LIGNO PARADISI COMEDE, DE LIGNO AUTEM SCIENCIÆ BONI ET MALI NE COMEDAS? ℟. cum Oleaſtro & Pererio, verba illa *ex omni ligno paradiſi comede*, non continere vim præcepti, ſed tantùm dare licentiam & facultatem comedendi, quaſi DEus diceret; licet quidem tibi de omni ligno edere, de ſcientiæ autem ligno ne comedas. Perinde ac cùm parens filium in hortum intromittens ei dicit: de omni fructu ede, de immaturis autem aut nocivis ne comedas. Si Adam de omni ligno comedere obligatus fuiſſet, debuiſſet paradiſum obambulare, ex ſingulis arboribus fructum decerpere, edere, & cavere, ne ullam intactam præteriret, quod laborioſum & ſtatui illi fortunatiſſimo moleſtum nimis fuiſſet. Colloquium ſerpentis & Evæ pro hac ſententia non leve continet argumentum: interrogat ſerpens: *cur præcepit vobis DEus, ut non comederetis de omni ligno paradiſi*? Reſpondet Eva, *de fructu lignorum quæ ſunt in paradiſo veſcimur: de fructu verò ligni, quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis DEus, ne comederemus*, ubi uterq; de præcepto abſtinendi ab arbore ſcientiæ mentionem facit; ſed de eſu cæterorum eo modo loquitur, quo communiter de re licita & non prohibita loqui ſolemus.

Evæ datum præceptum non comedendi de ligno ſcientiæ

XII. *An & quando Evæ datum ſit præceptum non edendi de ligno ſcientiæ boni & mali?* ℟. Certum eſt non ſoli Adæ ſed etiam Evæ præceptum datum eſſe non edendi de ligno ſcientiæ. Eva enim ipſa fatetur ſerpenti: *de ligno quòd eſt in medio paradiſi præcepit nobis DEUS, ne comederemus.* Id ipſum non ignorabat ſerpens, alloquens Evam: *cur præcepit vobis DEUS, ut non comederetis de omni ligno paradiſi?* Si Evæ non fuiſſet vetitus fructus ille, illa edendo non peccaſſet, nec pœnas c. 3. recenſitas incurriſſet, nec à DEO reprehenſa, culpam à ſe in ſerpentem devolviſſet, ſed reſpondiſſet, nullam ſibi inhibitionem factam. difficultas tamen in eo eſt, quando hæc inhibitio ipſi facta ſit? cum in ſcripturis de ea nihil habeatur, quia ad ſolum Adam DEI verba directa ſunt v. 16. & 17. imò aliqui dubitant, an Eva tunc jam formata fuerit, quando fructus iſte fuit vetitus & ſi facile convinci poſſint, creatam ex c. 1. v. 27. ubi dicit Moyſes: *Maſculum & fœminam creavit &c.* Toſtatus cenſet inhibitionem arboris ſcientiæ primitus ſoli Adæ ante

ante formationem Evæ factam esse illis verbis: *in quocunq; die comederis*; eandem verò inhibitionem DEUS vel ambobus repetijt, vel Adam Evæ manifestavit, Moyses verò brevitatem sectatus, non duxit operæ pretium, inhibitionem Evæ revelatam literis consignare, putavitq; satis intelligi posse inhibitionem hanc Evæ indicatam fuisse ex verbis ipsius, *de fructu verò ligni &c. præcepit nobis ne comederemus.*

Mortis comminatio in Adam quomodo impleta.

XIII. *Quomodo impleta est comminatio illa*: IN QUOCUNQUÆ DIE COMEDERIS EX EO, MORTE MORIERIS, cùm Adam supervixerit annis nongentis triginta gen. 5. v. 5. ℟. non recurrendum esse cum Irenæo l. 5. adversùs hæreses, & Justino Martyre in dialogo cum Tryphone ad diem constantem annis mille, de quo ps. 89. v. 4. *mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesterna*, & 2. Pet. 3. v. 8. *mille anni sicut dies unus*, & cùm Adam millesimum annum non attigerit, dici posse, mortuum esse eo die quo legem violavit, id enim nimis violentum esset, & historiæ Moysaicæ contrarium, quæ de die 24. horis constante loquitur; sed ly *morieris* intelligi debere vel die quo comederis, debitum & necessitatem mortis incurres, ut putat Theodoretus q. 38. in Gen. & S. Aug. l. 13. de civ. DEI c. 23. & l. 11. de Gen. ad Lit. c. 23. Vel mortem hic non sumi pro actuali morte & vitæ termino, sed inchoativa & dispositionibus ad mortem, sive pro mortalitate, quam Adam peccando incurrit, eo ipso enim die, quo Adam peccavit, cœpit mori, dum sensit incommoda corporis velut hostes vitæ & dispositiones ad mortem, sic frequenter tota vita nostra vocatur mors, ut S. Greg. hom 37. in Evang. ait: *Temporalis vita æternæ vitæ comparata, mors est potiùs dicenda quàm vita; ipse enim quotidianus defectus corruptionis quid est aliud, quàm quædam prolixitas mortis &c.* Et Sen. ep. 24, *quotidie morimur, quotidie demitur aliqua pars vitæ, & tunc quoq; cùm crescimus, vita decrescit, hunc ipsum, quem agimus vitæ diem, cum morte dividimus.*

Somnus Adæ immissus.

XIV. *Qualis fuit somnus quem v. 21. dicitur DEUS immisisse in Adam?* ℟. ex hoc ipso, quòd notanter dicitur immissus à DEO, patet, eum habuisse aliquid singulare, & non merè naturalem fuisse. Nec ideo tantùm immissus fuit, ut Adam non sentiret, costam sibi extrahi, ideoq; exhorresceret: Nam SS. PP. communiter dicunt fuisse ecstasim quandam, seu in somno illo intervenisse raptum mentis ecstasticum, in quo altissima ei mysteria repræsentata sunt, agnovit enim non tantùm costam suam formari in mulierem, sed etiam per hoc significari matrimonium tum suum naturale cum Eva, tum mysticum Christi cum Ecclesia. Indicant id verba Adæ v. 23. & Apli. ad Eph. 5. v. 32. ubi efformatio Evæ, & matrimonium Adæ cum ipsa appellatur Sacramentum magnum in Christo & Ecclesia. Et ita senserunt S. Aug. l. 9. de gen. ad lit. c. 19. S. Bern. serm. 2. de septuag. & communiter DD. Voluerunt aliqui Adamum in ea ecstasi vidisse clarè ipsam essentiam Divinam: sed id sufficiens fundamentum non habet. Certius est, quòd tunc acceperit insignem, abstractivam tamen, notitiam mysterij Sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis Verbi, atq; ruinæ Angelorum, non tamen lapsus sui futuri. Sed de hoc pluribus TT. in ima & tertia parte.

Eva ex viro formata

XV. *Quomodo & cur DEUS non ex terra, sed viro formavit Evam?* ℟. 1mum sopito Adamo extraxit DEUS costam unam, eamq; non siccam & nudam, sed cum adhærente carne, ut constat ex dictis Adami visâ Evâ: *hoc nunc os de ossibus meis & caro de carne mea.* Huic ossi & carni mirabili artificio admiscuit DEUS tantum alterius materiæ elementaris, sive ex terra sive ex aëre, ut omnino suffecerit ad formationem corporis mulierbris in ætate perfecta, cui mox sufficienter organizato inspiravit sicut Adamo spiraculum vitæ animam rationalem. Sic efformatam, seu ut loquitur sacer textus, ædificatam mulierem ad Adamum ut Sponsam adduxit (unde apparet eam in longiuscula distantia ab Adamo dormiente formatam esse) DEUS architectus simul & paranymphus. Cur autem sacer scriptor, non dicat Evam ex costa Adæ formatam esse, sed ædificatam? Variorum rationes affert Pererius l. 4. v. 7. commodior est illa Cajetani, quòd mulier producta sit ad concipiendam intra se & fovendam prolem, adeoq; est ipsi loco domus, quæ pro hominibus ædificatur. S. Chysost. ait hom. 15. quia factus est Adam ex limo, ideo propriè dicitur DEUS eum formasse seu finxisse, qui enim limo aliam induit formam, fingere dicitur: inde figuli dicuntur, qui limum in vasorum formas componunt, quia verò Eva facta est ex costa, quam DEUS in humani corporis formam disposuit, ideo ædificata dicitur. Pariter quod ex una eademq; materia formatur, fingi dicitur, ut statuarij statuas fingunt, quod ex diversis materijs struitur, ædificari dicitur, prout domus ex lapidibus, lignis, cæmento & cæteris, Adam ex unico luto fictus, Eva verò ex costa & carne adjunctis materijs sive àëre, siue terra, in unam molem constructa ædificata dici potuit.

℟. ad 2dum cum S. Thoma 1. p. q. 92. a. 2. Ex viro formata est mulier *imò* ut in

hoc quædam dignitas primo homini servaretur, ut secundùm DEI similitudinem, esset & ipse principium totius speciei, sicut DEUS est principium totius universi, ita S. Doctor. Non ergo habent, cur inflentur mulieres, quòd enim non immediatè ex limo, sed ex costa formatæ sint, non est id ipsarum, sed Adami prærogativæ datum. *2dò* ut vir tantò magis diligeret uxorem tanquam partem substantiæ suæ. Alij conjuges, quamvis non eodem plane modo participent eandem substantiam, sicut Adam & Eva: Unum tamen moraliter, & aliquomodo physicè corpus efficiuntur, prout notavit Apostolus. *3tiò* ut ad omnia onera matrimonij ferenda arctiùs conjungerentur, & tanquam unus homo concurrerent. *4tò* ut adornaretur figura mystici connubij inter Christum & Ecclesiam, ad quam formandam impendit ille corpus, & sangvinem suum Divinum. De quo Eph. 5. v. 32. *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia.* Nimirum Evam DEus ex Adami latere formavit, ut Ecclesiæ ex Christi latere prodeuntis figuram præmitteret. Dignus notatu textus S. Aug. l. 22. de Civit. c. 17. *Ut enim in exordio generis humani de latere viri dormientis costâ detractâ fœmina fieret, Christum & Ecclesiam tali facto jam tunc prophetari oportebat. Sopor quippe ille viri, mors erat Christi, cujus exanimis in cruce pendentis latus lanceâ perforatum est, atq; inde sangvis & aqua profluxit: quæ Sacramenta esse novimus, quibus ædificatur Ecclesia. Nam hoc etiam verbo Scriptura usa est, ubi legitur, formavit aut finxit,* sed ædificavit eam in mulierem. *Unde & Apostolus ædificationem dicit Corporis Christi, quod est Ecclesia. Creatura ergo est DEi fœmina, sicut vir: sed ut de viro fieret, unitas commendata, ut autem illo modo fieret, Christus, ut dictum est, & Ecclesia figurata est.* Hoc Carthusianus eleganti doctrina interpolat. Corpus Evæ ex nobiliore materia, quàm Adami formatum est; huic lutum, illi costa corpus dedit: causam reddit ille hanc: *Deus honoravit in hoc sexum fœmineum* quia ipse Creator omnipotens prævidit se, ex sexu illo incarnandum.

Eva ex costa formata

XVI. *Cur Eva formata sit ex costa viri, & quali?* ℟ cum Hugone *Evam formatam esse de medio, non de capite, non de pede, ne Domina, vel omnino subjecta putetur, sed socia*, alias rationes facile colliges ex præcedente q.

Ad 2dum ℟ communiter censetur Eva formata ex costa sinistri lateris, quod ignobilius & infirmius est dextero: ut agnosceret mulier infirmitatem suam & dependentiam à viro, ac indigentiam benevoli ejus erga se affectus. Vir quoq; moneretur, quòd sicut cor cuspide sua calidissima vergit ad latus sinistrum, ita ipse speciali propensione & amore ferri debet erga conjugem suam. Juxta illud Oveni:

Uxorem vir amet, marito pareat uxor,
Conjugis illa sui cor, caput ille suæ.

Adam non fuit monstrosus.

XVII. *An Adam non fuit monstrosus, quando plures habuit costas, quàm alij communiter habent homines, aut mancus mutilusvé, quando una illi sublata fuit.* ℟. monstrosus non fuit plures habens costas, tum quia ex eo nihil apparebat indecentiæ & deformitatis in corpore ipsius; tum quia monstra fiunt ex quodam vitio naturæ, & contra intentionem ipsius: at ille sic conditus fuit ab auctore naturæ altissimo & sapientissimo consilio; inditâ ipsi unâ costâ loco seminis ad productionem Evæ. S. Thomas in 1ma parte summæ q. 92. ait: costam illam fuisse de perfectione Adæ, non ut erat individuum quoddam, sed ut erat principium speciei, ad perfectionem corporis Adami, prout generis humani principium erat costa illa requirebatur, ut eam ad aliorum propagationem conjugi subministrare posset. Si hinc inferas: Adamum non fuisse monstrosum, licet duo capita habuisset, si DEUS voluisset ex eorum uno Evæ corpus elaborare. ℟. si DEUS ita agere voluisset, Adam biceps, monstrum non fuisset, sed solùm dissimilis alijs hominibus. Deinde magna est differentia inter caput & costam. Hæc enim quia carne & cute obducta non apparet, si auferatur, & loco ejus caro substituatur, non facit deformitatem, quod in alijs exterioribus membris non est.

Mutilus etiam & mancus non fuit sublata illa costa, quia non amisit partem ad integritatem corporis humani, ut talis necessariam, sed solùm quæ pro brevi tempore ei annexa fuit, ut ad alterius productionem pro materia serviret.

Nuditas Adæ & Evæ.

XVIII. *Quomodo in statu innocentiæ primi parentes cùm nudi essent, non erubuerunt?* ℟det S. Aug: l. 11. de gen. ad lit. c. 1. quia nullus erat motus in corpore, cui verecundia deberetur: nihil putabant velandum, quia nihil senserant refrenandum. Quid enim puderet eos, quando nullam legem senserant in membris suis repugnantem legi mentis suæ? Ita S. Aug. Cùm ergo corporis primorum parentum elegantissima fuerit symmetria, & omnia prorsus membra habuerint perfectè subjecta rationi, ita ut nullus inordinatus in aliquo illorum esset motus: non erat, cur erubescerent. Erubescentia enim seu pudor oritur ex confusione animi propter motum seu actum aliquem indecentem. Frustra aliqui

qui fingunt Adamo & Evæ pro veste fuisse Divinum aliquem splendorem & gloriam, quali S. Agnetem aliasq; Virgines ad lupanar ductas & denudatas sæpe obtexit DEUS, & quali obteget corpora Sanctorum in resurrectione, Moyses enim non reticuisset, si primi parentes hac luce circumfusi fuissent.

XIX. *An primi parentes alijq; homines in exordio mundi vescebantur carnibus?* ℞. de primis parentibus certum est, quòd in statu innocentiæ non sint usi carnibus animalium, sed solis herbis & fructibus arborum à DEO sibi expresse c. 1. v. 29 designatis in escam. Unde colligunt Interpretes, quòd etiam posteri Adæ in statu innocentiæ abstinuissent esu carnium, tum ut se accommodarent designationi Divinæ, tum quia esus herbarum paradisiacarum & fructuum suavissimus erat & saluberrimus, nec erat conveniens propter solam gulæ delectationem appetere carnes. Imò usq; ad diluvium homines abstinuisse esu carnium & potu vini communior est Patrum & DD. sententia non quòd eis præcepto aliquo Divino id impositum esset, sed quia DEUS nec dum illis talium rerum usum ad victum expresè concesserat, prout post diluvium c. 9. gen. v. 3. & 31. & quia illas supervacaneas sibi experiebantur ad vitam commodè in complura sæcula protrahendam. Hoc quoq; tempore experientiâ constat multa fercula præsertim carnium multos morbos fecisse, frugalemq; mensam plus quàm medicinas conducere ad vitam longam. *Carnium non usus*

XXI. *An ante diluvium etiam bestiæ & aves carnivoræ abstinuerint esu carnium?* ℞. S. Thom. 1. p. q. 96. a. 1. affirmat talia animalia etiam in exordio mundi aliorum cæde vixisse, sicut nunc, cùm id naturale sit talibus animalibus, non minùs probaliter negant S. Basil. hom. 11. in Gen. Beda hic in v. 30. Pererius & alij. Eo quòd DEUS c. 1. v. 30. expresè dicat, se escam eandem quam homini, scilicet herbas & fructus dedisse cunctis animantibus terræ, omniq; volucri cœli, & universis quæ moventur in terra. Neq; ea abstinentia animalium, ut Leonum, Lupornm, falconum adscribi debet miraculo, sed naturalis fuit: eo enim tempore herbæ & fructus magis idonea fuerunt alendis & corroborandis animalium corporibus, quàm post diluvium, ideoq; illis contenta non incitabantur ad cædem esumq; aliorum animalium. Quamvis igitur pro tempore vitiati orbis naturale sit dictis animalibus aliorum pastu vivere, at pro tempore meliore ante diluvium naturale fuit vesci herbis: sicut homini infanti naturale est vesci lacte materno, non tamen adulto, sed naturale ei tunc est uti cibo solido. Quid si utroq; cibo tunc vescebantur illa animalia? fructibus terræ ex præscripto DEI, & carnibus animalium ex impetu ferocis naturæ suæ. *Carnibus abstinuerunt animalia.*

CAPUT III.

Serpens Evam tentat, & per illam Adamum: sumpto pomo vident & erubescunt nuditatem suam, reprehenduntur, & post varia maledicta paradiso ejiciuntur.

Quæstio I. *Quis fuit serpens qui Evam tentavit?* ℞. fuisse verum & naturalem serpentem, in quem tamen diabolus sese insinuavit, & per eum tanquam Organum suum humanas voces formavit, prout facere solet in energumenis loquentibus linguâ, quam non didicerunt, vel de rebus sibi omnino ignotis. Nam & Moyses eum appellat simpliciter serpentem, & genus pœnæ, qua eum mulctavit DEUS, declarat fuisse verum serpentem, & ita tenent communiter SS. PP. & DD. Quòd verò diabolus illo tanquam organo suo usus fuerit, manifestè ostendit sermo & disputatio cum Eva, indicatq; non uno loco scriptura, ut Sap. 2. ubi dicitur: *invidiâ Diaboli mors introiisse in orbem*, & Joan. 8. Christus Dominus dicit Diabolum fuisse homicidam ab initio & in Apoc. diabolus vocatur serpens antiquus. Non ergo audiendi sunt, qui asserunt, serpentem & alia animalia in paradiso sensatè locuta fuisse, audita narrasse, aut Dæmonem à DEO serpenti non solùm impetrasse facultatem loquendi, sed etiam intelligendi, ut posset Evam tentare, sicut impetravit licentiam tentandi Jobum, quia verò serpens Evam decepit omnibus animalibus in pœnam vocem ademptam esse. Hæc nullam fidem merentur: DEUS enim in natura nihil immutavit, homini peccanti naturalia reliquit, cur dempsisset serpenti? ad quid datam recens naturam mutasset? Item serpens, qui tentavit, voce privandus fuisset, non verò cætera animalia, utpote in hac tentatione innocua. Deniq; sic non Dæmon, sed solus serpens Evam tentasset, cùm tamen apertis scripturæ testimonijs Diabolus hujus seductionis auctor convincatur. *Serpens Evam tentans.*

II. *Quomodo verificatur de serpente, quòd callidior fuerit cunctis animantibus terræ?* *Serpentis calliditas.*

 Resp-

℟. serpentem non vocari callidiorem cunctis animantibus propter Dæmonem inhabitantem, ut vult S. Aug. l. 2. de gen. ad lit. c. 29. quia Moyses vocat illum callidiorem cunctis animantibus, antequam insessus fuit à Dæmone, ergo non vocat eum callidiorem propter Dæmonem inhabitantem. Deinde si serpens ex natura sua non esset callidior cunctis animantibus, non posset ex eo callidior dici, quia callidi Dæmonis fuit instrumentum, quia scimus ex historijs Dæmonem ad decipiendos homines obsedisse corvos, hircos &c. & tamen propterea hircus aut corvus non potest dici callidior cunctis animantibus terræ. Loquitur ergo Moyses de naturali calliditate, quam serpens habet præ cæteris animalibus, prout etiam Christus Matt. 10. dicit: estote prudentes sicut serpentes. Calliditas serpentis colligi potest tum ex scriptura, tum ex fide dignis Auctoribus, 1mò Ps. 57. de serpente dicitur: *sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter.* Ubi S. Aug. commentatur. Sentiens carminibus incantatorum captum se iri, ne ea exaudiat serpens, alteram aurem terræ vel petræ admovet atq; apprimit, alteram verò caudâ obturat. *2dò* Caput suum præprimis tuetur, & reliquo corpori ita implicat, ut si lapidibus aut ferro petatur, caput, à quo salus sua dependet, intactum & illæsum servetur, totum reliquum corpus ictui aut jactui exponit, ut caput servet salvum. *3tiò* accedens ad fontem potaturus priùs venenum deponit; ne illud aquis immisceat, ut refert Epiphan. hæres. 37. *4tò* apparet calliditas serpentis in depositione cutis, *5tò* in cura oculorum, cùm enim hyberno tempore oculi ei hebescunt, succo Marathri eos inungit, sicq; clarificat &c.

Serpens homini blandiens.

III. *Cur Diabolus ad tentationem adornandam non aliud assumpsit animal, quàm serpentem?* ℟. quia per se aptum fuit instrumentum ad destinatum munus, tum propter alias dotes, tum propter eximiam calliditatem, de qua q. præcedente. Sed propter hæc forte non multùm conduxisset ad tentationem. Fortè ea ibi intelligitur calliditas qua præ reliquis animantibus scivit blandiri hominibus & se in eorum familiaritatem insinuare. Quòd indicavit S. Damasc. l. 2. de fide Orthodoxa c. 10. ubi ait: serpens plus cæteris animalibus familiaris erat homini, ipsum frequenter accedens eiq; placidis motibus corporis blandiens, unde per ipsum princeps mali Diabolus primis nostris parentibus impietatis suæ venenum instillavit.

Putarunt aliqui Dæmonem assumpsisse quoddam genus serpentis, quod muliebri, eaq; valde gratiosa erat facie; & sic pictores nonnulli tentatorem illum repræsentant, sed id, ut fictitium passim rejicitur, cùm nunquam accuratissimi naturalium scriptores tale genus serpentum repererint. Illud credibile est, quòd Dæmon usus sit serpente venustate insigni prædito, cui & ipse per artes suas majorem conciliavit gratiam. Alij putant ex eo factum, quia inter diabolum & serpentem major est proportio & similitudo, quàm alias bestias. Varias similitudines refert Borchorius in Reductorio morali l. 10. c. 89. 1. serpens timet hominem nudum & insilit in vestitum. 2. sputum hominis jejuni horret & reputat pro veneno. 3. loca muscida sive putrida lingit. 4. umbras & abdita semper quærit. 5. occultè incedit, venatur & sibilat. 6. est hostis avium. 7. semper vertit & movet linguam suam; ita Diabolus, 1. formidat nudum seu pauperem spiritu, qui per contemptum divitiarum se ab eis denudârunt. *Dejicient eum pauperes gregis* Zach. 11. 2. sputum seu orationes & doctrinam jejunorum, seu eorum, qui abstemij & sobrij sunt, sibi venenum esse experitur, quia in oratione & jejunio ejicitur. 3. loca putrida sive conscientias per vitia corruptas inhabitat. 4. umbras amat, cùm enim semper malè agit, continuò lucem odit, hinc princeps non lucis sed tenebrarum audit. 5. occultè se ingerit, ut tentet sese transformans in Angelum lucis 6. aves seu viros spirituales, qui sese in altum ad cœlestia mente attollunt, odit & iis insidiatur. 7 linguam suam semper movet, ut tam simplicibus quàm sapientibus mundi delicias persuadeat. Plura ejusmodi congeri possent, nisi moralia essent.

Serpentem inter & diabolum similitudo.

IV. *An Eva exhorruerit, quando audivit serpentem se alloquentem?* ℟ mirari aliquantum potuit, perculsa tamen graviter & consternata non fuit; tum quia sciebat animantium se esse Dominam, tum quia ut notant SS. Thom. & Bonav. in 2dum sententiarum dist. 21. facile Eva agnovit ex perspicacitate naturali sua, & dono scientiæ infusæ, serpentem non loqui viribus suis, sed altiore quadam vi agi, & spiritum aliquem per illum loqui, quia verò nondum didicerat adversa formidare; neglexit examinare, spiritus ille ater, an albus, seu bonus an malus esset, & sic in familiare cum ipso colloquium se immisit.

Dæmon tentat circa prohibita.

V. *Cur Dæmon non circa aliam materiam, sed circa fructum prohibitum instituit tentationem.* ℟ quia imprimis bene noverat indolem ingeniorum creatorum, quòd nitantur in vetitum, cupiantq; negata, & quòd tantò major exurgat concupiscentia, quantò expressius

bias ſenior juniorem inſtruens ait: *ſuperbiam nunquam in tuo ſenſu, aut in tuo verbo dominari permittas, in ipſa enim initium ſumpſit omnis perditio.* Et S. Greg. l. 4. mor. c. 9. *duas* inquit *ad intelligendum ſe creaturas fecerat DEus, Angelicam ſcilicet & humanam, utramq; verò ſuperbia perculit.* Cæterùm ubi Evæ & Adamo animus intumuerat, mox ſecuta eſt, ut ſolet, impatientia & indignatio, quòd tantum bonum per prohibitionem ſuam ſubtraheret ipſis DEus: unde ſubdente faces dæmone exarſit concupiſcentia gulæ erga pomum non tantùm bonum ad veſcendum & aſpectu delectabile, ſed etiam ſcientificum, coortus quoq; eſt error in intellectu, & peccatum infidelitatis commiſſum; quòd non DEO dicenti, *moriemini*, ſed ſerpenti dicenti: *ne quaquam moriemini*, crediderint, per hos gradus tandem præcipitati ſunt ad perfectam inobedientiam comedendo de ligno vetito. Ita nunquam ſatis deplorandū protoparentum lapſum non unius culpæ reum deducit ex ſcriptura & Patribus Corn. à Lap. S. Thom. opuſc. 2. c. 190. ordinem peccatorum Evæ ſic deſcribit: *imò* peccavit peccato ſuperbiæ, qua inordinatè excellentiam appetijt. *2dò* curioſitatis, qua ſcientiam ultra terminos ſibi præfixos concupivit. *3tiò* gulæ, qua ſuavitate cibi permota eſt ad edendum. *4tò* infidelitatis per falſam æſtimationem de DEo, dum credidit verbis Diaboli contra DEUM loquentis. *5tò* inobedientiæ, præceptum DEI transgrediendo.

Inobedientia peccatū originale.

X. *Quænam ex prædictis culpis fuit & eſt peccatum Originale poſterorum ipſius?* ℞. ſola inobedientia prout exercita in materia temporantiæ circa pomum vetitum, ſeu prout infecta malitiâ gulæ. Soli enim tali culpæ alligavit DEUS pœnam mortis etiam in poſteros tranſituræ, prout colligitur tum ex præcepto Divino, non enim dixit DEus: quacunq; die ſuperbus fueris vel incredulus &c. ſed quacunq; die comederis: tum ex Apoſt. Rom. 5. dicente: per inobedientiam unius hominis peccatores conſtitutos eſſe multos. Quomodo poſteri Adæ peccârint in Adamo, & contraxerint, contrahantq; peccatum originale docent ex profeſſo TT. in tract. de peccatis.

Eva peccāte non fuiſſet peccatū originale.

XI. *An ſi ſola Eva comediſſet de fructu vetito, vel Adam ſe non excuſaſſet poſt peccatum commiſſum, adhuc peccatum originale contraxiſſent poſteri eorum?* ℞. ad 1mum ſi non Adam, ſed Eva tantùm comediſſet de fructu vetito, nullum fuiſſet peccatum originale, ſed omnes eorum poſteri nati fuiſſent gratia ſanctificante, & juſtitia originali ornati, quia non in Evæ, ſed ſolius Adami voluntate incluſæ fuerunt voluntates poſterorum, prout dictum ſub q. 6. & ita tenent communiter DD. Advertit quoq; rectè Aretinus, quòd licet Eva prior peccarit, & gratiam ſanctificantem amiſerit, tamen antequam Adam conſummaret peccatum inobedientiæ, juſtitiam originalem non perdidit, nec ſenſit inordinatos motus concupiſcentiæ & nuditatem ſuam, alias enim erubuiſſet nec auſa fuiſſet nuda comparere coram viro, ſed præ verecundia latebras aut tegumentum quæſiviſſet, prout fecit mox, ac Adam peccavit.

Ad 2dum ℞. Licet S. Aug. ſer. 19: de Sanctis dicat: Si Adam ſe non excuſaſſet; à paradiſo non exulaſſet, Contraria tamen ſententia eſt probabilior & communior, Adam enim ipſo momento peccati commiſſi, & ante omnem excuſationem ac expoſtulationem DEI incurrit abſolutam ſententiam mortis duplicis à ſe & poſteris oppetendæ. Nam c. 2. v. 17. ſententia mortis fuit lata abſolutè, & ſine reſpectu ad excuſationem.

Oculi primorum parentum quomodo aperti?

XII. *Quomodo poſt peccatum v. 7. dicuntur aperti oculi protoparentum?* ℞. aperti ſunt illis occuli non tam corporis, quàm animi, cœperunt enim in ſe & circa ſe videre ſeu clariſſimè cognoſcere, quod ante non cognoverant. Nimirum adverterunt ſe in anima gratia ſanctificante ac omnibus præſidijs juſtitiæ originalis ſpoliatos. *2dò* ſe ex amicis odibiles, & inimicos DEO eſſe factos. *3tiò* ſe in eandem ruinam & calamitatem traxiſſe innumerabiles poſteros ſuos. *4tò* ſe turpiter deceptos à Dæmone, & nimis veras fuiſſe DEI comminationes. *5tò* adverterunt aliam legem in membris ſuis repugnantem legi mentis ſuæ, id eſt, inordinatos motus internorum ſenſuum repugnantes rectæ rationi, & conſurgentes etiam contra voluntatem. Unde *6tò* non ſine gravi pudore adverterunt ſe turpiter nudos, quamvis enim etiam antè nudi fuerint, nuditas tamen illa potiùs decori, quàm dedecori fuit ob accuratiſſimam omnium membrorum compoſitionem ad amuſſim, ſeu regulam rectæ rationis. Tunc autem turpiſſima illis viſa eſt nuditas propter motus carnales, quos DEus unà cum ſtimulo conſcientiæ ſtatim ſentiri ab illis voluit, tum in pœnam peccati, tum ad inſtructionem ipſorum & poſterorum, quòd gula ſit mater libidinis, ſicut abſtinentia eſt mater caſtitatis. Meritò igitur ad corpus tegendum conſuerunt ſibi ex folijs periſomata ſeu latiora cingula.

Vox DEI qualis.

XIII. *Qualis fuit vox DEI deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem?* ℞. fuit terrificus quidam ſonitus & fragor concuſſarum & agitatarum arborum; quaſi DEus ſuo ingreſſu concuſſiſſet terram, ipſasq; paradiſi arbores preſſis veſtigijs tremefeciſſet.

Solet

Solet enim scriptura vehementes sonos appellare voces, ut vox aquarum, vox cataractarum, vox tonitrui &c. sonitu hoc DEus adventum suum præsignificare voluit Adamo (sicut postea etiam Eliæ significavit 2. Reg. 5.) ut se ad debitam reverentiam ac pœnitentiam maturè agendam componeret. Agnovit facilè Adam vocem seu gressus DEI, tum quia sæpiùs ad illum venerat, tum quia sonitus ille specialiter à DEo ordinatus fuerat non tantùm ad aures, sed maximè ad cor Adami salutari timore percellendum, tum quia rea conscientia facile credidit vindicem delicti adesse. Cajetanus tamen vocem intelligit non arborum, sed loquentis & irati DEI.

Dicitur autem deambulatio illa DEi facta *ad auram post meridiem*, id est circa vesperam. Nam in partibus orientalibus sub vesperam quotidie spirare solent leves zephyri, ideoq; modus iste loquendi est periphrasis vespertini temporis, ita Pererius. Porrò vespertinum tempus elegit DEus, quo conveniret Adamum peccatorem: ut significaret; Christum ad mundi vesperam venturum esse ad redimendum Adamum, inquit S. Irenæus l. 5. Circa meridiem Adam peccaverat, & post meridiem venit DEus peccatum ulturus, distulit nimirum tantisper adventum, & non illico in ipso meridie, in quo peccavit Adam, venit, ut ferret ejectionis sententiam. DEus longanimis est, & non velox ad puniendum. Censent nonnulli apud S. Thomam, Adamum horâ diei sextâ peccasse, & horâ nonâ à DEo ad suum tribunal evocatum, & condemnatum fuisse, & sic justo trium horarum intervallo ad pœnitentiam exspectatus fuit. Non subita irati judicis eum apprehendit vindicta, nec longior mora indignum sustinuit in loco sancto, diutiùs etiam impunitus tolerari non debuit, ne protractior vindictæ dilatio fieret ulterioris peccati occasio. Exspectat DEus peccatorem ad pœnitentiam, sine qua tardat quidem, sed quousq; implevit malitiæ mensuram, conversioni indulget tempus, & non obstinationi.

Angelus egit vices Dei.

XIV. *An DEus per se ipsum immediatè, vel per Angelum egit cum Adamo post peccatum?* Respondet S. Aug. l. de Gen. ad literam c. 33. & S. Greg. l. 28. Moral. c. 2. & seqq. Angelum fuisse loco & nomine DEI. Satis enim frequens est, quòd scriptura ita loquatur de gestis quibusdam aut dictis immediatè ab Angelis jussu & nomine DEI, ac si DEus per se immediatè & sine interposita opera alicujus creaturæ ea præstitisset. Sic licet is, qui apparuit Moysi in rubo. Exod. 3. dixerit: Ego sum DEUS Abraham &c. tamen sub illa specie ignis Angelus erat loco & nomine DEI teste S. Stephano Act. 7. v. 30. sic Dominus qui tradidit legem Moysi in Sina Exod. 19. v. 20. vocatur Angelus ab Apostolo Gal. 3. v. 19. Optimè tamen dicitur DEus talia egisse vel dixisse, quia Angeli tantùm agebant vel loquebantur ministerialiter, & ut instrumenta, DEus autem principaliter. Et sic communiter, quando ante Incarnationem dicitur DEus in forma aliqua adspectabili, vel alio sensu perceptibili aliquid egisse vel locutus esse; intelligendus est id egisse adhibito Angelorum ministerio loco sui. Proinde & cum Adamo tam post, quàm ante peccatum egit Angelus jussu & nomine DEI, assumpta aliqua magnifica specie humana. DEus ipse per se immediatè communiter cum creaturis rationalibus tantùm loquitur per inspirationes internas juxta cit. SS. PP.

Cur quærit Deo, ubi es?

XV. *Cur quæsivit DEus ex Adamo, ubi es?* ℞. Non fuit hæc interrogatio ignorantis, ubi locorum esset Adam: sed Patris quærentis filium suum perditum, & medici requirentis ab ægroto detectionem vulneris ad medelam, & compatientis lapso, atq; commonentis unde exciderit, & quò ceciderit, ex quàm felici, ad quàm infelicem statum pervenerit, DEi miserentis vox est, *ubi es?* quia, quem inclamat, ad pœnitentiàm provocat; ast impœnitentis est, obmutescentia. Clamat DEUS, ut ad pœnitentiam emolliat, tacet homo, ut in malo animum induret; peccanti veniæ condonatio adfuisset, si vocanti, *ubi es?* ecce adsum respondisset. Est hæc divinæ misericordiæ sollicitudo, quod peccatorem nolit perire in malo. Præclarè S. Amb. l. de paradiso c. 14. explicat illud: *ubi es?* quasi DEus diceret: de quibus bonis, de qua beatitudine, de qua gratia, in quam miseriam incidisti, dereliquisti vitam æternam, & attumulatus es morti, consepultus errori. Ubi est illa tua bene tibi conscia confidentia? Timor iste culpam fatetur, latebra prævaricationem, Ubi ergo es? Hoc est, non in quo loco quæro, sed in quo statu? quo te deduxerunt peccata tua, ut fugias DEum tuum, quem ante quærebas? Ita Amb. Pariter loquitur S. Chrysost. hom. 17. Quid factum est? in alio te loco reliqui, in alio te invenio, aliâ gloriâ te vestitum reliqui, nunc in nuditate te invenio, unde hoc tibi accidit? quis te in hanc induxit vicissitudinem.

Super qualem serpentem cecidit maledictio Dei?

XVI. *Super qualem serpentem, naturalem, an super dæmonem, qui eo usus est, cecidit maledictio DEI?* ℞. Super utrumq;, ita S. Ephrem, Abulens. Pererius & alij. Et quidem cecidisse super dæmonem non videtur dubium: non enim conveniebat, ut principalis mali author impunis abiret, & solùm ejus instrumentum fulmen maledictionis feriret.

Quòd

bias senior juniorem instruens ait: *superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas, in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio.* Et S. Greg. l. 4. mor. c. 9. *duas* inquit *ad intelligendum se creaturas fecerat DEus, Angelicam scilicet & humanam, utramq; verò superbia perculit.* Cæterùm ubi Evæ & Adamo animus intumuerat, mox secuta est, ut solet, impatientia & indignatio, quòd tantum bonum per prohibitionem suam subtraheret ipsis DEus: unde subdente faces dæmone exarsit concupiscentia gulæ erga pomum non tantùm bonum ad vescendum & aspectu delectabile, sed etiam scientificum, coortus quoq; est error in intellectu, & peccatum infidelitatis commissum; quòd non DEO dicenti, *moriemini*, sed serpenti dicenti: *ne quaquam moriemini*, crediderint, per hos gradus tandem præcipitati sunt ad perfectam inobedientiam comedendo de ligno vetito. Ita nunquam satis deplorandū protoparentum lapsum non unius culpæ reum deducit ex scriptura & Patribus Corn. à Lap. S. Thom. opusc. 2. c. 190. ordinem peccatorum Evæ sic describit: *imò* peccavit peccato superbiæ, qua inordinatè excellentiam appetijt. *2dò* curiositatis, qua scientiam ultra terminos sibi præfixos concupivit. *3tiò* gulæ, qua suavitate cibi permota est ad edendum. *4tò* infidelitatis per falsam æstimationem de DEo, dum credidit verbis Diaboli contra DEUM loquentis. *5tò* inobedientiæ, præceptum DEI transgrediendo.

Inobedientia peccatū originale.

X. *Quænam ex prædictis culpis fuit & est peccatum Originale posterorum ipsius*? ℞. sola inobedientia prout exercita in materia temporantiæ circa pomum vetitum, seu prout infecta malitiâ gulæ. Soli enim tali culpæ alligavit DEUS pœnam mortis etiam in posteros transituræ, prout colligitur tum ex præcepto Divino, non enim dixit DEus: quacunq; die superbus fueris vel incredulus &c. sed quacunq; die comederis: tum ex Apost. Rom. 5. dicente: per inobedientiam unius hominis peccatores constitutos esse multos. Quomodo posteri Adæ peccârint in Adamo, & contraxerint, contrahantq; peccatum originale docent ex professo TT. in tract. de peccatis.

Eva peccāte non fuisset peccatū originale.

XI. *An si sola Eva comedisset de fructu vetito, vel Adam se non excusasset post peccatum commissum, adhuc peccatum originale contraxissent posteri eorum*? ℞. ad 1mum si non Adam, sed Eva tantùm comedisset de fructu vetito, nullum fuisset peccatum originale, sed omnes eorum posteri nati fuissent gratia sanctificante, & justitia originali ornati, quia non in Evæ, sed solius Adami voluntate inclusæ fuerunt voluntates posterorum, prout dictum sub q. 6. & ita tenent communiter DD. Advertit quoq; rectè Aretinus, quòd licet Eva prior peccarit, & gratiam sanctificantem amiserit, tamen antequam Adam consummaret peccatum inobedientiæ, justitiam originalem non perdidit, nec sensit inordinatos motus concupiscentiæ & nuditatem suam, alias enim erubuisset nec ausa fuisset nuda comparere coram viro, sed præ verecundia latebras aut tegumentum quæsivisset, prout fecit mox, ac Adam peccavit.

Ad 2dum ℞. Licet S. Aug. ser. 19: de Sanctis dicat: Si Adam se non excusasset, à paradiso non exulasset, Contraria tamen sententia est probabilior & communior, Adam enim ipso momento peccati commissi, & ante omnem excusationem ac expostulationem DEI incurrit absolutam sententiam mortis duplicis à se & posteris oppetendæ. Nam c. 2. v. 17. sententia mortis fuit lata absolutè, & sine respectu ad excusationem.

Oculi primorum parentum quomodo aperti?

XII. *Quomodo post peccatum v. 7. dicuntur aperti oculi protoparentum*? ℞. aperti sunt illis occuli non tam corporis, quàm animi, cœperunt enim in se & circa se videre seu clarissimè cognoscere, quod ante non cognoverant. Nimirum adverterunt se in anima gratia sanctificante ac omnibus præsidijs justitiæ originalis spoliatos. *2dò* se ex amicis odibiles, & inimicos DEO esse factos. *3tiò* se in eandem ruinam & calamitatem traxisse innumerabiles posteros suos. *4tò* se turpiter deceptos à Dæmone, & nimis veras fuisse DEI comminationes. *5tò* adverterunt aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ, id est, inordinatos motus internorum sensuum repugnantes rectæ rationi, & consurgentes etiam contra voluntatem. Unde *6tò* non sine gravi pudore adverterunt se turpiter nudos, quamvis enim etiam antè nudi fuerint, nuditas tamen illa potiùs decori, quàm dedecori fuit ob accuratissimam omnium membrorum compositionem ad amussim, seu regulam rectæ rationis. Tunc autem turpissima illis visa est nuditas propter motus carnales, quos DEus unà cum stimulo conscientiæ statim sentiri ab illis voluit, tum in pœnam peccati, tum ad instructionem ipsorum & posterorum, quòd gula sit mater libidinis, sicut abstinentia est mater castitatis. Meritò igitur ad corpus tegendum consuerunt sibi ex folijs perisomata seu latiora cingula.

Vox DEI qualis.

XIII. *Qualis fuit vox DEI deambulantis in paradiso ad auram post meridiem?* ℞. fuit terrificus quidam sonitus & fragor concussarum & agitatarum arborum; quasi DEus suo ingressu concussisset terram, ipsasq; paradisi arbores pressis vestigijs tremefecisset.

Solet

Solet enim scriptura vehementes sonos appellare voces, ut vox aquarum, vox cataractarum, vox tonitrui &c. sonitu hoc DEus adventum suum præsignificare voluit Adamo (sicut postea etiam Eliæ significavit 2. Reg. 5.) ut se ad debitam reverentiam ac pœnitentiam maturè agendam componeret. Agnovit facilè Adam vocem seu gressus DEI, tum quia sæpiùs ad illum venerat, tum quia sonitus ille specialiter à DEo ordinatus fuerat non tantùm ad aures, sed maximè ad cor Adami salutari timore percellendum, tum quia rea conscientia facile credidit vindicem delicti adesse. Cajetanus tamen vocem intelligit non arborum, sed loquentis & irati DEI.

Dicitur autem deambulatio illa DEi facta *ad auram post meridiem*, id est circa vesperam. Nam in partibus orientalibus sub vesperam quotidie spirare solent leves zephyri, ideoq; modus iste loquendi est periphrasis vespertini temporis, ita Pererius. Porrò vespertinum tempus elegit DEus, quo conveniret Adamum peccatorem: ut significaret; Christum ad mundi vesperam venturum esse ad redimendum Adamum, inquit S. Irenæus l. 5. Circa meridiem Adam peccaverat, & post meridiem venit DEus peccatum ulturus, distulit nimirum tantisper adventum, & non illico in ipso meridie, in quo peccavit Adam, venit, ut ferret ejectionis sententiam. DEus longanimis est, & non velox ad puniendum. Censent nonnulli apud S. Thomam, Adamum horâ diei sextâ peccasse, & horâ nonâ à DEo ad suum tribunal evocatum, & condemnatum fuisse, & sic justo trium horarum intervallo ad pœnitentiam exspectatus fuit. Non subita irati judicis eum apprehendit vindicta, nec longior mora indignum sustinuit in loco sancto, diutiùs etiam impunitus tolerari non debuit, ne protractior vindictæ dilatio fieret ulterioris peccati occasio. Exspectat DEus peccatorem ad pœnitentiam, sine qua tardat quidem, sed quousq; implevit malitiæ mensuram, conversioni indulget tempus, & non obstinationi.

XIV. *An DEus per se ipsum immediatè, vel per Angelum egit cum Adamo post peccatum?* Respondet S. Aug. l. de Gen. ad literam c. 33. & S. Greg. l. 28. Moral. c. 2. & seqq. Angelum fuisse loco & nomine DEI. Satis enim frequens est, quòd scriptura ita loquatur de gestis quibusdam aut dictis immediatè ab Angelis jussu & nomine DEI, ac si DEus per se immediatè & sine interposita opera alicujus creaturæ ea præstitisset. Sic licet is, qui apparuit Moysi in rubo. Exod. 3. dixerit: Ego sum DEUS Abraham &c. tamen sub illa specie ignis Angelus erat loco & nomine DEI teste S. Stephano Act. 7. v. 30. sic Dominus qui tradidit legem Moysi in Sina Exod. 19. v. 20. vocatur Angelus ab Apostolo Gal. 3. v. 19. Optimè tamen dicitur DEus talia egisse vel dixisse, quia Angeli tantùm agebant vel loquebantur ministerialiter, & ut instrumenta, DEus autem principaliter. Et sic communiter, quando ante Incarnationem dicitur DEus in forma aliqua adspectabili, vel alio sensu perceptibili aliquid egisse vel locutus esse; intelligendus est id egisse adhibito Angelorum ministerio loco sui. Proinde & cum Adamo tam post, quàm ante peccatum egit Angelus jussu & nomine DEI, assumpta aliqua magnifica specie humana. DEus ipse per se immediatè communiter cum creaturis rationalibus tantùm loquitur per inspirationes internas juxta cit. SS. PP. *Angelus egit vices Dei.*

XV. *Cur quæsivit DEus ex Adamo, ubi es?* ℟ Non fuit hæc interrogatio ignorantis, ubi locorum esset Adam: sed Patris quærentis filium suum perditum, & medici requirentis ab ægroto detectionem vulneris ad medelam, & compatientis lapso, atq; commonentis unde exciderit, & quò ceciderit, ex quàm felici, ad quàm infelicem statum pervenerit, DEi miserentis vox est, *ubi es*? quia, quem inclamat, ad pœnitentiam provocat; ast impœnitentis est, obmutescentia. Clamat DEUS, ut ad pœnitentiam emolliat, tacet homo, ut in malo animum induret; peccanti veniæ condonatio adfuisset, si vocanti, *ubi es?* ecce adsum respondisset. Est hæc divinæ misericordiæ sollicitudo, quod peccatorem nolit perire in malo. Præclarè S. Amb. l. de paradiso c. 14. explicat illud: *ubi es?* quasi DEus diceret: de quibus bonis, de qua beatitudine, de qua gratia, in quam miseriam incidisti, dereliquisti vitam æternam, & attumulatus es morti, consepultus errori. Ubi est illa tua bene tibi conscia confidentia? Timor iste culpam fatetur, latebra prævaricationem, Ubi ergo es? Hoc est, non in quo loco quæro, sed in quo statu? quo te deduxerunt peccata tua, ut fugias DEum tuum, quem ante quærebas? Ita Amb. Pariter loquitur S. Chrysost. hom. 17. Quid factum est? in alio te loco reliqui, in alio te invenio, aliâ gloriâ te vestitum reliqui, nunc in nuditate te invenio, unde hoc tibi accidit? quis te in hanc induxit vicissitudinem. *Cur quærit Deo, ubi es?*

XVI. *Super qualem serpentem, naturalem, an super dæmonem, qui eo usus est, cecidit maledictio DEI?* ℟ Super utrumq;, ita S. Ephrem, Abulens. Pererius & alij. Et quidem cecidisse super dæmonem non videtur dubium: non enim conveniebat, ut principalis mali author impunis abiret, & solùm ejus instrumentum fulmen maledictionis feriret, *Super qualem serpentem cecidit maledictio Dei?*

Quòd

Quòd etiam serpenti naturali meritò maledixerit DEus, patet ex humanis. Parens enim non tantùm detestatur homicidam, qui filium suum occidit, sed etiam gladium, quo occisus est; & DEus igitur execratus est non tantùm metaphoricum serpentem diabolum, sed etiam verum tanquam instrumentum illius, ut tantò magis pateret, quo affectu optarit, integritatem hominis illæsam, & detestetur peccatum.

Si dicas: serpens fuit animal rationis expers, nec in ejus arbitrio fuit à diabolo pro instrumento assumi vel non assumi, adeoq; nec peccati pœnæ subjici potuit? ℞tur sufficit serpentem fuisse instrumentum Dæmonis, quo quia peccatum promovit, peccati pœna ipsi à DEO inflicta fuit, cujus variæ sunt rationes. *1ma* ut per hoc ipsum affligeret Dæmonem, sicut Matt. 8. afflixit Dæmones perdendo porcos, & sicut affligimus, putamusq; nos ultionem sumpsisse, si adversarij gladium, quo nos vel nostros læsit, diffringimus. *2da* etiam irrationabilia DEus punit, si nobis occasio vel instrumentum fuerunt peccandi prout Lev. 20. sancitum est, ut jumentum, cum quo aliquis coivit, lapidibus obruatur, fitq; hodie simile, cùm quis cum bestia coivit. Pariter delevit DEus bestias & volucres propter peccata hominum. Sic 2. Reg. 1. maledixit David montes Gelboe, in quibus ceciderat Saul. Non omnes tamen pœnæ conveniunt utriq; in sensu literali: Sed aliquæ in sensu literali serpenti naturali, aliæ in allegorico Dæmoni, ut patebit ex dicendis.

Serpentis maledictio. XVII. *Quomodo maledictio DEI affecit serpentem naturalem?* ℞dent Corn. à Lap. & Salianus, quamvis illi nihil de naturalibus dotibus ablatum fuerit, sicut nec ablatum est Dæmonibus secundùm communem TT. doctrinam, per sententiam tamen Divinam ipsa naturalia serpentis, uti est terram comedere, & pectori incumbendo reptare, facta sunt illi in probrum, & pœnam quandam, factus est enim invisus, infamis & abominabilis super alias bestias, sicut licet homini ex contrarijs qualitatibus composito mors quodammodo connaturalis esset etiam ante peccatum, tamen post peccatum cœpit illi esse in pœnam.

Verùm ex hac explicatione non satis apparet, quid maledictio Divina operata sit in serpente, quo ad esum & incessum, siquidem nihil in eo omnino variatum est. Sic non apparet, quomodo mors homini cesserit in pœnam, si non esset ei subtractum remedium præsentissimum evadendi mortem scilicet lignum vitæ, videtur itaq; dicendum: quòd licet serpenti nihil subtractum sit de potentijs naturalibus, subtractum tamen sit aliquod eorum exercitium. v. g. videtur serpens ita ante repsisse super pectus, ut simul posset erectus incedere (S. Basilius & Dydimus simpliciter asseruerunt, illum antea erectum incessisse, caudâ solùm terram tangendo, ac ejus agitatione sese promovendo, prout factum in congressu cum Eva: Similiter terram ita comedit, ut simul vesceretur quibusdam fructibus terræ, quos in escam datos esse à DEO cunctis animantibus terræ testatur scriptura hîc c. 1. v. 29. & 30. Per sententiam Divinam post tentationem jussus est serpens solùm terram comedere cunctis diebus vitæ suæ, nec erecto pectore, prout antea potuit, incedere, unde nunc vix caput aliquantum attollere conspicitur.

Serpentis inimicitiæ & contritio capitis. XVIII. *An in naturalem serpentem cadat sententia Divina etiam quo ad inimicitias & contritionem capitis?* ℞. affirm. Nam antea nullæ erant inter illum & hominem actuales inimicitiæ, quamvis enim haberet serpens vim & propensionem naturalem ad nocendum homini, non tamen aliquando insidias tetendit, vel aculeum strinxit in Dominum suum, DEO ita moderante: post peccatum in aperta prosilierunt odia, & in mutuam necem exarserunt, ingenia, prout quotidiana docet experientia: Vix enim visum serpentem ex innata antipathia conatur homo mactare, & vel maximè caput ejus conterere. Specialiter autem dicuntur inimicitiæ ponendæ inter serpentem & mulierem: tum quia specialiter illi negotium fuerat cum muliere, tum quia muliebri sexui vis specialis indita est ad perdendum serpentem. Nam præterquam quod tradit Arist. salivam hominis valde noxiam esse serpenti, ita ut si fauces tangat ipsius, occidat eum. Specialius est, quod tradit Rupertus l. 3. c. 20. quòd caput serpentis difficillimè gladijs, vectibus & malleis ita conteri possit, ut totum corpus enecetur subitò: si tamen mulier plantâ nudâ dentem serpentis prævenerit, & caput ejus presserit, statim cum capite totum corpus interit. Dicitur serpens insidiaturus non alteri parti, sed calcaneo hominis, quia saltem illi speciei serpentum, qua usus fuit Dæmon, permissum non est, ut quasi aperta aggrediantur hominem, & insiliant in faciem aut pectus illius, sed dolo & per insidias, pedis calcem infestant.

Maledictio Dæmonis XIX. *Quomodo sententia Divinæ maledictionis cadit in serpentem allegoricum seu Dæmonem?* ℞. cum Tirino, maxima sui parte cadit super illum, in sensu quidem allegorico, tamen præcipuè intento à Spiritu S. cùm enim ipse principalis fuerit causa totius mali, in ipsum præcipuè fulmen maledictionis torqueri conveniebat. Dixi *maxima parte*, nam quod dicitur de inimicitijs ponendis inter ipsum & mulierem, ac semen mulieris

ad

ad literam de ipso intelligi potest. Maledictus igitur est serpens ille antiquus inter omnia animantia terræ, tum quia hæc feliciora sunt, quàm ille, utpote odio Divino & iræ non obnoxia, & si quam calamitatem patiuntur, per mortem evadunt, & affligi desinunt; Dæmonem autem æternus manet cruciatus: tum quia per peccatum, & studium nocendi homini ac DEO detestabilior factus est vilissimis & maximè nocivis animalibus. Super pectus suum gradi debet: quia se erigere ad superna & cœlestia post lapsum non potest; terram vorat cunctis diebus, quia de terrenis continuò cogitat, quomodo ijs homines implicet, & secum trahat in abyssum perditionis. Quæ pœnæ quamvis re ipsa etiam ante hìc latam sententiam Divinam Dæmonem affecerint, innovatæ tamen tunc sunt & promulgatæ in ordine ad meliorem notitiam hominum, ut ipsis tantò contemptibilior esset Dæmon. Insuper excitatæ sunt à DEO inter ipsum & hominem inimicitiæ, idq; perpetuæ, & ex parte hominis tam fortes & felices, ut millenis non tantùm viris, sed fœminis & teneriori ætati non rarò suppedaneus factus sit serpens ille antiquus, & contrito capite fraudum officina, victoriam homini reliquerit gloriosissimam. Dicuntur autem inimicitiæ ponendæ specialiter inter ipsum & mulierem; tum ut apertiùs rescinderetur familiaritas cum muliere, in quam se insinuaverat, tum ut ab infirmiore sexu ignominiosiùs vinceretur. Semen hujus serpentis sunt reprobi: semen victricis mulieris, seu pœnitentis Evæ, sunt probi & electi, qui ab illis non tantùm moribus, sed toto cælo dissident, ideoq; continuas patiuntur persecutiones & tantò gloriosiùs triumphant, quantò acriùs oppugnantur.

XX. *Quomodo Dæmon insidietur calcaneo hominum, & quomodo conteritur caput ejus?* ℟. amat diabolus insidiari specialiter calcaneo (qui est extrema pars pedis) proborum: tum quia finem bonæ actionis callidiùs, & potentiùs oppugnat, prout interpretatur S. Greg. l. 1. Mor. c. 38. tum quia extremum vitæ nostræ acriùs oppugnat, ut notavit Alcuinus; tunc autem caput ejus vel maximè conteritur, quando ipsa suggestionum & tentationum ejus initia fortiter supprimimus. Caput serpentis conterimus, cùm initia tentationis à corde exstirpamus, inquit S. Greg. l. c. Unde opportunè monet S. Aug. in ps. 48. & 103. Si diabolus tuum calcaneum observat, tu caput ipsius observa, caput illius est initium malæ suggestionis, quando incipit mala suggerere, tunc repelle, antequam surgat delectatio, & sequatur consensus. Id si agimus, verificatur de nobis illud psalmi 90. *super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.* & Luc. 10. *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & super scorpiones, & super omnem virtutem inimici:* O fiat quod optavit Apostolus Rom. 16. *DEUS conterat sathanam sub pedibus vestris velociter.* Notandum, quando DEus dixit ad Dæmonem: *& tu insidiaberis calcaneo ejus:* id non fuit imperium, sed prædictio, quod facturus esset sponte sua. *Dæmon insidiatur calcaneo.*

XXI. *Quæ potissimùm mulier prædicta est contritura caput serpentis antiqui seu Dæmonis?* ℟. Deipara Virgo. ipsa enim modo excellentissimo & potentissimè contrivit caput serpentis antiqui. *imò* quia nullum omnino peccatum, nec quidem originale (quod primum & quasi caput est omnium peccatorum) in se admisit, *2dò* quia nullũ peccati fomitem vel pravam cogitationem (quæ principium seu caput est actualis peccati) in se habuit. *3tiò* quia hæreses & tyrannides omnes (quæ præcipua capita & cornua sunt draconis infernalis) virtute Christi, seminis & filij sui tam ipsa quàm Christiani omnes, qui illius quoq; semen & filij sunt, perfectè devicit & triumphavit. Ita Tirinus cum Theodoreto, Rupertus, Beda, Aug, Epiph. *Mulier conterens caput.*

XXII. *Quæ sunt ærumnæ quas DEUS dixit se multiplicaturum Evæ?* ℟. præter communes miserias, ut amissionem justitiæ originalis, morbos, mortem &c. incurrit complures alias sexui suo proprias, easq; ad totam posteritatem (excepta Deipara Virgine) derivandas: quas recenset Corn. à Lap. hìc. *imò* ærumnæ muliebres, ante conceptum sunt sordes & fluxus menstrui: in ipso conceptu defloratio, pudor & dolor, post conceptum immunditia, fœtor, retentio menstruorum, incontinens appetitus, pondus prolis per 9 circiter menses, fastidia, spasmi, & plurima pericula, de quibus Arist. l. 7. de hist. animalium c. 4. *2dò* Dolor ingens in partu conjunctus sæpe cum periculo vitæ tum matris, tum prolis, idq; tam animæ, quàm corporis. Est hic dolor acrior multò in muliere, quàm in ullo animali teste Arist. l. 1. c. 19. propter claustri uterini difficiliorem divulsionem. *3tiò* Quamvis tanti sint dolores partûs, ut quædam experta dixerit: malle se decies armis decernere de vita, quàm semel parere; communiter tamen sæpiùs tolerandi sunt, nam plerumq; volentes nolentes mulieres se resolvunt ad iteratum conceptum, siue amore prolis multiplicandæ, siue illicis alicujus voluptatis, siue importunitate virorum. Et hoc est, quod DEus distinctè intentavit, quando dixit: *multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos.* Unde mulier quantò fœcundior est, tantò ærumnosior. *4tò* Subjectio sub potestatem vi- *Evæ ærumnæ.*

tem viri, quâ viri sæpe abutuntur, ita ut parvum sit, aut nullum discrimen inter heram aut ancillam. Sed etsi dominatus ille ordinatus sit, non tamen potest non esse gravis ingenio muliebri levi & arroganti. Prædictas pœnas esse omnino proportionatas delicto Evæ manifestum est. Justum enim fuit multiplicari ærumnas mulieris, quæ inter superaffluentes paradisi delicias voluptati vetitæ inhiavit. Æquum fuit, ut cum dolore corporis sui pareret prolem, quam paravit ad tot tantosq; corporis & animæ dolores. Conveniens fuit, ut usq; ad mortem experiretur dominatum viri, quem fecerat servum peccati & mortis: ut rigidum sentiret, quem blanditijs antè perdiderat.

An terra germinasset spinas, si Adam non peccasset.

XXIII. *An terra, si à DEO non fuisset maledicta ob peccatum Adæ, nihilominus germinasset spinas & tribulos? & rosas cum spinis?* ℟ cum Corn. à Lap. Probabilius est, quòd etiam ante peccatum terra extra paradisum sita spinas & tribulos germinasset, licet pauciores ob magis faventem auræ temperiem, nam talis fructus ei esset naturalis, & per peccatum non sunt mutatæ necessariorum agentium vires, sensus ergo maledictionis est, quòd non obstante labore & cultura Adami, adhuc terra spinas, tribulos & lolia sit germinatura, prout etiamnum experientia docet ob minùs faventem auræ temperiem. S. Basilius existimat ante Adami peccatum rosas caruisse spinis, & hom. de paradiso egregiam facit contemplationem super rosa spinis stipata. *Rosa,* inquit hîc, *spinis est conjuncta, tantùm non aperta nos voce contestans ac dicens: quæ jucunda vobis sunt ô homines, tristibus permixta sunt. Nam verè in humanis ita comparatum est, ut nullum eorum sincerum sit, sed confestim lætitiæ & hilaritati conglutinetur mæstitia, conjugio viduitas, puerorum educationi cura & solicitudo, fœcunditati abortus, vitæ splendori ignominia, prosperis successibus dispendia, delitijs satietas, sanitati infirmitas. Florida quidem est rosa, sed mihi tristitiam infligit, quoties florem hunc video, peccati mei admoneor, propter quod, terra ut spinas ac tribulos referret, condemnata est.* Ita S. Basil.

Contra priorem sententiam frustra objicitur, quòd quandam in natura terræ immutationem admittat, quia fœcunditas & sterilitas sunt duæ qualitates terræ facile commutabiles, qui ibit per agrum hominis pigri Prov. 24. v. 30 & contemplatus fuerit sementem impigri Patris familias, facile assentietur mihi; sæpe DEus vindex punit sceleratorum peccata sterilitate terræ, quin ejus immutet naturam, sic Gen. 4. v. 12. & alibi frequenter legitur, quòd propter peccata hominum sterilisata sit terra, quia terra indifferens est, & eos fructus profert, cujus vel semina recipit, vel qualitatibus disponitur, melioraturq; stercoribus, quin per hoc in sua natura mutetur. Tribulos & spinas etiam ante peccatum Adæ proferebat terra, non tamen tam copiosos, neq; homini in pœnam, laborem & offensionem, sed in quantum ad ornatum universi requirebantur, & homini conducebant, ita Carthusianus qui addit: *Hinc scriptura non agit absolutè spinas & tribulos germinabit,* sed addit: *tibi* i. e. ad tuæ miseriæ cumulum.

Tunicæ pelliceæ.

XXIV. *Quare & quomodo DEus protoparentibus mox ejiciendis ex paradiso fecit tunicas pelliceas?* ℟ ad primum. Datas illis esse à DEo tales vestes, *1mò* ad nuditatem solidiore amictu, quàm erat è folijs ficûs, tegendam. *2dò* contra injurias àëris; idq; ut tam contra rigorem hyemis, quàm ardorem æstatis sola inversione servirent, ut notat Corn. à Lap. *3tiò* ut notat Orig. hom. 6 in Lev. talibus oportebat indui peccatorem, quæ essent mortalitatis, quam primo peccato acceperat, & fragilitatis ejus, quæ ex carnis corruptione veniebat, indicium. Pellibus mortuorum animalium vestiuntur, ut jugo mortis memoriale in corpore circumferrent, quod eos semper moneret se mortis reos factos esse, prout habet S. Aug. l. 2. de Gen. contra Manichæos c. 21. Velut memores mortis, imposterum à peccatis abstinerent, ne denuo pœnas DEi incurrerent, hinc ait S. Epiph. l. 2. hær. 68, *velut morte quadam induit eos. 4tò* ut indicaret DEus etiam peccatores è cura providentiæ suæ non excidere, & se in ira misericordiæ memorem esse, qui solem suum oriri facit super bonos & malos. *5tò* Pelles mortuorum animalium symbola sunt pœnitentiæ, quæ dum mortificat animales & carnales cupiditates, facit hominem mori peccatis & vivere Deo. Hinc SS. 40 Milites & Martyres apud S. Basilium à Præfecto nudati, & in gelidum stagnum conjecti, ut ejus frigore necarentur, hac se voce animabant: *Non amictum exuimus, sed hominem veterem concupiscentiæ deceptione corruptum. Gratias agimus tibi Domine, quòd cum isto amictu simul & peccatum exuere licet, quoniam ob serpentem eum induimus, ob Christum verò exuimus.* ℟ ad 2dum Pelles illas non esse à DEO subitò creatas, sed Angelorum operâ occisis oviculis detractas, & in vestem concinnatas, juxta communem sententiam, ut sic instrueretur Adamus animalia non esse quidem sibi à DEo data in escam, concessum tamen esse ipsorum se exuvijs tegere ac munire. Ex hoc colliges providentissimum Creatorem plura quàm bina individua cujusq; speciei creasse, & sic occisis aliquot animalibus non interiisse unam speciem,

ad va-

ad vastissimum mundi spatium replendum, & evitandum periculum interitûs alicujus speciei, debuerunt plura quàm bina individua cujusq; speciei creari, ut communis sententia habet contra Theodoretum.

XXV. *An rectè Adam uxorem suam appellavit Evam, id est, Matrem cunctorum viventium?* ℟. rectè. Quamvis enim fuerit causa moralis mortis nostræ, tamen per illam physicè propagatum est genus humanum universum, propter quod, cum & reliqua viventia creata sint; bene dicitur Mater cunctorum viventium. Accedit, quòd Adam non ignoraverit ex Eva per varias posterorum generationes processuram olim Matrem DEI, quæ auctorem melioris, æternumq; beatæ vitæ humano generi paritura esset; non habita ratione mortis temporalis, speciosо illo nomine eam honestavit. *Eva cur sic vocatur.*

XXVI. *Quamdiu Adam & Eva fuerunt in paradiso, & quando ejecti sunt?* ℟. rem esse incertam. Quidam volunt eos tot annis ibi vixisse ante peccatum, quot Christus ante expiationem peccati eorum per mortem Crucis. Sed ex hoc inferri posset Christus triginta tribus vel 4 annis meruit in terris, ergo totidem annis Adam peccavit in paradiso. Alij 40 diebus, quia Christus 40 dierum jejunio expiavit intemperantiam eorum. Sed contra: cur potiùs tempus jejunii responderet tempori commorationis Adæ in paradiso, & non alia tempora, quibus pro peccato Adæ satis fecit? Pari enim jure dicam, Adamum tot horis fuisse in paradiso, quot Christus pependit in Cruce, quia quod Adam superbiâ commisit, hoc Christus humiliatus usq; ad mortem crucis expiavit. Pererius, Del Rio, Torniellus & alij putant tentationem, peccatum & ejectionem contigisse octavo die à productione Adami, id est, 2dâ hebdomadâ, & die 13tia mundi conditi. Nam ex una parte communis est sententia tali die, imò & horâ peccasse Adamum, & paradiso terrestri ejectum esse, quali die & hora Christus pro ejus & nostro peccato mortuus est, id est feriâ 6tâ circa vesperum. Ex alia parte non videntur intra tam paucas unius diei horas expediri ea potuisse, quæ scriptura & SS. PP. parentibus primis in paradiso degentibus tribuerunt. Dicitur enim Adam post productionem suam translatus esse in paradisum, quem utiq; novus incola & paterfamilias diligenter lustrare debuit, utpote custodiæ & culturæ suæ commendatum, atq; ex ejus specie & bonorum omnium affluentia non raptim & obiter tantùm in DEI conditoris laudes & gratiarum actionem erupit. Deinde immissus fuit à DEo in ipsum sopor, in quo multa & grandia mysteria ipsi exhibita, Eva ex costa ejus ædificata, atq; ut sponsa ad eum adducta: ubi naturaliter intercedere debuit familiare, nec breve colloquium, deambulatio per hortum, & iterata laus DEi. Insuper adductæ sunt ad Adamum innumeræ species animalium, quorum contemplabatur ille naturam, mirabatur varietatem, & convenientia nomina singulis imponebat; rursumq; ad magnificandum eorum per hominem, beneficentissimum conditorem mentem attollebat. Quod negotium certè unius tantùm alteriusve horæ esse non poterat. Postea secuta est tentatio, quæ tam paucis verbis, ac exprimit scriptura, certè absoluta non fuit: sed ut passim tradunt Auctores, serpens priùs se insinuavit in familiaritatem Evæ, magnificè extulit hominis dignitatem, ac tandem intulit, indignum esse & non ferendum, quòd DEus ipsis unum pomum prohibuerit. Diuturnior, quàm unius diei mora in paradiso colligitur etiam ex responso Evæ dato serpenti: *De fructu*, inquit, *lignorum, quæ sunt in paradiso vescimur*, quod non tantùm significat vesci possumus, sed vesci solemus, ut notant Pererius & Salianus, & S. Greg. l. 4. Dialog. asserit, quòd primus homo in paradiso assueverat verbis DEI perfrui, Beatorum Angelorum spiritibus cordis munditia & celsitudine visionis interesse, quæ etiam diuturniorem moram indicant. Restat ergo dicendum, quòd omnino feriâ 6tâ sed alterius hebdomadæ, id est, die octava à productione sua peccârit, & ejectus sit Adam, atq; unius hebdomadæ incola, custos, & cultor paradisi fuerit. Hæc quidem probabilia sunt, nolo tamen derogare sententiæ SS. Patrum, Irenæi, Cyrilli, Epiph. & aliorum asserentium Adamum eodem die, quo creatus est, peccasse & ex paradiso ejectum esse. Sicut Angeli brevi post suam creationem è cœlo deturbati sunt, qui spiritus intellectivi se sine longa mora resolvere potuerunt; ita & Adam se sine dilatione determinare potuit, quia intellectu perspicacissimo præditus erat. Deinde inter Christum patientem & Adamum peccantem variæ analogiæ intercedunt, quibus & hæc annumeranda videtur, quòd sicut Christus uno die passionem & redemptionem complevit, & quidem feriâ 6tâ; ita & Adam eâdem feriâ creatus peccatum complevit, & pœnam subijt circa eandem horam pomeridianam. *Adam & Eva quamdiu fuerunt in paradiso.*

XXVII. *An veri Cherubini cum flammeo gladio positi fuerint custodes paradisi & ligni vitæ?* ℟. Tertull. & S. Thom. 2. 2. q. 165. a. ult. putant ibi significari zonam torridam, quæ ob æstus impervia putabatur, & inter paradisum ac alias regiones interjecta est; sed jam experientiâ constat, etiam sub zona torrida positas regiones habitari ab homini- *Cherubini custodes paradisi.*

minibus. Aliunde nihil impedit, quominus ad literam accipiatur ille textus pro veris Cherubinis terribili quadam humana ſpecie indutis, qui non ſolùm flammeo gladio terrori eſſent hominibus, ſed etiam inviſibili virtute ſua arcerent Dæmones ab ingreſſu paradiſi, ne fortè ſuffurarentur fructum ligni vitæ, eumq; ſeducendis hominibus afferrent cum promiſſione immortalitatis. Ita S. Chryſoſt. Aug. Rupertus & communiter interpretes. Vox Cherubin in propria ſignificatione accipi poteſt, ſignificat enim *plenitudinem ſcientiæ.* quia enim Adam ſummam ſcientiam & quidem Divinam à ſerpente promiſſam affectabat, convenienter ei objiciebatur plenitudo ſcientiæ, nempe Cherubini. Nec ſolùm inferiores Angeli; ſed etiam Cherubinos ad exteriora miniſteria à DEO ablegari, prolixè probat Corn. in c. I. v. ult. ad Hebræos.

Dicuntur Cherubini poſiti ad cuſtodiam ligni vitæ, non verò ligni ſcientiæ boni & mali, quia hujus fruſtraneum eſſe appetitum docuit experientia, poſtquam illo guſtato, protoparentes planè deſipuerunt: fructus autem vitæ vel maximè mortalibus cum morborum acie continuò confligentibus appetibilis eſt. Unde potuiſſet aliquos ex poſteris Adæ invadere curioſitas adeundi paradiſum, vel magi poterant illuc expedire Dæmones ſuos, niſi conſtaret de tali appoſita cuſtodia.

CAPUT IV.

Adamus gignit Cain & Abel. Cain occidit Fratrem, ideoq; maledicitur à DEO & fit profugus.

Cain quando genitus. QUæſtio I. *Quàm citò poſt ejectionem è paradiſo Adam & Eva genuerunt primogenitum ſuum Cain?* ℞. Probabilius eſt, quòd ejecti è paradiſo non diu diſtulerint procreationem liberorum, ſed quòd ipſa natura ſpeciei ſuæ multiplicationem amans per acres ſtimulos eò traxerit illos; tum maximè quòd ſciverint eam eſſe voluntatem DEI, ut non diu tam vaſtus terrarum orbis maneret vacuus ſine incolis, meminerintq; in eum finem accepiſſe ſe nuper à DEO benedictionem. Inſuper ſciverunt ſe morti obnoxios eſſe, & mortis ignorare tempus, ac proinde non differendam generationem liberorum putarunt. Certum tamen eſt ex communi Patrum ſententia quòd Cain non ſit conceptus in paradiſo, ſed brevi illo tempore, abſtinuerint primi parentes ab operibus carnis, intenti conſiderationi rerum creatarum, & earum Creatoris laudibus vacantes, unde ſcitè dixit S. Hieron. l. I. contra Jovinianum: *Nuptiæ terras replent, Virginitas paradiſum.*

Uſus conjugij fuiſſet in ſtatu innocentiæ. II. *An ſi Adam & Eva non peccaſſent, nihilominus in paradiſo genuiſſent liberos?* ℞. quoſdam Patres ut Greg. Nyſſenum, Damaſc. & Procopium negaſſe uſum conjugij in ſtatu innocentiæ futurum fuiſſe, exiſtimantes, quòd alio quodam modo DEUS homines multiplicaſſet. Sed oppoſitum tenet communis ſententia, & non obſcurè colligitur ex textu ſcripturæ, quæ ſtatim ac retulit c. I. v. 27. primos homines eſſe à DEO productos, maſculum & fœminam ſubjungit, *benedixitq; eis DEUS & ait: creſcite & multiplicamini & replete terram*; qualem benedictionem non ſterilem, ſed fœcundantem fuiſſe patet ex ſimili paulò ante data piſcibus. Neq. dedecuit ſtatum innocentiæ liberorum generatio. Non enim facta fuiſſet impetu laſcivientis naturæ, ſed moderatiſſimo affectu & optimo fine, atq; juxta voluntatem DEI.

Cain quid ſignificat. III. *Quare Eva primogenitum ſuum appellavit Cain?* ℞. rationem ſuppeditat ipſa ſignificatio talis nominis: Cain enim idem ſignificat apud Hebræos, quòd *poſſeſſio* apud Latinos. Eva igitur poſt partûs dolores læta & in DEum pia, natam ſibi prolem non naturæ tribuit, ſed auctori DEO; teſtaturq; donum eſſe DEI ſibi traditum in poſſeſſionem, ideoq; dixit: poſſedi hominem per DEum. Porrò rectè dixit Eva, natum filium eſſe poſſeſſionem ſuam: nam jure naturæ parentes habent jus in filios, & ab ipſis ex magiſterio ejuſdem naturæ appellantur Domini.

Abel quid ſignificat. IV. *Quo tempore natus eſt Abel, & cur ſic appellatus?* ℞. ad imum cum Saliano, videri natum ſub finem ſecundi anni à mundo condito. Credibile enim eſt Evam ſtudio propagandi genus humanum, non multò poſt primum partum iterum concepiſſe, eamq; ſimul & prægnantem fuiſſe, & nutricem, vigore naturæ ad omnia ſufficiente. Ad 2dum ℞. Nomen Abel juxta Origenem, S. Hieron. & alios paſſim ſignificat luctum, juxta alios vanitatem. Utraq; ſignificatio indicat infanti id nomen impoſitum eſſe prophetico quodam ſpiritu præſentientium parentum, illum immatura morte non levem ſibi luctum allaturum, & gaudium ex prole nata vanum eſſe, vitamq; humanam mortalem eſſe meram vanitatem, quemadmodum poſtea dixit pſalmiſta: *univerſa vanitas omnis homo vivens*

vens. Fortè se etiam reflexerunt super infelicem natæ prolis conditionem, quòd peccato originali infecta, & odio DEI obnoxia prodierit in lucem.

Cain cur jã præ- jam postponitur Abeli.

V. *Cur in narratione Moysis Cain Abeli modò præponitur, modò postponitur?* ℞. non temere Moyses loquens de oblatione munerum Caini & Abelis, præponit in oblatione Cainum Abeli, narrans autem DEUM respexisse munera Abelis, non Caini, Abel præponit Caino. Causa *1ma* est, quia Moyses observat ordinem temporis, cùm enim Cain prior Abele natus, & priùs terram exarârit, quàm Abel, oves pavit, etiam priùs obtulisse credendus est, quia verò ejus oblationes DEus non respexit, prout Abelis, hæ ante illas placuerunt, hinc utrobiq; prioritas observatur, in oblationibus Caini, quando factæ sunt, Abelis quando placuerunt. *2da* Cain erat primogenitus, hinc jus præcedentiæ ei tribuitur, quia verò vilia munera offerens hac præcedentiâ se indignum reddidit, Abeli postponitur. Sic etiam Jacob fratri Esau præponitur, plus enim apud DEum valet innocentia & justitia, quàm primogenitura; Iterum Jacob plus diligebat innocentem Joseph, quàm annosiores sed & sceleſtiores fratres ejus. DEO & homini abominabiles sunt impij, licet in alijs prævaleant, ut est ætas, stemma, divitiæ, & simila, quæ mundus suscipit & veneratur; *melior est enim humilis rusticus quàm superbus philosophus*, inquit Asceta Kempensis.

Abel Virgo

VII. *An Abel conjugio fuerit illigatus, liberosq; procrearit?* ℞. valde probabile est, quod non. Nam scriptura, cùm non raro Abelis mentionem faciat, nunquam liberorum uxoris ejus meminit, & SS. PP. Basil. Amb. & alij communiter asserunt Abel mortuum esse Virginem, & credibile est, quòd ab origine mundi agno Divino præparati fuerint & exstiterint comites, nec primæ illi & vitijs non admodum inquinatæ ætati defuerint lilia. Confirmari potest, quòd hæretici fuerint teste S. Aug. Abeliani dicti, qui exemplo Abelis uxoribus non miscebantur, sed filios vicinorum adoptabant, & hæredes constituebant.

Abel munera respexit DEUS.

VII. *Quomodo DEus non ad Cain & munera ejus, sed ad Abel & munera ejus respexit?* ℞det Tirinus, respexit favendo, approbando, & pecora terrasq; Abelis fæcundando; Caini non ita, quæ res invidiæ materia fuit. SS Hieron. Cyrill. Chrysoſt. & alij communiter PP. & Interpretes aliud quoq; hujus respectus signum tradunt, quòd scilicet sacrificium offerente Abel ignis descenderit de cœlo, & victimas combusserit, quod non est factum sacrificante Caino. Testatur id Theodocionis versio, qui loco *respexit Dominus*, legit, inflammavit Dominus super Abel & super sacrificium ejus, super Cain non.

Cur non Cain sed Abelis.

VIII. *Cur DEus non respexit ad munera Cain, sicut ad munera Abel?* ℞. communiter assignari solet ratio, quòd Abel obtulerit, quod pingvissimum, & optimum habebat in gregibus suis: Cain autem obtulit obvios & viliores fructus terræ. Circumferuntur duo versiculi retrogradæ lectionis, primus exprimit vocem & mentem Abelis: *Sacrum pingve dabo, nec macrum sacrificabo.* Alter ex adverso Caini: *Sacrificabo macrum, nec dabo pingve sacrum.* Proinde dum quippiam offerimus, sit dignum DEO, & holocaustum nostrum pingve fiat. Acceptabile est DEO sacrificium, monet S. Amb. l. 2. c. 5. quod pingve, quod nitidum, quod quodam pabulo fidei, devotionis, verbiq; cœlestis uberiore alimonia signatum est. Narrat Nazianz orat. 1. in Julianum, duos Nepotes Constantij Imper. Gallum & Julianum volentes extruere templum supra tumulum Mamantis Martyris, inter se divisisse opus, sed partem illam, quæ extruebatur à Gallo verè pio ac fideli, felicissimè processisse, partem autem quæ extruebatur à Juliano, qui apostata futurus, jam mente corruptus erat, non potuisse unquam coalescere, quòd terra contremiscens omnia removeret; quia Martyr noluit honorari ab eo, à quo collegas suos contumeliâ afficiendos prævidebat: & quia DEus, qui corda intuetur, opus Galli, tanquam Abelis sacrificium admisit, opus verò Juliani tanquam sacrificium Caini abjecit, inquit Nazianzenus.

Peccatum sumitur pro pœna.

IX. *Quid v. 7. intelligitur per peccatum, quod in foribus malè agentis mox adfuturum dicitur?* ℞dent Corn. & Tirinus intelligi pœnam peccati, nam peccatum propriè dictum est ipsa causa, seu mala actio. Sensus ergo est: quòd si malè egeris peccando in DEum, non diu differetur, vel quasi à longè aut claudo pede veniet tibi pœna peccati, sed sine mora aderit & infallibiliter. Quamvis enim supplicia externa & æterna differantur non rarò, at vermis conscientiæ, eodem momento, quo peccatum concipitur & nascitur, ac velut canis rabidus jacet præ foribus animæ nec aliquid veri gaudij introire sinit. Potest etiam per peccatum ibi intelligi ipsa culpa, ut sensus sit: Statim ac malè egeris ipsa culpa commissa jacebit præ foribus animæ tuæ, seu in conscientia, nec quidquam veri gaudij, aut Divini favoris introire permittet. Alexander Macedo cum Clytum sibi charissimum ac fidelissimum temulentus occidisset, mox conscientiâ sceleris furens, sibi

mortem inferre voluit, sed à suis fuit prohibitus teste Sen. ep. 83. Nero Cæsar, Auctore Dione, matre trucidata, ajebat se specie materna exagitari verberibus furiarum, tædisq; ardentibus, nulloq; loco tutum posse consistere.

Liberum arbitrium

X. *An ex illis verbis DEI v.* 7. SUB TE ERIT APPETITUS EJUS, ET TU DOMINABERIS *recte inferant Catholici hominem non necessitari ad peccandum, sed plenam arbitrij habere libertatem?* ℟. rectissimè. Ut ut enim pronomen ejus torqueat Calvinus, sensus genuinus & clarus literæ est: non ita effœminatam in malum habes naturam & concupiscentiam Cain, ut illi resistere non possis, sed positum est in libera potestate arbitrij tui consentire in peccatum vel non. Possunt quidem passiones concupiscentiæ & appetitus tuus invitare te & inclinare ad peccandum, sed potes per gratiam meam, & libertatem arbitrij tui illis fortiter resistere, & velut mancipio dominari. In hunc sensum exponunt dictum textum SS. Hieron. Amb. Aug. & alij communiter PP. favetq; versio Arabica, quæ habet: *in electione tua appetitus ejus, & tu dominaberis illius.* Electio enim est actus proprius liberi arbitrij, per quem dominatur suis actionibus & concupiscentijs voluntas rationalis. Egregiè S. Chrysost. ser. de Zachæo: *Magna* inquit, *est vis voluntatis, quæ nos efficit posse, quod volumus, & non posse, quod nolumus.*

Abel quando occisus.

XI. *Quo tempore à Caino occisus est Abel?* ℟. probabiliter sub annum mundi 130. prout existimarunt Pererius, Cajetanus, Torniellus & alij. Nam dicto anno natus est Adamo Seth filius, ut constat ex c. 5. v. 3. quem Eva suscipiens tanquam à DEO subrogatum Abeli occiso dixit: *posuit mihi DEUS semen aliud pro Abel, quem occidit Cain,* Ex quo colligunt interpretes Evam, inter cædem Abelis & generationem Seth nullam aliam genuisse prolem, quia de ipsa dici debuisset, quod dictum de Seth. Occisus ergo est Abel sub annum mundi & Adami 130. id est initio ejus anni, vel in fine anni præcedentis, ætatis autem suæ anno 128. siquidem natus est anno 2. mundi. Occisus est non mandibulâ, prout fingunt pictores, sed fuste aliquo vel alio rusticano instrumento.

Invitatio ad pœnitentiam.

XII. *Cur quærit DEUS ex Caino,* UBI EST ABEL FRATER TUUS? ℟. cum S. Thoma non est interrogatio ignorantis, sed ad pœnitentiam invitantis. Interrogat DEus, non quia ignorat, sed ut confessionis occasionem præbeat. Similiter loquitur S. Chrysost. hom. 19. in Gen. Ignorantiam simulat misericors DEus, hac interrogatione eum, qui talia commiserat præparans, ut ad peccati confessionem adduceretur, possetq; veniam fortè & misericordiam assequi: Fassus quidem postea peccatum suum, sed cum desperatione veniæ & ideo eam non meruit: *major est iniquitas mea, quàm ut veniam merear.* Nulla tam gravis culpa, quæ pœnitenti non remittatur, ut inquit S Chrysost. hom. 2. in ps. 50. Peccasti, pœnitere, millies peccasti, millies pœnitere. Si vulneratus es, adhibe tibi curam, dum spiras, etiam in ipso lecto positus, dici si potest, animam efflans, etiamsi de hoc mundo exeas, non impeditur temporis angustiâ misericordia DEI. Verba Caini fuisse de misericordia DEI & venia delicti desperantis passim docent SS. PP. & Doct. Audi Isidorum in Gloss. Ord. relatum: Peccata peccatis adjiciens desperat, nec credit se veniam posse adipisci, quod est blasphæmia in Spiritum Sanctum, quæ non remittitur in hoc sæculo, nec in futuro, quia putat DEum, aut nolle dimittere, aut non posse, tanquam aut omnia non possit, aut invideat saluti.

Pœna homicidij Caini.

XIII. *Quales pœnæ secutæ sunt homicidium Caini, & quo animo susceptæ?* ℟. ad primum, imprimis percutitur Cain maledicto, quòd sit execrabilis futurus inter homines. 2dò punitur sterilitate terræ. 3tiò privatur stabili sede, ut debeat esse vagus ob tædium in hoc vel illo loco, & profugus, licet nemine persequente præter conscientiam sceleris. Addunt Græci PP. Chrysost. Procopius & alij ex interpretatione LXX: etiam continuo membrorum tremore concussum fuisse Cainum in signum malè conscij, & omnia metuentis animi. Ad 2dum ℟. non defuerunt, qui Cainum excusare voluerunt à peccato desperationis, sed manifestè repugnat textus & SS. PP. communiter. Questus est insuper de gravitate sententiæ Divinæ, quòd ejiciatur à facie terræ, seu patria sua, stabilis ei sedes non concedatur, additq; *& à facie tua abscondar,* id est lucem & conspectum tuum ferre non potero, sed ubiq; vindicem imminentem formidabo, imò & hominum infestas manus continuò pertimescere cogar, *omnis qui invenerit me; occidet me.*

S. Cyrillus 7. notavit peccata à Caino commissa. 1. fuit irreligiositas, quia viliora obtulit in sacrificio. 2. invidia. 3. dolosæ insidiæ, quibus fratrem eduxit in agrum 4. homicidium fraternum 5. mendacium, cum dixit, se nescire de fratre. 6. Impœnitentia & desperatio. 7. quòd putavit, se posse fugere & abscondi ab Deo. Ita grandia peccata solitaria non incedunt.

Cain non terra maledicitur.

XIV. *Cur fuso sangvine Abelis, non terra maledicitur, sed Cain super terram, seu ut Pagninus vertit à terra?* Peccat Adam, & maledicitur terra Gen. 3. v. 17. Peccat Cain, non

in, non terra, ſed ipſe ſuper terram, ſeu à terra maledicitur, & ſic prior maledictio non Adam, ſed terram, poſterior verò ipſum Cain ferit, & ſic maledictio hæc gravior illâ. An ergo Cain graviùs peccavit Adamo? ille unum fratrem occidit, & ad coronam æternam promovit; Adam interemit totum genus humanum, & ad interitum innumeris ſtravit viam, cur ergo Pater mitiùs maledicitur, quàm filius? Reſpondet Albinus: non timuit originali peccato fratris homicidij ſuperaddere ſcelus, ideo majori maledictione dignus habetur. Culpabilior eſt, qui delinquit, quando alium propter delicta punitum vidit, quia alieno damno non ſapit, nec cautus fit periculo. Obſerva & illud: cùm Saulis in montibus Gelboë ſangvis effunditur, non maledicitur ipſius effuſor, ſed ipſa montium terra: *montes Gelboë nec ros nec pluvia veniat ſuper vos.* 2. Reg. 1. Cur ex hujus cæde percutitur terra maledicto, & non ob cædem Abelis? ℟. occiſo Abele terra aperuit os ſuum, quaſi confeſſura peccatum ſuum, confitentis geſtum oſtendit, & maledictum evaſit; confeſſio enim peccatorum maledictionis eſt antidotum, vel per montes Gelbòë intelligitur ſynagoga, quæ percuſſa eſt maledicto, quia caruit confeſſionis remedio, per terram verò, in qua occiſus eſt juſtus Abel, ſignificatur Eccleſia Chriſti, quæ aperit os ſuum, & ſuſcipit Chriſti ſangvinem, eâ qua par eſt devotione. Ita S. Aug. l. 12. contra Fauſtum c. 11. Non dixit, ait, maledicta terra, ſed maledictus tu à terra, quæ aperuit os ſuum, maledictus eſt enim populus Judaicus infidelis terra, id eſt, ab Eccleſia, quæ aperuit os ſuum in confeſſione peccatorum, accipere ſangvinem Chriſti, qui effuſus eſt in remiſſionem &c. Sed hæc moralia.

XV. *Quomodo intelligenda verba Caini:* OMNIS QUI INVENERIT ME, OCCIDET ME? ℟. intelligenda eſſe de timore Caini, quòd nempe timuerit, ſibi mortem inferendam ab eo, qui eum primò invenerit, aut cui obviaverit; nec ly *omnis* ſignificat plures in mortem ejus concurſuros, ſed ſumitur pro quovis, quòd nempe nullus ſit futurus, qui ei parcat, & ſi ei obviaret, non occidat. Ex quo patet, quàm inſanum fecerit deſperatio Cainum, ut & proprios parentes ſibi mortem illaturos timuerit. An autem præter parentes ejus, jam etiam alij homines in mundo fuerint, quos timuerit Cain, non dubito, quod facile ex verbis Cain probatur. Procopius tamen in Gloſ. Ord. ad exaggerandam Caini dementiam id negat, verba ejus hæc ſunt: [Sed miror, quem timuerit Cainus, cum nemo præter ipſum & parentes in hoc orbe degeret, primò quidem animum miſerum terrebat futuri cogitatio: exiſtimabat enim viciſſitudinem quandam fore; quemadmodum ipſe turpiter cædem commiſiſſet, ſic à poſteris eſſet interficiendus] Huc accedebat metus virtutum cæleſtium, quas nefandi ſceleris ultrices fore præſagiebat animus. Metuebat quoq; inſidias ferarum & reptilium, quæ DEus ad vindictam impiorum creavit. *Timor Caini.*

XVI. *Quale fuit ſignum, quod poſuit DEus in Caino, ne occideretur?* ℟. rem eſſe incertam, & varia commenta. Rabbini quidam fabulantur: fuiſſe canem, qui Cainum ſemper præcedebat, & per vias deducebat, alij fuiſſe literam fronti Caini impreſſam, alij quòd fuerit cornu in fronte. Communior & probabilior eſt ſententia, hoc ſignum fuiſſe notabilem corporis, ac potiſſimùm capitis tremorem, livoremq; vultûs & conſternationem quandam. Porrò noluit DEus Cainum citò occidi, ſed tali ſigno velut fide publica illum munivit, ut diuturnitas vitæ eſſet primo homicidæ majori ſupplicio, alijs autem horridiori exemplo. Unde & gravius ſupplicium DEus comminatus eſt occiſori Caini, ſeptuplum punietur, id eſt, ſecundùm phraſim Hebraicam, multipliciùs & longè graviùs: quia contraveniet non tantùm præcepto naturali, ſed etiam divino poſitivo ſpeciali circa Cain. *Signum in Caino nè occideretur*

XVII *Quomodo intelligenda verba Caini:* EGRESSUSQUE CAIN à FACIE DOMINI? ℟ Bene dixit David de DEO pſ. 138. *Quò ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? ſi aſcendero in cœlum, tu illic es &c.* Nam *in omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos* Prov. 15. v. 3. *quia non longè eſt ab unoquoq; noſtrûm, in ipſo enim vivimus & movemur & ſumus,* inquit Paulus Act. 17, quomodo ergo de Cain dicitur: *egreſſus à facie Domini!* aliqui putant DEum Caino apparuiſſe in forma aliqua viſibili, in certo aliquo loco, quem locum, quia deſeruit & à forma illa viſibili diſceſſit, ab hac facie DEI apparente egreſſus eſt, DEo imprudenter indignabundus & præſentiam ejus faſtidiens, his fortè ad DEum verbis uſus: ſi non præbes mihi bona terræ, nec cœleſtia deſidero, ſi non datur frui voluptatibus, nec virtutem cupio. Alij dicunt Cainum excidiſſe ex gratia & protectione Divina, & hoc eſſe à facie DEI egredi, quia ut S. Chryſoſt. ratiocinatur [quid eſt egreſſus à facie Domini, hoc eſt, nudatus eſt præſidio DEI propter abominabile & pernicioſum facinus. Non autem intelligas egreſſum eſſe à præſentia, notitia & potentia DEI] *Egreſſus à facie Domini.*

XVIII. *Quæ fuit uxor Caini?* ℟ fuit filia Adami, & ſoror Caini, juxta Joſephum *Caini uxor*

dicta Calmana, & fortè eodem partu cum illo edita, ficut Delbora cum Abele, putatur enim Eva femper geminas proles fudiffe. Initio autem mundi neceffe fuit fratres fuas forores ducere, ad multiplicandum genus humanum, quod aliàs jure naturæ vetitum eft. Dicitur autem Cain uxorem fuam, non verò fororem fuam, vel Adæ filiam cognoviffe, ut fciatur auctorem naturæ in hac lege difpenfaffe, & fororem in uxorem conceffiffe, & hoc exigente ftatu mundi orientis; tacetur autem vox foror, ne effet lafcivis incentivum ad agendum contra naturæ præceptum. Ita S. Thomas. At cur DEus fceleftum hominem non modò non morte mulctavit, fed etiam nuptias celebrare, & filios procreare permifit? quia ex illis fpinis aliquæ nafcituræ effent rofæ, ex illo limo vafa aliqua in honorem effingenda, ex illo cæno margaritæ colligendæ. Eft hæc fententia S. Aug. l. de parad. c. 8. poftremò ait, nec Cain parricidij reum, priusquam generaret filios, paffus eft interire. Neq; crediderim omnem Cain pofteritatem reprobam exftitiffe, fed quia eft immenfa Dei bonitas, multos in ea juftos ac prædeftinatos ex Caino progenitos fuiffe putandum eft.

Civitas à Cain condita. XIX. *Quam civitatem condidit Cain, & an fufficientes tunc habere potuerit cives?* ℞ Scriptura tefte denominationem fumpfit ea civitas ab Henoch filio Caini, fuitq; Henochia dicta, condita videtur in eodem loco, in quo fcriptura dicit habitaffe Cainum, fcilicet ad orientalem plagam Eden feu paradifi. Jam tunc eam civitatem habere potuiffe numerofos cives, inde colligitur, quòd 4to aut 5to fæculo à mundi exordio condita fuerit, ut indicat Corn. à Lap. hic in v. 17. quo tempore Cain jam plurimos nepotes & neptes numeravit, præfertim fi vera funt, quæ nonnulli afferunt: primis illis temporibus femper aut plerumq; gemellos aut tergeminos natos fuiffe propter primigenium adhuc naturæ vigorem. Porrò Cain poft multas multo tempore peragratas regiones videtur tandem eam civitatem excitaffe, tum ad fecernendam familiam fuam à familia Sethi, inter quas continua diffidia ob morum diverfitatem vigebant; tum ut haberet ipfe laffus & vitæ non fecurus, reclinatorium. Vocavit illam non à fuo, fed à filij fui nomine Henochiam, quia nomen fuum propter fratricidium erat mundo exofum, ne ergo & civitas ex fuo nomine fieret exofa, non fuum, fed filij fui nomen ipfi indidit.

Mors Cain XX. *Quomodo & quando vivere defijt Cain?* ℞ ad imum, communiter tradunt DD, cum S. Hieron. Anfelmo, Lyrano, Toftato, Cajet. & Abulenfi occifum effe à Lamech abnepote fuo. Cædem non ftudio fed errore patratam dicunt: quòd Lamech venationi intentus, Cainum atavum fuum inter frondes, five umbram five latebram captantem, exiftimans effe feram, occiderit fagittâ. Et hunc ajunt fuiffe virum, quem Lamech fatetur fe occidiffe v. 24, adolefcentulum verò fuiffe armigerum fuum, aut quendam è famulis fuis, qui cæcutienti Lamecho dixit dirigendam effe fagittam in locum determinatum, arbitratus beftiam ibi moveri, cùm autem Lamech errorem fuum deprehendiffet, dicunt eum ita exarfiffe, ut puerum flagellaverit, qui ex livore flagelli mortuus fuerit. Theodoretus, Burgenfis, Oleafter, & Corn. à Lap. exiftimant hoc effe Rabbinorum commentum. Et certè circumftantiæ hujus hiftoriæ eam fufpectam reddunt. Quomodo cæcutiens feras & Cainum tangere potuit & non aberravit à fcopo, remotè diftabat Cain, quia adolefcentulus à fera eum difcernere non potuit, quomodo ergo cæcutiens jaculator tela in incertum jaciens eum tetigit. Quomodo Cain feniculus extra urbem à fe ædificatam in fylvis aberravit, quam eo fine ædificavit, ut in ea cum fuis fecurus degeret. Quomodo filij & nepotes Caini conceffferint fenem parentem longiùs in fylvas à fe recedere. Deinde dicit S. Thomas non eft dubium, quòd Cain, qui erat Pater primus omnium de terra illa, habitus fuerit in magna reverentia, nec fit verifimile, quòd latuerit folus inter fruteta, ficut una fera. Neq; obftat, quod dicitur, *vagus erat & profugus fuper terram*, nam hoc non fuit fibi dictum, inquit idem S. Thom. quafi non effet in magnis honoribus, utpote qui ædificavit civitatem, fed hoc fuit dictum, eò quòd ex fententia DEI amifit domum paternam & terram nativam, & ivit ad aliam, quam longo tempore quæfivit, & pro qua antequam ftaret, multum difcurrit. Præterea timens Cain, ne fortè à quopiam occideretur: *omnis*, inquit. *qui invenerit me, occidet me.* Cui DEus fecuritatis fidem facit, dicens: *nequaquam ita fiet.* His fuis verbis DEus non ftetiffet [quod impium eft cogitare] Lamech enim inveniens Cainum occidiffet, & fic data affecuratio firma non fuiffet. Deniq, decrevit, prædixitq; DEus feptuplam pœnam inferendam fore occifori Caini, talis Lamecho illata non fuit, quia eam narrare Moyfes neutiquam omififfet. Imò Lamech fuiffet excufabilis, quia invitus feciffet. Meliùs itaq; cum Oleaftro dicendum judico, Cain occifum non effe, fed naturali morte obijffe.

Ad 2dam ℞ det Salianus mortemq; Caini ponit anno mundi 688. & certè fi à Lamech occifus fuit, vixit ufq; ad quintam generationem, prout refert fcriptura hoc capite adeoq; complura fæcula præterijffe neceffe eft.

XXI

Quis vir & adolescentulus à Lamech occisi.

XXI. *Quis ergo fuit vir & adolescentulus, quos Lamech dicit se occidisse?* ℟. Procoplus, quòd Lamech adulter cum Ada & Sella, quibus ut potiretur, in uxores, eorum Maritos (quorum unus maturæ, alter juvenilis erat ætatis) occidit & quia hoc facinus dictarum fœminarum suasu patravit, quarum libido non nisi multitudine maritorum terminabatur, timuit, ne sibi lascivæ hæ fœminæ per novos suos mæchos similem necem molirentur, eas deterrere cupit prædicens de sui occisore septuagies septies ultionem sumendam utens numero certo pro incerto, sicut Christus Petro dixit Matt. 18. *non dico tibi usq; septies sed usq; setuagies septies.* Sed & hæc incerta sunt. Proinde ℟deo ex narratione Moysis certum est, à Lamech virum & adolescentulum occisum esse. Quinam autem hi duo fuerint, non constat, quorum nomina Moyses non exprimit, quia ad lineam rectam genealogiæ Caini non pertinebant, sed collaterales erant; imò si eorum nomina posuisset, vel utriusq; genealogiam texere debuisset, vel eam omittens obscuram reddidisset historiam, quia ejus lectores lectis occisorum nominibus scire voluissent, cujus filij aut nepotes fuerint. Huic inconvenientiæ volens occurrere, consultiùs censuit nomina omittere, & quæ præcipua historiæ pars erat, exprimere, nempe confessionem Lamechi de occiso viro & puero, quod an eodem an diversis temporibus factum sit, non constat.

Polygamia à Lamech instituta.

XXII. *An Lamech primus instituerit Polygomiam?* ℟. ante illum de nemine constare, quòd duas simul habuerit uxores, & scriptura id de Lamech tanquam speciale refert. Primus igitur violavit antiquissimum & sanctissimum à 5. vel 6. sæculis morem, imò legem monogamiæ, ut notat Corn. à Lap. latam à DEO Gen. 2. v. 24. ubi de conjugio dicitur: *erunt duo* (non tres vel 4.) *in carne una.* Unde Nicolaus I. Pontifex scribens ad Lotharium Regem pariter Polygamum, Lamech vocat adulterum, ut habetur c. an non, causa 24. q. 3. Post diluvium cùm hominum vita esset brevior, & unicus superesset Noe cum familia sua, dispensavit in hoc DEus: ne nimis lentè propagaretur genus humanum. At satis jam propagato illo, cœperunt cultiores Hebræi, Græci, Romani, polygamiam sensim aversari, & tandem Christus D. eam omnino sustulit Matt. 19. v. 4.

Enos cœpit invocare nomen Domini.

XXIII. *Quomodo v. 26. de Enos Sethi filio dicitur: quòd ipse cœperit invocare nomen Domini?* ℟. etiam à Patre ejus & Avo Adamo fuisse quidem invocatum nomen Domini, per preces & sacrificia, sed ritu quodam privato: at Enos instituit, ut id publicè & adhibitis certis ritibus fieret per cætus hominum collectos seu Ecclesias. Cùm enim adverteret sensim irrepere oblivionem DEI, dissolvi hominum mores, evanuisse apud plurimos amorem & timorem DEI: videtur ipse, monitore Avo Adamo, piorum conventus cogere, & solemni ritu cultum DEI propagare cœpisse, adhibitis etiam instructionibus & adhortationibus per Conciones & Catecheses. Ita Corn. à Lap. Tirinus & alij.

CAPUT V.

Texitur Genealogia Adami per Seth usq; ad Nöé.

Adam etiā Eva vocata

QUæstio I. *An nomen Adam soli primo homini proprium fuerit?* ℟. eo nomine etiam Evam appellatam esse à DEO, ut expressè habet sacer textus v. 2. nec est urgens aliqua ratio, cur in alium sensum detorqueatur litera, imò magnæ hujus denominationis fuerunt congruentiæ. 1. ut iterum imprimeretur conjugibus mutuus amor & voluntatum conjunctio, utpote qui in æstimatione Divina sint quasi unus homo in duobus corporibus uno eodemq; nomine designatus: 2dò ne fœmina sibi aliquid arrogaret supra virum, quòd ex costa, & non immediatè sit formata: nam hoc non obstante appellatur à DEO Adam, id est terra seu pulvis. 3tiò Uterq; monebatur ea denominatione de vili origine & fragilitate sua, ob quam etiam in statu innocentiæ non possent, evadere corruptionem, nisi gratiâ & beneficio DEI, mortem arcentis per concessionem ligni vitæ. Initio igitur productionis, seu, ut loquitur scriptura, *in die quo creati sunt*, nomen Adam utriq; primorum parentum commune fuit, postea tamen specialiter applicatum viro, ut quando post lapsum DEus vocavit, *Adam ubi es?*

Anni hoc cap. quot mensium erant.

II. *An anni nongenti & plures, quibus dicuntur vixisse primi parentes, fuerint menstrui tantùm, seu 30. dierum vel quilibet illorum constiterit mensibus 12.?* ℟. constitisse mensibus 12. singulos. Quamvis enim apud priscos Ægyptios anni fuerint menstrui tantùm, seu 30. dierum, ut refert Diodorus Siculus l. 1. Moyses tamen non scripsit Pentateuchum pro Ægyptijs, sed Hebræis, apud quos nusquam leguntur anni fuisse tam breves, sed semper annus constituebatur mensibus 12. ut constat tum ex scriptura, tum ex manifesta ratione. Nam si anni intelligerentur menstrui tantùm, sequeretur *imò* quòd Malaleel & Henoch qui dicuntur filios genuisse anno ætatis suæ 65. genuerint illos intra annum sextum solarem ætatis suæ, quod naturaliter impossibile & absurdum est. 2dò sequeretur omnes,

nes, qui hoc capite recensentur tanquam maximè longævi homines, mortuos esse ante solarem annum ætatis octogesimum 2dum, quem etiam hodie non pauci superant. Anni ergo de quibus hic agitur, intelliguntur solares & pleni, constantes mensibus 12. Protracta est autem tamdiu vita hominum, ut tantò citiùs multiplicarentur, & impleretur terra.

Longævitas vitæ Unde. III. *Unde factum, quòd homines fuerint tam longævi ante diluvium?* ℟. factum id 1mò ex meliore complexione, seu temperamento corporum. 2dò ex victu frugali & sobrio, esu enim carnium & potu vini abstinebant. Tritum est illud:

Sicut sobrietas facit, ut sit longior ætas,
Sic facit ebrietas, vitæ breviare dietas.

Sunt & alij versus vulgares:

Parcito sæpe cibis. & sic annosior ibis.
Strangulat in mensis os plures, quàm necat ensis
Sanior esse potes, si cum moderamine potes.

3tiò ex primævo vigore terræ, fructuum, aliorumq; elementorum, quæ tunc magis conducebant sanitati: 4tò ex scientia & experientia Adami, quam & posteris communicavit, qua longè meliùs norant, quàm Galenus & Æsculapius, vim singularum herbarum, fructuum, mineralium, metallorum &c. ideoq; seligere poterant & seligebant salubriora. 5tò ex voluntate & providentia DEI, ut ita citiùs propagarentur homines, ut scientias artesq; à primis auctoribus certiùs addiscerent, ac posteris etiam remotissimis cognitionem, cultumq; veri DEI majore auctoritate inculcarent. Porrò quamvis homines illi tot annis vixerint, inciderunt tandem in tale punctum temporis, quo de quovis ipsorum cum veritate dictum est: *& mortuus est.* Idem & nobis exspectandum.

Mors & sepultura primorum parentum. IV. *Quando, & ubi mortui & sepulti sunt primi parentes?* ℟. ad 1mum Adamum vixisse annos 930. & non ampliùs disertè tradit sacer textus. Mortuus est ergo annis totidem à mundo condito & annis 726. ante diluvium. Nam ob exordio mundi usq; ad diluvium fluxisse annos 1656. sumunt ex biblijs Hebræis & nostris latinis S. Hieron. Aug. Beda, Corn. à Lap. & alij. eodem die, quo crucifixus est Christus, scilicet feriâ 6tâ exspirasse Adamum tradit Tertull. in carmine contra Marcionem, & alij passim: imò quidam volunt etiam eadem horâ, qua Christus, exspiravisse illum. Evam post fata Adami Annos 10. superstitem fuisse tradit Marianus Scotus, Genebrardus & alij quidam fortè ex traditione Hebræorum.

Ad 2dum ℟. Adamum sepultum esse in Palæstina, idq; in monte Calvariæ prope Hierosolymam communis est sensus SS. Patrum, Irenæi, Cypriani, Epiphanij, Basilij, Aug. & aliorum, traditurq; monti illi inde nomen Calvariæ adhæsisse, quòd Calvaria, seu cranium Adami ibi sit conditum. Ita testatur S. Hieron. epist. 17. ad Marcellam ubi ait: locus in quo crucifixus est Dominus noster, Calvaria appellatur scilicet quòd ibi sit antiqui hominis Calvaria condita, ut secundi Adam, id est Christi sangvis de cruce stillans primi Adam & jacentis protoplasti peccata dilueret, ita Hieron. Quomodo Adamo ibi contigerit sepultura variant sententiæ. Jacobus Edessenus, qui fuit Magister S. Ephrem, tradit, quòd ossa Adami reverenter collegerit Noë, & in arcam intulerit, atq; post diluvium tradiderit filio suo Sem, qui ea in Judæam transportavit. At S. Basil. & Hieron. alijq; plures volunt Adamum ibi habitasse, & vitam finivisse. Evam quoq; ex more veterum, eidem sepulchro illatam esse, credibile est.

Adam & Eva salvati V. *Quid sentiendum de pœnitentia & salute æterna proto-parentum?* ℟. Sentiendum optimè, prout communissimè sentiunt SS. PP. & DD. Catholici: adeo ut Irenæus, Epiph. Aug. & alij Encratitas oppositum sentientes damnent gravis erroris. Nam Sap. 10. disertè dicitur: divinam sapientiam primum hominem eduxisse de delicto suo. Et S. Athan. orat. de passione. Aug. hîc q. 161. tradunt Adamum præ alijs Sanctis resurrexisse cum Christo. Et certè incredibile videtur, quod Christus tam profusus gratiarum in pejores peccatores, parcus fuerit, & inefficax erga parentes primos nostros & suos. Nec credibile est Adamum sapientissimum annis 930. obstinatum & impœnitentem mansisse. Habuit divinæ misericordiæ plura argumenta, quæ illum poterant exstimulare ad filialem amorem erga amantissimum Patrem. Habuit filios religiosos & DEO devotos, quorum exemplo ad DEI servitium, & ad resipiscendum provocari debebat. Habuit deniq; revelationes Christi futuri nostri Redemptoris; & quia per fidem in ipsum salutem consequi potuit, hoc neglexisse minimè censendum est, maximè cùm hæ revelationes eo fine ipsi factæ fuerint.

Seth genitus ad imaginem Adæ. VI. *Quomodo Adam dicitur genuisse Seth ad imaginem & similitudinem suam v. 3. quidq; Seth significet?* ℟. ad 1mum Seth fuit similis Adæ ratione animæ, & fortè etiam quo ad corpus, quia præ cæteris fratribus phisionomiam patris distinctiùs expressit.

Fuit

Fuit etiam ipsi similis quo ad mores & virtutes. S. Thomas censet Seth non ad DEI sed ad patris similitudinem & imaginem factum dici, quòd DEI imago per peccatum originale, in quo Seth natus est, fœdata fuerit vel ut vult Hugo planè amissa. ℞. ad *2dum* Seth juxta S. Hieron. idem est, quod positio, unde Gen. 4. dicit de eo Mater Eva: *posuit mihi Dominus semen aliud pro Abel*, S. autem Epiph. hæresi 34. Seth, ait, interpretatur commutatio, quia pro Abel commutatus & suppositus est. Deniq; S. Aug. l. 15. de civit. c. 17. ait, Seth interpretatur resurrectio, quia scilicet in eo Abel resurrexisse videbatur, ideoq; c. 18. vocat Enos filium Seth filium resurrectionis. De Seth habet scriptura Eccl. 49. *Seth & Sem apud homines gloriam adepti sunt, & super omnem animam in origine hominum*, quæ tamen sit hæc gloria, aut unde orta sit, non exprimit scriptura. Suidas apud Corn. à Lap. in dictum locum putat eam gloriam ortam fuisse ex sanctitate illius, ob quam causam etiam vocabatur DEus à fidelibus, unde & Gen 6. filij Seth vocabantur filij DEI, sicut filiæ Cain vocabantur filiæ hominum. Josephus l. 1. Antiquit. cap. 3. Hic, ait, à Patre educatus, ubi eò ætatis venit, ut jam quod rectum est, discernere valeret, virtutis studijs se totum dedidit, & cùm ipse vir optimus evasisset, etiam nepotes sui similes post se reliquit: qui quoniam omnes bona indole erant præditi, & patriam absq; seditione incolebant, in perpetua felicitate vitam exegerunt, & sideralem scientiam, & cœlestium rerum cognitionem excogitaverunt. De Seth refert Rodericus Sanctius Episc. Palentinus part. 3. Hist. Hisp. c. 40. Ezovius anno 1231. n. 9. Ioannes Gerbrandus l. 31. Chronici Belgici c. 26. in hæc verba Anno 1374. Cùm Latomi Saraceni & Christiani jussu Sybillæ Reginæ Ungariæ de licentia Soldani Babyloniæ foderent in valle Iosaphat, invenerunt tumulum de lateribus compositum, & aperientes invenerunt cadaver miræ magnitudinis integrum cum barba prolixa & capillis maximis in pellibus ovinis & integris sepultum, & super caput invenerunt tabulam, in qua literis concavatis ad modum sigilli hebraicè inscriptum fuit sic: *Ego Seth tertiò genitus filius Adæ credo in JESUM Christum filium DEI, & in MARIAM Virginem Matrem ejus de lumbis meis venturos.*

Seth quid significat.

VII. *Quomodo ambulavit Henoch cum DEO, & quomodo tulit eum DEUS?* ℞. ad *1mum* Ambulavit cum DEO, in quantum DEum ita præsentem in animo ac familiarem habebat, Deiq; beneplacito in omnibus ita se conformavit, ut videretur semper in conspectu aut à latere habere DEum, quocunq; se moveret, & quidquid operaretur, circumspectissimè & religiosissimè in omnibus se gerendo. Unde Judæi putarunt Enoch fuisse Angelum incarnatum. Ad *2dum* ℞eo tulit illum DEus, in quantum è medio hominum vivum transtulit in paradissum. Ita communiter DD. Quòd translatus sit vivus testatur Apost. Heb. 11. v. 5. Ubi ait: *Henoch translatus est, ne videret mortem.* Unde colligitur eum etiamnum vivere, & cum Elia venturum ad prædicandam pœnitentiam in fine mundi, & pugnandum cum Antichristo. Quòd translatus sit in paradisum in finem prædictum testatur Eccl9 c. 44. v. 16. *Henoch placuit DEO, & translatus est in paradisum, ut det gentibus pœnitentiam.* Ibi vixit usq; ad diluvium, & etiamnum ibi existit, si paradisus etiamnum existit; si non, translatus est in alium amœnissimum aliquem locum, ubi cum Elia degit. Contigit raptus Henoch anno mundi 987. juxta Corn. à Lap.

Henoch ambulauit cum DEO.

DEus tulit Henoch.

VIII. *An Henoch fruitur visione beatifica, vel adhuc sit in statu merendi & mereatur?* ℞. ad 1mum. Non fruitur visione beatificata. Ita communiter SS. PP. & TT. præsertim ij, qui nulli puro mortali homini eam unquam esse concessam defendunt. Corn. à Lap. oppositam sententiam habet pro nova & paradoxa, ac solido fundamento destituta. Sequitur enim ex illa *1mò* quòd Henoch simul sit comprehensor & viator, siquidem nondum mortuus, quod aliàs solius Christi privilegium est. *2dò* inconveniens est, ut post visionem beatificam redeat ad merita & passiones. *3tiò* obstat illud S. Ioannis: DEum nemo vidit unquam, scilicet mortalis purus homo. Ad 2dum ℞eo Nec esse illum in statu merendi. Ita Corn. à Lap. cum Suarez & Pererio, quia aliàs tot annorum millibus homo Sanctissimus tanta sibi accumularet usq; ad finem mundi merita, ut non tantùm reliquos omnes sanctos Patriarchas & Apostolos facile superaret, sed hi cum illo nec in comparationem venire possent, quod est contra communem sensum. Per raptum ergo illum è medio mortalium & certaminum velut per moralem quandam mortem desijt Henoch esse in statu merendi, sicut animæ purgatorij per mortem naturalem. Accedit, quòd translatus sit in statum notabiliter diversum, in quo nec tentatio nec corruptio vel alia difficultas est bene operandi, & quamvis non fruatur clara DEI visione, habet tamen abstractivam DEI contemplationem continuam valde eminentem, ita ut magis patiatur, quàm agat Divina, nec molesta ei esse possit suspensio meritorum temporanea. Videri potest Corn. à Lap. hic in longum hæc pertractans.

Henoch nō fruitur visione beatifica.

Non est in statu merendi.

IX.

Henoch in fine mundi rediturus.

IX. *An Henoch in fine mundi rediturus sit ad vitam communem?* ℟ rediturum cum Elia, atq; cum eodem pugnaturum per conciones, disputationes, & miracula cum Antichristo, à quo tandem Martyrio afficientur Hierosolymæ, ejectis in plateam inhumatis eorum corporibus, sed post tres dies & dimidium divina virtute resurgent spectante tota urbe, atq; in cœlum gloriosi ascendent in nube, ita habetur Apoc. 11. & tradunt communiter PP. & DD. catholici.

Nòé quomodo consolatus parentes.

X. *Quomodo Noë dicitur consolatus esse parentes suos in laboribus manuum suarum?* ℟ consolatus est eos tum eximia & planè singulari pietate sua, morum facilitate, atq; observantia parentum: tum quia Noë fuit vir valde industrius, invenitq; varia instrumenta ad facilitandam agriculturam, & modos faciliùs terram colendi, vineas plantandi &c. Unde c. 9. appellatur vir agricola, quòd studiosior fuerit agriculturæ ipsique communiter tribuitur, quòd docuerit terram aratro & bobus colere, quæ antea ligonibus colebatur. Hæc & similia cùm Pater ejus Lamech (alius ab illo Lamech Cainita polygamo) ut propheta prævidisset in spiritu (addit Hugo etiam prævidisse, quòd filius ejus perditum genus humanum per diluvium esset reparaturus) exultavit, & filium sibi natum appellavit Nòé, id est, quies & consolatio.

Nöe quando genuit filios.

XI. *An Nòé usq; ad annum quingentesimum nullos procreârit filios?* ℟ Quamvis de illis nullam faciat mentionem scriptura, sed tantùm afferat, Nòé cum annorum esset quingentorum genuisse filios, Sem, Cham & Japhet: non hoc ipso negat, illum antecedenter genuisse aliquos. Nec credibile est ipsum per tot sæcula vel abstinuisse usu conjugij, quem sciebat adhuc necessarium esse ad replendam terram præsertim hominibus bonis, quales ex domo ipsius prodituri videbantur; vel sterilem fuisse ad id tempus, & benedictionem divinam largissimè datam generi humano pro illo tempore inefficacem in ipso fuisse. Unde meritò censent Interpretes cum S. Aug. l. 15. de Civit. c. 20. prædictos tres filios Nòé non fuisse primogenitos ipsius, sed alios antecedenter susceptos defunctos fuisse.

CAPUT VI.

Videns DEus universalem hominum depravationem, decernit diluvio purgare terram, jubet Noë virum justum apparare arcam, in qua salvetur ipse cum domo sua, & paucis ex qualibet specie animalium.

Filij Dei & filij hominū qui?

QUæstio I. *Qui fuerint filij Dei, qui v. 2. dicuntur in uxores duxisse filias hominum?* ℟ non fuisse Angelos malos, seu dæmones incubos, prout quidam putarunt, sed filios Seth, qui conjugio sibi copularunt contra morem antiquum fœminas de familia Cain. Vocantur autem filij Seth filij DEI ob insignem morum probitatem & religionem, per quas DEI imago, quasi in filijs suis resplendebat. Ita S. Chrysost. Cyrill. Aug. & alij communiter. 2dò quia formâ corporis, robore & staturâ, non tamen gygantæa, eximij erant. Nam ut notat Oleaster, 2dùm phrasim Hebræam, magna, fortia, egregia dicuntur esse DEI, ut montes DEi, cedri DEi &c. Filij autem & filiæ de familia Cain dicebantur filij & filiæ hominum, quia non corpore tantùm, sed animo etiam prorsus terreni erant, luxui & intemperantiæ dediti. Mortuo igitur Adamo, translato Henocho, Setho quoq; defuncto, posteri ipsius sensim depravari cœperunt, & contra parentum monita, non tantùm familiaritatem, sed stimulante libidine conjugium cum posteris Caini contraxerunt. Sic commixti præcipites iverunt in omne nefas, filiosq; genuerunt nequiores se, qui & scelerum mole & monstrosa corporis magnitudine enormes erant, gygantes dicti: de quibus complures fabulas sparserunt pòétæ, quæ hanc veri partem habent, quòd revera fuerint gygantes, natura truci, ingenio pugnaci & ut dicitur Baruch 3, scientes bellum, quod magis DEO, quàm hominibus intulerunt, non infestis manibus & armis, sed enormibus præsertim carnalibus peccatis.

II. *Quomodo factum est, ut non ex Cainitis masculis & fœminis inter se commixtis, sed masculis Sethianis & fœminis Cainitis nati sint gygantes?* ℟ quia Cainitæ à multo tempore, imò ab origine sua improbi per frequentatas libidines enervati & quodammodo emasculati fuerunt, ut non sufficerent ad prolem tam validam gignendam: at Sethiani per continentiam parentum & majorum suorum, robur corporum acceperunt longè majus, ideoq; validiores erant ad insignem viribus prolem generandam. Quando ergo & ipsi exarserunt in concupiscentijs suis illecti formâ mulierum Cainitarum, factum est ardore libidinis, & impotentiâ amoris, ut natura omnem suam vim, & extremum po-

tentiæ

tentiæ exercuerit, produxeritq; tam procerum & validum fœtum.

III. *Quis Spiritus DEI v. 3. dicitur non permansurus in homine carnali, idq; in æternum?* ℞ non intelligi ibi Spiritum Sanctum, qui est una ex divinis personis, sed; animam rationalem à DEo homini inspiratam: & Ly *in æternum* secundùm phrasim Hebraicam, ibi significare tempus valde longum, v. g. aliquot sæculorum, ita Corn. à Lap. Tirinus & alij. Sensus ergo decreti divini est: quia homines tam graviter, & tam universaliter depravati sunt, nec aliud, quàm carnem sapiunt, non permittam ampliùs, ut vitam, quam ipsis inspiravi in 8, vel 9. sæcula extendant, sed 120 annos illis tantùm concedo ad resipiscentiam, quibus transactis, & non secutâ pœnitentiâ, delebo illos, & fœtentia libidinibus corpora mergam diluvio. *Spritus Dei quis.*

IV. *An illis verbis v. 3. Erunt dies illius 120 annorum præscriptus sit toti generi humano terminus vitæ?* ℞ toti generi humano tunc existenti: excepto tamen Noë qui ad nongentesimum & quinquagesimum annum pervenit, & familia ipsius. Noluit enim DEus ultra differre diluvium, sed sceleftis fatalem terminum constituit, eumq; pro sua clementia satis remotum scilicet. 120 annos, intra quos Noë seriò prædicaret pœnitentiam, & per continuatam arcæ fabricam terreret, urgeretq;, quòd si nihil proficeret diluvio infallibili interirent omnes statuto tempore. Quòd DEus illam suam sententiam non extenderit ad omnes omnino homines etiam post diluvium victuros, manifestum est, quia multi non tantùm ex propinquioribus posteris Noë vixerunt post diluvium ultra 120 annos, ut patet ex c. 11, sed etiam posterioribus & nostris sæculis quidam reperti sunt ætate sua excessisse terminum illum. Ita sententiam illam intellexerunt S. Hieron. in trad. Heb. in Gen. Chrysost. Aug. l. 15. de civ. c. 24. Audi S. Hieron. l. c. Porrò ne videretur in eo esse crudelis; quòd peccantibus locum pœnitentiæ non dedisset: adjecit illud: *sed erunt dies eorum 120 anni*; hoc est habebunt 120 annos ad agendam pœnitentiam; non igitur humana vita, ut multi errant in 120 annos contracta est; sed generationi illi 120 anni ad pœnitentiam dati sunt: siquidem invenimus, quòd post diluvium Abraham vixerit annos 175, & cæteri ampliùs ducentis & trecentis annis. Hæc ille. Sed hinc ortum quæstio. *Anni 120 terming vitæ.*

V. *A tempore quo DEus locutus est Noë usq; ad diluvium, tantùm fluxernnt 100, quingentorum enim annorum erat Noë, quando ei hoc DEus locutus, factus annorum 600 venit diluvium, ergo de hoc intermedio tempore non est intelligendum, quod dixit DEus?* ℞det S. Hieron. Chrysost. & Hugo, quòd 120 annos promiserit, sed non secutâ pœnitentiâ, demptis 20, centesimo anno diluvium, immiserit; & sicut pœnitenti Ezechiæ 15 annos vitæ addidit, ita his impœnitentibus dempserit 20.

VI. *An ex eo, quod v. 5. dicitur,* CUNCTA COGITATIO CORDIS HUMANI INTENTA ESSE AD MALUM OMNI TEMPORE, rectè intulerit Calvinus, omnia opera nostra quantumvis bona videantur, esse peccata? ℞ non rectè. Nam imprimis ibi sermo non est de quibusvis hominibus, quòd sint tam pravi, & ad malum intenti, statim enim v. 9 excipitur & laudatur Noë tanquam vir justus & perfectus, sed de sceleftissimis & pecuinis hominibus, qui illo tempore vixerunt, atq; ita generaliter corrupti erant, ut probabiliter putet Pererius solùm Noë cum prole sua justum inventum esse. *2dò* Moyses sicut alibi non raò, ita hîc adhibet Hyperbolen ad exaggerationem nequitiæ hominum illorum: quemadmodum & nos dum exprimere volumus quempiam alicui rei vel studio vehementer esse intentum, dicere solemus, eum unicè hoc agere, & nihil aliud cogitare vel agere, aut somniare, quamvis nobis constet eum revera multa alia cogitare & agere. Similis Hyperbole est ps. 13. v. 3. Rom. 3. v. 12. *3tiò.* Textus ille in rigore literæ nullo modo sumi potest, cùm manifestissimum sit, homines (etiam ante diluvium) sæpe cogitare de rebus & actionibus non malis, ut quando parentibus volunt obedire, proximum in necessitate juvare, fidem datam servare &c. imò impossibile est, ut homo intentus sit ad malum omni tempore, accipiendo id strictè, quia saltem in somno, præsertim primo & profundiore de malo non cogitat. Sic ergo hæc particula *omni tempore*, item illa *cuncta cogitatio*, & v. 12. *omnis caro corruperat viam suam*, & v. 13. *finis universæ carnis*, & similia inferiùs hyperbolica sunt, & aliquam restrictionem seu exceptionem pati debent. *4tò.* Deniq; quamvis cogitationes cordis humani, id est, affectus & concupiscentiæ naturæ sensualis trahant hominem ad malum: voluntas tamen rationalis æternis principijs instructa, divino lumine illustrata, & inspirationibus adjuta, resistere illis potest, & sæpe resistit, fugiendo malum, in quod appetitus sensitivus fertur juxta illud Gen. 4. *sub te erit appetitus ejus, & tu dominaberis illius.* Possunt igitur liberæ actiones nostræ ad regulam rectæ rationis exactè formari, & ab omni fæce mali depurari, ut omni ex parte placeant oculis divinis, dantur defacto præsertim in viris Sanctis plurimæ actiones tales. *Quomodò cuncta cogitatio intenta ad malum.*

VII.

Pœnitentia qualis in Deo?

VII. *Quomodo pœnituit DEum, quòd hominem fecerit, & quomodo v. 6. dicitur* TACTUS DOLORE CORDIS INTRINSECUS? ℞. eſt Anthropathos, cùm aliquid exprimendum, ſimilitudine ab hominis actionibus accepta fit applicatio ad DEum, cùm enim nulla in DEO ſit paſſio, nullus dolor, nulla pœnitentia quæ aliàs provenit ab effectu non prævifo, hinc DEO omniſcio minimè convenit, ſed utitur Moyſes eo modo loquendi quo hominis iram & pœnitentiam exprimimus, ut enormitatem ſceleris generis humani, promeritam pœnam, & excitatam DEI iram exprimat. Juſtinus Martyr reſpon. ad 36. quæſt. Orthodox. illuſtrat, qualiter DEus immutabilis maneat in ſuis decretis, & ſi pœnitere dicatur; verba ejus hæc ſunt: DEus quia ſemper idem eſt, & quia ſemper facit, quod ipſum decet, omnino immutabilis eſt, ſed cùm ij quos curat, mutantur, mutat ipſe res, prout eis expedit, quos curat: ideoq; & ad ignoſcendum, & ad non ignoſcendum immutabilis eſt. Ignoſcit enim immutabiliter his, qui delicta ſua corrigunt: his verò qui à malo revocari non poſſunt, immutabiliter non ignoſcit. Quod ergo dixit de unctione Saulis *pœnitet me*: oſtendit ejus immutabilitatem in non ignoſcendo: quod verò de Ninive excidio eum pœnituit, oſtendit ejus immutabilitatem in ignoſcendo. Eſt enim immutabilis DEus, ſemperq; perſeverat in his, quæ ipſum facere decet, nec unquam admittit mutationem ad ea facienda, quæ ipſum dedecent. Hucuſq; ille.

Bruta cur perdidit Deus.

VIII. *Cur DEus unà cum hominibus perdere voluit animantia bruta?* ℞. quia hæc creaverat immediatè propter hominem, ſublato ergo principali, concidere debuit & acceſſorium. Deinde vel per miraculum debuiſſet ſervare omnia bruta, vel arcam immenſæ molis pro illis curare ædificari, ut & ſtabula haberent ſufficientia & pabulum. Quia verò illi placuit ſalvare aliquos homines, à quibus repararetur genus humanum, ſervare voluit & animantia quædam ad propagationem ſpeciei ſuæ poſt diluvium.

Arca Noë

IX. *Cur compages illa, in qua ſalvatus eſt Noë cum familia ſua dicta eſt potiùs arca quàm navis?* ℞. quia & figura & uſu ſimilior fuit arcæ ſeu ciſtæ, quàm navigio. Navis enim in ima carina arcuatur & anguſtior eſt; ſurſùm verſùs laxatur & incurvatur, & ad proram acuitur, & ſupernè operitur, & remis vel velis ad progrediendum impellitur. Arca verò plana erat in fundo, & ſine ulla differentia proræ vel puppis, aut anterioris vel poſterioris latitudinis æqualiter quaqua verſùm quadrangulari forma conſtructa fuit, ac undiq; clauſa. In ſuperiori parte tectum habuit, non omnino planum, ſed in medio paulò eminentius (exigua tamen altitudine) ut aquæ decidentes utrinq; defluerent. Nec malum aut vela habebat, ſed fluctuabat ſuper aquas DEO curſum dirigente. Ita colligitur ex deſcriptione ejus hic poſitâ, & tradunt communiter Patres.

Arca materia & capacitas

X. *Ex qua materia fuit arca, & quomodo capax tot animalium?* ℞. ad imum: Communiter cenſetur fuiſſe ex lignis cedrinis. Cedrus enim eſt incorruptibilis, lævis & longiſſimas dat tabulas. Voluit autem DEus tabulas eſſe lævigatas, ut commodiùs linirentur bitumine. Ad *2dum* ℞. in arca fuiſſe commoditatem omnino ſufficientem pro hominibus & omnibus animalibus, quæ DEus in illa voluit ſervari, ipſe enim ſummus architectus deſcriptionem ejus dedit, voluitq; eſſe 300. cubitis longam, 50. latam & 30. altam. Cubiti autem unius longitudo 2dùm communem ſententiam erat unius pedis & dimidij ſeu trium quadrantium ulnæ majoris. Hanc arcæ dimenſionem ſupputans Corn. à Lap: reperit, totam interiorem arcæ capacitatem fuiſſe 450. millium cubitorum, nam ſi geometricè 300 cubitos longitudinis arcæ multiplices per 30 cubitos altitudinis arcæ habebis dicta 450000 cubitorum ſolidorum, quæ eſt ingens capacitas. Quod attinet ad manſiones brutorum: Salianus in annum mundi 1557 n. 13. reperit inferiorem unam contignationem diſtingui potuiſſe in trecenta 33 ſtabula, quorum ſingula erant 6 cubitorum longitudinis & totidem latitudinis & 10 altitudinis. Cùm autem, qui de animalibus ſcripſerunt diligentiùs, vix 130 ſpecies quadrupedum repererint, inſectorum verò, reptilium ac ſerpentum vix 30 ſpecies, ſequitur pro omnibus non tantùm ſufficientia, ſed etiam ſuperflua ſtabula fuiſſe, præſertim cùm non plura individua ex qualibet ſpecie voluerit DEus intromitti, quàm duo ex animalibus immundis (maſculum & fœminam) & 7 ex mundis, ut ſupereſſent pro ſacrificio. Aves, quarum vix 150 ſpecies repererunt Geſnerus & Aldrovandus in ſuperiore contignatione manſiones habuerunt.

Cænacula & triſtega

XI. *Quæ fuerunt cænacula & triſtega, quæ v. 16. DEus juſſit fieri in arca?* ℞. ſignificari dictis vocabulis contignationes diverſas, ſeu tabulata tria (hæc enim græci appellant triſtega) quæ DEus voluit exſtrui in arca præter infimam pro ſaburra & ſentina deſtinatam. Conſtabat ergo arca in univerſum 4 contignationibus, quas accuratè diſtinxit & deſcripſit Buteo l. de Arca. In infima continebatur ſaburra, ſeu arena craſſior ad librandam arcam, ne in hanc & illam partem fluctuaret, ſed rectè incumberet aquis: continebatur enim ſentina ad excipiendas undiq; ſordes, quæ poſtea per antlias vel ſportas

& fu-

& funes in altum subvectæ per fenestram superiorem ejiciebantur. In 2da contignatione locus erat omnium animalium, reptilium & gradientium distinctus ex utraq; parte in varias cellas, seu stabula majora & minora 2dùm proportionem & numerum specierum. In hoc tabulato erat ostium arcæ de quo v. 16, idq; satis amplum, ut etiam cameli & elephantes ingredi potuerint. In tertia contignatione erant reconditoria continentia tum annonam hominum & pabulum brutorum, tum dolia cum aqua potabili. In 4ta, eaq; summa contignatione erat habitatio hominum ex una parte, cum culina, foco, furno, mola, lignili, & penu, ex altera erant caveæ & nidi avium cum suo pabulo, huic contignationi incumbebat tectum humile, utpote unum duntaxat cubitum habens in altitudine juxta v. 16.

XII. *Cur DEus jubens v. 18 in arcam ingredi Noë cum familia sua loquitur cum distinctione masculorum à fœminis?* ℞. loquendi modum, quo ibi utitur DEus, non esse fortuitum, præsertim cum eodem modo seu simili separatione facta loquatur Moyses c. seq. v. 7. & ingressus est Nòë & filij ejus, uxor ejus, & uxores filiorum ejus. Diversò autem modo seu ordine personarum utitur DEus, c. 8 quando jubet Nòë egredi ex Arca v. 16. *egredere de arca tu & uxor tua, filij tui & uxores filiorum tuorum tecum*: ubi maritos conjungit immediatè cum uxoribus suis. Voluit nimirum innuere DEus: in arca abstinendum esse usu conjugij, utpote tempore valde luctuoso, & quòd unicè intenti esse deberent orationi & operibus pœnitentiæ ad placandum DEum. Ita Corn. à Lap. cum S. Hieron. Remigio, Damasc. & Abulensi. Hinc in arca nullus legitur genitus, quamvis anni spatio duraverit diluvium: imò expressè dicitur c. 10. *Natiq; sunt eis filij post diluvium.* & c. 11. *Sem genuit Arphaxat biennio post diluvium.* Deniq; 1 Pet. 3. v. 20 dicuntur octo tantùm animæ salvatæ per arcam: essent autem plures, si plures nati fuissent vel concepti in arca. Egregiè S. Damasc. l. 4. fidei c. 25. ait: quòd DEus separavit illos ab uxoribus, ut cum castitate pelagus, & illud commune naufragium evitarent. Finito autem diluvio, dum jubentur egredi, conjungit sacer textus maritos cum uxoribus, ea combinationis phrasi indicans, necessarium esse usum conjugij ad propagationem hominum, ut notavit S. Amb. l. de arca c. 21. Nam ut ait Salomon Ecclef. 3. v. 6. *tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexibus.*

XIII. *Quando & ubi parari cœpta, & consummata est arca?* ℞. ad 1mum. imprimis DEus 120. annis ante diluvium, id est, cum Noë ageret 480. vitæ annos, ut notat S. Aug. l. 15. de civit. c. 24. promulgavit decretum de perdendo genere humano ob malitiam ejus, juxta v. 3. hujus cap. & prædictum tempus voluit esse terminum vitæ hominum (excepto Noë cum familia sua) tunc degentium juxta dicta ad q. 4. Arca verò fabricari cœpisse primùm videtur 20. annis pòst, quando scilicet Noë agebat annum 500. Constat enim ex c. 7. v. 6. & 11. Noë egisse annum 600. quando perfecta fuit arca & diluvium cœpit, & communis sententia tradit 100. annis ædificatam esse arcam, ac proinde quingentesimo anno ætatis Noë fabricam cœpisse. Cùm enim videret DEus homines verbali comminatione per annos 20. territos non esse, voluit eam continuò ante oculos impiorum versari per constructionem arcæ per annos 100. Verùm neq; id profuit, contemnente peccatore, cùm in profundum venerit. Ad 2dum ℞. de loco, in quo constructa sit arca, non satis constat. Salianus in annum mundi 1557. n. 13. cum alijs non improbabiliter censet ad radices Caucasi montis, qua parte respicit Indiam, ædificatam esse: tum quia ibi cedrorum, quæ erant arcæ materia, magna est copia, tum quia prope manebant impij, quibus arcæ fabrica prolixa concione prædicare debebat pœnitentiam. Conjecturam juvat Promethei fabula, quem fuisse Noë creditum fuit, qui alligatus ad Caucasum dicebatur, eò quòd integro sæculo ibi opus faceret. *Arca ubi ædificata.*

XIV. *Quis fuit cibus animalium carnivororum, quamdiu fuerunt in arca?* ℞. det S. Aug. l. 15 de civit. c. 27. fuisse grana frumentorum, & terræ arborumq; fructus. Quia ante diluvium non erant carnivora, sed quia fructus erant sapidissimi, istis vescebantur, ut nonnulli sentiunt. Vel quod verò similius est, carnem vorare rapacibus bestijs propriè non est naturale, sed ubi vel fames urget vel à juventute assuescunt, etiam alijs escis vescuntur, de lupis enim compertum habemus, quòd in hyeme, quando carnem habere non possunt, ventrem expleant hominum & jumentorum excrementis, pane, fructibus, quin & humo; de Leonibus etiam exempla recenset Natalis ex alijs scriptoribus. Philostratus in vita Appollonij l. 5. Leonis meminit, qui templa Ægypti sic ingrediebatur, ut à cædibus purum se conservaret. Neq; enim inquit, hostiarum sangvinem lambebat, nec excoriatas, & in frusta divisas carnes delibabat, sed placentis mellitis, & pane, & bellarijs vescebatur. Simile narrat Sulpitius Severus de Monacho Thebaidis, dialogo 1. c. 7. Item Joan. Phocas, descriptionis terræ sanctæ c. 23. de Leonibus circa Jordanem, quibus Iberus Ana- *Animalium carnivororum cibus in arca.*

rus Anachoreta victum ministrabat. Horum Leonum duo inquit ad senis claustrum primâ hebdomadis die se conferebant, & capitibus columnæ innixi nutu oculorum pabulum petebant. Quod consecuti, ad consuetos fluminis vertices alacres & læti redibant. Pro pabulo autem erant aquâ madefacta legumina, aut fortè olyrites aut panis hordeacei frusta.

CAPUT VII.

Noë cum uxore, tribus filijs & horum uxoribus, atq; delectis animantibus ingreditur arcam, diluvium inundat terram.

Noë in arcam intulit defunctorũ corpora.

QUæstio I. *An Noë in arcam intulerit etiam defunctorum quorundam corpora?* ℞. valde probabile est, quòd reliquias non tantùm Patris sui Lamechi & aui Mathusalæ, qui paulò ante diluvium defuncti erant, intulerit in arcam, sed etiam Adami & Evæ, si in illis terris, in quibus agebat Noë, sepulti fuerunt, credibile enim est virum justum & perfectum eum honorem habuisse parentibus suis & protoparentibus. Cum enim nesciret, in quam orbis partem arca deferenda esset, & timere posset, ne per diluvium tumuli sepultorum violarentur, & ita obruerentur congestâ terrâ, ut postea dignosci non possent: videtur ossa charorum secum asportasse. Ita Salianus anno mundi 1656.

Septem diebus ante diluvium ingreditur Noë arcam

II. *Cur septem diebus ante diluvium jussit DEus Noë ingredi in arcam?* ℞det S. Amb. in Gloss. Ord. relatus, tot interpositos esse dies, quot in constitutione mundi fuerunt, sex enim diebus factus est mundus, septimo requievit, quo declaravit se esse auctorem mundi & diluvij. Mundum propter suam bonitatem condidit, diluvium fecit nostrorum merito delictorum. Admoniti sunt ergo homines, vel ex numero dierum, quibus mundus est conditus, quòd conditorem suum non lacrymis solùm, & precatione, sed correctione morum reconciliare debuerant. Addit S. Amb. aliam rationem ibid. *Ut hinc* inquit, *Domini clementiam colligamus, quia multorum annorum offensionem, paucis diebus, si pœnituisset eos, voluisset relaxare.* Hæc illi. Non fuerat Divinæ clementiæ & bonitati satis tempus centum annorum hominibus ad pœnitendum indulsisse, sed superaddidit adhuc in fine 7. dies pro expiandis septem peccatis capitalibus, sperans si saltem vel in fine jamjam imminente diluvio sese convertant, pœniteant, & pœnam evadant. Idem sentit S. Chrysost. hom. 24. in Gen. Etiam nunc, inquit, ante 7. dies prædicit: volens metu emendatiores illos reddere, & ad pœnitentiam reducere, ut nullus tam insipiens esset, ut arguere & dicere posset, si longanimior fuisset, fortè pœnitentiam egissent.

Septena animalia ex mundis illata in arcam.

III. *Cur DEus ex animantibus mundis septena voluit in arcam admitti?* ℞. quia servari debebant non tantùm ad speciei propagationem, sed etiam in alios usus: scilicet ut notant S. Amb. Chrysost. Abul. & alij, unum par ad speciei propagationem, 2dum par ad sacrificium, tertium par ad esum post diluvium, 7mum autem animal pro sacrificio destinatum fuit, mox ut cessarit diluvium, prout defacto, mox ut cessavit, Noë unum è singulis animalibus mundis, DEO in gratiarum actionem obtulit prout testatur c. 8. v. 20. Ex dictis colligunt 1mo Pererius & Aldrovandus Phœnicem non fuisse in arca, ideoq; nullum unquam fuisse vel esse. Nam nec inter munda animalia locum habet, nec inter immunda: Cum DEus ex mundis servari voluerit septena & septena, ex immundis duo & duo, masculum & fœminam ad propagationem speciei. De solitaria ave nusquam est ulla mentio. Colligunt 2dò interpretes distinctionem animalium mundorum & immundorum non fuisse primùm à Moyse invectam Lev. 11. sed fuisse etiam in lege naturæ ex institutione DEI, non quælibet acceptantis in sacrificium.

Hybrides non fuerũt in arca.

IV. *An cum alijs animalibus etiam Hybrides seu animantia, quæ ex diversarum specierum commixtione nascuntur, ut muli, & quæ ex putri oriuntur in arca fuerint?* ℞. cum Tirino & Saliano, non fuisse, sicut nec pisces fuerunt, quia c. 6. v. 20 de animalibus dicit DEus ad Noë ingrediantur tecum, ut possint vivere, atq; deinceps propagari, ut dicitur hoc cap. v. 3. Cùm ergo prædictæ species ad sui propagationem non egerent beneficio arcæ, frustra locum in illa implevissent. Tantùm ergo in causis suis dici possunt fuisse in arca.

V. *Quomodo homines illi impij saltem tunc, quando viderunt 7. ultimis diebus animalia tam varia & tam fera agminatim concurrere* ad arcam, *non crediderint prædictioni Noë, & sint conversi?* ℞. id omnino stupendum esse, quòd si non omnes saltem plurimi, & maximè qui erant propinqui ipsius Noë, aut uxorum, quas duxerant filij ejus, non sint conversi: sed pergebant in circuitu impietatis suæ, atq; ut testatur Christus Dominus Luc. 17. *edebant & bibebant, uxores ducebant & dabantur ad nuptias usq; in diem,*

qua

qua intravit Noë in arcam, & venit diluvium & perdidit omnes. Feræ ſequebantur inſtinctum DEI, & in arcam properabant, ut ſalvarentur: homines pedem non movebant, nimirum peſſima diſpoſitio ad mortem eſt, vita in ſceleribus acta, excœcavit illos malitia ſua, ut videntes non viderent, & audientes non intelligerent. Habent etiamnum non paucos ſequaces perditi illi.

VI. *Cur DEus durare voluit diluvium 40. diebus, cùm ad inundandam univerſam terram ſuffeciſſet pluvia unius diei?* ℞det S. Chryſoſt. hom. 25. in c. 7. Gen. *Si voluiſſet & imperaſſet, potuiſſet omnia in uno momento perdere diluvio, ſed pro clementia tanta dierum productione uſus eſt.* Faciliore labore deſtruitur ædificium, quàm erigitur, plus enim temporis inſumitur in ædificatione, quàm in demolitione ædis. Econtra ſex diebus cuncta creaverat, quæ 40. diebus delet, ut oſtendat, quàm difficile ſit illi peccatorem punire, inquit de DEO Oleaſter. DEus deſtructurus civitatem Jericho jubet 6. diebus portare arcam circa urbis mœnia, *Septima autem die muri funditus corruent* Joſue 6. v. 5. Quot diebus DEus univerſam mundi machinam & grandem molem condidit, tot dies inſumpſit in evertenda unica civitate, quia ut S. Chryſoſt. ait: *Velox DEus exſtruens, tardus deſtruens, illud potentiæ, bonitatis iſtud.* Semperq; præmonet, antequam feriat, ut ictum per pœnitentiam declinemus, ferè ad eum modum, quo Ceraunius lapis, ſeu Brontia dejici ſolet, nam primo à longè auditur murmur, videtur obtenebrari cœlum, ſubſequitur imber, reboat poſtea cœlum fortiùs, tonant àëra, & tandem inter fulgura lapis ille dejicitur, qui unum ferit, & omnes terret, ut ad pœnitentiam excitentur. Agit DEus, quod ſerpens in Braſilia non rarus, ſed frequens, ut ſcribit Majolus, hic ſerpens, mox ut mordet, occidit, ſed à provida natura inſtructus eſt campanella in cauda, quæ ſonum aliquem edit, ut præmoneantur homines & beſtiæ, ad eum declinandum & evitandum.

Diluvium durat 40. diebus.

VII. *An omnes omnino adulti præter octo in arca exiſtentes perierint non tantùm temporali, ſed etiam æterna morte?* ℞. probabile eſt, non paucos reſipuiſſe, & contrito corde veniam petijſſe, ſaltem quando viderunt horribilem mundi faciem, palpitantis inter inundantem cataclyſmum, fulgura continuò micantia, tonitrua boantia, fulmina eliſa &c. quando nec in montibus altiſſimis, nec in faſtigio proceriſſimarum arborum, montibus inſiſtentium tutum repererunt perfugium; quando frigore, tempeſtatibus, timore aridis, & exhauſtis extrema fame anima jam jam elidenda fuit, nec neſciebant æterna impœnitentes manere ſupplicia. Incredibile certè videtur, quòd in tam luctuoſis circumſtantijs, in tanto hominum etiam ſenum numero, nemo ſit verè contritus adeoq; ſalvatus. Imò in oppoſitum ſtat inexhauſta DEI miſericordia, ex duobus in agro aut mola exiſtentibus unum aſſumentis, alium relinquentis, & per temporalia ſupplicia ſubinde impœnitentes ad frugem revocantis. Favet Apoſtolorum Princeps 1. Petri 3. ubi dicit: Chriſtum apud inferos, ad quos poſt mortem anima ejus deſcenderat, prædicaſſe ijs *qui aliquando fuerant increduli, cùm fabricaretur arca.* Non videtur autem prædicaſſe in inferno damnatorum, ſed limbo Patrum, & qui dicuntur aliquando fuiſſe increduli, indicantur tunc non fuiſſe in incredulitate. Maxima tamen pars illorum hominum perijt etiam æternaliter in impœnitentia, eò quòd inſtantes anguſtiæ aſſuetos ſolis curandis corporibus non permiſerint ad mentem ſanam redire & debitam animæ curam, quæ in talibus circumſtantijs difficillima eſt, habere. Ita S. Chryſoſt. Rupertus & alij. S. Aug. tamen l. 15. de civit. c: 24. Pererius & alij putant, juſto DEI judicio omnes, qui diluvio perierunt, reprobatos, æternumq; damnatos eſſe, Verum quidem eſt, quòd pœnitentiam agere potuerint, non tamen egiſſe ſatis indicant verba Chriſti Luc. 17. *edebant & bibebant*, &c vide q, 5ta Deinde ex priore ſententia ſequeretur etiam ex Sodomitis plures egiſſe pœnitentiam, quod idem poſſet dici de Ægyptijs ſubmerſis in mari rubro, de Core & cæteris, quos dehiſcens terra abſorbuit. Deniq; etſi multi creſcentibus aquis interitum ſuum imminere conſpicientes ad DEum clamaverint, eoſq; pœnituerit de malè factis, fructuoſa tamen hæc pœnitentia non fuit, quia ſera & non ex charitate DEI profecta, ſed metu inſtantis mortis & æternæ damnationis exorta. Tanta etiam malitia fuit hominum illius ævi, ut ſe gratiâ Divinâ penitus indignos reddiderint, ſoli gratiæ ſufficienti relicti.

In diluvio an omnes æternum perierint.

VIII. *Quo tempore cœpit & finitum eſt diluvium?* ℞. ſacer textus diſertè tradit, hic v. 11. cœpiſſe anno 600. vitæ Noë, menſe 2do, 17. die menſis. finitum autem eſſe, ita ut arefacta fuerit terra, & Noë cum ſuis egredi potuerit ex arca anno 601. vitæ Noë, menſe 2do, 27. die menſis traditur c. 8. v. 13. & 14. duravit igitur diluvium integrum annum ſolarem, lunarem verò integrum, & inſuper dies 10. ut notat Tirinus in c. 8. contigit diluvium juxta computum Saliani & Tirini anno mundi 1656. cœpit ſecundùm calen-

Diluvium quando cœpit.

darium noſtrum menſe Majo, qui apud Hebræos erat 2dus. Quando igitur anno revireſcente liberiùs genio & voluptati indulgebant impij, ſubitò venit ira DEI, & ſumma dies ſuper illos, meritumq; exegit ſupplicium tantò luctuoſius, quantò amœniore tempore peribant, ut notavit S. Ambroſius l. de arca & Nöe c. 13.

Abyſſo magna quæ?

IX. *Quænam eſt abyſſus magna, cujus fontes v. 11. rupti dicuntur?* ℞. eſt vorago aquarum maxima & profundiſſima, cujus pars una ſuperfuſa eſt terræ, & continetur in Oceano, alia latet in imis viſceribus terræ & eſt velut matrix fontium & fluminum, quæ ex terra ſcaturiunt. Videtur hæc vorago eſſe illa, quam Mercator & alij Geographi ponunt ſub ipſo polo arctico in ſeptemtrione: experiuntur enim navigantes illuc ferri ingenti motu Oceanum per 4. Euripos, ibiq; ſorberi. Volente igitur DEO, immenſam vim aquarum per venas omnes, ſummo impetu eructavit vorago illa, quibus fluvij, lacus & maria omnia mirum in modum intumuerunt, aggeres ruperunt, & littora omnia exceſſerunt. Succeſſit àër Divina ordinatione, & naturæ vacuum horrentis impetu in locum aquarum erumpentium ex viſceribus terræ. Ceſſante diluvio, aquis iterum in cavernas & voraginem ſuam reductis, ibiq; recluſis decreto Divino, dicuntur c. 8. v. 2. *clauſi fontes abyſſi.* Ita S. Baſilius Hieron, Damaſc. Thomas & alij communiter.

Cataractæ cœli quæ?

X. *Quæ ſunt cataractæ cœli quæ v. 11. apertæ dicuntur?* ℞. cataracta eſt integri alicujus fluminis prægrandis per rupes in ſcopuloſam vallem præcipitatio, quo pacto auctores loca edita & prærupta, è quibus aquæ magno ſonitu & fragore deorſum ruunt, cataractas appellant. à ſimilitudine itaq, hujuſmodi cataractarum Moyſes cataractas cœli à DEO apertas eſſe dicit; hoc pacto, in media àëris regione (ubi à Meteorologis pluviæ, grandines, nives & ſimilia generari dicuntur, cataractæ cœli, aut ut Arabica & Chaldaica lectio habet, feneſtræ cœli non incongruè dicuntur) nubes immenſa aquarum mole aggravantur, quibus diſciſſis, ut plurimùm in particulari aliqua regione valida inundatio ſequitur: Unde & Germanica voce pulchrè ſanè hujuſmodi cataractæ, ein Wolkenbruch/ id eſt ruptura nubium dicuntur. In noſtro verò diluvio exiſtimant Eugubinus & Oleaſter ſignificari per illas cataractas fiſſuras quaſdam ingentes, quas DEus fecit in firmamento, ut aquæ ſupercœleſtes defluerent in terram. Non enim videtur aliunde tanta aquarum copia haberi potuiſſe; cùm non tantùm colles & vulgares montes, ſed altiſſimos ſuperarint: Nam v. 19. & 20. expreſſè dicitur: *opertiq; ſunt omnes montes excelſi ſub univerſo cœlo. 15. cubitis altior fuit aqua ſuper montes quos operuerat.* Conſtat autem quoſdam montes, ut Olympum, Atlantem, Alpes &c. ad 4 milliaria Italica ſeu 4. millia paſſuum & ampliùs elevari, qui omnes aquis ita fuerunt operti, ut aqua 15. cubitis altior fuerit. Alij ut Rupertus, Corn. à Lap. Salianus; Tirinus probabiliùs & communiùs aſſerunt, inundationem illam factam eſſe abſq; defluentibus aquis ſupercœleſtibus; & ſacrum hiſtoricum ibi uſum eſſe Catachreſi, ſeu hyperbolica locutione. Expreſſè Rupertus l. 4. c. 20. quòd ait, cataractæ cœli apertæ ſunt, id per hyperbolen accipiendum eſt, & ſic eſſe dictum ob inſinuandam inundationis magnitudinem, quæ tanta fuit, ut firmamentum, quod fecit DEus in medio aquarum, ut divideret aquas ab aquis, diſſipatum eſſe videretur, non enim guttatim pluvia cadebat, ſed quaſi dolijs effuſa aqua ſeu inſtar torrentium ruebat. Sic etiam hodie inter imbres ingentes dici ſolet: Videri cœlum ruptum. Simili modo loquendi uſus eſt pſalmiſta pſ. 77. ubi ait: *& mandavit nubibus deſuper & januas cœli aperuit, & pluit illis manna ad manducandum.* Deinde ſi per firmamentum ruptum & penetratum aquæ decidere debuiſſent, nimis tardè ad terram perveniſſent, & novo miraculo poſt diluvium iterum ſupra firmamentum attollendæ fuiſſent.

XI. *Quomodo aquæ erumpentes è terra & decidentes è nubibus ſufficere potuerunt ad omnem terram & altiſſimos omnes montes tegendos?* ℞ ſicut initio mundi conditi, poſtquam diviſit DEus aquas ab aquis, & partem tranſtulit ſupra firmamentum, ſolæ aquæ ſublunares ſufficientes fuerunt ad totam omnino terram tegendam, eamq; plenè texerunt, donec tertio die DEus partem earum immiſit in viſcera terræ, ut appareret arida: ſic poſtea vocante DEo erumpentes è terra eandem bene tegere potuerunt. Si quæras, inquit Rupertus l. 4. c. 20. Unde venerunt tantæ moles aquarum, quæ cuncta operuerunt? facilis eſt reſponſio, inde venerunt, quo abierunt, dicente Domino: congregentur aquæ, & apparuit arida.

XII. *Quomodo v. 24. dicuntur aquæ obtinuiſſe terram 150 diebus?* ℞ per hoc ſignificari, quòd poſtquam per dies & noctes 40 continuò venerunt aquæ per pluvias & exundationem è terra, tandem eò venerint, ut omnem terram ſepelierint, & altiſſimos montes exceſſerint 15 cubitis: in quo velut conſiſtentiæ ſtatu per 150 dies perſeverarunt. Elapſis his diebus minui cœperunt aquæ, ita ut decimo pòſt die arca quieverit in montibus Armeniæ. Ita S, Chryſoſt. Aug. Rupertus, Abul. & alij communiùs.

XIII.

XIII. *Quid intelligitur per articulum diei, dum dicitur:* IN ARTICULO DIEI ILLIUS INGRESSUS EST NOE? ℞ Oleaster ex hebræo vertit: *in robore diei hujus*, ſive ut Corn. vult *in oſſe diei*, quod coincidit, quia oſſa robur ſunt corporis, ſignificatur autem meridies, qui eſt diei robur, quando nempe æſtus ſolis eſt vehementior, & dies lucidior; ſenſus ergo eſt: in articulo diei illius, ſive circa meridiem ingreſſus eſt Nòé cum filijs, uxoribus, & animalibus in arcam, poſtquam nempe ante meridiem (ut cogitare licet, matutinas DEo laudes perſolverant, omnia animalia perluſtrarant, & in ordinem diſpoſuerant, homines qui ad ſpectandum ingreſſum venerant, adhuc ſemel ad pœnitentiam cohortati, DEumq; pro eorum converſione & diluvij ſuſpenſione precati fuerant &c. His inquam ante meridiem peractis, Nòé adjuvantibus filijs animalia in arcam ex ordine duxit, in ſtabula diſtinxit & demum in eandem ſe recepit. Ingreſſo Nòé in arcam, DEus per Angelum ita concluſit & oblinivit oſtium, ut nullæ eſſent rimæ, per quas in eam penetrare poſſent aquæ. Ridebant interim peſſimi homines virorum optimum Nòé, donec invaleſceret cataclyſmus, quo omnes rapti & ſubmerſi ſunt. *Articulus diei quis?*

CAPUT VIII.

Minuitur ac tandem ceſſat diluvium, cujus finem ex ramo Olivæ à columba apportato diſcit Noë, & egreſſus ex arca ſacrificium offert DEO: qui placatus promittit nunquam ampliùs futurum univerſale diluvium: finitur unà cum diluvio prima ætas, ac velut pueritia mundi.

QUæſtio I. *Quomodo dicitur v. 1.* DEUS RECORDATUS NOE? ℞ nulla cadit in DEum oblivio, nec recordatio, cùm omnia oculis ejus ſint nuda & aperta. Loquitur tamen Moyſes ad captum hominum. Dicitur autem DEus obliviſci bonorum, quando eos permittit affligi, quorum recordatur, ſi eos ab afflictione liberat. Malorum obliviſcitur, cùm eos impune peccare, & in proſperitate vivere ſinit, eorum recordatur, cùm eos punit. Recordari proinde dicitur DEus Nòé, quia per annum exiſtentiæ diluvij ejus quaſi immemor, deſeruiſſe illum videri potuit, cùm eum arcæ incluſum velut in carcere detinuit, cujus recordari dicitur, quia nunc carceris moleſtias & anguſtias libertatis amœnitate perſolvit. *Recordatio Dei.*

II. *Quis fuit ille ſpiritus, quem* ADDUXIT DEUS SUPER TERRAM. v.1.? ℞ S. Amb. Thomas, Theodoretus putant ſpiritum hunc fuiſſe tertiam in Trinitate perſonam, ſive Spiritum S. qui ſicut in primordio creati mundi *ferebatur ſuper aquas* Gen. 1. v. 2. ita hoc loco ſuper aquas diluvij eſſe adductum, ut faciem terrræ revelaret, inquit gloſſ. Ord. ſive ſicut Spiritus S. per ventum venit ſuper Apoſtolos Act. 2, ſic & ſuper diluvium, utrobiq; congruentem operans effectum. D Thom. aliter ratiocinatur, nempe Spiritui S. appropriatur clementia, ſicut potentia Patri, & ſapientia Filio. Ablatio diluvij opus eſt divinæ clementiæ & miſericordiæ, ideoq; Spiritui S. tribuitur. Hanc ſententiam alij non admittunt, quamvis enim Spiritus S. nonnunquam aliqua per ventum operatus eſt, eiq; clementia tribuitur, non tamen inferri debet, omnes venti mirabiles operationes, quæ homini in bonum vergunt, ſpeciatim ipſi tribuendas eſſe. Intelligunt ergo hic Lyranus & Toſtatus ventum validum & urentem, qualem emiſit, quando aperuit mare rubrum filijs Iſrael Exod. 14 qui una nocte vaſtum maris ſpatium, quantum pro tranſitu tanti populi requirebatur, ſiccavit. Advertit tamen bene Tirinus talem ventum juvari debuiſſe ſpeciali DEI virtute ad tantam aquarum molem partim in viſcera terræ compingendam, partim in vapores & àërem convertendam, ut ſiccaretur quantocyus terra. *Quem ſpiritū adduxit Deus ſuper terram.*

III. *Quomodo clauſi ſunt fontes abyſſi & cataractæ cœli?* ℞ id factum eſſe imperio ſeu Decreto DEI mandantis, ut aquæ plures ex terra non erumperent, & quæ eruperant, intra veteres ſinus & cavernas receptæ, inde non redirent: pluviæ quoq; nullæ deciderent, donec terra ſufficienter ſiccata eſſet. Reverſæ ſunt igitur aquæ de terra, *euntes & redeuntes*: id eſt non tantùm à facie terræ abſcedebant, ſed in priſtinum locum ſe recipiebant. *Fontes abyſſi & cataractæ clauſæ.*

IV. *Cur Nòé emiſſione avium ex arca finem diluvij experiri voluit?* ℞ Reditus vel manſio avium non poterat Nòémo certo eſſe indicio, quæ eſſet terræ facies; non reditus, quia aves amore conjugis ad priorem caueam, ubi illa manet, redire ſolent, præſertim ſi in ea per aliquod tempus concluſæ fuerunt. Non emanſio, quia potuerunt in arcæ tecto ſedere, aquis immergi, aut alio caſu interire, aut libertatis gaviſæ aliquamdiu cir- *Aves ex arca emiſſæ.*

cumvolitare. Attamen quia Nòë à DEo edoctus fuit, ut ubi finem diluvij adesse adverteret, avem emitteret, per quam signum finiti diluvij esset accepturus, toties ergo aves emisit (servatis semper interstitijs) quousq; promissum ipsi signum fuit allatum.

Corvus an redijt ad arcam. V. *An corvus explorator missus ad arcam penitus non redierit?* ℞ Vulgata nostra & LXX simpliciter dicunt non esse reversum, quod autem additur *donec siccarentur aquæ super terram*, non significat illum postea redijsse, sed tantùm non rediisse aquis non siccatis: quemadmodum ly *donec* etiam Matt. 1. v. ult. ps 109. v. 2. & alibi sumitur. Hebræa verò Biblia asserunt, corvum reversum esse. Utramq; dissonantem lectionem componunt Corn. à Lap. & Salianus asserentes, quòd corvus quidem non redierit in arcam, ex qua emissus fuit (& hoc volunt nostra biblia) rediit tamen subinde ad arcam, seu super tectum arcæ, ingredi noluit arcam tum amore libertatis naturalis, tum ob defectum cadaverum, quæ extra arcam facile occurrebant, fluitantiá in aquis. Tectum tamen arcæ subinde repetebat, quia tam commodum, in quo consideret locum alibi non facile reperiebat, cum omnia adhuc maderent & cœno plena essent. Abiit hic corvus in proverbium apud Hebræos, ut dicant: *corvus nuntius*, de eo, qui missus est, & tardè, vel nunquam redit.

Columba fert ramũ olivæ. VI. *Quare columba ramum olivæ & non alterius arboris tulerit, & quomodo illum invenerit?* ℞ Declarat id S. Amb. quòd scilicet Oliva sit signum divinæ misericordiæ: est item hieroglyphicum pacis, victoriæ, æternitatis & felicitatis. Divinâ ergo providentiâ factum est, ut quamvis plerasq; arbores everterit diluvium, hæc tamen olea alicubi inter montium petras in medijs aquis servata fuerit in solatium justi, & indicium instantis sereni post nubila & turbida, atq; in tesseram effundendæ misericordiæ divinæ super omnia opera sua, quam fido passu secutura sit pax & felicitas. Prima vice emissa columba redijt, eò quòd non invenerit, ubi quiesceret pes ejus. Quamvis enim montes altissimi jam essent nudati, omnia tamen adhuc limosa, & luto obsita erant, campestria verò terræ adhuc aquis tegebantur.

Animalia ex arca egressa quomodo pervenerunt in varias terras. VII. *Quomodo animalia egressa ex Arca, ex Asia, in qua arca consedit pervenerunt in Insulas valde remotas, præsertim in Americam?* ℞ si natando ab insula ad insulam pervenire non potuerunt (valent enim quædam plurimùm natando) ab hominibus sunt postea navibus importata, quemadmodum & his sæculis non pauca in varias insulas importarunt Hispani, Lusitani, Hollandi &c. Torniellus existimat, quòd sicut in arcam perducta sunt à Divina providentia per Angelos, ita post notabilem multiplicationem factam in Asia, per Angelos dispersa sint in varias terras & insulas, sive per translationem, sicut propheta Habacuc, sive per fortem instinctum, quo impellebantur ad natandum ad peregrinas terras, ac speciale auxilium, ne deficerent in natando.

Odor suavitatis. VIII. *Quomodo v. 21. dicitur DEus odoratus odorem suavitatis sacrificante Noë post diluvium?* ℞. elegantem esse metaphoram, qua significatur gratissimum DEO fuisse illud sacrificium: quasi diceret: ita delectatum esse illò, sicut homines delectantur nidore carnium optimè assarum, vel effusis odoramentis pretiosis. Affectus singularis justi Noë, imò copia & excellentia affectuum, quibus obtulit illud sacrificium tum in gratiarum actionem pro se suisq; servatis, tum in propitiationem pro peccatis generis humani, tum ad impetrandam benedictionem pro multiplicatione hominum meliorum ad obsequium Divinum, tantam illi suavitatem conciliavit, & fœtorem peccatorum sustulit à naribus DEI, ut ait S. Chrysost.

Arbitrium liberum. IX. *An ex v. 21. ubi dicuntur* SENSUS ET COGITATIO HUMANI CORDIS IN MALUM PRONA ESSE AB ADOLESCENTIA SUA, *rectè inferant Lutherus & Calvinus ipsam hominis naturam ita malam esse, ut aliud non possit quàm peccare?* ℞. non rectè. Nam per sensum & cogitationem cordis humani, (Hebræus legit figmentum cordis humani) intelliguntur ibi vel actus sensuales (nam sensus & cogitatio humanæ mentis sunt actus intellectûs & voluntatis) vel ipse appetitus sensitivus & phantasia, quæ tali appetitui proponit varia objecta, ut valde delectabilia, ideoq; illum incendit ad ea appetenda, etiamsi eorum prosecutio sit rectæ rationi dissentanea, vel aliunde prohibita. Porrò imaginationes & appetitiones tales, quas patitur homo ratione peccati originalis etiam in minore ætate, nec ipse secundùm se, nec potentiæ sensitivæ earum productivæ, cùm non sint liberæ homini, sunt formaliter malæ moraliter seu peccata propriè dicta & offensæ DEI. Quamvis enim homini sint incitamento ad peccandum (quia appetitus rationalis seu voluntas, cujus actus sunt proprijssimè peccata, si sint contra rectam rationem & DEum, facillimè sequitur appetitum sensitivum, si ratio seu intellectus altioribus principijs instructus non invigilet & absterreat) non tamen necessitant illum, sed liberum relinquunt ad peccandum, & non peccandum: aliàs prorsus tolleretur ab homine libe-

liberum arbitrium, & homo redigeretur in ordinem brutorum, seu agentium necessariorum; quod est absurdum & contra fidem.

CAPUT IX.

Noë & posteris ejus benedicit DEus, esumq; carnis indulget, non tamen sangvinis. Homicidium sub gravi pœna prohibet, atq; in tesseram clementissimi pacti sui de non iterando diluvio Iridem statuit. Noë inebriatur, Cham maledicitur.

Dominium in feras.

QUæstio I. *An DEus post diluvium plenum dominium in bruta animantia concesserit homini?* ℞. concessisse, quamvis non cum ea perfectione omnimoda, prout habuit Adam in statu innocentiæ. Libera enim data est homini potestas in quasvis feras, utendi & fruendi ipsis ad libitum absq; DEi conditoris, & cujusvis alterius injuria. Et sic antequam esset divisio sylvarum, aliorumve fundorum, feræ omnes erant primò occupantis. Non esse tam perfectum nunc hominum dominium in feras, ac fuit antè, manifestum est. Non enim feræ ita morigeræ sunt homini, sed ut servi indociles & duræ cervicis tractari debent, ut dominum agnoscant & obsequantur.

Ciborum usus post diluvium.

II. *An post diluvium amplior ciborum usus fuerit concessus hominibus?* ℞. non amplior, sed magis explicitè concessus est quorundam ciborum v. g. carnium usus. Nam etiam ante diluvium prohibitus non fuit hominibus carnium esus, sed tantùm ordinatione Divina designatum, ut herbis & fructibus terræ vescerentur, prout sup. dictum in cap. 2. q. 19. & tradiderunt S. Chrysost. Theodoretus, Pererius, Corn. à Lap. & alij. Non omnis autem designatio certæ speciei importat rigidam prohibitionem alterius speciei; Potest enim fieri consilij gratiâ & propter melius esse. Quia verò homines ante diluvium, præsertim, qui erant de stirpe Seth, ob reverentiam Divinæ designationis passim abstinebant carnibus, & post diluvium virtus herbarum jam non fuit tanta propter terram eluvione salsarum aquarum notabiliter corruptam; ut humanæ imbecillitati consuleret DEus etiam esum carnium expressè illis concessit. Constat enim medicorum judicio & experimentis: carnes præ alijs cibis plenius perfectiusq; nutrimentum homini præbere; unde etiam in quadragesima, & alijs quibusdam diebus illorum esus prohibetur ab Ecclesia ad mortificationem carnis.

Quid est carnē cum sangvine comedere.

III. *Quid est carnem cum sangvine comedere?* ℞. Cajetanus ex Hebræo legit: *carnem in anima ejus, in sangvine ejus* non comedes, censetq; vetari comedere carnem vivam seu crudam, cui adhuc inest sangvis, quia hoc potiùs ferinum quàm humanum est. S. Chrysost, ait carnem cum sangvine comedere idem esse ac suffocatum edere, hoc enim retinet in se sangvinem. Lyranus, Tostatus, Carthusianus hæc verba: *Carnem cum sangvine non comedes* ad 4. capita extendunt: Audi Lyranum: Carnem cum sangvine, id est, membrum abscissum de animali vivo, quia istud videtur crudele & inhumanum. Alio modo, ut per hoc intelligatur strangulatum, submersum, & per se mortuum, & hujusmodi quod moritur absq; sanguinis effusione; tertio modo intelligitur, ut per hoc intelligatur prohibitus esus sangvinis separatim à carne, ac si diceret: Carnem cum sangvine &c. id est, licet esus carnium sit vobis concessus, non tamen esus sangvinis. 4to modo sic exponitur, Lev. 17. c. quod si aliquid acciperetur venatione vel aucupio, prius deberet effundi sangvis quàm comederetur. hæc ille. Permisit ergo DEus esum carnis, sangvinis interdixit, prout etiam Lev. 17. Item act 15. v. 29. duravitq; non tantùm ad tempora Tertull. & Minutij Ut ipse fatetur in Octavio, sed etiam tempore Bedæ & Rabani, ut patet ex ejus pœnitentiali. Verùm jam exolevit: nunc enim sangvinem non quidem bibere, sed comedere in farciminibus moris est. Cur tempore Moysis & primitivæ Ecclesiæ prohibitus fuerit esus sangvinis, non est hujus loci causas inquirire. Sed

Sangvinis esus interdicitur.

IV. *Cur hic esus sangvinis tam severè interdicitur?* ℞det S. Chrysost & Rupertus, quia sangvis est vehiculum vitæ, ideoq; qui eum comedit, alterius quasi vitam deglutit. Hæc ratio redditur Lev. 17. ubi inhibitionis hujus hæc causa datur: quia *anima carnis in sagvine est*, quia ergo hominis vita in sangvine ejus esse creditur, ejus esus & potus interdicitur, ne videatur homo hominis sitire vitam. Cum hoc coincidit quod ait S. Thomas: Interdicto sangvinis voluit DEus homines quàm longissimè removere ab homicidio, quia enim pauci post diluvium remanserunt homines, cavit DEus ne propagatio generis humani præpediretur, tardiusq; promoveretur, ideoq; ad detestandum homicidium, vetat omne, quod ad illud ansa esse poterat, quodve speciem & relationem ad illud habet, quale est esus sangvinis. Rupertus aliam causam hujus interdicti reddit: quia sangvis difficilis

est concoctionis & multarum infirmitatum causativus; quia ergo DEus prævidit homines post diluvium debilioris naturæ, brevioris vitæ, cibos etiam remissioris virtutis nutritivæ, confortativæq; futuros, prohibuit sangvinem, ne debilitaret magis vires corporis humani: Præterea vetuit sangvinem ad excludendam idololatriam: idololatræ enim bibebant sangvinem victimarum.

Sangvis de manu bestiarum requiritur.

V. *Quid est sangvinem requirere de manu bestiarum?* ℞ Ut DEus efficaciùs absterreret ab homicidijs, non tantùm allegat dignitatem hominis, quòd sit ad imaginem DEI creatus, & pœnam capitis statuit in homicidam injustum, quicunq; ille sit, sed addit: quòd si bestia quædam occiderit hominem, occidendam esse & ipsam, prout clariùs postea statuit Exo. 22 v. 28 ubi jubet bovem & à pari vel potiori, quamvis aliam bestiam, si hominem occiderit, lapidiari. *De bestiarum manu* est hebraismus, sive bestia illa fuerit sive homo, qui necem intulit, occidendus erit. Accedit, quòd DEus ipsos judices, qui non ritè cognitâ causâ damnarunt innocentes, ab his citatos ad tribunal divinum, intra certum tempus non rarò morte sustulerit statuto tempore. Exempla exhibet Corn. à Lap. hîc. quale est illud de Rudolpho Austriæ duce, qui Equitem auratum damnavit ut sacco inclusus mergeretur, Eques autem conspectо priùs Duce, exclamavit: Dux Rudolphe, ad tremendum DEI tribunal intra annum te voco. Ille irridens respondit: bene, præito; ego tum adero. Exacto tempore incidens in febrim, appellationis recordatus, servis dicit: tempus mortis meæ instat, ad judicium eundum, & statim obijt. Quando autem v. 6. dicit DEus universaliter: quicunq; effuderit humanum sangvinem, fundetur sangvis illius: non significat, quòd id semper futurum sit; multis enim apud tribunalia humana impunè transeunt homicidia, vel exiguâ pecuniolâ mulctantur: sed ostendit, quid æquum sit fieri, & fieri velit. Unde ipse Exod. 21. v. 12. & Matt. 26. v. 57. legem talionis tulit in homicidas, sententiam mortis: & sæpe supplet vices judicum, varijs & horribilibus modis vel spectris exagitando ac perdendo homicidas, ut experientiâ constat.

Arcus in nubibus.

VI. *Quis est arcus, quem DEus v. 13. dicit se positurum in nubibus in signum fœderis?* ℞ cum communi Patrum & DD: est iris, amœnitate colorum suorum signans clementiam Divinam. Dicit autem DEus se illam positurum in nubibus: non quòd ante diluvium in nubibus non apparuerit (naturaliter enim producitur ex reverberatione solis in nube rorida concava) sed quòd deinceps apparitura sit, ut signum fœderis inter DEum & homines, ac universa animalia, atq; in tesseram de non inducendo ampliùs diluvio super universam terram. Placuit DEo prædicti fœderis signum ponere in nubibus, ut unde summus terror, & fatales aquæ paulò antè processerant, inde afflictis hominibus certum solatium oriretur. Extendit hoc fœdus etiam ad bruta animalia, ut sicut unà cum homine maxima eorum pars demersa fuit, ita deinceps pari gauderent in gratiam hominis immunitate.

Nöe non genuit filios post diluvium.

VII. *An Nöe filios aliquos procreârit post diluvium?* ℞ probabilius est, quòd non. Ita S. Chrysost. Ephiph. Abul. Corn. à Lap. Salianus & alij. Scriptura enim tantùm mentionem facit trium ejus filiorum, Sem, Cham & Japhet, qui nati fuerunt ante diluvium, & signanter addit: *tres isti sunt filij Nöe, & ab his disseminatum est omne genus hominum super universam terram.* Fabula ergo est, quod tradit Berosus Annianus, Nöé ex uxore Titæa post diluvium genuisse 30 filios dictos à nomine matris Titanas, quos celebrant Pöetæ. Credibilius est, Nöe annis gravem, utpote 600 jam annos numerantem, curis ac laboribus fractum abstinuisse post diluvium usu conjugij, & divinis laudibus & agriculturæ intentum fuisse: nec dubitasse de celeri propagatione hominum per filios suos larga benedictione divina perfusos. Deniq; omnibus ea ætate intentis generationi prolis, voluit DEus in Nöe tum aliarum virtutum, tum continentiæ in statu conjugali præbere exemplar conjugibus, qui futuri essent, mundo jam impleto hominibus.

Chanaan quando genitus.

VIII. *An Cham genuerit Chanaan in arca tempore diluvij?* ℞ Affirmat S. Chrysost. alij omnes communiter negant. Imò ipsa scriptura docet octo tantùm animas per arcam salvatas esse 1 Pet. 3. v. 20. rursum Chanaan natum esse post diluvium docet ipse Moyses c. 10. v. 1 & 6. In egressu ergo Nöe ex arca necdum ex Cham genitus erat Chanaan, dicitur tamen Cham Pater Chanaan, quia ex Cham nasciturus erat, & tempore Moysis, qui hæc scribit, jam natus erat Chanaan & Chananæi, quos Hebræi ex Sem oriundi subegerunt, & vastarunt. S. Amb. c. 28 de arca ait ad exaggerandum delictum ipsius Cham additam esse ejus generationem: *& ideo improbum meruit habere filium, quia improbus ipse fuerat patri.*

Noe ebrietas fuitne culpabilis?

IX. *An ebrietas Nöe culpabilis fuit?* ℞ communiter illum PP. & DD. excusant à peccato saltem gravi. Nam nesciens vim vini, utpote antea non cogniti (solùm enim uvæ comede-

comedebantur ex vite) succum ex uvis expresserat & plusculum sumpserat labore lassus. Nec vitio illi dari potest, quòd aliquatenus nudatus jacuerit: facile enim dormientes, qui mero incaluerunt, tegumenta disjicere solent. Nunc igitur dum vis vini jam notissima est, etiam ex innumeris tragicis eventibus cautiores esse homines in ejus usu oporteret. Scitè effectus vini expressit, qui asseruit: Nòë miscuisse viti & vino sangvinem 4 animalium, simiæ, leonis, porci & agni: quosdam enim vinum largiùs sumptum facit moriones, & quasi simias, alios pugnaces & crudeles quasi leones, alios spurcos & fœdos quasi porcos, alios mites, blandos & pios quasi agnos.

X. *Cur propter illusionem sibi factam maledicit Nöe potiùs Chanaan filio Cham quàm ipsi Cham, qui illuserat?* ℟ id factum esse sive reverentiâ divinæ benedictionis, quàm non ita pridem à DEO acceperat Cham, ut notant S. Chrysost. & Theodoretus, sive quia noluit reliquos Chami filios, qui maximorum & potentissimorum populorum fuerunt progenitores, maledicto involvere in patre: sive quia noverat acriùs id maledictum sensurum Patrem, si directè torqueretur in caput filij; est enim acutior sensus Patris quàm hominis. Suspicantur insuper Corn. à Lap. & alij cum Theodor. quòd Chanaan filius Chami tunc puer & doli capax, non tantùm fuerit complex, sed Author improbæ illius illusionis. Dicitur enim Chanaan primus omnium incidisse in avum dormientem & discoopertum, nec officiosè, ut par erat, cooperuisse, sed rem cum risu ad Patrem detulisse, atq; ut spectatum veniret, invitasse, qui non tantùm pro merito non reprehendit filium de irreverentia in avum, sed ipse impudenter oculum cum ludibrio in eum conjecit, & fratribus suis convocatis deridendum propinavit. Sed illi prudentiores fecerunt, quod filios probos decebat, ideoq; largissimam benedictionem meruerunt & acceperunt. Observabatur hæc reverentia etiam apud Ethnicos. Notat enim S. Amb. ex Cicerone l. 1. Offic. Romæ veterem usum fuisse, ne filij præsertim puberes simul cum parentibus intrarent lavacrum. *Chanaan potiùs quā Cham malè dictus.*

Dicitur v. 24 Cham *filius minor* Patris sui Nöè, non quòd minimus natu esset, fuit enim senior Japheto, sed quia junior erat, quàm Sem primogenitus Nöè, ut notat S. Augušt.

XI. *Quid operata est illa maledictio Nöe?* ℟ effectus illius fuit vilissima servitus posterorum Chanaan, quam ad id tempus nescivit genus humanum, utpote jure naturali liberum, & nullius dominij præterquam divini patiens. Meritò autem pœnâ servitutis castigatum est flagitium filij & nepotis: decebat enim illos herili dominio subjici, qui filiale obsequium parenti negaverant, & torqueri illos timore servili, qui exuerant amorem filialem. Nec satis fuit dicere: quòd Chanaan in posteris suis futurus esset servus fratrum suorum: sed additum est, servus servorum erit fratribus suis, id est vilissimus servus & mancipium. Impleta est maledictio partim Josue 9no, quando excisis Chananæis reliquis, Gabaonitæ, qui dolo mortem evaserant perpetuo servitio Judæorum tanquam mancipia addicti fuerunt: partim 2 Paral. 8. v. 7 & 8 Ubi reliquias Chananæorum Salomon Judæis tributarios & servos fecit. Grandis infelicitas posterorum, qui impios habuerunt majores; non rarò enim dentes illis obstupescunt ob uva, quam comederunt Patres eorum, sed non minor culpa parentum, qui non in suum tantùm, sed posterorum caput congerunt supplicia. Notat Corn. à Lap. rideri hìc à Calvino Papam, quòd maledictionem Chami sibi verterit in titulum, & se scribat servum servorum. Sed advertere debebat improbus Sannio ad ultimam tituli dictionem, scilicet servus servorum DEI: quod additum ex singulari animi demissione non tantùm honestat, sed amabilem simul ac venerabilem facit eum titulum, munusq; pontificium. *Maledictio Noe quid operata in Chanaan.*

XII. *Quid operatæ sunt benedictiones Noë alijs duobus filijs datæ?* ℟. effectus illarum 1mus fuit specialis favor & providentia divina circa ipsos & posteros ipsorum non tantùm dilatandos, sed implendos tum temporalibus tum spiritualibus bonis. 2dus effectus fuit dominium in posteros Chami & Chanaan. Patuerunt hi effectus imprimis in posteris Sem, nam ex ipso processerunt Sanctissimi Patriarchæ, Abraham, Isaac, Jacob & numerosissimus, ac DEO specialiter dilectus populus Israelitarum, è quibus tandem prodijt Sanctus Sanctorum DEI filius & mundi Salvator. Ex Japhet processerunt gentiles Europæi, è quibus Romani imperium suum extenderunt in Judæos posteros Semi, & in omnia loca, quæ tam ipsi incoluerunt, quàm reliqui filij & posteri Sem (& hoc est, quod in benedictione precatur Nöè Japheto: habitet in tabernaculis Sem) & Chanaan usq; in Indiam. Speciale quoq; & omnium summum amplissimumq; imperium pervenit ad posteros Japhet per primatum Ecclesiæ Romanæ, seu Pontificem Romanum. Ita S. Hieron. Chrysost. Rupertus & passim Interpretes. Quantum igitur nocuit posteris Cham maledictio parentis, tantùm profuit posteris Sem & Japhet benedictio ejusdem. Proinde *Benedictiones Noe quid in alijs filijs operatæ.*

filij

filij omnes diligenter caveant illam, flagitent istam à parentibus suis.

Nöe quæ vidit sub fine vitæ suæ?

XIII. *Quæ notabiliora sub extremum vitæ suæ vidit Nöe?* ℞. Siquidem scriptura teste pervenit usq; ad annum quinquagesimum supra nongentos ætatis suæ, & post diluvium vixit annis 350: vidit turrim Babel, audivit lingvas varias ante hac inauditas, vidit semen suum propagatum usq; ad undecimam generationem teste Saliano anno mundi 2006. n. 2. ideoq; vidit filios Tharæ, atq; inter hos Abrahamum Patriarcharum celeberrimum, ac cum eo vixit 58. annis 2dum Corn. à Lap. Vidit posteros suos ita multiplicatos, ut orbem impleverint magna ex parte, neq; id mirum: cum plurium simul uxorum esset usus, & omnes ac toti vacarent generationi prolis. Extremis temporibus Nöe Ninus Monarchiæ Assyriorum conditor eduxit in aciem contra Zoroastrem regem Bactrianorum teste Diodoro l. 3. equitum ducenta millia, peditum decies septies centena millia, cùm & ipse Zoroastres numeraret in exercitu suo quadringenta millia pugnatorum. Vidit quoq; Nöe & indoluit invalescentem Idololatriam sub Nemroth & Nino: cumq; monitionibus non proficeret, & exemplo, optavit animæ suæ ut moreretur. Elogium ejus dat Salianus l. c.

CAPUT X.

Catalogus texitur posterorum Nöe ex filijs tribus, Sem, Cham, & Japhet, ex quibus orti sunt, quicunq; nunc vivunt regionum populi.

Cur Japhet præponitur alijs filijs Nöe.

QUæstio I. *Cur Moyses in catalogo generationum filiorum Nöe præponit reliquis Japhet minimum natu?* ℞. quia paucis expedire voluit genealogiam posterorum ejus, ut fusiùs agere posset de posteris Cham & Sem, ex quibus orti sunt Chananæi & Hebræi propter quos maximè Pentateuchum conscripsit, vel certè honorem habuit Romano imperio, ac potissimùm sedi Apostolicæ in posteris Japhet fundandis.

Gentes processerunt ex filijs Nöe.

II. *Ex quibus filijs & posteris Nöe processerunt gentes, quæ nunc in orbe vivunt?* ℞ manifestum quidem est, quòd omnes omnino gentes, quæ à diluvio usq; ad hoc tempus fuerunt, processerint ex filijs & nepotibus Nöe: difficile tamen est, quamlibet in particulari gentem ad suam reducere radicem, ostendendo, quæ pertineat ad lineam Sem, quæ ad Cham, quæ ad Japhet: & difficiliùs, quænam pertineat ad filios istorum. Colligere tamen id conantur Auctores tum ex denominationibus populorum, quorum nomina aliquam affinitatem habent cum nominibus posterorum Nöe in Scriptura expressis. Ut Assyrii cum Assur, Hebræi cum Heber &c. tum ex divisione orbis terrarum facta à Nöe inter tres filios suos Sem, Cham & Japhet, 2dum quam teste Josepho, S. Hieron. Corn. à Lap. & Saliano obtigit Japheto Europa tota cum parte Asiæ, quæ ab Euphrate fluvio, & Mamo Tauroq; montibus vergit ad occasum & septemtrionem, usq; ad Gades & Tanaim fluvium. Chamo obtigit pars meridionalis Asiæ complectens Arabiam felicem, & partem Syriæ superioris nimirum, cujus Metropolis est Antiochia, ac insuper Ægyptus, totaq; Africa. Semo obtigit pars Asiæ Orientalis ab Euphrate usq; ad Oceanum Indicum. Maximi proinde principes fuerunt prædicti tres filij Nöe, & sine comparatione ampliorem à Patre hæreditatem acceperunt, quàm tres filij Caroli M. aut tres Cæsares filij Constantini M. Porrò quamvis hanc orbis terrarum divisionem ex ordinatione Divina inter filios suos & posteros fecit Nöe longè ante confusionem linguarum & dispersionem hominum in varias orbis partes, ut colligitur ex c. 11 v. 4. (scilicet vel quando Hebero, qui fuit pronepos Semi, natus est filius, quem appellavit *Phalic, eò quòd in diebus ejus divisa sit terra.* ut ait script. hic v. 25. vel non multò pòst) executio tamen divisionis & occupatio designatarum regionum facta non est, nisi post confusionem lingvarum circa turrim Babel.

Ad dignoscendum igitur quænam gens descendat ex Sem vel Cham aut Japhet, juvat inspicere, quam orbis partem incoluerit aut incolat. Ad illum enim ex filijs Nöe pertinebit, in cujus hæreditate sedem habet: nisi constet aliquam gentem aliunde venisse, & violenta manu sedem ibi fixisse, ac proinde ex Japhet per filios ejus septem Gomer, Magog, Javan, Tubal, Mosoch & Thiras processerunt Europæi populi Cymbri & Cimmerij, Scythæ Europæi, Medi, Thraces, Germani, Hispani, Galli, Sarmatæ, Græci, Itali, Macedones & variarum insularum populi.

Chus unde niger.

III. *Unde provenit nigredo Chus, qui tamen nec in regione calida, nec nigris sed albis parentibus natus est?* ℞ det Kircherus in Turri Babel l. 2. c. 14. id contingere potuisse ex vehementia quadam, & fixa matris imaginatione cujusdam rei nigerrimæ in ipso conceptionis tempore occasionaliter excitata, ad similitudinem ejus quod in gregibus Jacob accidisse legimus Gen. c. 30. v. 37. Lycosthenes sanè in suo de prodigijs libro, fœminæ cujusdam meminit, quæ uterum gerens, dum in pictura trium Regum, quam in cubiculo

suo

ſuo affixam habebat, Caſparum ex tribus nigerrimum, anxiè quam ſæpiſſimè vehementi imaginationis vi conſiderans oculos denteſq; in nigerrimo vultu miraretur, mox depoſito utero infantem genuiſſe Æthiopi ſimillimum.

IV. *Quis ex hominibus fuit primus Rex ſuper terram?* ℞. Nemrod filius Chus nepos Chami, de quo dicit ſcript. v. 8. *ipſe cœpit eſſe potens in terra*, ſcilicet tum congeſtis opibus, tum collectis ſatellitibus, cum quibus palàm graſſabatur, ſubjiciebatq; ſibi tum terras, tum homines tunc adhuc liberrimos. Potentiam ejus augebat audacia animi, & moles corporis ingens. LXX enim legunt, *iſte erat Gigas*, & videtur fuiſſe primus Gigas poſt diluvium, ſicut fuit primus Princeps ſeu potiùs tyrannus. Dicitur idem Nemrod v. 9. *robuſtus venator coram Domino*, id eſt, ut explicant Corn. & Tirinus, magnus & eximius atq; publicus latro ac prædo: quia ſe exercens in venatione tandem eò progreſſus eſt, ut ea arte abutens etiam homines cœperit, & quia erat crudelis, ſangvinarius & rapax, gentes ſuo ſubjugavit imperio, & ne à ſe deficerent, eas ad idololatriam compulit. De eo ait Hugo de S. Vict. in ſuis Annotat. in Gen. *Nemrod mole corporis, & virtute ſuperans alios homines dominium cœpit exercere per violentiam: & induxit eos ad idololatriam, ut ignem quaſi DEum colerent: quia utilitates maximas beneficio ſolis, qui igneus eſt, contingere videbat, quem errorem poſtea Chaldæi ſecuti ſunt.* Et ſic primus Principum terrenorum thronus erectus eſt per latrocinia, & in liberorum hominum calcatis cervicibus fundatus. *Nemrod primus Rex in terra.*

V. *An Nemrod iſte fuerit idem cum Belo & Jove Deorum ſummo?* ℞. S. Aug. Euſeb. Pererius & alij paſſim interpretes cenſent Nemrod iſtum fuiſſe ipſummet Belum. Nam utriq; optimè conveniunt, quæ de tempore, loco, tyrannide, imperio & moribus eorum S. Hieron. Aug. Euſebius & alij ſcriptores tradidêre. Utrumq; faciunt primum Monarchiæ Aſſyriacæ auctorem, utrumq; primum regem, & conditorem turris Babel & Babylonis, utrumq; primum auctorem idololatriæ, utrumq; regnaſſe 65. annis. Sola ergo nomina, non perſonæ diſtinctæ fuerunt, ejuſdemq; perſonæ nomen proprium fuit Nemrod, appellativum autem & Antonomaſticum fuit Belus. Bel enim & Baal idem eſt, quod Dominus & Dominator. *Nemrod idem cum Belo.*

Quòd idem Nemrod etiam fuerit primus & principalis gentilium DEus, Deorumq; Rex ſeu Jupiter tradunt cum alijs Corn. & Tirinus. Nam Ninus Nemrodi filius mali corvi malum ovum Patrem ſuum defunctum juſſit publicè Divinis honoribus coli tanquam DEum & Semiramis Nini uxor ſuper ſepulchrum ejus templum magnificentiſſimum extruxit teſte Diodoro l. 3. c. 4. Erat enim ſtadij altitudine teſte Strabone l. 16. & incluſam continebat turrim illam prodigioſæ molis teſte Herodoto citando c. ſeq. q. 7. Non conſtat ulli ſive homini ſive alteri creaturæ, aut idolo Divinos honores eſſe delatos ante hunc Belum, imò S. Cyrillus l. 1. & 3. contra Iulianum diſertè aſſerit, idololatriam nobis notam ſumpſiſſe originem poſt diluvium à patre regis Nini. Accedit, quòd pleraq; & præcipua idola gentium Orientalium à Belo denominata ſint, ut Bel, Beelzebub, Beelphegor, Baal, Baalberth, Baalſames &c. & ſic Herodotus & alij Hiſtorici Nemrodum conjunctis nominibus appellant Jovem Belum. Quidam illum pro Saturno habuerunt, ſed non aptè. Nam tempora hujus Beli non aurea ſeu beata, ſed ferrea & planè infelicia fuerunt, quandoquidem omnia latrocinijs infeſta erant, & homines aurea libertate à tyranno ſpoliabantur. Nomen & fulmen Jovis aptiùs illi convenit, quod procudit potentia, accendit avaritia, jecit ſuperbia. *Nemrod idem cum Jove.*

VI. *Quodnam fuit primum imperium in orbe terrarum?* ℞. Babylonicum. Nam paulò poſt confuſionem lingvarum circa turrim Babel diſperſis in varias orbis provincias alijs familijs, Nemrod ibidem conſedit, & primus poteſtatem dominativam ſibi arrogavit, atq; pro ſede regia & capite ditionis ſuæ conſtituit & condidit Babylonem ampliſſimam civitatem in Chaldæa ad fluvium Euphratem ſitam. Fuit autem principium regni ejus Babylon inquit ſcript. v. 10. quam poſtea conſummavit & ſplendidiſſimè ornavit Semiramis. Non diu tamen primum illud imperium Aſiaticum ſub titulo Babylonici venit, nam 2dum Corn. à Lap. in v. 10. Nemrod cœpit dominari in Babel ſub annum 170. à diluvio, ſenſimq; viribus & potentia invaleſcens factus eſt rex & Monarcha Anno 184. à diluvio, regnavitq; annis 65. prout communiter tradunt hiſtorici ſcilicet ad annum 249. à diluvio. Defuncto Nemrod ſucceſſit filius ejus Ninus, qui paternum regnum longè lateq; extendit, ita ut ferè toti Aſiæ dominaretur. Hic condita apud Aſſyrios devictos ingenti civitate Ninive, eam totius ampliſſimæ ditionis ſuæ voluit eſſe caput, & ſic regnum Babylonicum in monarchiam Aſſyriorum tranſijt, cujus frequens eſt & celebrior apud ſcriptores ſacros profanoſq; mentio, quàm imperij Babylonici. Addit ſacer textus, Babylonem Beli, ſeu Nemrodi fuiſſe in terra Sennaar, ut illâ diſtinguat ab alia Babylone, quæ eſt in Ægypto. *Imperium primum in mundo.*

VII. *Quales fuerunt civitates Arach, Achad, & Chalamne, & quæ terra Sennaar?* ℞. Arach eadem dicitur fuisse civitas, quæ postea Edessa in Cælesyria dicta est, in qua regnavit Abagarus Rex, cui Christus suam imaginem transmisit teste Eusebio. Achad est Nisibis in Mesopotamia, ad Tigrim fluvium, quam celebrem reddidit S. Iacobus Nisibita. Chalamne vel est Seleucia vel Ctesiphon regia Persarum inquit S. Hieron. Ex his sequitur terram Sennaar non appellari tantùm circumjacentem Babyloni agrum, sed amplissimam quandam ditionem complectentem omnes prædictas, civitates prout indicat textus.

Assur VIII. *Quis fuit Assur, qui v. 11. dicitur egressus de terra, & condidisse Niniven?* ℞. Assur sumptum pro nomine proprio significare unum ex filijs Sem, qui vocabatur Assur, ut patet ex v. 22. à quo orti sunt Assyrij. Hic post confusionem lingvarum recedens à Babylone cum familia sua consedit penes Tigrim fluvium, & appellata est ditio illius Assyria. Hanc regionem & incolas ejus Assyrios, post occupatum à morte Patris regnum Babyloniæ invasit & occupavit Ninus Filius Nemrod seu Beli, illectusq; opportunitate loci condidit vastissimam illam & celeberrimam Civitatem Niniven. Non ergo de illo Assur qui fuit filius Sem sermo est v. 11. quia ille non condidit Niniven: sed de Nino, qui appellatur ibi Assur non proprio nomine sed appellativè, in quantum postea fuit princeps Assyriorum: sicut non raro dicimus: Hispanus hoc cogitavit, Gallus hoc molitus est, id est Rex Hispaniæ vel Galliæ.

IX. *De qua civitate dicitur v. 12. quòd sit civitas magna?* ℞. Non de Chale, licet hæc proximè ponatur; sed de Ninive, prout communiter intelligunt doctores, non enim infrequens est Hebræis referre pronomina ad antecedens remotius: & manifestum est Chalem non fuisse tantam, ut in comparatione cum Ninive mereretur antonomasticè dici civitas magna. Ninive autem fuit Urbium, quæ unquam fuerunt, maxima, ambitus enim ejus erat quadringentorum octoginta stadiorum, id est sexaginta millium passuum, seu 60. milliarium: altitudo murorum pedum centum; latitudo tanta, ut tres currus super illos simul incedere possent. Turres habebat 150; altitudinis ducentorum pedum, prout ex Diodoro & Strabone refert Pererius. Tempore Ionæ Prophetæ tanta fuit Ninive, ut vicatim obiri & lustrari non nisi triduo posset, ut ab eodem dicitur civitas itineris trium dierum.

CAPUT XI.

Exhibet vanitatem hominum in exstruenda turri Babel, castigatam à DEO confusione lingvarum, & imperfectione operis.

QUæstio I. *Ex qua regione Orientis venerunt posteri Noë in terram Sennaar seu in Babyloniam?* ℞tur communiter eos venisse ex Armenia, utpote in cujus montibus substitit arca, & in ejus vicinia per unum alterumve sæculum habitavit Noë. Sed hoc ægre subsistit, nam Armenia non est Orientalis Babyloni, sed potiùs septemtrionalis, ut patet ex omnibus Geographorum tabulis. Dicendum ergo quòd quidem imò egressi fuerint de Armenia, sed inde moverint in vicinas orientales regiones, Assyriam & Persiam versùs, explorando varias regiones, & quærendo opportuniores stabili sedi terras, atq; inde devenerint in terram, quæ postea Sennaar seu Babylonia dicta est, quæ ferè occidentalis est respectu Persiæ & Assyriæ.

Turris ad cœlum pertingens. II. *An homines illi qui confluxerant, revera voluerint turrim ædificare usq; ad cælum pertingentem?* ℞ non fuisse tam stultos, ut intenderent fabricam pertingentem usque ad cœlum stellatum, seu firmamentum: cùm non nescirent immensam ferè distantiam millenorum milliarium esse inter istud & terram & cùm non habuerint animum ibi perpetuò manendi, ut patet ex v. 4, ubi dixerunt: *celebremus nomen nostrum, antequam dividamur in universas terras.* Usi ergo sunt hyperbolica phrasi, ut notant communiter interpretes, dixeruntq; se velle ædificare turrim, quæ sit altissima, pertingatq; usq; ad nubes, quæ non rarò nomine cæli veniunt. Kircherus ex præsumpta turris ad cœlum lunæ pertingentis ædificatione hæc consectaria demonstrat. *1mò* quòd si spatio trium millium quadringentorum 26 annorum continuò à 4 millionibus hominum fuisset laboratum, & turris singulis septimanis uno milliari circumquaq; ascendisset, turris dicto temporis spatio non fuisset finita. *2dò* si omnium sylvarum totius orbis terrarum ligna in unum locum fuissent comportata, & totus orbis terrarum in limum seu argillam cessisset, & oceanus cum omnibus maribus & fluvijs in bitumen, nec ligna ad coquendos lateres, nec ad argillam orbem terræ, nec ad bitumen oceanum suffecturum fuisse. Novum igitur orbem condere, eumq; hoc duplo majorem ad hanc fabricam expediendam, esse oportebat. *3tiò* quòd si eques quispiam singulis diebus 30 milliaria in illo declivi cochleæ

ascensu

ascensu confecisset, octingentorum annorum spatio turris apicem non attigisset. *ita* hanc turrim pondere suo multis parasangis superasse terram.

Laborantes circa turrim.

III. *An omnes omnino homines, qui erant tunc in mundo, ac inter illos Noë, laborârint circa fabricam turris?* ℞ communis est sententia, quòd omnes. Noë quidem qui tunc adhuc vixit, posteros suos hortabatur, ut quantocyus secundùm DEI voluntatem dividerentur, & in varias terræ regiones proficiscerentur, sed cùm nihil obtineret, nisi quòd dicerent, se sine mora profecturos absolutâ illâ fabricâ, noluit & ipse deses esse inter laborantes. Ad meliorem tamen finem quàm pleriq;, ordinabat opus suum ipse, & alii quidam magis probi. Cæteris ferventiùs laborem urgebat Nemrod: quem etiam auctorem fuisse hujus fabricæ tradunt S. Aug. Iosephus & alij. Iam enim tunc turrim illam destinabat in arcem tyrannidis & arrogantiæ suæ. Alij tamen putant, Nòemum cum pientioribus huic operi se opposuisse, dehortatum esse omnes, sed cùm nihil proficeret, se à multitudie in malum conspirante elongasse, & cum progenie sua Semi & Japhet in viciniores Mesopotamiæ partes secessisse.

An peccarint.

IV. *An omnino peccârint operantes circa turrim Babel?* ℞ Abulensis quidem illos excusare conatur, sed pleriq; SS. PP. & DD. damnant illos peccati intolerabilis superbiæ, præterquam, quòd contra voluntatem DEi, moras in eo loco traxerint, non proficiscendo in regiones diversas. Si enim David peccavit numerando populum, graviterq; punitus fuit, quantò magis illi, qui suis viribus, & numero fidentes, ob vanissimum finem (*celebremus*, inquiunt, *nomen nostrum*) opus tam immane cœperunt, & longo tempore continuarunt. Certè offensum fuisse DEum illo opere patet ex hoc ipso, quòd illud disturbarit & ædificantes mulctarit confusione linguarum, ut alter alterum non intelligeret S. Aug: l. 16 de civit. c. 14. operarios illos reos facit superbæ impietatis. Nam nec cœperunt cum DEO, nec laboraverunt propter DEum, sed vanam gloriam suam. Non omnes tamen tam vitiosam habuisse intentionem credibile est. Noë enim (si tamen huic operi interfuit) & alij, quidam promovebant fabricam, ut civitati serviret pro specula, & ornamento esset, imò & præsidio, contra hostes. Deinde ut quantocyus finito opere profectio in varias provincias maturaretur.

Turris perfectionem impedit Deus

V. *Cur DEus permisit turrim Babel ad tantam provehi altitudinem, quam tamen à suprema perfectione impedire voluit?* ℞ DEus non solet statim à principio impiorum conatus reprimere, sed sinit eos in malè cœptis progredi, si fortè ipsi resipiscant, sin minus, impia consilia dissipat, ut intelligant omnes, non esse consilium contra Dominum. Eleganter id declarat S. Chrysost. vide quàm non festinanter ad castigandos illos homines processerit DEus; neq; enim statim ab initio illorum repressit insaniam, sed longanimi vtens lenitate, exspectavit, dum malitiam illi suam opere declararent, & tunc demum conatus eorum impedivit. Nam ne quis dicere posset, voluisse quidem illos, sed quæ cogitaverant, & animo designaverant, nequaquam in actum & effectum explicuisse; idcirco præstolatus est DEus, donec animo destinatum opus aggrederentur; & tunc eis demonstravit, quàm inutilia attentassent. Considera divinæ misericordiæ excellentiam, permisit illos laboribus sese affligere, ut rerum experientia præceptoris loco illis esset; at enim quia vidit malitiam eorum invalescere, morbumq; incrudescere, non usq; ad finem designati operis pervenire eos passus est, sed in dissipando eorum consilio & opere impediendo suam declaravit bonitatem, non secus ac bonus medicus, videns morbum augeri, & vlcus fieri incurabile, non diutiùs cunctandum ratus, statim sectione vtitur, ut omnem mali causam exscindat. Hæc ille.

Circa turrim quanto tempore laboratum.

VI. *Quanto tempore, & in quantam altitudinem educta fuit turris?* ℞ Salianus anno mundi 1099 n. 3 ex S. Epiph. ex immensa mole operis colligit 20 circiter annos, DEO dissimulante improbum laborem tenuisse, quòd mirum non videbitur, quamvis centena fortissimorum hominum millia allaborarint, si verum est, quod de progressu operis tradit S. Hieron: in Isaiam c. 14, nimirum ad 4 millia passuum, id est ad 4 milliaria Italica, seu unum nostrum magnum milliare, eductam jam fuisse turrim in altum. Ad ingentem altitudinem crevisse opus facile colligitur, non tantùm ex multitudine operariorum, sed etiam robore: erant quippe tunc homines validissimis adhuc viribus, ut unus facile æquivaleret modernis duobus vel tribus, ideoq; multò plus oneris ferre poterant. Accedit, quòd non mercede conducti, sed studio gloriæ immortalis operabantur ideoq; strenuissimè.

Turris forma.

VII. *Quæ erat forma turris Babylonicæ?* ℞ describit eam Herodotus l. 1 ubi cum egisset de templo, quod Semiramis magnificentissimum, amplissimumq; Iovi Belo exexerat, ac turrim illam in eo incluserat, subjungit: in templi medio turris est solida, crassitudine simul & altitudine stadij, cui alia rursus superimposita turris, & huic subinde alia

alia ad octavam usq;. His forinsecus scalæ sunt adhibitæ in circuitu, per quas ad singulas conscenditur turres. In medijs gradibus ductus, sellæq; in hoc factæ, in quibus ascensuris liceat sedere ac conquiescere. In postrema turri sacellum est, in quo lectus est splendidè stratus, & apposita mensa aurea. Ita Herodotus, qui paulò ante dixerat illud templum cum sua turri sua ætate adhuc exstitisse. Ætas autem Herodoti juxta computum Saliani citati n. 22. cadit in reditum Xerxis è Græcia, qui contigit sub annum mundi ter millesimum quingentesimum septuagesimum 2dum. Ideoq; duraverat turris jam annos 1663.

Descensus Dei in terrā

VIII. *Quomodo v. 5. dicitur DEus descendisse in terram & v. 7. dixisse: descendamus &c.* ℞ non descendisse DEum per commutationem loci, cùm sit ubiq; necessariò per immensitatem suam; sed per acutissimam cognitionem eorum, quæ in terra Sennaar gerebantur, id est, secundùm humanum loquendi & agendi modum dicitur descendisse, in quantum tam accuratè omnia inspexit & notavit, ac si revera studio ad id in terram descendisset. Quæ enim obiter tantùm cognoscimus, seu leviter apprehendimus, dicimur eminus tantùm atq; à longe videre. Quòd verò v. 7. dicat DEus: *venite igitur & descendamus & confundamus &c.* Significat, ipsum habitâ exactissimâ notitiâ eorum, quæ moliebantur & in quem finem homines illi, quasi in concilio quodam Angelorum, qui ut notavit Origenes, provincijs dividendis proponendi erant, decrevisse, seu revelasse decretam confusionem lingvarum, atq; ipsos ad vltionem incitasse. Putat etiam S. Aug. l. 16 de Civit. c. 9. Cajet. Pererius, DEum in hac linguarum confusione vsum esse Angelorum ministerio, vel si eo vsus non est (prout censet Corn. à Lap. cum S. Chrysost. & Ruperto) ad exprimendum, quàm longanimis & lentus sit DEus ad pœnas infligendas, significatur Patrem æternum cum alijs duabus personis divinis de confusione lingvarum egisse. Dixit autem *descendamus:* in quantum non solùm per immensitatem suam, qua necessariò rebus omnibus est præsentissimus, sed per specialem omnipotentiæ suæ operationem atq; actualem æterni decreti executionem volebat se improbis illis operarijs exhibere præsentem in terris tanquam vindicem superbæ molitionis. Insuper hic datur documentum superioribus omnibus, ut non sint præcipites in formandis sinistris judicijs, de actis aliorum, & multò minùs in decernendis & irrogandis pœnis: sed accuratissimam præmittant inquisitionem, & lentè nisi necessitas urgeat, procedant ad executionem.

Lingua Hebræa fuit ante confusionem.

IX. *Qua lingva vsi sunt homines usq; ad confusionem Babylonicam?* ℞ Hebraicâ qua etiam DEus allocutus est Adam, quæq; mansit post confusionem apud veros DEi cultores, qui à transitore Abraham, Hebræi & ipsa lingva Hebræa dicta est. Ita S. Hieron: ep. 142 ad Damas. Amb. sup. c. 3. ad Phil. Aug. l. 16. de Civit. c. 11. D. Thom. ad c. 11. Gen. Salmeron proleg. 14 & plurimi alij. Rationes varias afferunt. 1ma sumitur ex nominibus proprijs siue hominum siue locorum, quæ orbe condito usq; ad linguarum confusionem in historia Moysis commemorantur, quorum origines in Hebraica lingua reperiuntur. *Adam* primus homo dictus est, quia ex *Adama* seu terra factus. *Ebava* seu *Eva* prima mulier à vita, quia Mater omnium viventium, *Cain* unus ex filijs, ab acquirendo seu possidendo, quia in ejus ortu Eva dixit: *poßedi hominem per DEum.* alius *Seth* à ponendo, quia dixit Eva: *posuit mihi Dominus semen aliud pro Abel.* 2da desumitur ex vetustis nominibus gentium & populorum, quæ ut plurimùm originem suam habent à nominibus Hebraicis, in alijs enim linguis nihil significant, ita Assyrij ab Assur, Elamitæ ab Elam, Aramæi ab Aram cognominati sunt. Accedit quòd nomen tetragrammaton *Jehova* in nulla alia lingua nisi in Hebræa exprimatur. Nec audiendus est Philastrius Brixiensis Episcopus l. de hæresibus c. 56 asserens, varias linguas ante Babylonicam confusionem in mundo fuisse, quarum nulla vlli hominum peregrina fuerit, & quia omnes sese intelligebant, quam quisq; vellet, eâ locutum esse, & ideo dici: *terram fuisse labij vnius* &c. cujus asserti fundamentum petit ex c. 11: Ubi Moyses ante Babylonicam linguarum confusionem de filijs Japhet ait: *ab his divisæ sunt insulæ gentium in regionibus suis, unusquisq; secundùm lingvam suam.* Idemq; de filijs Chami & Semi dicitur. ℞tur enim hæc per anticipationem scripturæ sacræ familiarem à Moyse narrata, sicut & quod postea legitur: *erat autem terra labij vnius*, per recapitulationem dictum est. Ita S. Aug. l. 3. de Doct. Christiana c. 36.

Linguarum cōfusio quomodo facta.

X. *Quomodo facta est linguarum confusio?* ℞ Natiuæ linguæ notitia diuinitus erepta est omnibus familijs, soli familiæ Heber inviolata relicta est, simulq; infusa est familijs singulis, præter familiam Heber, nova quædam lingua, prout in nova lege de Apostolis factum novimus. Unde familiæ illæ nulla prorsus intelligebant verba Hebraica, nec sermonem alterius familiæ; tam expeditè autem loquebantur suâ nativâ lingvâ, ac si eam à nutrice didicissent. Similis fuit hæc lingvarum infusio illi, qua DEus Adamo & Evæ infudit linguam Hebraicam. Quomodo verò DEus 2dùm familiarum distinctionem multi-

multiplicaverit linguas, communis est Doctorum sententia, & colligitur ex c. 10, ubi linguarum distinctio non uno loco conjungitur cum familiarum distinctione. Nec expediebat in singulis hominibus dari novam linguam; sic enim nec parentes cum filijs, nec hi cum illis agere potuissent, nullaq; mansisset hominum societas, & sufficiebat ad finem à DEo intentum illa secundùm familias diversitas, quia una familia ad tantam fabricam non sufficiebat: & si una ab altera juvari non poterat, eò quòd mentem & sermonem ejus non intelligeret, necessariò omnes à fabrica cessare debuerunt. Convenientem delicto præsertim arrogantis Nemrodi fuisse illam pœnam notat S. Aug. l. 16. de civit. c. 4. *Quoniam*, inquit, *Dominatio imperantis in lingua est, ibi damnata est superbia, ut non intelligeretur jubens homini, qui noluit intelligere, ut obediret Dei jubenti.*

XI. *Quot & quales fuerunt illæ linguæ novæ?* ℞ ad 1mum numerum linguarum non expressit scriptura. Colligunt illum tamen SS. PP. & interpretes ex numero familiarum primogenitarum ex tribus filijs Noë, quas hoc & seq. cap. recenset scriptura 72 familias, consequenter totidem diversas linguas, omnes novas præter Hebræam, numerat S. Aug. Hieron: Epiphanius, Prosper &c. Notat Salianus Anno mundi 1931, n. 17 cum Torniello, Noë & ejus tres filios, Sem, Cham, & Japhet in illa confusione non habuisse singulares linguas, à cæteris omnibus distinctas, sed præter communem Hebræam, quam retinuetant, etiam ijs linguis donatos fuisse, quæ in familijs à se ortis reperiebantur, ut ita cum ipsis expeditum commercium habere possent, & pro sua auctoritate illas dirigere. Id si ita est: sequitur Noë instructum tunc fuisse omnibus reliquorum omnium linguis, id est 72. *Linguæ novæ quot & quales.*

Ad 2dum ℞ in illa confusione DEum præcipuas tantùm seu matrices linguas condidisse & hominibus infudisse, ex quibus successu temporis, variæ ortæ fuerunt per immutationem unius aut alterius literæ vel accentûs in pronuntiatione. Sic Hebraica lingua matrix est Syriacæ, Chaldaicæ, Arabicæ; Latina Italicæ, Gallicæ, Hispanicæ &c. Græca Doricæ, Atticæ, Jonicæ. Slavonica Polonicæ, Bohemicæ, Ruthenicæ. Germanica Helveticæ, Saxonicæ, Belgicæ &c. Tartarica Turcicæ, Sarcamanicæ, Abyssina Æthiopicæ, Sabbææ &c. Ita cum Genebrardo Corn. à Lap. in v. 7

XII. *Quis fuit effectus confusionis lingvarum?* ℞ imprimis stupor & pudor, quando populus ille, linguam, quam non noverat, audivit, & quam non didicerat, loquebatur, advertitq; DEum sibi & structuræ suæ egregiè, salseq; obstare. Deinde cùm in operando non posset servari ordo debitus, secuta est turpis desertio operis temerarij, & paulò pòst profectio in varias orbis terrarum regiones. Ex diversitate linguarum confusio & pugnæ inter operarios exortæ sunt, quia inquit Lyranus, quando unus petebat lapides, alter portabat sibi cæmentum, vel quid simile, & sic credebat unus se derideri ab altero, propter quod mota est inter eos rixa & contentio, & sic oportuit, quòd cessarent ab ædificando. *Linguarū confusionis effectus.*

XIII. *Quid tandem factum cum parte turris Babylonicæ jam exstructæ?* ℞ ex libris Sybillinis allegantur versus quidam, quòd turris illa vi ventorum disjecta fuerit & eversa. Idem sentit Epiphan. initio Panarij & nonnulli alij, sed perperam, quia si ventis dejecta & procellis subuersa fuisset turris, hoc memoratu dignissimum Moyses fidelis historiographus minimè reticuisset. Herodotus citatus sub q. 7. testatur sua ætate illam stetisse, constatq; ex communi historicorum ac interpretum sententia, Semiramidem post annos centum urbem Babylonem incredibili magnitudine & magnificentia instaurasse & absolvisse; turrim verò non altiùs extulisse, insigniter tamen exornasse, & templo in honorem Jovis Beli condito inclusisse. Quòd Belus ipse, qui post confusas linguas & dispersionem gentium, in Babylonia cum suis remansit, opus non continuaverit, causa est: vel quòd viderit opus esse majus, quàm ut à tam paucis hominibus absolvi posset: vel quòd homines præsentis prodigij magnitudine atq; insolentia deterriti, ausi non fuerint, manum ulterius admovere, ne divinitus graviore pœna plecterentur. Vel deniq; ad compescendam Beli insolitam ambitionem, eumq; publicæ confusioni exponendum, DEus turrim imperfectam spectari voluit multis pòst sæculis. S. Hieron. in c. 14 Isa. testatur sua ætate Babylone omnia fuisse in solitudinem redacta, nec quidquam superfuisse præter muros. Ortelius scribit veterem Babylonem jam nihil esse præter rudera, & in vicinia novam quandam ædificatam esse Babylonem, quæ apud Turcas dicitur Baldag vel Bagdel: *Quid cum parte turris factum.*

XIV. *Cur Thare cum filio suo Abraham, & alia familia migravit ex Ur Chaldæorum?* ℞ DEI jussu id factum esse, tum ob declinandam persecutionem, quam patiebantur ab Idololatris Chaldæis, tum quia DEus ordinabat Abrahamum in doctorem Palæstinis & Ægyptijs, ut notavit S. Chrysost. Quòd Thare cum familia sua migraverit ex Chaldæa, ad evitandam idololatriam indicat Achior dux Ammonitarum Judith 5. enarrans coram Holoferne Israelitarum originem *Populus*, inquit *iste ex progenie Chaldæorum est, hic primum* *Thare & Abrahā migrat ex Ur.*

 in Me-

in Mesopotamia habitavit, quoniam noluerunt sequi DEos patrum suorum, qui erant in terra Chaldæorum. Deserentes itaq; ceremonias Patrum suorum, quæ in multitudine Deorum erant, unum DEum cœli coluerunt, qui & præcepit eis, ut exirent inde & habitarent in Charan. Quod persecutionem passi fuerint apud Chaldæos, idololatriæ addictissimos, qui præter Belum suum, etiam ignem, Ur appellatum adorabant, testatur præter alios S. Aug. l. 16. de civit: c. 13. *Manifestum est,* inquit, *domum Thare persecutionem passam fuisse à Chaldæis pro vera pietate, qua unus & verus ab eis colebatur DEus.* Porrò mandatum Divinum de deserenda terra Chaldæorum, non parenti Thare, sed filio ejus Abrahamo immediatè manifestatum fuit.

Thare non Abraham coluit idola

XV. *An Thare & Abraham aliquando idola coluerunt?* ℟ communis est sententia Abraham etiam in medio nationis pravæ semper immunem fuisse ab idololatria: unde etiam meruit esse Pater fidei, & alia amplissima promissa obtinere à DEO. At Thare communiter dicitur aliquando cum reliqua familia sua coluisse idola, patetq; ex textu Scripturæ Josv. 24. v. 2. mox citando. Dubium est, ubi & quando idola coluerit? Corn. à Lap. censet, illum in Chaldæa vero DEO servijsse, & postea senem in Haram Mesopotamiæ, quo se receperat, cœpisse idola colere, more gentis, apud quam degebat. Sed probabiliùs cum Chrysost. & alijs tenet Salianus anno mundi 2113. eum in Chaldæa initio idololatram, sicut & parentes ejus fuisse, postea verò à filio Abramo illustratum & conversum idola deseruisse, & voluntarium exilium elegisse, ut vero DEO liberè servire posset. Adduci pro hac sententia solet textus ex c. 24. Josu. v. 2. Ubi Josue ad congregatos filios Israel perorans dicit: *Trans fluvium* (scilicet Euphratem) *habitaverunt patres vestri ab initio. Thare Pater Abrahæ & Nachor, servieruntq; Dijs alienis.* Sed difficultatem facit, quòd v. 14. & 15. in Mesopotamia, quæ etiam est trans Euphratem, dicantur servijsse Dijs alienis. Verùm id non officit, quia Mesopotamia & Chaldæa subinde promiscuè sumuntur ob vicinitatem in S. Script. Prout manifestum est ex Act. c: 7. ubi Stephanus dicit: *DEus gloriæ apparuit Patri nostro Abrahæ, cùm esset in Mesopotamia, priusquam moraretur in Charan.* At Abrahamum in Mesopotamia strictè sumpta, non alibi commoratum esse cum Patre suo, quàm in Charan, constat. Explicat se mox S. Stephanus, quid per Mesopotamiam intelligat subdens: *tum exijt de terra Chaldæorum, & habitavit in Charan.* Mesopotamiam ergo latè accepit, prout complectitur vicinam Chaldæam: qualiter Plinius l. 6. c. 26. Babylonem, quæ est Metropolis Chaldæorum, annumerat Mesopotamiæ, simile videtur fecisse Josue citatus. Porrò Haran, seu Charan urbs fuit Mesopotamiæ, vulgò dicta Harre, ubi Marius Crassus Romanorum Dux à Parthis insignem cladem accepit.

XVI. *Cur Nachor Abrahæ frater non dicitur in comitatu fuisse cum Thare & alijs?* ℟ quia obstinatus fuit in idololatria, postea tamen & ipsum commigrasse in Haran patet ex Gen. c. 24. & 28. Quòd verò Nachor etiam in Haran coluerit idola patet ex gen. c. 31. v. 30. Sic ex eadem domo, è duobus fratribus, unus à DEo fuit assumptus, scilicet Abraham, alter relictus, id est Nachor.

CAPUT XII.

Evocatur Abraham ex terra & cognatione sua, factis eidem ingentibus promißis paret, suscipitq; peregrinationem in terram Chanaan, & deinde in Ægyptum. Castigatur Pharao ob ademptam Abrahamo uxorem Saram.

Abraham bis evocatus.

QUæstio I. *An semel vel bis evocatus sit Abraham ex terra & domo sua à DEO?* ℟ probabiliùs videtur, quòd bis. Ita cum S. Chrysost Salianus, Tirinus & alij. *1ma* Vocatio facta est in Ur Chaldæorum, cui obsequens exivit cum Patre suo & familia ex Chaldæa, de quo in fine cap. præc. & Judith 5. & Act. 7. Altera vocatio contigit in Haran, post obitum Patris Thare, quæ initio hujus capitis exponitur, & mentionem illius facit S. Stephanus Act. 7. v. 4. dicens *& inde,* id est, ex Charan) *postquam mortuus est Pater ejus, transtulit illum in terram istam,* scilicet in terram Chanaan, quam tunc possidebant Judæi, *transtulit illum,* scilicet per novum mandatum. Porrò causa, cur in Haran aliquantisper commoratus sit Abram, fuit: quòd Thare senio gravis, & difficultatibus longinquæ peregrinationis impar, substiterit ibi, decuitq; senem à filio foveri.

Locus non

II. *Cur DEus non determinavit locum in terra Chanaan ad quem se reciperet Abram?* ℟ factum

℟ factum ad magis exercendam ejus obedientiam, & consequenter ad majus ejus meritum, præmiumq;, tum ut doceret, viro probo & DEum timenti, ubiq; patriam esse, & locum habitationi commodum. Unde subtiliter dixit S. Greg. Nazianz. orat. 28. *Nobis omnis & nulla terra patria est.* Omnis terra patria est, quia in omni vivimus contenti & læti. Nulla terra patria est, quia hanc in cœlo habebimus, & in terra versamur ut quotidie, vel in horas excessuri. Consonat Gregorio Basilius, præfecto Valentini Imperatoris exilium minitanti respondens: exilium se non cognoscere, qui nullo loco circumscriptus esset. Et quid ni is esset sensus Basilij, qui fuit & Senecæ l. de tranquill. vitæ c. 3. ubi ait: magno animo nos non unius urbis mœnibus clausimus, sed in totius orbis commercium emisimus, patriamq; nobis mundi professi sumus, ut liceret virtuti latiorem campum dare.

determinatus Abrahæ.

III. *Quomodo in Abramo benedictæ sunt omnes cognationes terræ juxta v. 3* ℟ in quantum ipse electus fuit in progenitorem Messiæ, & ex semine ipsius prodijt Christus Dominus, à quo habemus justificationem à peccatis & adeptionem filiorum, & salutem gloriamq; æternam: quæ omnia non sunt restricta ad unam aliquam gentem, sed omnibus omnino parata est ea benedictio, nisi aliquis per abusum libertatis suæ conjiciat se ultrò in eam sortem, ut ei conveniat illud ps. 108: *& dilexit maledictionem & veniet ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.*

In Abrahā omnes cognationes benedictæ.

IV. *An Abram perfectè obediverit DEO? siquidem jussus exire de cognatione sua, accepit nihilominus secum Loth filium fratris sui Aran, & universam substantiam suam?* ℟ id nihil obfuisse perfectioni obedientiæ Abraæ, tum quia assumptio Loth in comitatum non fuit facta ex aliquo affectu carnali, sed potiùs urgente necessitate spirituali, ne scilicet manendo inter idololatras sine directore perverteretur cum familia sua, tum quia noverat Loth sibi non futurum impedimento in cultu veri DEI & alijs operibus pietatis, prout non rarò solent consangvinei. Exivit autem verè de cognatione sua, quia Haran reliquit fratrem suum Nachor cum familia ejus, in Chaldæa verò cognatos plures. Quòd acceperit secum etiam bona mobilia, non obfuit, quia non fuit jussus ea relinquere, & necessaria fuerunt pro alenda satis numerosa familia. Statui legis evangelicæ reservabatur hæc perfectio, & voluntaria omnium abnegatio.

Abraham perfectè obediens.

V. *Quæ sunt animæ, quas v. 5. dicuntur Abram & Loth fecisse in Haran?* ℟ non significantur per hoc liberi ipsorum: nullos enim ad hoc tempus genuerant teste Corn. à Lap. & de Abram constat ex scriptura. Intelliguntur ergo servi & Ancillæ, quas in Mesopotamia sibi comparaverant, seu suos fecerant. Facere enim Hebræis idem est: quòd parare & acquirere, quocunq; modo. Explicant eum textum Hebræi etiam spiritualiter: quòd scilicet Abram secum acceperit, non eos tantùm homines, quos pretio emerat, & conduxerat ad obsequia sua, sed etiam quos spiritualiter genuerat DEO, convertendo eos ab infidelitate ad veri DEI cultum. Unde Chaldæus legit, & animas, quas legi subjecerat in Haran. Nec illud prætereundum, quòd per animas intelligantur homines synecdochicè nempe pars (& quidem principalis) pro toto, quæ acceptio Sacræ Scripturæ familiaris est. Item notandum, quod quamvis *facere animas* propriè sit solius DEI opus, cùm produci debeant per creationem, quæ vires creaturarum excedit; possumus tamen exemplo Abrahami, & virorum Apostolicorum, animas, quæ in peccatum lapsæ, quasi in nihilum redactæ fuerant, procreare rursus, seu reducere in pristinum statum doctrinâ, precibus, & exemplo bono, atq; dare illis esse morale nobilius physico, id est esse amicorum & filiorum DEI.

Quæ sunt animæ factæ in Haran.

VI. *Quæ est Sichem & convallis illustris, ad quam v. 6. dicitur pervenisse Abram?* ℟ Sichem, quæ & Sichima, & Sichimi, & Sicha, atq; ut quibusdam placuit, Ephron olim dicta fuit, post ruinam & instaurationem appellata est Neapolis: fuit urbs Levitarum & refugij, insuper Metropolis Samariæ, adeo ut Salem, quæ postea dicta est Hierusalem, juris Sichimorum esset, vicinos habuit montes Hebal & Gozirim à Moyse celebratos, sita fuit in monte Ephraim, amœnitate & delitijs abundans. Hanc urbem honoravit Josue moriturus comitijs totius populi, & renovato fœdere cum Domino. Idem locus honoratus est Patriarchæ Joseph ossibus, ubi & puteum habuit dono Patris sui Jacob. Ab hac urbe meridiem versùs Patriarcha progressus venit ad convallem illustrem, ita dictam, quòd quercubus consita planities amplissima, & irrigata Jordane fluvio, amœnissimum dederit conspectum, sicut paradisus Domini & Ægyptus. Hebraicè dictus est locus iste, convallis More, & extendebatur à Bethsa, sive à mari Galilææ juxta descensum Jordanis usq; ad mare mortuum: imò complectebatur ipsum locum maris mortui, scilicet Sodomam usq; ad eversionem ejus.

Sichē quæ & convallis illustris?

VII *An v. 13. peccatum mendacij commiserit Abram, monendo Saram, ut diceret,* quòd

Abram non

est mentitꝰ vocando Saräsororem. *quòd soror ipsius sit.* ℞ non commisisse. Ita communiter DD. Nam revera apud Hebræos, sicut & apud alias quasdam Gentes Europæas, nepotes & neptes, alijsq; propinquiores consangvinei vocantur fratres & sorores sic: c. 13. v. 8. & 11. Abram vocat Lot fratrem suum, quamvis nepos fuerit ex Fratre. Poterat igitur licitè etiam Saram neptem suam ex fratre Aran appellare sororem. Ante conjugium Sara vocabatur Jescha filia Aran, post conjugium voluit Abram illam vocari honoris gratiâ & auctoritatis apud familiam Sarai, id est, *Domina mea*, quemadmodum & ipsa Abrahamum c. 18. v. 12. vocat Dominum suum. Plurimùm enim juvat ad rei familiaris promotionem, si conjuges vivant simul, sicut frater & soror, & sicut Dominus & Domina: id est charitatem & reverentiam sibi mutuam deferentes: ruinam minatur domus, in qua maritus exercet dominium herile in uxorem; in ruinam jam consedit domus, in qua herum agit uxor. Nec est culpa in eo, quòd non manifestaverit se esse uxorem, quia dissimulare, & veritatem reticere, quandoq; est licitum, imò laudabile, sic ipse Christus Dominus videns, quòd Judæi sibi non crederent, noluit eis palàm dicere se esse Messiam. Ast quod verum est, negare, mendacium & consequenter peccatum est. Hinc si Abram suasisset Sarai, ut negaret se ejus esse uxorem, haud dubiè peccasset, non minùs, quàm illa negando, sed ambo ab hoc abstraxerunt, abstrahentium autem non est mendacium.

Abram non exposuit uxorem periculo adulterij. VIII. *An Abram peccaverit exponendo uxorem periculo adulterij?* ℞ Abram strictè non exposuit uxorem periculo adulterij, quòd enim eam instruxerit, ut diceret se esse sororem suam, hoc non fecit ideo, ut Rex vel alij Ægyptij eò liberiùs illâ abuterentur, sed ut periculum mortis evaderet. Deinde Abram bene prævidere poterat, se occiso Ægyptios majori licentia violaturos Sarai, quippe qui respectum & reverentiam habebant erga Abram, prævidebat autem se occidendum, si diceret illam uxorem suam esse, & consequenter uxoris violationem liberiùs futuram, hinc eam Sororem suam dicendo, aliquod saltem malum impedivit. Præterea ad summum uno anno cogitabat Abram persistere in Ægypto, quo elapso sperabat famem in Chanaan finiendam, credebat insuper, si Sarai sororem diceret, eam non opprimendam, sed in uxorem vel à Rege, vel à quopiam petendam fore, ante cujus confirmationem multum temporis transiturum, & interim conditionem & statum suum ita immutandum, ut periculum evaderet, se & illam subduceret, vel alio quovis modo periculum evaderet. Deniq; fidebat Abram DEO, ut qui eum à plurimis periculis liberaverat, etiam in hoc ei futurus esset adjutor & liberator.

Sarai mansit inviolata IX. *An Sarai omnino manserit intacta à Pharaone?* ℞ mansisse, quia voluit eam ducere in uxorem, cur autem eam cognoscere distulerit vel non potuerit, duplex affertur ratio, 1ma est S. Hieron. *fortasse* inquit idem mos erat id temporis apud Reges Ægyptiorum atq; postea fuit (ut docet historia Esther) apud Reges Persarum, ad quorum congressum non admittebantur mulieres, nisi ante per unum annum multiplici & exquisito cultu ac mundo muliebri *præparatæ essent*. Qui mos si viguit, magnam toti historiæ facem præbet, quomodo scilicet Sarai longo tempore intacta manserit, Abram bene habitus, ditatus & honoratus fuerit, item quomodo non peccaverit. Altera ratio est communis interpretum, quo nempe Pharao statim gravibus corporis cruciatibus subjectus copulam habere nec voluerit nec potuerit.

Cur Pharao castigatus? X. *Cur & quibus flagellis castigavit DEus Pharaonem?* ℞ ad 1mum, quia ex affectu inordinato viro viventi abduxit conjugem suam, ut eam haberet in uxorem, non bene discussa re, an maritum haberet, nec ne, & intervenit aliquis inordinatus affectus. Ad 2dum ℞ non constare, quibus in particulari plagis castigatus sit Pharao. Fuisse pestem & seditionem populi tradit Josephus, Philo morbos insolentes & acutos. Qualescunq; fuerunt hæ plagæ, sat graves fuisse facile colligitur, tum quia textus dicit, quod fuerint maximæ, tum quia eas non ex causis naturalibus ortas, sed supernè immissas esse Pharao agnovit, quæ insuper ita efficaces fuerunt, ut regem retinuerint, ne Sarai violaret, doloribus animum & cor ab illecebris carnis totum abstrahentibus. Vides quàm sani sint animæ morbi corporis, quia ut ait Theodor. q. 61. in Gen. *DEus morbo libidinem ejus fregit, & Venator habens inter retia prædam, captâ frui non potuit, quia morbus non permisit.* Si sic castigantur ignorantiæ, quid fiet cum peccatis plena deliberatione impudenter commissis.

DomꝰPharaonis flagellatur. XI. *Cur DEus flagellavit etiam domum Pharaonis, seu Aulicos & Domesticos ejus?* ℞ quia ipsi hujus raptus causa fuerunt, ita S. Chrysost. non solùm, inquit, servi puniti sunt propter iniquitatem Domini, sed etiam de propria iniquitate castigati sunt. Etenim illi pulchritudinem Sarai majorem in modum laudarunt apud Regem, & ablatam viro ad eum deduxerunt regemq; satis sua sponte propensum ad libidinem, vehementiùs incenderunt. Quid igitur mirum, eos regiæ pœnæ participes fuisse, qui regis in patrando flagirio socij & adjutores fuerunt?

XII.

XII: *Cur scriptura non indicat Sarai à Pharaone intactam mansisse sicut infra de Abimelech agens hoc expressit?* ℟det Theodor. quia Sarai per id temporis paritura erat Isaac, ne igitur suspectum illud semen esset, ibi scriptum est, servatam eam fuisse à DEO, ne ab Abimelech pollueretur.

CAPUT XIII.

Exhibet primò studium pacis & discretionem Abrahami concedentis Juniori Lot electionem terræ ad evitandas rixas. Deinde impietatem Sodomitarum, in quorum terram secessit Lot. Demúq; amplissima promissa à DEO iterata Abrahamo in præmium liberaliter concessæ electionis Lot.

Abram justè divisit terram.

QUæstio I. *An Abram justè inter se & Lot diviserit terram, quæ suos habebat Dominos?* ℟ justè, Quia divisionem illam non fecit Abram auctoritativè disponendo, sed tantùm obtulit cognato suo partem regionis, quam vellet, ut in ea cum bona venia Dominorum, qui erant Chananæi & Phæresæi habitaret conductis pascuis, prout & ipse in alia parte regionis facturus esset. Notat S. Amb. l. 1. de Abraham c. 3. Abrahamo & Loth, quos in Mesopotamia una domus capiebat, seu unum oppidum, ubi divites facti fuerunt, angustas fuisse satis amplas terras. *Non capiebat illos terra* ait scrip. v. 6. Unde Amb. ait. *Sæculare vitium est*, inquit, *ut divites terra non capiat, nihil enim satis est divitum cupiditati: quantò ditior quis fuerit, tantò avidior ad possidendum est, extendere agros cupit, & vicinum excludere.* Ita Amb. Abram dives, & quod mireris avarus non erat, fertiliorem regionem cessit Lotho, & quis dives hoc faceret? spolia, quæ hostibus eripuit, prioribus restituit dominis, ne corrigiam quidem caligæ sibi servavit, & quis hoc crederet, decimas ex omnibus dabat sacerdoti Melchisedech, ad quod nulla tenebatur lege, & quis divitum hoc faceret? Rarum certè divitis & liberalis exemplum habemus in Abram.

Causa rixarum inter pastores

II. *Quæ fuit causa rixarum inter Pastores Abrahæ & Loth?* ℟ quisq; pro gregibus suis meliora & ampliora pascua volebat: aquæ etiam inopia pro gregibus adaquandis dissidio fortè occasionem dedit. Notat hic Pererius, postquam scriptura commemorasset opulentiam Abrahæ & Loth, mox subdidit exortas contentiones & rixas. Opulentia enim plerumq; est dissidiorum, contentionum & seditionum causa. Fecit hanc reflexionem & S. Chrysost. hom. 33. in Gen. ubi ait: aucta sunt armenta, multiplicati greges, affluxerunt divitiæ multæ, & statim discinditur concordia. Antea erat pax, & charitatis vinculum, nunc rixa & contentio; ubi enim meum & tuum, illic omne genus litium: ubi autem hæc non sunt, ibi secura versatur pax, ita Chrysost. Inter primos Christianos pax summa, & animorum consensio fuit, ita ut Act. 4. v. 37 dicatur: *multitudinis autem credentium erat cor unum & anima una.* Causa mox subjungitur: *nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat,* & erant illis omnia communia, frigidum enim illud verbum *meum* & *tuum* graves discordias seminat, hinc Poëta de duobus his pronominibus ait:

Si duo de nostris tollas pronomina rebus,
Prælia cessarent, pax sine lite foret.

Crescentes divitiæ disjunxerunt fratres; ubi enim tenuis est fortuna, fratrum firma est concordia. Nolunt separari, sed eidem frugali mensæ considere volunt; si verò opes incrementum capiunt, in fratrum animis succrescit æmulatio, invidia, contentiones, quæ non nisi separatione sopiuntur, quia ubi est opulentia, rara est concordia, econtra vivent in pace, qui premuntur ab egestate.

Abrahæ & Loth unde tantæ divitiæ

III. *Quomodo Abram & Loth intra breve tempus ad tantas divitias pervenerunt?* ℟ id factum esse, non tam labore & industria ipsorum, quàm pietate & divina benedictione. In primis curis Abraæ fuit, semper DEO pro acceptis beneficijs gratum se exhibere, erectis quàm pluribus altaribus, (non satis habebat verbis gratitudinem testari) oblatis victimis, cum obedientia prompta, innocentia morum, etiam inter pessimos homines, Chaldæos, Mesopotamios, Ægyptios & Chananæos integrè servata. Loth patrui probitatem & exemplum strenuus æmulabatur. Hæc nimirum est ars optima & compendiosissima ditescendi: hoc medium ad obtinendam largam benedictionem Divinam præsentissimum.

ElectioLoth non culpabilis.

IV. *An Loth ordinatè fecerit præeligendo sibi ante Abram certam regionem?* ℟. Abrahami prudentiam insigniter esse laudandam, ob liberalissimè datam juniori optionem

terrarum. Hebræus textus exaggeratiùs proponit viri resolutionem, nam de verbo ad verbum sic habet: si tu sinistrabis, ego dextrabo, si tu dextrabis, ego sinistrabo; prout vertit Corn. à Lap. Culpari tamen & Loth propter electionem factam non debet, siquidem senior Abram ei optionem sponte dedit. Actum est ibi secundùm veterum consuetudinem in divisione hæreditatis; secundùm quam major natu frater, tanquam prudentior, hæreditatem in æquas partes dividere debebat, minor verò eligere alterutram: ut sic neuter queri posset se deceptum, quod laudat S. Amb. citatus: cujusmodi debeat esse divisio, inquit, Patriarcha docet, firmior dividat, infirmior eligat, ne habeat, quod queratur. Electionis enim suæ partem non poterit calumniari, non residet occasio resiliendi, cui datur optio eligendi. Laudem tamen majorem meruisset Loth, & sibi meliùs consuluisset, si Abrahamo electionem detulisset, quia Sodomitis immixtus non fuisset, sed decepit illum, ut solet, amœnitas & ubertas regionis. Notat iterum citatus S. Amb. plerumq; ubi fructus impares sunt, prudentior amœniora declinat: citò invidiam movent, citò in se excitant mentem avari.

Loth inter Sodomitas bonus.

V. *An non temere egerit Loth habitando inter Sodomitas cum periculo perversionis*? ℞det S. Greg. l. 1. Mor. c. 1. Nulla in Loth temeritas, sed DEI providentia fuit, quòd inter sceleratos ipse justus habitavit. Idem in præfat. Comment. in Job. ait: Non enim valde laudabile est bonum, sed bonum esse cum malis: sicut enim gravioris culpæ est, inter bonos non fuisse bonum, ita est immensi præconij etiam inter malos bonum extitisse.

Sodomitarum peccata.

VI. *Quæ erant peccata Sodomitarum, propter quæ pessimi dicuntur v. 13. & peccatores nimis coram Domino?* ℞ quædam fuerunt quasi radicalia peccata, ex quibus tanquam ex radice nata sunt alia iis pejora, tanquam malæ arboris pessimi fructus. Radicalia exprimit Ezechiel c. 16 v. 49. *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ, superbia, saturitas panis, & abundantia & otium ipsius, & manum egeno & pauperi non porrigebant.* Ex his, præsertim ex vita otiosa, & continuis comessationibus nata sunt illa portenta peccatorum, præposteræ libidines, de quibus v. 19. quæ cœlestem, infernalemq; ignem meruerunt, atq; in eo etiamnum frixæ bulliunt. Proper hæc sæpiùs iterata peccata idq; impudentissimè in conspectu aliorum dicuntur Sodomitæ *peccatores nimis*, & additur *coram Domino*, quia ut notat Pererius, homines ea ætate, imò etiam postea non pauci gentiles, non æstimabant pro merito suo hujusmodi peccata, quæ tanquam fœdissima passiones ignominiæ appellat Apostolus Rom. 1. Significatur ergo per prædictum textum, quòd licet homines parum aut nihil apprehenderunt enormitatem talium peccatorum, judicio tamen divino fuerint gravissima, atq; Sodomitas supra reliquos peccantes constituerint peccatores coram Domino.

Quomodo Abrahæ ostensa terra à posteris possidenda

VII. *An DEus clarè & distinctè atq; ad oculum ostenderit Abrahæ omnem omnino terram, quam possessuri erant ejus posteri Israelitæ*? ℞ non fuisse eam visionem imaginariam tantùm vel per somnium: sed probabile est, quod asserunt Pererius & Corn. à Lap. DEum ad majus solatium servi sui, conspectui ejus vigilantis & videntis objecisse imaginem quandam materialem terræ à posteris suis possidendæ, atq; sic velut in scena quadam illi exactissimè & jucundissimè repræsentasse, amœnitatem, fertilitatem & terminos terræ illius, ita ut omnia clarè & distinctè oculis suis spectaret, qualiter etiam Moysi Deut. 24 dicitur DEus ostendisse totam terram promissionis & tentator Diabolus Christo Domino omnia regna mundi Matt. 4, prout etiam S. Benedicto in uno solis radio totus mundus ostensus fuit, teste S. Greg. l. 2. die 9. c. 35. nihil enim in tali repræsentatione & visione apparet repugnantiæ, & optimè congruit literæ textus. Dixit enim Abrææ DEus v. 14. & 15. *Leva oculos tuos, & vide à loco, in quo nunc es, ad aquilonem & meridiem.* (id est versùs Syriam & Ægyptum) *ad orientem & occidentem* (id est versùs Euphratem & mare mediterraneum) *omnem terram, quam conspicis, tibi dabo & semini tuo usq; in sempiternum.* Porrò quando dixit DEus: *tibi dabo*, non est sensus, ut notavit Cajetanus, quòd Abram in propria persona esset possessurus terram illam, quia teste S. Stephano Act. 7 nec passum terræ illius per se possedit, & posteri ejus non nisi post 370 annos venerunt in possessionem illius: sed sensus est, ratione tui, seu in gratiam tui dabo semini tuo terram hanc. Ac proinde quantùm ad intentionem dantis, potiùs data fuit terra illa Abraæ, quàm posteris ejus inquit Cajetanus. S. Chrysost. hom. 8. in Matt. ait: hunc esse prophetiæ morem, ut multa sæpe in alijs dicantur quidem, in alijs verò impleantur. Sic Gen. 27. v. 29. promittitur Jacobo dominium in Esau, quod tamen ipse nunquam habuit, sed ejus posteri Israelitæ dominati sunt Idumæis.

Judæorum multitudo

VIII. *An revera fuerit, vel futura sit aliquando tanta Judæorum multitudo, sicut pulvis terræ, prout indicare videtur* v. 16? Rdet S. Aug. & communiter Interpretes non propri-

propriam sed hyperbolicam ibi esse locutionem, qua DEus significare voluit, numerosissimam posterorum Abraæ multiplicationem, & ferè innumerabilem, nam quodammodo in infinitum crescit, si in censum veniant non tantùm carnales, sed etiam spirituales filij Abraæ, id est fideles omnes: appellatur enim ipse Pater omnium credentium. Talis locutio non tantùm S. scripturæ sed etiam alijs scriptoribus usitata est, ita Ovid. l. 1. de tristibus eleg. 4.

Tot mala sum passus, quot in æthere sidera lucent,
Parvaq; quot siccus corpora pulvis habet.

Notandum hic, quòd DEus proponens Abraæ ingentem multitudinem posterorum, aliquando vtatur comparatione cum stellis ut c. 15, aliquando cum pulvere terræ. Prævidit nimirum DEus, quòd gens Israelitica, aliquando religionis & fortitudinis gloriâ fulgebit in orbe terrarum, sicut stellæ in firmamento; aliquando verò tam vilis sit futura, sicut pulvis terræ, ideoq; pedibus proculcanda, prout factum est post cædem Christi Domini. *Posteri Abrahæ comparantur stellis & pulveri.*

IX. *Quomodo intelligenda est promissio divina v. 15, quòd semini Abraæ danda sit terra Chanaan in sempiternum, cùm constet ipsos illam pridem amisisse?* ℞ cum Abulensi, Pererio, Corn. à Lap. & alijs, promissionem illam involvisse tacitam conditionem, quæ Lev. 26. clarè exprimitur, si nim. in præceptis meis ambulaverint, & mandata mea custodierint, quod quia Judæi non præstiterunt constanter, abeuntes sæpè post DEos alienos, & DEum Salvatorem suum in ligno infami suspendentes, præter alias pœnas privati sunt possessione terræ illius, à varijs regibus in captivitatem abducti, ac demum sub Hadriano Imp. rebellantes, incredibili clade à Romanis interfecti sunt, ex Palæstina penitus exterminati, atq; sic venerunt super illos mala, quæ cit. cap. Lev. ipsis horrendum in modum intentata fuerunt. *Promissio Dei conditionata.*

CAPUT XIV.

Abram debellatis 4 Regibus liberat captivitate Loth: accipitur honorificè à Melchisedech Rege Salem, & Dei Sacerdote.

QUæstio I. *Qui fuerunt reges, inter quos dicitur bellum hoc exarsisse?* ℞ proponit illos quidem sacer textus proprijs, & ditionum suarum nominibus, sed nomina barbara & obsoleta rem relinquunt adhuc obscuram. Ex ijs igitur, qui bellum intulerunt Palæstinis primus & principalis fuit Amraphel, Rex Babylonis, quæ juxta dicta c. 10. & 11. fuit in terra Sennaar, & quia regnum Babylonicum conjunctum fuit cum imperio Assyriorum per Ninum, ideo Josephus hoc bellum vocat Assyriorum. Fuit Amraphel iste Rex tam Assyriæ, quàm Babylonis, tertius aut 4tus à Nemrod primo Rege Babylonis. 2dus appellatur Arioch Rex Ponti, sed controversia est inter interpretes, quid hic per pontum intelligatur? si enim intelligatur regio Pontus dicta, cujus rex celebris fuit Mithridates, ex terris nimium remotis accersitur hic Arioch in Societatem regis Babylonis & aliorum regum. Cor. à Lap. igitur per Pontum intelligit civitatem quandam Celesyriæ, quæ aliter Ellas fuit dicta, cujus rex hic Arioch. Tertius dicitur Chodorlahomor rex Elemitarum, id est Persarum ab Elan filio Sem progenitorum, fuitq; is incentor belli, aliosq; in societatem traxit, ut rebellantes sibi Pentapolitas iterum subjugaret. 4tus fuit Thadal rex gentium: id est Galilææ superioris, quæ dicta est Galilæa gentium, etiam cùm esset in possessione Judæorum, eò quòd à vicinis gentibus Arabibus, & Ægyptijs mercimoniorum causâ incoleretur. Reges 5, quibus bellum illatum est, dominabantur in Palæstina, seu Chananitide super Pentapolim sive 5 civitates, quarum singulæ habebant territorium suum, quamvis non adeo amplum, ideoq; hi reges seu potiùs reguli minùs potentes erant. *Inter quos Reges bellũ exortum.*

II. *Cur vallis sylvestris de qua v. 3. dicta est mare salis?* ℞ quia post conflagrationem, & interitum Sodomæ, aliarumq; Pentapoleos civitatum versa est tota illa regio in lacum ingentem, qui aliàs etiam mare mortuum à Judæis appellatur, nam propter aquam nimis salsam, & sulphureis exhalationibus plenam relictis ab igne cælesti; quo conflagravit Pentapolis, nullum animal in eo vivere potest, ab externis historicis lacus ille vocatur Asphaltites, eò quòd multum habuerit bituminis, ut indicatur v. 10. *Mare salis.*

III. *Cur DEus permisit Pentapolitarum cladem, & Loth captivitatem?* ℞ præterquam, quòd ruinam ditionis suæ gravissimis peccatis meruerint Pentapolitæ: voluit longanimus DEus scelestissimos homines ante extremum supplicium, pro more suo prævia hac castigatione admonere de impietate sua, & ad frugem reducere. Loth quoq; præpropera & sensualis electio videtur vexationem aliquam meruisse; quòd illectus loci amœnitate & fertilitate, habitare elegerit inter infames, fœdissimis criminibus Sodomitas. Non *Captivitas Loth.*

tam

tam augmento rei familiaris, quàm integritati morum & indemnitati conscientiæ consulendum.

Hebræi unde dicti. IV. *Unde Abram v. 13. dictus est Hebræus, & posteri ejus Hebræi?* ℞ ab Heber qui fuit de familia Sem, Atavus Abrahami vir probus & timens DEum, Unde etiam non omnibus ejus posteris adhæsit nomen Heberi, seu Hebræi, sed illis tantùm, qui ex Abrahamo propagati, cùm avita lingua Hebræa veram unius DEi fidem, & cultum conservarunt. Ita S. Hieron. Josephus, Euseb. & alij. S. quoq; Aug. qui existimaverat Hebræos esse dictos, quasi Abræos, ab Abraham retractavit sententiam suam l. 2. retractatione 14. Negant tamen alij Abram & posteros ejus ab Heber, denominatos esse Hebræos, tum quia non legitur Heber insigne aliquid gessisse, quo nominis propagationem & celebritatem meruerit, ut etiam præcipui Patriarchæ nomen ab eo mutuati sint, tum quia Heber ab Abram sexta generatione distabat, & tamen nullus eorum, qui de stirpe Heber ante Abram fuerat, hoc nomine compellabatur, nec congrua ratio assignari potest, cur primò Abram & quidem præcisè tunc, cum transitor (ut dicetur) factus est, hoc nomen sortitus est. Deinde si à progenitoribus Abrææ nomen dandum fuit, potiùs à Sem qui fuit stipes familiæ Abrahæ post diluvium, vel saltem à Patre suo Thare, ei nomem adhærere debuisset, & non ab aliquo intermedio, qui tamen nihil singulare gessisse legitur. Tandem ab incolis terræ Chanaan prima vice Hebræus vocatus est Abram, his autem vix notus erat Heber, quomodo ergò illum ab hoc denominare poterant. Derivant ergo alij nomen Hebræus à voce *Aber*, quod transitum sonat. Abram enim hoc loco à Chananæis Hebræus, id est transitor dicebatur, quia è regione trans Euphratem, ubi priùs habitaverat, una cum tota familia sua transivit in terram Chanaan, sicut eos, qui trans Alpes aut mare habitant, transalpinos & transmarinos vocamus. Huic sententiæ multum adstipulantur LXX, qui hunc versum 13 ita legunt: *adveniens eorum, qui evaserunt quidam nuntiavit Abram transitori.* Hanc sententiam defendunt Orig. Chrysost: Hieron. Theodoretus, Paulus Burgensis, Estius, Ribera & alij.

Expeditio bellica Abrææ felix. V. *Unde Abrææ tam felix successus expeditionis bellicæ?* ℞ imprimis & principaliter à DEo servum suum protegente & honorante, deinde etiam à prudentia & dexteritate, qua optimi Ducis munus implevit. Nam *1mò* justa de causa expeditionem suscepit, scilicet ad liberandum nepotem Lot, injusto bello captum & abductum. Reges enim illi aggressores per tyrannidem opprimebant populos vicinos. *2dò* celeriter scripsit copias tum ex vernaculis suis, seu famulis domesticis, tum ex familia trium illustrium virorum Aner, Eschol & Mambre, cum quibus illi fœdus & amicitia intercesserat, utpote habitanti in convalle, quam à Mambre conduxerat. *3tiò* non distulit profectionem. *4tò* prudenter elegit tempus nocturnum, utpote apertæ aciei longè impar. *5tò* scitè copias divisit, & disposuit per aliquot turmas, ut somno & vino gravatis, tantò majorem terrorem incuteret, & effugium præcluderet. *6tò* profligatos & fugientes hostes strenuè insecutus est. *7mò* victoriâ præclarissimâ partâ, liberatis captivis, spolijs receptis, non est animo elatus, nec cupiditate victus, sed summa animi moderatione, Deo victoriam tribuit, cuilibet sua restituit, socios remuneratus est, pro se & domo sua nihil donorum vel spoliorum admisit.

Decimæ. VI. *Quis cui v. 20. dedit decimas?* ℞ Non Melchisedec Abrææ, sed contra Abram illi tanquam Sacerdoti DEI altissimi, ut gratum se DEO monstraret pro prospero expeditionis successu, ita Josephus & Interpretes communiter, patetq; ex c. 7. Heb. v. 2. & 4. S. Amb. hic: qui vincit, inquit, non debet sibi arrogare victoriam, sed deferre DEO, hoc Abram docet, qui triumpho humilior factus, sacrificium deniq; obtulit, decimas dedit & quidem liberales ex omnibus, quæ ab hoste relata fuerant, spolijs.

Melchisedech quis? VII. *Quis fuerit Melchisedec?* ℞ Hebræi teste S. Hieron. hic volunt hunc Melchisedec fuisse ipsum filium Noë, qui etiam secundùm Corn. & Salianum tunc temporis adhuc vixit. At probabilius est, & communiter teste eodem S. Hieron. tradunt PP. & DD. Catholici eum non fuisse Sem, sed alium aliquem gente Chananæum de stirpe Cham filij Noë. Nam Sem genealogia texitur in Gen. ut supra: Melchisedec autem est sine genealogia juxta Apost: ad Heb. 7. id est, ejus genealogia nec à Scriptura S. traditur, nec aliunde de illa constat aliquid certi. Deinde Sem cum posteris suis occupavit Asiam majorem, & alias regiones Orientis, Melchisedec autem regnavit in terra Chanaan, quæ pertinebat ad posteros Chami habuitq; pro sede regia civitatem Salem, quæ postea dicta est Jerusalem. Fuit hic Melchisedec, quamvis inter impios idololatras vir sanctus agnoscens, & colens vnum verum DEum, cujus etiam Sacerdos dicitur: fuit insuper typus Christi Domini, non tantùm ratione nominis (Melchisedec enim idem significat, quòd rex justitiæ) sed etiam ratione officij, in quantum rex fuit simul & Sacerdos, &

dos, & uterq; adhibito pane & vino, quamvis diversimode sacrificium DEO obtulit incruentum: vterq; fuit rex Jerusalem, quam à Melchisedec conditam fuisse scribunt Josephus, Hegesyppus, Isidorus, & Suidas, qui addit, eum centum 13. annis in eadem regnasse, & per omnem ætatem virginem vixisse.

VIII. *An Melchisedec revera coram Abram obtulerit DEO in sacrificium panem & vinum?* ℞ quòd sic. Ita SS. PP. Irenæus, Cyprianus, Hieron. Aug. Amb. & alij passim, quos refert Bellarm. l. 1. de Missa c. 6. & sequuntur DD. Catholici communiter. Nam *1mò* non protulit panem & vinum ad cibum vel epulum victoriale, tum quia milites ex præda jam saturi erant, ut indicat v. 24. tum quia postquam textus dixit illum protulisse panem & vinum, mox rationem adnectit, cur protulerit: *erat enim Sacerdos DEI altissimi*, Sacerdotis autem proprium munus est offerre sacrificium, non militibus præbere epulum victoriale. *2dò* certum est Melchisedec fuisse Sacerdotem DEI, & sacerdotium per se ordinatum esse ad sacrificium DEO offerendum, at nullus per totam scripturam textus ita exprimit ritum & modum sacrificij, sicut exprimitur in hoc capite. Signum ergo sufficiens est, quòd tali ritu sacrificaverit Melchisedec. *3tiò* Apostolus ad Heb. 7. sacrificium Melchisedec opponit Aaronico, dicitq; conformiter ad ps. 109. Christum fuisse Sacerdotem non secundùm ordinem Aaronis sed Melchisedec. At Sacerdotes Aaronici offerebant sacrificia victimarum sangvine cruenta, ergo Melchisedec incruentum, puta panem & vinum, præludendo sacrificio Eucharistico incruento à Christo instituendo, non enim alia diversitas ostendi potest inter Aaronicum & Melchisedechi sacrificium. *Panem & vinũ obtulit.*

Cæterum postquam Melchisedec panem & vinum obtulit DEo in sacrificium pacificum, scilicet partem panis cremando, & partem vini libando, id est, effundendo Deo in gratiarum actionem pro victoria: reliquam panis & vini partem divisit inter milites Abraæ ab ipsis consumendam, hoc enim moris erat in sacrificio pacifico, prout notat Corn. à Lap. simulq; advertit similem ritum adhibuisse Christum in ultima cœna. Priùs enim obtulit panem & vinum consecrando illa, & transubstantiando, deinde in Apostolos libanda distribuit Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedec.

CAPUT XV.

Abram à Domino prolem postulat, exauditur, exauditio per signum confirmatur & vitæ decursus tum Abraæ, tum semini ejus describitur.

QUæstio I. *Quomodo factus est sermo ad Abram per visionem?* ℞ LXX. vertunt in visione noctis, quo indicatur hanc visionem factam esse de nocte, patetq; ex eo, quod v. 5. dicitur DEum eduxisse Abram foras, & jussisse stellas contemplari, stellæ autem de nocte non de die conspici possunt. Contigit autem hæc visio Abraæ non dormienti sed vigilanti, quia elicuit actum fidei, qui ei ad justitiam reputatus est, v. 6. dormiens autem non est capax talis actus. Deinde Abram miscuit sermonem cum DEO, eductus est foras, suspexit cœlos &c, quæ actiones non sunt dormientis sed vigilantis. Unde visio hæc non solùm fuit interna sive ut habet interlinearis *per occultam inspirationem*, sed per Angelum in specie visibili apparentem, & nomine DEI cum Abram loquentem, ita Tostatus, Oleaster, Pererius, Corn. *Sermo per visionem.*

II. *Unde Abraæ obtentâ victoriâ tantus timor, ut à DEO confortari debuerit*, NOLI TIMERE? ℞ Timuit Abram ipsam victoriam ceu periculosam fortunam, quia arduum est à felicitate non vinci, & in prosperis eventibus non exorbitare, quia communiter extra rhombum saltant, quibus fortuna ludit. Bene S. Aug. in ps. 82. Putatis, inquit, fratres infelicitatem sæculi metuendam esse, & felicitatem non metuendam? imò verò felicitas frangit, quem infelicitas nulla corrumpit. Timuit Abram, ne fortè virtutis suæ merces sit ista victoria, timoris justam habuit causam, quia meritorum suorum præmia sibi in hoc mundo dari advertit. Ita enim DEus ipsi non esset merces, sed caduca & transitoria ipsi essent loco mercedis, hoc timuit Abram, ideo eum DEus consolatur: *Ego merces tua magna nimis.* Fortè etiam verebatur Abram, ne 4. à se debellati reges iteratò coeant, dispersas copias congregent, & sic consociati cladem acceptam vlciscantur. Sciebat enim providus bellator, varios esse belli eventus, & sæpe ab hoste repercuti victorem. *Timor Abraæ obtentâ victoriâ.*

III. *Cur ad sacrificium Abraæ assumpta sunt vacca, capra, aries, turtur, & columba?* ℞ DEus anticipativè demonstrare voluit, quorum animalium vsus in lege Moysis in sacrificijs esset futurus, scilicet horum quinq;, quæ hoc loco sacrificio Abraæ præscribit. Corn. à Lap. cum Theodoreto ait, hæc tria terrestria animalia significasse tres generati- *Sacrificiũ Abraæ quibus constat.*

ones,

ones, quæ tranfigendæ erant in peregrinatione Hebræorum: Vacca triennis fignificat primam generationem, quando tempore Jofephi inftar juvencæ lautè epulabantur, & opibus Ægyptiorum pafcebantur, poftquam in Ægyptum peregrinati, & novi coloni in terra Geffen erant. Capra trina fignificat fecundam generationem, quando poft mortem Jofephi, Ægyptij Ifraelitas cœperunt mulgere inftar capræ, eorum labore & bonis fruentes. Aries denotat tertiam generationem in tempora Moyfis excurrentem, quando Ægyptij cum Ifraelitis quafi arietarunt, ut dejicerent & conculcarent, Ifraelitæ autem validiores, fagacioresq; arietes ex Ægypto recedentes, more arietum retrogreffi funt, ut eò vehementiorem in eos impetum facerent, & in mare rubrum dejicerent, non quidem cornibus eos impetentes, fed precibus ad DEum fufis impetrantes. Diffectio horum animalium calamitofam Ifraelitarum in Ægypto fignificat conditionem. Turtur denotat quartam generationem, quando Hebræi ex Ægypto egreffi in deferto & folitudine quafi avolantes, errantesq; aves commorati funt. *Columba* verò quintam generationem, five ingreffum in terram promiffam præfiguravit, in quam velut in columbarium omni efca inftructiffimum fe receperunt. Hæ aves non funt divifæ, quia dura illa fervitus ceffaverat. Aves ad cadavera volantes, fignificant Og, Seon, Amalec, aliosq; hoftes Ifraelem peregrinantem invadentes & vellicantes. *Abram volucres abigens*, fignificat DEI providentiam, Hebræos ob merita Abraæ tuentem & protegentem.

Sacrificiū ex animalibus trium annorum.

IV. *Cur animalia terreftria trium annorum effe debebant?* ℟ DEus fibi vult offerri facrificia perfecta, hæc autem animalia in ætate trium annorum funt perfecta, juftæ magnitudinis, fortitudinis & pulchritudinis. Deinde triplex in lege Moyfis fiebat facrificium; holocauftum, facrificium pro peccato, & hoftia pacifica, ad quæ facrificia præfiguranda trium annorum animalia offerebat Abram, innuens, quodlibet horum animalium ad triplicis generis facrificia aptum effe. Præterea tres anni præfigurarunt triplicem ftatum regiminis, fub quo Hebræi erant futuri ufq; ad tempora Meffiæ, primò vivebant fub regimie Judicum, deinde Regum, tandem Pontificum.

Animalia debebant dividi.

V. *Cur dividi debebant terreftria animalia, non autem aves?* ℟ fuit hic ritus fanciendi fœdera, in quibus findebantur & dividebantur animalia, five victimæ fœderales, interq; partes ita divifas transibant, imprecando fibi fimilem necem & fiffionem, fi fœdus violaverint, unde hunc ritum deinceps fervarunt Judæi, ut patet Jer. 34. 18, item Chaldæi: apud Chaldæos enim, inquit Diodorus Tarfenfis tutius habetur jusjurandum, cùm illud per animalium fectionem fanciunt, eandem prævaricationibus imprecantes. Sic Romani & Latini.

Stabant, & cæfâ firmabant fœdera porcâ.

Aves non divifit, quia non faciebant ad fœdus. Vel etiam diffecabantur animalia, quia fignificabant duram Ifraelitarum in Ægypto fervitutem, in qua matres à prolibus, conjuges à fe invicem, amici à cognatis diffociabantur, præfertim cum Ægyptij Hebræorum proles mergebant in flumine, & ifti mœrebant in fervitute. Aves autem liberiùs in aëre circumvolitantes liberationis Ifraelitarum à prædicta fervitute, & in defertum avolationis typum gerebant.

Aves ad cadavera advolantes.

VI. *Quid fignificant aves ad cadavera advolantes, quas Abram abegit?* ℟ fignificant Ægyptios, qui metu & invidia ex profperitate Ifraelitarum fuborta, eos quafi prædas devorare volebant, quos autem DEus, conformiter ad fœdus cum Abram initum abegit. S. Aug. l. 16. de Civit. c. 14. ait: *aves defcendentes fuper corpora, quæ divifa erant, non boni aliquid, fed fpiritus indicant aëris hujus paftum quendam fuum de carnalium hominum divifione quærentes; quod autem illis confedit Abram, fignificat etiam inter illas carnalium divifiones, veros usq; in finem fæculi perfeveraturos fideles* Spiritus äerei odia & diffenfiones fovent & incendunt magis. Aft viri fpirituales diffidentes componunt, & bellorum fuafores feu dæmones abigunt. S. Greg. l. 16. moral. c. 20. aves has in facrificio, putat effe diftractiones in oratione; *Sic ergo* inquit *nos, cùm in ara cordis holocauftum Deo offerimus, ab immundis hoc volucribus cuftodiamus.* Sicut fecit S. Bernardus, qui templum ad orandum ingreffurus, paulifper ad fores juffit fubfiftere curas & cogitationes orationi obnoxias, quousq; perfolutis precibus egrediens admitteret, quibus egeret ad rem domefticam.

Servitus Ifraelitarū.

VII. *Quomodo intelligenda funt verba* v. 13. Et SUBJICIENT EOS SERVITUTI, ET AFFLIGENT CD. ANNIS? ℟ fervitus Ifraelitarum tantùm duravit 122 annis, prædicit autem DEus Abraæ duo, primò peregrinationem in terra non fua, deinde fervitutem & afflictionem, 400 autem illi anni non ad folam fervitutem extendendi funt, fed ad utrumq; ut fenfus verborum DEI hic fit: Scito femen tuum peregrinum futurum in terra non fua, & fubjicient eos fervituti, peregrinatio autem illa, & hæc fervitus durabunt

bunt annis 400. Initium autem hujus peregrinationis ſumendum à nativitate Iſaac & ſic uſq; ad finem hujus ſervitutis erunt 405 anni. Ex hoc tamen quòd addantur quinq; anni, non ſequitur prædictionem falſam eſſe, quia ſcripturæ mos eſt in relatione numeri magni adjectum paruum non exprimere aut curare ſed omittere, ut dicit S. Aug. Vel ſi accuratiorem temporis hujus rationem petis, dic cum Corn. à Lap. ſemen Abraæ non inchoaſſe cum nato Iſaac, ſed ab ejectione Agar & Iſmaelis ex domo Abraæ, tum ei diceba-tur, *quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen* Gen. 21. v. 12, quia tunc ſemen Abraæ ſeu Hebræi ſegregati ſunt ab Iſmaelitis, & quaſi ſingulare ſemen facti ſunt, erat autem tunc Iſaac 5, circiter annorum, & ſic determinatè habebis 400 annos. Quòd S. Stephanus Act. 7. hunc textum citans ait peregrinationem & ſervitutem Abraæ duraſſe 430, probat Pererius, hanc lectionem eſſe mendoſam, & 30 illos annos per errorem irrepſiſſe, tum quia hunc ipſum textum Gen. 15. citat S. Stephanus, in quo tamen juxta omnes codices illi 30 anni non habentur, tum quia ſi illi anni ſemini Abraæ adduntur, falſam reddunt hiſtoriam, prout in libro Geneſis narratur, eiq; apartè repugnat.

VIII. *Quid per generationem quartam intelligitur, qua Iſraelitas reverſuros prædixit DEus in terram Chanaan?* ℞ Per generationem intelligitur tempus centum annorum, & quia poſt 400 annos Iſraelitæ egreſſi ſunt Ægyptum, bene dicitur quarta generatione nempe expleta reverſos eſſe. Quòd verò generatio pro ſæculo 100 annorum ſumatur, ita probatur: generatio pro vniverſa hominis ætate ſumitur Iſa. 38. Ætas autem hominis communiter 100 annis circumſcribitur Eccli. 18. 8. *Generatione 4ta reverſuri Iſraelitæ.*

IX. *Cur DEus* dixit: NECDUM ENIM COMPLETÆ SUNT INIQUITATES AMORRHÆORUM USQUE AD PRÆSENS TEMPUS v. 16. ℞ DEus ex mera benignitate non ſemper immediatè poſt patratum peccatum infligi promeritas pœnas, prout illas inflixit peccantibus Angelis, ſed ſtatuit certum quemdam peccatorum numerum, uſq; ad quem differt pœnam, ſi fortè homo reſipiſcat, ſi verò peccare pergat, & præfixam metam attigerit, ulteriùs non parcit. Vult ergo DEus dicere: incipiunt Amorrhæi ſe indignos reddere poſſeſſione hujus terræ, ſed eorum malitia nondum pervenit ad eum gradum & cumulum, poſt quem ſtatui ampliùs non parcere, ſed punire, terram hanc auferre, & ſemini tuo dare, completa autem erit hæc malitia elapſis 400 annis *declaratur per hoc*, inquit hîc Theodor. *Deum non priùs ultorem eſſe, quàm homo ſit peccator.* Locupletavit DEus Abram prole & opibus, ſed ante tempus in ſedem Amorrhæorum non immiſit. Ita Princeps, ſi quem ad dignitatem vult evehere, ab ea alterum non deturbat, niſi ſe indignum reddiderit. Evehatur Eſther, ſed ſi Vaſthi rebellet. Honoretur Mardochæus, ſed poſtquam Aman dignum ſe patibulo fecerit. Adlegatur Mathias inter Apoſtolos; non cùm Judas de Magdalena murmurat, non cùm paulò avidiùs pecuniam ſervat, ſed cùm prodito Chriſto, crepuerit medius. Stellas explicat cælum, ſed poſtquam ſol occubuit. Non ſtatim ac Iſaac natus, pulſus eſt Iſmael, tunc domo ejectus eſt, cùm importunis luſibus effecit, ut Abram in ejus pœna non luderet. Sitiebat Chriſtus ſalutem gentium, ſed tamen ad eas non divertit, niſi poſtquam Judæi indignos ſe præbuerunt evangelio. *Iniquitatũ completio.*

X. *Quid ſignificat, ille Clibanus fumans, & lampas ignis tranſiens inter diviſiones illas?* ℞ Lyranus & Corn. à Lap. hæc facta fuiſſe in confirmationem fœderis, tum quia Moyſes mox addit; quòd DEus pepigerit fœdus, cum Abram; tum quia, qui fœdus inibant, id confirmabant, tranſeundo per diviſa occiſorum animalium corpora, cui mori ſe conformabat DEus, & quia aliàs ſæpe in igne apparuit, in igne & per ignem tranſivit hæc corpora, & eò uſq; deſcendit, ut inquit Cajet. ut ad ſimilitudinem hominis paciſcentis cum altero homine, ipſe quoq; paciſci voluerit cum Abram, atq; ea ratione tanquam ex contractu obligatum ſe illi exhibuerit. Addit Corn. cum S. Chryſoſt. hom. 37. quòd hæc facula tranſiens inter partes animalium diviſas, eas cum columba & turture pariter abſumpſerit & combuſſerit; idq; ut hoc modo perficeretur Abraæ ſacrificium, utq; hoc ſigno teſtaretur DEus, gratum ſibi eſſe hoc Abraæ ſacrificium. Sic enim per ignem acceptavit DEus ſacrificium Abelis, Gedeonis, Manue, Salomonis & aliorum. *Clibanꝰ fumans.*

XI. *Quot gentium terras promiſit DEus ſemini Abraæ?* ℞ hoc loco in Latinis & Hebræis codicibus numerantur 10, in Græcis 11, adduntur enim Hæuæi Deut. 7. Joſue 3 Act. 13. tantùm 7 allegantur. Exod. 3. & 33. ſex recenſentur. Conciliat hæc S. Aug. q. 21. in Joſue & ex eo Pererius, in ſcriptura duplicem poni terram promiſſam, primam quam Hebræi poſſederunt ſub Joſue, quæ 7 tantùm continebat gentes: 2dam quam iidem poſſederunt ſub Davide & Salomone, cùm florentiſſimum fuit regnum Judæorum, eaq; 11 gentes, quæ hic Abraæ promittuntur, complectitur, non quaſi Hebræi ſub Salomone omnem hanc terram inhabitarint, ſed quòd tota eis fuerit ſubdita & vectigalis. Corn. à Lap. cum S. Hieron. ait, DEum non dediſſe Hebræis totam terram hîc eis promiſſam, eò quòd *Gentiũ terræ ſemini Abraæ promiſſæ.*

ipsi conditiones promissionis & pacti non seruaverint, scil. legem & cultum DEI. Unde passim in Lib. Judicum dicitur, quòd Chananæus etiam tunc habitaret in terra, quodq; DEus reliquerit eis Jebusæum, qui exerceret Israelem. Unde licet hæ gentes universim fuerint 11, passim tamen tantùm 7 nominantur, aliquando verò tantùm 6, quia omittuntur Gergesæi, hi enim pauciores erant, & viliores, comprehenditq; eos scriptura sub alijs. Sicut etiam Raphaim seu Gigantum terra alibi sub Amorrhæis comprehenditur. Pererius per Raphaim intelligit Hæuæos.

CAPUT XVI.

Agar ex Abram concipit, hinc superbit, affligitur, fugit in desertum: ibi solatur ac redire eam jubet Angelus, simulq; Ismaelem filium promittit, & describit, quem rediens parit Agar.

Cur Sarai sui loco substituit viro ancillam.

QUæstio I. *Cur Sarai viro ancillam loco sui substituit?* ℞ cum Saliano, Sara, quæ meminerat nullam sui factam fuisse in divinis promissis mentionem, neq; dictum qua ex muliere filium suscepturus esset Abram, videtur existimasse se sterilem, & vetulam, huic muneri minimè destinatam, sed alteram quampiam, cujus ipsa fœtum in filium adoptaret. Itaq; ancillam, domo ac genere Ægyptiam, religione Hebræam, ut ait Philo, nomine Agarem, ad gignendum habilem, *dedit viro suo uxorem, si fortè* inquit, *saltem ex illa suscipiam filios.* Uxorem quidem vocat, quæ tamen non ad omnia jura connubij vocaretur, sed ad suscipiendam prolem, ideoq; non materfamilias, sed concubina vocaretur.

An conjugiū Abraæ cum Agar fuit licitum

II. *Vtrum conjugium Abraæ cum Agar fuerit licitum & legitimum?* ℞ certum est, Saram honestissimam viro non adulterium, sed impulsam divina inspiratione, polygamiam suasisse. Abraham quoq; vir justus, qui acquievit deprecanti, & cujus virtus longè ab injusto concubitu abhorrebat, meritò creditur divina inspiratione inductus in has inferioris ordinis nuptias consensisse, quibus diuina promissa, in Saræ sterilitate & senectute impedita commodè expediri possent. Nec Sara hanc polygamiam, ut rem nouam & inusitatam viro suo proposuit, sed ut vulgò usitatam passimq; frequentatam. Imò Pererius existimat dispensationem, quæ à naturali lege conjugij duabus personis definiti, absolveret, statim à diluvio factam esse Noë ejusq; filijs ad generis humani multiplicationem. Ejus consuetudinis testis est S. Aug. l. 22. cont. Faustum c. 47. vi cujus hanc Abrahæ cum Agar conjunctionem à crimine vindicat: *quando mos erat*, inquit, *crimen non erat; & nunc propterea crimen est, qui mos non est.* & l. 3. de doctr. Christiana c. 12, ait: *sufficiendæ prolis causa inculpabilem fuisse consuetudinem, ut plures simul uxores vir vnus haberet.* Et verè si tempore legis Moysaicæ licita fuit polygamia, ut constat exemplo Davidis, & ex alijs Scripturæ locis, cur non tempore Abraæ, cùm pro utroq; tempore eædem militent rationes, scilicet multiplicàtio populi fidelis; imò multa restrinxit Moyses, quæ ante ipsum licita erant, & lex ipsius scripta non laxior fuit lege non scripta, talis autem fuisset, si polygamiam indulsisset, quæ antea illicita fuisset. Nec solùm Abraæ exemplum suppeditat Scriptura, nam etiam Gen. 30 narratur, quòd Jacob ancillas Balam & Zelpham in conjuges duxerit, quarum filij etiam pro legitimis habebantur, quibus pars terræ promissæ hæreditario jure attributa fuit. Præterea si illud conjugium fuisset illegitimum, Abram multis annis, etiam sciente uxore, mansisset adulter, tantùm autem flagitium de viro tam religioso minimè præsumendum est; nec scriptura adulterij labem tacitè præterisset, prout non tacuit Davidis. Sciebat etiam Abram adulterium esse grave peccatum, DEoq; maximè exosum, didicerat id in aula Pharaonis. vbi gravibus pœnis DEus ipsum adulterandi propositum impedivit; imò graue dedisset vicinis populis scandalum, qui omnes adulterium, tanquam rem fœdam detestabantur, ut constat ex verbis Abimelech Gen. 20. Deniq; DEus Gen. 21. promittit filium Ismael in gentem magnam futurum, quòd semen sit Abraæ, si verò ex adulterio ad gravem DEI offensam genitus fuisset, non est credibile, DEum tam beneficum se ipsi exhibiturum fuisse. Quid quòd DEus matrem ejus Agar iteratò consoletur, ei per Angelum appareat, revocet ad domum Abraæ; adulteram verò denuo admittere, & se periculo relapsus exponere à DEO potiùs interdicendum quàm suadendum fuit. Ad licitam ergo Polygamiam non libido, sed spes & desiderium prolis tam Saram quàm Abram incitabat. Pulchre S. Aug. l. 16. de Civit. c. 25. de Abram: *O virum*, inquit, *viriliter fœminis vtentem, conjuge temperanter, ancillâ obtemperanter, nullâ intemperanter.* Unde Philo ait Abrahamum, vbi Agar facta est gravida, deinceps ab ejus abstinuisse congressu: idq; probabile fit ex eo, quòd nullam

dein-

deinceps ex ea prolem suscepisse legatur, neq; omnino ex vlla alia, vsq; ad decimum tertium ab hinc annum, eximiâ vtiq; continentiâ: contra quam hominem Sanctum acuere poterant divina promissa, de innumerabili posteritate ex ipso propaganda.

Polygamia permissa.

Si dicatur Polygamiam esse contra primam matrimonij institutionem, dicitur enim *erunt duo in carne una*, hinc Matt. 19. vetat Christus dimissa uxore alteram ducere, quantò magis priore retenta. ℞ Polygamia est contra primam matrimonij institutionem quantum ad finem primarium, qui est procreatio prolis, conseruatio & propagatio generis humani, Nego, quantum ad fines secundarios, qui sunt pacifica cohabitatio, figura vnionis Christi cum Ecclesia, concedo. Polygamia in se est vetita, nisi ab altiore potestate, putà divina permittatur; tum enim est licita, tantùm in se est mala & vetita, quia non nihil repugnat paci familiæ & bonæ educationi prolium, ad quam tenentur parentes; verùm DEus hac obligatione parentes liberare eamq; alio modo & majore bono (v.g. propagatione veræ fidei) compensare potest. DEus ergo dispensando in lege naturæ, v.g. monogamiæ, non tam legem, quàm legis objectum & materiam tollit & immutat, inquit Corn. à Lap. Sic cùm jussit Osee ducere fornicariam, ex fornicaria effecit conjugem Osee. Sic cùm jussit, ut Hebræi spoliarent Ægyptios, Ægyptiorum bona dedit Hebræis; ac proinde nec actus Osee fornicatio, nec Hebræorum furtum fuit: quia DEus Osee dederat jus in corpus ejus, quæ priùs fuit fornicaria: Hebræis verò dederat jus in bona Ægyptiorum. Sicut ergo DEus donavit Hebræis bona Ægyptiorum; ita condonavit & remisit Abraæ, alijsq; ea ætate, obligationem ad procurandam tantam pacem familiæ, tamq; commodam prolium educationem, ad quantam natura incitat parentes, & quanta esse solet in monogamia, ac consequenter permisit eis DEus polygamiam, in qua paulò incommodior est prolium educatio, pauloq; minor pax familiæ. Hæc Corn. Permissa etiam in lege Moysaica polygamia, quia nihil ad perfectum adducebat lex, donec veniret legis lator novus, qui ea laxitate sublata, iterum stabiliret illud: *erunt duo in carne vna.*

Angelo cur Agari apparet.

III. *Cur prima Angeli apparitio, quæ in scriptura memoratur, Agari facta narratur?* ℞ Ex mente S. Chrysost. hom. 3. in epist. ad Coloss. ex culpa Adami *hostiliter hominibus adversabantur Angeli*, & eis non apparebant, quàm primùm autem DEus cum Abrahamo de assumenda natura humana, & reconciliando sibi genere humano tractat, Angeli hominibus familiares & benevoli redduntur, ut jam incipiant apparere, & quidem prima vice ancillæ Agar, servilis conditionis fœminæ, ut intelligamus, quàm benevolos nobis indignis homuncionibus Christus reddiderit cœlites, cùm specialem curam gerant hominum tenuioris & vulgaris conditionis. Non insigni alicui Patriarchæ primam Angeli apparitionem, sed humili ancillæ adscribere voluit Moyses, & quidem non cùm in domo Abraæ moratur, cùm in conjugem adlegitur, cùm heri mensæ assidet, cùm gravido vtero & animo tumet, sed cùm ab omni hominum consortio remota est, ut discant, qui inter homines despecti, miserijsq; obruti sunt, quòd eorum specialem curam habeat Angelus custos. Pulchre S. Chrysost. de Agar disserit: *Afflictionis fructus in hac ancilla videre licet, quia postquam à domina afflicta fugit, & multùm ærumnosa fuit, dolenteq; anima Dominum invocavit, statim cælestem visionem assecuta est.* Præterea non fecit hactenus Moyses mentionem Angelorum; ne populus in fide tyro suspicaretur Angelos esse DEos, tum quòd potentissimi sint spiritus, tum quòd prodigia, & omnes humanas vires transcendentia opera peragant, cùm autem credit populum in fide vnius DEI satis informatum, Angelorum mentionem injicit, quorum opera hactenus DEO adscripserat, utpote cujus vices gerunt, non suo sed ejus nomine illa peragendo.

Agar Angelum vocat DEum

IV. *Cur quem Moyses Angelum, Agar DEum appellat* v. 13? TU DEUS QUI VIDISTI ME. ℞ Agar Angelum vocat DEum, quia DEI personam repræsentabat, vti vice rex repræsentat regem. Tu ergo, ô DEus, id est, ô Angele vice DEI, vidisti, id est respexisti me, meamq; afflictionem, mei curam egisti in hoc horribili deserto, agit enim hîc Agar gratias DEO pro ejus paterna erga se visitatione, providentia & tutela, ita Cajet. Lipom. Corn. à Lap. Habuit Agar principaliter DEum pro objecto, prout in legato personam legantis veneramur. Præterea declarat Agar se grato animo recolere & agnoscere beneficia per Angelum sibi promissa, à DEO danda esse, eorumq; largitorem se venerari, ejus nomen effatur, cor & linguam in eum dirigit. Non qui porrigit, sed qui mittit, cordi & ori ejus insidet.

Vidi posteriora videntis me.

V. *Quid significant verba Agaris*: VIDI POSTERIORA VIDENTIS ME? ℞. Probabiliter Angelus aversa facie locutus est ad Agar, ita ut non potuerit ejus faciem, sed tantùm posteriora seu tergum aspicere, & ut S. Thomas ex Magistro hist. Scholast. sentit, apparuit Angelus tantùm transeunter, & hæc inversa apparitio haud dubiè mysterium in se continuit, nempe ad denotandum, quòd ipsa facies DEI ab homine viatore clarè videri

non possit, prout DEus Exod. 33. ad Moysen dicit: *videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris.* Significat item neq; essentiam DEI neq; Angelos neq; corpora glorificata ab oculo corporeo immediatè videri posse, sed tantùm in assumpto & transfigurato corpore. Præterea & hoc latet mysterium, quòd aversa facie Angeli à simili objiciatur, quòd quia heræ suæ tergum vertit, ab eaq; fugit, & per hanc inobedientiam se etiam à DEO averterit, indigna sit, cui facies Angeli sed tantùm ejus dorsum ostendatur. Deniq; per posteriora intelligi potest ipsa species & forma, quam Angelus assumpsit, ut sit sensus, tu me clarè & intuitivè vidisti, quod mihi inde constat, quia etiam secreta mea nôsti, ego autem posteriora tua, siue assumptam formam, quam priùs non habebas cum creareris, sed posteriùs assumpsisti, vidi. Observa quoq; Angelum cum muliere sola loquentem posteriora vertisse, non faciem, nos informando, quàm cautè cum fœminis & præcipuè solis & in loco solitario agendum. Nam cum muliere sola, communicatio, cohabitatio & locutio sunt periculosa nimis. Hinc S. Hieron. ad Rusticum scribens monuit: *fœminæ nomen tuum noverint, & vultum tuum nesciant.* Et ad Nepotianum: *Nec sub eodem tecto cum muliere mansites, nec in præterita castitate confidas.* Ex humo DEus evocatum hominem cùm efformasset facie ad faciem insufflando; *inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ,* animâ rationali eum informasse nemo dubitat, in faciem fœminæ non insufflat, vt à DEO naturâ purissimo discat, à muliere faciem avertere; nam ipse tam familiariter cum fœmina non conversatur.

Peperit Agar Abrææ filium.

VI. *Cur Moyses dicit:* PEPERITQUE AGAR ABRAÆ FILIUM v. 15. *Nonne & sibi eum pepererat, cujus mater erat?* ℞. finis conjugij Abram inter & Agar, non erat, ut hæc prolem, sed ut ille semen acciperet, hoc respiciebat tam Sarai quàm Abram, hinc non tam sibi quàm Abraæ prolem genuit Agar. Potest etiam dici, quòd rediens Agar secuta monitum Angeli, se totam subjecerit & Sarai, & Abraæ, abdicata etiam propria voluntate, & quidquid possidebat, in cujus confirmationem dicitur, quòd pepererit filium, sed Abraæ & uxori ejus prolem offerens & donans, quasi non sibi sed ipsis genitam.

CAPUT XVII.

DEus pactum init cum Abrahamo, pactiq; signum instituit circumcisionem. Promittit ei filium Isaac. Abram se suosq; circumcidit.

Saddai.

QUæstio I. *Cur DEus dicit Abrahæ:* EGO DEUS OMNIPOTENS; AMBULA CORAM ME? ℞. In Hebræo habetur, *el Saddai,* quasi dicat: ego sum DEus fortis & liberalis. Ad *Saddai* alludit Apostolus 1. Timoth 6. cum ait: *neq; sperare in incerto divitiarum, sed à DEO vivo, qui præstat nobis abunde ad fruendum.* Aquila, Symmachus teste S. Hieron. ep. 136. *Saddai* vertunt robustum, & sufficientem ad omnia perpetranda. Corn. à Lap. *Saddai* deducit ex Hebræo *Scad* id est, uber, mamma, quasi dicat mammeus, ex DEO enim, quasi ubere bonis omnibus distento, affluenter bona omnia sugimus. *Saddai* ergo significat, quòd DEus dulcis sit, ut mamma & lac; quodq; omnia eo charitatis affectu & amore nutriat, quo mater infantem uberibus applicando fovet, lacteq; alit & nutrit. Dicitur ergo DEus *Saddai,* quòd sit munificus, efficax, omnipotens: quòd ipsius curâ, sapientiâ, providentiâ, bonitate cuncta existant, vivant, moveantur, quodq; omnes creaturæ de ejus inexhausta plenitudine, existentiam, vitam, operationes, bonaq; omnia, tanquam de immenso & inexhausto thesauro hauriant & accipiant. Dicit ergo DEus Abrahæ: ego sum DEus *Saddai* qui te ditare, bonisq; omnibus cumulare possum & volo. Ambula ergo coram me, ut capax sis harum opum. Pari modo dixit DEus Jacobo Gen. 35. v. 11. *Ego DEus omnipotens* (Hebraicè *Saddai*) ideoq; ex me *cresce & multiplicare,* Et hoc est, quod DEus dixit Moysi Exodi. 6. *Ego DEus, qui apparui Abram, Isaac & Jacob in DEO omnipotenti,* instar DEI *Saddai,* tanquam DEus *Saddai,* ut habetur in Heb.) *& nomen meum Adonai non indicans eis.* DEus ergo noster *Saddai* pergit Corn. qui satiat, replet in bonis omne desiderium nostrum. Cur ergo infelix homo per multa vagaris, requiem quæris & non invenis? amas opes, non satiaris: quia non sunt Saddai. Amas honores, non expleris, quia non sunt Saddai: amas gratiam & pulchritudinem corporum, non sunt illa Saddai. Ama tuum Saddai, ille solus sinus omnes animæ tuæ implere potest, ipse solus torrente, imò pelago voluptatum potare te sufficit, quoniam apud ipsum est fons vitæ, ipse est rationi plenitudo lucis, voluntati multitudo pacis, memoriæ continuatio æternitatis. Ipse suis est & erit omnia in omnibus. Delectat te gloria? *gloria & divitiæ in domo ejus.* delectat te pulchritudo? *fulgebunt justi, sicut sol in regno patris eorum.* delectat te sapientiâ? *ô altitudo divitia-*

divitiarum sapientiæ & scientiæ DEI. delectat te sapor vini, delitiæ? *satiabimur, cùm apparuerit gloria tua: & inebriabuntur ab ubertate domus tuæ.*

II. *Cur Abram dictus est Abraham?* ℞ Abram interpretatur Pater excelsus, qui excelsa cogitat; Abraham verò Pater magnæ & excelsæ multitudinis, seu Pater multorum excelsorum, quia, ut sequitur *constitui te Patrem multarum gentium*, nimirum Judæorum & gentilium. Posteri Abrahæ, juxta Apostolum Rom. 9. v. 5. 6. 7. literaliter hic accipiuntur naturales & carnales nimirum Judæi, qui in 12. tribus quasi in 12. gentes fuerunt divisi. Allegoricè verò & potissimùm hic accipiuntur Spirituales Abrahæ filij, nimirum fideles qui fidem & pietatem Abrahæ imitantur, quales primò fuerunt Judæi, deinde sub Christo pauci Judæi & gentes omnes. Hi enim propriè vocantur multæ gentes, & inter has multi fuerunt excelsi; nimirum Apostoli, Martyres, Doctores, Virgines &c. miscet ergo hic DEus promissiones spirituales cum carnalibus. Abraham igitur est Pater multorum excelsorum, putà cœlicolarum scilicet 144. millium signatorum ex Judæis, & turbæ magnæ signatæ ex gentibus, quam dinumerare nemo poterat Apoc. c. 7. v. 9. deinde Abraham erat circumcidendus, & ideo ei nomen novum erat imponendum, sicut imponitur baptizandis, renovatur autem nomen, quia & ipse homo renovatur in baptismate. *Abram vocatg Abraham.*

III. *Cur instituta est circumcisio?* ℞ conformiter Apostolo Rom. 4, ut esset signum. Signum nimirum *rememorativum* pacti, quod DEus cum Abraham, & ejus semine inijt. Signum *repræsentativum* fidei Abrahæ, ut inquit Apost. Rom. 4. *signum accepit* (Abraham) *circumcisionis, signaculum justitiæ fidei, quæ est in præputio, ut sit Pater omnium credentium per præputium.* Credidit Abram DEo promittenti semen, ex lumbis suis proditurum, ut ergo firmæ hujus fidei DEus perpetuum daret signum, elegit circumcisionem ejus membri, unde semen illud originem traxit. Signum *distinctivum* Judæorum ab alijs gentibus, sicut enim rebus nostris certas notas inurimus, ex quibus dignoscantur nostræ esse potestatis; ita DEus populo suo notam circumcisionis imprimi voluit, sicut etiam Christianis in baptismo character imprimitur, his magis spiritualibus signum spirituale, illis magis carnalibus, carnale. Signum *præfigurativum* Sacramenti baptismi, tam enim baptismus, quàm circumcisio est deletiuum peccati originalis, vtrumq; primum & quasi janua, vtrumq; protestatio & signaculum justitiæ fidei, vtrumq; aggregatio & adscriptio in cætum fidelium, vtrumq; subjiciebat jurisdictioni & potestati Ecclesiæ, vtrumq; præscindebat aliquid carnale, illa pelliculam, hic concupiscentiam, eo modo, quo inquit Apost. Coloss. 2 *In Christo circumcisi estis circumcisione non manu facta in expoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi, consepulti ei in baptismo.* *Circumcisio cur instituta.*

IV. *Cur Circumcisio debebat fieri octauo die?* ℞ quia ante octauum diem infans valde tener est, & vix tam validus, ut dolorem illum & vulnus absq; morbi vel etiam mortis periculo sufferre queat; quia ut Plutarchus in quæst. Rom. quæst. 102. affirmat, septimus ab ortu dies infantibus periculosus est, præsertim quia ante eum diem rarò umbelicus decidere solet. Hinc etiam Lev. 22. Vetuit DEus ante octavum diem ab eorum ortu sibi offerri animalia, quia nimis tenera & immatura sunt. Vltra octavum diem differri non debebat, quia caro magis indurescens majori doloris sensu abscissa, & difficiliùs curata fuisset. Si tamen infans ante octavum diem erat in periculo vitæ, poterat æquè ut fœminæ salvari remedijs & ritibus legis naturæ. Poterat item justa de causa circumcisio differri post octavum diem, uti dilata est in deserto per 40 annos ob continuam peregrinationem Josu. 5. 6. Ita Theodor. & Josephus. Nec est par ratio de Moyse, cui Angelus mortem minabatur ob non circumcisum filium post diem octavum, quia non in itinere, sed jam antè ei filius natus fuerat, quem circumcidere debuerat, antequam se itineri accingeret. *Circumcisio debebat fieri octava die.*

V. *Cur in hoc membro, seu præputio debebat fieri circumcisio?* ℞ Hoc membro generamur, & peccatum originale in nos transfunditur, hinc ejusdem circumcisione illud denuò rescindendum erat, siue signum dandum agi in anima, quod fiebat in corpore. Deinde promissa erat Abrahæ multiplicatio seminis, & tamen ad probandam Abrahæ constantiam in fide multa obstacula occurrebant, & quasi media præscindebantur, erat enim uxor sterilis, ambo senescebant, imò natum Isaac immolare jubetur, & tamen omnibus his generationis medijs præcisis, Abraham persistebat firmus in fide. Ad hujus ergo significationem illud membrum præscindebatur, & quasi minuebatur, quæ tamen Abrahæ posteritas multiplicanda erat. Et sic DEus proposuit posteris exemplum Patris eorum imitandum, vt nunquam desperent, sed magis confortentur, licet promissionibus divinis quandoq; impedimenta objiciantur. Præterea in hoc membro prima vice expertus est Adam peccati sui effectum, & carnis rebellionem, hinc circumcisione quasi refrænandum erat. Deniq; Philo Judæus ait: *fuisse bonum majoris fœcunditatis & numerosioris sobolis* *Circumcisio cur debebat fieri in præputio.*

ajunt enim circumcisos integrum semen directè ejaculari, non autem diffluens per sinus præputij, & ideo circumcisas gentes esse fœcundissimas atq; populosissimas.

Qui ad circumcisionē tenebantur

VI. *Quinam sub præcepto divino circumcisionis continebantur?* ℞ solas Abrahæ proles hoc præcepto obligatas fuisse, quia circumcisio erat signum pacti seu fœderis inter DEum & Abraham ejusq; posteros, quemadmodum autem illo fœdere se DEus illis tantùm obligabat; ita econtra illos solos sibi, cujus obligationis una conditio erat circumcisio; Interim tamen qui circumcidi volebant, & ad cœtum fidelium adscribi, sicq; semen Abrahæ spirituale fieri, admitti debebant, & eo sensu dicitur servos, famulos, liberos circumcidi debere, nec de libera electione eis danda fit mentio, quia jam omnes ab Abraham fide instructi & vera religione informati facile consensuri erant.

Pœna non circumcisorum.

VII. *Quæ pœna statuta fuit ijs, qui circumcidi noluerunt?* ℞ Pœna colligitur ex verbis DEi: DELEBITUR ANIMA ILLA DE POPULO SUO. Id est non censebitur in populo DEi, ut qui signo careat fœderis à DEO initi cum populo suo; populo electorum, ex semine Abrahæ congregando, ut qui maneat filius iræ, carens remedio ad expiationem peccati originis, divinitus tradito Abrahamitis. Corn. à Lap. putat, quòd infans elapsis octo diebus non circumcisus, si ad provectiorem ætatem venerit, & negligentiam vel defectum parentum non suppleverit, & se non fecerit circumcidi, morte puniendus sit, patet ex illis verbis, *quia pactum meum irritum fecit*, quod infans octo dierum facere non potuit.

Circumcisio abolita in Lege Euangelica

VIII. *An promulgata lege Evangelica bene abolita & sublata sit circumcisio?* ℞ affirmativè, quia circumcisio erat signum distinctiuum fidelis populi ab infideli, ne commiscerentur Judæi alijs gentibus non circumcisis; in nouo autem testamento præceptum datum est Apostolis exeundi in omnem terram, & prædicandi euangelium omni creaturæ, circumcisis æquè ac incircumcisis, ergo conveniens erat, vt signum istud cessaret, quia in hoc non erat distinctio Judæi & Græci. Deinde prodeunte figurato cessat figura, figura baptismi erat circumcisio, ergo illo introducto hæc debebat aboleri; superflua enim erat carnalis circumcisio, quando spiritualis longè perfectior & nobilior aduenit. Imò vetuit S. Paulus Gal. 5. circumcisionem dicens: *Ecce ego Paulus dico vobis; si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.* Solùm difficultatem mouent verba DEI: *erit pactum hoc meum in carne vestra in fœdus æternum.* Si *æternum*, quomodo aboleri potuit? sed facile huic satis fit, pro ly æternum enim habetur in hebræo *holam*, holam autem non semper eandem habet significationem, aliquando enim significat strictam æternitatem, siue sit æternitas à parte antè, quæ caret initio, siue à parte pòst, quæ finem non habet; aliquando significat longissimum tempus, quod tamen initium & finem habet, hoc sensu c. 13 Gen. v. 15. promittitur semini Abrahæ terra Chanaan usq; in sempiternum; pariter etiam hîc significat longissimum tempus, quale fuit, quod ab institutione circumcisionis, vsq; ad promulgatam legem Euangelicam interfluxit, fuerunt autem anni ferè bis mille ly *æternum* hîc strictè sumi non potest, pro eo, quod finem non habet, aliàs enim etiam post finem mundi vsus circumcisionis durare deberet.

Abraham non hæsitauit in fide.

IX. *An Abraham in fide hæsitaverit, cùm risit dicens: putasne centenario nascetur filius?* v. 17. ℞ Abrahamum minimè hæsitasse, sed firmam concepisse fidem, & ex ea ingens gaudium, solatium & admirationem magnæ DEi potentiæ & benignitatis. Breviter S. Aug. l. 16 de civit. DEI c. 26. *Risus Abrahæ*, dicit, *exultatio est gratulantis non irrisio diffidentis, verba quoq; illa* si mihi centenario nascetur filius, *non sunt dubitantis, sed admirantis.* Expressè S. Paulus Rom. 4. *Et non est infirmatus in fide nec consideravit corpus suum emortuum, cùm jam ferè centum esset annorum; Neq; mortuam vulvam Saræ: in repromissione etiam DEi non hæsitavit diffidentiâ sed confortatus est fide dans gloriam DEo, plenissimè sciens, quia quæcunq; promisit, potens est & facere.* Et Moyses Gen. 15. v. 6. *Credidit Abraham DEo & reputatum est ei ad justitiam.*

Abraham non erat absolutè impotens ad generandū.

X. *An Abraham absolutè impotens fuerit ad generandum?* ℞ non absolutè sed tantùm respectiuè ad Saram uxorem suam fuisse impotentem, utpote quæ jam nonagenaria, sterilis, & cui jam menstrua fluere desierant, ex tali Abraham centenarius suscitare prolem non poterat sine miraculo, poterat tamen ex juniore, nam post mortem Saræ, cùm ipse 137 esset annorum, sex proles genuit ex Cetura, utpote quæ adolescentula, viuida erat & fœcunda. Vnde quando Apostolus proximè citatus dicit corpus Abrahæ fuisse *emortuum*, non est intelligendus fuisse locutus absolutè, sed respectiuè ad Saram.

CA-

CAPUT XVIII.

Abraham tres Angelos hospitio & convivio excipit, hi promittunt ei filium ex Sara, revelantq; ei excidium Sodomæ, unde pro Sodoma orat Abraham.

Angeli tres apparent Abrahæ.

QUæstio I. *Qui fuerunt tres viri, qui apparuerunt Abrahæ* v. 2.? ℞ fuisse tres Angelos qui corpus humanum ex aëre formaverunt & assumpserunt, ut cum Abrahamo loquerentur, Paulus enim ad Heb. 13. v. 2. & Moyses c. seq. v. 1. vocat eos Angelos. Lyranus putat unum ex his tribus fuisse missum ad nuntiandum partum Saræ, secundum ad evertendam Sodomam, tertium ad liberandum Lot ex Sodoma. Verùm ex c. seq. patet non vnum, sed duos missos esse tam ad evertendam Sodomam, quàm ad liberandum Lot. Unus horum trium cæteris erat illustrior, quia erat superior Angelus, unde ipse solus ferè hîc loquitur, vocaturq; Dominus. Hebræi putant hunc medium fuisse Michaëlem, qui à dextris habebat Gabriëlem, à sinistris Raphaëlem, quos duos deinde misit ad evertendam Sodomam, & ad Lot ex ea educendum. Abraham quidem primò putavit eos esse homines, prout & S. Paulus Heb. 13 ait eum latenter & ignoranter suscepisse Angelos; quia scilicet putabat eos esse homines, non Angelos, unde omnibus tribus quasi hominibus pedes lavat, epulum, reliquaq; hospitibus necessaria parat.

Quo cultu eos adoravit.

II. *Quomodo dicitur v. 2. eos adorasse*? ℞ Antequam eos Angelos agnovit, prosternens se in terram, civilem & Orientalibus consuetam reverentiam eis exhibuit, prout etiam filios Heth c. 23. 7. adoravit. Tanta charitate & reuerentia solitus est Abraham hospites suscipere. Ab Abrahamo hanc reuerentiam didicit Apollonius Abbas in vitis Patrum, quia fratres peregre venientes excipiebat adorans eos, seu vsq; ad terram se prosternens, & surgens osculabatur, & fratres admonebat, vt adventantes fratres quasi Dominum susciperent. *Nam* ajebat, *& adorari fratres adventantes propterea traditio nostra habet, vt certum sit in adventu eorum, Christi adventum haberi.* Subjicitq; exemplum Abrahami: Ex hac traditione præcipit S. Benedictus: *Omnibus advenientibus, siue discedentibus hospitibus, inclinato capite, vel prostrato omni corpore in terra, Christus in eis adoretur, qui & suscipitur.* Postquam autem agnovit Angelos adoravit Duliâ, agnoscens autem eos repræsentare DEum, & SS. Trinitatem in eis repræsentatam, adoravit latriâ juxta S. Aug. qui enim apparet & loquitur cum Abrahamo semper vocatur Jehoua, quod est nomen proprium DEI, cui debetur latria, sicut legato repræsentanti regem, regius honor debetur.

Quale corpus assumunt Angeli?

III. *Quales pedes & quale corpus, & quomodo assumunt Angeli*? ℞ cum Corn. à Lap. 1. Angeli non possunt sibi vnire aliquod corpus substantialiter, siue vnione hypostatica, quia hoc solius est divinæ virtutis. 2. possunt Angeli corpora assumere, sibi ea accidentaliter vniendo, eaq; mouendo ac si essent viva. 3. etsi Angeli possunt cadavera recèns defuncta ita assumere & movere, ac si verè viverent, vti subinde faciunt Dæmones, communiter tamen sibi corpus effingunt ex circumstante àëre, admixtis crassioribus exhalationibus, quibusdam obscurioribus, quibusdam lucidioribus, sic vt vtraq; inter se commisceant & condensent, vt solida corpora, verosq; colores & figuras membrorum humanorum referant, ita vt oculis veritas discerni nequeat, patet id ex eo, quia disparentibus Angelis hæc corpora mox in àërem & vaporem resolvuntur.

Qualis fuit comestio Angelorum.

IV. *Qualis fuit comestio Angelorum* v. 9. ℞ non fuit vera & vitalis, quia non fiebat ab anima informante, sed assistente corpore àëreo ab eis assumpto, trajecerunt ergo Angeli cibum hunc intra corpus à se assumptum, ibiq; eum resolverunt in àërem, perinde ac sol humorem terræ in vaporem resolvit & consumit, nec in se convertit Ita Theod. Secus est de Christo, qui post resurrectionem suam cum Apostolis verè comedit, sed simili modo atq; Angeli hi, cibum à se comestum in àërem resolvit, nec enim corpus gloriosum cibo alitur. Ita S. Thom. 1. p. q. 51. a. 2. ad 5.

Sara negando risum an peccavit.

An ridendo?

V. *An Sara ridendo & risum negando peccaverit*? ℞ Quòd Sara negando se risisse, mentita sit, & peccaverit, apud interpretes certum est, an verò ipse risus fuerit culpabilis & peccaminosus dubio non caret, quia S. Amb. eam excusat, & risum hunc mysterio plenum fuisse affirmat hisce verbis: *Risum Saræ judicium futuri mysterij magis, quàm incredulitatis argumentum arbitror: risit enim, licet adhuc nesciens, quid rideret, quòd publicam in Isaac esset peritura lætitiam, ideo negavit se risisse, quia ignoravit, quid ille risus præsignaret, ideo risit, quia nesciens prophetavit.* Alij tamen cum S. Aug. dicunt: Saram risu peccasse, quia per eum suam testata est infidelitatem & dubitationem, addunt tamen fuisse peccatum leue, quia non sciebat hos esse Angelos, sed homines putabat. Si tamen

risum & negationem Saræ velis à culpa excusare, reflecte te ad risum Abrahæ. Supra ostensum est, Abraham risisse non tamen peccasse, quia risus ille non erat dubitantis sed exultantis & lætabundi, ita pariter dicere poteris de Sara, quòd ad imitationem mariti riserit præ gaudio & exultatione, quam in animo ex spe prolis masculæ concepit. Similiter, quod negationem attinet, à culpa excusari potest, quia Sara audiens iteratam promissionem filij, novum in animo gaudium sentiebat, & hoc vocat Moyses *risum*, non ore formatum, sed corde conceptum, & ideo additur, quòd *occultè* riserit, verba illa: *postquam consenui, & Dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo,* non sunt dubitantis sed gaudentis, q. d. Ego & maritus senes sumus, jam à 14. annis nos à copula continuimus, an ergo jam in senio voluptati operam dabimus? quæ interrogatio responsum affirmativum subindicat, quod videtur Angelus indicare velle, dum Saræ loco dicit: Num verè paritura sum anus, ubi apprehende voculam *verè*, quæ admirationi dubium excludit, & veritatem admittit qui enim dubitans interrogat, ly *verè* non addit. Responsio Angeli: *numquid DEO quidquam est difficile*, non est allata ad excludendum dubium, sed ad confirmandum in fide. Negatio ergo illa Saræ *non risi* non fuit peccaminosa, Angelus enim affirmans & Sara negans risum, in diversa suppositione loquuntur, ille de risu cordis, Sara de risu oris, arcanum cordis reuelat ille, vt disponat Abraham & Saram ad suspicandum se esse Angelum; illa verò putans eum loqui de risu oris, rectè negavit se risisse, quia reuera non riserat. Cùm verò audit Angelum suæ inhærentem assertioni affirmando iterum Saram risisse, illa tacens rem altiùs expendens, alia de hoc suo hospite sensa animo voluebat.

Abraham non descendit infra denarium.

VI. *Cur Abrah.m in deprecatione sua non descendit infra denarium?* ℞det Pererius infra decalogi obseruationem, quæ denario numero designatur, nullus potest esse justitiæ locus: nec quisquam decalogi obseruationem non implens, justi appellatione honoreq; dignus est, vnde meritò Abraham in commemorando justos infra 10 non descendit. Deinde si in petendo vlteriùs descendisset, propiùs venisset ad familiam Loti, ne autem crederetur non publicæ Sodomorum salutis amore, sed priuata domesticorum vtilitate permotum preces fudisse ab ulteriore deprecatione desistit. Noluit enim pius Senecio videri magis priuatam quàm publicam incolumitatem spectare, & consanguinitatis intuitu potiùs quàm charitatis impulsu beneficia à DEO exorare.

An Abraham fuit exauditus.

VII *Cur DEUS non fuit flexus precibus Abrahæ ad parcendum Sodomitis?* ℞ effecit id eorum malitia & inveterata peccandi consuetudo, vt omni prorsus veniâ & pœnæ condonatione indigni fuerint, cum nulla emendationis spes affulgeret. Nec propriè dici potest Abrahamum non fuisse exauditum, quia petitio ejus conditionata fuit, si decem inventi fuerint justi, his autem non inventis, cessavit intentio petentis & exauditionis effectus. Ex parte autem dici potest, eum fuisse exauditum, quia saltem ejus merito Lot & vxor ejus ac filiæ ab incendio liberatæ sunt, ut ex c. seq. v. 29. constat.

Abraham cur nō orat pro Lot.

VIII *Cur Abraham non supplicavit pro liberatione Lot?* ℞ vel quia confidebat eum à DEO ob innocentiam & vitæ integritatem saluandum, vel quia judicabat se Lotho meritis inferiorem esse, & sic non videbatur ei conveniens esse, vt intercessorem ageret pro eo, qui apud DEum potentior salutem suam proprijs precibus exorare posset, vel etiam quia noluit videri potiùs consanguinitatis respectu, quàm charitatis instinctu agere.

CAPUT XIX.

Lot hospitio excipit Angelos, quos Sodomitæ petunt ad nefandum scelus, hinc Angeli educentes Lot, igne cremant Pentapolim, excepta Segor, cui Lot veniam impetrat. Uxor Lot respiciens post se, vertitur in statuam salis; filiæ verò ex patre concipiunt, & pariunt Moab & Ammon.

An Lot peccauit filias offerens ad abutendum

QUæstio I. *An Lot peccaverit Sodomitis offerens filias ad abutendum?* ℞ excusant aliqui Lot à peccato, ex eo quòd liceat volenti facere majus flagitium, suadere minus; sic volenti committere Sodomiam aut stuprum licet suadere vt eat potiùs ad meretrices in lupanari expositas, & latroni volenti occidere viatorem licet suadere, ut potiùs eum spoliet: similiter Lot molientibus Sodomiam licitè potuit suadere fornicationem. Deinde non Lot suasit, sed tantùm obtulit filias ad stuprum, ut auerteret majorem injuriam tantorum virorum. Veriùs dicit S. Aug. Lyran. Tost. Corn. à Lap. Lot peccasse, quia filiarum suarum famæ & pudicitiæ, & periculo consentiendi

tiendi in actum Venereum, magis consulere (tanquam Pater) debuit, quàm hospitum externorum; licet ij viri sancti & prophetæ essent. Deinde Lot non erat Dominus corporum & pudicitiæ filiarum suarum, ergo non potuit eas maximè non consentientes, stupro offerre; non enim tenebantur, imò nec poterant illæ in hac oblatione obedire patri, imò verosimile est, eas hac in re noluisse obedire, quæ enim virgo honesta non potiùs tale suum stuprum, quàm alteriùs cujuslibet perhorrescat. Præterea Sodomitis de Virginum stupris minimè cogitantibus lasciua desideria injecit, non licet autem desideria in vno genere peccatorum peccanti injicere, vt alia excutiantur, quæ jam concepta sunt. Deniq; Sodomitæ non cogitabant de filiabus Lot vitiandis, ergo iniquè eas illis tam impuris objecit, vt hospites suos liberaret, non enim licet impedire damnum Petri cum damno Pauli, dicendo latroni volenti spoliare Petrum, spolia Paulum, de quo latro non cogitat, vti docet Lessius l. 2. de justitia c. 13. dub. 3. n. 19. Videtur tamen inconsideratio & perturbatio Lot in re tam ancipiti, multùm de peccati gravitate minuisse: anceps enim erat Lot, & inops consilij in re tam implexa, volebat omni modo hospitum tam venerandorum indemnitati, honori & pudicitiæ consulere, nec alius tunc ei modus occurrit, quàm si pro eis filias suas offerret, quem statim amplexus, non advertens se hac ratione filiabus suis injuriam inferre. Ita S. Aug. l. contra mendac. c. 9. Lyran. Tostat. Perer. Addit Cajet. Lot obtulisse filias animo non redimendi flagitium flagitio, sed placandi populum furentem; putabat enim & rationabiliter, (vti rei probavit euentus) quòd populus non acceptaret talem oblationem; sed quòd placatus tanta submissione ipsius Lot desisteret à cœpto, & eò rationabiliùs, quòd filiæ ejus jam erant desponsatæ civibus Sodomæ non infimæ conditionis. Sicut vir aliquis placaturus alium, quem injuriâ affecit, ei pugionem nudum offert, dicendo, occide me, non animo, vt interficiatur, sed vt tanta submissione placetur læsus. Per exaggerationem ergo hæc dixit Lot, perinde ac David dixit ad Jonatham 1. Reg. 20. v. 8. *Si est iniquitas in me, tu me interfice, & ad patrem tuum ne introducas me.* Et Judas Gen. 42. dixit patri suo Jacob. *Duos filios meos interfice, si non reduxero tibi Beniamin.*

II. *Quomodo Sodomitæ cæcitate percussi sunt?* ℞ cœcitas hæc nullum oculis vitium inferebat, sed ostium videre prohibebat, eo nullam speciem visibilem ipsorum oculis emittente. Ergo cùm alia viderent, ostium videre non possent, nec suam agnoscere cœcitatem, ostium frustra quærendo defatigati, irrisi irritiq; abierunt. Corn. à Lap. putat id factum hac ratione, quòd DEus eis aliam speciem objecerit, vt loco ostij viderent, v. g. solidum parietem, aut quid aliud, fecit autem id vno ex his 4 modis, putà immutando vel speciem objecti vel àërem medium, vel potentiam visivam, vel sensum communem, ad quem omnes sensationes & visiones deferuntur. Simili modo Syri 4 Reg. 6 Elisæum quærentes & videntes, eum nec viderunt, nec agnouerunt. Sic Christus post resurrectionem duobus discipulis vt peregrinus, Magdalenæ verò tanquam hortulanus apparuit. Similiter Greg. Thaumaturgus cum Diacono persecutores fugiens in montem, à quodam proditus, à persecutoribus cinctus & quæsitus, non tamen visus est, apparuerunt eis duæ arbores loco duorum hominum. Illis digressis proditor ad locum ascendit, viditq; eos manibus in cœlum elatis orantes, qui persecutoribus duæ arbores esse videbantur, quare ad pedes Gregorij accidens ad Christũ conversꝰ est. Ita Nyssenus in ejus vita. *Cæcitas Sodomitarum*

III. *Cur Lot cunctatur egredi?* ℞ id factum vel ut generis suis persuaderet discessum, vt vult S. Amb. vel vt domum & supellectilem suam incendio eriperet, vt vult Rupertus, vel orans DEum, vt vrbi parceret, vt vult Abulensis. Salianus putat eum propter recentia generorum ludibria, de imminente clade nonnihil fortè subdubitasse, aut etiam amore bonorum suorum in vberrima regione detentum, & gemina quasi compede præpeditum, lentioremq; redditum, adeo vt pene per vim ab Angelis domo educi debuerit: jucunda gratiæ retributione. Nam per amicam vim domum inducti fuerant, vt immunes fierent à peccatorum petulantia. Nunc, vice versa, ab ijs per vim Lot educitur domo, vt immunis fiat à peccatorum pœna. *Lot cunctatur egredi.*

IV *Cur prohibetur Lot cum suis in fuga retrospicere?* ℞ id factum siue ad significandum summa festinatione opus esse, quæ respiciendo impeditur, siue ad majorem detestationem pereuntium, quos Dominus ne bonorum quidem virorum aspectu, nedum commiseratione dignatur, siue ad docendum oportere timentes DEum à locis personisq; impuris celeri se fuga proripere; siue ad reverentiam judiciorum DEi, quæ licet humana æstimatione atrocia videantur, minimè tamen curiosè spectanda sunt, sed cum Davide potiùs demissa ceruice dicendum ps. 18, *justus es Domine & rectum judicium tuum.* Prohibentur etiam in circumposita regione subsistere, quia tota vallis funditus perdenda erat, in qua erant quinq; civitates, vt probat nomen pentapoleos, Sodoma, Gomorrha, *Lot cum suis prohibetur retrospicere.*

Ada-

Adamá, Saboim & Segor. Sed Segor, quæ prius Bala vocabatur, & nomen Segor, id est parua, Loto pro ea deprecante, sortita est, veniamq; impetravit. Statuerat quidem Dominus non subuertere illud oppidum prævisis Loti precibus, ideoq; illum ad orandum incitavit, quòd si non orasset, vtiq; illa periisset, aliudq; de illa decretum in divina mente antecessisset.

Sodomitæ omnes perierunt.

V. *An aliqui Sodomitæ, videntes flammas in morte pœnituerint, fintq́; salvati?* ℞. Asserit S. Hieron. sed alij passim putant omnes in impietate esse mortuos, atq; damnatos; erant enim in flagranti crimine ejusdem noctis, qua duos Angelos ad stuprum appetierant. Deinde, subita flamma eos corripuit & obstupefecit, ut nec sensum, nec tempus haberent pœnitendi. Secus fuit in diluvio, quod sensim & lentè increscens, spatium dedit pœnitentiæ, ita Perer. Corn. à Lap. & indicat S. Judas sua epist. v. 7.

Quæ contigerunt Pentapoli?

VI. *Quæ præterea contigerunt in terra Pentapoleos?* ℞ cum Corn. à Lap. Pentapolis antea fertilis erat & amœna instar paradisi; post peccatum & cœlestem conflagrationem, tota effecta est squalida & putida: nam pars extima mansit cremata & cinerulenta, hic natæ arbores pulchra dant poma, sed si ea tangas, in fauillam conuertuntur: reliqua interior pars putidissimis & crassissimis aquis è terra erumpentibus tecta, quibus passim innatant moles bituminis, quas putei, quibus vallis hæc erat plena, ex imo evomuêre, vnde hic lacus dictus est Asphaltites, & quia pisces non fert, nec aliquid vivum, dicitur mare mortuum, & à salsedine salsissimum, à loco verò campestri & deserto dicitur mare solitudinis, quod per 72 milliaria in longum & per 6 in latum excurrit, influit in hunc lacum Jordanis, & cum eo pisces, qui mox vt lacum ingrediuntur, emoriuntur. Si verò aliquod animal, putà equus, bos, homo in eum injiciatur, supernatat, nec mergitur. Addit Philo lib. de Abraham mare hoc, siue lacum continuum fumum & sulphur quasi reliquias hujus incendij exhalare.

Vxor Lot versa in statuam salis.

VII. *Cur uxor Lot versa est in statuam salis?* ℞ fabula est, Hebræorum, eò quòd vespere præcedente, cum Lot Angelos exciperet in cœna, non apposuerit salem, quo cibi condiri solent, idq; ex odio hospitum & hospitalitatis. Verùm versa est in statuam salis, ad hoc vt esset quasi monumentum perenne divinæ castigationis, quo posteri doceantur Deo per omnia obedire, & seruire, nec retrospicere, vt bonis cœptis desistant, ac repetant mundi & carnis oblectamenta. Nam sal sua siccitate memoriæ prodest, & corpora à corruptione conseruat, metallicum verò solidum est. Hinc S. Prosper l. 1. de prædict. & promiss. c. 16. *Uxor*, ait, *salis statua effecta, suo exemplo fatuos condivit, in proposito sancto, quo tendunt proficientes, noxia curiositate, retro non debere respicere.*

Secundùm corpus non animam.

VIII. *An solùm corpus, an verò etiam anima uxoris Lot versa est in statuam salis?* ℞ solum corpus, quia hæc conversio fuit mors vxoris Lot, in morte autem, anima non interit, sed solùm corpus commutatur in cadaver, & inde in terram. Est insuper anima immortalis, ergo interire & commutari nequit. Et cur quæso per miraculum & contra naturam DEus eam hic fecisset mortalem, imò re ipsa mori, cùm id ad exemplum hominibus non profit? ad hoc enim sufficit, corpus visibile converti in statuam visibilem. Itaq; anima ejus, corpore in statuam converso, mansit superstes, ivitq; ad infernum, si peccavit mortaliter, vel potiùs ad purgatorium, retrospectio enim hæc videtur Corn. à Lap. tantùm venialis causa fuisse, tum quia nimio metu perculsa respexit, tum quia non respicere leuis illi videbatur res & materia, proinde non putabat hoc præcipi & obligare sub peccato mortali, punita tamen fuit, quia DEus volebat illam statuere alijs in exemplum sicut puniuit morte illum prophetam, cujus historia narratur 3 Reg. 13. ob inobedientiam tantùm venialem, vt videtur.

Notabilia circa statuam salis.

IX. *Quænam notabilia circa hanc statuam obseruata sunt?* ℞ det Tertullianus carmine de Sodoma.

Ipsaq; imago sibi formam sine corpore seruans
Durat adhuc, nunquam pluvijs, nec diruta ventis,
Quin etiam si quis mutilauerit advena formam,
Protinùs ex sese suggestu vulnera complet,
Dicitur & vivens alio jam corpore sexus,
Munificos solito dispungere sanguine menses.

Borchardus testatur hanc statuam sua adhuc ætate extitisse inter Engaddi & mare mortuum, Benjaminus Judæus in suo itinerario scribit: ex monte autem ipso oliuarum Sodomiticum mare conspicitur, à mari verò illo ad cumulum salis, in quem Loti uxor conversa est, duæ leucæ sunt. Constat enim adhuc cumulus ille, qui à gregibus aliquando lambendo imminutus, denuò ad pristinam crescit molem. De hac statua sequens circumfertur ænigma:

Cadaver nec habet suum sepulchrum

Sepul-

Sepulchrum nec habet suum cadaver,
Sepulchrum tamen & cadaver intus.

X. *Cur Sodomitæ igne & sulphure, instrumentis suppliciorum infernalium, puniuntur?* ℞ cum Albino sulphureo igne puniuntur, ut putidissimus Libidinis ardor, putidissimo flammarum ardore puniretur. Luxuriæ vitium generali pœna punitur inquit S. Aug. de Oui-bus, vt luxuriosis memoria hujus cruciatus excitetur, qua à vitio hoc deterreantur. Pœnæ quæ damnatos affligunt in inferno, contorquent lasciuos in mundo, inquit Salianus l. 4. de provid. Divina. Tantum scelus est luxuria, ut alia pœna non sufficiat, quâ plectatur, nisi infernalis, *Sodomitæ igne & sulphure puniuntur.*

XI. *An filiæ Lot incestu cum Patre commisso peccaverint?* ℞ cum S. Aug. l. 22. contra Faustum à c. 41. usq; ad 46. & communi Theologorum, filias Lot à peccato excusabiles non esse, tum quia ignorantia, quam prætendunt Auctores contrariæ sententiæ, quaq; putabant se solas relictas, licitumq; cum Patre coire ad conseruandum genus humanum, erat vincibilis, viderant enim seruatam esse Segor, & multos in ea homines, sciebant præterea Sodomitas ob sua flagitia subversos esse, quæ quia toti mundo communia non erant, facile concludere poterant, totum mundum non esse delendum, imò in alto monte alia loca intacta stare videbant, ergo non erat ignorantia invincibilis. Cur Patrem inebriarunt? nisi, ut quod à sobrio & vigili petere non audebant, à dormiente & ebrio obtinerent, ex quo apparet, quòd conscientiæ stimulos senserint, quodq; recta ratio, & naturæ instinctus pudorem quendam & renitentiam animis earum injecerit cum proprio patre coire. Tum quia concubitus filiæ cum patre est contra omnem naturæ pudorem, unde nullo casu aut necessitate licitus est, nisi DEus dispenset, dispensasse autem non constat. Exemplum ab Adam & Eva contrariæ sententiæ minimè patrocinatur, quòd Eva ex costa Adæ formata sit, quasi filia ejus, & tamen simul uxor propter humani generis propagationem, quia Eva non erat filia Adæ per viam ordinariam generationis procedens, hæc enim illam naturalem repugnantiam fundat Frustra etiam prætenditur recta & laudabilis filiarum intentio, quasi non ex libidine sed ex solicitudine propagandi genus humanum id fecerint, quia ad opus aliquod justificandum, non sufficit bona operantis intentio, sed insuper requiritur super licitum & honestum opus; sic peccat qui se polluit, ut depellat tentationes & obscœna desideria, peccat qui baptizatum mox submergit, ut eò certiùs promoveat ad æternam salutem. *Filiæ Lot incestu peccarunt.*

CAPUT XX.

Abrahæ in Geraris à rege abripitur uxor; hinc rex à DEO punitur, & cum Abraham expostulat, quòd eam sororem vocârit, & tandem ad preces Abrahæ sanatur.

QUæstio I. *Cur Abraham ex convalle Mambre recessit in Geraram?* ℞ aliam causam non fuisse, quàm Divinam jussionem, quæ illius virtutem exercere, & illum peregre vitam ducere voluit, quod non obscurè hoc loco docet S. Chrysost. hom. 45. Cùm ergo tota Patriarchæ peregrinatio, ab exitu de Ur Chaldæorum usq; ad montem, ex DEI nutu & directione pependerit, hanc quoq; illi oportet adscribere, qui primùm illi dixit, *exi de terra tua*, præsertim cum hæc commoratio in Geraris diuturnior futura esset. Volebat autem DEus non solùm merita ejus augere, sed diversis populis Sancti Viri virtutem & pietatem in exemplum proponere. Corn. à Lap. causam transmigrationis putat fuisse, ut longiùs abesset à Sodomis, & mari mortuo, quod fumo & fœtore vicinis locis & aëri insalubritatem & pestem afflabat. *Abraham recessit in Geraram.*

II. *Cur Abimelech optavit Saram, ut putavit sororem Abrahæ, uxorem?* ℞ ut Abraham haberet fratrem, id est comilitonem in bello eximium bellatorem, in pace consiliarium antiqua probitate, ac prudentiâ virûm; in rerum penuriâ cognatum, cujus res essent minimè contemnendæ, qui deniq; in prosperis & adversis rebus præsidio esset & ornamento. Putant etiam communiter interpretes Regem commotum Saræ pulchritudine, eam sibi in uxorem destinasse. Quomodo autem jam nonagenaria potuerit tantæ pulchritudinis esse? Lyran. cum Hebræis id DEO adscribit, quòd nempe miraculosè DEus conservaverit ejus pulchritudinem & cutis teneritatem: probat exemplo Moysis & Chaleb, hic robustus, ille non caligans oculis in senio permansit, DEO ita disponente. Adjuvit Saræ pulchritudinem, quòd ipsa valde bono erat temperamento, inquit Corn. à Lap. quòd nunquam pepererat, quòd nunquam lactaverat, quodq; ut Torniellus & alij putant, multis antea annis, scilicet ex quo se sterilem esse certò intellexit, copula conjugali abstinuit, *Abimelech affectat Saram uxorê.*

vti colligitur c. 18. v. 12. hæc enim vires & pulchritudinem conservant: sicut è contrario, debilis complexio, crebri partus, lactationes longæ, frequens copulæ vsus, vires enervant, rugas & senium accelerant.

III. *Cur Moyses de Sara dicit, quòd Abimelech non tetigerit eam, cùm tamen hoc non commemoret de Rege Ægypti, qui similiter eam tulerat, & intactam reliquerat?* ℞det. Tostatus, quia postquam Sara exivit de domo Abimelech, quasi per octo vel septem menses peperit Isaac & ideo si Scriptura hoc non expressisset, poterat dici, quòd Isaac non erat filius Abrahæ, sed filius Abimelech, vel alicujus de seruis suis, quando autem exivit de domo Pharaonis non referebat dicere hoc, quia tunc non peperit, nec concepit, ut nunc factum est.

IV. *Cur Abimelech timuit totam gentem interficiendam, cùm ipsi soli DEus mortem fuerit minatus?* ℞ tum quia audierat horribilem cladem Sodomitarum, adhuc recentem, hinc timebat: ne & suo regno ob peccatum suum simile quid accideret; tum quia noverat totam quandoq; communitatem ob vnius scelus, præsertim si superior & rector est, puniri; & hinc allegat totam illam gentem, & seipsum ignorantem esse, eô quòd nesciverint Saram vxorem esse. Sed cur vocat justam? ℞ licet absolutè justa non fuerit, tamen quo ad hoc punctum *justa* & innocens erat, quia non malo fine, sed bona intentione adducta fuit ad Abimelech, nempe vt vxor ejus esset.

Propheta quid?

V. *Quid in scriptura per nomen Prophetæ intelligatur?* ℞ 1mò intelligitur is, qui arcana & divina mysteria DEI revelatione discit, & alijs enuntiat, præsertim si nondum præsentia, sed tantùm futura sint. *2dò* prophetare sumitur pro psallere, cantare, & instrumentis musicis DEum laudare, sic Saul inter Prophetas dicitur 1 Reg. 10. & 1. Paralip. 25. dicuntur filij Asaph & Heman prophetasse in citharis. *3tiò* Sumitur pro Poësi, sic veteres Ethnici Poëtas vocabant Prophetas, quasi Divino aliquo spiritu afflatos. Ita gloriatur Ovidius l. 6. Fast.

Est DEus in nobis agitante calescimus illo,
Impetus hic sacræ semina mentis habet.

4tò aliquando sumitur prophetare pro desipere & furere. Sic Saul 1. Reg. 18. dicitur prophetasse, quando eum spiritus malus invaserat, ratio hujus acceptionis est, quia Prophetæ communiter à sensibus alienantur, non aliter acsi vsu rationis essent destituti, intervenientibus miris corporis motibus, quod quia etiam in deliris contingit, hinc idem vocabulum sortiti sunt. *5tò* prophetare idem est ac miracula facere. Sic quia corpus Elisæi jam mortui contactu suo mortuum excitavit 4. Reg. 13. v. 21. Hinc Eccl. 48 corpus ejus mortuum dicitur prophetasse. *6tò* sumitur prophetia pro interpretatione rerum divinarum & occultarum, ita sumitur 1. Cor. 14. Et sic dicitur Aaron fuisse Propheta Moysis Exod. 7.

Prophetæ nomen vnde deducitur.

VI. *Unde deducitur nomen Prophetæ?* ℞det Corn. à Lap. in c. 14. epist. 1. ad Cor. Propheta Græcè προφήτης propriè dicitur is, qui ex DEI instinctu rem, antequam eveniat prædicit, diriuatur enim Propheta ex græco πρὸ id est ante & φημὴ id est dico, loquor, non autem, vt aliqui volunt ex πρὸ & φαίνω, vt sit Propheta is, cui prius aliquid appareat, quàm fiat. Extenditur autem nomen Prophetæ ad significandum eum, qui arcana cordis, aut alia secreta revelat, & eum, qui conscius est mentis Divinæ, interpres & internuntius cœlestis Numinis; quiq; abstrusa & arcana voluntatis ingenijq; Divini perspecta habet & enuntiat. Sic Abraham DEO familiaris & charus, quem DEus suo alloquio dignatus est, hîc v. 7. dicitur Propheta.

Quomodo Sara filia Patris Abrahæ.

VII. *Cur Abraham ait, quòd Sara sit filia Patris sui?* ℞det S. Chrysost. hom. 45. quòd Aran Pater Saræ multò tempore ante Thare Patrem tam Abrahæ quàm Aran mortuus fuerit, vnde Sara mortuo patre ipsum Thare, non solùm aui sed etiam patris loco habuerit. Sed quid illud significat inquit Chrysost: *filia patris mei & non filia matris meæ?* ℞det Thare ex alia vxore generasse Abrahamum, & ex alia ipsum Aran Patrem Saræ. quare Abraham & Sara, eundem virum, id est Thare appellabant Patrem: ille quidem vt genitorem suum: hæc verò, tum quia erat auus, tum quia eum vice patris sui jam mortui colebat. Non poterant autem similiter eandem fœminam appellare matrem, cùm alia fuerit fœmina, ex qua procreavit Aran patrem Saræ. Hæc Chrysost. sed inquis: Sara non tantùm juxta morem illius gentis loquendi, sed revera soror Abrahæ fuit, quia Abraham vtitur abuerbio illo *verè* vt distinguat sororem à cognata? ℞ ly verè non est referendum ad sororem, sed ad locutionem Abrahæ, vt sensus sit: non sum mentitus vocando eam sororem meam, quia juxta morem loquendi etiam cognatas sororum nomine appello *verè* soror mea est. Vide dicta c. 12. q. 7. Hinc patet conjugium in secundo gradu collateralium, putà inter patruum & neptem, non planè vetari lege naturæ, & tum fuisse vsitatum; jam autem vetitum est lege positiua.

CAPUT XXI.

Nascitur Isaac & ablactatur, Ismael verò cum Matre domo pellitur in deserto victurus. Abimelech cum Abraham fœdus percussit.

QUæstio I. *Quomodo dicitur v. 1. DEus visitasse Saram, sicut promiserat?* ℞. Hæc visitatio benedictio fuit & fœcunditas sterilis & grandævæ mulieris, quæ diuinam veritatem & prouidentiam prodit, lactis vberiorem & lætiorem quàm promissis. Potest etiam accipi hæc visitatio de Angelo visitante Abrahamum & Saram juxta ejus promissionem c. 18. v. 10. *revertens veniam ad te tempore isto*, vt eis ortum filij gratularetur. Putat Tostatus hanc Angeli visitationem factam tribus mensibus post natum Isaac conformiter promissioni suæ: revertens veniam ad te tempore isto, nimirum evolutione vnius anni facta, ubi tres menses supersunt vltra illos novem, quibus fœtum gestauit in vtero. Concepit ergo Sara, & peperit filium in senectute sua, nonagesimo anno Abrahæ concepit sub æstatem, vt colligitur ex initio cap. 18. & peperit 91. sub veris initia. *Visitatio Saræ à Deo*

II. *Cur Abraham filium suum vocat* ISAAC? ℞. Isaac significat risum. Isaac ergo vocat Abraham filium suum, vel quia in ejus promissione Sara occultè risit, & reprehensa fuit, vel quia Isaac parentibus senibus singulari solatio, gaudio & risui fuit, Isaac nomine suo castam illam sanctamq; lætitiam repræsentat, quam amicis suis DEus, tanquam singulare munus ac præmium pollicetur. *Isaac significat risum.*

III. *Cur lactationis Isaac fit mentio?* ℞. tum vt credibilius fieret Saram peperisse, inquit S. Chrysost. hom. 45. & ne crederetur filius esse supposititius, quia videntes eam filium proprijs vberibus lactare, rem aliàs creditu difficilem, credere permovebantur, tum vt daretur exemplum fœminis juxta S. Amb. l. 1. de Abraham c. 7. vt ipsæ lactent filios suos, ad hoc enim ipsa natura matribus mamillas lacte replet peccantq; matres saltem venialiter, quæ absq; causa proles alijs lactandas tradunt, idq; ob triplex motivum, quod Corn. à Lap. hîc affert. *1mum* est, quia proles cum lacte sugunt nutricis & animi & corporis defectus teste Avicennâ. Constat id à simili, quia si hœdi ovium lacte alantur, pili teneriores gignuntur; agni verò, si caprarum, lana erit durior. Arbores si transplantentur ex loco suo naturali, ex humore, quem radices transplantatæ attrahunt, sæpe vel mutantur, vel pereunt. Experientia etiam id confirmat, plures enim, qui ferino lacte nutriti sunt, ferinos mores imbiberunt. Sic Romulus & Remus à lupa lactati lupino more rapere, & quasi omnia vorare solebant, Agis velocissimus fuit in cursu, quod tribuitur cervino lacti, quo nutritus fuit. Si à brutis ad fœminas transeo, invenio Tiberium Cæsarem insignem potatorem, quia nutrix ejus bibula fuit. Titus Vespasianus semper adversa fuit valetudine. Hinc magis culpandæ sunt matres, quæ meretricibus proles suas tradunt lactandas. *2dum.* quia mutuus amor multùm minuitur, si mater prolem suam non lactet, qui tamen communicatione lactis multùm augetur, cur enim teneriùs matres quàm patres amant proles suas, nisi quia plus substantiæ & nutrimenti ab iis accipiunt. *3tium* sumit ab exemplo bestiarum, quæ etsi ferocissimæ, alijs fœtum suum non tradunt alendum quasi fœminæ iis crudeliores essent, quæ prolibus suis lac denegant, quibus tamen carnem & ossa dederunt. *Lactatio Isaac.*

IV. *Quando ablactatus est Isaac?* ℞. probabiliùs quinto ætatis anno currente: quamvis legamus sanctam Machabæorum Matrem triennio filios lactasse, cùm enim vita longior fuit, etiam lactatio debuit esse diuturnior, contractior autem fuit tempore Machabæorum, post mille scilicet septingentos & 40. circiter annos. Et satis constat res diutiùs duraturas, tardiùs assequi perfectionem suam. Itaq; tardiùs etiam fortè eis dentes succrescebant, necessarij ad solidiorem cibum. *Isaac quando ablactatus.*

V. *Cur Abraham in die ablactationis Isaac fecit convivium?* ℞. quia hæc fuit consuetudo Hebræorum, ut constat etiam ex historia Samuelis. Cur autem non in die circumcisionis factum fuerit hoc convivium, in signum lætitiæ, quòd infans aggregatus esset in numerum filiorum DEI, sicut nunc fit in baptismate parvulorum, ratio est, quia circumcisio recens instituta fuerat, consuetudo autem convivij in ablactatione antiqua, & à majoribus recepta, infante primum inter convivas, ut videtur, sedente, & cum iis cibos pro suo modulo, participante. *Convivium in ablactatione.*

VI. *Cur Sara petijt Ismaelem unà cum matre ejus ejici è domo Abrahæ?* ℞. quia vidit illum ludentem cum Isaac, seu quia vidit irridentem, subsannantem, vexantem, imò persequentem Isaac, ut explicat S. Paulus Gal. 4. 29. *qui secundùm carnem natus fuerat persequebatur eum, qui secundùm spiritum*. Talis fuit Ludus famulorum Abner & Joab *Ismael cum matre è domo Abrahæ ejicitur.*

qui in mutuam multorum cædem evasit 2. Reg. 2. 14. surgant pueri & ludant. Causa autem cur Ismael illuserit & vexaverit Isaacum? videtur fuisse invidia convivij tam solennis (quod fecit Abraham in ablactatione Isaac) & primogenituræ ac promissionis de semine benedicto, ex Isaac nescituro; hæc enim sibi potiùs, utpote primogenito & 12 vel ut alij volunt 10. annis seniori, quàm Isaac, deberi putabat Ismael ita S. Hieron. Præterea timuit Sara, ne fortè Isaac colludendo Ismaeli perversæ & malignæ indolis, suam perderet innocentiam, & ejus addisceret malitiam, præsertim quia teste S. Thoma aliqui volunt, quòd lusui immiscuerit adorationes idolorum.

VII. *Cur non tantùm Ismaël, sed etiam Agar domo ejicitur?* ℞ quia videns damnatum filij lusum non cohibuit aut compescuit, & ideo se culpæ & pœnæ participem fecit. Est enim obligatio parentum immorigeras proles castigare, lususq; earum illicitos impedire, cui suo officio si desint, & peccantibus liberis conniveant, se criminis reos reddunt, ut sicut Agar è domo Abrahæ, ita è domo cœlestis patriæ ejiciantur. Deinde præscindendus erat omnis reditus Ismaelis in domum Abrahæ, remanente autem Agar, recurrisset ad eam filius, pellenda ergo erat Mater, ne impetratâ veniâ revocaretur filius.

Quomodo Agar abjecit filium.

VIII. *Quomodo intelligendum, quod dicitur v. 15.* ABJECIT PUERUM SUBTER UNAM ARBORUM? ℞ Abjecit non quasi in brachijs tulisset infantulum, qui juxta aliquos annum jam 20. attigerat, sed deseruit eum cum ingenti dolore, qui ultra progredi non poterat, viribus præ ariditate satis exhaustis, quòd ei nihil opis afferre posset, & quia oculi augent dolorem, abijt ab eo, quantum potest arcus jacere: & sedens contrà levavit vocem suam & flevit, sed & puer flebat, & ut apparet, DEI opem implorabat, ex pia institutione Patriarchæ.

CAPUT XXII.

Abraham à DEO jussus immolare filium obedit, sed sistitur ab Angelo. Amplam obedientiæ mercedem & benedictionem recipit. Texitur progenies Nachor & Rebeccæ, quæ futura erat uxor Isaaci.

DEus tentat Abrahamum.

QUæstio I. *Quomodo DEus potest dici tentasse Abrahamum?* S. Thom. movens hoc dubium 2. 2 q. 92. a. 1. ait: omnis tentator intendit experiri aliquid, quod ignorat, DEUS autem nihil ignorat, ex quo videtur, quòd nullum tentare possit, & respondet; quòd homines non verò DEus eo fine tentet. S. Aug verò ℞det serm. 72. de tempore noverit charitas vestra tentationem DEI non id agere, ut ipse aliquid cognoscat, quod ante nesciebat, sed ut illo tentante, quod est occultum prodatur. Et post pauca: tentatus igitur est Abraham, ut se ipse sciret, aut si se jam sciebat, ut nobis notus fieret, aut igitur sibi, aut nobis prodendus erat; sibi, ut sciret, unde gratias ageret; nobis, ut sciremus, vel quid à Domino deprecaremur, vel quid in homine imitaremur. Hæc Aug.

Causæ tentationis.

II. *Quæ causæ hujus tentationis?* ℞ cum Saliano, voluit DEus ad suam & amici sui gloriam, admirabiles ejus virtutes omnibus gentibus patefieri. Nam ingens gloria Domini est, habere famulos ita obedientes, qui ad ipsius nutum omnia impedimenta perrumpant, omnia naturæ jura transcendant. Et ingens gloria est Abrahami tanta in DEum fide extitisse, vt omne humanæ rationis judicium in ejus obsequium redigeret; tantâ obedientiâ, vt non parceret vnigenito suo, sed eum sua ipse manu jugularet; tanta spe, vt per eundem nihilominus speraret divinas promissiones implendas esse; tanta charitate, vt suum omne gaudium illi consecraret, paratus reliquam omnem vitam, in domestico luctu, in populari infamia traducere; tanta fortitudine, vt paterno amore percalcato, innocentissimum, maximèq; amabilem filium mactare non dubitaret. Voluit quoq; DEus Abrahamum seruum suum vsq; adeo honorare, vt ejus fidei & obedientiæ meritis deberentur, quæ hactenus se donaturum ipsi & posteris ejus ex mera liberalitate promiserat, idq; ostendunt illa verba hic: *quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi* &c. addito etiam aduentu Messiæ, nam concludens ait: *& benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ.* Voluit deniq; Dominus extare clarissimum exemplar, atq; ideam illius sacrificij, quod aliquando vnigenitus ejus, pro salute mundi, Jerosolymis impleturus erat, quando æternus Pater proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum Rom. 8.

Cur Isaac dicitur vnigenitus Abrahæ.

III. *Cur Isaac dicitur vnigenitus Abrahæ, cum tamen & Ismael fuerit filius ejus?* ℞ tum quia Ismael è domo ejectus pro civiliter mortuo, & sic Isaac pro filio vnico habebatur; tum respectu Saræ, quæ fuit primaria vxor Abrahæ, item respectu hæreditatis, quæ soli Isaac relinquenda erat, tum etiam respectu posterorum, sicut enim in Isaac Abrahæ

vocan-

vocandum erat ſemen, ſeu poſteritas, vt ſic per Iſaac deſcendentes ſoli poſteri Abrahæ dicendi fuerint; ita Iſaac ſolus & vnicus ejus filius.

Abraham certus de præcepto Dei.

IV. *Vnde Abraham habuit certitudinem, illã viſionem & juſſionem ſuum filium immolandi, à DEo profectam eſſe?* ℞ ex ipſa DEI revelatione, DEus enim reuelando illa, illuſtrauit Abrahæ intellectum, & reuelationem taliter certificauit, vt omnino ei credibilis viſa ſit, omnemq; dubitandi rationem excluſerit, probeq; nouerit, DEum eſſe qui ſibi loquitur, & hoc infallibilius, quàm ſi audiret Saram aut Iſaac loquentem, & ex voce agnoſceret. Ita S. Greg. l. 4. Dialog. c. 48. Et ſic Abraham facile omnes rationes ſibi in contrarium occurrentes eneruare potuit, quales eſſe poterant, quòd DEus auerſetur victimas humanas, & ſoli Dæmones effuſione humani ſanguinis lætentur, quòd huic juſſioni contrarium videretur præceptum Noe datum Gen. 9. *quicunq; fuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius*; quòd præceptum hoc videretur aduerſari juſtitiæ divinæ, nempe occidere hominem innocentem; quòd videri poterat pluſquam ferina crudelitas proprium filium parentis manibus occidi & cremari; quòd videretur contrariari diuinæ promiſſioni toties factæ amplificandi poſteritatem Abrahæ per Iſaac, quæ verò vi hujus juſſionis in Iſaac delenda erat. Has inquam rationes vi revelationis divinæ Abraham refellere poterat, præſertim quia ſperabat teſte S. Paulo Heb. 11. v. 19. occiſum, & immolatum Iſaac iterum à DEo ad vitam revocandum. Quamquam non dixit Paulus, Abraham crediddiſſe reſuſcitandum Iſaac, ſed credidiſſe DEum potentem eſſe, eum reſuſcitare.

Viſio facta Abrahæ vigilanti.

V. *An viſio hæc facta ſit Abrahæ dormienti, an verò vigilanti?* ℞det Cajet. Viſionem hanc nocturnam factam eſſe vigilanti Abrahæ apparet ex eo, quòd nulla hic fit mentio ſomni, aut ſurgendi è lecto, & manifeſtè præcipitur Abrahæ: tolle nunc filium tuum, dormienti enim non præcipitur, tolle nunc, ſed tolle excitatus à ſomno, vt bis patet in Joſeph Sponſo B. Virginis; & conſentaneum rationi eſt, vt tale tantumq; præceptum, quod videbatur aduerſum jus naturale, & aduersùs promiſſionem divinam factam Abrahæ de progenie per Iſaac, fieret modo certiſſimo, conſtat autem certiora eſſe nobis, quæ vigilantiſſimis, quàm quæ dormientibus reuelantur. Hæc ille.

Triduũ ante immolationem.

VI. *Cur Abraham tres dies inſumpſit, donec veniret ad locum immolationis?* ℞det Orig. Per triduum ambulat Abraham, vt per totam viam cogitationibus diſcerpatur, hinc vrgente præcepto, illinc filij affectu reluctante: vt per omnia hæc ſpatium certaminis accipiant, hinc affectus, inde fides; hinc amor DEi, inde amor carnis, hinc præſentium gratia, inde futurorum expectatio. Hæc ille. Theodor. ait Abrahamum & Iſaac in hac tentatione quaſi agonia & morte tribus diebus & noctibus fuiſſe, ſicut Chriſtus triduo fuit in paſſione, morte & ſepulchro. S. Chryſoſt. l. 1. de Abraham c. 8. hanc in tertiam diem factam dilationem adſcribit diſpoſitioni diuinæ, vt manifeſtum fieret, non præcipiti animo, ſed matura deliberatione factam eſſe illam oblationem, ne quis ſuſpicaretur Abraham DEi præcepto obrutum & præcipitatum abſq; præuia deliberatione tam heroicum actum exercuiſſe.

An Abrahã mentitus dicens ſe reuerſurum cum Iſaac.

VII. *An Abraham mentitus ſit ſeruis ſuis dicens: ſe & puerum adoraturos & reuerſuros?* ℞det Canus l. 2 de locis Theolog. c. 4. Abraham leuiter mentitum eſſe, vt diſſimularet, quod intendebat, nec putat temerarium eſſe id ſentire de tanto Patriarcha, quia nec Apoſtoli talibus culpis leuibus caruerunt. S. Amb. l. 1. de Abraham c. 8. ait: prophetauit, quod ignorabat, ipſe ſolus diſponebat redire immolato filio, ſed Dominus per os ejus locutus eſt, quod parabat. S. Thomas putat dictum Abrahæ conditionatum eſſe, q. d. ſi vita comes fuerit, aut ſi DEus voluerit. Corn. à Lap. aſſerit, Abraham dixiſſe ſe cum Iſaac reverſurum, quia certus erat, certoq; credebat, quòd DEus Iſaacum vel à morte eſſet eliberaturus, vel occiſum & immolatum reſuſcitaturus.

Immolatio quomodo facta.

VIII. *Quomodo facta immolatio Iſaaci?* ℞ vbi ventum ad locum, quem DEus oſtenderat Abrahæ, opere tumultuario ara conſtruitur, deſuper ligna componuntur, victima cædenda eſt. Quæ fuerit hinc Abrahæ ad filium oratio reliquit Moyſes piæ hominum meditationi. *Vnicus erat*, ait Zeno Veron. Ser. 2. de Iſaac, *& in amoris ſoliditate primus, totum paternæ pietatis occupaverat pectus*, hunc ſibi vnicum dilectio immolari vult. Quid hic agat Abraham? Amor in prolem ait S. Baſil. orat. 7. de Abraham, Deiq; dilectio judicio contendunt, & judex enſifer inſtat Abrahamus, & enſe jus dicit, victoriamq; DEI dilectioni tribuit, conſignat ſanguine, teſtemq; *victoriæ ſacrificium facit*, at Iſaac non tam patris oratione, in tam horrifico & inſperato nuntio, quàm divina interiùs motione perſuaſus nihil queritur, nihil reluctatur, ſed incredibili animi fortitudine roboratus, deponit veſtimentum, procumbit in genua, manus offert ad vincula, corpus ad cædem, aſcendit in ſtruem lignorum rogumq; paratum, patri valedicit lacrymans,

animam commendat DEo, gladio jugulum præbet. Abraham gladium accipit manumq; extendit, non vt vibret in ceruicem, sed vt more pecudum immergat in jugulum, in quo se Pater ita seruum Domini exhibuit, vt patrem se esse nesciret, aut vt loquitur S. Petrus Chrysol. ser. 108. *Abraham corpus suum immolabat in filio.* His ita peractis, ex insperato vox de cœlo intonat, quæ filii cædem inhibet prædicatq; sat magnum datum esse à Patriarcha fidei in DEum & obedientiæ experimentum.

Fortior ne Pater immolans an filius immolatus.

IX. *Cujus virtus major fuit, Abrahane immolantis, ac Isaac immolati?* ℞. controversum est apud SS. PP. Pro filio facit, quòd fortiùs sit, necem pro DEo subire, quàm inferre. Deinde Abrahamum dolor tantùm animi cruciabat; Isaac ad animi corporisq; cruciatus, ac mortem ipsam sese promptum exhibuit. *tertiò* prævisa tela minimè feriunt; Abrahamus per triduum itineris potuit componere mentem ad ministerium tragicum; Isaac ante ipsam aram in hostiam est postulatus. *4tò* mors acerbior juuenibus accidit, quàm senibus; Isaac cum jugulo spes omnes vitæ & fortunæ præcidendas obtulit. Pro parente pugnant *imò* quia filium ardentiùs quàm vitam diligebat. *2dò* quia triduana facinoris atrocissimi meditatione cruciatus est; Isaac verò simul ac imperium mortis accepit, fatalem ictum exspectauit. *3tiò* quia divina, de subnascente sobole, promissa in omnes partes animum discerpebant. *4tò* quia funestiùs erat patri necare filium, quàm filio necari; hic enim momento fatum suum erat absoluturus, ille in longos dolores prouecturus, nimirum filium jugulando, sacrificali ritu membratim eum concidendo, deinde cremando, & redigendo in cineres siue illis ejus reliquijs, ac deniq; perpetua memoriâ recolendo se talem immolasse ac perdidisse filium.

Isaac Martyr.

X. *An Isaac dici possit Martyr?* ℞. affirmatiuè cum Corn. à Lap. quia pro actu virtutis, scilicet vt obediret DEO certæ morti se obtulit. Pater enim in eum gladium extendit, ictumq; lethalem ei dedisset, nisi DEus eum auertisset. Sic enim S. Joannes Euang. Daniel alijq; verè sunt Martyres, quia oleo feruenti, leonibus &c. sunt objecti, esto ab eis non sint læsi, DEo eos protegente. Ex parte enim sua & tormenti, naturaliter & necessariò eis moriendum erat. Quòd ergo DEus eos per miraculum in vita seruârit, id nihil naturæ rerum, nec eorum virtuti aut martyrio, detrahit.

Semen in quo benedicentur gentes.

XI. *Quod est semen, in quo v. 18. dicuntur benedicendæ omnes gentes?* ℞. non aliud, nisi illud, de quo genitus est flos ille diuinitatis, vnigenitus Filius DEI, nisi illud minimum ex omnibus seminibus propter humilitatem, quod cùm crescit, majus est omnibus oleribus, & factum est arbor, ita ut volucres cœli venerint & habitarint in ramis ejus, nisi semen illud quod in gratijs & virtutibus, sicut stellæ cæli multiplicatum est, ait Ernestus Pragensis in Marial. c. 3. Gen. 12 & 13. promisit DEus Abrahæ terram Chanaan, terram promissionis; quæ rursus hæc terra? nisi ea, de qua ps. 66. dicitur. Terra dedit fructum suum. bene dicitur: suum ait Idiota de B. V. part. 8. contempl. 7. *quia nec terra alia digna exstitit portare talem fructum, nec talis fructus terræ alij competebat, ideo dicitur fructum suum, id est sibi congruum, quia soli Virgini congruebat parere DEum, & soli DEO Matrem habere Virginem.* nisi terra, de qua orta est veritas, de qua scriptum est: aperiatur terra & germinet Salvatorem, nisi terra promissionis lacte & melle fluens; id est, ut explicat Hugo Carensis in ps. 66. de qua natus est Christus, in quo est mel divinitatis & lac humanitatis.

CAPUT XXIII.

Sara moritur, Abraham emit agrum cum duplici spelunca ab Ephrone, in eaq; sepelit Saram.

Arbee civitas.

QUæstio I. *Quæ est civitas Arbee, v. 2. & quare sic dicta?* ℞. est eadem, quæ Hebron. Arbee autem interpretatur quatuor, sic dicta secundùm fictionem aliquorum, quòd ibi 4. Gigantes sepulti sint, veriùs, quia 4. Patriarchæ cum suis vxoribus ibi tumulati sunt, nempe Adam & Eva, Abraham & Sara, Isaac & Rebecca, Jacob & Lia.

Abraham planxit & flevit Sarã

II. *Cur Abraham venit non tantùm ut plangeret, sed etiam ut fleret Saram?* ℞. Inter planctum & fletum hæc est differentia, quòd ille fiat cum aliqua solemnitate & publica contestatione doloris. Sic Stephano fecerunt planctum magnum, id est magnam luctus & funeris pompam. Act. 7. Sic David solemni funere & carmine planxit Saul & Jonathan cæsos in bello 2. Reg. 1. v. 17. Sic vniversus Juda & Jerusalem planxit & luxit mortem Josiæ regis dilectissimi 2. Paralip. 35. v. 24. Fletus autem est priuatus dolor cum effusione lacrymarum. Utrumq; exhibuit Abraham Saræ, planctum quidem, ut omnes scirent, quanti semper habuerit dilectam conjugem, quamq; hac pompâ digna sit ob insignes suas virtu-

tes,

tes. Fletum verò concepit ex particulari amore, quo erga eam ferebatur, & ingenti dolore, quem in ejus amissione sensit.

III. *An Abraham non commiserit Simoniam, emendo sepulturam & jus sepulchri?* ℞ det S. Thom. 2. 2. q. 100. a. 4. ad tertium. Abraham non emisse jus sepulturæ, sed tantùm agrum, in quo sepeliret Saram, ager autem per se vendibilis est. Ut locus sepulturæ sine Simonia vendi non possit, debet esse sacer consecratione, siue benedictione Ecclesiastica, ut passim docent Canonistæ. Tempore autem Abrahæ nondum erat consecratio, siue benedictio Ecclesiastica, qua locus consecraretur ad sepulturam, unde sine Simonia vendi poterat. Adde sepulchra, vti & Sacerdotia gentilium non esse sacra sed profana; imò Sacerdotia eorum diabolica sunt, ac proinde ea emere non est Simonia. Gentiles tamen ea vendentes ex conscientia erronea, qua putabant ea esse sacra, peccabant simoniâ Ita S. Thomas. Potest tamen etiam apud Christianos aliquid dari ratione terræ, in qua fundatur jus sepulturæ, quia res sacræ vendi possunt ratione materiæ, nec simonia committitur in tali casu. Ita Antonellus de loco legali l. 1. c. 9.

Abraham nō emit jus sepulturæ.

IV. *Cur prima est Sara, cujus sepulturæ fit mentio?* ℞ Sara semel & iterum ad Ethnicorum aulas fuit deducta, & cum Principibus Ethnicis Abimelech & Pharaone aliquando vixit, & quamvis ejus integritas & pudicitia jam divino testimonio esset ostensa, debuit etiam sepulchralibus honoribus testificari à marito, vt esset evidens signum, quòd ipse eam tanto honore prosequebatur, quia bene agnoverat vxoris illibatam fidem erga se; per hoc non negamus: in viris sanctissimis inveniri honores sepulchri & funeris, sed dicimus, horum defectum non officere ijs, quorum sanctitas vitæ noscitur. Ita Didacus de Bàeza tom. 4. de Christo l. 8. c. 26. § 30.

Sepulturæ Saræ prima mentio.

V. *Cur Abraham noluit gratis oblatum locum pro sepultura à filijs Heth, sed eum emit?* ℞ fecit id amor maritalis Abrahæ erga conjugem, qui eam non in alieno, sed in proprio fundo sepelire voluit, vt eò liberiùs & frequentiùs sepulchrum posset invisere, vtq; eò certior esset, se vt fuit thalami, etiam tumuli socium futurum. Licet enim Hethæi profusi erant in promissis de danda electione sepulchrorum, non tamen nimiùm fidebat, sed non imprudenter verebatur, ne ipse mortuus non potiretur eodem cum vxore sepulchro, hinc locum illum jure emptionis sibi vendicabat.

Abraham emit agrū.

CAPUT XXIV.

Adjurat Abraham servum suum, ut Isaaco uxorem quærat ex Haran, adducit ille Rebeccam, adductam Isaac duxit.

QUæstio I. *Cur Abraham matrimonium Isaaci distulit vsq; ad 40. annum ætatis ejus?* ℞ Abraham in re divina expectavit monitionem, quia promissum divinitus semen peculiari DEI providentia administrabatur. Unde etiam factum, vt vxores Chananitides ab hoc conjugio excluderentur, & puella de ipsiusmet Patriarchæ cognatione eligeretur. Accedere potest illa ratio, quòd cum Rebecca divinitus huic matrimonio destinata esset, non ante monitus est Abraham à DEO de conjugio filij, quàm illa adolevisset, quæ nunc decimum octavum vel 19. agebat annum.

Abraham distulit matrimonium Isaac.

II. *Cur Abraham à servo suo Eliezer mittendo pro vxore filij sui voluit, vt manum suam poneret subter femur ejus?* ℞ mysterium latere in hoc ritu jurandi, an enim non habuit altare sanctius Abraham, super quo compleret adjurationem Eliezer servi sui, quàm femur suum? An non æquius fuisset, vt extenderet manum suam servus super altari, quod ædificaverat Abraham Domino, qui apparuerat ei in loco promissionis Gen. 12. aut super eo, quod ædificavit juxta convallem Mambre, quæ est in Hebron Gen 13. vel deniq; super eo, quod ædificavit in loco visionis in holocaustum Isaac filij sui Gen. 22. ad nullum tale ducit Abraham servum pro juramento, sed ad femur suum: *Pone manum tuam subter femur meum.* P. Martinus de Roa l. 4. singul. c. 4. putat hoc ritu voluisse Abraham, vt Eliezer servus testaretur firmitatem juramenti per interpositionem voti de longa & felici vita sibi à DEO danda, si juramentum esset servaturus, femur enim causa & symbolum est generationis & vitæ, q. d. DEus mihi longam vitam & felicem, quæ femore significatur, præstet, si rectè juro & juratum præsto, si autem fallo & pejero, pereo, neq; particeps sim vitæ, quæ processit ex femore, S. Aug. l. quæstionum in Gen. q. 62. putat latere magnam de Christo prophetiam, quòd ipse Dominus cœli & terræ in ea carne venturus esset, quæ de illo femore propaganda erat, quod ipsum habet l. 16. de civit. c. 37. enucleatiùs autem serm. 71. de temp. vbi hæc habet: *quid est, quod dixit Abraham puero suo?* MITTE MANUM TUAM SUB FEMUR MEUM, ET JURA PER DEUM

Eliezer ponit manum super femur Abrahæ.

UM COELI ET TERRÆ, videlicet quasi diceret: mitte manum tuam ad altare, vel mitte manum tuam ad arcam testamenti, vel extende manum tuam ad templum DEI, & jura mihi. Femur tangebat, & per DEum cœli jurabat. Non vtiq; B. Abraham errabat, cùm hoc fieri jubebat, sed quia prophetiæ spiritu repletus noverat de semine suo Christum cœli & terræ Dominum nasciturum, ideo quando servus femur ejus tangebat, ipse non per carnale illud membrum, sed per DEum vivum & verum juramenta præstabat. Etenim Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Jacob, Jacob genuit Judam, de cujus semine Christus Dominus natus est. Hæc Aug. Adjungo S. Greg. relatum in glossa ordin. qui sic ait: [manum sub femore jubet ponere; quia per hoc membrum descensura erat caro ejus, qui filius Abrahæ esset ex humanitate, & Dominus ejus ex divinitate, quasi dicat: tange filium meum, & jura per DEum meum: Unde non super femur sed sub femore manum ponere jussit; quia inde erat ille descensurus, qui homo quidem, sed super omnes homines veniret.]

Abraham noluit filio assumi vxorem ex Chananæis.

III. *Cur Abraham noluit filio suo vxorem assumi ex Chananæis?* ℟. det S. Amb. quia Cham pater Chananæorum à DEO maledictus erat ob dehonorationem Patri Noë factam, & quia hæc gens posteritati Abrahæ in servitutem erat redigenda, ideo noluit Abraham, ut filius suus cum ea connubium iniret, tum ne maledictioni subjaceret tum ne gens libera & nobilis cum servili & ignobili conjungeretur, quia etiam hæc notabilis diversitas conditionis in connubijs attendi debet. Aliam rationem dat idem S. Amb & Chrysost. quia Chananæi idololatræ erant, ideo noluit Abraham filium & posteritatem suam cum impia hac gente commisceri, ne fortè idololatriâ & superstitionibus inficeretur, quod à matre idololatra meritò timendum erat, cujus munus est, prolem educare, curam ejus gerere, & in tenera ætate plurimùm cum ea conversari, & sic unà cum lacte materno venenum idololatriæ ipsi instillasset.

IV. *An non eadem ratio militat pro Rebecca, cùm etiam ejus parentes fuerint infideles?* ℟. Licet parentes Rebeccæ verum DEum coluerint, tamen præter illum etiam alios colebant & adorabant, & sic non erant tam indurati idololatræ, sicut Chananæi, poterantq; faciliùs ad veram fidem permoveri, hoc quia non erat in Chananæis, meritò eorum conjugium aversabatur Abraham cum filio suo. Sed esto cognati Abrahæ æquè infideles fuerint ac Chananæi, attamen data ratio subsistit, tum quia in medio Chananæorum habitans infidelem uxorem vix potuisset convertere, obstantibus cognatis & vicinis tum quia fœmina ex cognatione sua, respectu cognationis faciliùs in bonam partem potuit flecti, tum quia remota à cognatione sua vnicum refugium & solatium quærere debebat in maritò, & sic ejus voluntati sese conformare.

V. *Cur Abraham non misit filium suum, sed servum pro adducenda sponsa?* ℟. quia mortuâ Sarâ, sicut Isaac erat vnicus filius, ita erat etiam vnum solatium Abrahæ, ideo noluit eum à se dimittere, ne forte in via aliquid mali ei eveniret, & ipse interim domi desolatus & anxius hæreret. Abijt quidem Jacob pro inquirenda vxore, sed non erat filius vnicus, Esau enim adhuc domi manebat, præterea Rebecca vrgebat abitum ejus, quia sciebat ipsi à fratre insidias structas, & quia mortem ejus timebat, ægerrimè à se dimisit, quem maluisset domi retinere.

VI. *An Eliezer non egerit contra mandatum Abrahæ sumendi vxorem de cognatione sua, dum rem omini commisit,* PUELLA CUI DIXERO v. 15. &c. *quid si venisset puella, non de cognatione Abrahæ, & hæc præstitisset?* ℟. Eliezer hoc fecit ex speciali instinctu DEI, prout subsecutus effectus demonstrat, & in hoc multùm confortabatur verbis illis Abrahæ: IPSE MITTET ANGELUM SUUM CORAM TE. quibus verbis confidens hæc verba ad DEum direxit non per modum temeræ tentationis, sed humilis orationis, & ex magna erga DEum confidentia, in re maximi momenti. Non inquirit Eliezer de cognatione Abrahæ, tum quia scivit extraneum suspectum se reddere de proditione, si in alienæ communitatis secreta multùm inquirat, quam suspicionem ne Eliezer incurrat, ab omni indagine abstinet. Tum quia novit illud vitium multis familiare esse, vt de absentibus raro laudabiliter, communiter autem in contemptum loquantur, quia prævidebat se veram narrationem vix assecuturum, vel ex eo, quia familiam Abrahæ florere credebat, solet autem prosperitas ita stimulare invidiam, vt faciat statim sinistre loqui, & omnia malè interpretari conetur. Non tentavit Eliezer DEum temerario omine, sicut nec Jonathas, quod ex DEI instinctu accepit ex verbis Philistinorum de ijs invadendis, *si dixerint*, inquit, *ascendite ad nos, ascendamus: quia tradidit eos Dominus in manibus nostris, hoc erit nobis signum* I. Reg. 14. 10, Simile fuit omen Clodovæi, qui castra movens contra Gothos munera misit ad S. Martinum Turonensem, legatis mandans: ingressuri templum observate, quæ futuri eventus ex bello, quod paramus, conjecturam possunt

possunt præbere, parent illi, & venientes ad templum, audiunt Monachos illud Davidicum psallentes: *præcinxisti me virtute ad bellum*, captatoq; felici omine, ad regem redeunt; quod eventus declaravit, non vanum fuisse, sed divinum. Testis est Fulgosus l. 1. c. 3.

Rebecca bis pulchra.

VII. *Cur Rebecca bis laudatur à pulchritudine, imò cùm dicitur* DECORA NIMIS, *2dò* VIRGO PULCHERRIMA, deinde cur bis declaratur ejus virginitas cum dicitur VIRGO & insuper INCOGNITA VIRO? ℞ Clemens Alexand. judicat Rebeccam non tantùm corpore, sed etiam animo fuisse Virginem. Rebecca dupliciter fuit pulchra, & dupliciter Virgo. Pulchra fuit exteriori corporis formâ, sed & pulchra morum decentiâ, virtutum splendore, vitæ innocentiâ quæ pulchritudo interior, sociata exteriori Rebeccam bis pulchram reddebat, & vna alteri pretium addebat, prout margarita annulo aureo, & iste vicissim illi splendorem & valorem auget. Erat etiam bis Virgo, imò ita se gerens moribus & modestiâ, vt ab omnibus virgo crederetur, re ipsa autem etiam incognita viro.

CAPUT XXV.

Abraham ex Cetura suscepit 6. proles, & moritur. Recensentur Ismaelis proles & obitus. Rebecca parit Isaaco Jacob & Esau, quorum minor præfertur à DEO majori. Esau ob pulmentum vendit Jacobo primogenituram.

Abraham aliam ducit vxorem.

QUæstio I. *Cur Abraham in decrepita ætate aliam vxorem duxerit?* ℞ non levem hujus fuisse causam, cùm jam Abraham duos suscepisset filios, & vtriq; infinita soboles à DEO promissa fuisset & de ipso centenario verè dixerit S. Paulus Rom. 4. 19. corpore fuisse emortuo, cur tamen aliam vxorem duxit? Pererius cum Cajet. non inprobabiliter putat, Abrahamum domui suæ præfecisse Isaacum, tanquam hæredem ex asse destinatum; ipsum autem seorsim cum Cetura mansisse, quam vxorem acceperat, vt senectutis suæ curam haberet, & eam familiam, quam sibi ipse retinuerat, fideliùs administraret, quàm simplex ancilla. Cui rei fidem facit, quòd in adventu Rebeccæ, nulla fiat mentio Abrahami, sed tota res ad Isaacum referatur, quasi à Patre separatum, novumq; deinceps Patrem familias. Nec putandum, Abraham id sine DEI monitu fecisse, unde fortè humanæ rationes hominem prudentem facile abduxissent. Nec falsum est, quod ait Apostolus, Abrahamum emortuo fuisse corpore, cùm credidit se geniturum Isaacum, sed illud etiam verum, eum tunc divinitus accepisse vim generandi, quæ ad vltimam vsq, senectutem vigeret, vt 6. filij ex Cetura suscepti docuêre. Vel fuisse emortuo corpore respectu nonagenariæ Saræ, non autem alterius juvenis fœminæ. Unde v. 4. sex filij dicuntur filij Ceturæ, quòd nempè plus illa quàm iste contribuit ad eorum generationem.

Cetura quæ fuit?

II. *Quæ fuit hæc Cetura?* ℞ Hebræi quidam putant Ceturam eandem fuisse cum Agare. Sed ineptè, erat enim Agar tunc vetula, vt quæ filium haberet annos natum 55. & mox filij non concubinæ, sed concubinarum memorantur, qui ab Isaaco fuerunt separati. Non crediderim Chananæam, ne conjugia, quæ verbis in filio repudiarat, factis in se ipso approbasse videretur. Potiùs ergo dicendum Ceturam Ancillam Ægyptiam fuisse, sicut & Agarem, aut ex Ægyptia domi natam, in agnitione veri DEI ab Abraham domi instructam. Quoniam autem ex magno ancillarum domi natarum grege una ab Abrahamo electa est, quæ de ancilla fieret vxor, non est dubium eam multis naturæ donis præstitisse, vt rectè Abrahæ senectutem fovere, ejus familiam administrare, & in ea DEi cultum conseruare, atq; amplificare studeret. Duxit autem Ceturam Abraham post mortem Saræ.

Cur Agar & Cetura vocantur concubinæ.

III. *Cur Agar & Cetura vocantur concubinæ?* ℞ non quòd illis ad illicitum concubitum vsus sit Abraham, hoc enim flagitium tanto tempore & absq; respectu committere voluisse Abrahamum, non est suspicandum, sed erant ambæ vxores, sic supra c. 16. dicitur, Saram dedisse Agar ancillam viro suo *in vxorem*, & de Cetura hoc cap v. 1. dicitur, quòd eam duxerit *in vxorem*. Vocantur tamen concubinæ ad differentiam primariæ vxoris, hæc enim legitimo ritu, ceremonijs & testimonijs in vxorem assumebatur, erat materfamilias, gubernatrix domûs, particeps bonorum, ejus filij de jure erant hæredes bonorum, erat insuper non serua sed socia mariti, imò condomina, & talis erat Sara, cui etiam nomen Jescha mutatum est in Sara, hoc est domina. Concubinæ verò erant quidem veræ vxores quantum ad thorum & procreationem liberorum, non verò quantum ad jura, quæ primariæ vxori competebant. Ita Pererius, & Corn. à Lap.

Abraham separavit filios natos ex Cetura ab Isaac.

IV. *Cur Abraham separavit filios natos ex Cetura ab Isaac?* ℞ quia præviderat eos vehementer multiplicandos, ideoq; fore, vt eos eadem terra non caperet, ideo separationem ipse antevertit, quam poterat majore authoritate & suavitate perficere. Deinde prudenter agnoscebat fore, vt fratres Isaaci ipsi inviderent, si quotidie viderent, quòd vnus ipse à patre plura, quàm reliqui omnes simul, accepisset, quod futurum erat seminarium rixarum atq; jurgiorum. Neq; tamen eis pater faciebat injuriam, quia DEus, qui eum locupletaverat, Isaacum volebat hæredem, cæteros autem aliqua portione contentos esse. Accedebat quòd terra Abrahæ promissa divinitus, ad solos Isaaci posteros pertinebat. Postremò isti concubinarum filij, qui à veri DEI cultu discessuri erant, posteros Isaaci peste idololatriæ infecissent, si Isaacidis permisti habitassent. Ita Salianus, ex Abulensi & Pererio.

Senectus bona, provecta ætas & plenitudo dierum non idem significant.

V. *An verba illa.* MORTUUS EST ABRAHAM IN SENECTUTE BONA, PROVECTÆQUE ÆTATIS ET PLENUS DIERUM *non idem significent?* ℞ non. Nam bona senectus est ea quæ caret malis, sive corporis, vt sunt morbi, defectus sensuum, aliaq; incommoda; sive animæ, vt sunt peccata, sed fœta est bonis moribus, prudentiâ discretione, maturis consilijs, virtutibus, & meritis. *Provecta ætas* magnum annorum numerum significat, quos explevit Abraham, erat enim 175 annorum. *Plenus dierum*, quia omnes dies ita impendit, vt nullus fuerit vacuus, nullum diem perdiderit, & ùt pictori illi nulla dies sine linea, ita Abrahæ nulla dies sine virtute aut exercitio honesti aut laudabilis actus transijt.

Abraham ad quem populum congregatus.

VI. *Quis fuit populus, ad quem congregatus dicitur Abraham.* v. 8? ℞ est cœtus animarum sanctarum, quæ ad limbum ab Abele descenderant. Ex quo Cajet. Lyran. Pererius colligunt animam hominis esse immortalem, item animas mortuorum non vivere solitarias, sed gregatim & socialiter; quasi in populo, siue in cœlo sint, siue in limbo, vti erant tempore Abrahæ, item tam de malis, vti Roboam, Achaz & alijs, quàm de bonis dici: *dormiuit cum Patribus suis.* Sed ferè de bonis tantùm & justis, vti de Abraham, Isaac, Jacob, Moyse, Aarone dici: *congregatus est ad populum suum*, societatem nimirum justorum hominum, ad quam colliguntur justi morientes. Putat Burgensis ante Abraham neminem è Patribus descendisse ad limbum, sed Adam, Abel, Seth, Henos, Noë, omnesq; ante Abraham justos iuisse ad purgatorium, ob venialia peccata: quia, inquit, de ijs dicitur, quòd mortui sint; de Abraham verò primo omnium dicitur, quòd congregatus sit ad populum suum, putà in limbo. Ast huic non assentior. Abel enim obijt Martyr, ergo iuit ad limbum, non ad purgatorium. Noë fuit vir justus, atq; perfectus, imò cum DEo ambulavit, ergo & hic iuit ad limbum; non tamen dicuntur, congregati ad populum suum: quia tunc necdum erat populus, & multitudo justorum in limbo. Sed ipsi hunc populum, morientes successiuè adunarunt & constituerunt. Cùm enim occisus est Abel, nullus erat in limbo, sed ipse primus eò concessit.

Ismael appositus ad populum suum.

VII. *Quomodo de Ismael dicitur v. 17.* APPOSITUS EST AD POPULUM SUUM ℞ Hinc colligunt Hebræi Ismaelem post lusum & vexationem Isaaci, cùm domo Abrahæ ejectus esset, mentem & vitam mutasse, rectè vixisse, ideoq; saluatum esse. Vide præc. q.

Vxores plures Patriarcharum steriles.

VIII. *Cur plures Patriarcharum vxores fuerunt steriles, vt Sara Abraham, Rachel Jacobi, Elisabeth Joannis Baptistæ Mater, &c.* ℞det Theodor. q. 74. in Gen. Volens DEus componere genus Israeliticum, ostendit illud non naturali successione, sed gratiâ & fauore suo esse multiplicandum. Hanc autem providentiam adeptum est genus illud, quia Christus Dominus inde secundùm carnem nasci debebat. S. Chrysost. verò hom. 49. in Gen. ait. vt ex mirabili partu fœminarum jam tunc præstrueretur ac præmuniretur fides partui virginis. Quamobrem & Angelus Gabriel fidem nunciati à se partus Virginis confirmare voluit exemplo partûs Elisabeth, quæ sterilis erat: *Ecce* inquit *Elisabeth cognata tua* sterilis, & ipsa *concepit filium in senectute sua: quia non erit impossibile apud DEum omne verbum.* Exemplum item istarum sterilium fœminarum valuit plurimùm ad moderandos consolandosq; animos conjugum sterilium, vt nec viri propterea contemnerent vxores, nec mulieres iniquo animo ferrent sterilitatem suam.

Prædestinatio ex merito.

IX. *Quomodo dicitur* v. 21, *quòd DEus exaudivit Isaac & dedit conceptum Rebeccæ, cùm jam longè ante & à Deo promissus & prædestinatus fuerit?* ℞det S. Thom. licet Isaac esset certus ex divina promissione se habiturum prolem, non tamen erat certus, eam se prolem habiturum ex Rebecca, ex qua tamen suscipere filios flagrantissimè cupiebat, atq; pro ea re Deo supplicauit. S. Greg. ait hanc prædestinationem non esse factam absq; respectu ad orationem Isaaci. Verba ejus sunt: obtineri nequaquam possunt, quæ prædestinata non fuerunt, sed ea quæ sancti viri orando efficiunt, ita prædestinata sunt, vt precibus obtineantur, nam ipsa quoq; perennis regni prædestinatio ita est ab Omnipotente DEo

te DEo dispoſita, vt ad hoc electi per laborem perueniant, quatenus poſtulando mereantur accipere, quod eis Omnipotens DEus ante ſæcula diſpoſuit donare]

X. *Quid ſignificant illa verba* v. 22. COLLIDEBANTUR IN VTERO EJUS PARVULI? ℞ trudebant & coarctabant ſe inuicem, cum unus præ altero priùs egredi, & primogenituræ jus obtinere conabatur. Hæc lucta non vi naturæ, ſed DEi nutu facta eſt, ad præſagium, quòd Jacob & Eſau nati inter ſe colluctaturi & concertaturi eſſent de primatu & primogenitura, vnde Jacob tenuit plantam Eſau, quaſi eum ſupplantare volens, ne prior ex vtero egrederetur. *Lucta in vtero.*

XI. *Quid denotant illa verba* v. 23. DUÆ GENTES SUNT IN VTERO TUO, ET DUO POPULI EX VENTRE TUO DIVIDENTUR, POPULUSQUE POPULUM SUPERABIT, ET MAJOR SERUIET MINORI? ℞ duæ gentes, ſunt duo filij, qui erunt patres & capita duarum gentium, putà Judæorum & Idumæorum, ſibi inuicem aduerſantium. Vide Amos 1. v. 11. *Populusq; populum ſuperabit*, eſt impletum in poſteris Eſau nempe Idumæis, quos ſubjugauit Dauid 2 Reg. 8. Poſuit Dauid in Idumæa cuſtodes, ſtatuitq; præſidium, & facta eſt vniuerſa Idumæa ſeruiens Dauid. *Et major ſeruiet minori*: primogenitus Eſau ſeruiet minori Iacobo, non in ſua perſona (hoc enim nunquam factum legimus, imò potiùs Iacob ſubmiſit ſe Eſau) ſed in ſuis poſteris, Iudæi enim poſteri Iacobi, ſoli quaſi hæredes Abrahæ poſſederunt terram promiſſam Chanaan, & beneficijs DEI locupletati ſunt, eiſq; ſeruierunt Idumæi, poſteri Eſau, vt proximè dixi, & licet poſtea jugum excuſſerint, rurſum tamen ab Hircano ſubjugati, circumciſionem receperunt, & in vnam gentem cum Iudæis coaluerunt teſte Ioſepho l. 14. Antiquit. c. 17. *Gentes duæ in vtero.*

XII. *Quæ erant primogenituræ jura*? ℞ *imò* Primogenitus erat quaſi princeps, director & Dominus cæterorum fratrum ſuccedens in patriam poteſtatem, patet infra c. 27. v. 29. c. 32. & 33. adeo vt coram eo ſe fratres inclinarent. *2dò* in diviſione paternæ hæreditatis ſinguli fratres ſingulas partes, primogenitus verò duplices accipiebat Deut. 21. v. 17. *3tiò* primogenitus ſimul erat ſacerdos illius familiæ, licet quandoq; per diſpenſationem, interueniente aliqua cauſa, etiam ſecundò & tertiò geniti ſacerdotio initiati fuerint. *4tò* primogenitus à patre moriente benedicebatur c. 27. v. 4. quam benedictionem magni æſtimabant, quia plurimi erat valoris. *Primogenituræ jura.*

XIII. *An Eſau peccavit vendendo primogenituram?* ℞ multipliciter eum peccaſſe, *imò* gulà. *2dò* ſacrorum contemptu, quia primogenituram, cui erat annexum jus ſacerdotij, tam vili eſca vendidit. *3tiò* videtur peccaſſe ſimonià, quia jus primogenituræ totum, ac conſequenter jus ſacerdotij, quod ſpirituale erat, vendidit. Ideo enim ab Apoſtolo Heb. 12. vocatur profanus, profanus enim propriè & formaliter nemo eſt, niſi qui rem ſacram vendendo aut polluendo violat ac profanat. Peccavit ergo Eſau, quia ventrem virtuti inquit Corn. à Lap. cibum honori, gulam ſacerdotio, & benedictioni prætulit. Peccauit præterea obſtinaciâ in malo, quia peracta jam venditione, & jam ſatur factus, nihilominus parui pendebat ſe tantum donum, & jus pro re tam exigua vendidiſſe. *Eſau vēdendo primogenitură peccavit.*

XIV. *An Jacob peccavit, emendo jus primogenituræ*? ℞ cum Corn. à Lap. negativè, quia intendit tantùm emere jus primarium primogenituræ, quod temporale erat & vendibile, ſicut vendi poteſt & emi ager, cui annexum eſt jus patronatûs. Non peccauit Iacob injuſtitiâ, quòd rem tantam tam vili pretio emerit, quia Eſau ſciens & volens eam tam vili vendere voluit, quia illam contempſit vt patet v. 34. volenti autem & ſcienti, imò rem ſuam prodigenti & contemnenti non fit injuria. Poterat Eſau gratis donare, & Iacob acceptare, ergo etiam vili pretio vendere & ille emere. Præterea non propria hic emptio interueniebat, emptio enim debet eſſe rei alienæ, primogenitura autem ex DEi diſpoſitione & voluntate Iacobo competebat. Rebecca enim id ab Angelo audierat v. 23. rurſum idipſum illa indicauit Iacobo, vt ſatis colligitur ex eo, quòd cum ipſa c. 27. incitaret Iacobum ad præripiendam fratri benedictionem, Iacobus non excuſauit ſe titulo injuſtitiæ, quaſi non ſibi, ſed fratri tanquam primogenito, debita eſſet hæc benedictio, ſed tantùm objecit periculum paternæ indignationis, ſi pater ſuam fraudem reſciſceret. Hanc autem DEi revelationem, diſpoſitionem & translationem primogenituræ ex Eſau in Iacob, nec Iacob nec Rebecca hucuſq; revelare auſi ſunt, vel ipſi Eſau, verentes ejus indignationem, vel ipſi Iſaac, ne eum mœrore afficerent, quia vnicè amabat Eſau. Nunc ergo Iacob occaſionem nactus vindicandi & confirmandi jus ſuum, per ſpontaneam fratris ceſſionem, ob coctionem rufam, ſibi à fratre hac conditione datam, eam non neglexit, ſed acceptauit. Non ergo Iacob hic propriè rem fratris emit, ſed rem ſuam aſtu ab injuſto poſſeſſore extorſit. Verbum autem venditionis molliendum eſt in hanc ſententiam: Cedo mihi prætenſum jus tuum primogenituræ, vt gratificer tibi de hoc edulio: *Jacob non peccauit emendo jus primogenituræ.*

CAPUT

CAPUT XXVI.

DEUS apparet & benedicit Isaaco, eumq; ditat, vnde invident ei Gerarita, puteosq; ejus obstruunt. Rursus in Bersabæe DEus Isaaco promißiones patri factas iterat, ibiq; Isaac fœdus init cum Gerraritis, Esau vxores Hethæas ducit.

Abimelech quis?

QUæstio I. *An hic Abimelech v. 1. idem sit cum eo, apud quem ante annos 90. peregrinatus est Abraham c. 21.?* ℞ affirmant Josephus, Chrysost. hom. 51. non repugnante Augustino eò quòd locus & nomina personarum, tam regis, quàm principis militiæ ejus Phicol conveniant; temporis tamen interjecti longinquitas, & res ipsa contrarium suadent. Non enim tam facile credidisset Isaaco Abimelech à patre ejus jam deceptus, & longè acriori expostulatione contra ipsum esset vsus. Fuerit ergo hic Abimelech prioris illius filius, sicut & Phicol dux militum. Nisi placet dicere, illa nomina appellativa fuisse dignitatum, non propria personarum, uti Pharao & postea Ptolomæus commune fuit nomen regum Ægypti, & Cæsar Romanorum Imperatorum. Unde Abimelech hebraicè significat Patrem regem, q. d. Pater patriæ. Rex enim suis subditis debet esse pater, unde & Romani suos imperatores vocabant parres patriæ. Phicol interpretatur *omnis facies* vel omne os, quia omnis exercitus dependebat à nutu & facie ipsius.

DEus apparet Isaaco.

II. *Cur DEus prima vice apparet Isaaco, cùm orta fame abijt ad Abimelech?* ℞ quia DEus famulos suos non diu sinit esse desolatos, sed si ipsis aliquid mali aut adversi accidat, eos vel per se vel per alios consolatur. Isaaco non legitur hucusq; aliquid adversi accidisse, & hinc DEI apparitio non erat necessaria, vel si accidit, aderat Pater, qui solari poterat. Mortuo verò Abraham premebatur Isaac fame, debebat terram promissam deserere, in qua ærumna à DEO erat confortandus & consolandus.

Deus vetat Isaacum ire in Ægyptũ.

III. *Cur DEus vetat Isaacum ire in Ægyptum?* ℞ Voluit DEus, vt Isaac in sterili illa terra subsisteret, vt illustrior fieret, inquit Pererius, benignitas DEI erga ipsum appa- ret, quem in tanta sterilitate non tantùm sustentavit, sed etiam frumenti abundantissimum fecit. Deinde si Isaac in Ægyptum fugere, & terram promissam deserere debuisset, potuisset dubitare de secuturo effectu promissionis factæ obtinendi illam terram. Hinc DEus illi apparet, eum in spe erigit & confortat reiterans tres illas patri factas promissiones, nempe multiplicandi semen ejus instar stellarum, tradendi terram Chanaan, benedicendi omnes gentes in semine ejus, nempe Christo. Præterea erant Ægyptij toti idololatriæ dediti, plusquam Philisthæi, quod ex verbis Abimelech colligitur, qui v. 28. Dominum DEum agnoscit, ne ergo Isaac scandalum pateretur, aut perversionis periculum subiret, retinuit eum DEus à perversis idololatris. Hoc periculum non fuit timendum in Abraham, quia inter idololatras adolevit, & sic, quia constantiam in fide servavit à juventute, non fuit, quod timeretur in ejus senectute, adolescens enim juxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Isaac verò tali periculo fidei nunquam fuit expositus, fortè rei novitate turbatus titubare potuisset in fide. Periculosiùs sociatur malis, qui semper fuit cum bonis, quàm qui inter malos vixit invictus. Deniq; quando Abraham ivit in Ægyptum, nondum nata erat ei proles, Isaac autem jam habuit duos filios, propterea quò Abraham sine prolibus ire licuit, non licuit Isaac, ne filijs suis mali Ægyptiorum mores affricarentur. Sæpe tenera ætas naufragium patitur, vbi senes sine periculo transnatant. Sæpe parvulis metuendum periculum ex pravorum consortio, vbi adulti parentes illæsi permanent.

Fertilitas agrorum.

IV. *An terræ bonitati adscribendum sit vel virtuti seminis id, quod hic dicitur v. 12.* SEVIT AUTEM IN TERRA ILLA, ET INVENIT IN IPSO ANNO CENTUPLUM? ℞ multùm quidem vtrumq; ad fertilitatem confert, nam si terra bona sit, reddit semen cum fœnore, qualiter reddit illa, de qua Herodotus l. 4. bonum ait solum illud est, quod Euhesperitæ colunt, nam quoties id eximiam fert vbertatem centuplum reddit; si rursus semen sit bonum, non minoris fœcunditatis origo est, qualiter Plinius l. 18. c. 11. triticum vocat centigranum, à centuplo fructu, quem adfert, qui etiam c. 10. refert Procuratorem ex Byzacio Africæ campo misisse Augusto ex vno grano (vix credibile dictu) quadringenta plus minus germina, extantq; de ea re epistolæ; misit & Neroni 340. stipulas ex vno grano: deniq; addit: cum centesimo quidem & Leontini Siciliæ campi fundunt, alijq; & tota Bœtica, & imprimis Ægyptus, vt tamen id agro in Geraris sito, aut semini Isaatico adscribam vix inducor, cùm illum in medio campi sterilis situm, hoc au-

tem

tem vix diversum ab eo fuisse dubitem, quod terræ sterilis incolæ cum parvo proventu seminârunt: magis ergo sicut fertilitatem totam, ita locupletationem, ac quæ exinde secuta est magnitudinem Isaac refero cum Aug. q. 76. in Gen. Chrysost. hom. 52. in Gen. alijsq; ad id, quod additur, *& benedixit ei Dominus*, conformiter ad illud Prov. 10. *benedictio Domini divites facit.* S. Hieron. & cum eo Cajet. citatum scripturæ locum ita legunt: *invenit in ipso anno centuplum æstimatum*, unde etiam in Hebræo est, *centum æstimationes*, vt non tam centum, quàm æstimatum centum significetur. Nempe *vulgaris opinio sæpe divitem facit*, ait Celada in benedict. Patriarcharum § 165. n. 2. *plusq; divitiarum sæpe negotiaris opulenta divitiarum opinione, quàm divite censu, & æstimata opulentia velut vsuraria negotiatione divitias vbertim parit.* An tamen id de centuplo Isaac intelligendum sit, disputare nolo.

CAPUT XXVII.

Jacob fratri benedictionem Patris præripit, ei mortem minatur Esau. Unde mater Jacobo suadet fugam in Haran.

QUæstio I. *Cur Isaac petijt ab Esau carnem ferinam ex venatione, antequam ei benediceret?* ℞ quia assueuerat huic cibo, quem ei ex venatione afferebat Esau vt patet c. 25. v. 28 & ideo eo magis delectabatur, tum quia volebat, vt Esau se ad benedictionem disponeret per opus obedientiæ, & obsequium venationis, tum etiam quia Isaac nescius movebatur à DEO, ad emittendum Esau foras venatum, vt interim Jacob posset prævenire Esau, eiq; benedictionem præripere ex consilio matris, quæ vt ait Abulensis in c. 27. Gen. q. 3. non dedit consilium ad furandum rem alienam, sed industriam ad liberandum jus suum, de manu injusti detentoris; decreverat enim DEus in primogenitura Jacobum præferre Esau. *Esau venatum missus*

II. *Cur Rebecca jubet duos hœdos afferre ad escas Isaaco præparandas, numquid vnus non sufficisset ad ejus famem exsaciandam?* ℞ Rebecca cogitabat manus Jacob & colli nuda pellibus hœdinis circumdare, quia verò putabat pellem vnius hœdi non suffecturam, hinc duos mactavit ad detrahendas pelles, quas manibus & collo Jacobi circumdaret. *Hœdi duo in escam Isaac.*

III. *Cur Rebecca prætulit Jacobum Esau in accipienda benedictione?* ℞ tum quia novit Jacobi bonam, Esau verò malam indolem, hinc illum benedictione dignum, hunc indignum judicavit, quia hæc fuit ordinatio DEI cujus instrumentum esse debuit mater, quod enim DEus ordinat, hoc explendum est, licet cum damno alterius, tum deniq; quia noverat Esau esse hominem ingratum, ideo timebat, ne accepto beneficio benedictionis, & primogenituræ prærogativis, DEO ingratus esset & puniretur. *Rebecca prætulit Jacobum Esau.*

IV. *An Jacob mentitus & peccaverit dicendo coram Isaac*, EGO SUM PRIMOGENITUS TUUS ESAU v. 19.? Multi Doctores varios excogitarunt modos excusandi Jacobum à mendacio sed nimiùm subtiles sunt conceptus, quàm vt eos habuerint Rebecca & Jacob ad rectificandam actionem & verba sua. Hæc enim tam clara sunt, vt si à mendacio excusentur, nullum erit mendacium, quod non pariter possit excusari. Dixit enim Jacob: *ego sum primogenitus tuus Esau, feci sicut præcepisti mihi, surge, sede, comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua.* Atqui nec venatio hæc erat, nec ferina, sed hœdina caro, neq; præceperat illi quidquam Isaac, nec fecerat ipse, quod se fecisse dicebat: deniq; licet jure primogenitus esset, Esau tamen non erat. Ingenuè ergo fatendum judico Jacobum mentitum esse, sed non peccâsse mortaliter, verùm solùm venialiter, quia nolebat parentem decipere, vel fratrem defraudare, sed benedictionem & cætera primogenituræ jura pacificè obtinere, quæ ex DEI ordinatione & auctoritate, matri revelata, ad se pertinebant. Nec grande piaculum est, dicere Sanctissimum Patriarcham venialiter peccasse, cùm etiam Apostoli à talibus noxis non fuerint immunes, imò præter B. V. Mariam, vix ullus alius sanctus, vt docet Trident. de justificatione c. 11. item can. 23 ejusdem sessionis. Vel si mavis, dic cum Corn. à Lap. fortè ex ignorantia invincibili putabat tam mater quàm Jacob licere sibi in tali casu & necessitate mentiri: Velle autem dicere cum Orig. Cassiano & Chrysost. Jacobum mentitum esse, sed licitè & sine peccato, licereq; subinde vti mendacio, est incurrere in errorem ab Ecclesia damnatum, adversùs quem scripsit S. Aug. l. cont. mendat. Velle etiam dicere cum Gabriële in 3. dist. 38. non licere quidem mentiri per se, licere tamen dispensante DEO, est niti contra torrentem doctorum, dicentium mendacium ex natura sua esse malum, ac consequenter in eo à DEO non posse dispensari. Deinde vnde probabis, DEum præcepisse, vt Jacob simularet, & diceret se esse Esau, sed tantùm reuelavit translationem juris primogenituræ ab Esau in Jacob, modum autem illud occupandi ipse non præscripsit, *Jacob mentitus.*

pſit, ſed Rebecca excogitavit. Nec excuſari poteſt Jacob à mendacio per myſterium, quod repræſentabat, Jacob enim induens veſtes & perſonam Eſau, ſignificabat Chriſtum, qui noſtra peccata & pœnas in ſe ſuſcepit, item gentes ſurrogandas eſſe Judæis in filiatione & benedictione Abrahæ, putà in gratia, juſtitia, & ſalute vti explicat Apoſt. Rom. 9. & 10. Reſpondetur enim myſterium hoc non fuiſſe ſitum in mendacio Iacobi, nec enim veritas falſitate niti poteſt; ſed ſitum eſſe in facto Iacob, quo ſe Patri exhibuit, & ita geſſit, ac ſi ipſe eſſet Eſau. Facta enim ſæpe à mendacio excuſari poſſunt, vbi verba non poſſunt: verba enim definitè & determinatè rem & mentem loquentis ſignificant; facta autem confusè tantùm & indeterminatè: unde à mente facientis huc illucvè flecti, determinari, & ad hoc illudve ſignificandum dirigi poſſunt. Ita Corn. à Lap. qui id declarat exemplo Comædorum in Comædijs ſine mendacio alias perſonas regum & principum repræſentantium, agendo ea, quæ ipſi egerunt, perinde ac ſi ipſimet eſſent reges & principes. Reliquos conceptus Doctorum excuſantium Iacob à mendacio reperies apud AA. & facile refelles. Per me etiam licet, vt in gratiam Sanctiſſimi Patriarchæ dicas, Iacobum dicere ſe Eſau, non ſimpliciter & abſolutè, ſed vt primogenitum, quia talis habendus erat apud homines, qualis divina diſpoſitione erat apud DEum, aut quòd non ſit mentitus, ſed tantùm veritatem diſſimulaverit, ſicut Abraham diſſimulavit Saram eſſe vxorem ſuam, & David ſimulavit inſaniam apud Regem Achis, cum eſſet in periculo vitæ, aut figuratè eum locutum eſſe, & tales ſunt locutiones hyperbolicæ quæ falſæ ſunt, ſi ſpectetur proprietas verborum, veræ, ſi figuratè accipiantur. Sic DEus dixit Abrahæ: multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cœli, & pulverem maris. Vel deniq; æquivocè & ambiguè locutum eſſe. ſicut Chriſtus dixit Ioan. 2. *Solvite templum hoc & in tribus diebus excitabo illud*, vbi loquebatur de ſe ipſo, licet omnes putarent eum de templo Ieroſolymitano loqui.

Benedictio data Jacobo fuit valida.

V. *An benedictio data Jacobo non fuerit inualida, quia interuenit error perſonæ qui etiam matrimonium inualidat, deinde Jacob per dolum eam obtinuit, dolus autem nulli debet patrocinari?* ℞ Anterior ſenis intentio ferebatur in Eſau, immediata verò in hunc præſentem juxta S. Chryſoſt hom. 53. Pererius verò ait Iſaac non erraſſe in perſona quo ad primariam ſuam intentionem, quæ erat benedicere ei, qui erat primogenitus, ſeu quem DEus vellet eſſe primogenitum, is autem erat Iacob, non Eſau, licet errauerit quo ad ſecundariam intentionem, qua intendebat benedicere Eſau putans eum eſſe primogenitum. Vnde inſtinctu DEi errorem hunc agnoſcens, & intentionem ſuam corrigens ait: *& erit benedictus*, ſcilicet Iacob, cui ante benedixi, S. Aug. q. 80. putat, Iſaacum tunc à DEO didiciſſe, quòd Iacob deſignatus ſit primogenitus & hæres promiſſionum ſuarum, non Eſau, quando *expauit ſtupore vehementi* v. 33, quæ verba LXX legunt: *raptus eſt Iſaac in ecſtaſim magnam vehementer*, in hac nimirum ecſtaſi hæc didiciſſe Iſaacum, vnde ſtatim DEo obediens, mutanſq; mentem ſuam ex Eſau in Iacob ait: *& erit benedictus.*

Benedictio Iſaac data Jacobo quid denotat.

VI. *Quid denotat benedictio Iſaac data Jacobo v. 28.* DET TIBI DEUS DE RORE COELI &c. ℞ Pererius obſeruat, quòd licet forma hujus benedictionis modum habeat optantis & precantis, reuera tamen contineat prophetiam denuntiantis, quod futurum erat, ideoq; illud: *det tibi DEus*, ita accipiendum eſſe, dabit tibi DEus &c. qualiter imprecationes illæ explicantur pſal. 9. conuertantur in infernum, pſal. 68 deleantur de libro viuentium, & cum juſtis non ſcribantur, vt ſenſus ſit, convertentur, delebuntur, non ſcribentur. Hoc poſito Corn. à Lap. benedictionem hanc ſitam eſſe notat in tribus, in odore ſuaui, ac fraganti, in rore cœli, & in terræ pinguedine, quaſi in his tribus tota temporalis beatitudo, quæ ponitur in opibus, conſiſteret, dicit de rore, & non pluuia cœli, quia agri in Palæſtina communiter rore aſperguntur ad fruges, raró pluuijs, quæ tantùm bis per annum ibi cadunt, imò menſe Octobri jactis in terram ſeminibus, & vocatur pluuia temporanea, 2dò in Aprili, dum fruges matureſcunt & vocatur ſerotina. Tota autem benedictio Iſaac conſiſtit in his: *1mò* imprecatur Iacobo abundantiam frugum terræ, quæ ex benefico influxu cœlorum & terræ bonitate pendet. *2dò* honorem & venerationem apud externos, *3tiò* authoritatem, dominium & juriſdictionem in domeſticos ac ſuos, quæ in poſteritate Jacobi potiùs, quàm in ipſo cenſentur implenda, ipſe potiùs Jacob incuruatus eſt ante Eſau, & eum Dominum appellauit. Jacobo tamen promittitur, quia ipſe erat caput eorum & principium, in quibus iſta erant implenda, putà in Idumæis, qui ſub Dauide ſeruierunt. *4tò* DEI fauorem in illis verbis: *qui tibi maledixerit, ſit maledictus* &c. q. d. DEus tuam, tuarumq; cauſam tuebitur, qui tui ſunt amici vel inimici, ſuos cenſebit, his maledicendo, id eſt malefaciendo; illis benedicendo, id eſt, benefaciendo. Procopius autem in c. 27. Gen. per rorem intelligi putat dona ſpiritûs, per pinguedinem terræ dona, quæ ad corpus pertinent; quod ipſum videtur ſentire S. Greg. hom.

hom. 6. in Ezech. Toties ait de rore cœli accipimus, quoties per infusionem contemplationis intimæ de supernis aliquid tenuiter videmus: cùm verò bona opera etiam per corpus agimus, de pinguedine terræ ditamur. Vnde etiam Hugo Cardin. per rorem cœli spiritualium abundantiam, per pinguedinem terræ temporalium affluentiam denotari dicit.

VII. *Cur Esau tam avidè & instanter petijt benedictionem patris, quam tamen ante vilipendit, quando fratri jus primogenituræ vendidit?* ℟ in illa venditione non credebat Esau venditionem rati habendam fore, nunc autem agnoscit errorem, quando enim dominatur in homine aliqua passio siue gulæ, vt in Esau, siue iræ, Veneris &c. non ita circumspectè, cautè ac prudenter agit, quàm sibi liberè præsens, cessante enim passione, agnoscit errorem, vt Esau. Ratio autem cur tanti benedictionem æstimavit, est, quia noverat tum benedictionem, tum maledictionem parentum multùm valere, doctus exemplo Sem & Japhet benedictorum, & Cham à Noë maledicti: unde sapiens Ecclesi. 3. *benedictio patris firmabit domos filiorum, maledictio autem eradicat fundamenta.* Deinde unà cum hac benedictione declarabatur primogenitus, & hæres promissionis Abrahæ. *Esau avidè petit benedictionem.*

VIII. *Cur Isaac non dedit eamdem benedictionem vtriq; filio?* ℟ sic patet ex dictis, quia jura primogenituræ talia sunt, quæ non nisi vni ex fratribus competere possunt; quia ergo paterna benedictio erat declaratio & immissio in possessionem primogenituræ, ejusq; jurium, hinc accepto jure in re, Jacob è possessione turbari non poterat, quod factum esset, si similis benedictio data fuisset Esau. Deinde benedictio illa solemnis tantùm illis dabatur filijs, in quibus promissiones à DEO Abrahæ factæ complendæ erant, & ex quorum semine nasciturus erat Christus, & quia ex DEI ordinatione vnus tantùm filiorum Isaac illius promissionis particeps fieri debebat, non poterat illa benedictio, quæ promissionis illius declaratio, & quasi in ejus possessionem immissio erat, ambobus, sed tantùm vni dari. *Cur Isaac eamdem benedictionē non dedit vtriq; filio*

IX. *Quæ erat differentia inter benedictionem datam Jacob, & illam quæ data est Esau, vtiq; etiam huic dictum fuit:* IN PINGVEDINE TERRÆ, ET IN RORE COELI ERIT BENEDICTIO TUA? ℟ aliter Jacobo, & aliter Esau datur ros cœli & pingvedo terræ. Jacobo à DEO datur, *det tibi* DEUS DE RORE COELI: Esau verò quasi aliunde proveniens, IN PINGVEDINE TERRÆ ERIT BENEDICTIO TUA, nulla DEI mentione facta. Illa bona cum benedictione percipimus, quæ à DEO proveniunt, non verò quæ humanæ industriæ adscribuntur. Parum habes? si à DEO habes, sat benedictus eris. Didacus de Baeza tom. 2. l. 6. c. 2. § 7. ait: benedictionem capit Esau de rore cœli, sed quæ non exprimatur à DEO sibi data, quia vitam acturus erat sub gladio, *Vivet in gladio* v. 40. hoc est, qui militaribus dolis prædas ageret, vt sibi compararet divitias. Quod notans Catena græca ait: [ille fructibus vberis soli, tritico, vinoq; fruetur: hic in vbere quidem solo habitabit: sed ad victum comparandum gladio vtetur in prædis. Quocirca adjicere noluit: dabit tibi DEus.] Qui DEO studet, minimè prædis faciendis studet, & prædonum dolos, & laqueos venantium abjurat. Talis licet abundet, non habet id à benedictione DEI. Præterea alius est ordo in vtraq; benedictione. In Iacobi præponitur ros cœli, in Esaui pingvedo terræ. Ille verè benedictus est, cui primò venit ros cœli, cui cœlum primarius est benefactor, qui nempe prius bona cœlestia quàm terrestria inquirit, & potiùs cum Esau maledicendus est, cui prima cura est de pinguedine terræ, qui terrenis plus inhiat, quàm cœlestibus. *Differentia inter benedictionem datam Jacobo & datā Esau.*

X. *v. 41. Dixit Esau in corde suo:* VENIENT DIES LUCTUS PATRIS MEI, ET OCCIDAM JACOB FRATREM MEUM, *v. autem 42. dicitur:* NUNCIATA SUNT HÆC REBECCÆ *Cum Esau hoc tantùm in corde suo proposuerit, quomodo nuntiata sunt Rebeccæ?* ℟ S. Aug. q. 81. in Gen. putat Rebeccam id per diuinam revelationem didicisse, ast in scriptura non solet reuelatio per verbum *revelare* exprimi. Tost. putat, quòd Esau propositum quibusdam ex amicis suis patefecerit, qui deinde secretum non tenuerunt, sed Rebeccæ reuelarunt, & quidem ad secretum hoc non tenebantur, in modo tamen reuelandi prudenter & sagaciter egerunt, non ipsi Iacobo sed Rebeccæ reuelando, poterant enim timere, ne reuelando Iacobo, hic priùs fratrem aggrederetur & fratricidium committeret, vel ingens odium in eum conciperet; revelando autem Matri, quàm norant astutam esse, sperabant omnia bene dispósituram, prout etiam factum est, Iacobo enim suasit fugam in Haran ad fratrem suum, donec tractu temporis motus & passiones iræ in Esau sedarentur, ne autem Isaaco causa fugæ, aut abitûs Iacobi innotesceret, quòd scilicet ob mortem ab Esau intentatam fieret, qui inde valde contristatus fuisset, prætendit se multùm afflictam esse ex eo, quòd Esau filias Heth in matrimonium duxisset, si ergo & Iacob Hethæam duceret, duplicatum iri afflictionem suam, qui-

bus verbis occasionem dedit de vxore ex Mesopotamia suaq; cognatione adducenda, quo posito, facile persuasit Isaaco, vt Iacobo concederet ire in Mesopotamiam. En astutiam & sagacitatem Rebeccæ.

CAPUT XXVIII.

Jacob abit in Mesopotamiam, ac in via dormiens videt DEum innixum scalæ, per quam Angeli ascendebant & descendebant, indeq; locum vocat Bethel, ac tandem votum vovet DEo.

Jacob longum iter pedes confecit.

QUæstio I. *Cur Jacob tantum iter tam inops & pedes confecit?* ℞ det Theodor. id factum esse [vt manifestiùs divina prouidentia declararetur in rebus, quæ videntur aduersæ: nam quibus omnia prosperè succedunt, non satis intelligunt, quantis bonis fruantur. Hac de causa Jacob aufugit, & solus est peregrinatus, vt locupletissimus postea rediens, & ipse experiretur, quanta sit prouidentia DEi hominum, & alios doceret hanc DEi curam, & prouidentiam. Solet DEus famulos suos periculis, aduersitatibus & ærumnis exponere, & suo tempore mirabiliter iterum eripere, vt probetur eorum constantia, & agnoscatur DEi prouidentia, sic factum cum Abrahamo & Jacobo. S. Aug. Allegoricè hæc sumit, quòd scilicet Isaac significet DEum Patrem, Jacob verò Christum Dominum, qui pauper & humilis in hunc mundum venit, vt repudiatis Chananæis, vxorem sibi duceret in Mesopotamia, siue rejectâ synagogâ, ex gentibus sibi sponsam seu Ecclesiam deligeret. Et sicut Iacob dixit: *cum baculo meo transiui Jordanem istum, & ecce cum duabus turmis regredior;* ita Christus redempturus humanum genus, cum baculo crucis à vita ad mortem transiuit, & cum duabus turmis, scilicet Angelis & hominibus è limbo, regressus est in cœlum.

Scala Jacob quid denotat.

II. *Quid scala, quam DEus Jacobo ostendit, denotat?* ℞ Theodor. & Pererius per scalam intelligit prouidentiam DEI, qua gubernat mundum, attingentem à fine usq; ad finem fortiter, & disponentem omnia suauiter. S. Zeno Veronensis serm. de somnio Iacob. crucem Christi, per quam aditus ad cœlum factus est, quæ mens etiam fuit S. Augustini serm. 79. de temp. dicentis, *Dominus scalæ incumbens, est Christus in cruce pendens.* Rupertus generationem Christi nasciturі ex Iacob veluti per varios gradus & generationes per Virginem. De hac scala Salianus hîc sic discurrit: [In somnis autem celebratissimam illam scalam, mysteriisq; plenissimam vidit, quæ cœlum terræ, diuinitatem humanitati, in Messiæ persona conjungebat: in summo DEus erat æterni Verbi pater, in imo Iacob, ejusdem secundùm carnem progenitor. Interjecti gradus sunt personæ per quarum generationem ortus est Christus. Sic eam visionem sapiens c. 10. v. 10. videtur intellexisse, cum ait Dominum ostendisse Iacob profugo regnum DEi. Nimirum propter visum DEum, quasi regni ejus regem, & Angelos quasi Aulicos, mandatis ejus obsequentes, vota hominum deferentes ad DEum, & DEI beneficia deferentes ad homines. Ad mysterium scalæ hujus melius intelligendum, sit quæstio.

Scala Iacob quid ad literam significat.

III. *Quid scala Jacob ad literam significet?* ℞ juxta dicta diuinam prouidentiam & gubernationem, vnde DEus illi innititur quasi prima causa & primum mouens omnium juxta illud Boëtij prosâ nonâ

O qui perpetua mundum ratione gubernas
Terrarum cœliq; sator, qui tempus ab æuo
Ire jubes, stabilisq; manens das cuncta moueri.

In specie significata est prouideutia DEI circa Iacob, quia enim profugus & in periculis constitutus erat, poterat contristari, ideo ostendit ei DEus Angelos ascendentes ad se in supremo scalæ, & à se iterum descendentes, vt si significaret, se in supremo Deitatis throno sedere, ac omnia videre, quæ in mundo aguntur, habereq; Angelos, qui hominum vota, preces, afflictionesq; sibi offerunt, & redeundo, solatia & auxilia reportent, & consequenter DEum etiam pro Iacobo fideli suo seruo, vigilare, ipso etiam dormiente angelosq; in ejus custodiam continuò ascendere & descendere.

IV. *Quid allegoricè significat scala Jacob?* ℞ juxta dicta hîc q. 2. cum Ruperto & Corn. à Lap. Incarnationem Christi: gradus sunt generationes recensitæ à Matthæo & Luca, cujus supremus est Abraham, infimus Ioseph & Maria, per quos ad nos descendit. Duo latera scalæ sunt misericordia & veritas, siue fidelitas DEi de promisso Messia. Scala hæc tangit terram, quia Verbum est incarnatum in terra, eamq; suæ incarnationis tactu benedixit; tangit & cœlum, quia Christus incarnatus est filius DEI, siue DEus homo: Christus enim cœlestia terrenis, ima summis, atq; adeo DEum homini in se conjunxit.

junxit, Ipse est scala nostra, per quam ad DEum ascendimus, nemo enim venit ad Patrem, nisi per Christum. Descendunt Angeli, vt hoc incarnationis mysterium hominibus annuntient, ijdem ascendunt, vt ardentia Patriarcharum desideria & orationes sursum ferant ad DEum. DEus innixus scalæ, est DEus Pater, qui filium suum misit in terram.

S. Petrus Damiani hom. in Nativ. B. V. Fulgentius de Laud. Mariæ. S. Athanasius in Domini occursum per hanc scalam intelligunt Mariam. Vnde etiam S. Germanus Constantinopolitanus orat. 1. de Nativ. B. M. V. vocat eam *scalam vivam, quam rerum artifex DEi Verbum sibi ipsi condidit, cujus ima pars in terra firmata est, summa autem ad cælos usq; porrigitur, in qua DEus requievit, cujus locum Jacob conspexit, per quam sine ulla migratione descendens, vel vt rectiùs loquar, indulgenter se demittens, in terra visus, & cum hominibus conuersatus est.* Innititur huic scalæ DEus, cùm benedicitur Iacob, neq; enim benedictio DEI descendit in terram, nisi per Mariam. Scala hæc salutis est, per quam ascendit miseria nostra, & descendit DEI miseratio: vis cum sponsa Cant. 7. ascendere in palmam, & apprehendere fructus ejus, vis beatitudinem & benedictionem consequi diuinam, scalam adhibe Mariam, & descendet super te benedictio. Ipsa *facta est scala cælestis* ait Aug. serm. 18. de temp. *per quam DEus descendit ad terras, vt per ipsam homines ascendere mereantur ad cælos.*

Quid scala Jacob significet symbolicè, aut tropologicè Vide apud Corn. à Lap.

V. *Cur DEus v. 13 vocat se DEum Abraham & DEum Isaac?* ℞ Mendoza in 1. 1. Reg. c. 3. num. 10. annot. 2. circa literam, lect. 2, quòd Dominus nullius Prophetarum se DEum vocârit, cùm adhuc viuerent in terris, præterquam Isaaci; vocauit se DEum Abraham, DEum Iacob, sed non priusquam denati mundo viuerent ei, qui non est DEus mortuorum, sed viuentium, DEum autem Isaaci se vocat, eo adhuc in viuis agente, vt habetur cit. v. Causam tantæ dignationis refert ille in sacrificium Isaac, per quod sibi quodammodo jam mortuus viuebat immortaliter DEO. *Deus se vocat Deum Abraham & DEum Isaac.*

VI. *Quomodo Jacob v. 20. votum vovit dicens &c.* & addit: ERIT MIHI DOMINUS IN DEUM, quomodo se potuit voto astringere ad illud faciendum, ad quod jam obligabatur, quod enim quis vouet, debet esse in libera vouentis potestate, numquid non secuta illa defensione & nutritione, Iacob non habuisset Dominum in DEum? ℞dent Lyran. Tost, Cajet. Perer. & alij, quòd se Iacob obligârit speciali modo & majori cultu venerari DEum, quàm antea fecit, nempe per victimas & sacrificia &c. Addit Cajet. Non esse inconueniens, materiam voti esse bonum, ad quod quispiam alio nomine tenebatur, vt ex duplici vinculo ad idem teneatur, vinculo scilicet præcepti divini, siue naturalis juris, & vinculo proprij voti. *Vovere ad quod quis obligatur.*

VII. Cur Iacob dicit, *si Dominus fuerit mecum & custodierit me in via* &c. An non credidit verbis DEI: *ero custos tuus quocunq; perrexeris, & reducam te in terram hanc?* Rdet Pererius, potuit Iacob vereri, ne illa DEi promissio esset conditionata, si nempe permaneat vsq; ad extremum in DEI cultu, de quo, quia non erat certus, votum fecit. Potest etiam dici, quòd Iacob non fecerit votum illud primariò ad impetrandum effectum diuinæ promissionis, sed ad declarandum se diuino beneficio gratum fore, quam gratitudinem vouet se exhibiturum post accepta beneficia.

CAPUT XXIX.

Jacob peruenit in Haran. Pro Rachele & Lia seruit Laban 14. annis. Lia parit Ruben, Simeon, Levi & Judam.

Quæstio I. *Cur Laban permisit Rachel filiam juuenculam & formosam in deserto morari, & oves pascere, an non timuit, ne quis pudicitiæ ejus insidiaretur?* ℞ non fuisse solam, sed habuisse secum fratres. Deinde etsi homines ejus temporis malitiosi erant, non tamen audebant virgines opprimere, & sic hæ tunc securiores erant, quàm modò. *Rachel in deserto.*

II. *Cur Jacob pastoribus consilium dedit adaquandi oves & ad pascua reducendi cum nondum esset tempus eas ad caulas reducendi?* ℞ Voluit, vt adaquatis ovibus à putuo discederent, & vt superveniens Rachel cum grege suo sola esset, possetq; ipse cum sola liberiùs & familiariùs colloqui, eamq: in adaquando grege juvare. Deinde voluit se eis affabilem & humanum reddere, eorumq; benevolentiam captare, peregrinorum enim est, omnibus se affabiles reddere, tum ad avertenda odia, insidias & damna, tum ad captandam, benevolentiam, vt tolerentur, informentur, & juventur. *Iacob familiaris pastoribus.*

III. *An non peccavit Jacob pulchritudine Rachel illectus, & ob eam ceu vnicum motivum* *Vxor pulchra.*

tivum

civum eam sibi in uxorem postulans? ℞ negatiuè, licet enim in vxore quærenda spectanda sit imò virtus & mores, secundariò tamen spectari potest pulchritudo, tum vt in ea sistat conjugalis tam amor, quàm concupiscentia, ne ad alias deflectat, tum vt in majori concordia, & amicitia cohabitent, & vir majus solatium habeat in adversis, tum ut ex pulchra vegetiores & pulchriores proles procreentur. Et hoc est, quod vult S. Thomas, cùm docet, non licere ducere vxorem pulchritudinis causâ, vt scilicet sola pulchritudo te à cælibatu avocet ad conjugium, si tamen ad ducendam determinatus es, licere pulchram eligere præ turpi, idq; ob suaviorem convictum, & constantiorem amorem: quanquam non rarò verum est illud Domitiani: *decore nihil gratius, nihil brevius.*

Iacob seruit pro vxore. IV. *Cur Jacob voluit servire pro vxore?* ℞ quia mos erat apud Græcos, Romanos, & Hebræos, vt dato pretio sibi emerent vxorem, prout David emit Michol centum præputijs Philisthinorum 1. Reg 18. v. 25. quia verò Jacob nullum pretium habebat, offert servitia sua per 7. annos Ut autem esset cotractus ex vtraq; parte obligans, sponsus recepta dote se sponsæ vendebat, contra quod Laban iniquè egit, cùm nullam Jacobo dotem reciprocè dederit, contra quod etiam ipsæ filiæ conqueruntur infra c. 31.

Laban pro Rachel substituit Liã. V. *An Laban peccavit pro Rachel substituendo Liam?* ℞ affirmatiuè, nam præterquam quòd author & causa fuit peccati filiæ suæ, fuit etiam ejus leno, cùm eam producit in stuprum ei, quem sciebat non esse maritum. Fuit reus adulterij, quia filiam suam permisit conjugato viro; item incestûs, quia Lia affinis erat Jacobi in primo gradu, utpote vera soror veræ illius conjugis Rachelis. Fiebat & reus pellicatûs, si eam Jacob ducere noluisset vxorem, vt poterat non ducere, nec vitiatam vellet abjicere, eam pellicem habiturus erat. Fuit insuper reus perfidiæ, pacta & promissa, etiam cum graui seruitutis onere conjuncta, violando: quod unum crimen in socero accusat Jacob: Nonne pro Rachel, inquit, seruiui tibi, quare imposuisti mihi? fuit injustitiæ reus in Rachelem, cui rapuit maritum, si is monomagus esse, & consulere honori Liæ voluisset: in Jacobum, quem in odiosas conjiciebat nuptias: in Liam, quam amissa Virginitate, infamiæ & meretricij periculo objecit. Peccavit quidem etiam Lia obtemperando parenti, consensit enim in stuprum, imò adulterium & incestum, sciebat enim Jacobum non suum, sed sororis suæ esse maritum. Potest tamen illi nonnihil patrocinari puellaris simplicitas, & impositum parentis mandatum, & spes futuri matrimonij, ac pudor contemptûs, quòd soror minor natu sibi præposita esset. Jacobum excusat ignorantia, quia bona fide putabat esse Rachelem, non Liam. Virgines enim dum nubebant, verecundiæ causa, in tenebris viri thalamum adibant, idq; velata facie, unde Jacob bona fide processit, nescius quòd Laban fraudulenter secum ageret.

Cur DEus permisit Iacob decipi. VI. *Cur DEus permisit decipi Jacobum, fidelem suum amicum futurum Patriarcham, & patrem populi electi?* ℞ Oleaster: *fortè hac fraude voluit Dominus punire illam, quam fecerat ipse Esau.* Sed Jacob hæc omnia egit DEi instinctu, & ordinatione, dum se vestibus Esau induit, dum manus pellibus obuolvit, vt hac technâ simularet Esau, vt fratri primogenituræ benedictionem eriperet, ergo non deliquit, nec quidquam commisit, quod pœnam mereretur? Esto, attamen DEus ita execratur, & abhorret dolum, vt etiam illum, quem tacitè approbavit, explicitè non approbet, sed alio dolo puniat, vt vel ex hoc homines discant, dolos & astutias vitare, vtpote DEO summè exosas.

CAPUT XXX.

Septem aliæ proles nascuntur Jacobo: unde ipse patriam cogitat, sed novo pacto & mercede à socero detinetur, in quo dolosum socerum justo dolo per decorticationem virgarum decipit & se ditat.

Rachel affectat Mandragoras. QUæstio I. *Cur Rachel tantopere affectavit Mandragoras?* ℞ dent alij ideo, quia Mandragora conducit ad partum & fœcunditatem tribuit. Si dicas Mandragora est frigidissima, ergo obest conceptui, reponunt cum Lævino Lemnio l. de herbis S. Script. c. 2. Mandragoram, quia frigidissima est, in frigidis regionibus, sterilitatem causare, ast in calidis, & torridis, qualis est Judæa & Mesopotamia, in qua habitabat Jacob & Rachel, efficere fœcunditatem; quia æstum & siccitatem vteri temperat & humectat. Attamen certum est, quòd Rachelem non juverit Mandragora, mansit enim adhuc sterilis tribus annis, donec non mandragoræ sed DEi virtute, siue naturali, siue supernaturali, fœcundata est, & peperit Ioseph. Non ergo petijt Rachel Mandragoram ad tollendam sterilitatem, tum quia, licet haberet hanc virtutem, eam fortè ignorabat Rachel, & si non ignoravit, vtiq; citiùs sibi eas vndecunq; comparasset, tum quia, si eo fine

fine voluiſſet habere Mandragoras, vtiq; ea nocte concubitum cum marito affectaſſet, vt adhibito hoc medio ſtatim conciperet, & non ceſſiſſet hanc noctem ſorori. Deinde ſi Mandragoræ hanc virtutem haberent & etiam Liæ id notum fuiſſet, quæ certè eas non ceſſiſſet Racheli, ſed ſibi reſervaſſet, quæ etiam magnopere proles deſiderabat, nec voluiſſet, vt ſoror ſe ſuperior euaderet. Potiùs ergo Rachel affectauit Mandragoras, ob fructûs raritatem, & odoris jucunditatem. Amant enim fœminæ flores, herbas, fructus & ſimilia, præſertim quia fortè Mandragoras nondum viderat, & ſic magis augebatur deſiderium ejus habendi.

Iacob 4 vxores duxit.

II. *Nonne ſignum eſt animi libidinoſi in Iacobo, quòd non contentus vna vxore, quatuor duxerit?* ℞ minimè, quia quantum fuit in ſe contentus fuiſſet Rachele. Liam autem duxit deceptus & quaſi coactus, & commiſeratione ductus. Rachelem etiam deſerere non potuit, tum quia illam multùm afflixiſſet, tum quia jam 7. annis pro illa ſeruierat, imò jam erat vxor illius, quam intimè diligebat. Duas ancillas autem duxit ex perſuaſione Rachelis & Liæ, quarum petitioni ſi non annuiſſet, eas contriſtaſſet, ſibi moleſtas habuiſſet, & pacem domeſticam turbaſſet.

Polygamia an licita.

III. *An Polygamia ſit licita?* ℞ cum Pererio, Polygamia eſt duplex, vna ex parte fœminæ, nempe pluralitas vxorum, reſpectu vnius viri, & hanc quidem per ſe illicitam eſſe certum eſt, eſſe tamen diſpenſabilem; non poteſt in dubium verti, quia viri etiam Sanctiſſimi plures habuerunt vxores, in quo tamen non reprehenduntur, imò filij eorum ex pluribus vxoribus procreati, legitimi ſunt habiti, ad honores euecti, & inter patriarchas computati, & ratio eſt, quia hæc fœminarum pluralitas, non eſt contra primarium finem matrimonij, qui eſt procreatio prolis, ſed contra ſecundarium, nempe pacem domeſticam, quæ quamuis difficulter, abſolutè tamen ſeruari poteſt, nec eſt contra legem naturæ primariam, ſed tantùm ſecundariam, in qua DEus diſpenſare poteſt, ſaltem diſpenſatione impropriè dicta, immutando nimirum materiam legis. Altera polygamia eſt ex parte viri ſiue pluralitas maritorum reſpectu unius vxoris, & hanc ex varijs rationibus illicitam eſſe fusè probat Toſt. ſed ſuccinctè ex eo Pererius in hunc modum. *imò* id repugnat dignitati ſexus virilis, vir enim, vt ait Paulus 1. Cor. 11, caput eſt mulieris: at eſſe plura capita prima & principalia vnius & ejuſdem, pluraq; vnius rationis principia ejuſdem rei & prima, & æquè perfecta, non fert rerum natura. Deinde pax & tranquillitas, bonaq; diſpoſitio œconomicæ gubernationis nulla eſſe poſſet, quot enim capita, tot ſententiæ; quiſq; enim eorum virorum, quod ſibi liberum eſſet, mandaret vxori, & idem fieri vellet, nec alter cederet alteri. Sæpe item eveniret, vt plures eodem tempore debitum peterent ab vxore, quibus illa ſimul ſatisfacere non poſſet, vnde contentiones inter illos orirentur. Præterea id planè contrarium eſt fini, quem natura intendit in matrimonio, nimirum generationem prolis, nam mixtio invicem, & confuſio virilium ſeminum in eadem muliebri vulua, planè corrumpit virtutem ſeminis proliferam, vt animaduertere eſt in meretricibus. Ad hæc ſi qui fortè ex tali matrimonio filij generarentur, iſtorum incertus haberetur pater, ideo præſtantia nobilitatis, quæ ad filios derivatur, planè tolleretur, nec jus hæreditarium conſtaret, Hæreditas enim niſi filijs certò cognitis, non obuenit. Quin etiam periret patrum erga filios, & viciſſim filiorum erga patres naturalis illa paterni & filialis amoris fragrantia & dulcedo. Plura vide apud Pererium hîc.

Polygamia in lege gratiæ an permiſſa.

IV. *Quid in lege gratiæ ſentiendum de polygamia?* ℞ Valentinianus Imperator alioqui Catholicus, vt poſſet plures habere vxores, decrevit polygamiam eſſe licitam. Errorem illum ſecutus eſt Lutherus apud Bellarm. tom. 3. controv. 1. de matrim c. 10. dicens id à DEo prohibitum non eſſe. Idem tenuerunt plures apud Pignat. in noviſſimis conſultat. 118. ſed Trident. Can. 2. ita definivit: *Si quis dixerit licere Chriſtianis plures ſimul habere vxores, & hoc nulla lege Divina eſſe probibitum, anathema ſit.* Ex quo Canone, alijsq; tum Concilijs, tum Canonibus apud Mendo in Statera diſſ. 12. n. 36. Averſam q. 14. S. 1. Pignat. tom. 1. Conſ. 115. n. 6. videtur certum contra Cajet. diſpenſare non poſſe Papam, vt quis habeat plures vxores. Manet tamen controverſum, qua lege Divina id prohibitum ſit? Bellarm. c. 11. putat lege Divina naturali, in qua DEus poſt diluvium diſpensârit pro antiquo teſtamento cum Hebræis ad multiplicandum fidelem populum, quam conceſſionem aliqui putant etiam extenſam eſſe ad gentes, ad propagandum genus humanum diluvio vniverſali imminutum, quæ cauſæ nunc ceſſant, ideoq; ne gentibus quidem licita eſt nunc polygamia. Videri poteſt *Averſa*, qui dicit, DEum eo tempore tantùm mutaſſe materiam juris naturæ, in quantum uni viro dederat poteſtatem tradendi & acquirendi dominium corporum reſpectu plurium vxorum, ſicut cum Hebræis non diſpenſavit in furto, ſed dederat poteſtatem in bona Ægyptiorum, Videri etiam poteſt *Maſtrius* n. 53. vbi dicit polygamiam plurium virorum, cum vna muliere nunquam

esse permissam à DEo, attamen permitti posse, si DEus impediret inconvenientia ex ejusmodi copulis aliàs oritura v. 9. Si faceret non impediri generationes per confusionem seminum, sed tot nasci proles, quot viri talem mulierem cognoscerent.

Pactū Jacobi cū Laban.

V. *Quomodo Jacob & Laban de mercede pacti sunt?* ℟ Pactionis hæc erat conditio, vt oves & capræ tam nigræ, quàm vario sparsæ vellere piloue, separatim pascerentur ab ijs, quibus lana candebat; & harum quidem cura Iacobo: illarum, Labani filijs committeretur; ex albis porrò quæ nascerentur maculosæ, pertinerent ad Iacobum, quæ sine maculis, essent Labani. Videbatur hic astus omnem mercedis spem ademisse Iacob, cùm ex matribus vnicoloribus fœtura non posset exspectari discolor.

Jacob delusit Labanum.

VI. *Qua arte Jacob delusit Labanum, vt longi laboris ferret pretium?* ℟ Virgas striatim decorticat populeas & amygdalinas, easq; ex albo & viridi variatas, proponit in canalibus, unde potus fluebat fœtis gregibus. Ibi tum miraculum naturæ videre licuit; agnæ varietate virgarum oculis & imaginationi objecta, maculosum pleræq; fundunt partum. Id vbi advertit Laban, causam non intelligens, mutat pactum, diversi colores sibi vendicat, reliquos relinquit Iacobo, non meliore infidi locatoris successu, Iacob enim vice versa Serotinis virgas decorticatas objiciebat, primitivis autem non objiciebat, sicq; rursum meliora quæq; in mercedem ejus transibant. *Quid plura* inquit Hieron. *usq; vices decem semper à Laban pecoris sui, sive Jacobi mutata conditio est, & quodcunq; sibi proposuerat, vt nasceretur, in colorem contrarium vertebatur.*

Admissura Primitiva & Serotina quid.

VII. *Quid per primitivam, & quid per serotinam, admissuram intelligitur?* ℟ in Mesopotamia oves bis pepererunt, semel in vere & deinde in autumno, & priores partus primi hi verò serotini admissura vocatus est. Unde Iacob in vere posuit virgas, vt partus verni, qui meliores sunt, varicolores fierent, sibiq; manerent, omisit autem virgarum positionem in autumno, vt partus debiliores fierent vnicolores, & manerent Labano. Sed cur non etiam in Autumno posuit virgas? sic enim adhuc merces sua aucta fuisset. ℟ Ne nimiùm multiplicatus ovibus diversicoloribus Laban artem Iacobi deprehenderet, indignaretur, & mali aliquid inferret. Item ne mercedem suam vltra æquum & plus quàm ei pro labore debebatur, augeret.

VIII. *Quomodo Iacob accepit gregem vnicolorem pascendum, cùm v. 35. dicatur oves vnicolores traditas esse filijs Laban?* ℟ det Corn. à Lap. Unicolores oves tradidisse Laban in manus filiorum suorum, quibus tamen præerat Jacob; diversicolores verò ipsum Laban pauisse cum seruis suis, & sic verificatur, quòd Laban Jacobi curæ demandaverit vnicolores simul tamen & illud verum est, quòd filijs suis tradiderit, quia isti vnà cum Iacob vnicolores pascebant. Associauit autem Laban, filios suos Iacobo, & non seruos, quia illi fideliores erant, & cavebant, ne diversicolores misceret vnicoloribus, & sic mercedem suam augeret multiplicando oves diversorum colorum.

Hac arte Jacob non vitiavit contractū cum Laban

IX. *An Jacob hac arte, quasi fraude, non vitiaverit contractum cum Labano initum, & sic injustè rem alienam acquisiverit, contractus enim intelligebatur de ijs, quæ talia naturaliter & casu, non autem per artem & fraudem nascerentur?* ℟ verum est, contractum ita communiter intelligi solere & debere, sed Iacob hac arte vsus est, titulo compensationis, quia aliter justam mercedem laborum suorum habere non poterat, cùm ergo judicem non haberet, coram quo causam suam ageret, ipse sibi ex necessitate jus dixit, inquit Corn. à Lap. suumq; hac arte repetijt. Præterea fecit id Iacob ex instinctu DEI per Angelum, sibi manifestato: ergo DEus dedit illi has pecudes Labani hac arte nascituras: Sicuti DEus jubens Hebræos spoliare Ægyptum, hoc ipso dedit illis bona Ægyptiorum, Exo. 12.

CAPUT XXXI.

Reuersio Jacob ex Mesopotamia in Chananitidem cum vniuersa familia sua, & pactum inter ipsum & Laban.

Merces Laban decem vicibus mutata.

QUæstio I. *Quomodo Laban Iacobo mercedem mutavit decem vicibus?* ℟ Cajetanus putat esse dictum hyperbolicè, eò quòd aliquoties mutata, ast non videtur sine causa ad hyperbolicam locutionem confugiendum esse, posthabita propria verborum significatione, cùm nihil absurdi inde sequatur, si dicatur decies immutatam esse, nec id repugnet, imò maximè congruat narrationi hujus loci. Alij putant, positum esse numerum definitum pro indefinito, vt sæpe fit in scriptura, & decies positum esse pro sæpissimè, siue fuerit *decies* siue sæpiùs. Sic dixit DEus Num. 14. *tentauerunt me jam per decem vices.* Et Iob, c. 19. *En,* inquit, *decies confunditis me.* Nihilominus S. Hieron.

Hieron. Aug. & alij, propriè accipiunt illud, *decem vicibus* ita vt verba sonant. Ajunt enim in illis sex annis, quibus Iacob pro mercede curavit gregem Laban, decies ipsi factam à Laban mercedis immutationem, Satis erit audire S. Hieron. in traditionibus Hebraicis super hunc locum ita scribentem: Post singulos fœtus semper Laban conditionem mutabat, Si videbat varium nasci pecus, post fœtum dicebat: volo vt in futurum mihi varia nascuntur. Rursum cum vidisset vnius coloris nasci pecora (Iacob quippe, hoc audito, virgas in canalibus non ponebat) dicebat, vt futuros fœtus vnius coloris sibi pecora procrearent. Quid plura vsq; ad decem vices semper à Laban, pecoris sui, siue Iacob, mutata conditio est. Et quodcunq; sibi proposuerat, vt nasceretur, in colorem contrarium vertebatur. Ne cui autem in sex annis decem pariendi vices incredibiles videantur, legat Virgilium à quo dicitur: bis gravidæ pecudes. Natura autem Italicarum ovium & Mesopotamiæ vna esse traditur. Hæc S. Hieron. Ad quæ meliùs intelligenda, putà primo anno, quo inter se pacti sunt, oves solùm semel peperisse, quia fortè primus illius anni partus jam præcesserat: sexto autem anno ante secundum seu serotinum partum cogitabat Iacob recedere, ne serò in autumnum differens abitum ab hyeme in itinere retardaretur, & sic decies pepererant oves, intra sex annos, & decies mutaverat Laban mercedem.

II. *Cur Rachel furata est idola patris sui?* ℞ Varij auctores, varias causas assignant, alij putant ideo, ne pater inspiciendo idola illa, vel consulendo, cognosceret, per quod iter Iacob abijsset; alij ideo, vt si pater eos insequeretur, & fortè comprehenderet, ad ejus Deos confugientes, iram ipsius deprecarentur, ita Iosephus lib. 1. Antiquit. cujus verba sunt. [sigilla verò Deorum suorum ferebat Rachel, non quòd Deos coleret, quorum contemptum à marito didicerat, sed vt si fortè pater fugientes assequeretur, haberet, quo confugeret, veniā impetratura] S. Basil, Nazianz. & Theodor. hanc dant rationem, vt patrem deduceret ab idololatria. S. Basil. super initio lib. Proverb. disputans, vocabulum astutiæ non semper in malā partem accipi, sed esse & malam & bonam astutiam, inter alia sic ait: [Bona fuit astutia Hebræorum, quando Ægyptios decipiebant: tunc enim mercedem accipiebant civitatum à se conditarum, & sibi ipsis materiam suppeditabant ad construendum tabernaculum. Laudabilis fuit astutia obstetricum Ægyptiarum conseruantium masculos Hebræorum. Pulchra fuit astutia Rebeccæ, cùm magnam illam benedictionem filio minori acquireret, præclara fuit astutia Rahab & Rachelis: illius quidem exploratores saluos præstantis; hujus verò patrem decipiendo, ab idololatria illum liberantis] S. Chrysost. Rupertus, Cajet. Oleaster, dicunt, quòd Rachel non omnino fuerit pura ab idololatria, & hinc idola illa secum sumpserit, vt ea coleret, digna relatu sunt verba Ruperti l. 7. in Gen. c. 42. [Porrò Rachel, quæ idola furata est, liquet, quia perfectæ fidei nondum erat; sed antequam obiret, opportunè admodum dictum est à Jacob, domesticis suis: abjicite Deos alienos, qui in medio vestri sunt, & mundamini, & mundate vestimenta vestra: dederunt ergo ei: at ille infodit eos subter terebinthum. Nec multò pòst inibi scriptum est: mortua est Rachel & sepulta est in via, quæ ducit Ephratam, hæc est Bethlehem. Non igitur paruo bono suo Rachel virum fidelem sortita & secuta est, cujus nimirum fide saluata est: sanctificata quippe est mulier infidelis per virum fidelem] *Rachel cur furata est idola patris*

Ad extremum aliqui arbitrantur cum Pererio, Rachelem abstulisse idola patri suo, eò, quòd constarent ex pretiosa materia vel auri vel argenti vel alia quapiam, tum pro mercede qua Maritum suum Iacob fraudauerat, tum pro dote sibi & sorori suæ debita, qua ipsas priuauerat, tradens ferè nudas marito, & quasi seruas vendens, Ex quo patet, quòd non fuerit propriè furtum, quia pro re sibi debita, & injustè negata, aliam justo compensationis titulo sumpsit, & hæc sententia videtur esse verior,

III. *An illud Rachelis furtum idolorum, arguat Rachelem tunc fuisse cultricem idololatriæ?* ℞ det Theodor. q. 86. in Gen. negatiuè, cujus verba sunt: Quidam dixerunt Rachelem surripuisse idola, quòd & ipsa idololatriæ studio teneretur. Ego verò contrà sentio, propterea patri abstulisse idola, quòd sic vellet Patrem ab impio dæmonum cultu liberare: pietatem namq; ejus mulieris satis docuit scriptura dicens Gen. 30. v. 22. *recordatus est DEus Rachelis, & exaudivit eam, & aperuit ejus vulvam.* Cùm enim audisset à Iacob: *numquid ego tibi sum pro DEo, qui te priuauit fructu ventris* ? vehementiores DEo preces obtulit, & adepta est, quod poscebat. Quin etiam post partum suam in DEum pietatem demonstrauit, nato enim filio Ioseph, dixit: *abstulit à me DEus opprobrium, & vocavit nomen ejus Ioseph dicens: addat mihi DEus alterum filium.* Quomodo igitur talis mulier in DEum affectu prædita, idolis, quæ non sunt Dij, inseruire potuit?] Hanc opinionem esse veram non obscurum dat indicium, id quod Rachelem fecisse idolis, quæ abstulerat, narrat Moyses in hoc cap. v. 34. *Cumq; intrasset Laban tentorium Rachel, illa* *Furtum idolorū non arguit idololatriam in Rachele.*

festinans, abscondit idola subter stramenta cameli, & sedit desuper. At si Rachel idola illa, vt Deos suos coluisset, non ita indecenter, neq; irreuerenter, neq; abjectè ea tractasset. Neq; credibile est, quòd Jacob spatio 20. annorum, quibus moratus est in domo Laban, vxores suas in fide veri DEI non instruxerit, & ad eam perduxerit. Quod dicitur de idolis postea repertis in domo Jacob, non est necesse id referre ad Rachelem, sed ad alios, qui erant in domo Jacob, nec fortasse idola habuerunt colendi gratiâ, sed propter materiæ præstantiam. Et verisimile est, idola illa non fuisse allata ex Mesopotamiâ, sed in recenti direptione, ac cæde Sichimitarum fuisse cum alia præda eis ablata.

CAPUT XXXII.

Jacob videt duas Angelorum acies, sibi à DEO in tutelam submissas, metuens fratrem ad eum munera mittit, cum Angelo luctando prævalet, & vocatur Israel.

Angelorum visio facta Iacob.

QUæstio I. *Quomodo Jacobo facta visio Angelorum?* ℟ incertum est, an sub specie visibili, an tantùm per visionem imaginariam, & vtrum in vigiliâ, vel in somno. Placet annotare conjecturam Cajetani ad hunc modum scribentis: [Librando verba Hebraica, apparet non fuisse visionem corporalem, sed internam: Sic enim hebraicè legitur: *& occurrerunt in eo Angeli Elohim*, dicendo, *in eo*, occursum significat internum. Ambiguum tamen restat, an id accidit vigilando, an dormiendo: Sed quia nulla hactenus narrata est visio Jacob, nisi in somnis, suspicor hanc quoq; fuisse in somno. In cujus signum nulla intercessit locutio Angelica: sed sola apparitio per modum occurrentium, cum intelligentia Jacob, quòd erant castra DEi. Hæc Cajetanus. Hebræi, quia vox Mahanaim, est numeri Dualis, putant fuisse bina castra Angelorum, vna antecedentia, occurrentia Jacob ingredienti Palæstinam, & erant Angeli custodes, & præsides illius regionis, qui læti, & quasi gratulabundi excipiebant eum parati ad ejus custodiam & defensionem. Altera erant castra Angelorutm, qui ex Mesopotamia dedu, xerunt eum in eum vsq; locum. Hanc autem visionem objecit DEus Iacob, vt omni cum timore, & angore liberaret, intelligentem sibi divinâ custodiâ & tutelâ protecto, nihil esse à quoquam metuendum. Sic Pererius. Similis ferè visio accidit Helisæo 4. Reg, 6. cùm ostendit puero ministro suo ingentem multitudinem igneorum equorum, & curruum in defensionem ipsius. Fuit exercitus ille Angelorum quasi equestris: hic autem tanquam pedestris.

Iacob timuit Esau.

II. *Cur Jacob timuit Esauum, cùm tamen apparitionibus confortatus, & Divinis promissionibus certificatus erat de tutela & protectione?* ℟det S. Aug. non timuisse Iacob quantum ad suam personam, quam ex manibus Esau eripiendam & salvam perducendam esse, in Chanaan, oraculo divino sciebat, timuisse tamen quantum ad suos, ne fortè strage facta ipse eliberaretur. Quam responsionem confirmat oratio Iacobi, in quo matris & filiorum, non verò sui mentionem facit dum ait, *ne forte veniens percutiat matrem cum filijs.* ℟det 2dò Pererius, quòd secundùm rationem superiorem divinis promissionibus confirmatam non timuerit, timuerit tamen secundùm inferiorem, cujus motus quandoq; judicium præveniunt, donec se homo recolligit. Addit Oleaster, nihil industriæ humanæ prætermisisse Iacob, quia semper ea, quæ in nobis sunt, oportet nos facere, licet de DEi adjutorio certi sumus.

Vir luctans cum Iacob quis.

III. *Quis fuit vir, qui luctabatur cum Jacob* v. 24.? ℟ fuit Angelus, tum quia Osee 12. v. 3. hic vir expresśe vocatur Angelus, tum quia recepta est sententia S. Dionysij cœlestis hierarchæ c, 4. affirmantis omnes divinas visiones, apparitiones & revelationes ante Christi adventum, siue in lege, siue ante legem factas, qualescunq; fuerint, & qualiumcunq; rerum, & quibuscunq; personis contigerint, eas non esse à DEO immediatè profectas, sed ministerio Angelorum peractas, etiam illa quæ facta est in monte Sina, quando lex Hebræis data, licet scriptura dicat descendisse DEum in montem Sina, & dedisse legem, & ille ipse qui apparuit, apertè se DEum appellet, & sui amorem super omnia, & cultum & obsequium, & suæ legis obseruantiam ab Hebræis deposcat, manifestum id faciunt verba S. Pauli, & B. Stephani. Ille quippe Gal. 3. scribit, legem illam per Angelos fuisse ordinatam, hic autem Act. 7. dixit, Iudæos accepisse legem per dispositionem Angelorum. Signanter verò dictum est in plurali numero, per Angelos datam esse legem, id est, per vnum quempiam de numero Angelorum, ne si numero singulari dictum esset, per Angelum, putaretur intelligi Filius DEI, qui nonnunquam appellari solet Angelus, inquit Pererius, qui etiam refert verba S. Hieronymi explanantis

locum

locum illum 1. Pauli ad Gal. [quod ait Paulus, legem fuisse ordinatam per Angelos, hoc vult intelligi, quòd in omni veteri testamento, vbi Angelus primùm visus refertur, & postea quasi DEus loquens inducitur, Angelum quidem verè fuisse vnum de ministris plurimis DEi: eum qui visus sit, sed in illo mediatorem locutum esse, qui dixerit: Ego sum DEus Abraham, DEus Isaac, DEus Iacob. Nec mirum si DEus loquatur in Angelis, cùm etiam per Angelos, qui in hominibus sunt, loquatur DEus in prophetis, dicente Zacharia: c. 1. *& ait Angelus, qui loquebatur in me*, ac deinceps inferente: Hæc dicit Dominus Omnipotens. Sic Hieron. sic etiam hic v. 30. Angelus vocatur DEus, non secundùm personam sed secundùm majestatem & auctoritatem DEi, quam repræsentabat.

Angelus hic fuit bonus.

IV. *Angelus hic fuitne bonus, an malus*? ℞ fuit bonus, patet ex eo, quia Iacob benedictionem petit ab eo. Deinde locus ille vocatus est Phanuel, id est apparitio vel facies DEi, ipseq; Iacob dictus est Israel, id est, prævalens DEO. Angelus hic non fuit custos Esau, qui nomine Esau voluerit impedire Iacobum ab ingressu terræ sanctæ, vt hac ratione eum cogeret ad restituendum Esau sua primogenita, quis enim credat Angelum bonum contra DEi voluntatem, & iniquam causam Esau suscipere & agere voluisse. Sed fuit Angelus hic custos ipsius Iacobi, quia Iacobi, non Esau causam egit, ipsiq; Iacobo in præjudicium Esau benedixit, ipseq; Iacob ait: *Vidi Dominum facie ad faciem, & salva facta est anima mea*, ergo fuit Angelus Iacobi tutelaris & salutifer.

V. *Cur Angelus luctatus est cum Iacobo?* ℞det Corn. à Lap. vt hac lucta sinens se vinci à Iacobo, spem illi faceret, quòd pari modo, imò multò magis fratrem suum Esau, quem timebat, esset victurus & superaturus: hoc enim est, quod ait Angelus v. 28. *Quoniam si contra DEum fortis fuisti, quantò magis contra homines prævalebis*,

Lucta Iacobi fuit corporalis.

VI. *An lucta illa fuerit corporalis & externa, an verò interna & spiritualis, tanquam Iacob visus sit sibi luctari cum aliquo*? ℞ cum Pererio, fuisse corporalem historia ipsa perspicuè ostendit. Nempe peracta est lucta vigilante Iacob, & vtente sensibus externis, & inter luctandum adeo violenter ei percussus est neruus femoris, vt is obtorpuerit, & emarcuerit, ob idq; Iacob claudicare coactus est. Quin etiam id ipsum demonstrat continuatio luctæ per totam noctem usq; ad auroram, & laudata est Jacob fortitudo, & ex eo ipsi inditum nomen Israelis. Hoc præterea confirmat Oseas c. 12. hanc ipsam historiam commemorans, & de Jacob dicens: *invaluit ad Angelum, & in fortitudine sua directus est cum Angelo: & confortatus est, fleuit, & rogauit eum.* Quæ omnia corporalem & sensibilem actionem aperte declarant.

Angelus quomodo non potuit superare Iacobum.

VII. *Quomodo intelligendum est, Angelum non potuisse luctando superare Jacob*? ℞ Tostatus ait: facile Angelum potuisse superare Jacob, sed noluisse, quin etiam simulasse, se eum superare non posse, vt per hoc audacior fieret Iacob ad reluctandum, & animosior factus, nec fratris sui Esau, nec cujusquam hominum iras, odia, minas, insidias, viresq; pertimesceret. Ast hoc videtur contradicere scripturæ, quæ non ait, quòd Angelus non volebat superare, sed quòd non poterat, aliud est autem non velle, & aliud non posse. Deinde si fuit simulatio rei & non veritas, ergo leuis & futilis & ridicula fuit laudatio Angeli prædicantis fortitudinem Iacob, & dicentis: *si fortis fuisti contra DEum, quantò magis contra homines præualebis*? pariter nomen Israel ab Angelo inditum Iacob, significans fortem cum DEo inane fuisset & nihili Deniq; omnia quæ in hac historia, acta & dicta simpliciter memorantur, simulata & ficta fuissent, quod refugit animus credere & sentire. Hebræi ajunt, Angelum non potuisse superare Iacob, quia DEus majorem vim & robur tribuit Iacob ad reluctandum, quàm erat vis & potestas Angeli ad eum prosternendum & superandum. Cajetanus dicit, quòd Angelus vsus sit potentia sua non ex necessitate, sed secundùm arbitrium, præcipuè diuinæ voluntatis, & quòd dispositione diuina decretum factum sit, vt Angelus assumeret corpus in tanta mensura virium, quòd non posset, secundùm eam luctando superare vires Iacob, & sic verificatur, quòd Angelus experimento vidit, quòd non potuit superare Iacob luctando sic Cajet. Quod confirmatur illo Gen. 19. vbi Angelus dixit ad Loth: *festina & saluare ibi, quia non potero facere quidquam, donec ingrediaris illuc.* Cur non poterat Angelus facere quidquam? quia prohibitus à DEO fuerat, gentem & regionem illam non citiùs euertere, quàm ex illo exitio seruatus fuisset Loth. Pererius addit, DEum concurrisse cum virtute Angeli ad luctandum cum Iacob, vt eum vehementer quidem in illa lucta jactare & fatigare posset, non autem superare.

Angelus tetigit neruum Iacob.

VIII. *Cur Angelus tetigit neruum Iacob, vt emarcuerit*? ℞ ne videns Iacob (inquit Theodor.) se fortiter reluctari, & quodammodo præualere Anegelo, sibi de suo robore nimiùm placens & præfidens, superbiret, sed agnosceret victoriam suam, & fortitudinem, DEO acceptam ferri oportere: sensit enim manifestè, facile potuisse ab eo, qui cum lucta-

luctabatur, non modò vinci ſe, ſed etiam occidi, niſi DEo aliter viſum & placitum fuiſſet. Toſtatus aliam addit rationem: Vt ei majorem faceret animum & audaciam, quòd quamvis violenter percuſſus & grauiter dolens, non ceſſiſſet aduerſario, ſed nihilominus in luctando fortiter perſeueraſſet. Vel id fecit oſtendens, ſe quia non poſſet eum ſuperare, velle iſta ratione ex manibus ejus auelli, & ab eo diſcedere. Sic enim in lucta facere ſolent impotentes ſuperare adverſarium; conantur enim quomodocunq; eum lædere, vt illum à ſe repellere, & divellere poſſint.

Claudicatio in Iacob nō fuit perpetua.

IX. *An claudicatio in Iacob perpetua fuerit?* ℟ breui ſublatam fuiſſe. Imò ſecundùm Toſtatum, die proximè ſequenti jam erat ſanatus, ſic enim ſcribit: Iacob poſt ſolis ortum ſanatus eſt ab illa claudicatione, ſiquidem illa ipſa die occurrit fratri ſuo Eſau: nec tamen tunc claudicabat, alioqui ob vitium illud, & fœditatem claudicationis irriſui & contemptui eſſe potuiſſet fratri ſuo: & ille occaſionem habuiſſet interrogandi, vnde talis claudicatio illi contigiſſet, cùm tamen indignus eſſet, vt ei myſterium viſionis & luctæ cum Angelo, reuelaretur.

Angelus diſparuit oriente ſole.

X. *Cur Angelus diſparuit oriente ſole?* ℟ non ideo, quia (vt ex illo Job 38. *vbi eras cùm me laudarent aſtra matutina, & jubilarent omnes filij DEI* Hebræi ridiculè deducunt) ad ortum ſolis Angeli conueniant ad laudes DEo canendas: nam cùm ſingulis inſtantibus ſol alicubi oriatur, ſemper abire, & nunquam venire deberent, ſed diſparuit, vt innueret, noctem quidem contemplationibus diuinis, diem autem actionibus humanis deſtinatam, atq; ita moneret Jacobum, vt iter cœptum perageret.

Iacob quomodo vidit Dominum facie ad faciem.

XI. *Quomodo dicere potuit Iacob:* VIDI DOMINUM FACIE AD FACIEM, cùm DEus ipſe dixerit Moyſi Exod, 33. *faciem meam videre non poteris, non enim videbit me homo, & viuet. Et ſanè quem viderat Iacob, non erat DEus, ſed Angelus DEI, vt dictum eſt, ac ne ipſum quidem Angelum propriè, ſed tantùm corpus ab eo aſſumptum, & in ſimilitudinem hominis figuratum.* ℟ S. Thom. 1. p. q. 12 a. 11 ad prim. ita ſoluit hanc quæſtionem. Quod dicit Jacob: VIDI FACIE AD FACIEM referendum eſt non ad ipſam divinam eſſentiam, ſed ad figuram in qua repræſentabatur DEus. Pererius notat phraſim eſſe linguæ Hebrææ peculiarem & frequentem in ſcriptura, videre aliquem facie ad faciem, pro videre præſentem, & clarè ac diſtinctè, non per obſcuras imagines aut ſimilitudines: ſimiliter loqui cum aliquo facie ad faciem, eſt præſentis vocem & verba diſtinctè & expreſsè audire, licet nulla ejus forma & figura videatur. Nam Deut. 5. dicitur Deus eſſe locutus Hebræis facie ad faciem, nec tamen illi tunc ullam ſpeciem ejus aut figuram viderunt, vt ait Moyſes Deut. 4. ſed quia clarè & expreſsè audierunt vocem & verba DEi loquentis, idcirco dicuntur audiſſe loquentem DEum facie ad faciem. Similem habet ſenſum & intellectum, loqui ore ad os cum aliquo, quomodo dicitur Num. 12. locutus DEus cum Moyſe: *ore*, inquit, ad *os loquor ei, & palàm & non per ænigmata & figuras Dominum videt.*

Quomodo anima Iacobi ſalua facta eſt.

XII. *Quomodo intelligendum illud* v. 30: ET SALVA FACTA EST ANIMA MEA? ℟ aliqui ita intelligunt: vidi Dominum, nec tamen mortuus ſum, ſed ſaluus & incolumis euaſi. Vetus enim & communis erat illorum hominum opinio, nemini mortalium viſionem DEi, citra mortem ejus contingere. Dixit enim DEus Moyſi: *faciem meam videre non poteris; non enim videbit me homo & viuet.* Ideo de Gedeone Jud. 6. ita ſcriptum eſt: *Videns Gedeon, quòd eſſet Angelus Domini ait, Heu mihi Domine DEus, quia vidi Angelum Domini facie ad faciem, dixitq; ei Dominus: pax tecum, ne timeas, non morieris.* Simile quid inuenies eodem l. c. 13 de Manue patre Samſonis, & Deut. 5. Pererius aliter explicat. *Vidi Dominum & ſalua facta eſt anima mea*, id eſt, vehementer recreatus & confortatus ſum, tam præclarum & proſperum Iſraelis nomen accipiens, & optata ejus benedictione affectus: vel liberatus ſum omni ſolicitudine ac timore, quo aduentum fratris mei Eſau formidabam. Itaq; quod hic dicitur: *ſalva facta eſt anima mea* idem eſſe videtur, quod dixit Oſeas c. 12. de Iacob *& confortatus eſt.*

CAPUT XXXIII.

Jacob ſua ſubmiſſione, & muneribus placat & deuincit ſibi fratrem Eſau. Habitat in Socoth, & in Salem, Deoq; liberatori ſuo altare erigit.

Adoratio quid ſignificat.

QUæſtio I. *Quomodo Iacob v. 3. dicitur adoraſſe pronus in terram?* ℟ Verbum adorare, & nomen ipſum adorationis, ferè uſurpant nunc Theologi pro reverentia & honore, qui ſoli DEo conueniens & debitus eſt, quem vocant latriam. Hebræum tamen verbum Sahah indifferenter ac in vniuerſum ſignificat exteri-

orem

orem quandam reuerentiam, quæ fit incuruando, & inclinando corpus cuicunq; personæ ea exhibeatur, siue DEo, siue Angelo, siue homini. S. Thom. 2. 2. q. 84 a. 1. ait reuerentiam deberi DEo propter ejus excellentiam, & quia ea quodammodo etiam cum quibusdam creaturis communicatur, non quidem secundùm æqualitatem, sed secundùm quamdam participationem, idcirco quibusdam personis excellentibus tribuitur reuerentia quædam exterior similis ei quæ exhibetur DEO. Inter actus porrò exteriores ad reverentiam pertinentes, præcipua est adoratio: quæ quidem alio modo, alioq; sensu menteq; adorantis tribuitur DEO, quàm Angelo vel homini. Nathan legitur adorasse Dauidem; & Abraham adorauit Angelos, quos esse putabat homines, & Josue adorauit Angelum, qui ei apparuit. At verò secundùm modum adorationis soli DEo conuenientem ac debitum, Mardochæus noluit adorare Aman, timens ne honorem DEI transferret ad hominem vt dicitur Esther 13. Ob eamdem quoq; causam prohibitus est Joannes adorare Angelum, vt habes Apoc. ult. Quamquam non est credibile, Joannem voluisse adoratione Latriæ adorare Angelum; sed ei fuisse interdictum ejusmodi adoratione, quæ alioqui Angelo non erat inconueniens, nec indecens, vt ostenderetur excellentia dignitatis, quam homo adeptus erat per Christum, qui hominem æquiparauit Angelis. Angelus talem adorationem rejecit inquit Pererius in c. 23. Gen. n. 26 Nempe id fecit vt ostenderet, quanti facerent Angeli, quantumq; honorarent humanam naturam, postquam illam filius DEI assumpserat, & super omnem cœlestium spirituum altitudinem extulerat, simulq; demonstrare voluit, viros Apostolicos, qui erant ministri DEI in prædicando euangelio, & hominibus ad DEum conuertendis, esse ratione hujus muneris & ministerij æquales Angelis, qui simili quoq; munere & ministerio funguntur. *Omnes enim ait Paul. Heb. 1. administratorij sunt spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis* atq; hanc ipsam causam significavit Angelus, cur se adorari vetaret, subjungens: *Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum testimonium habentium Jesu.* Quid est inquit S. Greg. hom. 8. in Euangel. quòd ante Redemptoris aduentum ab hominibus adorantur Angeli, & tacent: postmodum verò adorari refugiunt? nisi quòd naturam nostram, quam priùs despexerant, postquam hanc super se assumptam conspiciunt, sibi prostratam videre pertimescunt? nec jam sub se velut infirmam contemnere ausi sunt, quam super se, videlicet in cœli rege, venerantur Hæc Greg Jacob ergo adorauit, id est reuerentiam, non sacram nec diuinam, sed humanam & ciuilem fratri suo exhibuit, inclinando se in terram usq; septies, per modica interualla, donec ad fratrem perueniret.

II. *An Iacob non sit mentitus v. 10. dicendo se vultum Esau vidisse sicut vultum DEi, item, quando dixit se iturum in Seir, quo tamen postea non venit?* ℞ ad vtrumq; negatiuè. Primum enim verum erat juxta Tostatum, cùm Iacob vehementer paveret adventum Esau, postea expertus ejus benevolentiam, & humanitatem, perinde lætatus est, ac si aspectu Angeli exhilaratus, & confirmatus fuisset. Non enim tantùm liberatus est metu mortis, quam valde formidabat, sed etiam perhumaniter ac peramanter acceptus est ab Esau, præter omnem ejus exspectationem] breviter hanc quæstionem solvit Pererius dicendo locutionem esse hyperbolicam & in communi sermone & in sacris literis vsitatam. Significatur enim abundantia & exuperantia quædam gaudij & lætitiæ, vt sit sensus; majorem in modum lætatus sum aspectu tuo, maximoq; affectus sum gaudio. Ad 2dum dicit S. Aug q. 106. in Gen. quòd Iacob mutaverit sententiam, quamvis verè & ex animo promisisset se iturum in Seir, veritus tamen, ne illic diutiùs detineretur à fratre, & redintegrata benevolentia levi quapiam occasione disjungeretur, quam primum Esau domum reversus est, Iacob eo dimisso venit in Socoth.

III. *Cur Iacob tantùm de prolibus respondet, interroganti fratri etiam de mulieribus?* ℞ Si Esau audivisset Iacobum habere 4. vxores, ex innata sua mala indole de eo sinistre sensisset, & libidinosum esse suspicatus fuisset, hinc maluit Iacob nunc de vxoribus tacere, donec commodiorem nactus occasionem, rei gestæ seriem explicatiùs narret, si fortè id Esau vellet scire. Præterea voluit Iacob de ijs tantùm respondere, quæ DEi misericordiâ & benignitate acquisiuerat, proles autem ex singulari DEi dono acceperat, vxores autem vel ex dolo Labani, vel ex vxorum suasu duxerat. Prolium ergo tantùm facit mentionem, vt sic fratri innotesceret, DEi erga Iacobum bonitas & providentia.

CAPUT

CAPUT XXXIV.

Dina filia Jacob curiosa violatur. Ad suasionem suorum fratrum dolosam Sichimitæ circumciduntur. Duo filij Jacob civitatem ipsam depopulantur, unde non sine causa familiæ propriæ timetur.

Sichem offert munera.

QUæstio I. *Quid denotant verba Sichem ad Patrem & fratres Dinæ v.* 12 AUGETE DOTEM ET MUNERA POSTULATE: ℟ ad hæc intelligenda, revocanda sunt illa verba Exod. 22. v. 16. & 17. *Si seduxerit quisquam necdum desponsatam, dormieritq; cum ea: dotabit eam, & habebit eam vxorem. Si Pater virginis dare noluerit: reddet pecuniam juxta modum dotis, quam Virgines accipere consueuerunt.* Hæc quidem per legem Moysis instituta sunt, verisimile tamen est etiam ante hanc legem apud illas gentes hoc in more fuisse. Unde probabile est Sichem locutum esse de muliebri dote, quam Dina, si voluntate parentum ei nupsisset, afferre ipsi debuisset, significatq; istis verbis, se non modò velle accipere Dinam prorsus indotatam sed insuper velle dotem ei dare, quæ propria ipsius esset, & hanc, quamcunq; ipsi postulassent. Quin etiam præter istam dotem, daturum se munera parentibus & cognatis ejus, vt mos erat tunc facere viros, cùm ducerent uxores. Nimirum quia Sichem insigni affecerat injuriâ & dedecore tum puellam, tum parentes & fratres ejus, per vim rapiendo & vitiando ingenuam & nobilem virginem, ideo voluit ista ratione talem injuriam compensare, damnumq; famæ resarcire.

Connubia cum incircumcisis nō erant vetita Hebræis.

II. *An interdictum fuit Hebræis connubia facere cum hominibus incircumcisis, prout indicare videntur verba v. 14.?* ℟det quidem Cajet. affirmatiuè, ita scribens: *Hine habetur, quòd decreta à DEO circumcisione masculorum, decretum simul est, vt fœminæ seminis Abrahæ non nuberent, nisi circumcisis.* Ast hoc decretum nullibi exstat, imò centrarium docent exempla Patriarcharum, qui matrimonium contraxerunt cum gentibus incitcumcisis. Ipse Abraham auctor fuit conjugij filij sui Isaac cum Rebecca, quæ erat de gente hominum incircumsorum Gen. 24. Et Jacob duxit vxores duas filias Laban hominis incircumcisi, & Judas accepit vxorem Chananæam Gen. 38. & Joseph mulierem Ægyptiam Gen. 41. & Moyses Madianitem & Æthiopissam Exod 2. & Numer. 12. si dicas exempla solùm probant, viris Hebræis licuisse ducere fœminas incircumcisas, non autem probant, licitum fuisse puellas Hebræas dare in matrimonium viris incircumcisis. Ast ego quæro aliquam rationem probabilem istius diversitatis. Probabilius putat esse Pererius, filios Iacob non simpliciter locutos esse de ineundo matrimonio cum incircumcisis, sed præter hoc addidisse, habitare simul cum illis, & fieri vnum populum cum illis, hoc facile crediderim illicitum fuisse Hebræis, non ex aliquo Divino præcepto expresè illis tradito, sed ex traditione Majorum suorum, quæ vel ex inspiratione divina, vel etiam ex revelatione quapiam originem habuerit. Consociatio enim & coadunatio hominum in vnum populum requirit vnitatem legis, & religionis, quæ si diversa fuerit, malè coalescet populus in vnum corpus, pacificè & quietè.

Filij Jacob peccarunt edendo stragem.

III. *An filij Jacob edendo stragem Sichimitarum, peccarint?* ℟ cum communi, eos peccasse, probatur ex verbis Iacobi tum hoc loco, cùm factum indignabundus improbat: *turbastis me, & odiosum me fecistis Chananæis & Pherezæis habitatoribus terræ illius, nos pauci sumus, illi congregati percutient me, & delebor ego & domus mea,* tum Gen. 49. v. 5. & seq. vbi sic ait: [*Simeon & Levi vasa iniquitatis bellantia, in consilium eorum non veniat anima mea; quia in furore occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum: maledictus furor eorum, quia pertinax; & indignatio eorum, quia dura.*] Pererius obseruat tria peccata eorum, quæ præcesserunt cædem Sichimitarum; alia tria, quæ circa ipsam cædem admissa sunt; item alia tria quæ ipsam cædem subsecuta sunt. Imò namq; in eo deliquerunt, quòd inconsulto patre, quem illata Dinæ injuria propiùs attingebat; proprio judicio & auctoritate, ab cœco animi furore facinus illud sint aggressi. 2*dò* quòd mendacium perniciosissimum & perjurium commiserint, pactum cum Sichimitis ineuntes, quod violare decreverant. 3*tiò* quòd Sacramento circumcisionis ad dolum suum celandum, & exitium Sichimitis inferendum sacrilegè abusi sint, & quod ad salutem hominum institutum erat, ipsi verterunt in exitium. Circa ipsam verò cædem Sichimitarum fuerunt tria eorum peccata. 1*mum* quòd extremam crudelitatem in Sichimitas exercuerint, dum ipsos ex recenti Circumcisionis vulnere debilitatos & ægrotantes, ad bellum imparatos, ad resistendum invalidos trucidarunt. 2*dum* quòd vindictam longè graviorem de Sichimitis sumpserint, quàm eorum facinus mereretur: siquidem Sichem princeps Dinam ducere voluit vxorem: ideoq; se populumq; suum Circumcisionis cultro subjecit.

subjecit. Accipere paratus erat indotatam, imò & augere dotem ex proprijs bonis, quantum Iacob & filij ejus postulassent, Quæ certè illatam injuriam maxima ex parte compensassent. 3tium quòd non solùm filium Regis stupri auctorem, non solùm ejus famulos, quiq; suas illi operas ad Dinæ raptum contulerunt, sed Sichimitas ad vnum omnes, insontes licet, hujusq; flagitij minimè participes aut conscios occiderunt. Post patratam cædem nondum exsaturata ira, tanto hominum exitio, in omnia bona Sichimitarum grassati sunt hostili furore, depopulantes eorum agros, deprædantes cunctos greges, & armenta, diruentes mœnia vrbis, vel, vt Jacob dixit Gen. 49 suffodientes murum, diripientes vrbem, cunctaq; vastantes, quæ in domibus erant & in agris. His accessit alterum peccatum, quòd tali præda, tantoq; excidio non contenti, etiam paruulos & fœminas subjugantes captiuitati, in seruitutem abduxerint. Tertium peccatum fuit, quòd tali facinore patrato, in summum discrimen, & patris sui, & suam vitam & fortunas omnes, cunctamq; familiam præcipitauerint. Nisi enim DEus auertisset, Jacob cum filijs, omniq; familia, ab illius terræ habitatoribus, finitimisq; gentibus trucidatus & deletus fuisset.

Nec patrocinatur filijs Jacob, quòd ejus familia separatam remp. constituebat, vnde poterat jure belli vindictam quærere, super injuria sibi illata, præsertim cùm Hemor & Sichem ad nullum superius tribunal trahi possent, quia non publica auctoritate, sed priuato temerario ausu, non consulto & approbante patre, qui familiæ caput erat, facinus aggressi sunt.

Si dicas Judith c. 9. v. 2. laudare videtur hoc facinus & zelum Simeonis & Leui, ait enim: *DEus patris mei Simeon, qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum &c.* ℞ deo. Judith hîc laudat non Simeonis, sed DEI justitiam, qua permisit trucidari impuros Sichimitas, vsus ad hoc audacia & robore æquè ac scelere & perfidia Simeonis & Leui. Sic enim DEus dicitur dare gladium Turcis & paganis, cùm eorum viribus & armis vtitur ad puniendum peccata fidelium. Sic Isaiæ c. 10. dicitur: *Virga furoris mei Assur.* Sic Attila dicebat se esse flagellum DEI. Similiter ergo DEus dedit gladium, id est, fortitudinem Simeoni & Leui ad ultionem raptûs Dinæ; sed non tali modo & perfidia peragendam. Sic enim ipsi ea abusi sunt. Licet enim ipsi ex zelo id fecerint, vt ait Iudith, tamen zelus iste fuit contra justitiam, quia contra pacta inita. Pariter dicit Iudith DEum dedisse omnem prædam Sichimorum seruis suis, eò quòd pudicitiæ zelum habuissent, quatenus scilicet zelus hic erat zelus pudicitiæ, non autem quatenus indiscretus fuit, injustus, mistusq; cum perfidia, alijsq; sceleribus. Sic DEus obstetricibus Ægyptiorum, per mendacium seruantibus paruulos Hebræorum, ædificauit domos, non propter mendacium, sed ob pium affectum, & beneficium paruulis impensum. In vno enim eodemq; opere inquit Corn. à Lap. aliquid subinde est boni, quod præmiat DEus, & aliquid mali, quod odit & detestatur.

CAPUT XXXV.

Jacob familiam suam Idolis expurgat, aram DEO ædificat, rursum à DEo vocatur Israel, Rachel in partu Benoni moritur, item Isaac.

Quæstio I. *Vnde Iacob agnouit Deos alienos esse inter domesticos suos?* ℞ Rupertus putat id ei innotuisse per diuinam reuelationem proximè habitam, sic enim scribit l. 8. in Gen. c. 12. Hac eadem visione Iacob perdoceri potuit, esse in domo sua scelus idololatriæ: nec posse stare se coram inimicis suis, eosq; fugare, quamdiu domus sua illo contaminata esset scelere, quemadmodum DEus dixit Josue c. 7. v. 12. *Nec poterit stare Israel ante hostes suos, eosq; fugare, quia pollutus est anathemate* &c.

II. *Quænam fuerunt illa idola, quæ Jacob reperit apud domesticos suos?* ℞ Iosephus l. 3. antiquit. putat eadem esse, quæ Rachel furata est Patri suo c. 31. Ast Jacob inuenisse idola non apud vnam Rachelem, sed apud plures domesticos, satis indicat pluralis numerus, quo vtitur scriptura, dicit enim Iacob: *abjicite Deos alienos, qui in medio vestri sunt:* Et: *dederunt ei omnes Deos alienos, quos habebant.* Imò juxta dicta c. 31. q. 3. non est verisimile eo tempore idola Labani fuisse apud Rachelem, quomodo enim tanto tempore Rachel idola illa potuisset celare virum suum, aut quomodo Iacob ea tamdiu domi suæ passus fuisset, jam enim 10 anni elapsi erant, ex quo ea Rachel furata fuerat. Probabilius ergo est ea idola fuisse penes famulos suos, qui ea repererant in direptione Sichimitarum & cum cætera præda propter pretium operis abstulerant. *Idola domesticorũ Iacobi quæ?*

III. *Cur ea Iacob vocauit Deos alienos?* ℞ tum quia sola gens Hebræa verum DEum colebat, alienigenæ autem, & gentes extraneæ istiusmodi Deos colebant, tum quia, *Idola vocat Deos alienos.*

CAPUT XXXIV.

Dina filia Jacob curiosa violatur. Ad suasionem suorum fratrum dolosam Sichimitæ circumciduntur. Duo filij Jacob civitatem ipsam depopulantur, vnde non sine causa familiæ propriæ timetur.

Sichem offert munera.

QUæstio I. *Quid denotant verba Sichem ad Patrem & fratres Dinæ v.* 12 AUGETE DOTEM ET MUNERA POSTULATE: ℟ ad hæc intelligenda, revocanda sunt illa verba Exod. 22. v. 16. & 17. *Si seduxerit quisquam necdum desponsatam, dormieritq; cum ea: dotabit eam, & habebit eam vxorem. Si Pater virginis dare noluerit: reddet pecuniam juxta modum dotis, quam Virgines accipere consueuerunt.* Hæc quidem per legem Moysis instituta sunt, verisimile tamen est etiam ante hanc legem apud illas gentes hoc in more fuisse. Unde probabile est Sichem locutum esse de muliebri dote, quam Dina, si voluntate parentum ei nupsisset, afferre ipsi debuisset, significatq; istis verbis, se non modò velle accipere Dinam prorsus indotatam sed insuper velle dotem ei dare, quæ propria ipsius esset, & hanc, quamcunq; ipsi postulassent. Quin etiam præter istam dotem, daturum se munera parentibus & cognatis ejus, vt mos erat tunc facere viros, cùm ducerent uxores. Nimirum quia Sichem insigni affecerat injuriâ & dedecore tum puellam, tum parentes & fratres ejus, per vim rapiendo & vitiando ingenuam & nobilem virginem, ideo voluit ista ratione talem injuriam compensare, damnumq; famæ resarcire.

Connubia cum incircumcisis nõ erant vetita Hebræis.

II. *An interdictum fuit Hebræis connubia facere cum hominibus incircumcisis, prout indicare videntur verba v. 14.?* ℟det quidem Cajet. affirmatiuè, ita scribens: *Hinc habetur, quòd decreta à DEO circumcisione masculorum, decretum simul est, vt fœminæ seminis Abrahæ non nuberent, nisi circumcisis.* Ast hoc decretum nullibi exstat, imò contrarium docent exempla Patriarcharum, qui matrimonium contraxerunt cum gentibus incircumcisis. Ipse Abraham auctor fuit conjugij filij sui Isaac cum Rebecca, quæ erat de gente hominum incircumsorum Gen. 24. Et Jacob duxit vxores duas filias Laban hominis incircumcisi, & Judas accepit vxorem Chananæam Gen. 38. & Joseph mulierem Ægyptiam Gen. 41. & Moyses Madianitem & Æthiopissam Exod 2. & Numer. 12. si dicas exempla solùm probant, viris Hebræis licuisse ducere fœminas incircumcisas, non autem probant, licitum fuisse puellas Hebræas dare in matrimonium viris incircumcisis. Ast ego quæro aliquam rationem probabilem istius diversitatis. Probabilius putat esse Pererius, filios Iacob non simpliciter locutos esse de ineundo matrimonio cum incircumcisis, sed præter hoc addidisse, habitare simul cum illis, & fieri vnum populum cum illis, hoc facile crediderim illicitum fuisse Hebræis, non ex aliquo Divino præcepto expresè illis tradito, sed ex traditione Majorum suorum, quæ vel ex inspiratione divina, vel etiam ex revelatione quapiam originem habuerit. Consociatio enim & coadunatio hominum in vnum populum requirit vnitatem legis, & religionis, quæ si diversa fuerit, malè coalescet populus in vnum corpus, pacificè & quietè.

Filij Jacob peccarunt edendo stragem.

III. *An filij Jacob edendo stragem Sichimitarum, peccarint?* ℟ cum communi, eos peccasse, probatur ex verbis Iacobi tum hoc loco, cùm factum indignabundus improbat: *turbastis me, & odiosum me fecistis Chananæis & Pherezæis habitatoribus terræ illius, nos pauci sumus, illi congregati percutient me, & delebor ego & domus mea.* tum Gen. 49. v. 5. & seq. vbi sic ait: [*Simeon & Levi vasa iniquitatis bellantia, in consilium eorum non veniat anima mea; quia in furore occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum: maledictus furor eorum, quia pertinax; & indignatio eorum, quia dura.*] Pererius obseruat tria peccata eorum, quæ præcesserunt cædem Sichimitarum; alia tria, quæ circa ipsam cædem admissa sunt; item alia tria quæ ipsam cædem subsecuta sunt. 1mò namq; in eo deliquerunt, quòd inconsulto patre, quem illata Dinæ injuria propiùs attingebat; proprio judicio & auctoritate, ab cœco animi furore facinus illud sint aggressi. *2dò* quòd mendacium perniciosissimum & perjurium commiserint, pactum cum Sichimitis ineuntes, quod violare decreverant. *3tiò* quòd Sacramento circumcisionis ad dolum suum celandum, & exitium Sichimitis inferendum sacrilegè abusi sint, & quod ad salutem hominum institutum erat, ipsi verterunt in exitium. Circa ipsam verò cædem Sichimitarum fuerunt tria eorum peccata. *1mum* quòd extremam crudelitatem in Sichimitas exercuerint, dum ipsos ex recenti Circumcisionis vulnere debilitatos & ægrotantes, ad bellum imparatos, ad resistendum invalidos trucidarunt. *2dum* quòd vindictam longè graviorem de Sichimitis sumpserint, quàm eorum facinus mereretur: siquidem Sichem princeps Dinam ducere voluit vxorem: ideoq; se populumq; suum Circumcisionis cultro subjecit.

ſubjecit. Accipere paratus erat indotatam, imò & augere dotem ex proprijs bonis, quantum Iacob & filij ejus poſtulaſſent. Quæ certè illatam injuriam maxima ex parte compenſaſſent. *3tium* quòd non ſolùm filium Regis ſtupri auctorem, non ſolùm ejus famulos, quiq; ſuas illi operas ad Dinæ raptum contulerunt, ſed Sichimitas ad vnum omnes, inſontes licet, hujuſq; flagitij minimè participes aut conſcios occiderunt. Poſt patratam cædem nondum exſaturata ira, tanto hominum exitio, in omnia bona Sichimitarum graſſati ſunt hoſtili furore, depopulantes eorum agros, deprædantes cunctos greges, & armenta, diruentes mœnia vrbis, vel, vt Jacob dixit Gen. 49 ſuffodientes murum, diripientes vrbem, cunctaq; vaſtantes, quæ in domibus erant & in agris. His acceſſit alterum peccatum, quòd tali præda, tantoq; excidio non contenti, etiam paruulos & fœminas ſubjugantes captiuitati, in ſeruitutem abduxerint. Tertium peccatum fuit, quòd tali facinore patrato, in ſummum diſcrimen, & patris ſui, & ſuam vitam & fortunas omnes, cunctamq; familiam præcipitauerint. Niſi enim DEus auertiſſet, Jacob cum filijs, omniq; familia, ab illius terræ habitatoribus, finitimiſq; gentibus trucidatus & deletus fuiſſet.

Nec patrocinatur filijs Jacob, quòd ejus familia ſeparatam remp. conſtituebat, vnde poterat jure belli vindictam quærere, ſuper injuria ſibi illata, præſertim cùm Hemor & Sichem ad nullum ſuperius tribunal trahi poſſent, quia non publica auctoritate, ſed priuato temerario auſu, non conſulto & approbante patre, qui familiæ caput erat, facinus aggreſſi ſunt.

Si dicas Judith c. 9. v. 2. laudare videtur hoc facinus & zelum Simeonis & Leui, ait enim: *DEus patris mei Simeon, qui dediſti illi gladium in defenſionem alienigenarum &c.* ℟deo. Judith hîc laudat non Simeonis, ſed DEI juſtitiam, qua permiſit trucidari impuros Sichimitas, vſus ad hoc audacia & robore æquè ac ſcelere & perfidia Simeonis & Leui. Sic enim DEus dicitur dare gladium Turcis & paganis, cùm eorum viribus & armis vtitur ad puniendum peccata fidelium. Sic Iſaiæ c. 10. dicitur: *Virga furoris mei Aſſur.* Sic Attila dicebat ſe eſſe flagellum DEI. Similiter ergo DEus dedit gladium, id eſt, fortitudinem Simeoni & Leui ad ultionem raptûs Dinæ; ſed non tali modo & perfidia peragendam. Sic enim ipſi ea abuſi ſunt. Licet enim ipſi ex zelo id fecerint, vt ait Iudith, tamen zelus iſte fuit contra juſtitiam, quia contra pacta inita. Pariter dicit Iudith DEum dediſſe omnem prædam Sichimorum ſeruis ſuis, eò quòd pudicitiæ zelum habuiſſent, quatenus ſcilicet zelus hic erat zelus pudicitiæ, non autem quatenus indiſcretus fuit, injuſtus, miſtuſq; cum perfidia, alijſq; ſceleribus Sic DEus obſtetricibus Ægyptiorum, per mendacium ſeruantibus paruulos Hebræorum, ædificauit domos, non propter mendacium, ſed ob pium affectum, & beneficium paruulis impenſum. In vno enim eodemq; opere inquit Corn. à Lap. aliquid ſubinde eſt boni, quod præmiat DEus, & aliquid mali, quod odit & deteſtatur.

CAPUT XXXV.

Jacob familiam ſuam Idolis expurgat, aram DEO ædificat, rurſum à DEo vocatur Iſrael, Rachel in partu Benoni moritur, item Iſaac.

QUæſtio I. *Vnde Iacob agnouit Deos alienos eſſe inter domeſticos ſuos?* ℟ Rupertus putat id ei innotuiſſe per diuinam reuelationem proximè habitam, ſic enim ſcribit l. 8. in Gen. c. 12. Hac eadem viſione Iacob perdoceri potuit, eſſe in domo ſua ſcelus idololatriæ: nec poſſe ſtare ſe coram inimicis ſuis, eoſq; fugare, quamdiu domus ſua illo contaminata eſſet ſcelere, quemadmodum DEus dixit Joſue c. 7. v. 12. *Nec poterit ſtare Iſrael ante hoſtes ſuos, eoſq; fugare, quia pollutus eſt anathemate* &c.

II. *Quænam fuerunt illa idola, quæ Jacob reperit apud domeſticos ſuos?* ℟ Ioſephus l. 3. antiquit. putat eadem eſſe, quæ Rachel furata eſt Patri ſuo c. 31. Aſt Jacob inueniſſe idola non apud vnam Rachelem, ſed apud plures domeſticos, ſatis indicat pluralis numerus, quo vtitur ſcriptura, dicit enim Iacob: *abjicite Deos alienos, qui in medio veſtri ſunt:* Et: *dederunt ei omnes Deos alienos, quos habebant.* Imò juxta dicta c. 31. q. 3. non eſt veriſimile eo tempore idola Labani fuiſſe apud Rachelem, quomodo enim tanto tempore Rachel idola illa potuiſſet celare virum ſuum, aut quomodo Iacob ea tamdiu domi ſuæ paſſus fuiſſet, jam enim 10 anni elapſi erant, ex quo ea Rachel furata fuerat. Probabilius ergo eſt ea idola fuiſſe penes famulos ſuos, qui ea repererant in direptione Sichimitarum & cum cætera præda propter pretium operis abſtulerant. *Idola domeſticorũ Iacobi quæ?*

III. *Cur ea Iacob vocauit Deos alienos?* ℟ tum quia ſola gens Hebræa verum DEum colebat, alienigenæ autem, & gentes extraneæ iſtiuſmodi Deos colebant, tum quia, *Idola vocat Deos alienos.*

cùm reuera essent Dæmones, mentes atq; animos hominum à veri DEI cognitione & cultu abalienabant, tum etiam quia nomen DEI prorsus alienum illis, & nullo modo conueniens erat. Etenim verus DEus est, qui fecit cœlum & terram; isti autem erant hujus DEi creaturæ, & inter eas pessimi & abjectissimi, qui per homines auferri poterant.

Munditiesinterior & exterior. IV. *Quid Iacob per illa verba:* MUNDAMINI ET MUTATE VESTIMENTA VESTRA, *imperat?* ℞. duplicem munditiam, nimirum interiorem animi ab ipsa immunditia idololatriæ, & aliorum peccatorum, & exteriorem, quæ in lotione & mutatione vestium posita erat, quantum autem prior posteriori præferenda est, indicatur Isaiæ c. 1. illis verbis: *lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis*, quod Jacob suis imperauit, idem postea DEus fieri voluit ab Hebræis daturus illis legem in monte Sina Exod. c. 19, ubi mandat Moysi: *Vade ad populum & Sanctifica illos hodie & cras, laueutq; vestimenta sua*, vbi ly sanctifica requirit interiorem, ly autem, *lauent vestimenta sua*, exteriorem munditiem.

Iacob dicitur Israel. V. *Quomodo dicatur hîc mutatum fuisse nomen Jacob in Israel, cùm id jam ante decem fermè annos factum fuerit ab Angelo, qui luctabatur cum Iacob* Gen. 32? ℞. Impositio nominis Israel hoc loco facta, non fuit noua, sed prioris olim factæ renouatio quædam & confirmatio, vt diuinæ promissionis per nomen Israel significatæ fides & fiducia certior in animo Iacob firmaretur. Sic etiam Abrahæ, Isaac & Iacob easdem promissiones de multiplicando semine, de danda in possessionem terra Chanaan, DEus aliquoties repetijt, & iteratò confirmauit, vt eos in spe & fiducia erigeret, quia enim homines pusillanimes sumus, & suboriente noua tentatione & aduersitate animo cadimus, nouis DEI promissis erigimur.

Retinet tamen nomẽ Iacob. VI. *Cur impositione nominis Israel facta, nihilominus dum vixit, & post mortem frequentiùs vocatur nomine Iacob quàm Israelis; quomodo ergo verè dictum est ei, non vocaberis ultra Iacob, sed Israel erit nomen tuum?* ℞det Pererius, quòd scriptura frequenter nomina imponat, non vt iisdem nominibus talis vocetur, sed vt illud, quod nomine significatur, in ipsis impleatur, sic de Christo dicitur, *vocabitur nomen ejus Emmanuel, Princeps pacis &c.* quo nomine tamen numquam vocatus est, sed quod nomine significatur, impletum est: sic etiam de Iacob dicitur: *non vocaberis vltra Iacob*, quasi diceret, non eris imposterum luctator & supplantator, sed Israel, fortis cum DEo superior & princeps aliorum. Potest etiam dici immutationem nominis intelligendam de semine seu posteris Iacobi; isti enim numquam vocati sunt Iacobitæ, sed semper Israelitæ, quod confirmatur à simili, sicut enim DEus promisit Abrahæ, imò ipsi etiam Iacob; *Tibi dabo terram hanc*, & tamen hoc de posteris ejus intelligendum est; ita similiter dicit, ipsum non ampliùs vocatum iri Iacob sed Israel, hoc de posteris accipiendum est. Non nego quidem, vtrumq; nomen hæsisse Iacob, sed illa negatio: *non vocaberis vltra Iacob* ad posteros Iacob referenda est.

CAPUT XXXVI.

Recensetur progenies & posteritas Esau.

Esau habitat in monte Seir. QUæstio I. *Quomodo scriptura dicit, post mortem Isaac, abscessisse Esau de terra Chanaan, & habitasse in monte Seir, cum veniente de Mesopotamia Jacob, legatur jam illic habitasse eum?* ℞det S. Aug. q. 119. in Gen. Esau post discessum Iacob in Mesopotamiam noluit habitare cum parentibus suis: siue ex illa commotione, qua dolebat, se benedictione paterna fuisse fraudatum: siue quòd videret vxores suas odiosas suis esse parentibus, vel ob aliam quampiam causam; & ita cœpit habitare in monte Seir. Deinde post reditum Iacob ex Mesopotamia, factâ inter eos concordiâ, reuersus est & ipse ad parentes: & cum mortuum parentem simul sepelissent, quod eos plurimùm ditatos, terra illa minimè caperet, abscessit rursus in Seir, & ibi propagauit gentem Idumæorum. Sic Aug. Quod certè singulari DEI prouidentiâ factum est, in vtriusq; fratris vtilitatem. Si enim Esau mansisset in terra Chanaan crebræ fuissent occasiones dissensionum & rixarum inter ipsos, ac inter ipsorum pastores ac seruos, propter quam causam Gen. 13. Abraham & Loth ab invicem disjuncti & separati sunt.

Generatio mulorum. II. *An Ana fuerit primus inuentor & auctor generationis mulorum?* ℞. occasionem huic quæstioni dederunt quidam Hebraizantes, qui, vbi vulgata legit v. 24. *Iste est Ana, qui invenit aquas calidas*, putant legendum mulos, eò quòd juxta eos hebræa vox *Jemin* mulos significet, dicuntq; quòd iste Ana omnium primus generationem mulorum invenerit, equos admittendo asinabus, ita vt ante hoc tempus nullus in mundo unquam mulus fuerit. Pererius tamen validis rationibus vulgatam nostram defendit, probatq; non significare mulos, nec ab Ana admittendo equos & asinas primitus inuentos esse, sed ceu perfe-

perfecta animalia ab initio mundi producta esse, si non immediatè à solo DEO (quod tamen affirmat D. Basilius) tamen minimè credendum est tanto tempore mundum tali animali caruisse, asinosq; & equos numquam coivisse, nisi usq; ad tempora Anæ.

III. *An generatio muli sit contra naturam?* ℞ negat Pererius, cujus verba hic placet ponere. Si generatio muli est contra naturam, etiam equi, bouis, elephanti, & cujusvis aliorum perfectorum animalium generatio esset contra naturam, omnia enim in generatione muli reperiuntur, quæ arguunt & faciunt generationem naturalem. Primò naturale est principium actiuum generationis muli, qui est equus, & principium passiuum ejusdem, quæ est asina, & vtrumq; naturalem habet mutuæ conjunctionis appetitum. Semen item equinum, quod vim habet efficiendi, & semen asininum, quod est tanquam materia, naturalia sunt, & naturalem habent potentiam, vt ex vtroq; generetur mulus. Deinde naturalia sunt instrumenta, quæ deseruiunt generationi muli; locus item, vterum dico, & matricem fœminam: modus quoq; generationis, siue qui fit extrinsecus in ipsa vtriusq; animalis commixtione, siue qui fit intrinsecus intra fœminæ vterum. Ad hæc, tempus generationis muli secundùm naturam definitum est. Talis quoq; generatio, vel semper, vel vt plurimùm succedit: at quæ contra naturam sunt, non sic, sed rarò eueniunt. Præterea mulus ipse est quædam res naturalis, habens in se naturam, qualis definitur ab Arist. Principium motus in eo, in quo est. Et cùm inter perfectas animalium species censeri debeat, per se intenta est à natura, vt quæ si deesset, genus ipsum, & vniuersitas animalium, completa & perfecta haberi non posset. Non obstat, quòd mulus non possit generare sibi simile, cùm idem in plantis, & permultis animalibus insit, non enim istud pertinet ad rationem generationis naturalis, vt quod ista conditione careat, judicandum sit, non fieri secundùm naturam. Ac licet mulus non generetur à principio simili secundùm speciem vltimam, generatur tamen à simili, secundùm genus quoddam proximum innominatum, quod est commune equo & asino, & secundùm quod, mulus assimilatur vtriq; principio suæ generationis, sicut tradit Arist. l. 7. Metaphys. textu 28. Opponunt aduersarij auctoritatem scripturæ Leuit. c. 19: *jumenta tua non facies coire cum alterius generis animantibus* Ast ℞det S. Thom. 1. 2. q. 102 a. 6. inter alia, hanc legem datam esse, ad tollendum vniuersaliter occasionem concupiscentiæ: animalia enim diuersarum specierum non facile commiscentur invicem, nisi hoc per homines procuretur: in aspectu autem coitûs animalium, excitatur homini concupiscentiæ motus. Perspicuum est inquit Cajet. in cit. cap. Lev. isto DEI præcepto non prohiberi generationem mulorum: tum quia de hujusmodi animalium vsu legitur apud Hebr. 2. Reg. 13. & 18. & 3. Reg. c. 1. & 18. & Isa. c. 66, tum quia S. Paulus absurdum putat 1. Cor. 9, *quòd DEus legem statuat bobus.* Præterea bestiæ, quæ non sunt sub hominum magisterio sic commiscentur diuersis speciebus, vt leo mixtus pardæ, generat leopardum, lupus ceruæ commixtus, procreat lynces. Tradunt etiam Physici, inquit Rupertus, viperam nequissimum genus reptilium: & super omnia serpentini generis astutum, vbi coeundi cupiditate ardet, murenæ maritimæ copulam quærere, progressamq; ad littus, sibilo suam præsentiam significare, nec murenam deesse, sed venenatæ serpenti, expetitæ conjunctionis suæ vsus impertiri.

Generatio muli non est contra naturam.

IV. *An B. Job fuerit ex genere & stirpe Esau, juxta illud* v. 33. MORTUUS EST BELA, ET REGNAVIT PRO EO JOBAB FILIUS ZARÆ DE BOSRA? ℞ Licet Hebræi & S. Hieron. velint S: Job natum esse ex Hus filio Nachor, fratris Abrahæ: tamen veriùs est S. Job prognatum esse ex Esau, ejusq; fuisse pronepotem. Esau enim genuit Rahuel Rahuel genuit Zaram, Zara genuit Jobab, siue Job; unde ejus amicus fuit Eliphaz Themanites, primogenitus Esau. Et hinc apparet S. Job regem fuisse in Idumæa, eumq; ordine secundum. Patet 2dò, vt vlterius obseruat Corn. à Lap. S. Job natum esse sub id tempus, quando Jacob descendit ad Joseph in Ægyptum. Fuit enim Job tertius ab Esau: Esau autem duxit vxorem, & cœpit generare anno 40. Jacob autem descendit in Ægyptum anno 130. quando tertia erat generatio, quando natus est Job. Vide plura apud Pererium & Corn. à Lap.

Iob pronepos Esau.

CAPUT XXXVII.

Joseph prope fuit, vt præ invidia & odio occideretur à fratribus suis: Judæ tamen intercessione venditus est Madianitis, & ductus in Ægyptum.

QUæstio I. *Quod fuit crimen pessimum; de quo Joseph fratres suos apud Patrem accusavit?* ℞ Rupertus putat fuisse Sodomiticum. D. Thom. Hugo de S. Vict. & Tost. volunt fuisse bestialitatem cum ovibus, quod quia horrendum est, noluit Moyses illud exprimere, sed tantùm in genere vocavit crimen pessimum.

Crimen pessimũ quod?

Nec hoc mirum videri debet ait Tost. quia illi Patriarchæ erant adhuc juvenes ad libidinem proni, & valde imperfecti. Sic Ruben Patris vxorem oppressit, Judas cum nuru sua Thamar coivit, cujus filij Her & Ona semen fuderunt in terram, antequam ad vxorem accederent, ne fratri suscitarent semen, & hinc à DEO interfecti sunt, & quid inhumanius erat quàm proprium fratrem ita odisse, vt ei ne verbum quidem pacificum loqui potuerint, occidere voluerint, & tandem vendiderint. Non igitur mirum videri debet, si etiam in nefandum peccatum contra naturam lapsi sunt. Nihilominus quia horrenda strages Sodomitarum ipsis nota erat, & quia facile fœminas, nempe ancillas, vel alias siue in vxores, siue in concubinas habere potuerunt, non credo illos tam nefando scelere se contaminasse, malo cum Oleastro & Pererio sentire, fuisse aliud aliquod peccatum odij, rixarum vel simile, quo reliquam familiam scandalizabant.

Joseph accusat fratres

II. *Rectène fecit Joseph accusando fratres suos apud Patrem crimine pessimo?* ℞ Rectè: quia correctio fraterna est actus charitatis ac misericordiæ, tendens ad emendationem delinquentis & remotionem peccati, estq; eleemosyna quædam spiritualis, & quidem tantò præstantior ac vtilior quàm corporalis, quantò gravius & pernitiosius malum est animi peccatum quàm corporalis morbus aut fames. Potest quidem bonitas correptionis fraternæ corrumpi duobus modis, si nimirum fiat malo animo & sine corripientis, vel indebito modo corripiendi. Neutrum autem cadere potest super Joseph, quis enim credat adolescentem ab omni scelere purum atq; innocentem, animo nocendi fratribus, malignè concinnasse accusationem eorum, & ad patrem detulisse? Contendunt aliqui non præcessisse secretam & priuatam fratrum admonitionem, quod tamen probare non possunt, S. Thom. tamen 1. 2. q. 33. a. 7. putat eam non fuisse necessariam, quia crimen erat publicum, & ob id illi jam erant infames, & ideo secundùm lectionem Hebraicam dicitur Joseph malam fratrum suorum famam detulisse ad patrem. Nec peccata eorum in vulgus sparsit, aut ad judicem sed ad patrem detulit, vt is paterna charitate & auctoritate eos corriperet & corrigeret, sine vllo eorum vel spirituali vel corporali detrimento. Nec fortè priuata admonitio alium effectum sortita fuisset, quàm quòd ipse tanquam junior derisui & odio majori expositus fuisset.

Iacob præ cæteris dilexit Ioseph

III. *Quæ fuit causa, cur Jacob præ cæteris fratribus dilexit Josephum?* ℞ Sacra Scriptura quidem hîc v. 3. dat causam, quòd in senectute genuisset eum, pluribus tamen videtur hæc non fuisse principalis causa, sed plures alias & graves adfuisse. Nam quantum ad ætatem Joseph, modicum erat interstitium inter ejus & aliorum fratrum nativitatem, omnes enim spatio 7. annorum nati sunt. Deinde quòd si hæc principalis fuisset causa amandi Ioseph, ob eam ipsam plus fuisset diligendus Benjamin, quem Iacob quindecim annis post Ioseph genuerat. Unde plurimi majoris dilectionis hujus causam in præstantiam ingenij, suavitatem morum, & supra ætatem virtutis studium in Iosepho refundunt. Iacob autem causam senectutis ex mente Moysis obtendit, quia aliæ, quas subticuit, magnam ei apud fratres invidiam excitare potuissent. Benjamin tunc adhuc erat infans vnius anni, vnde non fuit capax talis dilectionis, quali Jacob prosequebatur Iosephum. Vendito autem Ioseph, quem Iacob extinctum putabat, totum amorem suum transfudit in Benjamin, ita vt illius anima ex anima hujus pendere videretur. vt dixit Iudas c. 44.

Pater & Mater an & quando adorauerunt Ioseph

IV. *An & quandonam Pater & Mater Joseph eum adoraverint?* ℞ quo ad patrem facile responderi potest, si dicatur, eum adorasse per filios suos, quando ei vt principi & Domino munera misit, & jussit filios nomine suo eum reuerenter & honorificè salutare. Interrogati enim à Ioseph fratres ejus de patre ipsorum, an adhuc viveret, ita responderunt; *Sospes est servus tuus pater noster, & adhuc vivit, & incurvati adoraverunt eum.* Tota quæstio versatur in matre, quæ non adoravit eum, non vtique Rachel, quæ ante venditionem ejus jam fuerat mortua, non Bala vxor Iacob, à qua lactatus fuerat, quæ nunquam eum adoravit. Quod autem aliqui dicunt, illud de adoratione Ioseph referri debere tantùm ad 11. stellas, id est, fratres ejus, non autem ad solem & lunam, id est, ad parentes ejus, hoc non subsistit, quia aliàs supervacuè & frustra, in somnio ostensa esset similitudo solis & lunæ. Cùm enim finis esset, significare futuram adorationem Ioseph, si sol & luna, id est, parentes ejus, non adoraverunt eum, nihil ipsi pertinebant ad somnium, quod videtur absurdum dicere de somnio à DEO immisso ad significandam futuram dignitatem Ioseph. Quid igitur tenendum? Pererius putat, eo somnio significatum esse, Joseph euehendum ad tantam dignitatem & potestatem, vt comparatione dignitatis & status, in quo erant fratres & parentes ejus, ab illis meritò adorandus foret. In tantum enim Rex Ægypti, honore ac potentia extulit Ioseph, vt ipsum honorari & adorari jusserit ab omnibus etiam principibus Ægyptiorum. Itaq; sicut fratres ejus, cùm in Ægypto adijssent eum nescientes eum esse Ioseph, maxima reverentia & submissione eum adoraverant, ita idem fecisset pater ejus, si convenisset eum in Ægypto, ignorans esse filium suum

suum Ioseph. Idem dicendum de matre ejus Rachel, si tunc vixisset.

Joseph cui genti venditus est.

V. *Cui genti venditus est Joseph?* ℞ non est dubium venditum esse prætereuntibus tunc viatoribus & negotiatoribus ex Galaad portantibus merces in Ægyptum, sed istos fuisse, Ismaelitas dixit Moyses hic v. 25. fuisse item Ioseph venditum Ismaelitis dicitur hic v. 28. In cap. 39. v. 1. dicitur Iosephum emisse Putiphar Eunuchus de manu Ismaelitarum. Ast in fine hujus cap. v. 36. dicitur Madianitas vendidisse Ioseph Putiphari Eunucho, ergo emerunt ipsi eum à fratribus non autem Ismaelitæ. Unde apparet scripturam variè loqui de hominibus, quibus venditus est Ioseph, & qui vendiderunt eum in Ægypto, eos nunc vocans Ismaelitas, nunc Madianitas. Attamen sciendum est scripturam nominibus Madianitarum & Ismaelitarum promiscuè vti, nunc hos illorum, nunc illos horum nomine compellans, tum quia ex vna generis radice pullularunt, nempe ab Abraham, ejusq; duobus filijs Ismael & Madian, tum quia sede & habitatione conjuncti erant, ambo enim inhabitabant Arabiam. Deinde turba illa Negotiatorum permixta fuit Madianitis & Ismaelitis, hinc vtrorumq; fit mentio, quia tamen Ismaelitæ potentiores, & fortè etiam plures fuerunt, ijs venditus esse dicitur Ioseph.

Ad quem infernum voluit descendere Iacob

VI. *Quomodo intelligenda verba illa Jacobi* v. 35. DESCENDAM AD FILIUM MEUM LUGENS IN INFERNUM? ℞ Oleaster, Vatablus, Pagninus & hæretici vertunt Hebraicum Sceol in sepulchrum, ne cogantur limbum Patrum concedere, quòd nempe Iacob sibi mortem & sepulchrum optaverit, malens cum filio sepeliri, quàm eo orbatus vivere, vel hoc sensu, lugebo filium meum, quousq; descendam in sepulchrum, seu sepeliar. Ast Catholici expositores per *Sceol* intelligunt infernum, seu limbum Patrum. Ita intelligendum esse ipsa ratio convincit, ait enim se velle descendere ad filium, quia verò credidit ipsum à bestijs esse devoratum, non erat in sepulchro. Nec de corpore Iosephi intelligi potest, ergo de anima illius, hæc autem non erat in sepulchro, ergo in limbo. Item desiderabat Iacob conjungi filio, jam verò quo ad corpora nec conjungi poterant, nec conjunctio profuisset, aut eum consolata fuisset, ergo loquitur de conjunctione animarum in limbo. Deinde plura sunt loca S. Scripturæ in quibus *Sceol* non significat sepulchrum, sed infernum, siue gehennam, aut etiam limbum Patrum, vt Num. 16. vti de Dathan & Abiron dicitur: *Descenderuntq; vivi in infernum* Ps. 9. *Convertantur peccatores in infernum,* Ps. 15 *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem,* Ps. 138. *Si ascendero in cœlum, tu illic, si descendero in infernum, ades.* Matt. 11. *Et tu Capharnaum numquid vsq; ad cœlum exaltaberis, vsq; ad infernum descendes.* Prov. 27. *Infernus numquam impletur.* Attamen animos Sanctorum & sinum Abrahæ in subterraneis ante Christi adventum fuisse, exactè disputare, non est hujus loci.

Phutiphar quomodo Eunuchus.

VII. *Quomodo Phutiphar emptor Josephi dicitur Eunuchus, seu Spado cùm infra c. 39. dicatur vxor ejus, Josephum incitasse ad flagitium?* ℞ Lyranus, Tostatus, Cajet. nomen Eunuchi ambiguæ esse significationis: nam vsurpatur & pro eo, qui castratus est, & pro principali ministro apud regem, siue in ejus palatio, siue extra, siue domi, siue militiæ, etiamsi castratus non fuerit. Nam quia Eunuchi principalia & intima, nec nisi fidelissimis credenda ministeria tractabant, ideo factum est, vt postea, qui eadem munia obibant, nomen Eunuchi retinerent, etiamsi verè non essent Eunuchi.

CAPUT XXXVIII.

Judas generat Her & Onan, quos DEus ob mollitiem & retractum in actu conjugij occidit. Thamar dolosè ex Juda concipit, gignitq; Phares & Zaram.

Her qualiter peccavit

QUæstio I. *Quale fuit peccatum Her, propter quòd nequam corã Domino fuisse dicitur?* ℞ ex traditione Hebræorum putatur fuisse mollities & copulæ retractus, noluit enim Her, vt Thamar conciperet & pareret filios, erat enim fœmina formosissima, ipsi Her autem notum erat, quòd fœminæ per partus deformes reddantur, & prior pulchritudo sensim dispereat, voluit eam formosam conservare, quam perditè amabat, propter hoc dicitur à DEo occisus esse, quia non naturali sed violenta morte obijt, fortè ad eum modum, quo libidinosi mariti Saræ, Tob 3. v. 7. nempe per Asmodæum Angelum malum. Eodem peccato peccavit Onan Frater Her, sed ex alio motivo, eoq; graviori & scelestiori, nimirum ex invidia, ne scilicet si consummaret actum matrimonij, filios non sibi sed fratri procrearet.

II. *Quid significet: ille sciens non sibi nasci filios v. 9.* ℞ ante legem Deut. 25. v. 5. in more fuit apud patres, vt frater fratris sine liberis defuncti vxorem duceret, eiq; semen,

men, id est prolem suscitaret, ne ejus nomen & familia interiret; ita scilicet, vt primogenitus, quem ex fratris vxore procreasset, nomine, non suo, sed fratris censeretur, reliqui verò deinceps nati, sui censerentur, suoq; nomine vocarentur. Primogenitus ergo generandus ab Onan vocandus erat filius Her, reliqui verò vocandi erant filij Onan, invidit hanc felicitatem Onan fratri suo, ideo suum semen in terram profudit & perdidit. Vocat autem hic filios per enallogen, id est primogenitum, & si is moreretur, secundò genitum, qui in locum primogeniti succederet.

Thamar cum Juda peccatum

III, *An concubitus Thamar cum Juda fuerit peccatum*? ℟ Thamar non leviter peccavit, simulans se meretricem, & libidini transeuntium expositam. Nam sic Judam vehementer ad peccatum incitauit. Deinde concubitus Nurûs cum Socero valde detestandus est. Neq; excusatur à peccato, quòd non ardore libidinis, sed cupidine prolis eum concubitum Thamar appetierit. Nam opus ex genere suo malum, licet fiat ob finem bonum, non tamen erit bonum moraliter, bonum enim est ex integra causa: nec erit bonum, si vel vnum quippiam desit de ijs, quæ requiruntur ad bonitatem actus moralis. Aliàs enim nec furtum, nec homicidium, nec sacrilegium essent peccata, si fierent ob bonum finem, putà, ad largiendam eleemosynam, observandam vitam siue corporalem, siue spiritualem, vel ob consequendum aliquod bonum publicum, quod est contra Apost. Rom. 3. dicentem: *non sunt facienda mala, vt eveniant bona.* Erat quidem bona cupiditas Thamar habendi prolem, sed rectâ viâ & ratione quærenda erat, non autem ex concubitu Soceri. Nec illud arguit, Thamar non peccasse, quòd Judas de ea dixerit, *justior me est*, nam S. Hieron. & Aug. *justior* interpretatur (minùs mala & culpabilis) minùs mala judicatur Thamar, quàm Judas, quòd illa marito sibi promisso & debito fraudata, & flagrans cupiditate suscipiendi prolem ex stirpe illa à DEo benedicta, ad illud faciendum est inducta, vt ait Pererius. At Iudas & perfidiosus in Thamar fuit, non dando ei Selam maritum, vti promiserat v. 11. atq; ex more debebat; neq; appetijt ejus concubitum desiderio prolis, sed turpis ardore libidinis. Et factum ergo Iudæ per se malum fuit, & mala facientis intentio. Nempe meretricius concubitus per se malus est; Iudas item nullâ vel in speciem honestâ causâ impulsus est ad concubitum Thamar, sed improba & libidinosa mente accedens ad eam, quam putabat meretricem, sola explendæ libidinis causâ.

Si dicas Iudam non peccasse, quia postea multùm à Patre laudatus fuit & omnibus fratribus suis prælatus, imò à DEo electus, vt ex ejus stirpe Messias nasceretur ℟ Hæc eum non excusant à peccato, nam etiam Gedeon à S. Paulo laudatur & inter sanctos refertur, David Deo summè acceptus, vir secundùm cor DEi apellatur, S. Petrus cæteris Apostolis præfertur & caput Ecclesiæ constituitur, S. Paulus ab ipso Christo vas electionis vocatur, ex hoc tamen non sequitur, quòd non peccaverint, quia priora hominum peccata ritè expiata, non obstant dandis postea à DEo beneficijs. Nec factum Iudæ excusari potest, quòd per illud magnum mysterium, nimirum generationis Messiæ præfiguratum fuerit: id enim non volente & designante Iuda factum est, sed ordinante DEo, cujus tanta est bonitas, & potentia, vt mala hominum facta ad ingentium bonorum effectum & significationem ordinare possit, & soleat.

Iudas qua auctoritate damnavit Thamar.

IV. *Qua auctoritate & potestate Judas damnavit pœna capitali Thamar?* ℟ fuisse id temporis in more apud illas gentes, vt qui princeps erat, caputq; totius familiæ, haberet potestatem vitæ & necis in eos, qui essent ejus familiæ, & sub illius gubernatione, Iudas autem erat caput familiæ, ad quam Thamar, tanquam nurus ejus pertinebat. Licebit etiam dicere, quòd Iudas illa verba: PRODUCITE EAM VT COMBURATUR, non protulerit, tanquam propria auctoritate vellet illam comburi, sed quòd vellet publicam justitiam exerceri in illam, quòd insignem sibi & filijs suis videbatur injuriam fecisse.

Pœna combustionis Thamar nō fuit justa.

V. *An Pœna combustionis, qua Thamar damnata est, fuerit justa?* ℟ Videtur acerba & atrox fuisse. Thamar enim de simplici fornicatione accusata fuerat apud Iudam. Nuntiaverunt Iudæ, dicentes, *fornicata est Thamar nurus tua.* Simplex autem fornicatio non meretur pœnam combustionis: nec apud vllam gentem tanto vnquam supplicio punita. Contra filiam Sacerdotis postea Hebræis lex data Lev. 21. *Sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stupro, & violaverit nomen patris sui, flammis exuretur.* Lyranus & Tostatus putant non fuisse simplicem fornicationem, sed adulterium, quia jam erat desponsata & conjuncta Selæ filio Judæ, secundùm illam legem siue consuetudinem de suscitando semine fratri mortuo sine liberis. Sed esto, fuerit adulterium, cur non potiùs supplicio lapidationis, quod secundùm legem Deut. 22. decretum fuit in adulterum, quàm pœna ignis damnata fuit? quia lex illa nondum fuit lata, & judicium illud & damnatio facta est, aut secundùm leges & instituta illius regionis & gentis: aut quia Iudas caput erat familiæ, secundùm proprium ejus arbitrium & voluntatem. Is autem indignitate flagitij commotus

tus præcipitavit sententiam, & atrociorem, quàm æquum erat, pœnam statuit.

VI. *An illa damnatio Thamar prægnantis, & fœtum jam animatum gerentis in vtero fuerit iniqua & crudelis?* ℞ affirmatiuè. Erat enim magna sævitia & crudelitas omnibus gentibus exosa fœtum extinguere in vtero materno, hinc etiam Romanorum legibus sancitum erat, vt mater gravida rea mortis non afficeretur supplicio ante editum partum, vt testatur Clemens Alexandrinus l. 2. Strom. Eandem etiam legem habuisse Athenienses, constat ex eo, quòd narrat Ælianus l. 5. de varia hist. Areopagitas mulierem veneficam non prius capitis damnasse, quàm edidisset partum. Testatur etiam Plutarchus l. de sera Numinis vindicta, hanc legem Ægyptios habuisse. Eamdem legem habemus in Corpore juris civilis, in titulo de pœnis l. 48. Digest. in hanc sententiam: *prægnantis mulieris damnatæ pœna differtur, quo ad pariat.* Imò ne quæstio quidem fieri solet de ea, quamdiu prægnans est. Peccavit insuper Iudas sententiam ferens, & condemnans Thamar nondum auditam. *Damnatio Thamar prægnantis fuit crudelis.*

VII. *Quid allegoricè significat generatio Phares & Zaræ?* ℞ S. Cyrillus in Catena in Gen. sic eam exponit [Quòd Phares prior egressus sit, non obscurum signum est, gentes priùs ad fidem vocandas, quàm genus Israël. Coccinum verò Sanctissimum Christi sangvinem signat. Quis autem maceriam solvit, nisi Christus. Isidorus autem super hunc locum ita scribit: [Zara significabat antiquum Israelitarum populum sub lege constitutum, qui prior quasi manum emisit, quando dictis propheticis, & legalibus sacrificijs nativitatem & passionem Domini in carne prænunciavit, sed instante partu manum subtraxit, quia adveniente plenitudine temporum, credere in DEi filium noluit: & eum in præsenti positum despexit: de quo tamen multa in posterum prædixit. Phares porrò, qui interpretatur dividens, priùs egressus est: quia postquam cæcitas in Israël facta est, plenitudo gentium introivit, & sic postmodum Israël salvus erit] sic Isidorus. *Generatio Phares & Zaræ quid allegoricè*

CAPUT XXXIX.

Josephi castitas tentatur ab hera, ille relicta ei chlamyde fugit, ideoq; per calumniam heræ incarceratur.

QUæstio I. *Cur Ioseph fratres suos accusavit apud Patrem de crimine pessimo, non verò Dominam suam de attentato adulterio apud Putipharem?* ℞ Noluit diffamare adulteram, quia quod factum erat, nulli adhuc innotuerat, quia in occulto factum, indecens nimirum & illicitum credidit juvenis propalare scelus in occulto patratum. Diffamatio enim fit, non solùm falsi delicti affictione, sed etiam occulti diffamatione. Deinde non poterat Ioseph dominam flagitij insimulare, quin suam commendaret pudicitiam, maluit adulterij suspectus haberi, quàm sui ipsius agere encomiasten. Præterea læsus erat Ioseph, ne autem videretur vltionem quærere, tacuit, maluit non esse zelosus delator, quàm haberi irritatus vltor, cùm autem crimen fratrum detulit ad patrem, non poterat esse suspectus de vltione, quia ab eis nondum erat offensus. Deniq; maluit Ioseph innocens pati, criminis argui, & carceri mancipari, quàm femina zelotypiæ & discordiæ inter conjuges serere, si enim scelestum vxoris animum & adulterandi propositum marito reuelasset, utiq; sinistras ei ingessisset suspiciones, & pacem turbasset conjugalem. *Joseph Dominam de crimine non accusat.*

II. *Quid denotant verba v. 6.* NEC QUIDQUAM ALIUD NOVERAT, NISI PANEM, QUO VESCEBATUR? ℞ alij hæc verba referunt ad Putipharem, alij ad Joseph; qui ad Putipharem referunt, sic ea interpretantur: Putiphar omnia sua communicabat cum Ioseph, præter panem, id est, cibaria, quæ nolebat habere communia cum Ioseph, siquidem vt dicitur Gen. 43. non erat licitum Ægyptijs comedere cum Hebræis. Vel etiam, quòd Putiphar ita omnia sua crediderit Josepho, sicut infra v. 23. custos carceris, vt nihil de suis nosset, nihil de ijs inquireret, nullius rei curam gereret, nisi tantùm vt accumberet mensæ, & frueretur ijs, quæ Joseph procurabat. Qui autem ea ad Joseph referunt, ita putant intelligenda: Ioseph cùm in potestate sua haberet omnia bona Domini sui, cumq; multa ex ijs posset in commodum suum deriuare, nihil planè sibi ex ijs sumpsit, & pro fideli ac laborioso seruitio, nihil mercedis accepit præter quotidianum panem. *Quis nihil noverat præter panem.*

III. *Cur Ioseph laudatur à pulchritudine faciei v. 6.* ERAT AUTEM IOSEPH PULCHRA FACIE ET DECORUS ASPECTU? ℞ vt magis commendaretur virtus castimoniæ ejus, quòd tanta pulchritudine præditus, attamen studiosè ac religiosè castitatem animi & corporis coluerit. Pulchritudo nempe corporis plerumq; magnum est castitatis periculum, & laqueus diaboli, ac illecebra voluptatis, & irritamentum peccati. Pulchre S. Aug. serm. 83. de tempore de pulchritudine Ioseph discurrit [cum esset facie decorus & speciosus valde, pulchritudinem suam non ad alienam deriuauit injuriam, sed ad suam *Josephi pulchritudo.*

gratiam conseruauit: hoc se pulchriorem judicans, si non dispendio castitatis, sed cultu pudoris speciosior probaretur, & illum verum esse decorem, qui non alienos oculos captaret, nec mentes fragiles vulneraret. Et paulò post: pulchrior erat intus Joseph, quàm foris, pulchrior in luce cordis, quàm in facie corporis, quò illius fœminæ oculus non penetrabat, inibi sua ipse pulchritudine fruebatur; intuens ergo interiorem pulchritudinem castitatis, in speculo conscientiæ suæ, quomodo illam maculari, quomodo violari fœminea tentatione permitteret?]

Joseph tribus motiuis abstinuit à libidine.

IV. *Quibus motiuis Ioseph inductus abstinuit à libidine?* ℟ Tria ipsemet refert: *imum* memoria & reuerentia præsentiæ DEI, ait enim: *quomodo possum hoc malum facere, & peccare in Dominum meum* v. 9. Hæc jugis præsentiæ diuinæ memoria hominem à peccato præsertim luxuriæ deterret, sicut è contrario impij DEI præsentiæ immemores peccare non verentur, vt dicitur ps. 9. *Non est DEus in conspectu ejus, inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore, auferuntur judicia tua à facie ejus.* Tales fuerunt senes illi, qui insidiabantur pudicitiæ Susannæ, de quibus Dan. 13. v. 9. *Et euerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos, vt non viderent cœlum, neq; recordarentur judiciorum justorum. Secundum* recordatio beneuolentiæ & beneficentiæ DEI erga se. Et hoc est, quod ait Dominus Oseæ II. *In funiculis Adam* (id est, ijs quibus trahi solent homines, putà amore & beneficijs) traham eos, in vinculis charitatis. Quis non reputet impossibile sibi esse, inquit Corn. à Lap. in DEum peccare, si seriò consideret DEI in se tot & tanta beneficia, præterita, præsentia & futura, quæ suis promisit? & DEum esse eum, in quo viuimus, mouemur & sumus, cujus beneficium est, quidquid boni in corpore, animoq; habemus. Tertium erat ipsa sceleris fœditas, quæ animum Joseph, honestatis domicilium ab hoc flagitio deterruit, ait enim: *quomodo possum hoc malum facere.* Magnum nempe malum est adulterium, nam præter injustæ voluptatis turpitudinem, est præterea cum ingenti injustitia conjunctum, propter insignem, quæ marito fit, injuriam, violata scilicet vxore, qua nihil ipsi est conjunctius. Est quoq; in adulterio execrandum perfidiæ crimen, nefariè prodita fide conjugalis pudicitiæ. Est item magna injustitia aduersùs mariti prolem, siquidem non rarò fit, vt ex adulterio geniti, pro veris mariti filijs habeantur: & adulterinus filius interdum censeatur primogenitus, fitq; bonorum hæres, legitimis filijs atq; hæredibus per summam injuriam hæreditate fraudatis atq; priuatis. Adde motiuum 4tum, timorem DEI, conceptum ex timore seuerissimi Iudicij, & vindictæ, quam DEus, tum in hac vita sæpe, tum certissimè & rigidissimè exercebit in die judicij, ubi nullum peccatum etiam minimum relinquet impunitum, unde Dauid ps. 118. *Confige* inquit *timore tuo carnes meas: à judicijs enim tuis timui.* Hinc S. Basil. in illud ps. 33. *Venite filij audite me, timorem Domini docebo vos:* [cùm te, inquit, appetitus invaserit peccandi, velim cogites horribile illud Christi tribunal, in quo præsidebit judex in excelso throno; adstabit autem omnis ejus creatura, ad gloriosum ejus conspectum contremiscens, adducendi etiam nos sumus singuli, eorum quæ in vita gessimus rationem reddituri: mox illis, qui mala perpetrarunt, terribiles quidam & deformes assistent Angeli, igneos vultus præ se ferentes, atq; ignem spirantes in homines, scilicet impios. Ad hæc cogita profundum barathrum, & inextricabiles tenebras, & ignem carentem splendore, urendiq; vim habentem, sed priuatum lumine; deinde vermium genus, venenum immittens, & carnem vorans, inexplebiliter esuriens, neq; unquam saturitatem sentiens, atq; intolerabiles dolores corrosione ipsa infigens. Deniq; quod omnium grauissimum est, opprobrium illud & confusionem sempiternam. Hæc time, & hoc timore, quasi frœno, animam à peccatorum concupiscentia reprime Ita S. Basil. V. plura apud Corn. à Lap. hic,

Joseph quibus medijs tuitus est pudicitiam

V. *Quibus medijs usus est Ioseph ad tuendam suam pudicitiam?* ℟ communiter Ascetæ ad expugnandam libidinem, & conseruandam castimoniam assignant sequentia media, fugam, laborem, humilitatem, paupertatem, aduersitatem, frequentem Eucharistiæ sumptionem. Eadem adhibuit Ioseph. Arripuit fugam, quam suasit Apost. I. Cor. 6. v. 18 *fugite fornicationem.* Bene S. Aug. Serm. 250. de temp. *Joseph,* ait, *vt impudicam fœminam posset euadere, fugit: ergo contra libidinis impetum, apprehende fugam, si vis obtinere victoriam, nec tibi verecundum sit fugere, si castitatis palmam desideras obtinere.* Efficacissimum contra libidinem esse remedium, arripere fugam, agnovit ipsa Iosephi tentatrix, cum enim ille fugit, hæc contra eum exarsit. Cur non exarsit, cùm Ioseph denegavit verbis, quod ipsa desiderabat? quia ibi labijs, nunc pedibus vtitur, primò loquitur, nunc fugit, nouerat fœmina, omnem libidinis spem per fugam præscindi. Quamdiu oppugnas Venerem, anceps est victoria, at si fugis, vincis. In hoc prælio non est certior victoria, quàm festina fuga, ita pöeta

In reliquis vitijs sequitur victoria pugnam,
Vincitur at celeri sæua libido fugâ.

2dò

2dò occupauit se labore, non otiabatur, sed negotiis suis intentus *iuit in domum operis quippiam facturus* v. 11, siue ut Chaldæus legit, vt inuestigaret scripturas rationis suæ, negotia sua pertractabat, & sic elusit Veneris insidias, juxta illud: otia si tollas, periêre cupidinis arcus. *3tiò* Objecit stimulis luxuriæ seu sagittis cupidinis scutum humilitatis, ideo Putipharem appellat dominum suum, vt nimirum se illius profiteatur seruum, seruilemq; suam conditionem sibi ipsi in mentem revocans, humiliandi sibi ipsi præberet ansam. Ita S. Amb. l. 2. Offic. c. 17. ait: Plena vox humilitatis, plena castimoniæ: sciuit humiliari, qui venditores & emptorem passus est, & dominum appellabat. Sic superbia luxuriæ, ita humilitas castitati viam sternit. *4tò* paupertate exarmauit Venerem. Paupertas enim continentes, diuitiæ lasciuos faciunt, vt enim è rerum copia libido succrescit, ita rerum abdicatione pudor stabilitur, rarò mendicus moechus est. Joseph non suis, sed rebus Domini sui inuigilabat, non se locupletabat, sed alienam Oeconomiam administrabat, ipsum quoq; pallium abjecit, vt quò inopior, eò esset castior. Tam consentanea est pudicitiæ inopia. Dauid cùm tenuioris fortunæ opilio esset, continentissimus mansit, regias adeptus opes, adulter factus est. Filius ejus Salomon principum opulentissimus, sed & concubinarum fuit appetentissimus. *5tò* Aduersitates oppugnant libidinem, non delectatur concupiscentijs, qui premitur angustijs. Joseph à fratribus in seruitutem venditus erat inter exteros absq; vllo solatio, sine amico & consanguineo, priuatus parentibus, cui fratres facti erant hostes, & sic habebat animum tristitiâ & mœrore affectum, hinc fortiter excussit carnis tentationes, delitijs nutritur Venus, profligatur aduersis, nam sæpe, qui in his continens fuit, in prosperis lasciuit. *6tò* Frequens Eucharistiæ sumptio inter præcipua luxuriæ remedia recensetur à SS. Patribus, ideo etiam vinum germinans virgines vocatur. Hanc quia Ioseph in spiritu præuidit, & veneratus est, donum castitatis amplissimo priuilegio consecutus est, quia vt interpretatur Rupertus, Isid. Aug. & alij, manipulus Iosephi adoratus Eucharistiam præfigurauit, manipulus meus Christus panis pinguis germinans Virgines inquit Alb. M. in c. 15. Matt. & sic ex Eucharistici panis typo generosos castitatis spiritus hausit Ioseph.

CAPUT XL.

Joseph Pincernæ & pistori somnia explicat, explicationem probat eventus.

Quæstio I. *An ex somnijs liceat de futuris devinare?* ℞ Somnia sunt triplicia, alia enim proveniunt à DEo, alia à Dæmone, alia à natura, quæ à natura præveniunt, sunt duplicia, alia enim oriuntur ex diurna cogitatione, vel ardenti erga rem aliquam affectu. Hinc sicuti Navita de ventis, de bobus narrat arator, ita etiam de illis somniat. Quædam verò somnia naturalia oriuntur ex temperamento & humore prædominante. Sic enim biliosi somniant cædes, verbera & ignes: phlegmatici somniant aquas, voragines, suffocationes, & à rebus noxijs tardam fugam; hæc enim parat lentum phlegma: sanguinei somniant de musica, de convivijs, de pratis, de avibus, de volatu, melancholici somniant de rebus atris & tristibus, de morte, de sepulchris, de Æthiopibus & dæmonibus. His præmissis ℞det Corn. à Lap. ex somnijs naturalibus licet divinare naturaliter, id est, conjectare de hominis temperamento, sanitate, affectu, & morbis imminentibus, quia effectus naturaliter indicant causam suam, somnia autem hæc sunt effectus certi temperamenti, & certi humoris in corpore prædominantis. Deinde ex somnijs à DEo vel Angelo immissis licet divinare, sed ei tantùm, qui eorum significationem à DEo vel Angelo accepit, ita Joseph hîc & Daniel c. 4. & 5. ex somnijs divinant. Reliqua autem somnia & ex ijs divinationes vel diabolica sunt, vel superstitiosa, vel vana, fallacia & futilia: vnde divinatio ex hisce somnijs prohibita est Deut. 18. v. 10. Obseruat vlteriùs Corn. ex eo, quòd somnia divina rara sint, & vix à dæmoniacis aut vanis dignosci possint, hinc tutissimum somnia quælibet contemnere, nisi DEus aliud revelet; hoc autem revelare solet vel illuminando ipsos somniantes, vt sciant somnium sibi à DEo esse immissum, eosq; exstimulando, vt somnij interpretationem indagent & inquirant, vti fecit his Eunuchis, item Nabuchodonosori Dan. 5. & Pharaoni hîc c. 41. vel interpretationem somniorum suis amicis virisq; sanctis suggerendo, vti eam hic suggessit Josepho & Danieli c. 4. & 5. *An ex somnijs licet de futuris divinare?*

II. *An Joseph peccaverit, fidendo gratiæ pincernæ, dum peteret, vt sui recordaretur, & suggereret Pharaoni, quatenus è carcere educeretur?* ℞det S. Aug. serm. 82. de temp. Joseph in hoc peccasse, eò quòd fiduciam suam in homine collocaverit, minùs fidens divinæ providentiæ, quàm oportebat & idcirco credit judicio DEi factum, vt pincerna oblivisceretur petitionis Joseph, ac ad purgandam diffidentiæ culpam duos adhuc annos ja- *Joseph fidit Pincernæ.*

cuisse in carcere. Crediderim tamen Ioseph absq; vlla culpa sibi asciviſſe pincernam intercessorem pro eliberatione ex carcere, nam ad bonum aliquod honestum acquirendum (ad quod profectò credendum est Ioseph ordinasse suam eliberationem) licitè & laudabiliter vti possumus hominum industriâ, gratiâ, benevolentiâ & potentiâ, pertinet enim ad prudentem quamdam provisionem, & quotidie fieri videmus à viris probatæ virtutis. Imò sæpe hæc auxilia continentur in divina prædestinatione, ac per ea quoq; vult DEus perducere suos electos ad vitam æternam, igitur tantùm abest, vt illis quispiam vtens, minuat spem ac fiduciam in DEum, vt potiùs exequatur & impleat DEi providentiam ac prædestinationem. Rectiùs mihi videtur S. Chrysost. in hac mora carceris philosophatus: Oportebat, inquit, exspectari tempus opportunum, vt majori cum gloria è carcere educeretur: siquidem si præfectus pincernarum ante somnia Pharaonis recordatus fuisset, fortè auctoritate sua eum liberasset, & non tam perspicua fuisset alijs ejus virtus. DEus autem sicut omnipotens ac sapiens artifex, sciebat, quanto tempore in igne deberet esse aurum, vt cum splendore reduceretur, Sic Chrysost.

Ioseph furtim sublatꝰ

III. *Quomodo Ioseph dixit v. 15.* FURTIM SUBLATUS SUM DE TERRA HEBRÆORUM? ℞ furtum hoc non tribuit Ismaelitis, qui eum emerant, sed fratribus, qui furtum commiserunt, quia hominem liberum & sui juris in servitutem vendiderunt, & quasi libertati furati sunt. Et hoc esse furtum probatur Exod. 21. vbi dicitur: *qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, convictus noxæ, morte morietur.* Tum quia Ioseph nondum erat emancipatus, sed sub potestate patria, vendendo proinde Ioseph, furati sunt patri filium, quid enim aliud est furtum, nisi rei non suæ, invito ejus Domino, vel ablatio, vel detentio, vel alienatio.

Natalis diei celebratio.

IV. *Qui celebrarunt diem Natalem suum?* ℞ quantum memini, de duobus tantùm refert Scriptura Pharaone nimirum & Herode, altero gentili in hoc loco; altero Iudæo sed improbo atq; impio Marc. 6. imò verò legimus Sanctissimos viros conceptum & ortum suum multis & lacrymis deplorasse, & maledictis insectatos esse. Nota est querimonia illa Iob, *pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo* c. 3. Et Ierem. 20. *Maledicta dies in qua natus sum: dies in qua peperit me mater mea, non sit benedicta.* Hæc scilicet Sancti viri dicebant, cum animo suo reputantes se conceptos & natos esse cum peccato & naturâ filios iræ, & in hunc mundum tamquam in ærumnosissimum & calamitosissimum exilium venisse plurimis & gravissimis doloribus obnoxios. Christiani trium tantùm natales dies festos agunt & religiosè celebrant, Christi Domini, DEiparæ Virginis, & præcursoris Domini Ioannis Bapt. Cur autem id faciant, & justa & manifesta causa est. Nam ad ortum Salvatoris nostri celebrandum Angelorum exemplo incitantur. Scriptum est enim Nato Salvatore Angelum dixisse pastoribus: *Ecce evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, & quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus & subitò facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium DEum & dicentium?* GLORIA IN ALTISSIMIS DEO. De Beatissima Virgine canit Ecclesia: *Nativitas tua DEI genitrix Virgo gaudium annuntiavit vniverso mundo, ex te enim ortus est sol justitiæ Christus DEus noster.* De S. Ioanne dixit Angelus Zachariæ: *Uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Ioannem: & erit gaudium tibi & exultatio, & multi in nativitate ejus gaudebunt, erit enim magnus coram Domino.* Aliorum verò Sanctorum Ecclesia non ingressum in hunc mundum celebrat, sed egressum ex hoc mundo in cælum, atq; eum diem verè appellat eorum natalem: quippe qui eos mundo miseros edit, sed cœlo parit beatos.

V. *Quid allegoricè denotat historia horum duorum præpositorum?* ℞ pauca refero ex Ruperto. Tota quasi humani generis massa in manu Dei est, vt in manu Pharaonis duo illi Eunuchi vincti ob scelera sua, sicut omnes homines sub potestate peccati ligati tenebantur. Tu igitur, quis es ô homo, ait Rupertus, vt respondeas DEO? An non habet potestatem, saltem æquè ac Pharao, vni donare offensam, ab alio pœnam exigere? Præterea ait Rupertus, Ioseph inter duos Eunuchos, quorum alterum sua interpretatione absolvit, alterum, damnavit, figuram esse Christi inter duos latrones in cruce, quorum alterum destinavit paradiso, alterum aversus est, vt reprobum.

VI. *Quid illi Eunuchi peccarunt in Regem?* ℞ Scriptura id tacuit, vnde aliquid super eo affirmare, divinare est. Nisi fortè velis assentiri Hebræis, qui more suo fabulantur, illos esse damnatos à Rege, quòd in potu reperisset muscam, & in pane lapillum. Scilicet credibile est, adeo stultum & barbarum fuisse, vt ex musca faciens elephantem, & ex vno lapillo Olympum montem ob levissimam causam, tam atroci supplicio eos damnaverit. Equidem crediderim, si libet divinare, peccasse eos infidelitate vel in regis vitam, vel in bona; aut luxuriosè prodigendo, aut avarè in suum emolumentum derivando, vt infideles muneris & ministerij, quo fungebantur, dispensatores fuerint. Huic opi-

nioni

nioni adstipulari videtur Philo scribens, eos à rege damnatos esse, quòd non rectè ministerijs suis fungerentur.

CAPUT XLI.

Joseph somnium 7 vaccarum & spicarum Pharaoni explicat de septennio fertilitatis & sterilitatis futuræ, hinc à Rege præficitur Ægypto, & sua providentia ab Ægypto depellit septennem famem.

QUæstio I. *Quæ fuerunt somnia Pharaonis?* ℞ Dormiens Pharao putabat se juxta Nilum stare, ex quo emergebant 7 Vaccæ pingues, quæ pascebantur in locis humentibus, atq; herbidis, remotiùs à fluminis alveo. Totidem aliæ ex eo ascendebant, sed macie confectæ, quæ in ipsa amnis ripa tenuem carpebant cibum: quod alludebat ad fertilitatem & sterilitatem Ægypti. Nam in tenui incremento Nili, sterilis erat Ægyptus: tenue autem incrementum significabatur, cùm animalia in ipsa ripa pasci videbantur; & contrà cùm in locis remotioribus, & Nili humore abundantibus. Deniq; macilentæ illæ, 7. illas priores devorare visæ sunt. Expergefactus Pharao rursum dormivit, & vidit alterum somnium materiâ diversum, significatione vnum & idem, de 7 spicis plenis, totidemq; tenuioribus & vredine percussis. Mane facto Pharao sollicitus conuocat conjectores somniorum, eis narrat somnia sua, nec invenit, qui interpretetur. Ioseph sic interpretatus: DEum scilicet missurum 7 annos vbertatis magnæ in vniversam terram Ægypti; eosq; exceptum iri à totidem annis tantæ sterilitatis, vt oblivioni tradatur cuncta retro abundantia. Geminum porrò somnium ratione diversæ materiæ, indicat fore magnam tam copiam quàm inopiam pecoris ac frumenti, quibus vita maximè sustentatur. Additq; Ioseph hoc à DEo firmiter atq; immobiliter decretum esse & velociter impletum iri, proximo enim anno septennij fertilitas inchoata est. *Vaccæ pingues & macilentæ.* *Spicæ plenæ & tenues.*

II. *Unde fertilitas vel sterilitas oritur in Ægypto?* ℞ fertilitas oritur ex inundatione Nili, (vix enim pluit in Ægypto) qui turbidus & pinguis agros oblimando, itaq; eos quasi stercorando, impinguat & fœcundat, vnde quò magis, altiùs & longiùs exundat Nilus, eò major est fertilitas in Ægypto. Hinc ex altitudine inundationis Nili, præsciunt certò Ægyptij, quanta illo anno futura sit fertilitas. Audi Plinium l. 5. c. 9. *Ægyptus* inquit *in 12 cubitis* (in altum exundantis Nili) *famem sentit: in 13 etiamnum esurit.* 14 cubiti hilaritatem afferunt, 15 securitatem, 16 delicias. maximum incrementum fuit ad hoc æui, cubitorum decem & octo Claudio Principe. Minimum quinq; Pharsalico bello, veluti necem Magni prodigio quodam flumine aversante. Ex quo illud colligis, magno miraculo actum à DEO, vt per 7 continuos annos incrementum Nili fieret ultra 16 vel 18 cubitos, quo fertilitas à Ioseph prænunciata contigit; contra verò, vt per alios 7 annos consequentes perexiguus esset auctus, infra 12 cubitos aut etiam 5, vnde summa euenit sterilitas ac fames. Hac de causa vidit hîc Pharao macras boues pasci in ripa Nili: hæ enim portendebant exiguam Nili inundationem: ac consequenter exigua fore pascua, eaq; fere tantùm in vicinia Nili: èccontra vidit Pharao pingues boues pasci in remotis à Nilo paludibus: quia hæ portendebant fertilitatem per totam Ægyptum. *Fertilitas & sterilitas in Ægypto.*

III. *Vnde sunt computandi illi duo anni v. 1. POST DUOS ANNOS VIDIT PHARAO SOMNIUM?* ℞ Josephus computat ab eo tempore, quo Joseph missus est in carcerem, censet enim eum tantùm biennio fuisse in custodia. Probabiliùs tamen alij eos computant ab eo tempore, quo secundùm interpretationem Joseph, pincerna restitutus est ministerio & dignitati suæ, pistor autem suspensus in patibulo. Hoc enim non obscurè indicat contextus narrationis Moysis, exordium hujus cap. cum extremo antecedentis, connectentis atq; conjungentis. Opinantur Hebræi, ideo liberationem Joseph è carcere in biennium dilatam, quòd majorem quàm oportebat, spem ac fiduciam posuisset in beneuolentia, gratia, ac promissis illius pincernæ. Quibus suffragatur S. Aug. vt supra vidimus.

IV. *An somnium illud Pharaonis fuerit propheticum, & an ob id vocari possit propheta?* ℞ minimè, intelligi id potest ex illis, quæ scribit S. Greg. in c. 13 Job lib. 11. Mor. in illa verba: *Ecce omnia hæc vidit oculus meus, & audivit auris mea, & intellexi singula.* Bene addit: singula intellexi: [cum enim aliquid ostenditur vel auditur, si intellectus non tribuitur, prophetia minimè est. Vidit enim Pharao per somnium, quæ erant Ægypto ventura, sed quia nequiuit intelligere, quod vidit, propheta non fuit. Sic aspexit Balthasar articulum manûs scribentis in pariete, sed propheta non fuit, quia intellectum rei, quam viderat non accepit. Vt igitur B. Job prophetiæ spiritum se habere testetur, non solùm vidisse se & audisse, sed etiam intellexisse omnia asserit. Ita Greg. Itaq; magis Joseph propheta, qui intellexerat, quid significarent 7 spicæ, & 7 boues, quàm Pharao qui eas vidit in somnis. *Somnium Pharaonis non fuit propheticū.*

V. *An*

Fertilitas & sterilitas fuit præter cursum naturæ.

V. ***An fertilitas illa & sterilitas Ægypti à Deo facta sit modo naturali & per causas naturales, an verò præter modum, ordinem ac cursum naturæ?*** ℞ præter modum ac cursum naturæ, quia scriptura illam vbertatem & famem tanquam peculiare quoddam factum Dei, & quasi miraculum quoddam singularis prouidentiæ diuinæ circa Ioseph & Iacob commemorat & prædicat. Quodsi illud factum esset modo naturali, & per causas naturales, potuisset fertilitas illa & sterilitas per astrologicas & physicas rationes & conjecturas præuideri ac prædici, contrà quàm in hoc loco non obscurè scriptura indicat. Et verò præter ordinem, modum & cursum naturæ est, maximam abundantiam rerum omnium in eadem regione per 7 continuos annos perdurare, & post eam proximè per 7 alios continuos annos summam sterilitatem & famem subsequi. Ad hoc meliùs intelligendùm consule dicta hic q. 2. Fecit ergo DEus præter vim, modum ac ordinem naturæ, vt illo tempore incrementum Nili per 7 continuos annos fieret vltra 16. vel 18. cubitos, vnde tanta illa fertilitas orta est, vti dictum est. E contra verò vt per alios proximè subsequentes 7 annos perexiguus esset Nili auctus, ex quo famem sequi necesse fuit.

Somnium Pharaonis unum.

VI. *Quomodo Joseph dicit:* SOMNIUM REGIS UNUM EST v. 25. ℞ fuit vnum quoad rem significatam, vtroq; enim significabatur vbertas & sterilitas futura; fuerunt autem duo secundùm diuersitatem temporum, & signorum, quibus idem significabatur futurum. Cur autem duplex fuit somnium, cujus idem fuit significatum? respondeo ad certiorem faciendam fidem futuri euentus somnij. Licet enim in Dei dictis, respectu ipsius, æquè certum sit vnicum & simplex dictum ejus & promissum, quàm si millies idem ipsum diceret & promitteret, cùm sit prima & summa veritas prorsusq; immutabilis, attamen respectu nostri, non itidem se res habet. Nos enim plus credimus hominibus idem sæpiùs affirmantibus aut promittentibus, quàm semel dicentibus & plus credimus, si verba & promissa jurejurando firment, quàm sine jurejurando. Vnde DEus sermonem suum accommodans ad conditionem naturæ nostræ, quod certissimum à nobis haberi vult, id multiplicata denuntiatione ac promissione tradit, & jurejurando adhibito confirmat. Et quia sæpe DEus aliquid futurum prædicit promittendo aut comminando, non absolutè sed conditionaliter; quod non est implendum, nisi posita conditione, quam ponere in voluntate & potestate hominum est, quæ prædictiones etiam sæpe prædictum non habent effectum, vt constat ex prædictione super Niniuen. Ne igitur aliquis existimaret, has prædictiones, etiam tantùm conditionales esse, geminatum est somnium, idemq; bis præfiguratum, vt omnimoda euentus futuri certitudo declaretur. Plures rationes vide apud Pererium.

CAPUT XLII.

Joseph fratres suos in Ægyptum frumenti causa venientes agnoscit, & durè tractat, tandemq; retento Simeone cæteros dimittit ea lege, vt ad se adducant Benjamin.

Ioseph non mittit Patri nuntiũ de vita sua.

QUæstio I. *Cur Joseph per 23 annos patri non misit nuntium, significans ei se viuere?* ℞ S. Aug. putat id ex speciali DEI dispositione factum esse, vt Jacob tam diuturno mœrore afficeretur, & sic pro leuibus suis culpis satisfaceret, his enim viros etiam sanctissimos non carere certum est, *2da* est Theodoreti, similiter DEI dispositioni id adscribentis. Voluit nempe DEus, prout Gen. 15. prædixit Abrahæ, ejus posteros in terra aliena peregrinari, ibiq; durissima seruitute affligi. Hoc adimplendum erat in Ægypto, vt nempe Iacob cum sua familia eò deueniret, quod debebat fieri per Iosephum eò patrem cum suis vocaturum. Si autem sciuisset Iacob filium suum esse in Ægypto, haud dubiè eum reuocasset, & licet magno pretio eum redemisset, non ergo erat status Ioseph ei notificandus, donec esset in eo dignitatis gradu, vt Iacob potiùs haberet ansam se eò conferendi, quàm filium ad se reuocandi, vt sic prædictio Dei de seruitute Hebræorum verificaretur. *3tia* est Pererij, quòd nempe DEus omnia, quæ futura erant, reuelauerit Iosepho, qualiter scilicet fratres ad ipsum venturi, ab eo vexandi, deniq; exhilarandi, & cum Patre in Ægyptum descensuri essent, & hinc patri nullam sui notitiam fecit, donec tempus à Deo destinatum aduenit. Potest etiam hæc causa esse: si Ioseph sui notitiam fecisset Patri, debuisset etiam modum explicare, quo in Ægyptum venerit, quia autem hoc culpâ fratrum contigerat, haud dubiè pater illis grauiter indignatus fuisset, fratres insuper alter alteri culpam imputassent, & in domo Iacob, rixæ, dissensiones & bella exorta fuissent, & sic afflicto Iacob noua afflictio addita fuisset.

Cur Ioseph fratres durè tractauit.

II. *Cur Ioseph fratres suos toties tum verbis tum factis durè tractauerit?* ℞ S. Aug. ser. 82 de temp. hanc reddit causam: non quòd eos odisset, aut de illis vindictam sumere vellet: sed vt per hujusmodi tribulationem fatigatos, ad confessionem criminis, & ad medi-

medicamentum pœnitentiæ prouocaret, ſciebat enim, quòd fratribus ſuis parricidij crimen ſine grandi pœnitentia indulgeri non poſſet, quæſt. ,146. in Gen. aliam hujus cauſam affert, voluiſſe nimirum Joſeph manifeſtationem ſui differre, & eos aliquamdiu affligere, vt plenius & exuberantius faceret gaudium, quo cumulandi erant ipſo cognito & benignitatem ac munificentiam ejus experti. Alia poteſt eſſe ratio, vt ſic de ſtatu patris ſui & fratris ſui Benjamin ex eorum reſponſis certior fieret. Nam quia Benjamin non ſimul cum ipſis venit, veritus eſt, ne fortè vel occidiſſent ipſum, vel vendidiſſent, ſicut in ſe fecerant: nouerat enim inuidum eorum ingenium, & præ inuidia malignum & ſæuum. Proinde non ante deſtitit eos affligere, quàm ad ipſum perduxiſſent Benjamin. Fortè affectatæ hujus auſteritatis principalis cauſa fuit, vt fratres territi, eò profundiùs adorarent, & venerarentur Ioſephum, & ſic adimpleretur ſomnium, quod eis narrauit, adorantium ſtellarum & manipulorum.

Joſeph vocat fratres exploratores.

III. *An Joſeph mentitus ſit, fratres ſuos exploratores nominando?* ℟ cum S. Thom. & Bonav. Joſeph non aſſertiuè fratres ſuos exploratores vocaſſe, ſed tantùm tentando & inquirendo, vti in judicijs fieri aſſolet, vbi judex quandoq; alicujus criminis reum incuſat, non vt ſincerè hoc aſſerat, ſed vt confeſſionem ipſius eliciat. Hunc modum etiam parentes, Domini & ſuperiores obſeruant, ſi enim in domo damnum aliquod factum eſt, parens audacter vnum filium poſt alium reum eſſe enuntiat, licet ipſi non conſtet, per hoc tamen non mentitur, ſed reum ad confeſſionem culpæ terret, & quaſi adigit. Sic etiam Joſeph fratres ſuos tentauit, vt hac ratione eos ad narrandum de patre & fratre Benjamin, & ſiquid interim accidit, quo tempore ipſe abfuit, permoueret.

Joſeph verè jurat.

IV. *An perjurium contineant illa verba, quæ Joſeph dixit fratribus ſuis*; ALIOQUIN PER SALUTEM PHARAONIS, EXPLORATORES ESTIS? ℟ Joſeph bis juraſſe per ſalutem Pharaonis, & ad duas res diuerſas comprobandas; primùm ita jurauit, affirmans eos non egreſſuros inde, niſi priùs adducerent fratrem ſuum minimum. *Per ſalutem Pharaonis non egrediemini hinc, donec veniat huc frater veſter minimus.* Et hoc jusjurandum ſeruauit Joſeph, non enim omnes tunc regreſſi ſunt, ſed vnus eorum retentus eſt. Non enim dixit: nullus veſtrûm egredietur hinc, ſi enim hoc dixiſſet, non vtiq; jusjurandum fuiſſet completum, ſed indefinite dixit, *non egrediemini hinc.* Ad cujus ſententiæ veritatem, ſatis eſt non omnes eſſe egreſſos, ſed vnum eorum remanſiſſe. Dixerat quidem priùs: *mittite ex vobis vnum, & adducat eum, vos autem eritis in vinculis, donec probentur quæ dixiſtis, vtrum vera an falſa ſint.* Poſtea tamen clementiùs egit, ſatis ſibi eſſe dicens, ſi vnus eorum remaneret, cæteri redirent. Ita ſoluit S. Aug. q. 139. in Gen. [An non eſt perjurium? tenuit vnum eorum, donec veniret Benjamin, & verum factum eſt, quod dixerat: *non exibitis hinc, donec veniat frater veſter.* Ad omnes quippe hoc non potuit pertinere: quomodo enim ille venturus eſſet: niſi ad eum reducendum aliqui eorum rediiſſent. Ita ille. Iterum jurauit Joſeph per ſalutem Pharaonis, vt patet ex citatione textus S. Auguſtini. Sed qualis eſt iſta conſequentia, inquit Pererius & probatio. Si non dixiſtis vera de Patre & fratre veſtro minimo, ergo eſtis exploratores? nam fieri poterat, vt & illi falſum dixiſſent, & tamen exploratores non eſſent. Sed vis probationis in eo eſt: ſi mendaces deprehendemini in his, quæ dixiſtis de patre & fratre veſtro minimo, meritò etiam mendaces haberi debetis in eo, quòd negatis vos eſſe exploratores; deprehenſum enim mendacium veſtrum vehementem & probabilem faciet ſuſpicionem & præſumptionem, vos eſſe exploratores.

Juramentũ per ſalutem Pharaonis an licitum & quale?

V. *An per ſalutem Pharaonis ſit juramentum, an licitum, & quale?* ℟ eſſe juramentum, quia hebraicè eſt, *viuit Pharao*, quæ apud Hebræos eſt formula jurandi, perinde ac cum dicunt, *viuit DEus.* Juramentum hoc eſt licitum, quia qui per creaturas jurat, cenſetur uſu communi gentium, & tacita jurantis intentione jurare per earum creatorem, vti explicat Chriſtus Matt. c. 23. v. 21. Joſeph ergo non joco, ſed ſeriò jurat per ſalutem Pharaonis tanquam regis ſui benefici, venerandi & adamandi, & quaſi in Pharaone venerans DEum ſimulq; regiam poteſtatem ipſi à DEO datam. Ergo, per ſalutem Pharaonis, idem eſt ac ſi dicat, per DEum, qui auctor eſt & conſervator vitæ & ſalutis Pharaonis. Iuramentum autem poteſt dici aſſertorium, ſi nimirum ita intelligas, *per ſalutem Pharaonis*, id eſt, juro per DEum, qui vitæ & ſalutis Pharaonis auctor eſt & cuſtos. Sic enim cùm dicunt Hebræi vivit Dominus, ſenſus eſt, teſtor DEum vivum: ita verum eſt quod dico, ac verum eſt vivere DEum, quem in teſtem voco, & per quem juro. Ex communi tamen vſu loquendi potiùs eſt execratorium, quo quis ſe aut ſuos devovet, vt ſenſus ſit, *per ſalutem Pharaonis* juro, teſtor, & rogo DEum, vt Pharaoni regi meo chariſſimo ſalutem & vitam adimat, niſi vos quaſi exploratores habuero, & punivero, ſi ad me non adducatis Benjamin. Sicut enim noſtram perſonam, ita & aliam nobis conjunctam poſſumus obligare DEo, vt in ea nos puniat ſi fallimus, dicendo & jurando, per vitam patris; per vitam vxoris, per ſalutem regis. Nec hoc eſt alteri imprecari malum, aut agere contra charitatem, ſi enim verum dicimus, eſt ſecundùm charitatem, oſtendimus enim, quanti regem vel patrem facimus, eumq; ſic honoramus, idem enim eſt, ac ſi dicas:

Ita DEus ſalvet vel non ſalvet Pharaonem. Salvet ſi verum dico, & ſi præſto, quod dico; non ſalvet, ſi fallo, vtrumq; enim includitur. vti ſolenter & doctè advertit Leſſius tract. de juramento dub. 2. apud Corn. à Lap. hîc,

Joſeph fratres tradit cuſtodiæ tribus diebus

VI. *Cur Joſeph fratres ſuos tradidit cuſtodiæ tribus diebus, & non paucioribus vel pluribus?* ℟ Voluit eorum peccata condignâ pœnâ quodammodo punire. Illi tripliciter adversùs Ioſeph peccaverant, *imò* deliberata voluntate eum occidendi, cùm dixerunt: *Venite occidamus eum* Gen. 37. Deinde in ciſternam eum dejiciendo, vt inibi fame ſitiq; cruciabili admodum exitu periret. Ad hæc cùm innocentem & fratrem ſuum quaſi ſervum ſceleratum vendiderunt alienigenis. Hoc igitur triplex eorum crimen triduanâ illâ cuſtodiâ & afflictione puniri quodammodo, expiariq; voluit Ioſeph. Quid, ſi triduanâ illâ carceris cuſtodiâ & afflictione præfiguratum eſt ſalutiferum, & tripartitum pœnitentiæ Sacramentum, in contritione, & confeſſione, & ſatiſfactione conſiſtens,

Ruben etiã incarceratur.

VII. *Cur Joſeph fratrem ſuum Ruben, qui peccati aliorum fratrum conſors & particeps non fuerat, pariter cum alijs fratribus in cuſtodiam dederit?* ℟ Verum eſſe, quòd Ruben in Ioſeph non peccaverit, ſed bene de ipſo meritus fuerat: ſiquidem & obnixè fratribus reſtitit illum necare volentibus, & cùm abſente & inſcio illo venditus eſſet, graviſſimè tulit & vehementer indoluit. Quin imò nunc, audiente ipſo Ioſeph, (putans eum hebraicam linguam non callere, per interpretem enim loquebatur) exprobavit fratribus ſuis crimen in Ioſeph commiſſum, dicens. *Numquid non dixi vobis, nolite peccare in puerum, & non exaudiſtis me? en ſanguis ejus exquiritur.* Attamen non potuit Ioſeph commodè aliter facere. Cùm enim Ruben eſſet in ſocietate aliorum fratrum, ſi eum vnum Ioſeph ſeparaſſet à ſocietate & participatione pœnæ aliorum; facile indicaſſet ſe ipſum fratribus: ex eo namq; in ſuſpicionem veniſſent, ipſum eſſe Joſeph, de quo tam bene meritus fuiſſet Ruben. Ioſeph porrò manifeſtationem ſui longiùs differre volebat.

Simeon non Ruben tenetur obſes.

VIII. *Cur Joſeph potiùs retineri juſſit Simeonem in obſidem, quàm Ruben, qui erat primogenitus?* ℟det Theodor. q. 102. in Gen. [Noverat Ioſeph animum ipſius Ruben, & probè ſciebat, quanta defenſione pro eo vſus eſſet apud fratres, & quantum laboraſſet pro ipſius ſalute. Quia verò Simeon ipſi Ruben pro liberatione ſui laboranti non adfuit, jure præcepit eum recludi. Nihilominus abeuntibus fratribus illum omni ſtudio curavit. Sic Theodor. Quamquam illa probabilior ejus retinendi cauſa fuit (ſi vera tradunt Hebræi) quòd ipſe inter fratres, qui oderant Ioſeph, & quem perdere voluerant, primas tenuit, vehementiorq; ad id incitator & impulſor fuit.

CAPUT XLIII.

Fratres ſecundò cum Benjamino eunt in Ægyptum, vt emant frumentum, Joſeph eos benignè & lautè convivio excipit.

Jacob perſuaſus verbis Iudæ nõ Ruben mittit Benjamin in Ægyptum

QUæſtio I. *Cur Jacob perſuaſus verbis Judæ & non Ruben conceſſit, vt Benjamin comitaretur in Ægyptum?* ℟ Judas gratus & charus erat patri & propter ejus prudentiam & gravitatem morum fidem ejus dictis habebat. Ruben contra ingratus & inviſus erat Patri, propter inceſtum ab eo admiſſum, violando thorum paternum. Deinde conditio, quam offerebat Ruben, necem ſcilicet filiorum ſuorum, erat iniqua & abſurda, ac irrationabilis, & à Iacob non ſolùm non acceptanda, ſed etiam averſanda & execranda. Dixerat c. 42. *Duos filios meos interfice, ſi non reduxero illum tibi:* Conditio verò Iudæ erat gravis & rationabilis & ad movendum patrem perefficax, dixerat enim: *Mitte puerum mecum, vt proficiſcamur, & poſſimus vivere, ne moriamur nos & tu & parvuli noſtri: Ego ſuſcipio puerum, de manu mea require illum. Niſi reduxero & reddidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore. Si non interceſſiſſet dilatio, jam vice altera veniſſemus.* His adde, quòd quando Iudas hæc dixit Patri, erat major frumenti inopia, vehementiorq; fames, quàm antea fuerat, cum Ruben loqueretur. Iacob itaq; majori inopia permotus victusq; neceſſitate, ne ipſe cum omni familia periret, coactus eſt aſſentiri Iudæ & Benjamin dimittere.

Joſeph conuiuio excipit fratres.

II. *Cur Joſeph convivium inſtituit fratribus?* ℟ quia eos priùs durè tractavit, & ingentem timorem eis incuſſit, eos deinde convivio excepit, vt animos leniret, & ſenſim ad novam confidentiam diſponeret & fraternam dilectionem reſuſcitaret. Solebant enim veteres convivia inſtituere quæ Chariſtia vocabant teſte Val. Max. l. 2. c. 1. ad quæ invitabantur tantùm ij, qui ſanguine juncti, & inter quos collapſa amicitia reſtauranda erat.

Ordo in conuiuio.

III. *Quis fuit ordo in hoc convivio?* ℟ ex v. 32. apparet tres menſas fuiſſe, ad quarum vnam ſedebat Ioſeph tanquam princeps & Dominus. Ad alteram ſedebant quidem Ægyptij honoratiores, & alicujus dignitatis, quos honoris causâ admittebat ad menſam Ioſeph, non tamen eamdem, quia Ægyptij cum Hebræis manducare non ſolebant. In tertia menſa ſedebant fratres Ioſeph ita locati, & ipſi vicini, ejusq; oculis ita objecti, vt directè intueri, & per interpre-

terpretem commodè cum ipsis loqui potuerit. Erant autem fratres Ioseph ordinati secundùm ordinem ætatis cujusq; vt prior natu, priori loco sederet, & minimus natu, vltimo loco, Primus Ruben, vltimus Benjamin, & hoc est juxta scripturam, *sedere juxta primogenita sua*, id est, vt quisq; primogenitus fuerat, ita primo loco ibi sedebat.

IV. *Cur Ægyptij tantopere aversabantur societatem Hebræorum in convivijs, vt illicitum & profanum putaverint cum illis comedere?* ℟ Alij adscribunt id superbiæ Ægyptiorum, qui exteras gentes, & maximè Hebræos vt ignobiles vilesq; homines aspernabantur. Cùm tamen ipsi Ægyptij, propter impurissimos mores, & absurdissima instituta, & vanissimas ac execrabiles superstitiones omnium hominum vanissimi & contemptissimi haberi deberent, vnde à David vocantur populus barbarus: *In exitu Israël domus Jacob de populo barbaro.* Sed probabilius est, Ægyptios tantopere horruisse cum Hebræis comedere, quia Ægyptij non vescebantur carnibus pecorum; quin etiam pecora, quasi Deos divino cultu & honore venerabantur, & ideo eorum occisionem perhorrescebant, Hebræi verò pecora mactabant, tum ad edendi, tum ad sacrificandi vsum. Patet id ex c. 8 Exod. Dicenti enim Pharaoni, vt Hebræi sacrificarent DEo suo in Ægypto, & non irent in desertum, respondit Moyses: *non potest ita fieri: abominationes enim Ægyptiorum immolabimus Domino DEo nostro. Quòd si mactaverimus ea, quæ colunt Ægyptij, coram eis, lapidibus nos obruent.* *Ægyptij aversabantur societatem Hebræorum.*

V. *Cur aut quid mirabantur fratres Joseph v. 33.?* ℟ Liranus & Tostatus putant illud miratos esse, quòd Joseph, quem putabant extraneum & Ægyptiū, & suorum morum & institutionum planè ignarum, ita eos sedere fecisset, vti sedere in domo patris sui solebant, & quòd sine errore eos secundùm ordinem ætatis in sedendo disposuisset. Cajetanus verò putat ideo illos miratos esse, quòd in accipiendis ab eo partibus, major pars obvenerit Benjamino, ita vt quinq; partibus excederet, cùm tamen minimus natu esset, & vltimo loco sederet. *Quid fratres Joseph mirabantur.*

VI. *Quomodo intellgendum est, partem Benjamin quinduplo excessisse partes aliorum fratrum?* ℟ Videtur Joseph quinq; fercula ampliùs Benjamino, quàm cæteris misisse; licet Josephus & Abulensis putent Josephum singulis fratribus misisse 5. fercula, sed ita vt Benjamin in singulis acciperet duplam portionem. Alij putant, quòd vna, eademq; portio data sit singulis, sed Benjamino quintuplo major & grandior. *Pars Benjamin quintuplo major.*

VII. *Cur id facere voluit Joseph erga Benjamin, vt is quinq; partibus excederet alios fratres?* ℟ fecit id, quia Benjamin sibi conjunctior erat, & cæteris fratribus charior, cùm esset frater suus vterinus & vnicus, eodem patre, matreq; generatus, & quòd in sui locum successisset apud patrem, quantum ad singularem amorem & curam ejus. Alexander Polyhistor apud Eusebium l. 9. de Præparat. Evangel. c. vlt. putat, propterea id factum esse ab eo, quoniam 7. filios Lia patri ejus pepererat (6 mares, & vnam fœminam) Rachel autem mater sua duos tantùm. Ne itaq; Rachel videatur minor esse Lia, hinc Joseph in filio ejus Benjamin, quinq; ei partes addit, vt sic eam Liæ adæquet. Sicut enim Lia quinq; prolibus Rachelem, ita Benjamin, & consequenter Rachel suos fratres, ipsamq; Liam eorum matrem, quinq; partibus, seu missibus superabat in hac mensa Josephi. Præterea isto facto Josephi erga Benjamin præfigurata est, (secundùm S. Amb. & Prosperum) futura super omnes cœlestium donorum in B. Paulo, (qui fuit de tribu Benjamin) exuberantia. Videtur enim alios singulari quadam Apostolici muneris gratiâ & cœlestis sapientiæ præstantiâ, & perpessione laborum, in prædicando Evangelio, & re Christiana per omnem terrarum orbem promovenda excessisse & superasse. Unde ipse dixit: *Abundantiùs laboravi.* *Cur sic major.*

VIII. *Nonne fuit notabilis intemperantia, in convivio Josephi tam immodicè potasse, vt ebrij fierent?* ℟ cum Pererio, Verbum inebriandi dupliciter sumitur in sacra scriptura. Aliquando enim accipitur juxta vulgarem consuetudinem, vt subintelligatur vitium: significat enim in tantum repleri potu, vt & corpus in sensu & motu perturbetur, & animus in recto rationis vsu. Nimio enim potu sumpto, & sursum vaporante, caput oppletur: & quia inde sensus & motus ad vniversum corpus derivantur, & perturbato cerebro, necesse est motum & sensum aut impediri aut depravari: inde est titubatio lingvæ, & vacillatio pedum. Altero modo, & frequenter verbum inebriandi vsurpatur in scriptura citra vitium, prout significat longè & copiosè, & cum magna animi jucunditate & voluptate bibere, illæsa tamen mentis & sensuum integritate, & sic sumptum transfertur etiam ad res irrationales ad significandam ingentem copiam & abundantiam cujuspiam rei, quale est illud ps. 74. *visitasti terram & inebriasti eam.* Item ps. 35. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, id est, replebuntur & saturabuntur. Et talem puta fuisse ebrietatem in convivio Josephi. *Inebriare quid sonat.*

CAPUT XLIV.

Scyphum suum occultè in sacco Benjamini poni jubet Joseph, hinc Benjaminum quasi furem sibi in servum deposcit, pro eo Judas in servitutem se offert.

Cur Joseph calumniam instruxit Benjamino

QUæstio I. *Cur Ioseph hujusmodi calumniam instruxerit adversùs Benjamin?* ℞det S. Chrysost. Theodor. Philo, Iosephus, Tostat. & alij, vt pertentaret animos fratrum, an non Benjamin durè sint habituri, quia ei quintuplo majorem portionem dederat in mensa, & attentè observans, non poterat, deprehendere aliquam invidiam vel toruum vultum erga Benjamin, nunc eum facit simulatè furti reum, & malorum ipsis imminentium auctorem, vt videat, an non ei insultent, increpent, & molesti sint; Eum deinde (quando & in hoc non vidit eos insolentes factos erga Benjamin) in vinculis retinere simulat, vt experiatur, an pro ejus dimissione solliciti futuri, & ex fraterno amore eum liberare conaturi sint, expertus enim erat Joseph invidiam fratrum erga se, hinc etiam experiri voluit, quo animo affecti sint fratri suo vterino.

Hac calumnia non peccavit Joseph.

II. *An Ioseph peccaverit hanc fratribus calumniam imponendo, & fures declarando?* ℞det Cajetanus, nullam ibi fuisse calumniam formaliter, hoc est ex intentione calumniandi, vt clarè patet ex eo, quòd in fratris dilectissimi sacco poculum argenteum poni jusserit; intendebat enim Joseph explorare, an fratres parvi facerent servitutem Benjamin: calumnia igitur tantùm materialiter ibi intervenit, quæ quia cognoscebatur, quòd in malum nullum Benjamin redundaret, vtpote intra brevissimum temporis spatium, imò verò statim veritate patefacta in lucem prodiens, à peccato contra bonum proximi manifestè excusatur, quamvis officiosum mendacium intervenit: Ita ille. Pererius tamen etiam à tali mendacio vindicat S. Ioseph, non enim ista ex animo, & seriò & asseverando, sed tentando, & interrogando tantùm, vt facere solent judices, facta dictaq; sunt.

Augurari quid significat.

III. *Cur Ioseph verè & propriè augurari solebat per illum scyphum?* ℞ duplex est significatio tam nominis *augurium*, quàm verbi, *augurari*. Una propria, altera figurata & metaphorica. Augurari propriè significat divinare ex avium vel volatu, vel cantu, vel pastu, Non proprie & per translationem verbum augurari sumitur pro præsagire, divinare, siue fiat augurio, siue naturali sagacitate, vt Pererius & Corn. ex Hebræo & Chaldæo probant; quia ergo Joseph in conversatione cum alijs præsertim hospitibus ex scypho illo largiùs cum ipsis bibendo & propinando eorum mores & arcana cordis indagabat, in hoc sensu sibi ipsi nomen auguris tribuit, quamvis Ægyptij, & ipse etiam dispensator eum pro vero augure habuerit; ad cujus confirmationem servit, quia dispensator dicebat, Josepum in scypho augurari, Joseph autem cautior loquebatur; non enim dicebat, se per scyphum augurari, hoc enim falsum erat, sed tantùm non esse sibi similem in augurandi scientia, & hoc erat verissimum, quia cæteri omnes vel vanè, vel ope Dæmonis augurabantur, Joseph autem vel ex naturali sagacitate, & acri judicio, vel ex inspiratione divina pandebat arcana.

Ægyptij per scyphum quomodo divinarunt.

IV. *Quomodo Ægyptij per scyphum divinârunt?* ℞det Sirenius l. 9. de fato c. 18. apud Perer. Assyrios legimus, inquit ille, & Chaldæos & Ægyptios pelues aquis implere solitos (idem intellige de scyphis) in quibus argenteas laminas, lapidesq; pretiosos certis characteribus signatos ponebant, & quibusdam verbis pronuntiatis, Dæmon advocabatur, qui vocem instar sibili, ex aquis edebat, responsa eorum, de quibus consulebatur, reddens. Ex nitidis etiam tersisq; rebus alijs, in quibus quæsitarum rerum imagines à diabolo confictæ videbantur, antiquitus divinabatur. Julianum Imperatorem Apostatam, hoc potissimùm divinandi genere vsum esse, quidam tradiderunt. Consimile est, quòd à quibusdam hodie, vel in crystallis & vitreis vasis aquâ repletis, vel in summis digitorum vnguiculis exercetur: in quibus rerum, quæ inquiruntur, species & imagines à Diabolo confictæ, à certis personis videntur. Hujus generis videtur fuisse oraculum ex fonte Cereris in civitate Patras: in quo, injecto speculo, ægroto hilarior vel tristior vultus ostendebatur, & indidem ægrotis sanitas vel mors divinabatur. In libro de Mirabilibus mundi (qui falsò adscribitur Aristoteli) memoratur fons quidam Paliscorum in quo per dolum jurata; & tabellæ inscripta, si ponebantur, continuò absorbebantur, bona autem fide ac sincerè jurata supernatabant aquis. Sic ille.

CAPUT XLV.

Joseph se fratribus aperit, eosq; cum muneribus ad patrem remittit, vt eum ad se adducant; ille præ gaudio vix se capit.

Ioseph sine arbitris loquitur fratribus.

QUæstio I. *Cur Joseph præcepit astantibus, vt egrederentur cuncti foras, & nullus interesset alienus agnitioni mutuæ.* v. 1.? ℟. Ne eum flentem, & tenere amplexantem fratres suos viderent Ægyptij, quia virum gravem lacrymari publicè dedecet, omnibusq; viris innatum est, vt velint fletum occultare & amoris signa extraordinaria non exhibere spectantibus alijs. Deinde, ne Ægyptij audirent fratrum crimen per venditionem in se commissum, de quo necessariò mentio fieri debebat, nolebat enim eos confundere, diffamare, & crimen occultum manifestare. Sed cur vocatur agnitio mutua? non enim videtur fuisse mutua, quia Joseph jam antea noverat fratres? ℟. Noverat antè, sed occultè & intra se, nunc autem etiam apertè, signisq; exterioribus eos agnoscit, & hinc dicitur agnitio mutua.

Terror fratrum Ioséphi.

II. *Cur non poterant fratres Ioseph respondere nimio terrore perterriti?* ℟. Subitus terror solet homines ad tempus quasi mutos reddere. Cujus rationem dat S. Thom. depromptam ex doctrina Arist. in problem. Timor inquit provenit ex imaginatione alicujus mali imminentis, quod difficulter repelli potest. Quòd autem aliquid difficulter repelli possit, provenit ex debilitate virtutis, virtus autem quantò est debilior, tantò ad pauciora se potest extendere, & ideo ex ipsa imaginatione, quæ facit timorem, sequitur quædam contractio caloris & spiritus, & hinc retentio vocis. Sicut enim in morientibus, natura propter virtutis debilitatem ad interiora se recipit; & sicut in civitatibus, cùm cives valde timent externum hostem, retrahunt se ab exterioribus, & recurrunt, quantum possunt ad interiora, ita in timentibus calor cum spiritibus ad interiora contrahitur] Timorem autem illum in Fratribus Joseph faciebat tum conscientia sceleris contra eum commissi, tum contemplatio potentiæ Joseph, à quo facile, quocunq; ille vellet modo, & quantocunq; vellet supplicio, puniri possent.

Qua voluntate Dei Ioseph missus in Ægyptū.

III. *Quomodo accipiendum illud:* NON VESTRO CONSILIO, SED DEI VOLUNTATE HUC MISSUS SUM? ℟. voluntate præfiniente exaltationem meam, meiq; venditionem tantùm permittente, vt per eam exaltarer. Ita Suarez & alij passim. Vnde non dicit: *vos misistis me*, quia vos mittendo peccastis, *sed missus sum*: quia DEus est auctor passionis, æquè ac patientiæ meæ, qua scelus subij, & toleraui; non autem est auctor actionis vestræ, hæc enim fuit peccatum. Sic de Christo ait S. Petrus Act. 2. v. 23. *Hunc definito consilio & præscientia Dei traditum, per manus iniquorum affligentes interemistis*: Decreuerat enim DEus passionem Christi, non autem crucifixionem Judæorum. Nam vt ajunt Theologi, actio (Judæorum) displicuit, passio (Christi) grata fuit DEO.

Ioseph quasi pater Pharaonis.

IV. *Quomodo accipienda illa verba:* FECIT ME QUASI PATREM PHARAONIS, ET DOMINUM VNIUERSÆ DOMUS EIUS, ET PRINCIPEM IN OMNI TERRA ÆGYPTI? ℟det Cajetanus: voluit Pharao, vt Ioseph esset quasi Pater ipsius, curam haberet domûs & regni sui. Itaq; Ioseph relatiuè ad Pharaonem fungebatur officio paterno; relatiuè autem ad familiam & domum Pharaonis, fungebatur officio Domini; relatiuè autem ad terram Ægypti, fungebatur officio Principis. Et hoc ipsum ab initio constituetat, & decreuerat Pharao, cùm primùm exaltauit Ioseph, dixit enim Gen. 41. Tu eris super domum &c. Ex dictis porrò verbis Ioseph, quibus dixit se esse quasi patrem Pharaonis, quidam inferunt, Pharaonem tunc fuisse adolescentem, cui Ioseph, vir nempe humanarum, & diuinarum rerum consultissimus, tamquam pater accesserit, à quo bene administrandi regni formulam acciperet, & cujus prudentiâ in dubijs & arduis rebus regeretur. Magnis enim principibus, ob ætatem consilio & prudentia non pollentibus mos fuit apud veteres viros adjungere scientiâ rerum humanarum præstantes, qui principibus bene viuendi, dicendi, & agendi magistri & quasi patres essent. Sic apud Homerum legimus Achilli datum esse Phœnicem: Agamemnoni fuisse Vlyssem, Nestorem & Chalcantem: Dario Zopyrum: Epaminondæ Lysiam: Platonem Dioni: Aristotelem Alexandro: Zenonem Antigono: Senecam Neroni: alij tamen: *quasi patrem* referunt ad prudentiam & sapientiam Ioseph: propter quam Pharao eum tanquam patrem reuerebatur & obseruabat, ejusq; consilio lubens regebatur, monitisq; ejus ac documentis non secus ac paternis præceptis obtemperabat. Nimirum fortunati principes, quibus probos ac prudentes habere consiliarios contigit, quorum ipsi sententias libenter audiunt & sequuntur.

Pharao gauisus in aduentu fratrum Ioséphi.

V. *Cur Pharao gauisus sit ob aduentum fratrum Joseph?* ℟. tum quia hunc diligebat, & de omni ejus fortuna (qualis erat aduentus fratrum) lætabatur, tum quia Ioseph ex seruo emptitio, vili & despecto statu ad tantam dignitatem peruenerat. Poterat hoc ejus auctoritatem diminuere, & aliqualem vilipensionem saltem in mente aliquorum causare, quando autem fratres aduenerunt, qui erant spectabilis staturæ, viri insignes, simul ac divites, gaudebat Pharao, quòd Joseph honestis parentibus ortus & claræ familiæ esset.

Ioseph abeuntibꝰ fratribus mandauit, ne rixarentur in via. VI. *Cur Ioseph abeuntibus hoc solùm mandauit, ne rixarentur in via?* ℞ quia præuidebat, fore vt fratres in via contenderent inter se & altercarentur super venditione sua, quis ipsorum magis, minusq; culpabilis fuisset, & ideo magis minusq; sibi timere deberet à Ioseph. Enim verò hoc pleriq; ingenio sunt, vt rectè factorum gloriam quisq; ad se trahere, sibiq; vendicare studeat: si quid contra perperam vel errore vel stultitia admissum est, id quisq; amoliri à se, atq; in alios devoluere conetur. Erant fratres Ioseph, quantum ad ejus venditionem non in eadem omnes causa, ideo vt sibi quisq; bene vel malè conscius erat, ita vel spem vel metum animo concipiebat. Et Ruben quidem extra omnem erat noxam, quia perpetuus erat salutis Ioseph defensor, & necis ejus dissuasor ac detestator. Iudas verò, cujus magna erat apud cæteros fratres auctoritas, vt Ioseph ab interitu assereret, venditionem ejus, quasi minus malum, fratribus persuaserat. Cæteri fratres, vno omnes calculo mortem Ioseph, decreuerant, ideoq; pejori erant conditione, majoriq; in metu. Hoc cùm Ioseph minimè lateret, vt rixarum omnem causam præcideret, sapienter omnes adhortatus est, ad vitandas in reditu rixas & altercationes.

CAPUT XLVI.

Jacob cum tota prosapia proficiscitur in Ægyptum, occurrit & excipit eum Joseph.

Puteus juramenti? QUæstio I. *Quis fuit ille locus, qui hic vocatur* PUTEUS IURAMENTI v. 1? ℞ ex c. 21. & 26. Gen. patet. quòd vocatus sit Bersabee. Ibi enim scribitur: *idcirco vocatus est locus ille Bersabee, quia ibi vterq; jurauit.* Hic autem: *& nomen vrbi impositum est Bersabee.* Vox autem *Bersabee*, composita est ex *Ber*, quod significat puteum, & ex voce *Sabe*, quod significare potest vel septem vel juramentum, vnde vocem Bersabee, interpretari licet vel puteum septem, vel puteum juramenti. Et fortè ad vtrumq; significandum tale nomen impositum est, quia circa illum vtrumq; factum est inter Abraham & Abimelech. Nam & septem agnas electas Abraham dedit Abimelech, in testimonium, quòd fodisset puteum illum, & inde vocatur puteus septem. Et iterum juxta eundem puteum, Abraham & Abimelech inter se fœdus inierunt, adhibito jurejurando, ex quo vocatus est puteus juramenti.

Cur ad hunc locum sacrificatū iuit Iacob, II. *Cur Iacob ad hunc potissimùm locum iuit sacrificatum DEo?* ℞ quia locus hic sanctus admodum & religiosus erat, ibi enim auus ejus Abraham erexerat altare, & invocauerat DEum Gen. 21. Ibi etiam Pater ejus Isaac, similiter DEum religiosè coluerat Gen. 26. Propter hanc igitur ejus loci religionem & sanctitatem in eo potissimùm Iacob DEum venerari, & de profectione sua consulere voluit.

Iacob cur timuit ire in Ægyptū. III. *Cur Iacob timuerit profecturus in Ægyptum?* ℞ Iosephus l. 2. Antiquit. tres dat rationes, primam, ne posteri ejus terræ Ægypti ubertatis amore capti, reuerti nollent in terram Chanaan, cujus possessionem DEus illis promiserat: alteram, ne tam numerosa familia, quam ducebat secum, insigni aliquo damno & calamitate afficeretur: tertiam, ne ipse priùs vitâ excederet, quàm dilectum filium Ioseph videre posset. Rupertus dat aliam causam, cùm enim Iacob haberet spiritum propheticum, præuidit, quàm duram, tyrannicam & diuturnam seruitutem posteri ejus in Ægypto seruituri essent, quantaq; difficultate ac labore essent ex Ægypto educendi, & ad possessionem terræ Chanaan perducendi: Sciuerat enim oraculum datum Abrahæ Gen. 15: *scito prænoscens, quòd peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subjicient eos seruituti & affligent eos quadringentis annis.* Hæc præuidens valde timebat illuc proficisci. His addi potest, eum timuisse, ne sui posteri ob diutinam cum Ægyptijs conuersationem, in eorum impurissimos mores, & absurdissimas superstitiones degenerarent. Prout etiam factum, quando egressi ex Ægypto ad montem Sinai vitulum sibi conflarunt, vt eum adorarent, quia viderant Ægyptios bouem diuino cultu adorantes.

Multiplicatio familiæ Iacob. IV. *An impletum illud:* IN GENTEM MAGNAM FACIAM TE IBI? ℞ cumulatissimè. Nam cùm non intrassent ex familia Iacob Ægyptum ampliùs 70, adeo multiplicati sunt, ut cùm inde sunt egressi, eorum tantùm qui ad bellandum erant idonei, ampliùs sexcenta millia, numerarentur, præter innumerabilem aliam multitudinem, ejusdem tamen generis & stirpis, mulierum, paruulorum & senum. Et hoc ipsum DEI beneficium Moyses in memoriam reuocans Hebræis dixit Exod. 11. *In 70 animabus descenderunt patres tui in Ægyptum, & ecce nunc multiplicauit te DEus tuus, sicut astra cœli.*

Descensus vel ascensus Dei. V. *Quomodo intelligendum illud:* EGO DESCENDAM TECUM ILLUC. v. 4.? ℞ Verba hæc loquebatur Angelus, sed auctoritatem ejus repræsentans, à quo missus erat, qui hic vocatur DEus. Vnde hoc: *ego descendam tecum illuc*, si referatur ad personam Angeli propriè accipiendum est: Angeli enim (licet aliter quàm homines) mouentur ex vno loco in alium, descendunt de cœlo, & rursus ascendunt in cœlum, perambulant terram, quare etiam hic Angelus descendere poterat cum Jacob in Ægyptum; si autem referatur ad DEum, cujus auctoritate

tate

tate Angelus loquebatur, non poteſt illud: *ego deſcendam tecum*, propriè accipi. Cum enim DEus vbiq; ſit præſens, cœlum & terram, ac omnia implens, non poteſt propriè dici vel deſcendere aliquo, vel aſcendere. Sed iſta dicuntur figuratè de DEo, non ſecundùm ipſum, ſed ſecundùm effectus ipſius. Nam quia DEus manſionem alicujus hominis in aliquo loco, vel deſcenſum ejus ex aliquo loco, vel profectionem ejus in aliquem locum cuſtodit, regit & adjuuat: ideo dicitur DEus manere cum illo homine, & diſcedere aut proficiſci cum illo. Taliter dicit ſe deſcenſurum cum Jacob in Ægyptum.

VI. *Quomodo intelligendum illud*: ET INDE ADDUCAM TE REVERTENTEM, cùm Iacob in Ægypto mortuus ſit? ℞ intelligendum de poſteritate Iacob, ſeu Hebræis, quos poſt 215. annos DEus eduxit de Ægypto, & reduxit ad terram Chanaan. Multa enim promiſſa ſunt Patriarchis, non in ipſis, ſed in poſteris eorum adimplenda. Sic: *dabo tibi terram hanc*, dixit DEus Abrahæ Gen 13. Iſaac Gen. 26. & Iacob Gen. 28. quod tamen non in ipſis, ſed in eorum poſteris impletum eſt. *Quomodo Iacob reductus ex Ægypto.*

VII. *Cur Ioſeph voluit fratres ſuos vocari paſtores*? ℞ Ioſephus l. 1. Antiquit. duas reddit rationes, prima, ne fortè à Pharaone ad alia miniſteria aulica, civica, vel bellica applicarentur, & ſic inter ſe diſſociarentur. Secunda, ne Ægyptijs commixti eorum invidiam & odium incurrerent, quia ijs tum animi tum corporis dotibus præcellebant. Tertia eſt Pererij, ne ex convictu & familiaritate Ægyptiorum, eorum ſuperſtitiones, vitia & depravatos mores diſcerent, & à vero DEi cultu abſtraherentur & corrumperentur. Quarta poteſt eſſe, vt eò faciliùs obtinerent terram Geſſen, quæ pro alendis gregibus ovium opportuna erat, hanc rationem ipſe Ioſeph dat, dum ſubdit: *hæc autem dicetis, vt habitare poſſitis in terra Geſſen.* *Ioſeph vocat fratres paſtores.*

VIII. *Cur Ægyptij deteſtabantur omnes paſtores ovium?* ℞ Rupertus hanc cauſam dat: quia ipſi in equis & curribus ſuperbiebant plus cæteris gentibus, & idcirco humile paſtorum genus veluti ignominiam deſpiciebant & deteſtabantur. Sed potior videtur hæc eſſe ratio, quia paſtores ſolent occidere & comedere carnes ovium & pecudum, quod Ægyptij deteſtabantur, vtpote quas pro dijs colebant, vt patet Exod. 8 v. 26. Alebant tamen Ægyptij oves & boves, tum propter lac & lanam, tum ob ſuam delectationem, ſicut Magnates nonnulli canes, ſimias, vrſos, leones &c. tum ad ſtercorationem agrorum, tum etiam lucri gratiâ, quia alijs gentibus eas divendebant. *Ægyptij deteſtabantur paſtores.*

CAPUT XLVII.

Joſeph Patrem & fratres Pharaoni ſiſtit, qui eis dat terram Geſſen. Ægyptij in fame, pro frumento pecora, agrosq; Joſepho & Pharaoni divendunt. Jacob moriens adjurat Joſeph, vt ſe ſepeliat in Chanaan.

QUæſtio I. *Cur Iacob vitæ ſuæ tempus nominavit* DIES PEREGRINATIONIS SUÆ? ℞ quia frequenter coactus mutare ſedes & natalem terram relinquere. *Imò* enim vt declinaret inſidias fratris ſui Eſau derelicta domo paterna abijt in Meſopotamiam, vbi per 20. annos ſervivit Laban. Inde diſcedens venit Soccoth, & per vnum annum & dimidium inibi habitavit, ex quo loco venit juxta Sichem, manſit ibi annis circiter novem Gen. 33 inde venit Bethel & Ephratam, & deniq; Hebron, vbi erat pater ejus Iſaac. Tandem inopiâ rei frumentariæ, fameq; adactus demigravit in Ægyptum. Aliàs viri ſancti in hac terra vocant ſe peregrinos, licet in natali ſolo degant, terramq; non patriam ſed pro diverſorio vel potiùs exilio habent, ad terram illam ſemper viventium anhelantes. S. Hieron. ep. 129. ad Dardanum obſervat in ſcriptura habitatores terræ appellari peccatores, juſtos verò vocari advenas, peregrinos & incolas. Illud quoq;, inquit, ſollicita mente tractemus, vt ſcripturarum nos doceat auctoritas, ſanctos non fuiſſe habitatores ejus terræ, quam Iudæi terram promiſſionis autumant, ſed fuiſſe tantùm incolas atq; peregrinos. Ex juſti viri legimus perſona. *Advena ego ſum & peregrinus, ſicut omnes patres mei*: Ubicunq; autem habitator terræ legitur, ſi priora, & media & extrema ſpectemus, liquidò ſcripturarum poterit hæc regula comprobari, ſemper habitatores terræ, peccatores appellari, de quibus in Apoc. c. 8. ſcriptum: *Væ habitatores terræ*. B. Stephanus Act. 7. dixit Abrahæ, cui terræ Chanaan poſſeſſio à DEo promiſſa fuerat, ne veſtigium quidem pedis ejus terræ dediſſe. Ac nequis putaret, quod non fuerat datum parenti; eſſe id poſteris redditum, Apoſt. id refellit Heb. 11. de Abraham, alijsq; patriarchis ſcribens: *Fide peregrinatus eſt in terra promiſſionis, quaſi in aliena, in tabernaculis habitans cum Iſaac & Iacob coheredibus ejuſdem promiſſionis: expectabat enim fundamentum habentem civitatem, cujus artifex & conditor DEus eſt.* Et cùm aliquos ſanctos commemoraſſet, deniq; adjunxit: *Iuxta fidem mortui ſunt hi homines* non acceptis repromiſſionibus, ſed à longe eas expectantes & ſalutantes, confitentes, quia peregrini & advenæ erant ſuper terram. Sic ex Hieron. *Peregrini ſumus in terra.*

Iacob non attigit ætatem patrũ suorum.

II. *Quomodo Iacob dixit se non pervenisse ad ætatem patrum suorum? An scivit, impostẽrum se non victurum tot annis, quot vixerant patres ejus?* ℟ Iacob erat gravi senio jam oppressus, ætate anteactæ vitæ multis magnisq; laboribus, & ærumnis attrita, putauitq; se brevi moriturum. Et licet postea 17. annis adhuc vixerit, non tamen pervenit ad dies vitæ patrum suorum, pater enim ejus Isaac vixit annis 180. Abraham verò avus ejus annis 175.

Dies Iacobi mali.

III. *Cur Iacob dies suos vocavit malos?* ℟ voluit indicare, fuisse laboriosos, ærumnosos & calamitosos. Licet ærumnas has colligere ex insidijs fratris sui Esau necem sibi molientis, ob quas coactus fuit patriam domumq; paternam relinquere, & solus & pauper, cum baculo suo longum iter vsq; in Mesopotamiam pedibus conficere. Ex aspera servitute apud socerum suum Laban per 20. annos, auxit hanc miseriam ejus Laban decies mercedem ejus commutans. Deinde ex metu fratris sui Esau venientis ad se cum quadringentis equis Gen. 32. Ob cædem Sichimitarum à filijs suis factam, timoremq; finitimarum gentium Gen. 34. Ob fœdissimum concubitum filij sui Ruben cum vxore sua Bala Gen: 35. Ob venditionem Ioseph, propter quem in mœrore & luctu fuit per 20. annos Gen. 37. Ob separationem à se & abductionem in Ægyptum filij sui Benjamin, de cujus vel morte vel captivitate vehementer sollicitus & anxius erat.

Ramesses quæ?

IV. *Quomodo Ioseph dicitur dedisse suis ad habitandum terram Ramesses, cùm tamen Pharao præcepisset illis dare terram Gessen, idq; optaverint fratres?* ℟ Ramesses fuit quædam pars terræ Gessen, & melior & vberior cæteris. Et licet Ramesses fuit civitas multis annis post ingressum Iacob in Ægyptum ædificata ab Hebræis tempore durissimæ servitutis, vt traditur Exod. 1. hic tamen per Anticipationem commemorata est. Erat autem jam ædificata hæc civitas, cùm Moyses hunc librum scripsit, qui juxta sententiam multorum eum scripsit post egressum ex Ægypto. Est ergo sensus horum verborum: Ioseph dedit suis ad habitandum optimam terræ Gessen partem, quæ nunc Ramesses vocatur, ex nomine civitatis, quam ibi postea ædificarunt Hebræi.

Non soli Hebræi habitarunt in terra Gessen

V. *An soli Hebræi habitaverint in terra Gessen?* ℟ minimè, Nam & ante Hebræos illic habitarunt Ægyptij, & multi vnà cum Hebræis, quod patet ex c. 12. Exod. vbi DEus Hebræos jussit sanguine Agni paschalis immolati, tingere postes januarum suarum, ut eo signo domus eorum discernerentur à domibus Ægyptiorum, & Angelus percutiens primogenita Ægyptiorum, videns domos sanguine tinctas, innoxiè eas transiret. Deinde ibid. in festino illo Hebræorum egressu, quem Ægyptij vehementer vrgebant, Hebrææ mulieres à vicinis Ægyptijs petierunt vasa aurea & argentea, multamq; vestem, ergo signum est in eadem civitate Hebræos mixtos Ægyptijs habitasse.

VI. *An æqua fuit illa conditio, seu lex, qua Joseph obligavit Ægyptios, ad quintam partem omnium frugum Regi quotannis tributi nomine dandam?* ℟ æquissimam fuisse, Ægyptij enim omnem terram vendiderant Pharaoni, atq; se ipsos ejus servitio addixerant: ideo omnia bona eorum regis erant, insignis ergo fuit benignitas & singulis suas terras reddere, & remissis 4 partibus proventûs frugum, quintam duntaxat exigere, facereq; de servis pensionarios, & vt vocant, censuales.

Iacob voluit in Chanaan sepeliri.

VII. *Cur Iacob in Chanaan sepeliri voluit?* ℟ quia optabat in terra sancta, in qua sola futurus erat DEI cultus, inter sanctos parentes, putà cum Isaaco & Abramo sepeliri in Hebron. Deinde voluit sepeliri in Chanaan, vt suorum posterorum animos ab Ægypti opibus & vitijs avelleret, eisq; firmam reditûs & liberationis ex Ægypto, atq; adipiscendæ terræ promissæ, puta Chananææ spem faceret. Ita Theodor. Præterea sciebat Iacob Christum in Chanaan nasciturum, moriturum & resurrecturum, hinc in ea sepeliri optat, vt cum Christo resurgere possit. Ita Lyran. & Abulens.

Iacob adorat versùs lectuli caput.

VIII. *Quomodo intelligenda verba Iacob v. vlt.* ADORAVIT ISRAEL DEUM, CONVERSUS AD LECTULI CAPUT? ℟ Caput lecti erat orientem versùs, eò autem vertere se solent adorantes & hinc vt Lyran. notat, versùs orientem extrui solent Ecclesiæ & erigi altaria; vel quia caput lecti erat versùs terram promissam, ad quam adorantes se convertebant, cùm extra illam morabantur, vt patet Dan. 6. v. 10. 3. Reg. 8. v. 44. ita Tostatus, LXX. & Apost. Paulus Heb. 11. v. 21. ita legunt: adoravit Iacob fastigium virgæ ejus, putà sceptri Iosephi. Hæc diversitas oritur ex vocibus Hebræis mitta & matte, quarum prima significat lectulum, secunda virgam, vtroq; modò ait Corn. à Lap. hîc legi potest, & vtraq; hæc lectio & versio est canonica. Utrumq; ergo fecit Iacob, nimirum voti sui compos factus, lætusq; ob datam sibi à Iosepho promissionem, quòd se sepeliret in Chanaan apud Patres suos, illi gratias egit, & *adoravit*, id est, curvando se reverentiam exhibuit, ac veneratus est sceptrum, id est regiam potestatem Ioseph illi à Pharaone, vel potiùs à DEo datam, atq; ita censent aliqui impletum esse somnium Ioseph, in quo visus erat sol adorare ipsum. Debere autem parentes, cùm privatam agunt vitam: honore cedere filis suis, publico magistratu atq; imperio fungentibus, eruditam Aulus Gellius refert disputationem Tauri philosophi. secundò Iacob gratias agens DEo eum adoravit & laudavit, quòd hanc potestatem, & hanc etiam mentem sepeliendi se in

Chanaan

Chanaan dediſſet Ioſepho, vnde convertit ſe ad caput lectuli, vel quia hoc caput erat ad orientem, vel quia ſpectabat terram Chanaan, vt dixi. Adde, fortaſſis Ioſephum ad lectuli caput ſtetiſſe cum virga ſeu ſceptro ſuo: eoq; ſe convertiſſe Jacob, tum vt veneraretur virgam, tum vt adoraret DEum, convertens ſe versùs orientem, aut terram promiſſam, quæ è regione capitis lecti ſita erat.

CAPUT XLVIII.

Jacob Ephraim & Manaſſem ſibi in filios adoptat, eiſq; benedicens, præponit Ephraim Manaſſi ſeniori, ac partem vnam Joſepho ſegregat.

QUæſtio I. *Cur Jacob Ephraim & Manaſſem ſibi adoptauit in filios?* ℟ vt quiſq; eorum ſeparatam tribum conſtitueret, & propriam hæreditatem in Chananæa adiret, æquè ac Ruben & Simeon alijq; ſui filij. Nam alioqui Ephraim & Manaſſes, patri Joſepho ſuccedentes, vnam tantùm tribum Joſeph conſtituiſſent, vnamq; tantùm patris portionem in Chananæa adiiſſent: nunc verò à Iacob tribus Ioſeph in duas diuiditur, putà in Ephraim & Manaſſe, vt illi pari jure cenſeantur & ſuccedant cum Ruben, Juda, alijsq; immediatis ſuis filijs. *Iocob ſibi adoptat Ephraim & Manaſſem*

II. *Cur Iacob Rachelem non ſepeliverit in Hebron ſed in Bethlehem?* ℟ quia vt patet ex hoc c. v. 7. vernum erat tempus, quo Rachel mortua eſt, ipſeq; Jacob erat in via ex Meſopotamia redux, verno autem tempore facile tabeſcunt & putreſcunt corpora mortua, vnde ſtatim in loco, in quo tunc conſiſtebat, putà juxta Bethlehem, eam ſepelire debuit, nec, vti optabat eam in Hebron deportare potuit, ita Lyran. Abul. & alij. *Iacob Rachelem ſepelit in Bethlehem.*

III. *Cur commutationem manuum fecit Iacob, ponens dexteram ſuam ſuper Ephraim minorem natu, ſtantem ſibi ad ſiniſtram; ſiniſtram verò ſuam extendens ſuper Manaſſen majorem natu, ſtantem ſibi ad dexteram?* ℟ quia voluit Iacob ſignificare, juniorem, nempe Ephraim præferendum fore majori, ſicut dextera præcedit & honorabilior eſt ſiniſtrâ; Præfert autem Ephraim Manaſſi, tum quia ex Ephraim naſcituri erant Reges Iſrael, nempe decem tribuum, ita Euſeb: tum quia hæc tribus gloriâ & numero ſuperavit tribum Manaſſe, vt prædixit Iacob v. 19. tum etiam, quia ex Ephraim naſciturus erat Ioſue dux Iſraelis, qui populum in terram Chanaan ducens figura fuit Chriſti nos inducentis in cœlum Ita S. Hieron. Poteſt etiam dici allegoricè cum Iſidoro & Ruperto, quòd Iacob manus ſuas ita tranſpoſuerit, vt figuram crucis exprimeret, & formata cruce minorem majori præferens præfigurabat gentilitatem per crucem Chriſti Domini præferendam fore Iudaiſmo. *Iacob præfert Ephraim Manaſſi*

IV. *An hæc permutatio facta ſit ob mala vel bona merita?* ℟ negatiuè, nihil enim de illis vel inſignis boni vel mali proditum eſt, ob quod alter alteri præferri deberet. Imò verò poſteritas & tribus Ephraim, non ſolùm pejor fuit tribu Manaſſe, ſed etiam idololatriæ impietate alias tribus ſuperauit, ex hac prodiit Ieroboam Rex in Iſrael primus inuentor & auctor publicæ idololatriæ, *qui peccare fecit Iſrael,* cujus deinceps, alij reges impietatem ſecuti, ſceleribus ſcelera accumularunt. Ipſa porrò tribus Ephraim propter idololatriam, aliaq; ſcelera adeo Deo inuiſa fuit, & execrata ſanctis viris, vt ob id aliqui credant, S. Ioannem Apoc. 7, vbi commemorat prædeſtinatos ex ſingulis tribubus Hebræi populi, tacitam præteriiſſe tribum Ephraim. Non ergo prælatio hæc fuit ob merita Ephraim, ſed quia vt ait Theod. q. 108 in Gen. in veteri teſtamento, imò ab initio uſq; mundi apud priſcos illos & inſignes viros ferè minores natu filij majoribus ſolebant anteponi. Sic ipſi Cain præpoſitus eſt Abel, & ipſi Japhet antepoſitus eſt Sem, cum hic eſſet ſecundus, & Iſmaeli prælatus eſt Iſaac, & ipſi Eſau antelatus eſt Iacob, & Iudas atq; Ioſeph antepoſiti ſunt ipſi Ruben: & Ephraim conſtitutus eſt ante Manaſſem, Moyſes quoq; prælatus eſt Aaroni, & David ſeptem fratribus, licet omnium eſſet poſtremus natu. Sic Theodor. *Hac prælatio non fuit ob merita.*

V. *Cur talis prælatio facta?* ℟ ad adumbranda & ſignificanda varia myſteria· *imò* quòd divina electio hominum ad gratiam & ad vitam æternam non fiat proprio merito hominum ſiue naturali ſiue morali, ſed gratuitò proveniat ex benignitate, & mera DEi voluntate, ùt copioſè graviter & doctè diſcurrit S. Paul. Rom. 9. *2dò* vt ea ratione ſignificaretur, quàm diverſa ſint DEi judicia à judicijs hominum, vt verè dixerit Dominus Iſa. 55. cogitationes ſuas non eſſe ſicut cogitationes veſtras, & vias ſuas non eſſe, ſicut vias hominum, vt patet in Davide 1. Reg. 16. qui cùm eſſet natu minimus omnium fratrum, ipſe tamen à DEo poſthabitis cæteris omnibus, electus eſt rex populi. *3tiò* vt prænotaretur fore vt gentilitas, quæ poſterior ad veri DEi cultum & gratiam vocata eſt, præponenda eſſet Hebræo populo, qui multò antè à DEo vocatus & electus fuerat, & idcirco primogenitus DEi appellatus. *Prælatio talis cur facta?*

VI. *Quæ fuit illa pars vna, quam Iacob dedit fratribus ſuis?* ℟ putant aliqui fuiſſe vrbem Sichem & circumjacens prædium, quam expugnarunt, & ſui juris fecerunt filij Iacob, Simeon & Levi, moti ex eo, quòd textum illum: *Do tibi partem vnam extra fratres tuos,* *Pars vna quam Iacob dedit fratribus ſuis.*

quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo. LXX. ita vertunt: do tibi Sichimam præcipuam super fratres tuos: quam accepi de manibus Amorrhæorum in gladio meo & sagitta. Hæc sententia amplectenda non est, quia Iacob vrbem Sichem nec in suam redegit potestatem jure belli, nec eam consignavit Iosepho. Quantum enim ad locum LXX. nomen Sichem, quod est in Hebræo, & LXX. verterunt Sichimam, ambiguæ significationis est; nam vt est nomen proprium, significat vrbem Sichem; vt nomen appellativum est, significat *partem*, atq; in hac significatione hoc loco accipiendum esse constat ex S. Hieron., versione Latina, Syriaca, Arabica, Paraphrasi Chaldaica. Deinde si intelligeret vrbem, non adderet vnam, quæ numeralis est, & non additur nomini proprio sed appellativo, neq; plures fuerunt hujus nominis vrbes, vt adderet vnam. Præterea Iacob facinus illud filiorum suorum in Sichimitas sibi quasi gloriabundus non tribueret, maledictione enim sua eorum in hoc facto iniquitatem execratus est, vt patet ex cap. seq. Quomodo Sichem diceret à se jure belli partam, propter ejus à filijs suis everſionem & vastationem, qui eorum arma *vasa iniquitatis bellantia* appellat? Cur illam potiùs Iosepho quàm Simeoni & Levi ejus expugnatoribus dedisset? Nec verisimile est, quòd Iacob illam vrbem retinuerit, sed verisimilius, quòd mulieres, parvulos, armenta & greges à filijs suis ex præda abductos restituerit, & in vrbem remiserit, ne crudele facinus approbare videretur, & Chananæos ac Pheresæos, à quorum armis sibi ac domui suæ vehementer timebat, magis in se concitaret. Unde statim ex eo loco, DEo monente, discedens, Bethlehem ascendit, ibiq; habitavit. Pars ergo illa, quam Iacob dedit Ioseph, fuit pars agri, quam multos ante annos, regressus ex Mesopotamia, & habitans juxta vrbem Sichem emerat à filijs Hemor, centum agnis Gen. 33. Hunc agrum, siue prædium esse à Iacob datum Ioseph apertè indicat S. Ioan. c. 4. illis verbis. *Venit* (IESUS) *in civitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar, juxta prædium, quod dedit Iacob filio suo.* Multum patrocinatur huic sententiæ, quòd ossa Ioseph in hoc ipso loco condita sint, vt patet ex l. Iosue sub finem in his verbis: *Ossa quoq; Ioseph, quæ tulerant filij Israel de Ægypto, sepelierunt in Sichem in parte agri, quem emerat Iacob à filijs Hemor Patris Sichem centum novellis ovibus.* Nulla autem erat causa ossa ejus ibi condendi, quàm quia eum locum ei Iacob singulari quodam munere, extra sortes & partes filiorum suorum jam morti proximus donaverat.

VII. *Quomodo Iacob dicit se partem illam, quam dedit Ioseph tulisse de manu Amorrhæorum in gladio & arcu suo, cum tamen illam emerit à filijs Hemor?* ℞ cum Masio, Pererio & Corn. à Lap. Emerat illum prius à filijs Hemor, facta autem Sichimitarum internecione, & vrbis expilatione, deseruit illum, & recessit in Bethel jubente DEo Gen. 35. vt longiùs abesset à Sichimitis, quos timuit. Interea absente Iacob occupârunt Amorrhæi agrum illum, quos rediens Iacob expugnavit, & locum iterum occupavit.

CAPUT XLIX.

Jacob moriturus convocatis filijs benedicit, & prophetizat, quæ posteris bona malaq; sint eventura. Jubens se sepeliri in Chanaan moritur.

Ruben dicitur fortitudo Jacob.

QUæstio I. *Quomodo intelligenda prophetia de Ruben:* RUBEN PRIMOGENITUS MEUS, TU FORTITUDO MEA, ET PRINCIPIUM DOLORIS MEI, PRIOR IN DONIS, MAIOR IN IMPERIO. EFFUSUS ES, SICUT AQUA, NON CRESCAS: QUIA ASCENDISTI CUBILE PATRIS TUI, ET MACULASTI STRATUM EIUS? ℞ dicitur primogenitus Ruben FORTITUDO MEA, quia eum genuerat Jacob cum valido esset corpore, & florenti ætate agens annum circiter 84. quæ ætas florens æstimari debet comparatione totius vitæ Iacob, quæ fuit 147 annorum. Vel dicitur fortitudo patris, quia in ipso apparuit virile robur, & perfectio patris, quia tunc demum vnumquodq; perfectum est, cùm generare potest sibi simile, vt docet Arist. l. 4. Meteor. dicitur PRINCIPIUM DOLORIS, quia Ruben ob incestum cum Noverca commissum, dolorem patri grauissimum inussit: vel quia ipse primum attulit laborem & solicitudinem patri, vt rebus ejus prospiceret. Sic enim naturâ comparatum est, vt parentes, statim ac genuerant filios, curam habeant eorum rebus prouidendi. PRIOR IN DONIS, MAIOR IN IMPERIO, subintellige *esse debebat.* Nempe Ruben seruato jure primogenituræ debuisset esse prior in donis, & major in imperio, per donum intelligit duplicem portionem hæreditatis paternæ, primogenitis enim dabatur duplex portio præ cæteris fratribus, vt habetur Deut. 21. v. 17. Per imperium intelligitur Dominatio & principatus, quem primogenitus in alios fratres habebat. Hæc autem & alia pleraq; primogenituræ priuilegia amisit Ruben propter incestum cum Bala vxore patris sui. Pererius recenset octo prærogatiuas primogenitorum. 1ma, erant sacerdotes. 2da, competebat primogenito superior & honoratior sessio in mensa & lautior portio Gen. 42. 3tia, benedicebant cæteros fratres, à quibus etiam adorabantur, 4ta, habebant Dominatum in cæteros fratres Gen. 27. 5ta Accipiebant duplicem partem paternorum bonorum Deut. 21. 6ta redimebantur 5 siclis, non

Ruben prior in donis major in imperio.

non ficut cæteri fratres, quia illi erant DEo ſpecialiter conſecrati. Vna habebant extraordinarias & pretioſiores veſtes, quas habuiſſe legimus Eſau. 8ua, ſpecialiter benedicebantur à patre morituro. Has prærogatiuas perdidit Ruben ferè omnes, debuiſſet ei ſuccedere Simeon ſecundò genitus, ſed quia hic impius fuit in Ioſeph, ejuſq; tribus adorauit Beelphegor Num. 25 v. 14. hinc nobilior & prima dignitas primogenituræ nempe ſacerdotium translatum eſt in tertio-genitum, ſcilicet Leui; altera prærogatiua, nempe principatus ad Iudam quarto-genitum, & duplex portio hæreditatis in filios Ioſeph, Ephraim & Manaſſen. EFFUSUS ES SICUT AQUA, libidine & inceſtu diffluxiſti, profuſa fuit libido tua, quia ſicut aqua, cùm effunditur, nihil ejus in poculo vel ſitula manet reſiduum, non color, non ſapor, non odor; ita luxuria hominis vires, judicium, rationem, ſapientiam, famam, opes, conſcientiam, bonaq; omnia cum ſemine & ſanguine ſæpe effundit & profundit. Ita Corn. à Lap. NON CRESCAS, Pererius dicit idem eſſe *ac non creſces*, vnde magis eſt prophetia, quàm imprecatio, quaſi dicat: quia peccaſti inceſtu, hinc DEus puniet te ſterilitate, vt non creſcas numero prolium & nepotum, nec etiam excellentia, opibus & gloria. Hinc tribus Ruben fuit vna ex minimis. Idem prædixit Moyſes Deut. 33. v. 6. *Quia aſcendiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratum ejus.* Per hæc reddit Iacob cauſam maledictionis Ruben non imprecatæ, ſed prædictæ.

Ruben effuſus ut aqua.

II. *Quomodo intelligenda prophetia de Simeone & Levi.* SIMEON ET LEUI FRATRES, VASA INIQUITATIS BELLANTIA &c. ℞ vocantur fratres non qui ſolùm carne, nam ea ratione alij quatuor ſimiliter erant eorum fratres, eodem ſcilicet patre, matreq; geniti, ſed fratres vocantur ſocietate & concordia ſceleris. VASA INIQUITATIS Hebraiſmus eſt, pro, vaſa iniqua, vel iniquè adhibita. Vocabulum VAS in ſcriptura, prout variis cum rebus conjungitur ita etiam varias habet ſignificationes, vniuerſaliter tamen ſignificat idem, quod inſtrumentum. Unde vaſa bellantia ſiue bellica, ſignificant inſtrumenta bellica, id eſt, arma; & vaſa pſalmi, id eſt, inſtrumenta muſica. Abominatur igitur Iacob arma bellica, quibus iniquè vſi ſunt Simeon & Leui ad cædem Sichimitarum Quanta autem fuerit iniquitas in hac cæde, vide dicta in c. 34. q. 3. IN CONSILIUM EORUM NON VENIAT ANIMA MEA ET IN CÆTU ILLORUM NON SIT GLORIA MEA. His verbis declarat Iacob, quòd non approbet conſilium eorum, quod inierunt, dum deuaſtârunt Sichem, & vt declaret, quantum deteſtetur factum illud, proteſtatur & optat, ne anima, cor, & voluntas ſua eorum conſilio ſubſcribat, & ſe participem faciat, aut unquam fecerit, & quia in facto illo gloriabantur, dicit, abſit à me, vt gloriam meam & honorem in tali cœtu & ſodalitate quæram. Paraph. Chald. hunc verſum ſic legit: *in ſecretis eorum non fuit anima mea*, quia me non conſuluerunt, ſed ſecretò, & me ignorante facinus illud deliberarunt, concluſerunt & perfecerunt, nec ſum aſſenſus illis, ne perderem gloriam & claritatem nominis mei; vel non receſſi à Deo, qui eſt gloria mea, tale ſcelus patrando. QUIA IN FURORE SUO OCCIDERUNT VIRUM Nempe Sichem regium filium, & cum eo cæteros Sichimitas. *Et in voluntate ſua ſuffoderunt murum*, peruerſa voluntate & ſæuienti libidine. Ex quo patet, quòd non tantùm Sichimitas occiderint, ſed etiam muros ſubuerterint, quod videtur Moyſes voluiſſe indicare illis verbis Gen. 34. *Et depopulati ſunt urbem.* Procopius per murum intelligit Sichem & Hemor, principes vrbis, qui eam velut muri tuebantur, ſed hæc eſt ſymbolica expoſitio. LXX vertunt: *ſubneruauerunt taurum*, id eſt, Sichem, qui vocatur taurus, tum quia inſtar tauri fœminas inuadebat, tum quia potens & validus erat. MALEDICTUS FUROR EORUM, QUIA PERTINAX, ET INDIGNATIO EORUM QUIA DURA. Eſt duplicatio ejuſdem ſententiæ ad exaggerandum facinus eorum. Hæc maledictio à Leui & Leuitis ſublata eſt per zelum tum Moyſis & Aaronis aliorumq; Leuitarum in cæde adorantium vitulum aureum; tum Phinees Leuitæ, qui Hebræum inceſtantem Madianitidem occidit, & Beelphegor euertit Num. 25. v. 5. & 6. ideoq; tribus Leui & Sacerdotium & benedictionem accepit Deut. 33. v. 10. In Simeone verò remanſit hæc maledictio, propter fornicationem & idololatriam Zambri, qui fuit dux tribus Simeonis, quem occidit Phinees. Vnde ſolus Simeon à Moyſe non fuit benedictus Deut. 33. DIUIDAM EOS IN IACOB, ET DISPERGAM EOS IN ISRAEL genuinus horum verborum ſenſus eſt: quia hi duo fratres ſocietatem inierunt, ſe coadunarunt, & juncti ſunt in cæde Sichimitarum, in pœnam à ſe inuicem diuidentur, & ne in plura facinora conſpirent, diſpergentur in Iſrael, hoc impletum eſt, quia Leuitis nulla ſors obtigit in Chananæa, ſed per omnes tribus diſperſi ſunt. Tribus Simeon non habuit propriam ſortem, ſed data eſt ei ſedes in medio tribûs Iuda Ioſue 19. v. 2. & 9. Deinde excreſcens vna pars abijt in Gathor, altera in montem Seir 1 Paral. 4 v. 27. 39 & 42. Tandem ſparſi ſunt per omnem populum.

Simeon & Leui fratres

Vaſa iniquitatis.

III. *Quomodo intelligenda prophetia de Juda:* IUDA TE LAUDABUNT FRATRES TUI &c. ℞ Iudas interpretatur confeſſio ſeu laus, quod nomen ei impoſuit Mater gratias agens & laudans DEum ob datam ſibi hanc prolem, ex alia ratione nunc Iacob ad hoc nomen alludit, quòd nempe à fratribus laudandus ſit, quia ipſe ejuſq; tribus laude digna patrauit, hæc enim prima poſt Moyſen auſa eſt ingredi mare rubrum, hæc mortuo Ioſue dux fuit cætera-

Prophetia de Iuda.

rum

rum tribuum in prælijs Iud. 1. Hæc potentissimos, gloriosissimosq; reges Dauid, Salomonem & alios dedit, hæc maxima bella gessit, contra hostes, ex hac natus est Zorobabel dux populi ex captiuitate Babylonica redeuntis. Ex hac deniq; natus est Christus.

MANUS TUA IN CERVICIBUS INIMICORUM TUORUM, id est, subjugabis tibi inimicos tuos. Hoc impletum est in ipsa tribu Iuda statim post mortem Iosue: hanc enim monitu DEI ducem secutæ aliæ tribus debellarunt hostes suos, sed euidenter completum in Davide, sicut patet legenti Lib. 1. & 2. Regum, Id quod ipsemet de se confirmat ps. 17. *Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar, donec deficiant* &c. Idem quoq; contigit quibusdam alijs regibus Iuda, vt Asa, Iosaphat & Ezechiæ.

ADORABUNT TE FILII PATRIS TUI Hebraicè pro ADORABUNT, est, incuruabunt se tibi. Unde apparet jus primogenituræ, ex Ruben translatum esse ad Iudam, quia obtinuit

Catulus leonis Iuda principatum in cæteros fratres. CATULUS LEONIS IUDA. Hoc prædicatum tam ipsi Iudæ, quàm ejus tribui conuenit, quia erat cæteris fortior & animosior, prout leo inter animalia. Sed cur vocatur Catulus Leonis & non leo? quia catulus leonis audacior, vel contrariarum virium inexpertus, vel quia firmioribus dentibus instructus, vel quia prædæ auidior est.

AD PRÆDAM FILI MI ASCENDISTI. Hebraicè est, *à* vel *ex præda* quo significatur assidua prædatio. q. d. à præda in prædam ascendisti. Quod maximè in Dauid verificatum, qui assiduas ex hostibus prædas egit, & gradatim à minori præda in majorem ascendit, putà ab vrsi & leonis discerptione progressus est ad duellum cum Goliat, ejusq; spolia, inde ad præfecturam militiæ & prædam centum præputiorum 1. Reg. 18. v. 13. Mox è Philistinis juges abegit prædas 1 Reg. 27. postea tribum Iuda quasi diuulsit à Saulis regno 2. Reg. 2. v. 7. Deniq; factus Rex omnium tribuum, maximas de Ammonitis, Moabitis, Syris, alijsq; gentibus prædas abduxit, ita Delrio apud Corn. à Lap. notandum quòd Iacob prophetice loquatur, quodq; verba ejus non tam de filijs suis quàm de eorum tribubus, & viris inde natis intelligenda sint, hinc etiam vtitur præterito pro futuro, dicens ascendisti, accubuisti, ita enim loqui solent prophetæ, & hæc bene obseruanda sunt, ad intelligenda plura sequentia, quæ Iacob filijs loquitur.

REQUIESCENS ACCUBUISTI UT LEO, ET QUASI LEÆNA: QUIS SUSCITABIT EUM, Alludit ad morem Leonis, qui postquam rapuit prædam, incuruat se super crura, & cubat, nec vult surgere, licet transeant animalia, quasi nullum timens. Sensus igitur est profligatis hostibus in secura pace erit, nec quisquam eum lacessendo & irritando audebit ad bellum concitare, quod completum in Salomone, qui in pacatissima quiete regnum possedit.

NON AUFERETUR SCEPTRUM DE IUDA, ET DUX DE FEMORE EJUS, DONEC VENIAT QUI MITTENDUS EST. Est prophetia de Messia seu Christo, dicitur non auferendum sceptrum seu virgam regiam de tribu Iuda vsq; ad tempora Messiæ, nec ducatum, quia primò ex tribu Iuda orientur reges vsq; ad captiuitatem Babylonicam, quando loco regum successerunt duces & principes. Est ergo sensus: Tribus Iuda habebit reges vel duces, donec venerit Messias. Vocat Messiam, *Mittendum*, quia ejus missio summè miraculosa, mundo necessaria, & multis sæculis auidissimè exspectata, & in triclinio SS. Trinitatis decreta fuit.

Sceptrum à Iuda ablatum. Dices, David ejusq; posteri tantùm regnarunt vsq; ad captiuitatem Babylonicam nam post reditum ex hac captiuitate, duces Iudæorum fuerunt Machabæi, qui prognati sunt non ex Iuda, sed ex Levi, erant enim Sacerdotes & Pontifices. ℟ cum Pererio & Cornelio dici posse præcise Iudam regnasse, & sceptrum in ea præcisè tribu stetisse, quamdiu illius consensu & voluntate, Iudæus aliquis, id est ad regnum Iuda pertinens regnavit: in quo erant Levitæ & Benjamitæ, & si qui aliarum tribuum ad illud se aggregarunt, relicto regno Israelis. Sicut regnum Polonicum permanere dicitur, quamdiu regni proceres regem sibi suo jure deligunt. Qua potestate si eos Turca privaret, sibiq; eam occuparet, regnum illud concidisse diceretur. Sic concidit regnum Iudæorum, quando Herodes à Iudæorum gente planè alienus, non Iudaici populi consensu sed tyrannica Romanorum potentia dominationem occupavit in Iudæos; quando Christus Messias, qui mittendus erat, omniumq; gentium, quarum futurus erat seruator, erat exspectatio, natus est. Tunc enim planè ac irrevocabiliter sceptrum tam de Iuda, quàm de Iudæis ablatum est, nec quisquam eorum arbitrio aut voluntate, Iudæis imperavit vsq; ad hæc tempora. Eum porrò, qui mittendus erat, esse verum Messiam Salvatorem mundi ne Iudæi quidem, præter paucos, negant. Sed cùm illum sibi animo aliter depinxissent, quàm fuerat à prophetis prænuntiatus, venientem neq; agnoverunt, neq; receperunt dicente S. Joan. c. 1. *In propria venit, & sui eum non receperunt.* Ergo alium exspectant, quem recipiant, pseudo Messiam Antichristum.

Christus exspectatio gentium. IV. *Quomodo Christus dicitur exspectatio gentium, cùm gentibus non fuerit cognitus adventus ejus*, & S. Paul. Rom. 10. ex Isa. c. 65. dicat: *inventus sum à non quærentibus me, palàm apparui ijs, qui me non interrogabant?* ℟ Verum est exspectationem & desiderium, non esse boni incogniti, & gentes ante adventum Christi ambulasse in tenebris, & regione vmbræ mortis Isa. 9. v. 2. exspectabant tamen & desiderabant appetitu non elicito, sed innato, quomodo

terra in ſiccitate deſiderare dicitur aut expectare pluviam de cœlo.

LIGANS AD VINEAM PULLUM SUUM, ET AD VITEM, ô FILI MI! ASINAM SUAM. Chriſtus eſt ligans funiculo fidei, ſpei & charitatis ad vineam, id eſt, Eccleſiam, pullum ſuum id eſt, populum gentilem, qui vocatur pullus, vel quia jugum legis nondum tulit, vel quia reſpectu Iudæorum pullus eſt, nempe poſt illos Chriſto natus. Et ad vitem, id eſt, Chriſtum, qui Ioan. 15. *eſt vitis vera*, aſinam ſuam, id eſt, populum Iudaicum, oneribus legis jam aſſuetum. Aſinam ad ſe ligavit, quia ipſe per ſe Iudæis prædicavit, pullum verò ligavit Eccleſiæ ſeu vineæ, quia gentibus non per ſe, ſed per Apoſtolos prædicavit. Hoc ſignificavit Chriſtus, quando ſuper aſinam ſedens ingreſſus eſt Ieroſolymam, pullum verò vacuum ſecum duci voluit, quaſi iſte reſeruatus ſit Apoſtolis. LAVABIT IN VINO STOLAM SUAM. Chriſtus in vino ſanguinis ſui lavit ſtolam ſeu carnem ſuam, quæ per paſſionem purior effecta, & ablutis mortalitatis vitæq; miſerijs glorioſa reſurrexit. ET IN SANGVINE UVÆ PALLIUM SUUM. Pallium Chriſti eſt Eccleſia, quam ſanguine ſuo lavit, & mundavit Chriſtus juxta illud: *lavans nos à delictis noſtris in ſanguine ſuo.*

PULCHRIORES SUNT OCULI EJUS VINO. Oculi Chriſti ſunt Apoſtoli & Prophetæ, qui abſcondita myſteria intuentur, & ſicut oculi in ſuperiore corporis parte ſunt, ita eminent Apoſtoli in Eccleſia, ſummum dignitatis gradum tenentes, & ſicut oculi maximè ſerviunt operationibus cæterorum membrorum, ita Apoſtoli & Doctores inſtruunt cæteros fideles, vt benè operentur, & ſecurè in mandatis DEi ambulent. Certè ſi quis orbatus eſt oculis, facilè à vera via aberrabit, cadet & offendet. Pariter, ſi fideles carent Doctoribus, qui eos inſtruant, & in via ſalutis dirigant, facile aberrabunt, & in varios errores, incident. Iſti oculi ſeu Apoſtoli, pulchriores ſunt vino, id eſt, Doctoribus veteris legis, quæ acrimoniâ & aſperitate ſua vino haud abſimilis eſt; hinc ſponſa Cant. 1. legem novam vberibus, veterem vino comparat: *meliora ſunt vbera tua vino.*

DENTES EJUS LACTE CANDIDIORES. Dentes ſunt Doctores & Concionatores, qui verbum DEi ſeu eſcam priùs ruminant, maſticant, & ita præparant, vt deindè fidelibus in cibum proponant veluti parvulis lac in eſcam dando, ſicut Apoſtolus ait: *lac vobis dedi.* Vel per lac intelligitur lex V. T. quæ non erat cibus ſolidus pro adultis & firmioribus, ſed pro parvulis, quales erant in veteri teſtamento, quia nondum erant ſolidati in doctrina cœleſti.

Zabulon præponitur alijs filijs

V. *Quomodo intelligenda prophetia & benedictio Zabulon?* ℞. Zabulon erat decimus Jacobi filius, & tamen eum Jacob alijs ſenioribus præponit, quia Chriſtus, de quo proximè in Juda egit, in ſorte & terra Zabulon conceptus & converſatus eſt. In ſorte enim Zabulon eſt Nazareth, vbi Chriſtus conceptus eſt; eſt mons Thabor, in quo tranſfiguratus; Capharnaum, vbi maximo tempore prædicavit & converſatus eſt. In Zabulon ergo cœpit prædicatio Evangelij Iſa. 9 *primo tempore alleviata eſt terra Zabulon.* Et ex Zabulon pleriq; Apoſtoli prognati ſunt. Unde Zabulon & Iſſachar benedicens Moyſes, ait de eis, id eſt, eorum poſteris, putà Apoſtolis: *populos*, ait, *vocabunt ad montem* (templi & Sion) *ibi immolabunt victimas juſtitiæ. Zabulon in litore maris habitabit.* juxta mare mediterraneum, & mare Galilææ, ſiue ſtagnum Genezareth, huic enim adjacent Capharnaum celebre emporium, Bethſaida, Tiberias, aliæq; vrbes, quæ erant in ſorte Zabulon. *In ſtatione navium.* Ex Hebræo: *in portu navium habitabit.* quaſi diceret: Zabulon optimos habebit portus, per quos omnes merces inferantur, ſicq; diteſcet. *Pertingens vſq; ad Sidonem*, non immediatè, ſed mediante tribu Aſer, quæ interjacet.

Iſſachar benedictio.

VI. *Quomodo intelligenda prophetia & benedictio Iſſachar*, ISSACHAR ASINUS FORTIS? ℞. Iſſachar in diviſione terræ ſanctæ optimam & fertiliſſimam partem obtinuit, hinc in ea colenda ſe occupavit, agriculturam exercens, cui labori aſſueti Iſacharitæ in eo delectationem ſuam habebant, nec ſe ab agricultura abſtrahi ſinebant, Ad hanc igitur agriculturam reſpicit prophetia Jacob. Igitur Iſachar aſinus fortis, ſeu hebraice, aſinus oſſeus, id eſt robuſtus ſeu fortis inſtar aſini, ad labores agriculturæ, & ad ſuos fructus, frugesq; deportandos ad mare, vbi illas cariùs divendat, & diſtrahat per alias vrbes & gentes.

ACCUBANS INTER TERMINOS. q. d. Iſſachar non vacabit navigationi, vt Zabulon, ſed ſorte & rure ſuo ſe paſcens, domi verſabitur, ibiq; quietè habitabit inter limites & confinia aliarum vrbium. VIDIT REQUIEM, QUOD ESSET BONA, ET TERRAM, QUOD OPTIMA. Cognovit ideoq; prætulit & amplexus eſt commoda vitæ quietæ & ruſticanæ. Vidit quòd terra eſſet pinguis, fructifera, nimirum frumenti, vini & olei, quæ Deut. 33. v. 19. vocantur theſauri abſconditi arenarum. SUPPOSUIT HUMERUM AD PORTANDUM, onera jam dicta. FACTUSQUE EST TRIBUTIS SERVIENS. q. d. maluit Iſſachar agere vitam quietam cum tributo, quàm ab eo immunis bellis agitari, vel adlegi in militiam Salomonis, aliorumq; regum, ferè enim ruſtici præ alijs gravantur vectigalibus, à quibus milites ſunt immunes.

Prophetia de Dan.

VII. *Quomodo intelligenda prophetia de Dan.* DAN JUDICABIT POPULUM SUUM. ℞. Jacob alludit ad nomen filij hujus, Dan enim interpretatur, judicare, ſeu vindicare, nomen hoc

men hoc ipſi impoſuit mater Rachel c. 30. v. 6 quòd DEus ſibi cum Lia de fœcunditate contendenti, per Nativitatem Dan quaſi cauſam adjudicaſſet. Jacob hoc nomen filio ſuo confirmat, ſed ob aliam cauſam, nimirum quòd Dan per Samſonem ex ſe naſciturum, ſit judicaturus, id eſt vindicaturus & liberaturus Iſraelem à ſervitute Philiſtinorum. Fuit enim Samſon judex, id eſt, vindex ſui populi. Sic enim omnes, qui in libro Judicum vocantur judices, fuerunt vindices Iſraelis. Sic S. Hieron. Rupertus, Perer. Corn. à Lap. *Sicut & alia tribus in Iſrael.* Non ex omnibus, ſed tantùm ex aliquibus tribubus dabantur judices, quibus annumerabatur vnus ex tribu Dan. FIAT DAN COLUBER IN VIA, CERASTES IN SEMITA. More prophetico poſitum eſt, *fiat* pro *ſiet* vel *erit*. Et comparatur tribus Dan colubro & ceraſti. Sicut Coluber aſtutè inſidiatur & nocet, ita Danitæ aſtu ceperunt Lais Jud. 18. v. 27. propriè tamen hæc prophetia ſpectat ad Samſonem ex hac tribu natum, Sicut enim coluber dolosè inſidiatur itinerantibus, ita Samſon per occultas artes & technas invaſit & debellavit Philiſtæos. Deinde niſi ſerpens obturet aurem, incantatur, ita Samſon præbens aurem Dalilæ, blanditijs ejus captus eſt. MORDENS UNGULAS EQUI UT CADAT ASCENSOR EJUS RETRO. Juxta Plin. l. 8. c. 29. Cùm equitem mordere nequit, mordet equi calcaneum, vt ſaltem hac ratione noceat equitanti; quia ex morſu venenato, ſi ceſpitet equus, dejicitur eques. Alludit ad vltimum factum Samſonis, qui evertendo columnas tria millia Philiſtinorum oppreſſit, & quaſi in vngula invaſit ſeſſorem, dum Philiſtæos in theatro dejecit. *Salutare tuum exſpectabo Domine.* q. d. Samſon quidem ſalvabit & liberabit Iſraelitas, quia verò liberatio non erit firma, ſed denuò ſubigentur Iſraelitæ, hinc ſuſpirat ad Chriſtum, qui eos ſtabiliter erat liberaturus. Unde Chaldæus vertit [non exſpecto ſalutare Gedeon, filij Joas, cujus ſalus eſt temporalis, neq; ſalutare Samſon filij Manue, quæ ſalus eſt tranſitoria, ſed expecto redemptionem Chriſti filij David, qui venturus eſt ad accerſendum ſibi filios Iſrael, cujus redemptionem deſiderat anima mea.

Gad benedictio.

VIII. *Quomodo intelligenda prophetia & benedictio Gad.* GAD ACCINCTUS PRÆLIABITUR ANTE EUM, ET IPSE ACCINGETUR RETRORSUM? ℟ Paraphraſtes Chaldæus ita legit: caſtra armatorum de domo Gad tranſibunt Jordanem ad prælium coram fratribus ſuis, & cum multa ſubſtantia reuertentur in terram ſuam. Senſus hujus prophetiæ eſt; quòd Gaditæ *ante eum*, id eſt Iſraelem, ſeu fratres ſuos, accincti ingreſſuri ſint Chanaan, & debellatis, ejectiſq; hoſtibus fratres ſuos immiſſuri ſint in poſſeſſionem terræ illius, quæ cuivis per ſortem obtinget, quam ſi pacificè poſſidebunt, etiam Gaditæ in ſuam terram per ſortem obtentam poſt 14 annos regreſſuri ſunt, vt narratur Joſue 22. Ita Hieron. Procop. & Chaldæus, ex quo vides, quàm bellicoſi fuerint Gaditæ, imò protectores & anteſignani fratrum in occupanda terra promiſſa.

Aſer benedictio.

IX. *Quomodo intelligenda prophetia & benedictio Aſer.* ASER PANIS PINGUIS EIUS, ET PRÆBEBIT DELICIAS REGIBUS? ℟ panis ſumitur pro omni cibo, ſignificaturq; tribum Aſer obtenturam terram Chanaan, tam fœcundam regionem, vt optimos fructus, delicataſq; lautitias vini, olei, frugum &c. ſit prolatura, quæ etiam regibus in delicijs ſint futura, quod prouenit partim ex bonitate ſoli, partim quia ſita erat juxta mare, & vicina Tyrijs & Sidonijs, & conſequenter omni genere mercium abundans.

Nephthali benedictio.

X. *Quomodo intelligenda prophetia & benedictio Nephthali*, NEPHTHALI CERVVS EMISSUS, ET DANS ELOQUIA PULCHRITUDINIS? ℟ And. Maſius in Joſue c. 19. v. 32. ſic explicat: ſicut ceruus emiſſus & liber in herboſa & fertili terra ludit; ita etiam in ſua fertili ſorte ludet & exultabit Nephthali, dabit eloquia pulchritudinis, id eſt, comis erit, blandus, humanus, ſuaq; vrbanitate ſibi omnes conciliabit. Propriè tamen & directè hic Iacob prædicit & reſpicit victoriam Barac & Deboræ contra Siſaram Jud. 4. Fuit enim Barac dux exercitus Iſrael, oriundus ex Nephthali, qui rectè comparatur ceruo, qui per ſe timidus eſt, ſed vbi à venatoribus hoſtibus ſe cinctum, & de vita ſua agi videt, animos & cornua attollit, atq; furenti ſimilis per medias hoſtium acies, ingenti impetu & curſu perrumpit & euadit: ſic enim Barac initio inſtar cerui timuit, nec niſi cum Debora bellum aggredi auſus fuit; at ea comite animatus, quaſi leo cum paucis innumeras hoſtium copias irrupit, perrupit, ſtrauit & cæcidit. Hinc *dabit eloquia pulchritudinis*, id eſt edet pulcherrimum gratulatorium & euchariſticum carmen DEo auctori victoriæ, putà inſigne illud canticum, quod habetur Judic. 5.

Joſephi benedictio.

XI. *Quomodo intelligenda prophetia & benedictio Joſephi.* FILIUS ACCRESCENS JOSEPH, FILIUS ACCRESCENS, ET DECORUS ASPECTU? ℟ manifeſtè alluditur ad nomen Joſeph, ſignificans incrementum, cujus magnitudo denotatur geminatione ejuſdem ſententiæ. Vehementer ſanè Ioſeph auctus eſt. Nam in ſe ipſo prouectus eſt ad principatum non modò fratrum ſuorum, ſed etiam totius Ægypti, & auctus eſt in ſua progenie ac poſteritate, quippe quæ duas numeroſiſſimas tribus Iſrael, Manaſſis & Ephraim amplexata eſt, Fit autem mentio ejus pulchritudinis, quòd ea fuit illi magna occaſio tentationis & afflictionis, ſimulque materia ingentis gloriæ. FILIÆ DISCURRERUNT SUPER MURUM. Super muros do-

morum & vrbium, vt te tam formosum juvenem viderent, & reciprocè à te viderentur, & ad amorem suum allicerent. ita Cajet. Corn. SED EXACERBAVERUNT EUM. Hebraicè amaricauerunt eum, vel vt legit Oleast. *amaritudine affecerunt eum.* Hoc aliqui referunt ad vxorem Putipharis, quòd nempe amorem erga Ioseph conuerterit in odium, & causa fuerit, vt carceri mancipatus, & sic amaritudine affectus sit.

ET IURGATI SUNT, fratres ejus, illis verbis: *numquid rex noster eris? & ecce somniator venit.* Sed meliùs hoc quadrat verbis vxoris Putipharis, eum stupri & quidem in faciem accusantis. INVIDERUNTQUE ILLI. Hebraicè est: *odio habuerunt*, quòd in dominá sua verificatum est, quæ perditum amorem in summum odium conuertit. HABENTES IACULA, id est verba contumeliosa, fallacia & detractoria juxta illud ps. 54. v. 22. *molliti sunt sermones ejus super oleum & ipsi sunt jacula.* hæc jacula inuenies tam in fratrum, quàm vxoris Putipharis verbis. SEDIT IN FORTI ARCUS EIUS. Arcus id est robur & præsidium. q. d. in tantis fratrum odijs & persecutionibus, in seruitute, in carcere Ægyptio, Ioseph non cecidit animo, non elanguit, sed stetit imò sedit constans, & fortis, in fortissimo DEO spe tota defixus. DISSOLUTA SUNT VINCULA BRACHIORUM ET MANUUM ILLIUS. Tam ea quibus in cisterna, quàm ea, quibus in carcere constrictus fuit. Chaldæus vertit. *positum est aurum super brachia ejus.* Nempe loco catenarum & ferreorum vinculorum ornata sunt auro, annulis & armillis. Oleast. vertit: *extenderunt se brachia ejus*, à vinculis libera se extenderunt ad regni gubernacula. PER MANUS POTENTIS *Iacob* q. d. vincula Ioseph dissoluta sunt per manum potentis DEI, qui est potens Iacobi, vtpote quem frequenter & potenter ex periculis & angustijs eripuit.

INDE PASTOR EGRESSUS EST LAPIS ISRAEL. Vox *inde* juxta Corn. à Lap. non locum sed causam significat idemq; valet, quod ideo vel idcirco, q. d. quia Ioseph vallatus fuit ope DEI potentis, quem coluit Iacob, & in quem omnem spem suam defixerat Joseph venditus & captus, idcirco egressus est pastor, id est effectus est rector & princeps Ægyptiorum, & *lapis* id est firmamentum populi sui Israel, ita explicat Ecclesiasticus c. 49. v. 17. Ioseph enim tam patrem suum Israel, quàm fratres, eorumq; familias æquè ac Ægyptios in septennio famis pavit & aluit, itaq; firmavit & stabilivit, ne inediâ interirent.

DEUS PATRIS TUI ERIT ADIUTOR TUUS. Ille DEus, qui patrem tuum toties è periculis eripuit, ejusq; adjutor fuit, erit etiam tuus adjutor, tum propter tua propria, tum propter merita parentis. ET OMNIPOTENS BENEDICET TIBI BENEDICTIONIBUS COELI DESUPER, BENEDICTIONIBUS ABYSSI, JACENTIS DEORSUM. Per abyssum intelligit vel globum terraqueum, qui deorsum, siue infra cœlum est, vel voraginem aquarum, quæ sub terra latet, & per venas conjungitur, & per fontes & riuos exiens terram irrigat, & fœcundat, hinc Chaldæus vertit: benedictionibus, quæ ascendunt de profundis terræ. Precatur ergo Jacob Iosepho è cœlo opportunas pluuias, rores, aëris temperiem &c. è terra ejus bonitatem, fertilitatem &c.

Benedictionibus vberum & vulvæ. Benedictio vuluæ importat numerosam sobolem & generationem fœcundam, benedictio vberum felicem nutritionem & educationem. *Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum ejus.* Hebraicè est *super benedictiones patrum meorum.* q. d. Ego Jacob præ patribus meis Abraham & Isaac, fui tum à patre meo Isaac, tum à DEO benedictus, itaq; ego vicissim tibi, ô Ioseph, benedico, ac consequenter tu, & patribus meis & meipso magis eris benedictus, quia non tantùm patrum, uti ego, sed & meam benedictionem nanciscens, ita Lyran. Abulen. Perer. DONEC VENIRET, id est, donec veniat. DESIDERIUM COLLIUM ÆTERNORUM, putà Christus, qui omnium benedictionum & promissionum vltima est & maxima, quem proinde omnes homines, imò omnes creaturæ irrationales, putà terra, mare, colles & montes, quasi hominum redemptorem, & totius vniuersi reparatorem & reformatorem auidissimè exspectant, & affectu, non rationali, nec sensitiuo sed naturali intimè desiderant.

FIANT IN CAPITE JOSEPH ET IN VERTICE NAZARÆI INTER FRATRES SUOS. Optat Jacob vt hæ benedictiones adimpleantur in ipso Joseph, & quidem in vertice ipsius, id est, abundanter, etiam cumulatè, vt verticem ipsius quasi transcendant, & totum adimpleant. Appellatur Nazaræus inter fratres. Nazaræus autem significat separatum, erat enim Joseph separatus à fratribus virtute, moribus, dignitate, loco &c.

XII. *Quomodo intelligenda prophetia & benedictio Benjamin.* BENJAMIN LUPUS RAPAX, MANE COMEDET PRÆDAM, ET VESPERE DIVIDET SPOLIA? ℞ S. Amb. Aug. Hieron. Chrysost. & alij hanc prophetiam accipiunt de S. Paulo ex tribu Benjamin oriundo. Vocatur *lupus rapax*, quia instar lupi semper ad rapinas anhelabat, tam antè quàm post suam conuersionem, id est, manè comedebat prædam, quia in juuentute sua persequebatur Christianos, spirans minarum & cædis in discipulos Domini Act. 9, viros & fœminas raptando ad carceres, Stephanum manibus aliorum lapidando. Sed vespere scilicet post conuersionem diuide- *Benjamin benedictio.*

diuidebat ſpolia, nempe gentes & Judæos, quos diabolo eripuit, & ad Chriſtum conuertit. Etiam nomen Benjamin conuenit Paulo. Illum Rachel vocauit *Benoni*, id eſt filium doloris, quia eam in natiuitate ſua extinxit. Ita Paulus erat ſynagogæ *Benoni*, ſeu filius doloris, quia hæc eum genuit, ille verò Chriſto natus ſynagogam extinxit, cui vix alius Apoſtolorum tantum cauſauit dolorem, quantum Paulus, ipſe enim diſputatione ſua eos plurimùm confundebat. Iacob filio ſuo nomen Benoni mutauit in Benjamin, quod interpretatur *filius dexteræ*, dextera autem ſymbolum eſt fortitudinis, poſt conuerſionem ita confortatus eſt Paulus, vt dixerit: *Omnia poſſum in eo, qui me confortat.* Alij tamen, vti Rabbi Salomon, hanc prophetiam ad Benjamitas referunt, hi enim, vt legitur Iud. 21. erumpentes ex vineis rapuerunt filias Silo, & ſic erant lupi rapaces manè comedentes prædam, eas deinde filias inter ſe diſtribuerunt in vxores, & ſic veſpere diuiſerunt ſpolia. Genuinè & ad literam hic prædicit Iacob tribum Benjamin fore inſtar lupi rapacem, & bellicoſam, quæ ſuum jus in viribus & armis collocet, quod patet in bello Gabaa, quod ſoli Benjamitæ ob ſtuprum à ſe uxori Levitæ illatum, cum reliquis tribubus omnibus geſſerunt, & uſq; ad internecionem ſuſtinuerunt. Iud. 20.

CAPUT L.

Joſeph cum fratribus & Ægyptijs plangit patrem defunctum, eumq; ſepelit in Hebron. Fratres ob ſcelus pauidos conſolatur, moritur cupitq; ſepeliri in Chanaan.

Joſeph Patrem ſuum planxit in Atad.

QUæſtio I. *Cur Joſeph Patrem ſuum planxit in area Atad v. 10. & non in Hebron, ubi ſepeliendus erat?* ℞ Ne, ſi in Hebron, putà in intimis Chananææ viſceribus, tamdiu conſiſterent, Chananæis ſuſpicionem aliquam proditionis moverent, aut cum eis rixas aliquas, bellumq; contraherent. In Atad ergo Joſeph cum toto ſuo comitatu planxit patrem ſeptem diebus, inde perrexit in Hebron, ibiq; ſepulto patre illicò domum reverſus eſt.

Peccatum fratrū Joſephi non minuitur.

II. *An verbis illis Joſephi* v. 19. NUM DEI POSSUMUS RESISTERE VOLUNTATI, *peccatum fratrum ejus imminuatur?* ℞ Videtur Joſeph his verbis excuſare voluiſſe, quod fratres adverſum ſe fecerant, quaſi id non ex eorum malevolentia profectum eſſet, ſed potiſſimum ex DEi voluntate & decreto accidiſſet, ac proinde iniquum eſſe propter id ſuccenſere ſe illis, quod voluntate DEi, cui reſiſti non poteſt. conſtitutum eſſet, præſertim verò, cùm id & ad ingentem ſibi dignitatem atq; gloriam, & ad illorum incolumitatem ac ſalutem profeciſſet. Videtur hac oratione Joſeph ſcelus illud fratrum ejus, alioqui graviſſimum excuſari. Attamen contrariùm tenendum eſt, Rectitudo enim & pravitas alicujus facti ſpectari atq; æſtimari debet ex conſilio ac voluntate facientis, non autem ex eo quod factum ipſum deinde per accidens, id eſt, præter mentem ac voluntatem facientis conſecutum eſt. Certum autem eſt, fratres Joſeph, perverſo animo, peſſimoq; conſilio & voluiſſe eum occidere, & in ciſternam dejeciſſe, atq; in hunc finem Iſmaelitis vendidiſſe, vt vel è medio tolleretur vel certè ad præmonſtratam ei per ſomnia felicitatem, nullo modo pervenire poſſet. Neq; DEus ad id faciendum eos vel coegit, vel incitavit: in ipſis fuit & facere & non facere, & ad faciendum propria voluntate adducti ſunt. Qòd autem mala, quæ machinati ſunt, Joſepho, in ejus dignitatem & gloriam DEus converterit, id non illorum virtutis & prudentiæ fuit, ſed divinæ bonitatis & potentiæ: cujus eſt, ex quamlibet magnis malis, & poſſe & velle maxima bona elicere, quemadmodum ex proditione & venditione Judæ, & Judæorum parricidio ſummam Chriſti gloriam & optatiſſimam humani generis ſalutem extulit, ita Perer.

Opus DEI non æquè venditio Joſephi ac vocatio Petri.

III. *An rectè hinc intulit Melanchthon & Calvinus: Ergo tam eſt opus DEI proditio Judæ, & venditio Joſephi, quàm vocatio Petri?* ℞ perverſè cum Corn. à Lap. pro cujus intelligentia Nota *1mò*, DEus abſoluta voluntate ante omnia decreverat Ioſephum in Ægyptum mittere, ſiue per ſe, ſiue per ſuos fratres, eumq; ibi exaltare, & per eum fami communi conſulere. Deinde prævidit aptum ad id fore medium, fratrum malitiam, ſi eam permitteret exequi odium ſuum, quod in Ioſephum conceperunt. Ergo eam DEus ſapienter permittere, & ad finem jam dictum ordinare decrevit. Nota *2dò* DEus circa peccata duplicem habet voluntatem & providentiam. *1mò* permiſſivam, non autem immiſſivam peccati, vt vult Calvinus, *2dò* Ordinatiuam, qua peccatum ordinat ad juſtam pœnam, vel aliud commune aut priuatum bonum: neutri voluntati DEi homo propriè poteſt reſiſtere. Utraq; enim eſt in ſolo DEo & DEi libertate ſita.

Homo poteſt reſiſtere peccato.

IV. *An ex permiſſiua DEi voluntate neceſſariò ſequatur, quòd homo nequeat reſiſtere peccato?* ℞ cum eodem Corn. Ex hac DEi voluntate, non ſequitur neceſſariò peccatum, ſed infallibiliter, perinde ac ſequitur ex præſcientia DEi. Peccatum enim voluntatem DEi non ſequitur, ſed antecedit, eſt enim ejus objectum. Itaque antequam DEus vult permittere peccatum, prævidet illud, videtq; illud futurum, ſi ipſe velit id permittere. Nam cauſa per ſe & poſitiua peccati eſt voluntas hominis: DEi autem voluntas tantùm eſt cauſa peccati permiſſiua, quæ tantùm eſt cauſa *ſine qua non.*

V.

V. *Cur Joseph noluit statim post mortem corpus suum transferri in terram Chanaan, sed voluit differri ejus translationē usq; ad id tempus quo Hebræi ex Ægypto discederent?* ℞ tum vt vehementiùs firmaret spem fidemq; promissionum DEi, qui promiserat tribus illis patriarchis daturum se posteris eorum possessionem terræ Chanaan, & ideo Ioseph noluit ante reditum Hebræorum in terram Chanaan eò transferri ossa sua. Tum quia si fratres Ioseph tentassent corpus ejus ex Ægypto transportare in terram Chanaan, valde offendissent Ægyptios, volentes apud se habere monumentum Ioseph, quem propter singularem ejus sapientiam mirificè coluerant, & cujus memoriam, propter eximia ejus in Ægyptios beneficia ac merita, magno honore ac pietate conservabant. Tum deniq; quia prævidebat Ioseph id magis fore ex vsu & vtilitate fratrum suorum, quibus sperabat Ægyptios beneficiorum, quæ ab ipso acceperant memores, dum in eorum animis vigeret ipsius memoria, fore benevolos ac beneficos.

Corpus Joseph non statim transfertur.

VI. *An fidem datam Josepho de efferendis ossibus ejus, posteri fratrum ejus servarunt?* ℞ servarunt, nam Moyses cum populo Hebræo egrediens ex Ægypto ea extulit Exod. 13. *Tulit* inquit scriptura, *Moyses ossa Joseph secum eò quod adjurasset filios Israel dicens: efferte ossa mea hinc vobiscum.* Nam licet fratres Ioseph, qui adstricti fuerant jurejurando, jam pridem mortui fuissent, quippe cùm à morte Ioseph, vsq; ad egressum Hebræorum ex Ægypto, 144. anni præterijssent, attamen quia fratres Ioseph id ei promiserant, non suo tantùm nomine, sed totius etiam posteritatis suæ, idcirco eorum posteri, eodem illo jurejurando obligabantur, & id æquè atq; illi observare debebant.

Ossa Iosephi elata ex Ægypto.

VII. *Ubi sepulta sunt ossa Ioseph in terra Chanaan?* ℞ Docet id liber Iosue c. vlt. *Ossa quoq; Ioseph, quæ tulerant filij Israel de Ægypto, sepelierunt in Sichem in parte agri, quam emerat Jacob à filijs Hemor Patris Sichem centum novellis ovibus; & fuit in possessionem filiorum Ioseph.*

Ossa sepulta in Sichem.

VIII. *Quomodo intelligendum illud Ecclesiastici c. 49: ossa Ioseph post mortem prophetasse?* ℞ Non ita accipiendum est, vt credatur, ossa ejus humano sermone locuta oraculum seu vaticinium aliquod edidisse, sed illud tantùm significatur, cùm Moyses exportavit ex Ægypto ossa Ioseph, tunc esse completum & re ipsa comprobatum vaticinium Ioseph, qui morti proximus fore prædixerat, vt aliquando DEus visitaret filios Israel, eductosq; Ægypto in terram majoribus eorum promissam induceret, simulq; adjuraverat eos, vt tunc ossa sua secum asportarent. Quoniam igitur vtraq; prædictio Ioseph completa fuerat, ideo dictum est ossa ejus prophetasse.

Ossa Ioseph prophetarunt.

IX. *Quæ est Chronologia vitæ Ioseph?* ℞ Pererius brevibus eam describit. Cum Ioseph esset 16 annorum venditus est Ismaelitis & ductus in Ægyptum Gen. 37. Inde per 14: annos in laboriosa & periculosa servitute fuit, scilicet vsq; ad trigesimum annum, quo anno productus ex carcere ad summam secundùm regem dignitatem ac potestatem in Ægypto eductus est Gen. 41. Post id temporis vsq; ad excessum ex vita per annos 80. cum magna gloria & felicitate vixit. Decessit porrò Ioseph annis 144 ante egressum Hebræorum ex Ægypto duce Moyse, & ante ortum ipsius Moysis 64. annis. Cujus temporis rationem facile ad hunc modum inire licet. Ab ortu Isaac vsq; ad exitum Hebræorum ex Ægypto numerantur 405. anni. Ab ortu autem Isaac vsq; ad ingressum Iacob in Ægyptum præterierunt 190. anni: namq; Isaac sexagenarius erat cum genuit Iacob Gen. 25. hic autem annos 130. natus erat, cum intravit Ægyptum Gen. 47. Restant igitur vsq; ad exitum Hebræorum ex Ægypto anni 215. Ex his deme 71 annum ab ingressu Iacob in Ægyptum usq; ad mortem Ioseph exactos, erat enim Ioseph 39 annorum cum Iacob intrauit Ægyptum Gen. 45. Vixit autem usq; ad centesimum decimum annum Gen. 50. Ergo post mortem Ioseph usq; ad exitum Hebræorum ex Ægypto superfuerunt anni 144. Hinc detrahe 80. annos Moysis, octogenarius enim erat Moyses cùm eduxit Hebræos ex Ægypto Exod. 7. relinquentur 64 anni, qui inter mortem Ioseph & ortum Moysis interfluxerunt.

Chronologia Ioseph.



QUÆSTIONES EXEGETICÆ IN LIBRUM EXODI.

CAPUT I.

Novus Pharao ignorans Joseph, timensq; Hebræos nimiùm crescentes, eos conatur opprimere onerum impositione: sed ex ea illi magis crescunt, jubet obstetricibus, vt necent masculos Hebræorum: sed illæ facinus detrectant. Jubet eosdem submergi.

Domus quid significat.



Uæstio I. *Quomodo dicuntur filij Israel ingressi Ægyptum* SINGULI CUM DOMIBUS SUIS. v. 5. ℟ Domus hic sumitur pro filijs & nepotibus, domus enim sæpe sumitur in scriptura pro personis in vna domo cohabitantibus sub vno patrefamilias, præcipuè pro sobole, quòd ea sit quasi fabrica patris. Sic 2. Reg. 7. v. 11. promisit DEus se Davidi daturum domum, id est sobolem regiam. Achab verò domum, id est, stirpem regiam eversurum 3. Reg. 21. 29. Sic Ruth 4. 11. Rachel & Lia ædificaverunt domum, id est, prosapiam Israel. Potest etiam nomine domus comprehendi supellex, pecora & reliqua mobilia.

Animæ 66 & 70. II. *Quomodo v. 5. dicuntur ingressa in Ægyptum* OMNES ANIMÆ EORUM, QUI EGRESSI SUNT DE FEMORE JACOB 70. cùm Paulus Act. 7. secutus LXX. Interpretes dicat; *Joseph accersivit patrem suum, & omnem cognationem in animabus* 75. ? ℟ Si pressè loquamur, Ægyptum ingressas esse 66. animas eorum, qui ex Iacob progeniti sunt. Ut habetur Gen. 46. v. 26. *Cunctæ animæ, quæ ingressæ sunt cum Jacob in Ægyptum; & egressæ sunt de femore illius, absq; vxoribus filiorum ejus*, 66. Si verò latiùs numeremus, 70. animæ ingressæ sunt, 66. addendus est Iacob, item Ioseph, & duo ejus filij, jam nati, Ephraim & Manasses, idq; significasse videtur Moyses Gen. 46. v. 27. scribens: animæ 66. *filij autem Joseph, qui nati sunt ei in terra Ægypti, animæ duæ, omnes animæ domus Jacob, quæ ingressæ sunt Ægyptum, fuère* 70. Priori loco dixit, omnes animas, egressas de femore Iacob, fuisse 66. postea meminit Ioseph & duorum filiorum, quibus subintellexit addendum ipsum Iacob, quem ex numero 66. excludunt verba illa: *animæ egressæ de femore Iacob*, non enim Iacob egressus est de suo femore. Hæ 4. animæ si adjungantur 66. animabus, efficiunt animas 70. Præterea si latiùs adhuc loquamur, animæ ingressæ Ægyptum dicuntur fuisse secundùm LXX. interpretes, 75. quia hi non duos solùm filios Ioseph numerant, sed novem, sic enim scribunt: *Filij Ioseph, qui nati sunt ei in Ægypto, animæ novem.* Si animabus 66 adjicias novem, numerum efficies 75.

Fœcunditas Israelitarum. III. *Cur tam exactè describitur numerus Israelitarum, qui ingressi sunt Ægyptum?* ℟ vt mirabilis illa fœcunditas multiplicandi seminis, Abrahæ promissa Gen. 13. v. 16. & Gen. 15. v. 5. à DEo verissimè adimpleta cernatur, quando annis 215. quibus in Ægypto vixerunt, ita numero aucti sunt, vt præter parvulos & vxores, sexies centena millia peditum, in egressu numerata sint. c. 12. v. 37.

Multiplicatio Hebræorum unde? IV. *Unde tanta Hebræorum multiplicatio, an ex natura, an ex miraculo?* ℟ cum Corn. à Lap. 1. Eam non propriè adscribendam esse miraculo, naturaliter enim 70. homines, si continuè generent, & hi alios, & illi alios semper per 215. annos, immensum producent filiorum numerum. Unde Diod. Siculus docet l. 3. c 2. Ninum qui regnare cœpit sub annum 250. à diluvio contra Bactrianos eduxisse peditum decies septies centena millia, & equitum ducenta millia. Vide quantum 250. annis, ex tribus tantùm Noe filijs propagati sint homines. Pari ergo modo idem hic fieri potuit, vt omnes mulieres Hebrææ essent fœcundæ, singulis annis parerent. 2dò fieri potuit, vt præmaturè inciperent parere, & serò admodum desinerent. 3tiò tradunt Hebræi, nec repugnat Abulensis eas binas, ternas, qnin & quaternas proles simul peperisse. ℟ 2dò Hanc Hebræorum fœcunditatem & propagationem, non esse adscribendam soli naturæ, sed singulari DEi providentiæ, auxilio & concursui, quo naturam adjuvit, fovit, vegetiorem & fœcundiorem effecit. Probatur, quia Hebræi ita creverunt, cùm essent in summis & conti-

continuis laboribus & afflictionibus, tam corporis, quàm animi; imò quò magis opprimebantur, eò magis crescebant. Hæc autem oppressio & afflictio contraria est fœcunditati & sterilitatem affert, & hoc est, quod ait S. Aug. l. 18. de Civit. c. 7. *Creverunt Hebræi divinitus fœcundata eorum multiplicatione.*

V. *Cur DEus permisit Hebræos tam dura servitute affligi?* ℞ ad punienda eorum peccata sive Iosephi venditionem, vt Hebræi quidam non temere putarunt, sive idololatriam, qua in Ægypto fuisse contaminatos asserit Iosue c. 24. v. 14. dum populum moriturus alloquitur; *Auferte DEos*, inquit, *quibus servierunt Patres in Mesopotamia & in Ægypto, & servite Domino.* Ezechiel quoq; c. 23. ait Samariam & Hierusalem fornicatas in Ægypto in adolescentia sua. Fornicationem autem dici in scriptura idololatriam notissimum est, & ita ibi prophetam explicat Hieronymus. Et ea causa fuit, cur tam severè egressis prohibita fuerit idololatria, & ipsi tam facile mox in deserto, & in terra Chanaan in idola defluerent: Meritò igitur servi facti sunt, qui filij erant eorum, qui innocentissimum Iosephum servituti manciparant, DEo puniente patrum peccata in filijs, vsq; ad quartam generationem. Sed & justum fuit, vt qui sponte servirent idolis, servituti idololatrarum subderentur inviti, & qui pecudes colerent, vt pecudes mactarentur inquit Salianus. Quin etiam arbitror cum Abulensi q. 7. in c. 1. Exod. permisisse DEum Hebræos tam atroci ab Ægyptijs servitute premi, vt tanto majori odio impuros eorum mores, barbarasq; superstitiones aversarentur, ardentiusq; ad promissam à DEo patribus eorum regionem aspirarent, neq; eos in Ægyptum redeundi vlla vnquam cupido incesseret. Deinde vt multiplex daretur occasio vero Hebræorum DEo maxima edendi prodigia, quibus & idolorum vanitas proderetur, quæ cultores suos ab eis protegere non possent & Ægyptiorum scelera & obstinatio puniretur, & divina potentia ostenderetur. Israelitarum autem populus divinam erga se bonitatem expertus summo ipsum amore prosequeretur, summa deniq; DEi bonitas & sapientia mundo innotesceret, quæ de magnis malis magna bona eliceret.

Hebræorum afflictio cur?

VI. *Qua de causa Ægyptij Israelitas tam dura servitute affligebant?* ℞ Scriptura tres assignat causas. metum, invidiam, & odium. Metuebant enim, ne si fortè ingrueret contra se bellum, Israelitæ hostibus Ægyptiorum sese adjungerent, eisq; expugnatis & exspoliatis ex Ægypto abirent. Quibus verbis significatur, vt ait Rupertus fuisse ab Israelitis sæpe dictum, se, ex Ægypto, autore DEo migraturos, quod illi omni studio impedire volebant, ne privarentur ijs commodis, quæ ab Hebræis servientibus habebant, qui eis arces & vrbes more mancipiorum sine mercede ædificabant. Addit Iosephus l. 2. Antiquit. c. 5. metuisse eos propter Ægyptij cujusdam prædictionem, Regi prænuntiatam, nasciturum per id tempus apud Israelitas quemdam, qui olim res Ægyptiorum graviter esset afflicturus, Israelitas verò evecturus, si modò ad adultam ætatem pervenisset. Eaq; denuntiatione perterritum regem mandasse, vt quidquid masculini sexus apud Israelitas nasceretur, in flumen abjiceretur.

Ægyptij cur Israelitas afflixerunt.

Urebat etiam Ægyptios invidia. Nam Israelitæ & numero plurimi erant, & corporibus animisq; Ægyptijs præstabant. Quod ad numerum attinet, multiplicati sunt Hebræi in Ægypto pene in immensum, vt dixi q. 3. hic. Et adhuc colligi potest ex l. Num. c. 1. v. 45. *Fuerunt*, inquit Moyses, *omnis numerus filiorum Israel per domos & familias suas, à vigesimo anno & supra, qui poterant ad bellum procedere sexcenta tria millia virorum, quingenti quinquaginta.* Et tamen vt rectè notavit Pererius disp. 1. in Exod. extra hunc numerum fuit vniversa tribus Levi, quæ non est recensita cum reliquis, fuerunt item omnes infantes, pueri & adolescentes infra annum vigesimum. Fuit quoq; extra illum numerum sexus muliebris, quem fuisse tunc numerosissimum apparet, quòd sæpe pluribus mulieribus vir vnus matrimonio jungebatur. Nec eo numero inclusi sunt senes invalidi atq; imbelles vtriusq; sexus, quorum ingentem fuisse multitudinem dubitandum non est, cum multi centesimum annum supergressi fuerint. Itaq; aliqui non temere concluserant, vniversam illam Hebrææ gentis multitudinem, ad tricies centena hominum millia pervenisse.

Hebræorũ multitudo.

Accessit odium. *Oderant* ait Moyses hic v. 13. *filios Israel Ægyptij, & affligebant, illudentes eis.* Oderant quippe ac detestabantur pastores ouium, quæ erat ipsorum vitæ conditio; cum è contrariò Ægyptij gloriarentur multitudine equorum & curruum Exod. 14. 17. odium quoq; ex religionis disparitate nascebatur, vt docet Iosephus l. 1. contra Apionem. Quamvis enim aliqui Israelitarum idololatriæ scelere polluerentur, pleriq; tamen eam infamiam execrabantur. Hujus odij testis est Dauid, & quidem ita, vt ejus auctorem facere videatur ipsum DEum, cum ait ps. 104. *Convertit cor eorum, vt odirent populum ejus, & dolum facerent in servos ejus.* Nimirum DEus vsus est jure suo, nec suis benefacere destitit, etsi videret Ægyptios inde occasionem peccandi sumpturos: & præbendo malis objectum odij, dicitur cor eorum ad odium conuertisse, quoniam objecta facultates huc illucq; mouent atq; conuertunt. Vide in eum locum Augustinum, Caluini blasphemiam, de auctore peccati Deo, egregiè refutantem.

Odium Ægyptiorum in Hebræos

VII. *An obstetrices mentitæ sint dicentes v. 19,* PRIUSQUAM VENIAMUS AD EAS PARIUNT?

Mendacium obstetricum

RIUNT? ℟ aliqui volunt eas non esse mentitas tum ex eo, quòd DEus eas remuneratus sit ædificando eis domos, tum ex eo, quòd putent, mendacium interdum esse licitum. Ast recepta est sententia, eas mendacium dixisse, nec DEus remuneratus est earum dictum, sed factum, nimirum conseruationem infantium, vt ait S. Aug. l. contra mendacium c. 10. Quod inquit, scriptum est, benefecisse DEum Hebræis obstetricibus, non ideo factum est, quia mentitæ sunt, sed quia in homines DEi misericordes fuerunt: non est itaq; in eis remunerata fallacia, sed beneuolentia; benignitas mentis, non iniquitas mentientis: & propter illud bonum, DEus etiam huic malo ignouit. Ita Aug. Præterea illicitum semper est mendacium, tum quia intrinsecè est malum, tum quia repugnat veritati aut potiùs veracitati; tum quia in se turpe est homini fallere, & contra mentem loqui.

Quæ domus ædificatæ obstetricibq

VIII. *Quanam sunt domus, quas DEus dicitur ædificasse obstetricibus?* ℟ domus non solùm significat habitationem, sed etiam familiam, liberos, dignitatem & opes juxta dicta hîc q. 1. Pro misericordia ergo, qua usæ sunt in paruulos, obstetricibus ædificauit DEus domos, id est, dedit eis DEus in populo Israel liberos, amplam familiam, honores & diuitias. Sic Iacob ait ad Laban Gen 30, *justum est, vt aliquando prouideam domui meæ.* Abulens. in Exod. verisimile putat, Deum fidem illam & virtutes, quæ in lege naturæ necessariæ erant, contulisse Ægyptiis obstetricibus, illisq; tribuisse vitam æternam. Adjicio sententiam Dionysij Carth. Creduntur hæ obstetrices fuisse Ægyptiæ, sed DEo illuminante acceperunt veri Dei notitiam, & per suam pietatem adeptæ gratiam tantam creduntur, quòd ad cultum vnius Dei conuersæ sunt, ac promotæ in populo Hebræorum, sicut de Rachab legitur Iosue 2, & de Achior in lib. Iudith. Si Rahab consecuta est à DEo tantam remunerationem, in bonis vitæ præsentis, ac in spiritualibus bonis, quoniam duos Hebræorum exploratores piè tractauit, & à mortis discrimine liberauit, quantò magis obstetrices, quæ circa tam multos infantulos, innocentes, & eorum parentes, fuerunt tam piæ & gratiosæ. Sic ille.

CAPUT II.

Moyses nascitur, exponitur, assumitur & adoptatur à filia Pharaonis, occidit Ægyptium, fugit in Madiam, vbi ducit Sephoram & ex ea gignit Gersam & Eliezer.

Moyses seruatus & expositus.

QUæstio I. *Cur non longiori tempore, quàm tribus mensibus seruatus fuerit Moyses?* ℟ cum Lyrano, Ægyptij custodes tertio quoq; mense scrutabantur domos, & periculum erat, ne dum vni consulere student, ipsi necis ejus fierent accessio: præsertim cùm infans validiore indies ac clariore vagitu se proderet. Quoniam ergo in eam deventum erat necessitatem, vt incertæ morti puerum committere præstaret, quàm illum totamq; familiam tyrannico furori objicere, quo ei maximè modo consulere possent, deliberarunt. Deniq; fabricati sunt fiscellam scirpeam, siue arculam junceam, & linierunt eam bitumine ac pice, vt leuis materia facile innataret aquis, neq; tamen aqua interiora penetrans suffocatum infantem demergeret, quem in hac noua nauicula, super publica priuataq; calamitate gementes incluserunt, & exposuerunt in carecto ripæ fluminis.

Moysis pulchritudo.

II. *Cur mater Moysis ausa fuerit infantem abscondere?* ℟ Hic pro causa redditur infantis pulchritudo, *videns,* inquit, *eum elegantem, abscondit tribus mensibus.* Oris dignitas, & totius corporis pulchritudo, natiuum parentum amorem accendit, vt spreto regis edicto infantem tribus mensibus absconderent. Non fuit tamen hæc sola causa, cur parentes Moysen absconderunt, sed etiam fides in DEum, vt Paulus docet Heb. 11 *fide* inquit, *Moyses natus occultatus est mensibus tribus à parentibus, eò quòd vidissent elegantem infantem, & non timuerunt regis edictum.* Videntur parentes à Deo aliquod accepisse oraculum de Moyse, ideoq; videntes infantis singularem quamdam pulchritudinem, propter oraculum ausos esse eum occultare. De hoc oraculo sic scribit Iosephus: Deus, inquit, supplicis Amram precibus ad misericordiam flexus, astitit ei per quietem, & dixit, puer iste, cujus natiuitatis metu, Ægyptij fœtus vestros, ad necem damnauerunt, tibi nascetur. Hic neq; deprehendetur ab obseruatoribus, & postquam eualerit, præter opinionem educatores nactus, ex Ægyptiaca seruitute gentem suam liberabit. Posito igitur hoc oraculo, cum eximia infantis pulchritudine, potuerunt Mosis parentes, Diuino præsertim impulsu acti, diuinum aliquid in infante agnoscere, & existimare eum Deo cordi & curæ esse, eumq; etiam in fiscella scirpea seruaturum, quod pertinet ad fidem.

Moyses educatur à filia regis.

III. *Cur filia Pharaonis ausa fuerit, edictum Regis violare, & infantem in flumen projectum liberare?* ℟ DEi prouidentiâ hæc facta esse. Deus Thermutem, filiam Pharaonis permouit, vt Mosem ex aqua extraheret, daret nutriendum; ille metum ademit, & suggessit, vt filium adoptaret, ille Pharaonis animum, furoremq; placauit viso infante pulcherrimo. Vide quàm pulchrè illudat Ægyptijs diuina prouidentia, vt quo tempore illi cogunt Hebræos sibi sine mer-

cede

cede in duriſſimis operibus ſervire, Dominus efficiat, vt ultro mercedem præbeant Hebrææ mulieri; optatum ac debitum miniſterium filio ſuo exhibenti: & dum pueros in ruinam Iſraeliticæ gentis interimunt, unum in ſuam ruinam proprijs ſumptibus educent. Ioſephus ſcribit, quòd Thermutis Moſem allatum Pharaoni oſtenderit dicens: hunc puerum ego educavi non minùs indole, quàm pulchritudine divina excellentem, quem Nilus ipſe in ſinum meum tradidiſſe videri poteſt: quem ego decrevi adoptare mihi in filium, tibi verò in principatum atq; imperij ſucceſſorem; atq; hæc dicens patri infantem in manus tradit, Deus autem permovit cor Pharaonis, vt filiæ morem gereret, tum filiæ amore, tum infantis eximia pulchritudine inductus. Ulteriùs refert Ioſephus, quòd Rex infantem pectori appreſſerit, & diadema ſuum capiti ejus impoſuerit, puerulus autem detractum capiti, & prolapſum in terram pedibus conculcaverit, adfuiſſe item illum vaticinatorem, quem ſupra retuli ex Ioſepho dixiſſe ex Hebræis naſciturum quemdam, qui Ægyptum everteret. Cùm ergo vidiſſet puerum Moſen diadema conculcaſſe, interficere eum volebat, vociferabaturq; dicens: Rex, puer iſte vaticinium meum confirmabit, dum puer inſultat regno tuo, & diadema conculcat. Hoc interempto Ægyptijs metum, Hebræis ſpem & fiduciam adime. At verò periculum divina ope evaſit puerulus. Regis filia, ait Ioſephus, confeſtim puerum eripuit, rege quoq; non reluctante, cui DEus talem mentem, animumq; indiderat, Moſis ſaluti providens &c. Sit penes Autorem fides.

IV. *Cur filia Regis, hoc nomen, Moſes, impoſuerit infanti?* ℞ quia ex aqua fluminis Nili eum eduxerat, ſic enim legitur hìc, vocauit nomen ejus Moſes, dicens, quia de aqua tuli eum. Eſt autem nomen ductum, à nomine *Mos*, quod, ut ait Philo, aquam ſignificat Ægyptiorum linguâ. Et Ioſephus: aquam, inquit, Ægyptij vocant mos, *iſes*, verò ſeruatus, quare compoſita voce ex utriſq; nomen infanti fuit inditum. Ab eventu ergo felici extractionis ex aquis, Moſes nomen eſt ſortitus, idq; fauſto omine & ſignificatione, quòd ſcilicet ipſe pariter aquis afflictionum extracturus & liberaturus eſſet filios Iſrael, eosq; per mare rubrum ſicco pede ducturus. *Competens* ait S. Aug. ſer. 89. de temp. *fuit diuina vindicta, ut ſuis affectibus puniatur parricida* (*Pharao per Moſen*) *& filia prouiſione pereat, qui genitrices interdixerat parturire.* *Moyſes unde dictus.*

V. *Cur Deus Moſem in aula regia nutriri atq; educari voluit?* ℞ Pererius dat tres cauſas. Prima quòd nemo alius ſiue Hebræorum, ſiue Ægyptiorum, præter filiam regis, auſus fuerit contra tam atrox regis edictum, Moyſem naufragio eripere, conſeruare, & educare. Deinde quia in regali curia educatus, euaſit in virum non ruſticanis & agreſtibus moribus præditum, ſed elegantibus & regijs: qualibus decebat informari ampliſſimæ olim gentis moderatorem. Deniq; vt majore apud Ægyptios auctoritate polleret, cùm apud eos deſtinata diuinitus legatione fungeretur. *Moyſes in aula regia educatur.*

VI. *An licuerit Moyſi Ægyptium percutientem Hebræum occidere?* ℞ Hebræi teſte Clemen. Alexand. l. 1. Stromatum excuſant Moyſen, eò quòd Ægyptium occiderit non gladio, ſed linguâ pronuntiando in eum nomen tetragammaton Iehoua, ſicut S. Petrus ſolo verbo occidit Ananiam & Sapphiram. Sed hoc eſt commentum: percutere enim eſt non verbo, ſed gladio alijsq; armis ferire. Deinde tunc nomen Iehoua necdum erat Moyſi reuelatum. DEus enim illud prius reuelat Exodi 6. v. 3. S. Aug. l. 22. contra Fauſtum c. 70. hoc factum Moyſis culpat, quaſi factum præter poteſtatis & juſtitiæ ordinem; illudq; tribuit ejus zelo, ſed nimio & indiſcreto, qui vitioſa quidem, inquit, ſed magnæ fertilitatis ſigna fundebat. Significabat enim hic zelus nimius, Moſen, ubi excultus foret, zelumq; hunc ratione regere & temperare didiciſſet, fore inſignem & animoſum populi ducem. S. Amb. l. 1. Officiorum 36. & S. Thom. factum hoc tribuunt juſtæ defenſioni, qua Hebræum injuſtè invaſum defendere tenebatur ex charitate, qui enim ſocium non defendit ab injuria cùm poteſt, tam eſt in vitio, quàm ille qui facit. Ita S. Amb. Nam ut ait Toletus in Luc. 12. tunc non erat Iudex; qui poſſet injuriam avertere, & injuria erat præſens, nec moram temporis patiebatur, unde Moſis erat tunc ſubvenire. Addit Cajetanus, hunc Ægyptium fuiſſe unum ex præfectis operum, hos autem fuiſſe publicos hoſtes & oppreſſores Hebræorum: ideoq; licuiſſe Hebræis eos occidere, ſi poſſent, perinde ac in bello juſto licet hoſtem & invaſorem vbivis occidere. Attamen Corn. à Lap. Barrad. & alij ajunt Moſen id feciſſe ex inſpiratione diuina auctoritatem adeptus. Mouebat enim DEus Moſen, ad hanc cædem, ut vindicem ſui populi agere inciperet, & publicum hoſtem occideret. Hoc enim eſt, quod ait S. Stephanus Act. 7. v. 25. *Fecit vltionem percuſſo Ægyptio, exiſtimabat autem fratres intelligere, quoniam* Deus *per manum ipſius daret ſalutem illis.* Sciebat ergo Moyſes, adeoq; alios paſſim ſcire putabat, ſe jam à Deo deſignatum eſſe ducem, & vindicem Hebræorum, Deumq; velle, ut ad hunc ducatum per hanc cædem & vindictam juſtam ſe compararet, adeoq; S. Stephanus hìc videtur confirmare hiſtoriam Ioſephi, qui narrat oraculum Patri Amram factum de filio ſuo Moyſe vindice & liberatore Hebræorum futuro. *Moyſes occidit Ægyptium.*

CAPUT

CAPUT III.

Moses pascens oves Jethro vocatur à Domino in rubo ardente, & incombusto, ab eoq; mittitur ad Pharaonem, vt Hebraos liberet: rogat nomen DEi, qui ait: Ego sum, qui sum.

Angelus apparet Moysi.

QUæstio I. *Quis fuit ille, qui apparuit Moysi?* ℟ convenienter ad dicta in c. 32. Gen. q. 3. fuisse Angelum, quia communis est Theologorum cum S. Dionysio, c. 4. Cœlestis Hierarch. sententia, omnes DEi apparitiones in veteri testamento factas esse per Angelos. Unde & celeberrima illa apparitio Exod. 19. qua data est lex, facta est per Angelos, vt patet Gal. 3. 19. Vocat se Angelus Deum, quia licet obsequio esset Angelus, inspiratione tamen, repræsentatione & auctoritate erat Deus, sustinebat enim & præsentabat personam DEi à quo missus erat, quiq; inspirabat ea, quæ diceret, & per eum loquebatur. Porrò Angelus hic gerebat personam & vicem secundæ personæ SS. Trinitatis. Nam quod dicit v. 8. *Descendi vt liberem eum*, populum scilicet Hebræorum, allegoricè significabat, Filium DEi quandoq; descensurum ad nos, nostramq; carnem, vt nos peccatis liberaret: Sicut & Angelus ille, qui viam in deserto Hebræis præivit in Chanaan, obibat personam Christi, qui nos è terris ducit ad cœlum. Hinc & multi Patres censent in omnibus apparitionibus veteris testamenti repræsentatum fuisse filium, non Patrem, non spiritum S. Hunc Angelum fuisse S. Michaelem expositoribus credibile videtur. Nimirum quia hæ apparitiones, non privatim ad illas tantùm personas pertinebant, sed ad vniversum Hebraicum populum, qui tum erat Ecclesia DEi, cujus cura primaria Michàeli Archangelo demandata semper fuit. Unde is dicitur Dan. 12. stare pro filijs Hebraici populi, & nunc de eo canit Ecclesia: *Archangele Michaël, constitui te principem super omnes animas suscipiendas.*

Vocat se Deum.

Fuit S. Michaël.

Angeli qua forma?

II. *Qua forma apparuit Angelus?* ℟ Barrad. in Itinerario hîc putat eum in forma hominis visum esse, ipsa flammâ ignis circumdatum, pariter Philo tribuit illi formam aspectabilem. Ast Corn. à Lap. Salianus & alij putant hic Moysen nullam certam Angeli formam vidisse, neq; enim magis hic Angelus aliquod simulachrum formavit, quàm postea Deut. 4 16. cùm toto populo audiente locutus est. Et tamen *non vidistis* inquit Moyses, *aliquam similitudinem in die, qua locutus est dominus vobis in Horeb, de medio ignis; ne fortè decepti faciatis vobis sculptam similitudinem aut imaginem &c.* Apparuit ergo in igne & rubo tantùm, ne Hebræi in idola proclives, ejus sibi idolum effingere possent, sicut ex igne & rubo efformari non potest.

Ignis in rubo fuit verus.

III. *An verus fuerit ignis in medio rubi, an autem tantùm species & similitudo ejus?* ℟ verum fuisse ignem, alioqui enim Moses deceptus fuisset, putans verum esse ignem, Nec fuisset miraculum, si simulatus vel laruatus ignis non combussisset rubum, sed potiùs miraculum fuisset, si combussisset. Fuit autem hic ignis productus à DEo vel potiùs ab Angelo ex aëre, aliáve materia vicina rubo, applicando activa passivis, in qua materia etiam subjectabatur ignis, non autem in rubo, aliàs enim consumptus fuisset rubus; vel etiam aliunde eum attulit Angelus subministrata, combustibili materia, qua ignis alebatur.

Rubus non combustus.

IV. *Quomodo factum, quòd ignis non absumpserit rubum?* ℟ Aliqui dicunt, quòd Angelus rubo quemdam liquorem viscosum & frigidissimum induxerit, qui flammam arcens rubum defenderit à combustione, cui opinioni favet experientia, norunt ènim quidam circumforanei, certo liquore aliquo manus suas imbuere, qui resistit calori, vt manum absq; læsione aut dolore immittant in plumbum liquefactum & calidissimum. Meliùs tamen alij dicunt: DEum huic igni suspendisse vim incendendi, seu potiùs actionem adustionis, quantùm ad rubum; quia enim nulla creatura sine actuali DEi concursu in aliam rem operari potest, DEus concursum suum, quantùm ad actionem in rubum suspendit, quem tamen præbuit ad inflammandum aliam materiam, qua ignis ille alebatur, sicut ignem in fornace Babylonica impedivit, ne noceret tribus pueris Hebræis, incenderet tamen Babylonios & sicut DEus impedit ignem infernalem, ne luceat, ardeat tamen, ità potest è contrario ignem impedire, ne ardeat, luceat tamen. Ita Tost. Corn. & alij.

Rubus incombustus quid significat.

V. *Quid ad literam significat rubus ardens & incombustus?* ℟ Significare voluit DEus talem futurum populum suum in hac eductione, quam parat: vt ardens afflictionibus, non solùm non consumi debeat, sed augeri ampliùs & gloriosior evadere. *Præposuit* Pharao *magistros operum, vt affligerent eos oneribus, quantoq; opprimebant eos, tantò magis multiplicabantur.* Pugna erat inter eos, inquit Josephus, Ægyptij nempe onera multiplicabant, cumq; penè crederent obrutos, identidem inter onera emergebant, ac filiorum illorum multiplicatis fœtibus veriùs obruebant. Pugna erat inter eos planè nova & mirabilis, nam quò magis premebantur ab exactoribus Pharaonis, eò magis roborabantur; eratq; illis Ægyptus pro fornace quidem ferrea, sed in qua eorum mentes, vt aurum, probarentur, atq; educerentur ad purum. Et planè erant inter medicos labores perinde vegeti, ac rubus ardens incombustus. Hanc interpretatio-

nem

nem Philo quoq; proſequitur, per elegantem apoſtrophen ad Hebræos oppreſſos & Ægyptios opprimentes: Veſtra, inquit, infirmitas, potentia eſt, quæ punget, vulnerabitq; multos. Qui delere cupiunt vos, inviti ſervabunt; vos quoq; crudeles, & igni voraci ſimiles, ne nimium confidatis veſtris viribus; cogitate invictiſſimas opes aliquando deletas, & reſipiſcite. Ecce flamma ſuapte natura vrens, vt lignum vritur; lignum verò cremabile vrit evidenter, ignis in morem. Hæc Philo. Porrò DEus in medio rubi ſignificat illum præſtò eſſe laborantibus & perſecutionem patientibus pro nomine ſuo, cujus rei inſigne exemplum habemus Num. 16. 41. Ad quem textum præclarè Origenes hom. 9. ſuper. Num. Non legimus, inquit, antea, quia obtexerit nubes tabernaculum, & apparuerit majeſtas Domini, & receperit intra nubem Moyſem & Aaron, niſi nunc, cùm inſurrexit in eos populus & voluit lapidare. Diſcamus ex hoc, quanta ſit vtilitas in perſecutionibus Chriſtianis, quantum gratiæ conferatur, quomodo propugnator eis fiat DEus, quomodo abundanter Spiritus S. infundatur: tunc enim maximè gratia DEi adeſt, cum hominum ſævitia concitatur. Ita Origenes.

Rubus incombuſtus quid allegoricè ſignificat.

VI. *Quid hic rubus ardens & incombuſtus ſignificat allegoricè?* ℞. ignis in rubo eſt DEus in carne, ſiue Verbum caro factum. Rubus frutex vilis, abjectus, ſpinoſus & aſper ſignificat humanitatem Chriſti ſubjectam infirmitatibus, deſpectui, paupertati, alijsq; conditionis humanæ miſerijs. Per ignem intelligitur DEus. Deut. 4. v: 24. *Dominus DEus tuus ignis conſumens eſt*: ignis rubum & ſpinas non læſit aut conſumpſit, nec divinitas humanitatis infirmitatem. Ita S. Greg. l. 28. Mor. c. 2. ait: *Per ſuccenſum rubum, Moyſen alloquens, quid aliud oſtendit, niſi quòd ex illo populo exiret, qui in igne Deitatis carnis noſtræ dolores quaſi rubi ſpinas ſuſciperet, & inconſumptam humanitatis noſtræ, ſubſtantiam, etiam in ipſa divinitatis flamma ſeruaret.*

B.V. Virginitas rubus incombuſtus.

Rurſum rubus igne incombuſtus & non læſus, eſt Virginitas Deiparæ: per maternitatem non violata aut læſa. Eſt hæc figura apud SS. PP. Theod. Rup. Greg. Nyſſ. & alios celeberrima, quibus concinit Eccleſia: *Rubum quem viderat Moſes incombuſtum, conſervatam agnovimus, tuam laudabilem Virginitatem.* Greg. Nyſſ. orat. de Chriſti Nativ. ait: *vt frutex incendit ignem & non crematur: itidem Virgo & lumen parit & non corrumpitur pariendo.* In duobus autem impleta eſt hæc figura in Virgine, ait Fernandius in viſiones Vet. Teſt. hic Sect. 4. nimirum in conceptione & partu. Utrobiq; enim fuit rubus ardens & incombuſtus. Concepit in ſe cœleſtem ignem, quo tamen tantùm abeſt, vt fuerit ambuſta Virginitas, vt inde viridior & floridior euaſerit. Quocirca merito Rup. l. 1. in Cant. ideo Virginem mirabilem prædicat, quòd ipſo fuerit conceptu Verbi florida, cùm conceptus alioqui cæteras defloret. Unde illud Cant. 7. 2. *Venter tuus, ſicut acervus tritici vallatus lilijs* Deiparæ accommodat S. Amb. de inſtit. Virginis: nempe quòd in ventre Virginis ſumma fuerit fœcunditas, cum ſumma virginitatis integritate conjuncta. Floruerat ante lilijs venter, ſed poſt conceptum lilijs vallatur, ſeu coronatur, vt non jam poſt illum integrior, ſed multò euaſerit honoratior. Unde illud Chryſol. ſerm. 146. quòd Virgo, inquit, conceperit, honor eſt Spiritûs; non onus eſt ventris. Alterum eſt, in quo miraculum rubi manifeſtè apparuit, nimirum partus Virginis. Edidit enim in lucem Filium ſuum, & tamen Virginitatis non eſt paſſa detrimentum. Et fuit quaſi conſequens ex conceptione immaculata, immaculatus partus: Unde illud Hilarij ſer. de Aſcenſ. Sinum Virginis ait, inviolabiliter pertranſijt, ſicut reverenter intravit. Et Aug. in ſermonibus varijs de Nativitate. Ubi Virginitas, inquit, concepit, Virginitas parit. Chriſtus eodem omnipotentiæ ſigno conceptus & natus, virginem habuit matrem cùm portaretur in vtero, & cùm vtero funderetur. Virgo genuit, quia Virgo concepit, inviolata peperit, quia in conceptu libido non fuit. Utrobiq; miraculum, & ſine corruptione gravida, & in partu Virgo puerpera. Decuit autem maximè vt ita fieret, primùm ob rationem S. Bern. quam ita eleganter proponit ſuper miſſus eſt: Porrò, inquit, DEum hujuſmodi decebat nativitas, qua non niſi de Virgine naſceretur: talis & congruebat virgini partus, vt non pareret niſi DEum. Voluit itaq; eſſe Virginem, de qua immaculata immaculatus procederet, omnium maculas purgaturus. Ita Bern. vbi meritò quæres, cur dixerit, *De qua immaculata immaculatus procederet?* An ſi aliter fieret, immaculatus non procederet, qui nullis maculis inquinari poteſt? Certè quidem ſi DEus ex corrupta naſceretur matre, maneret quidem, quo ad ſe ipſum immaculatus, ſed in ipſa opinione hominum, non ita ſe probaret. Nam quomodo crederent, ipſum naſci ad purgandas peccatorum maculas, ſi maculam in Virgine naſcendo poneret? Ut ergo officium Salvatoris decenter, & cum fructu exequeretur in cæteris, omnino decuit, vt in ipſa matre vim ſalvandi priùs incorruptam teſtaretur Quare Bern. ſerm. 4 in Vigil. Nativ. vt fiduciam, inquit, nobis daret, quòd tolleret hæc à nobis, id eſt, dedecus & dolorem, priùs matrem ſuam immunem ab vtroq; ſervavit; vt nec in conceptu quidquam pudoris, nec in partu quidquam doloris exiſteret. Ita Bern. Arſit ergo partu Virgo, ſed virginitas non eſt conſumpta: ſimiliter arſit partu, ſed partus dolores ſingulari prærogativa non ſenſit.

Radix autem horum miraculorum fuit DEus ipſe, in Virgine, vt olim in rubo. Unde Hugo

Victor,

Victor. ad illa verba Luc. 1. 35. *Spiritus S. ſuperveniet in te &c.* inquit: quia in corde ejus amor ſpiritûs ſancti ſingulariter ardebat, ideo in carne ejus virtus Spiritus S. mirabilia faciebat.

Moyſes ſolvit calceamenta.

VII. *Cur Moſes acceſſurus rubum jubetur ſolvere calceamenta de pedibus ſuis?* ℞ Volebat Moyſes audacter accedere, viſurus cur ardeat rubus, non tamen comburatur, ſed vt majori reverentia & devotione id fieret, prohibitus eſt progredi calceatus, ſed calceos deponere juſſus eſt, vt ex hoc intelligeret ſibi humili ſubmiſſione, timore reverentiali compoſitoq; corpore ad decentiam morum velut ad locum ſacrum ſibi eundum eſſe; veteribus enim moris erat in ſignum ſubmiſſionis ac venerationis depoſitis calceis comparere, prout hodie dum detecto capite veneramur ſuperiores, & ſtamus coram magnatibus. Econtra viri principes tecto manere ſolent capite; ita etiam calceatum, eſſe ſignum erat dominationis juxta illud pſal. 59. v. 10. *in Idumaeam extendam calceamentum meum, mihi aligenigenæ ſubditi ſunt*; diſcalceatum verò eſſe, ſignum erat ſervitutis & ſubjectionis, mancipia enim abſq; calceis incedebant, vt ergo Moyſes ſuam teſtaretur ſubjectionem apparenti ſibi DEo, jubetur exuere calceos, quod ipſum juſſus eſt facere Joſue c. 5. v. 15. Quem morem etiam ſervârunt Gentiles, quando idolis ſuis ſacrificabant, & coram eis comparebant, vt teſtatur Procopius hîc, ita etiam legimus 1. Reg. 5. Sacerdotes Dagon ex reverentia non calcaſſe limen templi Dagon. Hinc & Sacerdotes Aaronici in tabernaculo, nudis pedibus ſua munia obibant vt dicetur c. 30. v. 19. Pythagoræ dogma fuit: *nudis pedibus ſacrifica,* quod Lacedemonij, Mauri & Saraceni facere dicuntur; de multis etiam ſanctis & viris celebribus traditum eſt, quòd loca ſacra non niſi nudipedes calcarint.

DEus Abraham Iſaac & Jacob

VIII. *Cur DEus hic & deinceps ſæpè, ſe vocat DEum Abraham, Iſaac & Jacob potiùs quàm Abel, Noë & aliorum?* ℞ Corn. à Lap. hic varias dat rationes. 1. quia hi tres fuerunt proximi parentes & conditores populi Hebræi, cujus dux futurus erat Moſes. 2. quia Abraham fuit Pater credentium, populiq; fidelis, cum quo DEus fœdus inijt, in quo Abrabæ ſucceſſit Iſaac & Jacob. 3. Quia Abrahæ, Iſaac & Iacob, promiſſa fuit Chanaan, in quam per Moſen DEus volebat Hebræos inducere. 4, Quia hiſce tribus familiaris & mirè beneficus fuerat DEus, eorumq; poſteris ſe benefacturum promiſerat. 5. quia in his tribus eximiæ eluxerunt virtutes: in Abraham fides & obedientia: in Iſaac puritas animi & innocentia: In Iacob & ærumnarum patientia & conſtantia, Unde & Hebræi in afflictione ſoliti ſunt DEum invocare, ſibiq; veniam & gratiam petere per merita Abrahæ, Iſaac & Iacob vt patet Dan. 3. v. 25.

Quis ſenſus verborum Ego ſum qui ſum.

IX *Quid ſibi volunt illa verba:* EGO SUM QUI SUM? ℞ His verbis ſignificari DEi eſſe infinitum, eſſentiale & independens. *Ego ſum qui ſum.* Ego ſum ens ipſum per eſſentiam ab æterno & in æternum exiſtens, ego ſum ens à me ipſo, totius eſſe fons & principium. D. Hieron. ad Epheſ. 3. *Loquitur*, inquit, *Dominus Moſi*, EGO SUM QUI SUM, *Numquid ſolus DEus erat, & cætera non erant. Quomodo igitur nomen commune ſubſtantiæ, ſibi proprium vendicat DEus? ob eam profectò cauſam, quòd cætera, quòd ſint, DEi ſumpſere beneficio; DEus verò, qui ſemper eſt, neq; habet aliunde principium, non poteſt intelligi aliunde habere, quod ſubſiſtit &c.* Luc. 18. ait Chriſtus: nemo bonus, niſi ſolus DEus, cùm tamen Gen. 1. legamus: *Vidit DEus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona*: valde quidem bona erant omnia, ſed bonitate à DEo accepta, & finita. Nemo verò niſi ſolus DEus eſt bonus bonitate non accepta, atq; infinita: eundem in modum vidit DEus cuncta quæ fecerat, & erant entia. Erant quidem & ſunt entia entitate à DEO impertita & terminata: DEus autem eſt ens entitate à nullo data, immenſa, & ſemper eodem modo perſeverante. S. Aug. in pſ. 9. In DEi, inquit, natura non erit aliquid quaſi nondum ſit; nec fuit aliquid, quaſi jam non ſit, ſed eſt tantùm id, quod eſt, & ipſa eſt æternitas.

Via trium dierum.

X. *Quid ſignificat via trium dierum?* ℞ 1ma ſignificatio eſt Anagogica, ſignificat enim viam Chriſti per tres dies, quibus in cœlum profectus eſt, *1ma* dies eſt paſſionis & mortis *2da* Deſcenſus ad inferos, tertia reſurrectionis ejuſdem. Ita S. Aug. ſerm. 30. de temp. 2da itidem eſt Anagogica, ſignificans viam hominis juſti ad æternam gloriam tendentis, cujus prima dies eſt adoleſcentia, 2da virilis ætas, & tertia ſenectus. Ita Carthuſ. & qui non per ſingulas has dies ad beatam patriam pergit, ſed vel vna earum ſubſiſtit immotus, vel etiam retro cedit; periculo ſe exponit illuc non perveniendi; qui iter trium dierum vult conſummare intra tempus trium dierum, nullo die audet quieſcere, & multò minus duobus diebus differens iter in diem tertium, hac enim ratione vno alteróve die ſerò veniet, vel eò non perveniet quò collimat; vel vltimo die ſuper vires deberet iter accelerare; vbi periculum ſubiret, ne deficiat præ laſſitudine in via, & exanimetur, Ita qui diem adoleſcentiæ, vel, quod deterius eſt, etiam virilis ætatis negligit, & ſalutem ſuam quærere in diem tertium ſenectutis differt, ſerò veniet & curret vt apprehendat bravium, & curſum cum Apoſtolo non conſummabit, vt reportet coronam juſtitiæ. Pauci, imò vix ulli ità in ſenectute præcipitant curſum, vt quod in juventute neglexerunt, aſſequantur. Tertia via trium dierum vel eſt ſpes, fides & charitas, vel contritio, confeſſio & ſatisfactio, per quam præparamur ad ſacrificium Miſſæ ita Corn. aliam ſignificationem trium dierum habet Carthuſ. ſignificare nimirum obſervantiam legis naturalis, divinæ, & poſitivæ Eccleſiæ.

XI. *Quid tenendum de spoliatione Ægypti per Hebræos?* ℞ Hebræi exeuntes Ægyptō eam spoliârunt non rapinâ, sed justo donationis DEi titulo, donavit enim eis hæc spolia DEus, qui omnium est Dominus, 1. vt castigaret luxum Ægyptiorum, item fastum & injustitiam. 2. vt Hebræis qui gratis servierant Ægyptijs, hæc spolia loco pretij redderet. 3. Occupabant Hebræi terram Gessen justo donationis titulo factæ à Pharaone illo tempore Josephi vivente: insuper hucusq; cultu terræ & pastu gregum lucrati erant tam mobilia, quàm immobilia bona, vt sunt ædes, horrea, puteos &c. quæ exeuntes Ægypto secum asportare non poterant, sed Ægyptijs relinquere debebant, quorum loco & in compensationem sumebant ea Ægyptiorum bona, quæ erant facilè transportabilia. 4tò vt eis DEus daret materiam, quam postea in fabricam tabernaculi offerrent. Hinc Sap. 7. v. 7. de Hebræis dicitur: *reddidit justis mercedem laborum suorum.* Unde & Tertull. l. 4. cont. Marcion. c. 24. *Instincti sunt*, inquit, *Hebræi non ad fraudem, sed ad mercedis compensationem, quam aliàs à dominatoribus exigere non poterant.* Licet enim vnius regis imperantis & Hebræos opprimentis hæc fuerit tyrannis, multorum tamen ei obsequentium, & abblandientis ei plebis injuriam sensêre Hebræi: & licet solus Rex vim fecisset, justè tamen, justoq; bello ejus subditi fuissent appetiti. *Spoliatio Ægypti.*

CAPUT IV.

Moses à DEO accipit suæ missionis tria signa triplicis conversionis, virgæ in colubrum, manus in lepram, aquæ in sanguinem. 2dò Moses ab hac missione variè se excusat, tandem irascente DEO acquiescit, reditq; in Ægyptum cum vxore & filijs. 3tiò Angelus minatur Mosi mortem: hinc vxor circumcidit filium, mox Angelus Mosen dimittit. Deniq; Aaron DEI monitu fratri Mosi occurrit.

QUæstio I. *Quid significat virga Mosis in colubrum versa?* ℞ Rab. Abraham ait, quòd hæc Virga fuerit Rex Pharao, qui tempore Josephi erga Hebræos fuit instar virgæ mollis, & ad nutum Josephi flexilis, quæ mortuo Josepho versa est in colubrum insidiando & exitium machinando, sed rursus redijt in virgam, quia Hebræis mitior factus eos ex Ægypto & servitute dimisit. Hæc exposito est violenta. Barrad. in Itinerario ait hîc: tunc virga in Draconem convertitur, cùm gravi supplicio afficimur. Percussit DEus Ægyptios initio plagis levioribus; creverunt plagæ vsq; ad necem primogenitorum. Tandem conversa est virga in serpentem, devoravitq; Pharaonem, illiusq; exercitum in mari rubro. Nonne virga DEi conversa est tunc in colubrum, cùm totum terrarum orbem diluvij aquis obruit, omnesq; homines, relicto in arca modico seminario, morte affecit? Nonne tunc in serpentem mutata est, cum Sodomitas, cæterosq; nefando scelere contaminatos igne è cœlo misso inflammavit? Nonne vides virgam DEi in serpentem, imò in serpentes versam Num. 21. Cùm Dominus ignitos in populum serpentes immisit? Matt. 23. *Implete*, ait Dominus, *mensuram patrum vestrorum, vt veniat super vos omnis sanguis, qui effusus est super terram.* Impleverunt Israelitæ mensuram peccatorum; implevit DEus mensuram iræ suæ; virga conversa est in colubrum per Romanorum exercitum qui illorum Remp. omnino delevit: deniq; tunc maximè, virga DEI vertitur in draconem, cùm homo in orcum præcipitatur, qui DEI supplicijs & beneficijs ductus ad meliorem se frugem noluit recipere. *Virgam vigilantem video* Jer. c. 1. *& ollam succensam.* Vigilat enim DEi ira ad peccata debito afficienda supplicio, flagitiososq; homines in ollam illam horribilem, æterno succensam igne, id est, in tartarum præcipitandos. Conversus est coluber Mosis in virgam; at draco, id est, tartarus, nunquam convertetur. Postquam enim semel virga DEI in serpentem stygium mutatur, æternus semper est, non recipit mutationem. Cùm afficimur virgæ percussionibus, ad DEum convertamur, ne virga DEi in colubrum convertatur. Hæc ille. *Virga Mosis in colubrum versa*

Corn. à Lap. per virgæ hujus metamorphosim intelligit vices & vicissitudines Hebræorum, siue tres eorum status in Ægypto. Hebræi enim virgam, id est, sceptrum & principatum tenebant vivente & regente Josepho: eo vitâ functo virga hæc in terram projecta est & versa in colubrum, quia Hebræi priùs chari, post mortem Joseph exosi fuêre Ægyptijs, ac si essent colubri, qui insidias & necem machinarentur Ægyptijs: rursum hic coluber in virgam reversus est in manu Mosis, quia Moses populo suo rursus sceptrum, libertatem, & dominationem attulit.

II. *Quid significat manus leprâ percussa, & denuò sanata?* ℞ Manus in sinum missa est cura & protectio populi, quam Moses in se sumpsit, qua similitudine etiam vsus est Deus Num. 11. v. 12, sed mox ut Moses manum inseruit sinui suo, facta est leprosa, quia mox vt Ægyptij viderunt, Mosen populi ducem effectum, eos fouere, tueri, ejusq; causam in se suscipere, cœperunt eum persequi, affligere, contradicere, & quasi leprâ percutere; Moses verò manum denuo in sinum mittens, id est, perfectam & seriam populi curam in se suscipiens, & varias plagas Ægy- *Manus leprâ percussa.*

M pto cau-

pro causans manum sanatam extraxit è sinu, quia populum feliciter eduxit ex Ægypto. Ita Perer. Corn. S. Cyrill. & Theod. putant hoc signo significari causam afflictionis Hebræorum: manus enim in sinu, sunt Hebræi in cultu ac religione, & consequentur in cura & quasi sinu Dei; hæc manus facta est leprosa, quia Hebræi prolapsi sunt ad idola & vitia Ægyptiorum; sed hæc eluit Deus, manumq; à lepra expurgavit, cùm rursum Hebræos per Mosen, in sinu suo condidit, acceptans eos in suum populum, suamq; Ecclesiam. Addit Theod. Deum voluisse hoc signo Mosen admonere perpetuæ humilitatis, quando manum ejus futuram thaumaturgam, & ipsa etiam elementa commutaturam priùs leprâ infecit. Pererius Manus, inquit, Mosis, est Christus filius Dei, qui est quasi manus Patris, per ipsum enim Pater fecit omnia. Hic erat ab æterno in sinu Patris, sed cùm foras prolatus est per incarnationem, visus est leprosus, id est, laboribus doloribusq; obrutus, unde Isaias c. 53. ait: *Non est species ei neq; decor, & putavimus eum quasi leprosum*; sed retractus rursus per resurrectionem & ascensionem in sinum Patris, sedensq; ad dexteram Dei, gloriosus apparuit. Barrard. hîc ait: Inferat manum in sinum suum, id est, conscientiam suam peccator, leprosam proferet: id est, opera sua perscrutetur, multa peccata reperiet, si doleat, & contritione ac confessione peccata deleat, mittatq; iterum in sinum manum, ab omni lepra emundatam emittet. Mittamus sæpè manum in sinum nostrum, id est, conscientiam; si lepra ibi aliqua lateat, investigemus; mittimus autem manum in conscientiam, cùm opera, cogitationes, verbaq; nostra, in mentem revocamus, & qualia sint expendimus. Hoc consulit S. Chrysost. in ps. 4. Nè priùs, inquit, dormieris, ô homo, quàm mente versaveris, quæ à te interdiu perperam facta sunt, & die sequenti eris omninò tardior ad ea ipsa rursus aggredienda. Plura hac de re invenies apud eundem.

Aqua in sanguinem versa.

III. *Quid significat aqua in sanguinem versa?* ℞. per hoc Ægyptijs infanticidium Hebræorum exprobatum est, eorumq; sanguinem hoc sanguine vindicandum, portenditq; illorum in aquis & mari rubro suffocationem, qui parvulos Hebræorum aquis immerserant. *Dignum enim est* inquit Orig. hom. 4. *ut is fluvius, cui paruulos Hebræorum crudeli neci mergendos tradiderant, auctoribus sceleris poculum sanguinis redderet, & cruorem polluti gurgitis, quem parricidali cæde macularant, potando sentirent.* Tertull. l. de resurrect. carnis c. 28. per tria hæc signa, mysticè accipit trinam virtutem DEi. Hæc enim imò, colubrum, id est, diabolum subegit, 2dò carnem leprosam, imò corruptam de sinu mortis in resurrectione extrahet: 3tiò omnem sanguinem exequetur judicio, id est, justo judicio à morte vindicabit & suscitabit omnem sanguinem in martyrio aut morte effusum, per communem omnium resurrectionem.

Linguæ vitium in Mose.

IV. *An vitium linguæ in Mose fuerit ex natura?* ℞. aliqui putant, hoc tantùm vitium linguæ in Mose fuisse, quòd per 40. annos, quibus vixerat in Madian, oblitus esset linguam Ægyptiacam. Verùm Scriptura hîc non ponit idiomatis, sed linguæ vitium, imò vitia. Hebræi verò fabulantur Mosen triennem prunas candentes ori admouisse, & sibi extremum linguæ adussisse, & inde hoc vitium linguæ contraxisse. Orig. hom. 3. S. Greg. hom. 8. in Ezech. & Rup. l. 1. in Exod. c. 18. putant Mosen per se fuisse disertum, sed post colloquium cum DEo comparatione Diuinæ sapientiæ, visum sibi esse infantem & mutum; idq; *ab heri & nudius tertius*, id est ab hoc triduo, quo tecum Domine locutus sum. Ast ex scriptura patet, quòd Moses post hoc colloquium cum DEo manserit infacundus & tardiloquus, unde etiam DEus addidit ipsi socium Aaronem, qui pro Mose loqueretur ad populum. Fuit ergo hoc vitium linguæ Mosi naturale, & non ex accidenti illi insitum, DEus verò Mosen ita indisertum ad hanc legationem elegit, vt Hebræorum liberatio non eloquentiæ Mosis, sed DEi potentiæ tribueretur, *infirma* enim *mundi elegit DEus, ut confundat fortia*, prout etjam rudes & indisertos Apostolos elegit, per quos mundum converteret.

Messiæ desiderium.

V. *Quid intellexit Moses per verba illa* v. 13. DOMINE MITTE, QUEM MISSURUS ES? ℞ S. Justinus, Tertull. Cyprianus, Euseb. Rup. Perer. Corn. & alij putant Mosen his verbis petiisse adventum Messiæ, ejus enim nomen in scriptura frequens est *Missus & mittendus.* q. d. statuisti & promisisti Domine tandem Messiam mittere, vt liberet populum tuum, ne differas ejus missionem, sed eam matura, & nunc mitte, quem post aliquot sæcula missurus es, vt hac legatione loco mei fungatur, & liberet populum tuum à servitute. Ruperti verba l. 1. in Exod. c. 18. hæc sunt: *Tandem nobis aperuit, quid vellet, quo tenderet toties excusando Moses - Mitte,* inquit, *Domine, quem missurus es. Quem enim Dominus missurus erat, cùm hæc diceret, nisi illum, qui nunc missus est, quem Patriarcha Iacob annuntiaverat exspectationem fore gentium, & desiderium collium æternorum.*

Moses vocationi DEI renitens.

VI. *An Moses peccârit toties renitendo vocationi & missioni DEi?* ℞. Mosen ab omni culpa excusabilem non esse, prout eum excusant S. Basil. Greg. Hieron. Perer. quia DEus ipsi iratus est; nemini autem Deus irascitur, nisi ob aliquam culpam; hæc enim divinæ iræ est incitamentum: nec etiam arguendus est, quòd mortaliter deliquerit; hoc enim de tanto Patriarcha sentire temerarium est, etsi mortaliter peccasset, Deus eum duriùs increpasset, punivisset, & ab hac legatione tam honorifica rejecisset, utpotè indignum. Dicendum proinde judico cum Tostato, Cajet. Corn. Mosen leviter peccâsse, pluries se excusando, & non alacriter legationem

à DEo

à Deo oblatam acceptando, & per hoc incurrendo quamdam Dei indignationem & iram, quæ tamen amicitiam non sustulit, sed salvam reliquit; Moses enim se excusavit, quoniam infirmiorem se putavit, quàm qui tantum onus à Deo sibi impositum sustinere posset, non cogitans, Deum, qui se vocabat, sibi quoq; vires & animos suppeditaturum. Cùm autem intellexit, Deum id omninò & absolutè velle, & excusationes non admittere, sed irasci, vlteriùs se non excusavit, sed paruit, & legationem in se suscepit.

VII. *Quomodo intelligendum illud dictum DEi* v. 21. INDURABO COR EIUS (Pharaonis). ℟. Deum non esse causam efficientem obdurationis: (est enim grauissimum peccatum, cujus Deus author esse non potest) sed hominem veram esse ac propriam obdurationis suæ causam. Deum tamen dici obdurare peccatorem, indulgenter eum tractando, & non puniendo. Unde improbus sumit occasionem peccandi, & accumulandi peccata peccatis, & eis pertinaciùs inhærendi. Deus autem hac indulgentia vtitur, & gratiam, qua converteretur, negat, vel propter illius peccata, vel propter inscrutabilia judicia sua, quæ plerumq; sunt occulta, nunquam tamen injusta, vt ait S. Aug. serm. 88. de temp. hunc locum & alia similia examinans. Quomodo autem injustus sit Deus, qui gratiam non dederit inimico, cui illam non debet, sed pœnam multiplicem & sempiternam. V. c. 7. q. 3. & 4.

Deus obdurat peccatorem.

VIII. *Cur Angelus voluit Mosen occidere in diversorio?* ℟. propter intermissam circumcisionem filij, præceptam Gen. 17. v. 12. Ipse enim futurus erat legislator populi, debebat ergo ipse primus legem seruare. Unde cùm Moses Angeli gladio territus, id munus exequi non potuisset, Sephora cognoscens mariti periculum ejusq; causam, statim ad remedium recurrit, & acutissimâ petrâ circumcidit præputium filij sui. In diversorio voluit eum occidere, non in via, quia in diversorio, non in via Moses culpam commisit, utpote incommodis viæ præpeditus, in diuersorio autem circumcisionis faciendæ occasionem & otium habuit, & sic ubi commissa fuit culpa, intentatur ipsi pœna. Fortè etiam tunc fuit à nativitate pueri octava vel recursus octavæ diei, qua circumcisio fieri debebat. Distulerat Moses circumcisionem, donec veniret in Ægyptum, timens gravia puero damna itineris, si eum circumcideret, ob quam causam Hebræi peregrinantes in deserto per 40. annos non sunt circumcisi, vt patet Iosue c. 5. Ast Angelus mortem nuntians Mosi, hunc nimium timorem illi excussit, idq; ne Moses legislator futurus, remissior in lege seruanda fuisse videretur.

Angelus voluit Mosen occidere.

IX. *Cur Sephoræ ad circumcisionem vsa est petrâ acutissimâ?* ℟. Non quòd cultro petrino necessariò fieri deberet circumcisio, vt sensit S. Aug. sed quia consternatæ & festinanti matri talis culter primus occurrit; præsertim quia hæc circa Arabiam petream, ubi est Sina & Madian, contigerunt, in qua major petrarum quàm ferri est copia & vsus. Vnde petras ibi exacuunt instar ferri, inquit Corn. ex ijsq; cultros efficiunt acutissimos, nam alioqui Gen. 17. ubi lex de circumcisione fertur, nulla petræ fit mentio.

X. *Quid significant illa verba* v. 25. TETIGITQUE PEDES EJUS? ℟. Aliqui putant, tetigisse pedes pueri circumcisi, quos mater vel fuso sanguine vel ad eos projecto præputio tetigerit. Alij verò cum Rup. autumant, quòd Sephora perterrita prociderit ad pedes Mosis, eumq; rogaverit, vt permitteret sibi redire in terram suam ad parentem Iethro, vt ibi secura esset, timens plura talia pericula in via. Perer. putat, quòd Sephora ad pedes Mosis projecerit præputium filij vel ex indignatione: quia propter eum dilectum filium suum debuit vulnerare: vel ex gaudio quasi dicens: ne timeas marite: ecce præputium abscissum est, propter quod Angelus te occidere volebat. LXX. vertunt, *procidit ad pedes ejus*, scilicet Angeli invadentis Mosen inquit Cajet. vt supplici prece eum placaret. Chaldæus vertit: *projecit præputium filij ad pedes Angeli*, q. d. Si propter incircumcisum puerum irasceris Mosi, en tibi pueri præputium circumcisum, quare placatus desine persequi virum meum. Probabilius tamen est, quòd præputium abjecerit ad pedes mariti dicens: *sponsus sanguinum tu mihi es.* q. d. ego te mihi sponsum denuò acquisiui, non dote pecuniaria, sed sanguine filij mei. Liberavi enim te circumcidendo filium, à morte, quæ tibi ab Angelo imminebat. Quo dicto dimisit maritum mulier, & ad patrem cum filijs redijt, vt ex posteriore historia Exod. 18. v. 3. constat, quæ deductam à patre Sephoram cum filijs ad Mosem apertè testatur. Et planè pertinuit ad diuinam providentiam, vt notavit Aug. serm. 86. de temp. vt Moses in tali tantoq; negotio tractando, uxoris filiorumq; onere levaretur. Quin etiam S. Epiph. hæres. 78. tradit Mosen, postquam prophetæ munus accepit, vxoris vsu abstinuisse.

Sephoræ cujus pedes tetigit.

CAPUT V.

Moses cum fratre legationem DEi apud Pharaonem obit; contemnit ille, grauiusq; Hebræos premit; qui hac de causa cum Mose expostulat; Moses deniq; ad DEum recurrit.

QUæstio I. *An solus Moses cum Aarone adierit Pharaonem, an etiam adierint seniores?* ℟. Lyranus putat adijsse etiam Seniores, sic enim præcepit DEus, Exod. 3 *Ingredieris tu & Seniores Israel ad regem Ægypti.* Hoc c. 5. omissum est. Abulensis putat non

 fuisse

fuisse seniores, quia præceptum illud datum est Mosi, antequam illi daretur socius Aaron, Postquam datus est socius Aaron, cessavit præceptum de comitatu seniorum. Cajetanus utramq; responsionem adhibet.

Iehoua. II. *An Pharaoni fuerit notum nomen* IEHOVA? ℟. non fuisse notum, vt ipsemet testatur, quis, inquit, est IEHOVA, item, nescio IEHOVA. Cur igitur Moses & Aaron nomine ignoto Dei usi sunt? ℟. quia rex ex consequentibus poterat colligere, nomen illud esse Dei Hebræorum, additur ELOHE, quod erat notum Pharaoni. Dici etiam potest, Aaronem linguâ Ægyptiacâ locutum esse, Deumq; non appellasse Iehoua, sed nomine alio illâ linguâ verum Deum significante: Mosem autem cùm scriberet Exodum Hebræâ linguâ, Ægyptiacæ linguæ nomine omisso, nomen IEHOVA Hebræum usurpasse.

Pharao quis fuit. III. *Quis fuit hic Pharao, quem adiit Moyses & Aaron?* ℟. Omnes Reges Ægypti, vt Eusebius in Chronico docet, Pharaones esse nominatos, sicut Romanorum Imperatores dicuntur Cæsares. Hic autem Pharao, cum quo Moses agit, quiq; tandem in mari rubro submersus est, non est Pharao ille Amenophis, siue Amenoptes, cujus filia Mosem adoptavit. Erat enim Moses infans, cùm ille regnaret, nunc verò annorum erat, 80. Fuit Amenoptes Rex septimus ex dynastia Politanorum, vt Eusebius scribit. Undecimus fuit Pharao Cenchres, hunc ait Eusebius, mari rubro obrutum. Hic ergo est Pharao, cum quo Moses & Aaron agunt.

Iter trium dierum. IV. *Cur petierunt Moses & Aaron trium dierum spatium, vt in desertum abiret populus ad immolandum Deo, cùm populus numquam esset reuersurus in Ægyptum, sed in terram repromissionis abiturus?* ℟. Petiuisse id, quod facilius erat, tacuisse id, quod erat difficilius, vt Pharao faciliùs postulatum concederet, scilicet iter trium dierum ad immolandum Deo. Cajet. hic observat, non intervenisse hîc mendacium, sed silentium integræ veritatis. Ituri enim erant itinere trium dierum, sed longiore etiam itinere; sed hoc tacuerunt; sacrificaturi Deo ituri erant, & hoc dixerunt.

Hebræi ante egressum afflicti. V. *Cur voluit Deus Hebræos paulò ante egressum ex Ægypto acerbiùs affligi?* ℟. cum Carthus. Sicut Pharao tunc graviùs afflixit filios Israel, quando volebant egredi terram ejus, & sacrificare Deo in eremo; sic diabolus & adjutores ipsius, tunc acriùs tentant fideles, quando suam volunt corrigere vitam, & Deo offerre seipsos; imò toto conatu satagit, eos tunc gravare adversis, ut tœdio fracti, à salubri resipiscant proposito, quemadmodum de quibusdam statibus ac pusillis loquitur Christus, quia *ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.* S. Bernard. ser. 18 de conversione ad clericos: Quotidianis, inquit, discimus experimentis, eos, qui converti ad Deum deliberant, tentari acriùs à concupiscentia carnis & urgeri graviùs in operibus luti & laterum, qui Ægyptum egredi, & Pharaonis imperium effugere moliuntur. Et S. Greg l. 29. moral. c 14. Post illuminationem (inquit) diuini numinis, tentationis certamen augetur. Item: hostis quos justitiæ luce splendescere conspicit, eorum mentes illicitis desiderijs inflammare contendit, vt plerumq; plùs se urgeri tentationibus tunc sentiant, quàm cùm lucis internæ radios non videbant Hinc illud Eccles. 2. *Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in justitia & timore, & prapara animam tuam ad tentationem.* Orig hom. 3 Certum (inquit) est, quia antequam sermo Dei audiatur, antequam prædicatio diuina nascatur, non est tentatio. Quia nisi buccinet tuba, non committitur bellum, ubi verò signa belli tuba prædicationis ostenderit, ibi tribulationum turba consurgit. Sed caveat miles, ne armis abjectis terga vertat, stet intrepidus; Deus enim adjutor ejus est, tentationesq; ita moderatur, vt, si velit, tentatus omnes possit vincere, juxta illud Pauli 1. Cor. 10. *Fidelis est Deus, qui non patitur vos tentari, supra id, quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere.* Orig. hom. 3. Stemus (inquit) ante Pharaonem, id est, obsistamus ei in certamine, sicut Petrus dicit: *cui resistite fortes in fide,* si enim fortiter stererimus, consequetur illud, quod orabat Paulus pro discipulis dicens: *quia Deus contereret Satanam sub pedibus vestris velociter.* Quantò enim nos constantiùs & fortiùs steterimus, tantò infirmior & invalidior erit Pharao Sic ille. Tobiæ 6. *Exiuit Tobias, vt lauaret pedes suos, & ecce piscis immanis exivit ad deuorandum eum, quem expauescens Tobias voce magna dicens: Domine invadit me; & dixit ei Angelus: apprehende branchiam ejus, & trahe eum ad te; quod cùm fecisset, extraxit eum in siccum, & palpitare cœpit ante pedes ejus.* Idem nobis evenit, si abluere animi pedes, id est, affectus cupimus; immanis, tartareusq; piscis exit ad devorandum nos, nosq; invadit. Audendum est, fortiter invadendus ipse hostis, & velut branchiâ apprehendendus, trahendusq; in siccum, incipietq; immanitas illa, & terror ante nos palpitare. Seneca l. 4. natur. quæst. de Crocodilis, qui in Nilo versantur, sic scribit: fugax est animal crocodilus audaci, audacissimum timido. Nec illos Tentyritæ generis, aut sanguinis proprietate superant, sed contemptu & temeritate, ultro enim illos insequuntur, fugientesq; injecto trahunt laqueo, plerïq; pereunt, quibus minùs præsens animus ad persequendum fuit. Sic Seneca. Crocodilo similis est diabolus, fugax audaci, audax timidis. Iacob 4. *Subditi* (inquit) *estote Deo: resistite autem diabolo, & fugiet à vobis.*

CAPUT

CAPUT VI.

DEus animat Mosen, eiq; reuelat nomen suum Iehoua, recensetur genealogia Ruben, Simeon & Leui usq; ad Mosen & Aaron.

Deus loquitur Mosi.

QUæstio I. *Quomodo DEus* v. 1. *locutus Mosi, eiq; apparuit? an per Angelum visibili specie apparentem, & sonora voce loquentem? vel per internam & occultam inspirationem?* ℟. hoc ultimum verius esse censet Corn. tum quia communiter ita prophetis locutus est, tum quia nulla forma aut species Dei hîc exprimitur, prout c. 3. v. 2. c. 4. v. 24. tum quia credibile non est, Deum toties, & ad singulas plagas voluisse Mosi apparere visibiliter, tum quia Deus eo modo apparuit, quo ipse eum consuluit, nimirum internis & occultis suspirijs & cogitationibus. Verùm hæ rationes ad assentiendum me non movent; quia Deus primis patriarchis communiter per Angelum in specie visibili apparere solebat, vt passim habetur in libro Genesis, ipsi etiam Mosi, frequenter visibilis apparuit, eratq; visibilis apparitio ad majorem certitudinem, & securitatem Mosi, ipseq; narrationis modus, quo ista recensentur, satis indicat, hæc ipsa Dei verba articulata voce ad Mosen prolata esse.

Deus apparet in Deo omnipotente.

II. *Quomodo intelligenda verba* v. 2. EGO DOMINUS, QUI APPARUI ABRAHAM, ISAAC & IACOB IN DEO OMNIPOTENTE, & NOMEN MEUM ADONAI NON INDICAVI EIS? Antequam respondeam, Noto, quòd loco ADONAI in græco sit nomen Dei tetragrammaton IEHOVA, illud autem loco hujus substituerunt Hebræi, cujus rationem infra dabo, hinc illud etiam latinus interpres retinuit, hoc posito ℟. citati textus hic est sensus: Ego apparui *in Deo omnipotente*, h. e. prout sum Omnipotens, liberalis, fortis, &c: sub his inquam formalitatibus seu attributis me cognoscendum reuelaui, ideoq; nomina, quibus me compellarunt, fuerunt ELOHIM, ADONAI, SADDAI, &c. ast nomen meum IEHOVA eis non revelavi, cùm enim hoc nomine essentia mea & diuinitas significetur, prioribus autem nominibus attributa, hæc alijs patribus, tibi verò ô Moses nomen essentiæ meæ reuelo, & cum nomine clariorem rei significatæ seu essentiæ cognitionem communico, quod eo fine facio, vt te & populum meum à Pharaone afflictum in spem sæcuturi auxilij mei erigam, quia enim tibi familiariorem me reddidi, quàm omnibus patribus prædecessoribus ipsum essentiale nomen revelans, facilè ex hoc poteris tu & populus tuus conjicere, quantæ vos mihi curæ sitis, quamq; cordi vos habeam. Ita explicant S. Greg. hom. 16. in Ezech. Theodor. Cyrillus, Abul, Cajet. Perer. Corn. à Lap. qui etiam varias dat hujus explicationis rationes.

Iehoua an ineffabile.

III. *An DEus nomen suum Jehovah, Abraham, Isaac & Jacob indicaverit?* ℟ Paulus Burgensis additione 1. in Exod. putat posse responderi, DEum his patribus nomen Jehova, neq; secundùm vocem neq; secundùm significationem indicasse. Hujus sententiæ videtur fuisse Josephus l. 2. Antiquit. c. 12. his verbis: aperit DEus Mosi nomen suum, nunquam antea hominum vlli auditum aut cognitum. Ast probatur, Patribus notum fuisse Iehova. Nam Gen. 4. dicitur: *Iste cœpit invocare nomen Domini*. Hebraicè Iehova, & Chaldæus vertit: tunc inceperunt filij hominum orare in nomine Domini Iehova. Ergo multò ante diluvium notum fuit hominibus nomen Iehova, & jam ante diluvium ab hominibus proferebatur, neq; erat ineffabile, sed postea reverentiæ causâ factum est ineffabile. Et quidem si fuisset ineffabile tempore Mòysis, ille in libris suis, alio nomine vsus fuisset, & nomen ineffabile tacuisset; at passim eo vtitur, vt Gen 15. vbi DEus loquitur ad Abraham. Ego sum Dominus, Hebraicè, ego Iehovah, qui eduxi te de Ur Chaldæorum. & c. 31. Invocavit ibi nomen Domini, Hebraicè Iehova. Gen. 26 apparuit Dominus Isaac Hebraicè Iehova &c. Responderi posset ex sententia Burgensis, his locis non fuisse vsum DEum vel Patres, nomine Iehoua, sed alijs; Mosen autem postquam illi patefactum est, cum libros scripsit, illo vsum. Unde aliter respondetur quæstioni, nomen Iehova esse quidem indicatum patribus secundùm vocem, vsosq; illo patres secundùm vocem, sed non esse indicatum secundùm significationem. Eritq; sensus verborum DEi. *Nomen meum Adonai non indicavi eis.* id est, apparui Patribus DEus omnipotens, *Saddai*, sed magnum nomen meum *Jehova* non indicavi eis secundùm significationem: tibi verò Moses indicavi v. q. præced.

Iehoua unde derivatur.

IV. *Quid significet, & vnde derivetur nomen DEi tetragrammaton* JEHOVA? ℟ Iy Tetragrammaton significat vocem, quæ constat 4 literis, & quia nomen DEi apud Hebræos, Græcos, Latinos, Ægyptios, Chaldæos, Arabes, Germanos, Gallos, multosq; alios populos 4. elementis scribitur, hinc vocatur tetragrammaton. Sic JEHOVAH tetragrammaton vocatur, quia quadriliterum est, scribitur autem his literis, *Jod, ha, vau, he.* Oleaster hoc nomen derivat à radice *hava* quod est conterere, vnde Hova est contritio, & JEHOVA contritor, nempe Pharaonis & Ægyptiorum, sed si hæc derivatio esset genuina, non habuissent Hebræi causam hoc nomen tanquam sanctum, omniumq; mysteriosissimum venerandi & cæteris præponendi. Meliùs igitur idem Oleaster illud derivat ex *haja*, h. e. *est vel fuit*, vt JEHOVA idem sit, quod, *qui est*. JEHOVA inquit Masius idem est, quod *qui ab æterno existit, ipseq; sibi essentia est, & à quo*

pendet rerum omnium essentia. Nullum ergo inter omnia nomina DEI, quæ novimus tam proprium & tam essentiale DEO est, quàm *ens* seu JEHOVA i. e. *qui est.*

Iehoua nomen ineffabile. V. *Cur nomen DEI Tetragrammaton dicitur ineffabile?* ℟. Quod propriè significatur hoc nomine est divina essentia, vt est in se, ea verò nec verbis exprimi, vti est, nec intelligentiâ comprehendi potest, inquit Perer. quibus verbis significare vult, hoc nomen DEi tetragrammaton dici ineffabile, quia ejus significatum nec effari nec comprehendere possumus, sumitur ergo nomen pro re nominata, seu hoc nomine significata, quod sæpe scriptura facit, vti Isa. c. 30. *Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor ejus.* Ps. 30. *Propter nomen tuum deduces me & enutries me.* Act. 9. *Ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati.* Ex his alijsq; scripturæ locis constat, nomen pro re, cujus est nomen, vsurpari, vt cùm DEi nomen dicitur æternum, omnipotens &c. Item credere & sperare in nomine Domini, nomen DEi timere, invocare, diligere &c. quæ de ipso DEo intelligenda sunt. Dico ergo nomen DEi dicitur ineffabile, non quo ad ipsam pronuntiationem vocis JEHOVA, sed ejus significationem, nempe ipsam DEi essentiam, infinitum nimirum essendi pelagus, hæc inquam DEi essentia, quia plus, quàm omnia alia ejus prædicata & attributa imperceptibilis, & inimaginabilis est, & nomine, quo significatur, nec exprimi, nec concipi potest, hinc nomen dicitur ineffabile.

Iehoua allegoricè quid significat. VI. *Quid nomen Jehoua allegoricè significat?* ℟ Redemptorem veri & Christiani Israelis ex servitute Satanica, seu nomen Jehoua fuit figura nominis JESUS & hoc in illo tanquam in ænigmate continebatur, ex quo sequitur, nomen JESUS multò sanctius & excellentius esse nomine JEHOVA, prout figuratum nobilius figurâ suâ. Si nomen JEHOVA apud Hebræos in tanta fuit veneratione, vt illud pronuntiare non auderent, præter Sacerdotes & Pontifices, idq; tunc tantùm, quando sacra peragebant, populum solemniter benedicebant, sanctum sanctorum ingrediebantur, vt tradit Philo, & ob id etiam aliqui Authores putant dictum fuisse ineffabile. Quando scripturam legentibus hoc nomen occurrebat, illud pronunciare non audebant. Sed ejus loco legebant *Adonai,* si verò cùm *Adonai* concurrebat, substituebant *Elohim.* Alij vtebantur nomine *Ja* quod est abbreviatum Iehoua, & est vltima syllaba in voce *Alleluja* quia *allelu* significat laudare, & *ja* DEum. Nomen hoc Pontifex in tiara sua laminæ aureæ inscriptum gerebat, quod Alexander Magnus occurrens Pontifici *Jaddo* procumbens humi reverenter adoravit, teste Iosepho. Vide in quanta veneratione debeat esse nomen JESUS, scribunt quidem Hebræi, sed non probant, virgam Mosis, qua patrabat miracula, quatuor habuisse latera, & in his 4 virgæ lateribus incisas fuisse quatuor literas nominis tetragrammaton, siue quadriliteri JEHOVA. Quanta virtute nominis JESUS patrata sint, passim invenies apud auctores.

Ergastulum Ægyptiorū. VII. *Quomodo intelligenda verba v. 6.* EDUCAM VOS DE ERGASTULO ÆGYPTIORUM &c. ℟ ergastulum est locus vel carcer, in quo serui operantur, Ægyptum ergo vocat ergastulum, quia Hebræi in ea ad varios labores adstringebantur. Eduxit verò DEus eos *in brachio excelso,* Hebraicè extento. Dicitur brachium DEi extentum ad puniendos Ægyptios, & excelsum, ideoq; potens, & divinum, quod ex superiori & excelsa parte ferit. Præterea eduxit illos *in judicijs magnis,* hoc est, in magnis supplicijs, quibus divinis judicijs suis meritò Ægyptios affecit. Induxit illos *in terram, super quam levavit manum suam,* vt daret eam Abraham, Isaac, & Iacob. h. e. quam juravit se daturum patribus, Nam *levare manum* est jurantis; quia olim elevata in cœlum manu jurabant antiqui, DEum in cœlo esse testantes. Gen. 14. *Levo* (inquit Abraham) *manum meam ad DEum possessorem cœli & terræ.* & DEus in Cant. Mosis Deut. 32. *Levabo ad cœlum manum meam, & dicam: vivo ego in æternum,* id est, jurabo.

CAPUT VII.

Mittit Dominus Mosen ad Pharaonem, eiq; dat signa, quæ edat. Virgam ergo suam Moses coram Pharaone in colubrum vertit, deinde aquas omnes Ægypti vertit in sanguinem: similia faciunt malefici Pharaonis, hinc obduratur Pharao, ne Hebræos dimittat.

Moses Deus Pharaonis. QUæstio I. *Quomodo Moses constitutus Deus Pharaonis?* ℟. In Hebræo est nomen *Elohim,* non verò nomen tetragrammaton *Jehova,* hoc enim numquam hominibus, sed soli DEo tribuitur. *Elohim* verò frequenter Angelis & hominibus sanctis datur, & hoc nomen rectè convenit Mosi, quia idem sonat, ac *judex puniens,* interprete Oleastro. Moses autem loco DEi velut ejus instrumentum punivit Pharaonem decem plagis, non ergo sentiendum est, quòd Moses in DEum sit versus, quod blasphemum sentire, vel per vnionem hypostaticam, quod impium est dicere, sed quòd vices DEi agere constitutus sit, siue vt Menoch. hæc verba explicat: *constitui te DEum Pharaonis, non quem ipse fideliter adoret, sed serviliter timeat punientem.* Vel dicitur DEus Pharaonis participatione divinæ potentiæ in puniendo Pharaone, & affligenda Ægypto.

Aaron Propheta Mosis II. *Quomodo Aaron factus Propheta Mosis?* ℟ Habet DEus suos Prophetas seu interpretes

pretes per quos loquitur ad homines: eumdem in modum Mosi prophetam dedit & interpretem, per quem loqueretur ad Pharaonem. Moses fuit Propheta DEi, Aaron verò Propheta Mosis, isti enim loquebatur DEus, & ille Aaroni. Pulchre Rupertus: [*Quoniam*, inquit, non est dignus Pharao tecum, ô Moses, qui DEus ejus es constitutus, loqui, Aaron erit tuus Propheta, plagas quas tu facies, pronuntiaturus, siue tamquam minister tuus illaturus: exemplo videlicet mei, qui hominibus non loquor per me, sed per Prophetas meos mando ea, quæ illis vel denuntianda vel à me facienda sunt: & isti duo homines ita profectò egerunt, alter potestatem in sermone habens, alter potestatem in faciendis coram Pharaone signis exercens] Fuisse tamen Aaronem etiam Prophetam DEi, & non solius Mosis, patet ex c. 4. v. 27. Ubi DEus ei revelavit Mosis reditum dicens: *Vade in occursum* Mosi, & 1 Reg. 2. v. 27. dicit Dominus Heli Pontifici prognato ex Aarone: *numquid non apertè revelatus sum domui patris tui.*

III. *Quomodo DEus induravit Pharaonem?* ℞ Privando eum auxilijs suis propter peccata, vnde secuta est indurities. Cor enim DEi auxilio & gratiâ emollitur, eâ sublatâ induratur, Hæc est sententia S. Thomæ. 1. 2. q 79 art. 3. & aliorum. S. Aug. epist. 105. ad Sixtum: DEus (inquit) non obdurat impertiendo malitiam, sed non impertiendo gratiam. & l. de prædestinatione & gratia c. 4 Indurare (inquit) dicitur eum, quem illuminare noluerit, & repellere dicitur eum, quem vocare noluerit. S. Greg. l. 11. Moral. c. 8. de Pharaone dixit DEus: *Ego indurabo cor ejus*: obdurare quippe DEus per justitiam dicitur, quando cor reprobum per gratiam non emollit. Dicitur ergo DEus obdurasse Pharaonem Regem iniquum propter peccata, quia auxilium suum efficax illi non dedit, quod cor illius emolliret. Si roges, an auxilium sufficiens DEus neget obdurato peccatori? respondetur, omnibus DEum auxilium sufficiens dare, vt si velint, possint peccatorum pœnitentiam agere, *benignitas DEi* (ait Paulus Rom. 2.) *ad pœnitentiam te adducit*, adducit (inquam) offerens auxilia sufficientia, & plusquam sufficientia, longanimiter & benignè te expectans. Deinde dicitur DEus indurare cor alicujus *permissivè*, habet enim DEus hominum voluntates in sua manu, non tantùm quia eas flectere potest, quocunq; libuerit, sed præ primis, quia sine DEi consensu & concursu hominis voluntas nihil potest, necesse est ergo, vt DEus ad omnem actum hominis concurrat, & cooperetur, & hinc si permittit, vt homo se induret, dicitur ipse eum indurare, quia ad hanc obdurationem concurrit: sicut qui ligatum tenens leonem eum dimittit, qui solutus hominem strangulat: dici potest hominem illum occidisse, non per se activè, sed per leonem permissivè. Adde etiam DEi patientiam obdurationis causam esse, item causam esse beneficia DEi, vt opes, sanitatem, & alia beneficia: & aliquando etiam ipsa supplicia. Beneficia verò & supplicia DEus non confert, vt obduret, sed vt convertat, vtiturq; patientiâ, vt à sceleribus peccatorem revocet, ille autem suâ culpâ omnibus malè vtitur, & causam facit obdurationis juxta illud Apostoli Rom. 2. *Ignoras, quoniam benignitas DEi ad pœnitentiam te adducit. Secundùm autem duritiam tuam & impœnitens cor, thesaurisas tibi iram in die iræ.* Benignitas DEi & patientia, beneficia & supplicia, ad pœnitentiam peccatorem adducunt: ille verò duro resistit corde: auxilia verò sua denegat illi DEus ad emolliendum cor justitia exigente. Unde citatus S. Greg. Obdurare (inquit) dicitur DEus per justitiam, quando cor reprobum per gratiam non emollit.

Deus induràuit Pharaonem.

IV. *An DEus, anverò Pharao seipsum induravit?* ℞. Delirium est Calvini, quòd DEus Pharaonem propriè & activè induraverit, non quidem ipsam duritiem cordi ejus immittendo, sed eum Sathanæ mancipando, vt cor ejus durum magis induraret, vel etiam arcano quodam motu, captum nostrum excedente, cor ejus ad peruicaciam obdurando, DEum tamen auctorem peccati non fuisse, quia justo judicio hoc fecit, duritiem Pharaonis fuisse peccatum, non verò obdurationem, illam adscribi Pharaoni, hanc verò ipsi DEo. Insaniam hanc hisce conatur stabilire rationibus. Imo dicitur DEus indurasse Pharaonem, quod non tantùm est permittere aut pati indurationem, sed sonat positivam aliquam indurationem, seu actionem, & non tantùm permissionem. Deinde obduratio est judicium, vindicta, & pœna præteritorum, peccatorum; permissio autem aliæq; negationes & privationes non sunt judicium aut vindicta, ergo obduratio positivè à DEo infligitur. Præterea scriptura iteratò meminit, DEum indurasse Pharaonem, & non dicitur Pharao se indurasse. Deniq; c. 10. v. 1. fatetur DEus se induraturum Pharaonem, vt hac ratione sua possit exhibere signa: ergo non induravit signis, sed induravit, vt haberet occasionem efficiendi signa & per ea ipsum flagellandi.

Pharao seipsum induràuit.

Catholica veritas est Pharaonem non positivè à DEo, sed à se ipso, suaq; malitia propriè & directè induratum fuisse, resistendo divinæ jussioni, & pertinaciter iniquæ suæ sententiæ inhærendo. Probatur 1mo: Decies DEus per Moysen præcepit Pharaoni, vt dimittat populum, ergo voluit, vt eum dimitteret, si autem ipsum indurasset ad non dimittendum, hoc similiter DEus efficaciter voluisset, ergo idem voluisset, & non voluisset, quæ vtraq; volitio sibi apertè repugnat. 2dò. Si DEus obdurasset positivè Pharaonem, ergo ejus voluntas fuisset, vt non dimitteret populum, cui voluntati se conformans Pharao non peccasset, divinæ enim voluntati, quivis se laudabiliter & meritoriè conformat. 3tiò DEus Pharaonem gravissimè punivit ob non dimissum populum, DEus autem juxta S. Fulgentium l. 1, ad Monimum c. 3.

eorum non est vltor, quorum est auctor. *4tò* Ipse Pharao meliùs de DEo sensit, quàm Calvinus, quia non in DEum sed se ipsum causam tantæ obdurationis refudit dicens: *peccavi in Dominum* Exod. 10. v. 16. *5tò* Insulsè & imperitè nugatur Calvinus duritiem Pharaonis fuisse peccatum, non verò ipsam indurationem, illam autem Pharaoni, hanc DEo adscribendam esse, hoc frivolum est effugium; qui enim causa est peccati, & ad hoc impellit, vtiq; peccat.

Ad rationes Calvini facile est respondere, & quidem ad primam dico, permissio & actio in scriptura frequenter pro eodem sumitur, ita vt qui rem aliquam permittit, vel ad eam præbet occasionem, eam facere dicatur, sic c. 5. v. 22. Moses dicit DEum affligere populum, sic Poëta: *blanda Patrum segnes facit indulgentia natos.* Sic dum DEus ex infinita sua providentia permittit malos malè agere, eisq; concursu suo assistit, eos indurare dicitur.

Ad 2dam dico, judicis sententia debet esse positiua; pœna tamen per eam irrogata, potest esse priuativa, vt cùm judex reum priuat vitâ, bonis, honore &c. pari modo decretum divinum permittendi hunc vel illum indurari positiuum est, ipsa tamen permissio obdurationis non est positiva actio, est tamen pœna, imò ad hanc ipsam permissionem concurrunt, quædam DEi positivæ actiones, vt patet ex q. præced.

Ad tertiam. Absolutè nego, quia perlegens sequentia tria capita sæpiùs inveniet, quòd Pharao se ipsum, quàm quòd ipsum DEus induraverit.

Ad 4tam dico, quòd nihil probet, quia DEus permissiuè obduravit Pharaonem ad ostendenda sua signa, & vt per ea induratum flagellet. Vide hæc fusiùs tractata apud Corn. à Lap. hîc.

Virga Mosis in colubrum versa V. *An Virga Mosis & Magorum verè conversæ fuerint in Dracones?* ℞ Nemo dubitare potest Virgam Mosis verè in Draconem vera metamorphosi fuisse conversam ab eo, cui natura omnis obtemperat, & cui velle & posse idem est. Qui enim de nihilo fecit omnia, quomodo non facile in præjacentem materiam novas dispositiones ac formam inducet? At de Magorum serpentibus dubia semper ac controversa res fuit. Parti affirmanti scriptura valde favet. Quo enim modo dicit Virgam Mosis versam esse in colubrum, ita de Magis, *projeceruntq;* *Et Magorum quoq;* iquit, *singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones* & subdit, *sed devoravit Virga Aaron,* quæ scilicet priùs virga fuerat, *virgas eorum,* id est colubros ex virgis item factos: eodem semper modo de vtrisq; loquens, vt vtramq; veram conversionem esse oporteat, aut vtramq; falsam, quæ est S. Aug. argumentatio in hunc locum. l. 3. de Trinit. c. 7. & 8. quem sequitur S. Thom. non vno loco. Eadem sensit Theod. & Philo Judæus, & passim S. Thomam secuti recentiores, quorum aliqui volunt ibi genitos Dæmonum operâ serpentes, alij virgarum loco suffectos. In contraria sententia est Justinus Martyr, Tertull. l. de anima c. 37. Amb. Nyssen. Hieron. Josephus, Rupertus, non fuisse veros Dracones, quos fecerunt Magi, sed tantùm illusiones, laruas, & deceptiones oculorum, qualia quandoq; spectatoribus per præstigias exhibent Ludiones, & Argyrtæ Præstigiatores. Prior tamen sententia videtur probabilior & scripturæ magis consentanea, quæ sine aperta necessitate in tropos & figuras trahenda non est. Pro qua etiam variæ rationes militant. *1ma* Draco Mosis devoravit Dracones Magorum, simulacra autem & præstigiæ devorari non possunt. *2da* tertium signum ciniphum Magi non potuerunt imitari, quia nequiverunt ciniphes producere, si autem tantùm figuras & laruas fecissent, haud dubiè non defecissent. *3tia* credibile non est, hanc Magorum fraudem non fuisse agnitam & manifestatam à Mose, neq; DEum in re tanti momenti permissurum fuisse, vt à Magis legatus vterq; deciperetur. Si ergo decepti non sunt, quomodo neuter præstigias prodidit, sed ambo obmutuerunt? An quia videbant, sibi non creditum iri? dubiam saltem rem fecissent & testimonium perhibuissent veritati.

Dracones quomodo à Magis producti. VI. *Quomodo Magi Dracones produxerunt?* ℞ Calvinus ait DEum virgas Magorum commutasse in Dracones, ex justa vindicta, vt Pharaonem & Ægyptios hac ratione magis induraret, sed hæc blasphemia est; si enim DEus vtrosq; Dracones fecisset, tam pro veritate, quàm mendacio laborasset, voluisset Ægyptios decipere, illusisset hominibus, & ipso facto sibi repugnasset. Deinde v. 11. expresè dicitur, quòd Ægyptij per incantationes fecerint. Abulensis arbitratur Dæmones per motum localem velocissimum virgas à Magis in terram projectas abstulisse, & loco earum Dracones apposuisse, ita vt putarentur virgæ in Dracones conversæ, cùm tamen sublatæ essent, & Dracones veri aliunde à Dæmonibus allati, & in conspectu Pharaonis collocati. Idem de ranis per Magos factis, & de aqua in sanguinem versa dicendum.

Magi qui fuerunt. VII. *Qui fuerunt hi Magi?* ℞ Nominat eos S. Paul. 2. Timot. 3. 8. *quemadmodum Jannes & Mambres restiterunt Mosi, ita & hi resistunt veritati.* Idq; Paulum traditione accepisse Chrysost. & Theodor. Auctores sunt, vel certè ex revelatione divina. De istorum sepulchro mira narrat Palladius in vita B. Macarij ab eo visa & comperta, scilicet eos sepultos esse in hortis, in quibus ipsi dum viverent, omnis generis arbores plantaverant, sperantes fore, vt post mortem in illo quasi paradiso delicijs fruerentur; hic autem locus tenebatur à Dæmonibus, qui proinde B. Macarium eum ingredientem invaserunt, sed ab eo signo crucis fugati sunt. Macarius autem singula lustrans, invenit fructum malorum punicorum, quæ nihil intus habebant, erant enim arefacta à sole; plurima item donaria. Putant quidem alij

inventorem

inventorem Magiæ fuiſſe Zoroaſtrem, qui eodem die, quo natus eſt, riſit, vixitq; tempore Nini & Abrahæ, fere 600 annis ante Moſen. Hunc Zoroaſtrem aliqui volunt eſſe Cham filium Noë. Apud Caſſianum verò Serenus Abbas Collat. 8. c. 21. originem Magiæ priorem diluvio facit: ait enim illam cœpiſſe eo tempore, quo filij DEi permiſti ſunt filiabus hominum Gen. 6. nec perijſſe Magiam diluvio, eò quòd Cham illam didicerit ante diluvium, & promulgarit poſt diluvium.

Moſis miracula vera, Magorum falſa.

VIII. *Unde dignoſci potuit miracula Moſis eſſe vera, Magorum verò falſa?* ℟. Theodor. [tria ſigna & diſcrimina in Magis aſſignat. 1. Mutabant, inquit, illi quidem virgas in ſerpentes, ſed virga Moſis illorum virgas devoravit: mutabant aquam in ſanguinem, ſed ſanguinem in priorem naturam reducere non poterant: produxerunt illi ranas, ſed moleſtiam & incommoda ranarum Ægyptijs auferre non poterant, ſicut fecit Moſes. Conceſſit itaq; Deus Magis talia facere, vt etiam per ipſos caſtigaret Ægyptios, non tamen conceſſit eis, vt illatam plagam auferre poſſent. Non ergo fuit contentus Deus plagis à Moſe illatis, ſed eas per Magos adduxit, q. d. Regi: quia puniri te delectat, tuorum etiam ſervorum operâ te caſtigabo, & graviùs plectam. *2do* Cùm videt regem ob id magis indurari, Magorum facultatem cohibuit, vt qui majora animalia, putà ranas produxerant, parvos ciniphes producere non poſſent, còegitq; eos confiteri ſuam imbecillitatem, ac dicere: *digitus Dei eſt hic*, c. 8. v. 19. *3tio* Magorum corpora puſtulis afflixit c. 9. v. 11. vt tum illi, tum fatuus eorum Rex euidenter cognoſcerent, quòd non ſolùm plagas à Deo immiſſas auferre non poſſent, ſed etiam ipſi cum reliquis plecterentur.] His addit S. Aug. q. 79. inter 83. Vera miracula à falſis diſcerni jure, id eſt, auctoritate, & poteſtate, qua fiunt. [Magi, inquit, mira faciunt per privata commercia cum dæmone: Sancti verò ea faciunt publica adminiſtratione, & juſſu ejus, cui omnis creatura ſubjecta eſt. Magi ergo per privatos contractus; Sancti verò per publicam juſtitiam hæc operantur.] Per quid miracula vera in genere à fàlſis dignoſcantur, invenies apud Corn. à Lap. hic.

Aquam unde habuerũt Magi.

IX. *Unde Magi aquam habuerunt, quam converterent in ſanguinem, ſiquidem omnes aquæ Ægypti à Deo in ſanguinem converſæ erant?* ℟. Corn. à Lap. putat Moſen obtuliſſe Magis aquam, Hebræis enim non erat ſanguis; ſed hoc improbabile videtur, quo fine enim obtuliſſet aquam? vt in ſanguinem commutent? Sed noverat Moſes, hoc eos non poſſe, ſed uſuros ludificatione, ſicut fecerunt cum Draconibus. Nec hoc capio, cur Moſes voluerit occaſionem & materiam præbere Magis ſuas præſtigias exercendi: Probabilius proinde eſt, quod ait Lyr. & Toſt. hanc aquam celerrimè per dœmonem aliunde in Ægyptum fuiſſe aſportatam: vel, ut vult Theodor. hæc aqua ex vicino mari allata fuit, quia ſolæ aquæ dulces & potabiles, non verò ſalſæ marinæ in ſanguinem fuerunt verſæ, hujus enim verſionis motivum fuit vexandi Ægyptios ſiti, hinc ceſſavit ratio aquas maris in ſanguinem vertendi, cùm hæ per ſe non ſint potabiles.

Quã aquam biberunt Hebræi.

X. *Quid bibebant Hebræi, cùm omnis aqua verſa fuerit in ſanguinem?* ℟. hoc ipſum fuit ingens miraculum, nam aquæ illæ ſanguineæ Ægyptijs bibentibus erant noxiæ & intolerandi ſaporis: ſi enim quis ſiti coactus, inquit Ioſephus, aquam guſtaret, acri dolore confeſtim corrumpebatur; Hebræis verò dulcis & potabilis, & omninò priſtinam naturam retinens.

Sanguinis plaga quomodo ceſſavit.

XI. *Quomodo hæc ſanguinis plaga ceſſavit?* ℟. incertum eſt. Philo tradit, quòd Ægyptij Moſem rogaverint, vt pro avertenda hac plaga Deum deprecaretur, quo precante miraculoſè hic ſanguis redierit in priorem aquæ naturam. Ioſephus ait: Pharaonem miſeriâ Ægyptiorum ad commiſerationem motum dediſſe Hebræis facultatem exeundi Ægypto, & ſacrificandi Deo, & hinc Deus finierit hanc plagam; Pharaonem autem ceſſante hac plaga, revocare ſententiam, ſed hoc minus probabile videtur; quia enim ſimilia circa alias plagas contigerunt, ea Moſes narravit, narraſſet ergo etiam hîc, ſi ſimile quid circa primam contigiſſet plagam. Meliùs ergo cenſet Toſtatus & alij primam hanc plagam per 7. dies duraſſe, uſq; ad ſecundam plagam, & inflictionem ſecundæ fuiſſe finem primæ; itaq; ceſſavit, non rogatu Pharaonis, vel Ægyptiorum, nec deprecatu Moſis, ſed voluntate Dei, volentis Ægyptios novis ſubinde varijsq; plagis punire.

Plaga illata per Angelos.

XII. *Quis fuit auctor tum hujus, tum aliarum plagarum?* ℟. Fuit DEus, utens tamen ſubinde miniſterio Angelorum, de quibus dicitur pſ. 77. *Miſit in eos iram, & immiſſiones per Angelos malos.* Ubi licet Genebrardus putet, has plagas inflictas eſſe per dæmones; tamen verius eſt, id factum eſſe per Angelos bonos; tum quia Moſes & Deus certabat hîc cùm Magis & dæmonibus, ergo eorum operâ non utebatur; tum quia hic Sodomitas punivit per Angelos bonos: dicuntur tamen hi Angeli mali, i. e. noxij & inferentes mala, ſive ſupplicia.

Finis barũ plagarum.

XIII. *Quis fuit finis harum plagarum?* ℟. ut Deus per eas oſtenderet, tum ſuam curam & providentiam erga Hebræos, tum terribilem potentiam & vindictam adversùs Pharaonem & Ægyptios, eosq; cogeret Hebræos dimittere, utq; omnes gentes ſui metu & reverentia percelleret.

Hebræi immunes à plagis.

XIV. *An Hebræi in Ægypto ab his plagis fuerint immunes?* ℟. Affirmativè patet ex c. 8. v. 22.

v. 22. & c. 9. v. 4. & 26. & c. 10. v. 23. Immunes quoq; fuisse advenas & peregrinos probabile est. Solis enim Ægyptijs hæ plagæ infligebantur. Unde verisimiliter censet Perer. Advenas, cùm tam atroces pœnas infligi Ægypto cernerent, dubitantes de totius regionis exitio, quamprimum ex Ægypto abijsse. Addit Pererius, immunes quoq; fuisse eos Ægyptios, qui nihil in Iudæos peccaverant: sed hoc valdè incertum est. Solet enim Deus ob publica regum & regni peccata omnes punire, communiq; clade etiam innoxios cum noxijs involvere.

CAPUT VIII.

Describitur secunda plaga Ægypti, quæ fuit ranarum, & tertia, quæ fuit cinipbum, & 4ta, quæ fuit muscarum, quodq; post singulas induratus sit Pharao.

Ranæ secunda plaga.

QUæstio I. *Quæ fuit secunda plaga Ægyptiorum?* ℞. fuerunt ranæ. Extendit enim Aaron, Domino ac Mose jubente, manum virgâ armatam super aquas Ægypti, & ascenderunt ranæ, operueruntq; terram Ægypti. Nilus videlicet singulis fluctibus, quibus ad terram allidebatur, multarum ranarum examina fundebat, quibus omnes primùm ripæ fluminis opertæ sunt, indeq; omnes viæ & campi, omnes agri, vineæ, prata ranis inundarunt, moxq; villas, pagos, vrbes & domos, & penetralia invaserunt. Ex quibus facilè colligitur Ægyptijs hanc plagam molestissimam fuisse, cùm nec foras prodire possent; omnibus vijs ranarum examinibus constratis, nec manere domi, earum bestiarum lue tecta omnia pervadente: non edere liceret, non bibere, non dormire, nec quicquam agere, quin ranæ in eos insilirent, vultum, vt erant lutulentæ, turpi limo fœdarent, in oculos, in os ipsum, in interiora vestium importunissimè invaderent, lectos catervatim peterent, lances, cyathos edentium & bibentium impeterent, oculos fœditate sua, aures perpetua coaxatione, nares fœtore, manus pedesq; horrore putredinis intolerabiliter cruciarent. Nec potuit hæc plaga arceri per occlusionem ostiorum & fenestrarum, Angelis id prohibentibus, aut si clauderentur, ranarum impetu & Angelis impellentibus reserabantur.

Moses desiderat tempus liberationis à ranis.

II. *Quomodo audet Moses à Rege desiderare tempus precationis, & liberationis à ranis?* ℞. Certus erat de divina, in hoc toto plagarum negotio, voluntate, sibiq; data prodigiorum potestate, & magna in Deum fiducia eo non consulto promittit, quod illum non dubitabat impleturum, qui voluntatem timentium se facit. Tempus autem permittit arbitrio, ne is arbitraretur Mosem certis quibusdam temporum momentis, aut stellarum concursibus, aut constitutis à dæmone diebus esse alligatum, sed quasi terrenum quemdam Deum, super dies horasq; & creatarum rerum ordinem, esse constitutum.

Pharao differt in crastinum.

III. *Nonne ranarum plaga maximè Ægyptios affligebat? cur ergo Pharao non desideravit statim eadem die depelli eas, sed distulit in crastinum?* ℞. voluit experiri an interea per se ranæ deficerent, sicq; hoc malum potiùs casui, quàm divinæ in se animadversioni tribueret: sin autem precibus Mosis duntaxat victæ cederent, Deum agnosceret verberantem, vel forsitan noluit in angustum tempus redigere Mosem & Aaronem, voluitq; spatium longius ad deprecandum Deum concedere, quia id putabat necessarium.

Sciniphes.

IV. *Quæ fuit tertia plaga Ægyptiorum?* ℞. Sciniphum: dixitq; Dominus ad Mosen loquere ad Aaron: *Extende virgam tuam, & percute pulverem terræ, & sint sciniphes in universa terra Ægypti, & facti sunt sciniphes in hominibus & jumentis.* Hoc animal est molestissimum ait Philo, quamvis minutum admodum. Nam non solùm superficiem cutis lædit prurìtu noxio, verùm etiam interiora, per aures naresq; penetrat; involat & in oculos, nisi quis caveat. Et quomodo caveri poterant tam dira examina? Hoc animal, inquit Origenes hic, pennis suspenditur per aëra volitans, sed ita subtile est & minutum, vt oculi visum, nisi acutè cernentis, effugiat: corpus tamen cùm insederit, stimulo acerbissimo terebrat; ita ut volitantem videre quis non valeat, sentiat stimulantem.

Sciniphes non possunt Magi producere.

V. *Cur Magi, qui ranas & majora fecerant, non potuerunt parvos sciniphes producere?* ℞. Fabulantur Hebræi causam esse, quòd dæmones non possint producere animal minus grano hordei, sciniphes autem sunt minores, licet enim arte subinde possint fieri maxima, non minima: tamen per naturam, & per causas naturales (per quas agunt dæmones) faciliùs fiunt minora & viliora animalia, quàm majora; hæc enim pluribus rebus egent, vt experientia docet. Verior ergo causa est, quia dæmones fuerunt impediti à Deo, ne sciniphes possent efficere. Hoc enim ipsi Magi fatentur, dicentes: *Digitus Dei est hic*, qui scilicet Mosi assistit, eum juvat sed nos compescit, cogitq; ei cedere.

Digitus Dei quid?

VI. *Quid significat hic, digitus?* ℞. significat potentiam, virtutem & operationem Dei. Brachio enim & digitis, quæ actionis sunt instrumenta, potentiam actionemq; significant Hebræi. Licet enim in DEo vna sit virtus operativa, eadem tamen multiplex est, & multiformis ratione multorum effectuum, vnde vocatur digitus vel digiti. Hinc Isa. 40. dicitur, Deus tribus digitis appendere molem terræ, & psal. 8. *Videbo cælos opera digitorum tuorum.* VII.

VII. *Cur tantis animalculis voluit Deus affligere Ægyptum, & non majoribus ac nocentioribus?* ℞det Philo. Voluit Deus incolas castigare, non tollere, ostendere quoq; potentiam suam. Homines enim dum bella gerunt, auxilia sibi asciscunt potentissima, quibus suam suppleant infirmitatem. DEus autem omnipotens, & nullius operâ egens, si quando vult tanquam instrumentis quibusdam uti ad exigenda supplicia, non valida eligit, quorum robur minimè curat, sed vilia atq; infirma. S. Iacobus Nisibites in Saporem regem Persarum, Nisibim obsidentem, execrationem sciniphum jaculatus, mox ijs equos & elephantes ejus disjecit, teste Theodor. in Philothæo. Albertus M. l. 16. de animalibus describit sciniphes, esse corpore vermes, capite autem & alis muscas, habere in ore aculeum, quo pungunt & sugunt, palustribus nasci locis, & animantium spiritus, vel maximè humanos consectari. Hi autem Mosaici acriores, & quasi miraculosi erant, eorumq; infinita examina, ut velut extensa nubes, totam Ægyptum obumbrarent, ait Philo, neq; volabant gyrando in aëre, uti faciunt culices, sed homines & jumenta invadebant. *Parvis animalculis affligit Deus Ægyptum.*

VIII. *Quæ fuit 4ta plaga Ægyptiorum?* ℞. Cùm non legatur tertiæ plagæ cessationem vel à Pharaone petitam, vel à Mose promissam, vel à Deo factam, infertur, hanc plagam fuisse prioris continuationem, aut augmentum. Nec opus erat tollere sciniphes vnam muscarum speciem, cùm mox omne muscarum genus in Ægyptios educendum esset, ideoq; cœnomya vocatur à græcis. Distinguitur tamen à priore, & quarta numeratur, quia cum nova denuntiatione fit, & nova diversarum à primis immissione muscarum. Infinita ergo muscarum omnis generis examina, quasi auxiliares legiones sciniphibus adfuerunt, quæ per domos, vicos, plateas, agros, Ægyptumq; vniversam effusa, incredibile dictu est, quantum molestiæ, doloris & impatientiæ hominibus & jumentis intulerint. Invadebant miseros Ægyptios muscæ obstinatissimæ nullamq; corporis partem, ad quam volatu, gressúve pervenire possent intactam, vel innoxiam, mordendo, pungendo, perforando relinquebant, vitam in morsu potiùs, quàm morsum paratæ relinquere: in aures, in nares, in os, intraq; vestes furtim illapsæ, longe acerbissimum aculeum infigebant, faciemq; maximè omni ex parte monstrosè extuberantem reddebant. Nec dubium etiam est eorum equos & armenta: nam jumentorum præcedens plaga meminit, quæ non acceperat finem, ut dixi, sic in rabiem acta, vt freno, vinculis aut claustris retineri non possent, quin se, suosq; equites, doloris impatientiâ, saltu in præceps ferrent, ac perderent. Nam multos muscarum morsibus perijsse Scriptura testatur Sap. 16. 9. *4ta plaga muscarum.*

IX. *An nihil remedij contra tam importunam perniciem quæsiverint, & invenerint Ægyptij?* ℞. satis perspicuè habetur in sapientia Salomonis, quòd Ægyptij igne pugnaverint contra hæc animalia, sed irrito conatu. Sap. 16. v. 18. dicitur: *Quodam enim tempore mansuetabatur ignis, ne comburerentur, quæ ad impios missa erant animalia:* sed ut ipsi videntes scirent, quoniam Dei judicio patiuntur persecutionem. Et rursum c. 19. v. 20. *Flammæ è contrario corruptibilium animalium non vexaverunt carnes coambulantium.* Impunè videlicet inter flammas ambulabant, muscæ, vespæ, *crabrones*, eisq; flammæ insigni miraculo parcebant, sicut muscæ ipsæ Hebræis. *Musca flammis non cedunt.*

X. *An sicut hic v. 22. DEus terram Gessen à muscis, ita etiam ab alijs plagis liberam fecit?* ℞. Liberavit quoq; eam à quinta plaga Exod. 9. *Mortua sunt omnia animantia Ægyptiorum, de animantibus verò filiorum Israel nihil omninò perijt.* Liberavit etiam à 7ma grandinis, Exod. 9. *Tantùm in terra Gessen, ubi erant filij Israel, grando non cecidit.* Liberavit à plaga nona tenebrarum, & decima primogenitorum Exod. 10. *Ubicunq; erant filij Israel, lux erat.* Exod. 12. *Transibo vos, neq; erit in vobis plaga,* videlicet primogenitorum. Idem in cæteris plagis factum docet S. Aug. q. 26. in Exod. Quod, inquit, hic, i. e. in 4ta plaga, aperuit Scriptura; ne ubiq; diceret, intelligere nos voluit, idem & in posterioribus & in prioribus factum esse, vt terra, quam habitabant Hebræi, nullis plagis talibus vexaretur. Et Philo l. 1. de vita Mosis, Tot, inquit, plagis Ægyptus castigata est, quarum tamen nulla Hebræos attigit, quamvis cohabitantes in eisdem oppidis, vicis, domibus, &c. *Hebræi à plagis liberi*

XI. *Quomodo intelligenda verba Mosis v. 26.* ABOMINATIONES ÆGYPTIORUM IMMOLABIMUS DOMINO DEO NOSTRO? ℞. Per interrogationem hæc verba leguntur in emendatis libris, hoc sensu: non potest fieri vt in Ægypto, in oculis Ægyptiorum sacrificium Deo offeramus. Numquid enim abominationes Ægyptiorum, Deo immolabimus? si id fecerimus, lapidibus nos obruent. Moses oves, boves, capras, & hœdos vocat abominationes Ægyptiorum, quia hæc animalia venerabantur. Quemadmodum Deut. 32 in Cantico, idola, quæ Israelitæ coluerunt, appellat abominationes: *in abominationibus ad iracundiam provocaverunt:* Est igitur sensus, numquid coram Ægyptijs abominationes eorum immolabimus, id est, animalia, quæ illi abominando cultu colunt? *Abominationes Ægyptiorum.*

CAPUT NONUM.

Describitur quinta plaga pestis, & sexta vlcerum, & 7ma grandinis, tonitruorum & fulminum, quibus emollitus Pharao missionis Hebræorum spem facit, sed plagis cessantibus rursus se obdurat.

Quinta plaga pestis armentorũ.

QUæstio I. *Quæ fuit quinta plaga*? ℞. pestis armentorum, *jumenta Ægyptiorum in morte conclusit*. ps. 77. v. 50. *Fecit ergo Dominus verbum hoc altera die, & mortua sunt omnia animantia Ægyptiorum: de animalibus verò filiorum Israel nihil omninò perijt.*

an prorsus omnium?

II. *An non remanserunt animalia, quæ sequentibus cladibus perirent?* ℞dent aliqui mortua tantùm esse animalia, quæ erant in agris, vt prædictum fuerat, In urbibus autem & villis, & stabulis intacta fuisse, sicut in clade grandinis certum est, contigisse. Quoniam verò prædixerat Moyses nihil omnino periturum ex pecoribus Israelitarum, animadversa tanta Ægyptiorum animantium pernicie, misit Pharao nuntios in terram Gessen, ad videndum, quid illis contigisset, forsan etiam ad inuadendum. Sunt enim Ægyptij naturâ furaces, & tum Hebræos pene pro mancipijs habebant, quorum bona omnia ad heros pertinent. Accedebat inveteratum odium, & invidia recens, quòd propter ipsos tantis calamitatibus afficerentur, à quibus ipsi soli essent immunes. Fortassè igitur Israelitæ jumentis & pecoribus suis, magna ex parte ab istis Tyranni ministris spoliati sunt, quæ postea sequentibus plagis in manu Ægyptiorum malè perierunt.

Pestis causa & remedia.

III. *Quæ est causa pestis & remedia?* ℞. Pestis est venenosus quidam vapor in aëre concretus, vitali spiritui inimicus, qui omnem humorem inficere potest; sed potissimùm sanguinem, 2dò choleram, tertiò phlegma, 4tò melancholiam: ideo priùs sanguinei periculo contagij pestis subjiciuntur, deinde cholerici, postea phlegmatici, deniq; melancholici: quia humor frigidus & siccus ad inflammationem & putredinem ineptus est, & strictos habet meatus. Remedia pestis sunt, fuga aëris infecti, recreatio & lætitia, cibus solidus, potusq; roborans cor & spiritus, cavere à cibis, qui facilè corrumpuntur, & putrescunt, purgare sæpe humores putrescentes, per aloen, myrrham & crocum; vti theriacâ, zedoariâ, citro, suffumigare juniperum, therebintinam, thus; vestes crebro mutare & mundas induere; os & manus sæpe abluere aceto, & aliquando vino potente.

6ta plaga vlcerum.

IV. *Quæ fuit 6ta plaga*? ℞. jussu DEi Moses & Aaron, de camino quodam cinerem, vt videtur calidum tulerunt, veneruntq; ad regem. Moses sparsit illum in cælum, excitatusq; est super terram Ægypti pulvis, & longè lateq; per ventum dispersus; inde orta sunt in hominibus & jumentis vlcera vesicarum turgentium. Nam pulvis in homines & jumenta cadebat, vesicasq; tumentes efficiebat & vlcera. Primùm à pulvere ardente gignebantur vesicæ ardentes, ac tumentes, postea ex vesicis fiebat vlcus ardens. Cecidit pulvis ardens super maleficos, vesicas ardentes & tumentes in illis effecit, & vlcera saniosa ac dolore plena, vnde coram Mose

Magi victi à Mose.

stare non poterant. Ecce, inquit Rupertus, tertiò Magi victi sunt, vnde & deinceps nulla maleficorum fit mentio. Ter autem victos à Mose ostendit Rupertus. *1mo* virgis suis non sine rubore sunt exarmati, quia virga Aaron deuoravit virgas eorum. *2do* confusi, quia non potuerunt sciniphes educere, dixeruntq; *digitus Dei est hic*. *3tio* sic superati sunt, vt non possent respirare spe vllius victoriæ, vlcerosi quippe & ipsi, nec jam poterant stare coram Mose. Hæc ille.

V. *Quomodo v. 14. dicitur*, IN HAC VICE MITTAM OMNES PLAGAS MEAS, cùm hac vice non miserit omnes plagas, sed solùm septimam grandinis? ℞. cum Abulensi; *In hac vice*, significare, *continuè*, q. d. Dominus, non cessabo te percutere, donec consummentur omnes plagæ meæ, quas in te mittere decrevi, vt cognoscas potentiam meam. Sicq; factum est: non autem desiuit punire Dominus, quousq; Pharao populum dimisit, tandemq; maris rubri aquis obrutus perijt.

VI. *Quanam peste dicit Dominus v. 15. se percussurum Pharaonem & populum, cùm de hac non constet ex scriptura.* Nam plaga pestis animalium fuit quinta, 6ta fuit vesicarum, 7ma grandinis, 8va locustarum, 9na tenebrarum, 10ma mortis primogenitorum. Nulla hic est plaga pestis? ℞det Abul. plagam pestis fuisse plagam mortis omnium primogenitorum, tam hominum, quàm jumentorum. Ast addit Dominus, *peribisq; de terra*, Pharao autem non perijt hac peste percussus. ℞ Sensum esse: mittam pestem primogenitorum, tuq; Pharao tandem de terra peribis, maris rubri fluctibus demersus. Verùm ait Dominus: *percutiam te & populum tuum peste*, ergo Pharao percussus est peste. ℞ dici percussum peste, non in se, sed in filio primogenito, qui percussus peste morte obijt; vel forsitan in se ipso Pharao tunc percussus est, cum primogenita sunt percussa, sed sanitatem recuperauit. Id tamen, vt multa alia scriptura prætermisit.

Grando 7ma plaga

VII. *Quæ fuit septima plaga?* ℞ fuisse grandinis inusitatæ. Tonitrua horribiliter perstrepebant, atq; omnem in partem horrendo fragore reboabant, vt plurimi sonorum violentia obsur-

obfurdefcerent. Tonitribus de more fulgura jungebantur, quorum crebro fulgore oculi per-ftringebantur, & auribus imminens tonitru nuntiabatur, quia tamen in hac plaga maximè grando fæuijt, ideo cæteris quafi obfcuratis, paffim hæc grandinis plaga memoratur, fiue propter inauditam ejus magnitudinem, fiue propter magnitudinem mali ab ea illati: fecundùm grandinem defæuijt ignis, quem eructabant nubes, & jaculabantur in terras, ibiq; mirabilibus modis infefti difcurrebant, comburendo, liquando, dividendo, diruendo, vt in deciduis iftis de cœlo ignibus crebrò cernitur.

VIII. *Quæ erant effecta hujus grandinis?* ℞ varia fuiffe, nimirum cædes hominum & jumentorum, quos tam dira tempeftas in agris, in flumine, in itineribus, & omnino fub dio reperit. Id tradit Mofes, cum ait v. 25. grandine percuffa cuncta, quæ fuerunt in agris, ab homine usq; ad jumentum. Ait 2dò perdidiffe omnem herbam agri, herbæ nomine tam fponte natas, quàm hominum fatu comprehendens. Ait tertiò grandinem omne lignum regionis confregiffe: quod explicans David pf. 77. 47. ait: *& occidit in grandine vineas eorum, & moros eorum in pruina.* & rurfum pf. 104. 33. *& percuffit vineas eorum, & contrivit lignum finium eorum.* Poteft etiam arborum confractio fluminibus tribui; id enim non infrequens eft; præfertim cùm grando & ignis pariter mixta ferrentur, cui cladi etiam ventorum procellæ, turbinesq; feruiebant. *Grandinis effecta.*

CAPUT X.

Defcribitur octaua plaga Ægypti, quæ fuit locuftarum, & nona, quæ fuit denfiffimarum tenebrarum, quibus mollitus Pharao Hebræos abire permittit, Sed Mofe omnium, etiam pecorum miffionem vrgente, fe rurfus obdurat, Mofiq; mortem minatur.

QUæftio I. *Quæ fuit 8va plaga Ægyptiorum?* ℞ fuiffe locuftas. Extendit virgam flagellantem Mofes fuper terram Ægypti: DEus verò tota illa die & nocte, flare fecit ventum calidiffimum, qui matutino tempore locuftarum infinitam multitudinem in Ægyptum intulit, operueruntq; vniverfam fuperficiem terræ, vaftantes omnia. *Devorata eft herba terræ, & quidquid pomorum in arboribus fuit, quæ grando dimiferat. Nihil omnino virens relictum eft in lignis & in herbis terræ in cuncta Ægypto.* Quæ nimirum maxima ex parte grando deformaverat, locufta penitus perdidit, dum quæ illa laceraverat, aut obruerat, ifta radicitus confumpfit. Sed & domi, vt prædictum fuerat, ranarum & mufcarum moleftias ita renovavit, vt Pharao ipfe hanc miferiam mortem appellaret. In oculos & corpora infilientes, homines morfu fuo necabant, vt dicitur Sap. 16. 9. Unde Plinius ait l. II. c. 29. locuftas effe Deorum peftem: Nam & grandiores, inquit, cernuntur, & tanto volant pennarum ftridore, vt aliæ alites credantur, folemq; obumbrent, folicitè fpectantibus populis, ne fuas operiant terras, longinqua maria tranfeunt, continuata plurium dierum fame, vt externa pabula petant, dira meffes contegunt nube, multa contactu adurentes, omnia verò morfu erodentes. *Locufta 8va plaga.*

II. *Quomodo v. 14. dicitur de Locuftis:* QUALES ANTE ILLUD TEMPUS NON FUERANT, NEC POSTEA FUTURÆ SUNT, cùm tamen Jöëlis 1. v. 2. & 4. dicatur, refiduum erucæ comedit locufta, refiduum locuftæ comedit bruchus, & bruchi rubigo, additq; Jöël, numquam vifum fuiffe fimile exemplum? ℞ Jöëlem metaphoricè per hæc 4. fcilicet locuftas, erucas, bruchum & æruginem fignificare exercitum Chaldæorum, qui quater Jerufalem vaftarunt, imò dum Joakim regem, cum quo captus eft Daniel, ceperunt. 2dò cùm ejus filium Joachim abduxerunt. 3tiò cum Sedeciam captiuarunt. 4tò cùm templum in cineres redegit Nabuzardan, quæ vaftatio proinde rectè rubigini comparatur. Ita explicat Jöël v. 6. cùm ait: *gens enim afcendit fortis & innumerabilis.* *Locuftæ fuerunt Chaldæi.*

III *Quæ fuit nona plaga Ægyptiorum?* ℞ tenebræ denfiffimæ, juftè hifce puniuntur Ægyptij, quia Hebræos filios lucis arctando ergaftulis, ad opera dura concluferant, tenebris ergo velut carcere juftè puniuntur inquit Corn. Deinde immiffa fuit eis plaga tenebrarum, vt agnofcerent fe hac luce indignos effe, & vt perfentifcerent in hac quafi imagine tenebras infernales, vtramq; hanc caufam dat Sapiens toto cap. 17. maximè v. vlt. *Tenebræ nona plaga.*

IV. *Quo modo factæ funt hæ tenebræ?* ℞ Philo folem tunc defeciffe ait, ideo tenebris oppletam Ægyptum. Sed hæc opinio non eft probabilis, quia folis eclipfim tribus diebus duraffe non eft verifimile. Præterea, fi fol eclipfim incurriffet, non folis Ægyptijs, fed multis alijs tenebras intuliffet. Solis autem Ægyptijs tenebras incubuiffe probatur ex Sap. c. 17. *Omnis,* inquit, *orbis terrarum limpido illuminabatur lumine, & non impeditis operibus continebatur, folis autem illis fuperpofita erat gravis nox.* Refponderi tamen poffet, quòd divina potentia voluerit folis radios fubtrahere Ægyptijs tribus diebus, non alijs nationibus: ℞dent alij probabiliùs, tam denfas, craffasq; nubes, tam craffos denfosq; vapores DEum in Ægyptum immififfe, & ita aërem denfaffe, vt omnem cœleftem lucem omnino eriperet oculis, nec *Tenebræ quomodo factæ?*

àer etiam radijs ſolis eſſet penetrabilis, hoc eſt quod dicitur Sap. 17. *Nec ſiderum limpidæ flammæ illuminare poterant noctem illam horrendam.*

Tenebræ palpabiles.

V. *Quomodo tenebræ hæ dicuntur palpabiles?* ℞ non ratione ſui, ſunt enim priuatio, quæ ſub tactum non cadit, ſed in ſua cauſa, àere ſcilicet vſq; adeo addenſato, ac conſtipato, humidis ac frigidis vaporibus infuſis, vt in aqueam ſoliditatem declinaret, vt neq; ventorum procellâ diſſiparetur, neq; lumini & flammis penetrabilis eſſet.

Tenebræ horribiles.

VI. *Cur dicuntur hæ tenebræ horribiles?* ℞ maximè propter *horribiles viſiones* Deut. 4. 34. Dæmonibus eis prodigioſa phantaſmata objicientibus, quibus formidoloſiſſimo horrore concutiebantur, aut vt nonnullis interdum contingit, exanimabantur. Nam Sap. 17. 4. 6. dicitur: perſonas triſtes illis apparentes pavorem præſtitiſſe; apparuiſſe & ſubitaneos ignes, qui ex ipſis fortaſſe ſpectris emicabant, ad majorem incutiendum terrorem. Sed hoc iſta erat quaſi coruſcatio formidoloſior, quòd non ex longinquo apparebat vt fulgura, ſed proximè afflabat oculos, ac pene adurebat. Somnium quoq;, quod tenebræ ipſæ conciliabant, inquietum habebant, & viſis terrificis interruptum, quibus ingruentibus animo linquebantur, præ timore, & quo quiſq; loco ex timore decidiſſet, immobilis ibi quaſi carcere concluſus reddebatur, vt ait idem Sapiens.

Lux lucernarum non profuit Ægyptijs.

VII. *Quomodo nemo vidit fratrem in his tenebris? an lux lucernarum non profuit Ægyptijs?* ℞ Cajet. putat ſic hoc intelligendum eſſe: nemo vidit fratrem ſuum beneficio lucis cœleſtis, attamen lucernarum beneficio, alij alios videbant, cibum ſumebant, & alia agebant, quæ opus erant. Adverſantur Cajetano alij interpretes, ipſa quoq; ſcriptura Sap. 17. *Ignis*, inquit, *nulla vis poterat illis lumen præbere.* Si ignis non poterat Ægyptijs lumen præbere, ergo neq; poterant tenebræ, per faces illuminari. Præterea ſi lucernarum lumine vſi ſunt Ægyptij, ſanè leviſſima fuit tenebrarum plaga. Facile enim domos omnes, & vrbes illuminare ignis & lucernarum luce potuerunt. Deinde præter tenebras fuit tempeſtas. Tempeſtas autem ventorum & imbrium lucernas inflammare non patiebatur. Si dicas: lignorum ingentes ſtrues, & incenſos rogos, non poteſt ventus & tempeſtas extinguere: potuiſſent igitur Ægyptij pyras magnas extruere, earumq; flammis noctem horrendam illuminare. ℞tur tantam fuiſſe vim tempeſtatis, à DEo excitatæ, vt id facere nequiverint. Philo ait, craſſiſſimas illas tenebras omnem vim ignis ſuperaſſe. Burgenſis ait, àer divina virtute ſic fuit denſatus, vt perdiderit diaphanitatem, ſic vt non eſſet capax lucis. Nec dicas: àer valde craſſus & denſatus reſpirationem impedit, ergo non erat valde denſatus, aliàs Ægyptij reſpirare nequiviſſent, & mortui fuiſſent omnes. ℞tur enim DEum ita àerem denſaſſe, vt reſpirationi eſſet accommodatus. Abulenſis exiſtimat ignem, qui tunc apud Ægyptios erat, à tempeſtate fuiſſe extinctum, aut nihil lucis præbuiſſe, eò quòd DEus ignis illuminationem ſuſpenderit. Præterea adverte noctem illam horrendam Ægyptios ſubitò oppreſſiſſe, eoſq; veluti carcere continuiſſe, ita vt loco movere ſe non poſſent. Cum ergo carcere continerentur, nec movere ſe loco poſſent, ligna ad extruendas pyras congregare, ſtrues lignorum adaptare, & ignem quærere vel lucernas non potuerunt. Tenebras autem illas inſtar carceris Ægyptijs fuiſſe indicatur Sap. 17 his verbis: *vinculis tenebrarum, & longæ noctis compediti, incluſi ſub tectis.* & infra: *vnâ catenâ tenebrarum omnes erant colligati.*

VIII. *Quomodo Pharao vocavit Moſen & Aaron v. 24. cùm illo triduo nemo ſe loco moverit, & nemo viderit fratrem ſuum?* ℞ Pharao poſt illos tres dies jam reddita luce vocaſſe famulos, & miſiſſe ad Moſen ſole ſplendente. Fidem illud facit huic reſponſioni, quòd non petivit rex à Moſe, vt plagam tenebrarum diſpelleret, quod ſanè feciſſet, ſi jam depulſa à DEo non eſſet. Deinde illis tribus diebus nemo vidit fratrem ſuum, nemo movit ſe de loco, in quo erat, ergo neq; Pharao potuit vocare famulos, neq, famuli potuerunt vocare Moſem. Ideo plagam tenebrarum tulit moleſtiſſimè longiſſimaq; illa nocte, veluti carcere comprehenſus, domi manſit, vbi primum ſol ſplenduit, Moſem vocavit.

CAPUT XI. ET XII.

Prædicit & deſcribit vltimam plagam Ægypti, ſcilicet ſtragem primogenitorum, ante quam Hebræi monentur, vt ſpolient Ægyptum, ſpoliatio tamen hæc non ante, ſed poſt ſtragem primogenitorum peracta eſt, vt patet ex c. 12. v. 35.

Tempus decima plagæ denuntiatæ

QUæſtio I. *Quomodo locutus eſt DEus Moſi: vt Pharaoni annuntiaret necem primogenitorum tam hominum quàm jumentorum?* ℞ Dubium hoc de tempore oritur inde, quod Pharao Moſi c. præcedenti mortem minatus ſit, ſi vltra faciem ejus videret, Moſes verò reſpondit: *ita fiet, vt locutus es: non videbo vltra faciem tuam,* quando autem mortem primogenitorum annuntiavit, vtiq; vidit faciem ejus? ℞ Plagam decimam denuntiavit Moſes Pharaoni in ipſa ejus aula. Poſtquam enim dixerat: *ita fiet vt locutus es,*

non

non videbo vltra faciem tuam, DEus intellectuali allocutione decimam plagam in ipsa aula Mosi indicavit, Moses verò Pharaoni illam denuntiavit. Postea Pharaonis indurationi & obstinatæ peruicaciæ meritò iratus, ab aula discessit, neq; vultum ejus vidit, donec ab eo vocatus est. Præterea dici potest, postquam Moses ex aula discessit illa die, & sequenti, DEum illi mandâsse, vt Pharaoni extremam plagam denuntiaret, ejusq; faciem videret: paruit ille DEo, neq; tamen verba sua reddidit irrita. Cùm enim dixit: *non videbo vltra faciem tuam*, intellexit, non visurum se faciem ejus, nisi DEus aliud imperaret.

II. *Quæ fuit decima plaga Ægyptiorum?* ℟ fuit cædes primogenitorum, tam hominum, quàm jumentorum. Cum media nox esset, percussit DEus omnia primogenita Ægypti, à primogenito regis, vsq; ad primogenitum ancillæ, quæ ad molam sedebat: molam versans, & vt dicitur c. 12. *vsq; ad primogenitum captivæ, quæ erat in carcere.* Significant hæc verba omnes primogenitos fuisse occisos, tam nobilium hominum, & principum, quàm ignobilium. Sap. 18. *Simili pœna servus cum Domino afflictus est, & popularis homo regi similia passus.* Angelus verò primogenita percutiens, domos Hebræorum, quæ sanguine Agni paschalis tinctæ erant, pertransibat. eorumq; primogenitis non nocebat, Ægyptiorum domos ingrediebatur eorumq; primogenita occidebat. *Decima plaga.*

III. *Quid significat hoc loco nomen* PRIMOGENITUS? ℟ Abulensis putat, non solùm significare primogenitos, qui sub potestate erant parentum, sed etiam omnes Ægyptios, juvenes & senes, siue habentes tunc parentes, siue non habentes, qui aliquando apud patres suos fuerant primogeniti. Itaq;, vt ait ille, multi senes centum & plurium annorum, mortui sunt in Ægypto, quia primogeniti erant, & contingebat, vt in eadem domo, moreretur pater & filius, quia vterq; erat primogenitus. Cajet. putat, nomine primogeniti significari non tantùm eum, qui primus natus est, sed etiam eum, qui primo nato mortuo, succedebat in juribus primogeniti. Barrad putat nomine primogenitorum significari filios Ægyptiorum primos, qui aperuerant vulvam matris, idq; probat, quia DEus Exod. 13. jubet sibi offerri *omne primogenitum, quod aperit vulvam matris.* Ideo, quia occidit primogenita Ægypti: Auctor hist. Scholast. propter hanc causam ait, dici posse non fœminas primogenitas, sed tantùm masculos esse occisos. Jussit sibi offerri Dominus, tantùm filios, qui aperiunt vulvam matris: ex quo infert Barrad. & hos tantùm occisos in Ægypto, non autem, eos qui in eorum locum successerunt, qui vulvam matris non aperuerunt. Præterea putat, in Ægypto esse interfectos non patres etsi essent primogeniti, sed filios tantùm primogenitos. Nomine enim primogeniti, non patres significari solent, sed filij, qui sub potestate patris sunt. *Primogeniti quid hic significet?*

IV. *Quomodo intelligenda verba illa:* NEQUE ERAT DOMUS, IN QUA NON JACERET MORTUUS? ℟ Hugo Victorinus, sic hæc verba interpretatur: nulla erat domus, subaudi, in qua erat primogenitus, in qua non jaceret mortuus. sed non placet interpretatio, sicut nec illa cujusdam Rabbini: nulla erat domus, in qua non jaceret mortuus, quia in plurimis domibus jacebant primogeniti mortui, etsi non in omnibus. Juxta Cajetani & Abulensis opinionem, qui nomen primogeniti amplè sumunt, facile respondebitur, in omnibus domibus fuisse aliquem primogenitum. Melius cum Aug q. 44. in Exod. & Lyrano dicitur, mirabile quidem hoc fuisse, quòd in omnibus domibus Ægyptiorum fuerit aliquis primogenitus propriè, sed ita à DEo fuisse ordinatum, ad quem primogenitorum & nativitas, & in vita conservatio pertinet. Sap. 18. mortui dicuntur primogeniti innumerabiles, per hyperbolen. *Mortuos* (inquit) *habebant innumerabiles. Nec enim ad sepeliendum vivi sufficiebant. Quoniam vno momento, quæ erat præclarior natio illorum, exterminata est.* Præclarior natio dicitur primogenitorum, in momento autem est exterminata, id est, brevissimo temporis spatio. *In omni domo mortuus*

V. *Quomodo conveniunt verba illa* c. 12. VOCATISQUE PHARAO MOSE ET AARON NOCTE AIT: SURGITE EGREDIMINI A POPULO MEO, *cum illis verbis Mosis* c. 11. *ad Pharaonem*: DESCENDENT OMNES SERVI TUI ISTI AD ME ET ADORABUNT ME DICENTES: EGREDERE TU ET OMNIS POPULUS QUI SUBJECTUS EST TIBI? ℟ non repugnant verba Pharaonis, verbis Mosis, quia vtrumq; factum est, imprimis Pharao tot prodigijs permotus vocavit Mosem & Aaronem, & dixit illis, *surgite & abite*, postea servi ejus ad Mosem descenderunt, & adorantes idem petiverunt. Nam vt scriptum est Exod. 12. *Urgebant Ægyptij, populum Israel de terra exire velociter dicentes: omnes moriemur.*

VI. *Quomodo intelligenda verba illa* Exod. 12. IN CUNCTIS DIJS ÆGYPTI FACIAM JUDICIA. Num. 33. habetur: in dijs eorum, id est, Ægyptiorum DEus exercuerat vltionem. ℟ Verisimile est, quòd illa confregerit, & ex locis, in quibus colebantur, in terram projecerit, fortè sicut Dagon 1. Reg 15 qui pronus inventus est ante arcam, & palmæ ejus abscissæ fuerant. In glossa ordin. sic legitur: Ferunt Hebræi, quia omnia idola Ægypti confracta sunt nocte illa, & templa, vel motu terræ, vel Nili fluminis inundatione destructa. *Idola Ægypti confracta.*

VII. *Quo genere mortis perierunt primogenita Ægypti?* ℟ det Josephus perijsse peste. Videtur quidem sapiens innuere Sap. 18. 16. ea fuisse gladio trucidata. Verùm gladius in scriptura non rarò vsurpatur pro quovis violentæ mortis genere. Et constat tempore Davidis occisa esse *Primogenita perierunt peste.*

cisa esse peste 70. millia virorum. David tamen vidit Angelum Domini euaginato gladio percutientem Jerusalem, qui præcipiente Domino convertit gladium suum in vaginam.

Angeli inflixerunt decimam plagam.

VIII. *Per quem decima plaga inflicta est?* ℟. per Angelum. Nam c. 12. dicitur: *non sinet percussorem ingredi domos vestras & lædere.* Imò rectiùs creditur plures fuisse Angelos quàm vnum, qui tam brevi tempore, in tam ampla regione tot domibus, oppidis, civitatibus, tot primogenitos inquisiverint & occiderint. Fuisse porrò Angelos bonos, quamvis mali, id est, noxij à Davide ps. 77. vocentur, probabilius est. Nec novum est in scriptura, per bonos Angelos vexari ac puniri sceleratos, Assyrios, Sodomitas, Herodem &c. Ac nec has ipsas Ægyptiorum plagas omnes à dæmonibus perpetratas dici potest, ne Sathanam, qui pugnabat pro Magis, adversùs Sathanam divisum dicamus. Illud autem, *non sinet ingredi domos vestras*, non malam Angeli voluntatem significat, quæ à DEo impedienda sit, sed promptitudinem DEi mandatis obtemperandi, æquè adversùs malos ac bonos, vt in Sodomis, vbi non dubium est plurimos infantulos innocentes, communi parentum deflagratione perijsse.

Habitatio Hebræorum in Ægypto.

IX. *Quot annis habitârunt Israelitæ in terra Ægypti?* ℟. Moses quidem dicit: *Habitatio filiorum Israel, qua manserunt in Ægypto, fuit quadringentorum triginta annorum*, ast anni isti numerandi sunt ab exitu Abrahami de Ur Chaldæorum, vsq; ad exitum ex Ægypto. In hunc sensum, hunc locum explanant LXX. interpretes: *Habitatio* filiorum Israel, quam habitaverunt in terra Ægypti, & in terra Chanaan, anni 430. docentq; apertè hos annos transactos esse ab Hebræis non solùm in Ægypto, sed in terra Chanaan, vnde Aug. q. 47. in Exod. Manifestum (inquit) est, computandum tempus etiam Isaac, & Jacob, ex quo peregrinari cœpit Abraham de terra Chanaan. Colligere voluit Moses numerum, quibus Israelitæ extra terram repromissionis habitarunt cum Barbaris, antequam ex Ægypto exirent. Si petas, quot annis in terra Ægypti habitarunt, ℟ 210. vel 215. annis.

CAPUT XII.

Præscribitur ritus immolandi & comedendi Agnum paschalem.

De reliquis actum est Cap. præced.

Mensis Nisan principium anni.

QUæstio I. *Quid obseruandum circa verba illa:* MENSIS ISTE VOBIS PRINCIPIUM MENSIUM? ℟. Constituit Dominus Hebræis anni principium illum mensem, quo egressi sunt ex terra Ægypti & in eo jubet agnum immolari. Iste est mensis Nisan nostro Martio & Aprili respondens. Erant autem menses Hebræorum lunares, semperq; à novilunio initium sumebant, hoc est, à primo die lunæ nouæ; ideoq; primus dies mensis appellabatur Neomenia, id est, luna noua, eratq; festus, ps. 80: *Buccinate in Neomenia tuba.* Iudith 8. *Jejunabat omnibus diebus vitæ suæ, præter sabbata & neomenias, & festa domûs Israel.* Primus dies mensis dicitur à latinis Calendæ, græcè dicitur Neomenia, id est, Noua luna. Cùm igitur menses Hebræorum essent lunares, nostris respondere æqualiter non possunt, sed ex parte. Itaq; mensis Nisan vt plurimùm respondet partim Martio, partim Aprili, & nonnunquam in Majum excurrit. Annus autem sacer à Deo nunc constitutus à prima luna incipiebat mensis Nisan. Ea autem luna prima mensis Nisan, vt plurimùm illa erat, quæ propinquior erat æquinoctio verno. Æquinoctium autem vernum in diem 21. Martij incidit. Sacrum dixi annum, quia Hebræi duplicem habent annum, vt Abulensis, Montanus in apparatu & alij obseruant, sacrum & profanum. Sacri initium est Nisan, quantum ad festa, & res Ecclesiasticas, quantum autem ad cætera, ordiuntur annum à mense Tisri, seu Septembri, ait Genebrardus initio Calendarij Hebræorum: sed Dominus absolutè ait: *Mensis iste*, id est, Nisan, *principium erit mensium*, & primus in mensibus anni, non addit, in rebus sacris, in festis & rebus Ecclesiasticis. Videlicet quia in hoc mense beneficium acceperant maximum, liberati à seruitute Ægypti, voluit Deus hoc anni esse principium.

Agnus Domum duci tur decima die.

II. *Cur Dominus agnum immolandum 14ta die, jussit adduci decima die, quatuor nimirum diebus antequam immolaretur?* ℟. vt si quid interea vitij in eo deprehenderetur, alius substitui posset in ejus locum. Prouisum etiam fuit populo tantum, tamq; negotiosum iter paranti, ne in multa negotiorum turba, postremo vel penultimo die, agnus qualis requirebatur, non facile inveniretur, aut omnino præceptum Domini obliuioni traderetur. Vnde aliqui putarunt hoc præceptum tunc tantùm obligasse Judæos, non autem posteros, cùm essent in terra repromissionis. Non enim significat scriptura, tunc illos decima die agnos duxisse domum, immolandos lunâ decimâ quartâ.

Cur Agnus immolatus

III. *Cur potiùs agnum, quàm vitulum, aliúdue animal elegit Deus ad Phase?* ℟. Lyranus causisse Deum, ne Hebræi vllum exhiberent honorem vitulo, aut bovi, ne sensim delaberentur in idololatriam Ægyptiorum, qui Jovem in figura bovis adorabant. ℟dent alij 2dò, quia agnus exigui est pretij, ita, vt facilè à qualibet familia, licet tenuioris fortunæ emi potuerit. 3tiò quia agnus est animalculum innoxium, simplex, mundum, formosum, & gratum. 4tò quia agnus erat typus Christi, qui in paschate, quasi agnus innocens, mansuetus & purissimus

immolatus

immolatus eſt pro nobis Iſa. 53. v. 7. Vnde & Joannes Bapt. Ioan. 1. inquit, *Ecce agnus DEi, ecce qui tollit peccata mundi.*

Decem ad eſum agni.

IV. *Quis numerus animarum v. 4. ſufficiens erat ad eſum agni?* ℟dent Hebræi eſſe decem perſonas. Probatur ex Joſepho l. 7. de bello Iudaico c. 17. A nona, inquit, hora vſq; ad undecimam hoſtias cædunt, id eſt, agnos paſchales. Per ſingula verò contubernia non pauciorum, quàm decem virorum fiunt. Solum enim epulari non licet, multi etiam vicini conveniunt, Sic ille.

Agnus immaculatus.

V. *Qualis agnus debuit immolari?* ℟. Dominus requirit agnum omni macula carentem, non in vellere, ſed in corpore. Licet enim vellus maculis albis & nigris eſſet diſtinctum, ſi caro maculam non haberet, aptus erat agnus immolationi. De macula carnis agitur, ſi cœcus eſſet, ſi membro aliquo privatus, ſi fœditate aliqua, vel morbo affectus, à ſacrificio repellebatur. In ijs enim quæ Deo offeruntur, perfectio requiritur, de hoc agitur Levit. 2. *Si cæcum,* inquit, *fuerit, ſi fractum, ſi cicatrices habens, ſi papulas aut ſcabiem, aut impetiginem, non offeretis ea Domino; bovem & ovem, aure & caudâ amputatis, voluntariè offerre potes, votum autem ex eis ſolvi non poteſt: omne animal, quod vel contritis, vel tuſis vel ſectis, ablatisq; teſticulis eſt, non offeretis Domino.* Deinde vult agnum eſſe, quia perfectior eſt ſexus maſculinus: vult eſſe anniculum, id eſt, vnius anni, vel fere vnius anni, quia tunc eſt perfectus agnus & eſui aptus. Abulenſis putat, hunc agnum potuiſſe immolari poſt dies octo, à nativitate, uſq; ad vnum annum. Nam Lev. 22. ſic legitur: *Bos, ovis, & capra, cùm genita fuerint, ſeptem diebus erunt ab ubere matris ſuæ; die autem octauo, & deinceps offerri poterunt Domino.* At in hoc agno peculiare præceptum videtur, vt ſit anniculus, vnius anni filius, vt eſt in Hebræo.

Cur agnus maſculus.

VI. *Cur dicitur* AGNUS MASCULUS, *utiq; ſi agnus eſt, eſt maſculus, non fœmina?* ℟. dici agnum maſculum, majoris affirmationis, & perſpicuitatis gratiâ, ne quis exiſtimaret nomine agni, etiam intelligi agnam, ſicut, cùm dicimus, hic homo mille habet oves, & mille vaccas, nomine ovium arietes quoq; intelligimus, & nomine vaccarum boves.

An licuerit immolare hœdum, non agnum.

VII. *An licuerit Hebræis in Paſchate immolare hœdum, non agnum?* ℟. Burgenſis in Addit Exod. putat nunquam licuiſſe, in eaq; ſententia Hebræos eſſe ait: Quòd ſi opponas verba v. 5: *juxta quem ritum tolletis & hœdum*, ait in Hebræo non ſic legi, ſed *ex arietibus & capris accipietis eum*, id eſt, agnum immolandum in paſchate, accipietis ex grege, in quo ſimul ſint oves permixtæ capris, ex ovibus tamen accipietis agnum, non ex capris hœdum. ℟deo, licuiſſe non invento agno, hœdum in locum ejus ſufficere. Sic hæc verba intelliguntur, *juxta quem ritum tolletis & hœdum*, hoc eſt eodem ritu, quo immolabitis agnum, ſi agno careatis, hœdum immolabitis. Idem verò ſignificat lectio Hebræa: ex arietibus & capris accipietis eum, hoc eſt, ex arietibus accipietis agnum, ſiue ex capris hœdum, ſi non poſſit agnus inveniri. Nec jubet Deus, vt agnum ſimul accipiant & hœdum (hoc enim nunquam fecerunt Hebræi) ſed vel agnum vel hœdum.

An licuerit vitulum immolare.

VIII. *An licuerit loco agni immolare vitulum aut ovem?* Hebræi quidam ex verbis illis Deut. 16. *Immolabis Domino Phaſe de ovibus & bobus*, intulerunt, potuiſſe in paſchate immolari, non ſolùm agnum, ſed etiam vaccam vel vitulum anniculum. Addunt rationem, quia poterat eſſe tam magna familia, vt agnus non ſufficeret, oportebat ergo mactare vitulum, qui omnibus eſſet ſatis. ℟ non licuiſſe ovem vel vitulum, vel vaccam illo die immolare. Ratio allata momentum non habet. Non enim agnus paſchalis edebatur, vt famem expleret, ſed myſterij causâ, itaq; ſatis erat ſingulis minimum ex illo fruſtum edere, poſtea verò alijs cibis ad explendam famem uti licitum erat. Verba autem Deut. 16, non ſunt intelligenda de immolatione, quæ fiebat decimâ quintâ lunâ, ad veſperam, ſed de hoſtijs, quæ offerebantur tempore ipſo paſchali, tum ex ovibus, tum ex bobus.

Vna tantùm fuit immolatio agni.

IX. *An duæ fuerint præcepta immolationes?* ℟. Aliqui putant duas præceptas eſſe immolationes, vnam decimâ die menſis Niſan, alteram decimâ quartâ, Decimâ quidem die, ex eorum ſententia, agnus immolatus eſt per ſingulas domos, poſtea decima quarta die ab univerſa multitudine Hebræorum immolatus eſt hœdus. Probant has duas immolationes, primam ex illis verbis. *decima die tollat unusquisq; agnum per familias?* Secundam ex illis: *Juxta quem ritum tolletis & hœdum, & ſervabitis eum uſq; ad quartam decimam diem menſis hujus, immolabitq; eum univerſa multitudo Iſrael.* Falſa tamen eſt hæc opinio, quam multis rationibus refellit Abulenſis q 9 Exod. 12 Inauditum enim eſt, Iſraelitas agnum die decima, hœdum verò die decima quarta immolaſſe. Deinde victimæ ſanguine, quæ immolabatur die decima quarta, oſtia Hebræorum perfundebantur: vnus autem hœdus tot oſtijs ſufficere non poterat. Adde à ratione alienum eſſe dicere univerſam multitudinem Hebræorum ad veſperum conveniſſe in vnum locum, ad immolandum hœdum. Loca ſcripturæ aliud ſonant. 1mo loco jubet Dominus agnum adduci domum decima die menſis. 2do loco jubet, vt idem agnus vel hœdus ſervetur vſq; ad diem decimam quartam, eáq; die mactetur ab univerſa multitudine filiorum Iſrael, non confluente in locum vnum, ſed ſeparatim in domibus manente. Idem enim eſt: *immolabit eum univerſa multitudo*, ac ſi dixiſſet, immolabunt agnum omnes Hebræi per familias & domos ſuas.

Paterfamilias eſt ſacerdos.

X. ***Ad quemnam pertinet et immolatio agni? ad ſacerdotêſne, an ad populum?*** ℞. non ad ſacerdotes, ſed ad patrem familias. Id ſignificant verba, *immolabit eum univerſa multitudo Iſrael.* Et Philo de vita Moſis l. 3. jubente, inquit, lege, tota gens ſacrificat, dum per ſe quiſq; mactat hoſtiam proprijs manibus &c. ita, vt eâdem horâ tot millia hominum ſimul & ſemel immolarent & ederent agnum. Quivis ergo munus ſacerdotale obiuit, & paſchalis ſacrificij fuit ſacerdos, quia Aaronici ſacerdotes nondum erant inſtituti, ſed inducto etiam ſacerdotio Aaronico, patres familias nihilominus manſerunt ſacerdotes, quales nempe ante fuerunt non abſolutè & reſpectu alicujus publici officij, ſed ſolùm diminutè, quo ad hoc vnicum duntaxat in anno ſacrificium paſchale, quod domeſticum erat & privatum, & ita hoc privilegium, vtpote antiquius ſacerdotio Aaronico, reliquit DEus juxta ſuam primæuan inſtitutionem omnibus & ſingulis patribus familias, cujuscunq; demum tribus aut conditionis eſſent, quia tot Levitæ numquam fuerunt, qui ſufficerent omnes agnos pro quavis familia vnâ horâ immolare, quia vt Joſephus tradit l. 7. belli c. 17. decem adhiberi ſolebant ad eſum vnius agni, vnde ex agnis 256500. in paſchate immolatis tempore Ceſtij præſidis, ſub quo Romanis rebellare cœperunt Judæi, colligit Joſephus tunc Hieroſolymæ fuiſſe Judæorum trigeſies centena & ſeptuaginta millia. Impoſſibile autem fuiſſet pro tanta hominum multitudine omnes præfatos agnos immolare potuiſſe ſolos Leuitas. Dicitur quidem 1. Eſdræ 6. 20. ſacerdotes & Levitas purificatos, ad immolandum paſcha vniverſis filijs tranſmigrationis, ſed paſcha ibi ſumitur pro omni ſacrificio paſchali, tam agni, quàm aliarum victimarum: alias enim victimas ſoli ſacerdotes immolabant, etiam in paſchate: agnum verò pater familias immolabat, niſi immunditia legali pollutus foret: tum enim videtur Levitis id negotium ab Eſdra datum fuiſſe, vti & ijſdem id ipſum datum eſt 2. Paral. 30. v. 17. & 18.

Veſpera duæ.

XI. *Quando immolandus erat agnus?* Clarum quidem eſt ex v. 6. *ad veſperam* diei decimæ 4tæ immolandum fuiſſe, ſed dubium oritur, quia in Hebræo habetur *inter duas veſperas.* Chald. verò inter duos ſoles. Quæritur ergo, quod ſit illud tempus *inter duas veſperas*, quo immolandus erat agnus? ℞ Prima veſpera eſt, cum jam ſol declinat ad occaſum, 2da eſt ipſe ſolis occaſus. Et hoc voluit Chaldæus, cùm vertit *inter duos ſoles*, ſcilicet declinantem & occidentem. Idem diſertè docet Joſephus l. 7. de bello Judaico c. 17. & l. 16. Antiquit. c. 10. Hebræos immolare ſolere paſchales hoſtias ab hora nona vſq; ad vndecimam; nona autem reſpondet noſtræ tertiæ pomeridianæ, vndecima noſtræ quintæ, ita vt tempus hoc circiter duas horas contineret ante ſolis occaſum. Duabus ergo horis circiter ante occaſum ſolis immolabatur agnus & aſſabatur, poſt occaſum verò nocte, cùm jam inciperet 15. dies comedebatur, ita vt ante mediam noctem eſus agni, & cœna omnis abſolueretur. Ritus hic agni fiebat partim decima 4ta, partim decima 5ta die; immolatio fiebat decima 4ta jam deſinente, comeſtio verò præciſè fiebat decima 5ta, Veſpera enim hæc erat confinium decimæ 4tæ, & decimæ 5tæ diei, & vna ſui parte ad decimam 4tam, altera ad decimam 5tam ſpectabat, Unde Judæi & Chriſtus dicuntur immolaſſe paſcha nunc decima 4ta, nunc decima 5ta die. Ubi nota, licet cætera feſta à veſpera in veſperam per diem integrum celebrarentur: paſcha tamen ſolùm celebrabatur in fine, putà in veſpera decimæ 4tæ diei, non autem decimo 4to die inchoante. Ergo dies decimus 4tus non erat ſacer, nec feſtum, ſed tantùm ejus veſpera 2da, ſiue finis.

Quē tranſitum ſignificat paſcha

XII. *Qualem tranſitum ſignificat Phaſe v. 12.?* ℞ fuerunt tres tranſitus. 1mus Angeli per Ægyptum tranſeuntis & percutientis primogenita; 2dus filiorum Iſrael tranſeuntium ex Ægypto in terram repromiſſionis; tertius eorundem tranſeuntium per mare rubrum. S. Aug. in Ioan. tractat 55. Paſcha, inquit, tranſitus dicitur, quòd tunc primum paſcha celebravit populus DEi, quando ex Ægypto fugientes rubrum mare tranſierunt. Significat Aug. dici Paſcha propter tranſitum per mare rubrum. S. Greg. Nazian. in Orat. de paſchate, putat dictum paſcha propter tranſitum ab Ægypto in terram repromiſſionis. ℞ Paſcha indicare tranſitum primum quo DEus per Angeli miniſterium pertranſivit Ægyptum percutiens primogenita Ægyptiorum, & primogenita Hebræorum ſervans. S. Hieron. Matt. 26. Paſcha, inquit, à tranſitu nominatur, eò quòd exterminator videns ſanguinem in foribus Iſraelitarum pertranſierit, nec percuſſerit eos. Pbr. ex ſcriptura, quia dicitur *tranſitus Domini*, non Iſraelitarum. Non ergo Iſraelitæ tranſibant, ſed Dominus, videlicet cùm percuſſit primogenita.

Ritus immolationis agni.

XIII. *Quis fuit ritus immolationis agni?* ℞ Cùm jugulatus eſſet, reſeruato ad aſperſionem vel intinctionem ſanguine, detracta pelle extrahebantur inteſtina, & lavabantur, vt poſſent torreri, tum cæteræ carnes nihil ampliùs diviſæ, ne oſſa frangerentur, ſimul aſſabantur, & quidem perfectè, vt nulla pars ſemi cruda relinqueretur juxta illud c. 12. 9. *non comedetis ex eo crudum quid*, ne ſcilicet ſemi coctum inter comedendum verteretur in nauſeam & abjiceretur, & quia aſſatio citiùs perficitur, quàm elixatio, ideo feſtinantibus, aſſis potiùs quàm elixis carnibus vti conveniebat. Ad quam etiam feſtinationem repræſentandam pertinet, quòd accincti ad iter, & cum feſtinatione comederent, imò & quòd oſſa non frangerent, ad excutiendam medullam. Deniq; nihil debebat in poſterum diem reſeruari; partim quia id ad integritatem ſacrificij pertinebat, partim quia ſummo mane abituri erant, ante idoneum comedendi tempus. Ergo reliquias igne conſumebant.

XIV. *Quali pane comedebatur agnus?* ℞det Script. *edent carnes nocte illa aſſas igni & azymos panes cum lactucis agreſtibus.* dicitur panis azymus, panis fermento carens, azymos panes requirebant anguſtiæ temporis & feſtinata neceſſitas abeundi priùs, quàm maſſa fermentari poſſet: Sed DEus neceſſitatem in myſterium vertit. Voluit enim Judæos ſeptiduo hujuſmodi pane veſci Deut. 16. 3 licet minùs ad guſtum ſuavi, minusq; ad nutritionem vtili, in memoriam vitæ in Ægypto tranſactæ. Eodem pertinent lactucæ agreſtes, quas cichorium aliqui putant.

Panis azymus.

CAPUT XIII.

Jubet DEus ſibi offerri primogenita hominum & pecorum. Educit Hebræos per viam deſerti. Hebræi ſecum deferunt oſſa Joſeph, deſcribitur columna nubis & ignis, quæ fuit dux itineris.

QUæſtio I. *Quid eſt DEo ſanctificare omne primogenitum?* ℞ in Hebræo habetur, *ſepara*; erat enim hæc primogenitorum ſanctificatio nihil aliud, quàm eorum ſeparatio à profanis vſibus, & applicatio ad vſum DEi; quia enim DEus omnium Ægyptiorum primogenita tam hominum quàm jumentorum occidit, Iſraelitarum autem primogenitis pepercit, in memoriam tanti beneficij & gratiarum actionem, voluit hæc ſibi offerri & ſanctificari, vt ſic tota in DEi cultum cederent; animalia quidem in hoſtiam pacificam, & quidem munda per ſe immolarentur, ita tamen vt ſacerdotibus cederent carnes, immunda verò mundis permutarentur: quod verò primogenitos homines attinet, totâ vitâ ſua debuiſſent alligari DEi & templi obſequio; DEus tamen eorum loco ſuffecit Levitas, ita tamen, vt illi redimerentur, ita Oleaſt. & De la Haye.

Primogenitorum ſanctificatio.

II. *Quod eſt primogenitum, quod aperit vulvam?* ℞. Quod primò vulvam matris reſerando, naturali modo in hanc lucem egreditur, quodq; principium eſt generationis maternæ. Unde Cyrill. Jeroſ. hom. de occurſu Domini, negat hoc Chriſto convenire. Chriſtus enim naſcens non reſeravit vuluam matris, ſed clauſum matris Virginis vterum penetrando prodijt in lucem, ideoq; hac lege non tenebatur, licet ſponte ſua illi ſe ſubjecerit, eamq; ſeruarit. Ita Cyrill. Non ergo patris ſolius primogeniti offerendi erant: nam in pecoribus manifeſtum eſt, primogenitum matris non patris, debere ſpectari & offerri. Idem eſt in hominibus. Ex hac lege primogenitus non erat, ſi pater virgo, viduam aliunde jam habentem proles duxiſſet, ex eaq; ſibi primum filium generaſſet; hic enim primus ejus filius non primò aperuiſſet matris vulvam, vtpote ex qua alij jam ante prodijſſent. E diverſo qui plures habebat vxores, ſingularum primogenitos ex hac lege DEo offerre debebat. Rurſum primogenitus hic aperiens vulvam matris DEo conſecrandus, debebat eſſe maſculus, vt patet v. 12, qui primò ex ea naſcebatur: nam ſi fœmina primò ex ea fuiſſet nata, deinde maſculus, is maſculus non cenſebatur hac lege primogenitus; quia is non primò aperiebat vulvam matris, vtpote quæ per ſororem fœminam jam ante fuerat aperta,

Primogenitum aperiens vulvam

III. *Noctêne an die profecti ſunt Iſraelitæ?* Nocte indicat ſcriptura Exod. 12. *Nox iſta obſervabilis Domino, quando eduxit eos de terra Ægypti.* & Deut. 16. *In iſto menſe eduxit te Dominus DEus tuus de Ægypto nocte,* At in lib. Numeri c. 33. manè profecti dicuntur: *Profecti,* inquit, *de Rameſſe menſe primo filij Iſrael in manu excelſa videntibus cunctis Ægyptijs & ſepelientibus primogenitos, quos percuſſerat Dominus.* Si Ægyptij videbant proficiſcentes, & ſepeliebant mortuos primogenitos, ſanè non erat nox ſed dies. ℞. Hebræi cœperunt nocte proficiſci, die verò profectionem abſolverunt. Nam primogeniti media nocte occiſi ſunt, Surrexit Pharao ipſa nocte poſt cædem primogenitorum, juſſitq; ex Ægypto ſtatim excedere Hebræos, Ægyptij verò cogebant eos abire. Cœperunt ergo nocte in vnum congregari & proficiſci. Cùm verò tot eſſenr hominum millia, & ordine diſpoſiti incederent, in diem vsq; profectio duravit, ideoq; dicitur populus ex Ægypto exire tum nocte, tum die. Aſt Moſes Exod. 12. præcepit populo: *Nullus veſtrûm egrediatur oſtium domus ſuæ usq; manè.* Non ergo Hebræi nocturno tempore proficiſci cœperunt, ſed matutino. ℞deo illud præceptum reuocatum fuiſſe à Moſe, occiſis jam primogenitis, quia Ægyptij Hebræos diſcedere cogebant, nullamq; moram finebant facere. Quamobrem noctu antequam illuceſceret, domos reliquerunt.

An die vel nocte exierunt Hebræi

IV. *Quorum animalium primogenita debebant offerri?* ℞. Præcipi tantùm hic oblationem primogenitorum pecorum, id eſt, ovium, caprarum & boum; non autem jumentorum Jumenta propriè, animalia bajula, quæ homines vel ſarcinas portant, vt equi, aſini, cameli: pecora verò quæ paſtum & cibum præbent, vti ſunt oves, boves, capræ. Sed ſcriptura non ſemper hoc diſcrimen obſervat, ſed ſubinde hæc confundit. Hebræi poterant tantùm ſacrificare, oves, boves, capras, non autem equos, mulos, camelos, vt patet Lev. 1. v. 2. & 10. ergo ovium tantùm, caprarum & boum primogenita erant offerenda, offerebantur enim ad ſacrificium. Adde, de ſolo primogenito aſini ſtatuit hîc DEus, illum cum ove commutandum eſſe; ergo equorum, camelorum aliorumq; primogenita hîc neglexit & excluſit. Dicitur quidem

Primogenitum pecorum non jumentorum exigit Deus

Num. 18, 15. *Omne animal immundum redimi facies.* Sed Abul. ait, animal immundum ibi vocari, non id quod tale est secundùm speciem, vti est equus, camelus &c. sed quod tale est ex accidente, putà quod immundum est, quia cœcum, claudum, morbidum, vt proinde Deo immolari non possit juxta legem Levit. 22. 22. Hinc sequitur quinq; tantùm animalium, ovis, bovis, capræ, hominis & asini primogenita debuisse offerri, vti docet Abulens. Et asinorum quidem, quia Deus primogenitis asinorum pepercit, quando in Ægypto primogenita interfecit, quia eorum interfectio gravissimum Hebræis fuisset damnum, tum quia his præprimis egebant in exitu ex Ægypto ad portandas sarcinas; tum quia amisissent simul & semel magnam asinorum copiam, nimirum adultos & juniores quotquot erant primogeniti, æquum proinde fuisset, ut pro hoc beneficio se Deo gratos exhiberent, & primogenitos asinos offerrent potiùs, quàm equos & camelos, quorum vtpotè paucorum damnum non fuisset grave nec universale (paucissimi enim habebant equos & camelos, cuncti verò asinos) quia verò Deus stupidum & immundum hoc animal rejecit & noluit sibi offerri, hinc præcepit ejus loco sibi offerri ovem. Ex quo vides inter jumenta solum asinum fuisse redimendum.

Una fuit columna nubis & ignis.

V. *Fuerúntne duæ columnæ, altera nubis & altera ignis?* ℞. Vnam tantùm fuisse columnam ignis & nubis, quæ una ex parte lucebat nocte instar ignis, interdiu autem nubes cernebatur, antecedens & dirigens iter. Nam de vnica nube diu noctuq; Israelitis inserviente loquitur Moses Num. 9. si fuisset nubes à vespere usq; manè, & statim diluculo tabernaculum reliquisset, proficiscebantur; etsi post diem & noctem, recessisset, dissipabant tentoria. Si verò biduo, aut vno mense & ampliùs, manebant in eodem loco, nec proficiscebantur. Deniq; in mari eadem columna nubis, qua parte respiciebat Ægyptios, tenebrosa erat, qua Hebræos, illustris.

Nubes alia protegens, alia præcedens.

VI. *An eadem nubes protegebat ab æstu, quæ ducebat?* ℞. diversas fuisse, eas Moses apertè distinguit Num. 14. 14. *Audierunt,* inquit, *habitatores terræ hujus, quòd nubes tua protegat illos,* nimirum ab ardoribus exurentibus solitudines, quaquaversum scilicet effusa super eos, *& in columna nubis præcedas eos per diem, & in columna ignis per noctem,* quæ cùm esset ad modum columnæ figurata, angustior erat, quàm vt hominum tricies centena millia operiret. Porrò debuit talis esse figura, vt ei columnæ nomen propter similitudinem conveniret, & talis natura, vt nubes quoq; dici posset; illam figura erectam, hanc materia colorq; nubis, demonstrabant: multùm tamen discrepabat à cæteris nubibus, vt quæ lucidior esset & densior, vt figuram columnæ faciliùs retineret, cùm aliæ nubes figuram ventis impulsæ subinde mutent, mutent & motum, quem hæc habebat, ventis minimè obnoxium. Illæ nihil habent præter naturam, istæ præter naturæ ordinem productæ, nec naturali modo conservabantur, neq; movebantur, vt quæ Angelum motorem ac conservatorem haberent ad annos 40.

Ignis columnæ non fuit verus.

VII. *An ille ignis columnæ fuerit verus ignis?* ℞. non fuisse verum ignem similem nostro comburentem, & in cineres redigentem corpora, alioqui tabernaculum combussisset; vt enim dicitur Num. 40 *Nubes Domini incubabat per diem tabernaculo & ignis in nocte.* Fuit igitur lux quædam, quæ noctu igni similis videbatur. Probatur quia Num. 9. appellatur species ignis: *Vespere super tentorium erat quasi species ignis, usq; manè.* Item: *Operiebat illud per noctem quasi species ignis.* Ignis verus neq; est species, id est, similitudo ignis, neq; dicitur verè species ignis. Non fuit ergo verus ignis, appellatur autem ignis, ps. 104. Sap. 18. Exod. 40, quia igni lux illa similis erat.

Columnæ motor & motus.

VIII. *Quis fuit motor & motus columnæ?* ℞. Motorem fuisse Angelum Exod. 14: *Tollens se Angelus Domini, qui præcedebat castra Israël?* Præcedebat Angelus castra Israel in ipsa nube, ipsa autem nubes post extructum tabernaculum, super ipsum tabernaculum quiescebat. Exod. 40. Exstructum est tabernaculum in Sinai, antequam extrueretur, nubes præcedebat exercitum, & ante exercitum quiescebat, fortè nubes ignis, vt meliùs illuminaret, in medium retrocedebat. Columna nubis cùm moveretur, quiescebat quotidie saltem semel, vt Hebræi cibum sumerent, & pecora pascerentur. Iterum quiescebat noctu, & ignea apparebat super tabernaculum noctemq; illuminabat. Quiescebat autem nubis columna super tabernaculum aliquando noctu tantùm, & manè suo motu ducebat populum, aliquando verò paucis, aliquando multis diebus & mensibus. Loca illa in quibus quievit columna & tentoria fixa sunt, vocantur mansiones, in ijs enim castra metati sunt Israelitæ, & manserunt motum expectantes columnæ. Cum primùm illa mouebatur, mouebant quoq; castra, illam sequentes. Vide Num. 9.

à primo die moveri cœpit.

IX. *Quando cœpit apparere hæc columna?* ℞. non fit ejus mentio in Scriptura ante tertiam mansionem, attamen Moses universè pronuntiat hic v. 21. numquam defuisse columnam nubis per diem, neq; columnam ignis per noctem coram populo. Numquam defuit, nimirum quando necessaria fuit, at statim à principio fuit necessaria, ne statim à januis aberrarent, ignorantes, qua vellet Deus iter inchoare. Necessaria fuit huic meticuloso populo, vt statim à principio persuaderetur se Deo curæ esse, diuinis auspicijs viam ingredi, ejusq; ductu ac præsidio universum iter confecturos.

CAPUT

CAPUT XIV.

Pharao cum suis insequitur Hebræos, illi timent, roborat eos Moses. Angelus in columna nubis interponit se inter Hebræos & Ægyptios. Moses suâ virgâ diuidit mare, transeunt Hebræi, Ægyptij insequentes tum ab Angelo, tum ab aquis recurrentibus obruuntur.

QUæstio I. *Quomodo intelligenda verba* v. 4. INDURABO COR EIUS? ℞. Induravit hic DEus Paraonem eo præcepto, quod Mosi dedit v. 2, vt castra metaretur ad mare rubrum, è regione Phihahiroth inter rupes & montes. Sciebat enim DEus Pharaonem, ubi audisset, Hebræos esse conclusos mari & rupibus, statim rediturum ad suum ingenium, & pristinum propositum dominandi Hebræis, ideoq; obdurato & obfirmato animo eos persecuturum, eò quòd certò sibi persuaderet, se eos obtenturum, nec ipsos posse manus suas effugere. Permisit id DEus, quia statuerat eum hac ratione pellicere ad mare rubrum, ibiq; eum submergere. Lata jam erat apud DEum sententia mortis in Pharaonem, quam vt commodè exequeretur, vsus est hac occasione, qua eum pertraxit ad locum supplicij. Hoc ergo loco obduratio in Deo non significat aliud, nisi judicium & vindictam in Pharaonem, qua eum pellexit ad mare rubrum. Cæterùm quòd se ipsum Pharao induraverit, patet ex consultatione cum suis habita v. 3. *Coarctati sunt in terra:* conclusit eos desertum, q. d. in arctis constituti, & circumquaq; rupibus, mari & armatis conclusi, exitum non invenient: itaq; vel fame vel gladio eos conficiam, aut potiùs ad deditionem, & servitutem pristinam eos redigam. Dicitur tamen etiam DEus eum indurasse, quia sine Dei permissu & certâ prouidentiâ nunquam se obdurasset Pharao: DEus enim, cui omnes rerum omnium ordines subjacent, hoc Pharaonem ordine, cursuq; rerum statuerat, quo his, quæ se obtulerunt objectis, eum libere & sponte sua obdurandum præsciebat. Peculiaris hæc fuit ratio in Deo obdurandi Pharaonem, inquit Corn. à Lap. quòd DEus Hebræos in loca hæc arcta adduxerit, eò quidem proprio fine, ut omnem suam spem in DEum conjicerent Hebræi, sed vnde Pharaonem eos insequendi occasionem, & voluntatem firmam ex pristina sua malitia, tyrannide & obstinatione conceptarum prævidebat: quam ejus voluntatem malam non intendit DEus, sed solùm positiuè voluit permittere, idq; ad hoc, vt Pharaonem hac ratione pertraheret ad mare rubrum, ibiq; pro ante-actis suis sceleribus & rebellionibus eum puniret atq; submergeret. *Obduratio Pharaonis.*

II. *Qui sunt currus falcati* v. 7.? ℞. olim in bellis & ad prælia vtebantur curribus falcatis de quibus ita scribit Tostatus: Currus fuit apud antiquos bellicum artificium, nam quadriga falcata erat, scilicet habens falces siue gladios acutos, vt in circuitu quidquid obvium haberent, scinderent, atq; secum traherent. Erant etiam in quolibet curru quatuor equi armati, quorum priores duo in frontibus fortes gladios & longos habebant, vt quidquid obvium haberent, perfoderent. Ita ille. In ipsis autem curribus præliantes ferebantur milites. *Currus falcati.*

III. *An omnes mortuos ejecerit mare?* ℞. ejecisse, vt ab Israelitis viderentur, DEiq; potentiam & beneficium singulare agnoscerent. v. 31. inquit Moses, *Viderunt Ægyptios mortuos super litus maris, & manum magnam, quam exercuerat Dominus contra eos.* Manum magnam, hoc est, magnam DEi potentiam, quam exercuerat contra Ægyptios. Hinc sequitur, mare omnes Ægyptios ejecisse in littus, vt magnam omnium stragem Israelitæ cernerent, quam DEI manus potentissima intulerat. *Cadauera ejecta.*

IV. *An cadavera Ægyptiorum naturali vi in littora sunt expulsa*? ℞. expulsa esse divina vi, ut vult Cajet. Divino, inquit, operi tribuendum est, quòd Hebræi viderunt Ægyptios mortuos in littore, in quo erant filij Israel, quia naturaliter homo suffocatus in aquis non natat vsq; ad tot dies &c. Item. Mortui homines, inquit, non natant naturaliter, vsquequo crepuerit fel &c. *Diuina vi.*

V. *An Israelitæ Ægyptios ad litus expulsos spoliaverint*? ℞. spoliâsse hostes mortuos vestibus, armis, gemmisq;, auro, & argento, quod ferebant. Fuit verò hæc præda major quàm illa prior, testimonio Hebræorum, qua spoliaverunt Ægyptum vasis aureis & argenteis, de his spolijs explicatur Sap. 10. *Transtulit illos per mare rubrum* &c. *Ideo justi tulerunt spolia impiorum, & decantaverunt, Domine, nomen sanctum tuum.*

VI. *An sint aperta in mari rubro singulis tribubus singulæ viæ, an omnibus simul vna*? ℞. Hebræi quidam & alij eos secuti existimarunt populum hunc 12. vijs pro numero tribuum suarum, mare transijsse, totidemq; divisiones in mari factas, propter illud Davidis ps. 135. 13. *qui divisit mare rubrum in divisiones.* At Theodor. & alij passim Interpretes explicant divisiones, quasi in duas partes divisas, quia mari bifariam secto, pro vno, facta sunt duo maria. Sic Abraham dicitur transisse inter divisiones sacrificij sui, id est, inter partes ejus divisas. Sic etiam Jer. 34. *Vitulum conciderunt in duas partes, & transierunt inter divisiones ejus*, hoc est, transierunt inter duas partes divisas. Probabilius ergo est, vnam tantùm apertam fuisse viam latissimam aliquot leucarum, vt celeriter à tanto exercitu posset fieri transitus. Columna, quæ viam ostendebat, *Spoliatio Ægyptiorū.*

debat, vna tantùm erit, ergo etiam via vna tantùm fuit. Moses dux totius populi vnus fuit, ergo nulla tribus ab eo disjungi debuit. Verba Theodor. sunt q. 25. in Exod. existimo bifariam tantùm fuisse mare divisum, hoc indicante scriptura, cum ait: aqua erat tanquam murus à dextris & à sinistris, latamq; viam fuisse, & numero transeuntium convenientem, sicut dixit script. ps. 105. *deduxit eos in abysso, sicut in deserto*, quod videtur indicare facilitatem viæ patentis. Sic ille. Divisæ quidem transierunt tribus sic enim faciebant iter, divisæ quoq; erant viæ tribuum, sed conjunctæ, nulla intermedia aqua maris.

Recta via per mare. VII, *An Israelitæ viâ rectâ pertransierunt per mare rubrum ex litore Ægypti, vsq; ad litus Arabicum illi oppositum, an verò via semicirculari in medio mari facta, in litus Ægyptiacum reversi sunt?* ℞ nullam eos viam semicircularem fecisse, sed rectà à litore Ægyptiaco pertransisse ad litus Arabicum Scriptura enim hoc iter constanter vocat transitum, & non circuitionem, qualis fuisset, si semicircularem viam fecissent. Deinde Hebræi ex Ægypto perrexerunt in Sina, mare autem rubrum interjacet Ægyptum inter & Sina, ita vt ad latus, vbi ex Ægypto via pedestris est, in Sina rupibus ita sit obsepta & prærupta, vt Hebræi per eam transire non potuerint. Ægyptiorum verò cadavera vi Divina fuerunt expulsa in litus Arabicum, vbi erant Hebræi. Cajet. etiam vult, mare ex litore, vnde ingressi fuerant, refluxisse in Ægyptios fugientes, eosq; in litus, vbi fuerunt Hebræi, ejecisse. Adversæ sententiæ videtur favere illud Num. 33. *De Socoth venerunt in Etham, quæ est in extremis finibus solitudinis, & transierunt per medium mare in solitudinem, & ambulantes tribus diebus per desertum Etham castra metati sunt in Mara.* Hinc inferunt Hebræi, Israelitas ex solitudine Etham in mare introisse, rursusq; ad eandem solitudinem Etham redijsse, vnde profecti erant, & per eam fecisse iter in Mara. Ast ℞det Cajet. Etham desertum esse, siue solitudinem, quæ ab Ægypto vsq; ad Arabiam protenditur, & vtrumq; litus maris rubri complectitur, Ægyptiacum & Arabicum. Itaq; profecti dicuntur Israelitæ ex Etham & pertransisse mare. Ex Etham, inquam, deserto, quod erat ante litus Ægyptiacum. Dicuntur deinde post transitum maris, tribus diebus ambulasse per desertum Etham, quod erat post litus Arabicum, & pars deserti illius, quod erat ante litus Ægyptiorum.

Ultio in Ægyptios VIII. *Quomodo facta vltio divina in Ægyptios?* ℞ Jam advenerat vigilia matutina, horâ scilicet tertiâ vel 4tâ, quando jam totus exercitus Pharaonis intra maris alveum continebatur, & respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis & nubis interfecit exercitus eorum v. 24. Ille Domini siue Angeli aspectus significat columnam nubis quasi se aperuisse, vt Angelus in ea latens, per lumen se ostenderet, & visibilem castris Ægyptiorum præberet. Simul ex densa illa nube & caliginosa crebri ignes emicuêre, infremuêre tonitrua, fulmina cum diro fragore erupêre, cum lapidibus igneisq; telis, quibus rotæ curruum subvertebantur, equites excutiebantur ex curribus, omnia damnis ac confusione miscebantur. Hæc erat præuia supremæ calamitatis tempestas, ab Angelo ex ignea nube contra Ægyptios pugnante effusa; cumq; gravius etiam aliquid non sine causa timeretur, dixerunt ad invicem: fugiamus Israelem, Dominus enim pugnat pro eis contra nos, contra quem hactenus toties magno nostro malo pugnavimus. Deinde ait Dominus ad Mosem, extende manum tuam super mare, & revertantur aquæ ad Ægyptios, super currus & equites eorum. Cumq; extendisset Moses manum, cum virga scilicet, contra mare, reversum est primo diluculo ad priorem locum: fugientibusq; Ægyptijs occurrerunt aquæ, ex Ægyptiaco litore proruentes, obstructo egressu, & involvit eos Dominus in medijs fluctibus, sic vt tantæ cladis ne nuntius quidem superfuerit. Ex quo intelligitur, ne Regem quidem, qui vnà cum suis mare fuerat ingressus, & erat omnium nocentissimus, cladi superfuisse.

CAPUT XV.

Moses & Hebræi gratias canunt DEO, idem fecit Maria cum fœminis. Hebræi veniunt in Mara, vbi Moses aquas amaras dulcorat, inde pergunt in Elim.

Habitaculum sanctū. QUæstio I. *Quod est* HABITACULUM SANCTUM v. 13.? ℞ Terra Chanaam, quia olim habitata est à Sanctis Patriarchis, Abraham, Isaac, & Jacob, quia eorum semini sancto & fideli fuit promissa, tum etiam, quia in ea futurum erat templum, sanctusq; DEi cultus, item quia in ea nasciturus & moriturus erat Christus, qui est Sanctus Sanctorum. Deniq; quia in ea victuri erant, B. Virgo, Apostoli, omnesq; primi Christiani, ac tota Ecclesia primitiua, quæ fuit Sanctissima. Unde etiamnum Judæam vocamus terram Sanctam.

In æternum & vltra. II. *Quid significant verba illa* v. 18. DOMINUS REGNABIT IN ÆTERNUM ET ULTRA? ℞. cum Corn. à Lap. Æternum sæpe vocatur, sæculum longissimum, cujus finis & terminus non peruidetur, licet ipsum verè & propriè æternum non sit, quando ergo Hebræi volunt significare absolutam æternitatem, vt omne tollant dubium, æterno addunt, *& vltra.*

Si au-

Si autem per æternum, absolutè æternitatem intelligere vis, dic cum Abulensi to. *vltra* addi per hyperbolem, ex abundantia cordis, & ingenti desiderio desiderantis planè perennem, immensam, & interminam DEi durationem, regnum, gloriam & laudem, q. d. Opto, vt DEus regnet in æternum, & si dari aut fingi possit vlterior duratio, per illam vlteriùs semper & vlteriùs sine fine regnet.

III. *Quomodo cantatum Canticum?* ℞det Philo. Hebræi stupentes, quòd prodigiosam, insperatamq; sine sanguine victoriam nacti essent, & videntes hostem deletum, momento temporis, duos choros, alterum virorum, alterum mulierum statuerunt in litore, cecineruntq; DEo hymnos gratulatorios, Moyse carmen viris præeunte, ipsius verò sorore mulieribus. Oleaster putat, viros Mose præcinente singulos cantici versus cecinisse; deinde Mariam cum fœminis ad singulos versus respondisse succinendo & iterando intercalare hoc carmen: *Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus est, equum & ascensorem ejus dejecit in mare.* Illud enim solùm hic Mariæ & mulieribus tribuitur. Hoc enim fiebat in alijs subinde Canticis vt ps. 135. chorus canebat: *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia ejus,* & deinde prosequebatur alios versus: cœtus verò ad singulos versus succinebat & repetebat, *quoniam in æternum misericordia ejus.*

IV. *Quod argumentum hujus Cantici?* ℞. tangit illud Moses, cùm ait: *Liberavitq; Dominus in die illa Israel de manu Ægyptiorum;* perfecta scilicet atq; integra libertate. Etsi enim magnificè fuerant educti ex Ægypto, rebus eorum planè accisis; quamdiu tamen vivebat Rex, cæteriq; illorum inimici, & poterant ipsi retrahi in pristinam aut deteriorem servitutem, planè liberi dici non poterant. Nunc autem viderunt Ægyptios mortuos super litus maris, Arabicum videlicet, & magnam manum, quam exercuerat Dominus contra eos. Timuitq; populus Dominum, & crediderunt Domino, & Mosi seruo ejus.

V. *An lignum in aquas missum natura vi dulcedinem illis attulerit?* ℞ S. Aug. q. 57. ait: forte naturæ vi dulcem esse factam aquam, à ligno eam vim habente. Philo putat fieri potuisse, vt vis illa fuerit naturalis, & ignota, vel à Deo tunc indita per miraculum. Cajetanus naturalem fuisse ligni vim arbitratur, ad extinguendam amaritudinem. Si enim vna gutta olei vitrioli vel sulphuris, inquit Corn. integrum vitrum aquæ acore & sapore suo inficit, quidni idem facere potuerit in dulcorandis aquis hoc lignum efficacissimæ virtutis, nobis licet incognitum, Deo tamen notissimum? Si lignum vitæ innata suavitate poterat homini prorogare vitam in æternum, quidni lignum aliquod dare possit DEus, quod innata sua vi ingentem aquæ copiam dulcorare possit, præsertim si copiosè aquis inspergatur. Idq; clarè significat Ecclesiasticus c. 38. v. 4. *Altissimus,* inquit, *creauit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam: nonne à ligno indulcata est aqua amara?* Scilicet hoc loco Exodi, quo sine dubio alludit Ecclesiasticus; loquitur autem ipse de naturali proprietate & virtute, quam habent herbæ, ligna & pharmaca ad medicandum hominibus. *Vis dulcorandi aquas ligno fuit naturalis.*

CAPUT XVI.

Famentes Hebræi murmurant, DEus eis mittit coturnices, & ningit siue grandinat manna, eoq; eos alit quotidie per 40. annos.

QUæstio I. *An quotidianum fuit aucupium coturnicum?* ℞. Philo putat quotidianum fuisse, cui fauere videtur scriptura, cùm ait: *Dabit vobis Dominus vespere carnes edere, & manè panes in saturitate.* Vno eodemq; orationis tenore, carnes Dominus panesq; pollicetur; at perpetua futura erat liberalitas panum, ergo & carnium; & Hebræi, quorum querelæ Dominus satisfacere voluit, æquè vtrumq; conquerendo postulaverant. Ast hæc liberalitas ex Scriptura non colligitur. Colligitur quidem, DEum semel daturum carnes populo, sed quæ in plures cœnas sufficere possent, & ita factum videtur. Ideoq; non dixit Dominus eos vno vespere habituros carnes, licet vno tantùm vespere collecturi erant. Sic etiam in decima tertia mansione semel tantùm confluxerunt coturnices, sed tanta copia, vt quisq; colligeret, quod in mensem integrum sufficeret; ergo pluribus vesperis comederunt carnes, & manè saturati sunt panibus. Qui panis, cùm esset instar omnis cibi, meritò illo præsente, & affatim affluente, coturnices suis locis continuère. Nec Hebræi ordinariam carnium annonam postulabant, sed suam infelicitatem, ex contentatione cum priore fortuna, quæ hac ex parte videbatur optabilis, cum querela repræsentabant. *Coturnices quoties datæ.*

II. *Quæ scitu digna sunt de manna?* ℞. multæ de eo occurrunt quæstiones, *imò* circa tempus, quo diuinitus dabatur? ℞. fuisse tempus matutinum, manè, scilicet primo diluculo, vt ante solis ortum colligi posset, nam cùm incaluisset sol, liquescebat, hîc v. 21. & Sap. 16. *Quod ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo solis radio calefactum tabescebat, ut notum omnibus esset, quoniam oportet praeuenire solem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te adorare.* Si quæras an naturale fuerit, manna liquefieri radio solis, an verò id per miraculum contigerit? ℞det Abulensis, hîc q. 11. per miraculum id factum, non naturaliter, *Manna solis radijs liquescebat.*

quia,

quia, si naturaliter liquefieret solis calore, etiam liquefieret ignis ardore, at verò, vt dicitur Sap. 16. ab igne non poterat exterminari & liquefieri, ergo per miraculum ab exiguo solis radio calefactum tabescebat. *2dò* si quæratur, quæ fuerit natura ejus? ℞. appellatur ros, quia decidebat, vt ros cum rore, vt habetur Num. 11. 9. Ne tamen liquidum fuisse putes, instar guttarum roris, mox additur, fuisse in similitudinem pruinæ, siue roris concreti ac congelati. Si quæritur locus, non depluebat intra castra, aut super eorum tabernacula, ne bona pars ejus sordes contraheret, ac periret, sed in circuitu castrorum, ne longè petendo cibum populus fatigaretur, sicq; omni ex parte Dominus prouidit & indulgentis patris familias numeros explebat. Si copia quærirur, operiebat superficiem terræ, magna scilicet latitudine & profunditate, pro multitudine populi innumerabilis. Si forma? minutum quid fuit, siue grana minuta, qualia sunt coriandri, aut oryzæ. Si color? grana alba erant, sicut triticum aut oryza, amoto furfure, aut salix sublato cortice, ideoq; dicitur fuisse manna quasi semen coriandri album, id est, folliculo suo nudatum. Num. 11. 7. dicitur coloris bdelly, id est gemmæ albæ & collucentis instar nivis, aut pruinæ. Si deniq; sapor, gustus ejus erat quasi similæ cum melle, priùs videlicet, quàm coqueretur; nam ubi coctum fuisset, saporis erat, quasi panis oleati Num. 11. 8.

Natura Mannæ. *Locus ejus.* *Copia ejus.* *Forma.* *Color.* *Sapor.*

Nomen manna unde ortum. III. *Nomen Manna unde est ortum?* ℞. cùm vidissent Hebræi desertum completum manna, alij alios interrogabant: Man hu? id est, quid est hoc? rem novam & ignotam admiratione prosequentes, Respondit Moses: *iste est panis, quem dedit vobis Dominus ad vescendum*, q. d. murmurastis adversùm me propter carnium & panis penuriam, heri vespertino tempore dedit vobis carnes coturnicum, nunc dat vobis panem. Factum est, inquit Theodoret. vt interrogatio vicem nominis habuerit.

Vsus Mannæ IV. *Quis fuit usus mannæ?* ℞. usum appellat Moses Num. 11. 8. *Circuibat populus, & colligens illud frangebat molâ, siue terebat in mortario, coquens in olla & faciens ex eo tortulas, saporis quasi panis oleati.* Cùm autem tortulæ, seu placentæ in olla non coquantur, sed potiùs assentur in furnis significatur manna & elixari solitum & assari, vt notat Cajet. Poterat tamen neq; fractum, neq; coctum comedi: eoq; vescebantur, non solùm homines, sed etiam jumenta vt observat Bellarm. tom. 2. l. 2. c. 17. Satis enim clarum est, quotidianorum ciborum reliquias, micas, & frustula à domesticis animalibus participari; cumq; neq; fœnum haberent, neq; avenam, neq; hordeum, oportebat armenta etiam manna vesci: sicut & aquam miraculo è petra elicitam, jumenta quoq; bibebant.

Præcepta circa usum Mannæ. V. *Quæ erant præcepta circa usum mannæ?* ℞. sequentia: Primum vt mensura Gomor in singula capita colligeretur, vt si quid plùs de illa mensura in familia aliquis sumpserit, hoc alteri daretur, cui illa mensura fortassis non suffecisset, & reliquias superesse oportebat, quæ animalibus darentur. Eam mensuram 4. mannæ libras continuisse putat Corn. Quantumcunq; autem quis acervum, aut quantulumcunq; non mensurando collegisset, totidem Gomor, nec plura, nec pauciora reperit, quàm quot erant capita in illa familia. Alterum præceptum fuit, vt nihil mannæ in sequentem diem servaretur, vt omnes à quotidiana Dei prouidentia, & liberalitate penderent, quod cùm à quibusdam malè providis violatum fuisset, postridie vermibus scatere cœpit. Tertium fuit, vt die sexto colligeretur, quod illo & sequenti die usui esset, ne quies diei sabbati violaretur. Nec tantùm feriâ sextâ colligebatur, sed etiam parabatur, vt coctum edi posset, ideoq; dies sexta dicta est Parasceue. Quod cùm factum esset, nihil corruptionis inventum est in eo, quod reservatum fuit in diem Sabbati.

Sapor Mannæ. VI. *An præter saporem omnibus communem, habuerit manna etiam alios sapores adventitios & supernaturales?* ℞ habuisse, colligitur id ex Sap. 16. vbi dicitur: *Panem de cœlo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum, in se habentem, & omnis saporis suavitatem. Substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat, & deserviens uniuscujusq; voluntati, ad quod quisq; volebat convertebatur.* S.Hieron. ps. 147. Quidquid (inquit) volueris, ex sermone diuino nascitur, sicut tradunt Judæi, quoniam manna, quando comedebant, secundùm voluntatem uniuscujusq; sic sapiebat in ore: ac si dixissent: qui manna comedebat, si desiderabat mala, si pirum, si uvam, si panem, si carnes, secundùm qualitatem & voluntatem comedentis, ita & sapor in manna erat. S. Aug. ep. 118. In populo, inquit, unicuiq; manna secundùm propriam voluntatem in ore sapiebat. Diuina planè vis, inquit Salianus, dignitas plena Deo, & nisi sacris literis apertè constaret, planè incredibilis, vt se DEus ad innumerabilem hominum multitudinem quotidie, imò singulis horis, ita attemperaret, vt in unico cibo centum sapores dispparatos in palato produceret, & in stomacho, membrisq; omnibus nutrimentum generaret.

Solis justis variè sapit manna. VII. *Soli ne justi his saporibus supernaturalibus fruebantur, an verò etiam improbi?* ℞. De solis justis intelligunt Aug. Hier. Orig. Greg. M. & alij recentiores, quibus favent illa verba textus, *quam in filios habes dulcedinem*, quod nomen in peccatores ingratos, & in DEum murmurantes non cadit. Etsi passim Hebræos vocat justos & filios, comparatione Ægyptiorum, diuinâ tamen gratiâ præditos videtur significare, cùm non contentus dicere, *ut scirent filij tui*, addidit, *quos dilexisti Domine*. Itaq; illa particula, universalis, *unusquisq;* in illa sententia, *& deserviens uniuscujusq; voluntati*, cum restrictione bonorum intelligenda est; sicut in contra-

contrario cum restrictione reorum illa Mosis in Exodo: *occidat unusquisq; fratrem & amicum, & proximum suum.* videlicet reum. Improbis valde insipidum videtur, vnde dicebant Num. 21. 51. *Nauseat anima nostra super cibo isto levissimo.* Fieriq; potuit, vt DEus improbis, præsertim murmuratoribus, etiam naturalem illum siue crudi, siue cocti mannæ saporem, in pœnam sustulerit, malosq; servos furfuraceo pane cibarit, & animo ægros, quasi corpore morbidos, legitimo suavissimi cibi sapore privârit. Nam ex c. 11 Num. colligitur, ita improbis desipuisse Manna, vt pro eo porri, cepæ & allia appetenda viderentur.

Si dicas: Cœtera DEi beneficia in deserto communia erant æquè probis ac improbis, putà, coturnices, aqua de petra, columna nubis & ignis, quidni & manna? Non nego, quod externum fuit in manna, id omnibus fuisse commune, suavitas autem & sapor varius occultus fuit, sicut & voluntas appetentis. Nam quod dicitur, tam probos quàm improbos alliciendos fuisse hac esca, ad non concupiscendas Ægypti delicias, parum videtur efficax. Alliciebantur enim mali, ne tanta delectatione privarentur, quam vel ipsi gustarant, si quando boni fuerant, vel à bonis ipsi quotidie discere poterant. Corn. à Lap. cum alijs contrarium sentit.

VIII. *An manna non solùm saporem, sed etiam substantiam ad votum comedentium mutarit, ita ut si quis vellet comedere ovum, gallinam, saccharum, manna mox verteretur in ovum, vel gallinam, vel saccharum?* ℞. aliqui putant ita factum, idq; significari illis verbis Sap. 16. *ad quod quisq; volebat, convertebatur*, quasi in hoc, manna fuerit expressus typus transubstantiationis panis in corpus Christi in Eucharistia. Verùm hæc sententia solido caret fundamento; verba enim Script. loquuntur non de substantiali, sed accidentali saporis conversione, alioqui enim non murmurassent Judæi ob manna. Atq; hac parte manna fuit typus Eucharistiæ, non quo ad transubstantiationem, sed quo ad accidentium remanentium vim & efficaciam; ostendit enim sapor mannæ, quo pacto possint accidentia panis & vini remanere, & nutrire sine eorum substantia: itaq; implicitè & consequenter, sapor alius & alius in manna typus quoq; fuit Transubstantiationis. Sapor enim alius aliam substantiam comitari & indicare solet. *Sapor non substantia mutata in manna.*

IX. *Unde manna descenderit, & quomodo factum?* ℞. Manna descendit ex cælo & ideo appellatur pluvia ex cælo. Cælum autem significat àerem, ex àere enim Manna defluebat. Vocatur etiam panis Angelorum, non comedentium, sed producentium manna ex materia ad id in nubibus disposita. Vel panis Angelorum dicitur, id est, panis angelicus, præstantissimus ac singularis, sicut vir fortitudinis dicitur vir fortis. Hebraicè vocatur panis fortium, quia Angeli fortissimi sunt. Dici etiam potest panis fortium, quòd fortes redderet comedentes juxta illud ps. 103. *Panis cor hominis confirmet.* Abul. qu. 18. in Exod. in 16. Exod. ait: Manna corpora Hebræorum confortasse, ne morbo aliquo tabesierent. *Manna de cælo.*

Ex his omnibus observo singularem in ingratos DEi beneficentiam cum Saliano, mirabilis prorsus ac diuina bonitate digna vindicta! Murmurat populus non tam contra Mosem, quàm contra Dominum ipsum: & DEus quasi eximio aliquo provocatus obsequio, insignem illi liberalitatem parat. Populus contra innocentes, & benefactores lapidationem, si Josepho credimus, intentat. DEus contra incredulos & rebelles non pluit lapides, par pari referens, & saxis saxa retundens, sed delitiosum manna & coturnices. Populus impiè & mendaciter ollas carnium & saturitatem Ægyptiacam Mosi exprobat, oblitus flagellorum, quibus dies, noctesq; cædebatur & Dominus quasi justa esset querela, & æquum esset eorum non solùm necessitati, sed etiam gulæ quodammodo famulari, delicatiores ei carnes coturnicum subministrat, vt sapiens non uno in loco gratulabundus confitetur. Ideoq; admirans David ps. 110. 4. *Memoriam fecit mirabilium suorum misericors, & miserator Dominus, escam dedit timentibus se.* Imò & murmurantibus contra se. Quid facturus est bonis & obsequentibus famulis suis, qui improbos ac tumultuantes tam iudulgenter tractat. *Specialis beneficentia DEi in ingratos.*

CAPUT XVII.

In siti murmurat populus: vnde Moses jussu DEI percutiens petram in Raphidim ex ea elicit aquam. Amalec inuadit Hebræos, sed cadit cum Josue orante Mose.

Quæstio I. *Quid stupendum in murmuratione hac populi?* ℞. Improbitas & pervicacia, cùm in ipso medio cursu beneficiorum DEi, quibus mirabiliter fovebantur, in media luce miraculorum, quæ omnium oculos perstringebant, in sua penuria non ad humiles preces, vt ratio & natura postulant, sed ad superba jurgia, querelasq; convertantur, quasi injuriam aliquam à DEo aut Mose paterentur: neq; ad fiduciam, in jam toties experta DEi prouidentia, & gratuita bonitate erigantur, sed ad eum tentandum insolescant, dicentes: *estne Dominus in nobis, an non?* Dubitant de præsentia DEi & gubernatione, ejusq; experimentum habere volunt in danda aqua: Nec Mosis erga DEum gratiam in remedium suæ necessitatis implorant, sed contra mansuetissimum principem ferè usq; ad lapidationem efferantur. *Murmuratio populi.*

Moses antecedit populum.

II. *Cur voluit DEUS v. 5. ut Moses antecederet populum?* ℟. jussus est antecedere populum, non tantùm vt intelligeret nihil sibi ab eo metuendum, DEi protectione eum circumvallante, sed etiam vt nos intelligamus longiùs à castris positam fuisse illam petram, quæ percussa profudit aquas, quæ tamen mox versùs castra in Raphidim ad usum totius populi & jumentorum decurrerent. Hebræi autem tradunt eam petram 4. milliaribus abfuisse, & totis 40. annis tanquam fluvium per omnes mansiones profluxisse juxta illud Apost. 1. Cor. 10. 4. *bibebant de spirituali consequente eos petra*, id est de aqua petræ, quæ eos sequebatur, quocunq; demigrarent, vt hydrias replere ultra, & circumferre non esset opus. Petram hanc adhuc perdurare & assiduè fundere aquas tradunt Cosmographi, inquit Abulensis.

Petra sequens.

Moses assumit seniores

III. *Cur voluit Dominus, ut Moses sumeret secum de senioribus populi v. 5.?* ℟. Noluit DEus hoc miraculum coram universo populo facere, adhibuit tamen fide dignos testes de senioribus populi, à quibus cœteri de miraculo in eorum usum diuinitus facto edocerentur. Quamquam fortè petra illa in eminente loco percussa est, qui longè lateq; à populo videri potuerit. Percussit Moses petram coram senioribus Israel, & continuò petra dehiscens, inquit Josephus l. 3. c. 1. aquam evomuit copiosissimam & limpidissimam. Sicq; affatim extincta siti hominum & pecorum, extincta est murmuratio, & excitata gratiarum actio pro accepto beneficio. Voluit porrò Dominus in hac tentatione sitis Hebræos prudenter æstimare, tum abundentis aquæ beneficium, tum etiam, quanta Ægyptios, in eorum gratiam afflictione vexasset, dum, aquis in sanguinem versis, eos siti cruciavit, & ad cruentam potionem adegit, vt ait sapiens c. 11. 4. Quanta fuerit aquarum copia, docet psalmus 77. *Interrupit petram in eremo, & adæquavit eos, velut in abysso multa, & eduxit aquam de petra, & deduxit tanquam flumina aquas.* Item: *Percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundaverunt.*

Petra Horeb

IV. *Cur dicitur petra, seu rupes* PETRA HOREB? ℟. Horeb idem significat, quod Sinai. Vnde putant aliqui Mosem cum senioribus populi montem Horeb, siue Sinai petivisse, & ibi petram percussisse. Distat autem à Raphidim, ubi manebat populus, ut vult Genebrard. ps. 77. quatuor milliaria, aitq; ex Horeb per 4 hæc milliaria exundasse aquas in modum fluminis usq; ad Raphidim, vt populus biberet. Præterea ait, ex Hebræorum dictis, vnicam fuisse petram diversis temporibus percussam; item, fontem in Horeb apertum non modò instar fluvij aquas 40. annis, quibus in deserto iter fecerunt Israelitæ; sed etiam illos comitatum esse per desertum, quocunq; tandem demigrarent: item, aquam hujus fontis, ait, defecisse, propter mortem Mariæ sororis Mosis, donec ex eadem rupe educta est secundò propter murmur populi Num. 20. Attamen probabilius est Moysem non ivisse in montem Horeb, id est, Sinai, sed à Raphidim extra castra Israelitarum percussisse petram, ne populus in quærenda aqua valde fatigaretur. Deinde illam rupem non fuisse in illo loco montis Sinai, in qua postea populus castra metatus est, sed alio in loco prope Raphidim. Dictam autem petram Horeb, quia mons Sinai, siue Horeb, eo vsq; pertingebat, & loco nomen dabat. Cajet. ait vocari petram Horeb, quia erat in territorio denominato à monte Horeb, & non solùm montem nominatum esse Horeb, sed etiam adjunctam solitudinem. Ea quæ ex Hebræis affert Genebrardus, non habent aliam probationem, quàm quòd ab Hebræis sint tradita, quorum dicta, nisi ratione probentur, momentum non habent.

Amalec quis?

V. *Quis fuit Amalec & quæ causa belli ejus?* ℟. Amalec, id est, Amalecitæ, quorum Rex, seu princeps dicebatur Amalec; quia prognatus erat ex Amalec filio Eliphaz & nepote Esau Gen. 36. 16. Sicut Reges Ægypti dicti sunt Ptolomæi, à primo Rege Ptolomæo, filio Lagi. Amalecitarum regio fuit in deserto, ad meridiem Judæ, trans Petram vrbem, euntibus Ailam, ait S. Hieron. in locis hebraicis. Causa belli Amalec videtur fuisse paternum & antiquum odium Esau & posterorum ejus: contra Jacob ejusq; posteros, ob erepta sibi suisq; primogenita, & ob præreptam patris benedictionem. Timebant enim sibi Amalecitæ à tanto exercitu Jacobæorum, verebanturq;, ne jam impleretur illa benedictio, quam Jacob fratri suo Esau parenti ipsorum eripuerat Gen. 27. 29. Videbant enim Jacobæos cum tanta armatorum manu ad terram promissam tendere, occurrunt ergo illis, vt transitum eorum impediant, belloq; rem decernant.

Belli causa.

Manuum remissio & elevatio.

VI. *Quid significat remissio & elevatio manuum Mosis?* ℟. remissio & elevatio manuum in se nullam habuit victoriæ causalitatem, sed tantùm erat symbolum, quo Deus significare voluit vim orationis, quando enim Moses remittebat ex lassitudine manus, cum ijs pariter remittebat animum & orationis fervorem, quia diutiùs orando fatigabatur, & quando ita de orationis fervore ex humana imbecillitate remittebat, populus victoriam amittebat, quod DEus ita disposuit, vt agnoscerent Hebræi, non suis viribus adeptam; sed oratione Mosis á DEo impetratam esse victoriam. Narrat Baronius ex Niceta Choniata similes victorias complures ex Scythis retulisse Colo-Joannem Alexij Comneni filium in Oriente Imperatorem cùm simili brachiorum expansione DEum exoraret. Narrat & P. du Jarric pauculos Lusitanos in Africa duodecim centena millia Angolanorum incredibili celeritate fudisse, fugauisseq;, cùm P. Barreira è Societate JESU manus ex vrbis vicinæ mœnibus instar Mosis ad cœlum protenderet, non nisi pau-

culis suorum amissis, qui dum idem Pater non nihil manus remisisset, prostrati fuerant. Ex his constat, victorias potiùs oratione obtineri quàm pugnâ; validiùs enim ferijt Amalecitas Moses ferventer orans quàm Josue strenuè pugnans Prævalet pugnæ supplex ad DEum oratio. Neutra tamen desit, oportet enim vt miles contra hostem pugnet, & qui miles non est, ad DEum oret, ille manus contra hostem stringat, iste versùs cœlum elevet, & ita hosti eripitur victoria.

VII. *Quomodo dicit Dominus v. 14. se deleturum memoriam Amalec sub cælo, cùm nemini non sit nota historia hæc, quæ quoties legitur aut narratur, Amalecitarum memoria refricatur?* ℞ det Carthus. Juxta scripturam memoria impiorum dicitur deleri de terra, non quòd prorsus in hominibus non permaneat; imò nonnulos infames malitia fecit famosos, sed quia non manent, nec sunt memoriæ, quæ cedunt in bonum eorum, sed magis in detrimentum & vituperationem, propter quod Salomon ait: memoria justi cum laudibus, nomen impiorum putrescet. Prov. 10. Memoriæ deletio hic sumitur, pro ipsa gentis Amalecitarum deletione & exterminio. Hoc enim ipso cùm deleti & excisi sunt, nihil memoratu dignum agere possunt. *Memoriæ deletio.*

VIII. *Quomodo Amalecitæ deleti esse dici possunt, cùm ex varijs Scripturæ locis constet, plures Amalecitas post stragem à Saule passam superfuisse, imò ipse Saul ab Amalecita interfectus est?* ℞ det idem Carthus. Dicitur memoria Amalec auferri non quia posteritas ejus prorsus perierit, sed ob multitudinem peremptorum, & quantum ad ipsos iniquos in sua iniquitate occisos. Quamvis multi remanserint Amalecitæ, potest tamen absolutè, dici deletam esse eorum memoriam, quia major eorum pars deleta est, ita vt reliqui non habuerint ordinatam Rempublicam, nec fuerint gens celebris, quæ aliquid memoratu dignum patrare potuit.

IX. *Ex occasione verborum v. 15.* ÆDIFICAVITQUE MOSES ALTARE, *quid est altare?* ℞ Altare ab altitudine dictum, quasi alta ara, veteres namq; in ædificijs à terra eleuatis, dijs superis sacra faciebant, Terrestribus in solo ipso; infernalibus autem effossa prius alta scrobe. Etiam fidelibus vsitatum erigere altaria, & in eis vero DEo sacrificare. Volunt nonnulli hoc veteribus interfuisse, inter altare & aram, quòd illud non nisi superis, hæc etiam inferis dijs consecraretur: Servius ait aras dictas ab ariditate, quia in illis adoletur ignis: altaria ab alendo, quia igni adduntur alimenta. Aras in Ecclesia Catholica à purissimo & incruento sacrificio nomen habere docet Greg. Naz. Orat. 4. quæ est 2. in Jul. *Altare quid est.*

X. *Quot altaria ædificavit Moses?* ℞ Tria legimus à Mose altaria constructa, sacrificandi ritu diuersa. Primum erexit post eductum populum ex Ægypto, in quo ob miraculosam victoriam DEo gratias egit, hîc v. 15. Et vocavit nomen ejus DOMINUS EXALTATIO MEA. Hebraicè *Adonai nissi*; quod alij vertunt: *Dominus est vexillum meum*, id est, Dominus fuit mihi loco vexilli, ipse signa victricia in hostem intulit Unde Josephus ait Mosen hanc aram DEo victori posuisse, vti Romani ponebant *Jovi victori*. Tertiò verti potest: *Dominus est signum* vel *miraculum meum*, quia hanc miraculosam victoriam, totq; alia miracula mihi contulit Ita Chald Hoc victoriæ trophæo omnem victoriæ laudem DEo assignavit Moses; neq; enim altare duntaxat sacrificij causa erexit, sed & trophæi, idq; nomenclatura hæc convincit; est enim sensus, quasi dicat, altari hoc quasi trophæo testor, hoc significo, quòd DEus sit exaltatio mea, qui me hostibus Amalecitis superiorem fecit, ideoq; illi, vt signo rei signatæ do nomen, illudq; voco: *Dominus exaltatio mea*; vti solemus de effigie cæsaris aut regis dicere, iste est Cæsar, hic est Rex, quia ista est imago Cæsaris, hæc Regis. Sic Isaac Gen. 26. v. 20. puteum ab eventu vocavit *Calumniam*. Sic Gedeon Judic. 6. v. 24. suum altare vocavit *Domini pax*. Alterum erat altare holocaustorum, in quo quævis sacrificia immolabantur & cremabantur Erat autem ante Tabernaculum in atrio, sub dio positum, propter ignem, fumum, & nidorem victimarum, sed de hoc alibi, sicut & de illo. Exod. 24 v. 4. Tertium altare erat *Thymiamatis*, in quo nullæ victimæ, sed tantùm Thymiama immolabatur: idq; non tantùm à Pontifice, sed etiam à minoribus sacerdotibus, quotidie bis manè & vespere. *Altaria tria à Mose extructa.*

XI. *Cur olim & etiamnum juretur manu sublata in cælum?* ℞ quia hoc ritu testamur DEum in cœlis, quasi in solio suo residentem. Deinde, quia hoc ritu significamus, quòd sicut stant & perdurant cœli, sic firma erit res, quam juramento promittimus. Sic ergo jurat DEus hic v. 16. per thronum suum, quasi per rem sempiternam & immutabilem. Ita docent Hebræi. *Manu sublata juratur.*

CAPUT XVIII.

Jethro socer Mosis, vxorem Sephoram cum filijs ad eum reducit, ejusq; monitu Moses cum alijs partitur regimen populi: creatq; Magistratus & judices, qui minora dijudicent.

QUæstio I. *Quando Jethro venit ad Mosem?* ℞ non statim post victoriam contra Amalec, sed elapso ferè integro anno, victoria enim contigit prope Raphidim; visitatio verò soceri facta est prope Horeb montem DEi v. 5. (vbi Moses pascens oves DEo apparenti in rubo locutus est) post datam legem. Probat hoc Tost. ex Deut. 1. v. 6. 7. 9. 15. vbi Moses dicitur creasse Magistratus paulò antequam movenda essent castra ex Sinai; *Jethro venit ad Mosen.*

mota ſunt autem caſtra ex Sina anno ſecundo, menſe ſecundo, vt patet Num. 10. 11. Atqu hi Magiſtratus hoc c. 18. dicuntur creati, cùm Jethro venit ad Moſem, Moſiq; ſuggeſſit & per ſuaſit eorum creationem, ergo ipſe venit ad Moſen ſub finem anni primi, paulò antequam caſtra movenda eſſent ex Sina. Unde idem Toſt. cenſet hoc caput referri & inſeri debere ant Num. 10. Ibid. v. 29. Hobab (qui ſecundùm Toſt. & alios eſt Jethro) rogatur à Moſe, vt ve lit eſſe dux viæ Hebræorum per deſertum. Unde & mox Num. 12. ortum eſt jurgium & mur mur Aaronis & Mariæ, cùm viderent vxorem Moſis Æthiopiſſam, putà Sephoram Madianiti dem, quæ ſimul cum Patre ſuo Jethro ad Moſen maritum ſuum venerat.

II. *Quæ cauſa, quòd Moſes adventum ſoceri & vxoris hoc loco per prolepſim enarret?* ℞ Corn putat, quia Jethro inſigni victoria Hebræorum contra Amalec excitus, ad Moſen venir decrevit, & reducere vxorem, quam legatione diuina functurus ad Pharaonem in Ægypto re miſerat cum liberis ad Madian; tum quia negotiorum multitudine & gravitate impeditu eis vacare non poterat; tum quia vxor ſibi & liberis ſuis à Pharaone periculum timens facil conſenſit in remiſſionem ſuam ad Patrem in Madian, malo tamen ſentire, quòd Moſes hiſtori am datæ legis, vtpote rem maximi momenti, plurimarumq; notabilium circumſtantiarum nar raturus, noluit interrumpere narratione adventûs Jethro, qui tunc temporis factus eſt, ut ni mirum vna ſerie texeret hiſtoriam legis datæ, vnde tota ſalus Reip Hebræorum pendebat, & plurima continebantur myſteria, & ſic in ejus lectione lector non diſtraheretur.

Jethro ſuſcepit ritus Hebræorum III. *An Jethro ſuſceperit ritus Hebræorum?* ℞ Jethro Sacerdos erat Madianitarum ido la colentium, auditis autem DEi operibus admirabilibus, DEi afflatus ſpiritu, idolis dicitu remiſiſſe nuntium, Lyranus ait ritus ſuſcepiſſe Hebræorum & circumciſum eſſe, & per illa ver ba, *nunc cognovi*, voluiſſe dicere, ſe certa claraq; experientia didiciſſe potentiam divinam opi natur Tirinus, quam tam perfectè ex conſortio cum Moſe per 40. annos non didicerat. Corn autem ſentit Jethro aliquam veri DEi notitiam, ſed infirmam & ſimulachrorum mixtione & cultu pollutam habuiſſe; auditis verò tantis prodigijs ad firmam veri DEi fidem & plenam eju agnitionem permotum eſſe, rejecto & damnato omni idolorum cultu. Hanc fidem & pieta tem Jethro in poſteros propagavit; ab eo enim orti ſunt Rechabitæ, vt patet 1. Paral. 2 5 quos ab abſtinentia & obedientia laudat Jer. c. 35. Nec obeſt fidei Jethro, quòd dicat, *nun cognovi, quia magnus Dominus ſuper omnes DEos*, quaſi præter verum DEum maximum, ad huc alios minores Deos agnoſcat. Nam & David dixit pſ. 94. *DEus magnus Dominus, & Rex magnus ſuper omnes DEos.* Et pſ. 95. *Terribilis ſuper DEos* ſcilicet fictitios, ideo addit *Omnes Dij gentium Dæmonia.* Sic & Jethro citatis verbis ſignificat, DEum eſſe maximum & potentiſſimum ſuper omnes Deos, qui à gentibus dij falsò appellabantur.

Jethro obtulit ſacrificia. IV. *An Jethro per ſe vel per aliquem ex Hebræis obtulit ſacrificia* v. 12.? ℞ Arbitror per ſe ipſum obtuliſſe, quia Sacerdos erat antea idolorum, nunc verò DEi in lege naturæ. DE um confeſſus ore, nunc etiam opere confitetur, vt hoc ipſo idololatriam execretur & conteſte tur; hoſtias verò vel ſibi afferri fecit ex gregibus ſuis, qui in vicinia montis Horeb paſceban tur, vel eas ſubminiſtravit Moſes. Vel forſitan per Aaronem obtulit, qui jam creatus erat Sa cerdos. Hoc ſacrificium fuiſſe vero DEo oblatum patet ex ſubſequente convivio, quia alià Moſes cæteriq; ſeniores ex eo non comediſſent, ne idolothytis polluerentur.

Jethro convivium exhibitum. V. *An convivium v. 12. fuerit aliquod à Moſe ſuo ſocero exhibitum; an verò fuerit convivium ſacrum in tabernaculo factum ex carnibus victimarum; Nam ex hoſtijs pacificis par carnium dabatur offerentibus, quibus licebat illis veſci?* ℞. fuiſſe convivium exhibitum à Mo ſe, in quo convivæ tum carnes victimarum, tum alias manducarunt. Exhibitum autem dici tur hoc convivium coram Domino, vnde colligitur, Jethro in caſtris fuiſſe, poſtquam taber naculum exſtructum eſt, ſcilicet in principio ſecundi anni ab exitu ex Ægypto. Nam comede runt carnes hoſtiarum pacificarum coram Domino, id eſt in tabernaculo, in quo Dominus habi tabat. Arguit hæc interpretatio, Jethro veniſſe in caſtra poſt fabricatum tabernaculum. S. Aug interpretatur, *coram DEo*, id eſt, in honorem DEi. Alij exponunt, *coram Domino*, id eſt coram tabernaculo paruo, in quo ante extructum majus tabernaculum Moſes orabat, & DEus reſpon ſa dabat, Exod. 33. vel *coram DEo*, id eſt, coram altari, in quo ſacrificia DEo oblata fuerant Vel coram columna nubis, & ignis, in qua DEus erat, vel deniq;, vt moraliter loquar, coram DEo convivati ſunt, quia præſentiæ DEi memores fuerunt, quod ad magnam horum convi vantium laudem dixero, qui inter epulas DEi ſibi præſentis non ſunt obliti, quod convivis val de rarum eſt, qui nullius minùs memores ſunt, quàm præſentiæ DEi.

Per Iethro Deus inſtruxit Moſen. VI. *Cur DEus non per ſe, ſed per Jethro inſtruxerit Moſen de modo regiminis* v. 19.? ℞ Dominum id ei noluiſſe immediatè præſcribere, vt etiam aliquid per homines diſceret, idq; ad cuſtodiam humilitatis. Lubeat ex hoc morale aliquod deſumere ex Corn: cujus hæc verba ſunt Voluit DEus Moſen virum alioqui ſapientiſſimum ab alienigena & gentili, putà à Jethro inſtrui vt oſtenderet, nemini datum eſſe, vt in omnibus ſemper æquè ſapiat, ac proinde humiliter audi endos quoq; eſſe inferiores, qui ſaniora conſilia ſuggerunt: ſæpe enim eſt olitor verba oppor tuna locutus. *Nemo enim eſt bonus doctor, qui non eſt docilis, quia & ille melius docet, qui quoti*

di

die crescit, & proficit discendo meliora. inquit S. Cyprian. ad Pompejum. Quin & Plato objicienti sibi cuidam: *Tune qui doctor es, simul es discipulus, & quamdiu disces?* Respondit: *tamdiu donec me sapientiorem fieri non pœnitebit.* Testis est Plutarchus in Platone.

VII. *Quomodo intelligenda verba* v. 19. & 20. ESTO TU POPULO IN HIS, QUÆ AD DEUM PERTINENT, OSTENDASQUE POPULO CÆREMONIAS ET RITUM COLENDI, VIAMQUE PER QUAM INGREDI DEBEANT? ℞ Vult Jethro, vt Moses sit advocatus & internuntius populi ad DEum, vt ad DEum referat verba, vota, postulata & necessitates populi, pariterq; vt sit interpres DEi apud populum vt eum doceat, quomodo DEum colere, recteq; vivere debeat. Hinc moraliter S. Greg. 2. parte Pastor. c. 7. docet, qualis debeat esse rector: *Sit rector*, inquit, *internorum curam in externorum occupatione non minuens, exteriorum providentiam in interiorum occupatione non relinquens: ne aut exterioribus deditus ab intimis corruat, aut solis interioribus occupatus, quæ foris debet, proximis non impendat.* Hinc S. Aug. q. 68. *Docemur*, inquit, *hic à Jethro nimis intentum humanis actionibus animum DEo vacuare.*

CAPUT XIX.

Hebræi veniunt in Sina, Moses ascendit in montem, DEus jubet populum sanctificari & præparari ad legem DEi reverenter excipiendam: ideoq; DEus montem igne, fumo, tonitruis, fulgoribus, terræ motu, & buccinæ clangore replet, vt Hebræos sui metu, & religione percellat.

Quæstio I. *Quæ est illa dies, de qua hic dicitur* v. 1. IN DIE HAC VENERUNT IN SOLITUDINEM SINAI? ℞ Alij cum Tost. judicant fuisse primam ejus mensis diem, quæ propriè dici potest dies hæc, nempe initialis ejus mensis. Oleast. intelligit vltimam diem mensis, qua completi sunt tres menses. Alij intelligunt diem qua discesserunt ex Raphidim, qua eadem, quia venerunt ad solitudinem Sinai non nisi itinere vnius diei distantem, dicuntur in die hac eò pervenisse. Alij tamen communiter intelligunt diem ejusdem numeri cum mense, scilicet die tertia tertij mensis, Venerunt ergo die tertia mensis tertij in Sinai, vnde iterum discesserunt anno secundo mense secundo die 20. Num. 10. v. 11. vniversim ergo manserunt in Sina anno vno minus tredecim diebus, quo tempore omnia ea contigerunt, quæ ab hoc capite, vsq; ad finem libri Exod. totoq; Levitico, & in numeris vsq; ad caput 10 v. 11. enarrantur. *Dies hæc quæ.*

II. *Quomodo intelligenda sunt illa verba* v. 4. QUOMODO PORTAVERIM VOS SUPER ALAS AQUILARUM? ℞ Hebræi sæpe omittunt particulas similitudinum, quæ tamen subintelligendæ sunt. Vult ergo dicere, quòd instar aquilæ, quæ pullos suos alis suis altissimè & securissimè evehit, ad solis intuitum assuefacit, & ad prædam de longè prospicere, atq; invadere docet. Ita DEus alis suæ potentiæ & providentiæ Hebræos ex nido Ægypti sustulit ad sui cognitionem, cultum & ad prædam Amalecitarum & Chananæorum. ita Tirinus. Omnes reliquæ aves, inquit R. Salomon, pullos suos ponunt inter pedes suos, eò quòd timeant sibi ab avibus, quæ supra se volitant. Verùm aquilla non timet sibi, nisi ab homine, ne fortè petat eam jaculo. Cùm enim nulla avis altius ipsâ volet, propterea collocat pullos suos in alis suis, cogitans satius est, vt in me penetret jaculum, quàm in pullos meos. Ita & ego feci inquit DEus, juxta illud c. 14. 19. tollensq; se Angelus &c. stetit inter castra Ægyptiorum, & castra Israel: cumq; Ægyptij mitterent jacula & lapides, ipsa nubes, in qua latebat Angelus, excepit ea. Hactenus ille. *Alæ aquilarum.*

III. *Cur de populo Israel dicitur* v. 5. ERITIS MIHI IN PECULIUM? ℞ dicitur *peculium* quia fuit olim peculiaris DEi populus. Nam peculium pecunia est peculiaris filij familias, quasi castrense bonum: sic populus ille inter populos peculiaris erat, & dicebatur DEi populus. *Israel peculium Dei*

IV. *Cur DEus* v. 6. *per Mosen promittit Judæis* REGNUM SACERDOTALE? S. Petro verò ep. 1. c. 2. *vniversim Christianis spondeat* SACERDOTIUM REGALE.? ℞ Quia lex Mosis erat lex justitiæ juxta illud: *Ego DEus zelotes*, siue, *æmulator* reddens iniquitatem Patrum super filios Deut. 5. 9. Lex verò Christi est lex misericordiæ. Regalis auctoritas justitiam tuetur; ideo enim gladium portat: sacerdotalis autem misericordiam. *Talis enim* Heb. 7. *decebat, vt nobis esset pontifex, qui possit condolere ijs qui ignorant & errant*; ac compati infirmitatibus nostris. Appositè ergo justitiæ tempore, putà in lege veteri regalis præeminebat auctoritas: misericordiæ verò tempore sacerdotalis dignitas effecta est, præstantior, quia à regia potestate justitia, à sacerdotali pietas & misericordia exspectanda est. *Regnum Sacerdotale.*

V. *Cur constituti sunt termini populo circa montem*? ℞ ne vellet montem ascendere ad videndum DEum, ait enim Dominus hic v. 21. Mosi, *contestare populum, ne fortè velit transcendere terminos ad videndum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo.* Factum est etiam id, ad indicandam Hebræis majestatem DEi, ad quam non erat fas accedere. *Termini populo positi.*

VI. *Quis est sensus illorum verborum* v. 13 MANUS NON TANGET EUM, SED LAPIDIBUS OPPRIMETUR, AUT CONFODIETUR JACULIS? ℞ duplex est horum verborum sensus. Primus: manus non tanget eum hominem, qui tetigerit montem, hoc est non tanget eum *Manus non tangens eum.*

quisquam manu, vt interficiat, sed vel lapidibus vel jaculis occidetur, nullo tangente, censendus enim est sacrilegus, adeoq; pollutus & immundus, vt tanquam anathema vitandus sit, nec tangendus, ne quam tangentibus labem afflet; non ergo cominùs eum feriri, sed eminùs lapidari jubeo, ita Rupertus. Secundus sensus est: Cùm homo vel jumentum montem tetigerit, ne accedatis ad locum montis, quem tetigit, & in quo est, vt eum comprehendatis & occidatis, sed à locis separatis à monte, lapidibus vel jaculis vitâ private. Addi potest sensus tertius hujusmodi: manus non tanget eum, id est, montem ne tangatis pedibus ad ascendendum, neq; manibus vllo modo tangatis: sed qui tetigerit, lapidetur, aut jaculis occidatur.

Buccina clangente jubentur ascendere. VII. *Quis est sensus illorum verborum* v. 13. CUM COEPERIT CLANGERE BUCCINA, TUNC ASCENDANT IN MONTEM? ℟. videntur hæc verba repugnare dictis. DEus enim vetuit Hebræis in montem ascendere: nunc videtur concedere. Clangente buccina minimè ascendendum erat, cum illo in clangore buccinæ DEus descensurus erat in montem. Unde putat Salianus hanc permissionem esse ironicam, quæ ex pronuntiationis modo intelligatur, quasi subintellecta voce, *si ausint*, significans eos tunc ita territum iri, visu & auditu eorum, quæ tunc contingent, vt nullo modo tunc ausuri sint prope accedere. Unde cap. seq. dicitur, Hebræos stetisse procul, perterritos & pauore concussos. Sic Philistæi illi, qui in statione erant, dicebant Jonathæ & armigero ejus, *ascendite*, supple, si audetis, & ostendemus vobis rem. Et Michæas, ascende, inquit, in Ramoth Galaad, q. d. non ascendes, si sapis. Itaq; numquam populus, neq; ante sonitum buccinæ, neq; pòst, legitur ascendisse montem. Alij volunt hunc sensum esse: cùm cœperit clangere buccina die tertiâ, tunc ascendant Hebræi ex locis castrorum in montem Sinai, vsq; ad terminos propositos, stentq; ad radices montis venientes in occursum meum. Ita Rupertus, Hugo & alij. Adde totus hic mons igne fumabat, vt patet Deut. 5. 4. ergo non poterant propiùs ad eum accedere Hebræi.

VIII. *Quinam dicantur sacerdotes, quos jubet Dominus v. 22. sanctificari, illisq; nuntiari, ne terminos montis constitutos pertranseant, cùm tunc nondum essent creati sacerdotes Aaron & filij ejus?* ℟. ante Aaronem pontificem, functos sacerdotio primogenitos, hosq; hoc loco sacerdotes appellari. Estius putat Levitas hîc per anticipationem vocari sacerdotes, quia ex illis sacerdotes assumendi erant, jamq; Mosi in negotio accipiendæ legis alijsq; ad DEum pertinentibus subveniebant.

Allegor, datæ legis in Sina. IX. *Quid allegoricè denotat promulgatio legis veteris?* ℟. promulgationem novæ legis: utraq; enim facta est die 50. à paschate, putà in pentecoste: ibi terræ motu contremuit mons, hîc domus discipulorum: ibi inter flammas ignium & micantia fulgura fragor tonitruorum personabat: hic cum ignearum visione linguarum sonitus pariter de cœlo, tanquam spiritus vehementis advenit, ibi clangor buccinæ inter verba legis perstrepebat: hic tuba evangelica Apostolorum ore insonuit: ita Beda in homil. Vigil. Pentecostes, & S. Hieronym. ad Fabiol. quin & Apost. ad Heb. 12. v. 18. *Non enim accessistis*, inquit, *ad tractabilem montem & accensibilem* (accensum) *ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, & tubæ sonum; sed accessistis ad Sion montem, & civitatem DEi viventis, Jerusalem cœlestem, & multorum millium Angelorum frequentiam &c. videte, ne recusetis loquentem.*

Buccina qualis. X. *Qualis fuit buccina* v. 13.? ℟. Judæi fabulantur fuisse cornu arietis immolati pro Isaac, sed hæ nugæ sunt: buccina ergo hæc non cornea fuit, sed aërea: Angelus enim aërem collidens, vt sonum ederet similem inflatæ buccinæ, quasi per buccinam hîc buccinare dicitur. Angelus ergo clangens de monte Sina, vt habent Chald. LXX. & sequentia indicant, hoc clangore populum evocabat ex castris à monte distitis, vt veniret ad radicem montis, ibiq; legem decalogi, Angelo, quasi præcone Dei proclamante, audiret. Ita Corn. à Lap.

Ignis innoxius XI. *Qualis fuit ignis super montem Sina, & quid denotat?* ℟det Aristobolus apud Euseb. de Præp. l. 8. c. 10. fuisse verum ignem, toto tamen monte innoxium extitisse, neq; quidquam omnino consumpsisse. Sicut nimirum anno superiore rubus ardebat, nec tamen consumebatur. Ignis est insigne diuinæ ac regiæ majestatis, inquit Corn. à Lap. Hinc DEus in rubo Mosis, in columna, in monte Sina, in templo, & alibi; cùm ejus regia ac judiciaria potestas exprimitur, in igne apparuit. Ignis enim præit illum, tanquam verum regem & judicem maximum ps. 49. *DEus manifestè veniet &c. ignis in conspectu ejus exardescet*, id est, prælucebit regi vero. ps. 96. agens de Christi judicio: *Ignis*, inquit, *ante ipsum præcedet*, ita Imperatoribus olim præferebatur ignis, teste Herodiano, quia ignis est symbolum tum principatûs, vt qui primus ac princeps inter elementa virtute ac splendore emineat: tum vitæ, doctrinæ, felicitatis, potentiæ, & gloriæ, quibus rebus DEus, Diuiq; pollent, & post eos Principes, Reges ac judices.

CAPUT

CAPUT XX.

Angelus ex Sina Iſraelitis proclamat & promulgat decalogum. Moſes aſcendit ad DEum in caligine verticis Sina latentem, jubeturq; ab eo facere altare ex terra, vel lapide inſecto.

An locutus fuerit DEus ſonantibus tonitruis.

QUæſtio I. *An ſonantibus tonitruis, micantibus fulgoribut, buccinaq; perſtrepente inter turbines, ac procellas, tremente monte DEus promulgârit legem?* ℞. putant aliqui, ſiluiſſe hæc omnia, poſtquam verò ſiluerunt, cœpiſſe Dominum ferre legem magna cum vocis majeſtate, in ſummo omnium ſilentio. At non ſiluiſſe omnia patet ex hoc cap. v. 18. ſed his omnibus perſonantibus, vt timorem populo incuterent, voce multò majore DEum tuliſſe legem, ita vt ab omni populo perſpicuè audiretur, tamen cum terrore, vt Moſi dicerent, loquere tu nobis &c. Abul. hîc q. 37 Poſtquam, inquit, totus populus pacatus ſtetit, & attentus, incœpit buccina clangere verba, quæ ſequuntur &c. Vult ille legem promulgatam ex monte buccinæ ſonitu, ſed articulato; id verò opus non eſt; operâ enim Angeli vox in àere efformabatur maximè perſpicua, auribus accommodata, ſed terribilis, quæ ab omnibus intelligebatur.

Tria genera mandatorum legis veteris.

II *Quot ſunt genera mandatorum veteris legis?* ℞. tria, quædam enim ſunt moralia, quæ ad mores inſtruendos pertinent; alia ceremonialia, quæ ſpectant ceremonias, ſacrificia, Deiq; cultum; alia judicialia, quæ judicia dirigunt & Reip. adminiſtrationem.

Sola moralia DEus protulit.

III. *Quæ mandata DEus in monte Sinai voce terribili protulit?* ℞. ſolùm moralia, quæ reliqua omnia antecellunt, & juris ſunt naturalis, ab ipſa natura hominum cordibus inſculpta ſunt, juxta illud Pauli Rom. 2. *Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis ſunt, faciunt, ejuſmodi legem non habentes ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis.* Decem mandata medulla ſunt totius legis, ideo DEus hanc medullam propoſuit populo, & poſtea in duabus tabulis deſcripſit digito ſuo. Reliqua præcepta ceremonialia & judicialia tradidit Moſi, & Moſes populo, juxta illud Deut. 5. *Hæc verba locutus eſt Dominus in monte de medio ignis, & nubis, & caliginis, voce magna, nihil addens ampliùs, & ſcripſit ea in duabus tabulis lapideis.*

Præcepta primæ & ſecundæ tabulæ.

IV. *Quæ præcepta in prima, quæ in ſecunda tabula ſcripta fuerunt?* ℞. in prima tabula ſcripta fuerunt præcepta, quæ ad DEum ſpectant. *1mum.* Non habebis Deos alienos coram me &c. *2dum.* Non aſſumes nomen Domini DEi in vanum, *3tium* Memento, vt diem ſabbati ſanctifices &c. Hæc tria præcepta in prima tabula conſcripta ſunt, quia homines ad DEi cultum dirigunt. Reliqua ſeptem præcepta ſecundæ ſunt tabulæ, & homines reſpiciunt.

Angelus legem promulgavit

V. *An Angeli legem veterem promulgarint?* ℞. promulgaſſe ait S. Stephanus Act. 7. *Hic* (id eſt Moſes) *fuit in Eccleſia in ſolitudine cum Angelo, qui loquebatur ei in monte Sinai, & cum patribus noſtris.* Ad Gal. 3. S. Paul. ait: *lex ordinata per Angelos.* Idem ſentit S. Aug. l. 3. de Trinit. c. 11. In editis, inquit, Angelorum lex illi populo data eſt, per Angelos tunc Dominus loquebatur, per Angelos filius Dei ſuum diſponebat adventum &c. D. Anſelm. ad Gal. 3. *Non per ſe ipſum DEus, ſed per Angelos Moſi loquebatur, & præcepta legis diſponebat.* Aliter ſentit S. Chryſoſt. legem datam Moſi à verbo diuino, ad Gal. 3. ad illa verba Pauli: *in manu mediatoris*: Mediatorem, inquit, hîc appellat Paulus Chriſtum, declarans, quòd is ante legem fuerit, ipſeq; legem dederit &c. Eodem modo exponunt Oecumenius, Theophyl. Inter Antiphonas quoq; Adventûs Domini hæc habetur: *O Adonai, & dux domus Iſrael, qui Moſi in igne flammæ rubi apparuiſti, & in Sinai legem dediſti &c.* Hoc idem ſentiunt multi Patres, qui opinantur Verbum diuinum olim aſſumpto aëreo corpore Moſi apparuiſſe. Eſt hæc opinio in reſpectu habenda propter Authores. Placet tamen ſequi S. Aug. Thomam & alios. Mediator autem Moſes appellatur, qui de ſe ait Deut. 5. *Ego ſequeſter, & medius fui inter Dominum & vos.* Itaq; Angelus vicem Dei gerens ſumma cum majeſtate in monte Sinai legem promulgare cœpit; alij verò Angeli tonitrua, fulgura, nubem denſiſſimam, quæ montem velabat, ignem horrendum, turbinem, procellam, terræq; motum efficiebant. Dicitur autem in ſcriptura Angelus Deus, quia vicem Dei gerebat, & in eo Deus erat, & per eum loquebatur.

Voces videre.

VI. *Quis fuit hic Angelus, & an in corpore aëreo apparuit?* ℞. fuiſſe S. Michàëlem Eccleſiæ præſidem, nullam autem figuram corpoream Dei in monte Sinai apparuiſſe docet Moſes Deut. 4. *Vocem,* inquit, *Verborum DEI audiſtis, & formam penitus non vidiſtis.* Veniſſe autem S. Michàëlem in montem multis Angelorum millibus ſtipatum probatur ex pſ. 67. *Currus DEI decem millibus multiplex, millia lætantium, Dominus in eis, in Sinai.*

Altare ex terra & lapide.

VII. *Quis eſt ſenſus illorum verborum* v. 18. CUNCTUS AUTEM POPULUS VIDEBAT VOCES. ℞. *videbat*, id eſt, percipiebat non viſu ſed auditu, id eſt, audiebat. Non enim inuſitatum eſt Hebræis unum ſenſum pro alio commutare, ac præſertim viſum pro quovis ſenſu ſumere, quia viſus eſt omnium ſenſuum præſtantiſſimus & certiſſimus, inquit S. Aug. q. 72. videre ergo voces, audire hic idem eſt, quod voces cognoſcere; Nam vt ait Philo l. de Decalogo vox

go, vox hæc Hebræis tam clarè & ſonorè ſe ingerebat, vt videre magis eam quàm audire ſe putarent.

Altare ex terra & lapide.

VIII. *Cur DEus præcepit ſibi erigi altare potiùs ex terra, & impolito lapide, quàm aliâ materia aut lapide dolato.* ℞. quia DEus voluit præcavere, ne Hebræi prolaberentur in idololatriam, ad quam valde proni erant, quia gentiles magnifica erigebant altaria affabrè elaborata picturis, ſculpturis, ſymbolis & characteribus ornata, & auro pretioſa, in quibus idola ſua adorabant, ijs ſacrificabant; ne ergo Hebræi ad imitationem gentium ſplendida & ſumptuoſa erigentes altaria tandem eò devenirent, vt diuini aliquid in ijs latere ſibi perſuaderent, & velut Deos adorarent, ex rudi terra & inſectis lapidibus ſibi altaria erigi præcepit DEus, vt omnem idololatriæ occaſionem removeret, quia terra & lapides, utpote materiam obviam & rudem pro Dijs colere ineptum, inſanum, & dedecens judicant omnes.

Ad altare non aſcendendum per gradus.

IX. *Cur DEus vetuit per gradus aſcendere ad altare?* v. 26.? ℞. rationem reddit Scriptura, *ne reveletur turpitudo tua*, ne ſcilicet ſacerdos ſcandens in altum ab inferiori plebe nudus conſpiciatur, circa ea corporis membra, quæ tegere exigit honeſtas & verecundia, voluit enim DEus vt ſacerdotes in miniſterio altaris ad omnem decentiam eſſent compoſiti ea, quæ functionem ſacram decet, honeſtate morum, veſtium & actionum decentia conſpicui. Deinde Gentiles & nominatim Moabitæ colebant Priacum cultu planè nefando & impudente, nam quando ſacra ſua faciebant populo, denudabant pudenda, quia ergo Hebræi ad idololatriam proclives & Moabitis vicinis, imò Moabitidem pertranſituri erant, vetat DEus, ne ſacerdotes per gradus ad altare aſcendant, ne à populo nuda eorum genua, vel altiora eorum membra conſpicerentur, ne hac ratione denudari aſſueſcerent, & eò faciliùs nefandam Moabitarum idololatriam diſcerent, vel exercerent. Quia ergo ſacerdotes ad altare miniſtrantes nudipedes, & fæminalibus lineis à renibus usq; ad femora, & non ultra protendentibus induti erant; facilè à circumſtantibus nuda eorum femora vel etiam verenda videri potuiſſent, ſi per gradus ad altare aſcendiſſent.

Gradus ad altare Salomonis.

X. *An Salomon non violauit hanc à DEO latam legem de non formandis gradibus ad altare, quia ut dicitur 2. Paral. 4. v. 1.* FECIT QUOQUE ALTARE ÆNEUM DECEM CUBITORUM ALTITUDINIS? *Si tanta altitudinis fuit altare, neceſſe eſt dicere, habuiſſe gradus, per quos ſacerdotes aſcendebant?* ℞. Corn. hanc graduum inhibitionem fuiſſe temporaneam, & ſolùm altare illud reſpexiſſe, quod tempore Moſis & ſuæ peregrinationis per deſertum habuerunt Hebræi, non verò pertinuiſſe ad altare, quod ædificavit Salomon. Multa in templo Salomonis diverſa erant, ab ijs, quæ fuerunt in tabernaculo Moſis, vt mare æneum, atria, columnæ &c. Eodem modo vetuit DEus gradus ad altare in tabernaculo Moſaico, quæ permiſit in templo Salomonis, ſic etiam Chriſtus præcepta temporanea dedit Apoſtolis, quæ vel ipſo vivente tantùm, vel tempore Apoſtolorum, non verò perpetuò in Eccleſia ſervari voluit, talia fuerunt, vt non irent ad Samaritanos & gentiles, ſed ſolos Judæos, vt irent, bini, vt non ferrent virgam vel peram in via &c. Abulenſis putat gradus in altari Salomonis non fuiſſe ligneos aut lapidos, ſed continuum aſcenſum de terra, qui paulatim uniformiter tollebatur in altum. Non erant ergo ibi aliqui gradus, in quorum aſcenſione poſſet ſacerdotis turpitudo nudari & videri à populo.

Lex naturalis cur ſcripto data.

XI. *Cur DEus ſcripto dedit Decalogum, cùm ab ipſa natura hominibus ſit indita lex naturalis juxta S. Paul. Rom 2. cit. cap. præced. q. 2da.* ℞det S. Amb. ep. 71. Lex (inquit) naturalis non ſcribitur, ſed innaſcitur, nec aliqua percipitur lectione, ſed profluo quodam naturæ fonte, in ſingulis exprimitur, & humanis ingenijs hauritur &c. Non igitur indigebat promulgatione, ſi tamen hominum mens ſana eſſet, qualis mens fuit Adami in ſtatu innocentiæ, ſed per peccata mentis judicium corruptum eſt, obcæcatus intellectus, lex obſcurata. Idcirco DEus Opt. Max. populo ſuo decem illius mandata, magna cum majeſtate promulgare, omnibusq; manifeſta reddere, & in duabus tabulis ſcribere voluit. Jam igitur lex naturalis non ſolùm innata eſt, ſed etiam ſcripta digito DEi, neq; ſolo naturæ profluo fonte in hominibus exprimitur, ſed etiam lectione percipitur. Habebant in ſe ipſis ſcriptam legem homines, ſed legere nolebant, ideo legem, quam in ſeipſis habebant, promulgavit DEus, & ſcripſit, auribus, oculisq; ſubjecit, vt quod in ſe ipſis non legebant, in ſcripto legerent.

CAPUT XXI.

Datur lex de judicialibus regulans hominis partem iraſcibilem & in dominatione, & in læſione, tum quo ad perſonam propriam, tum quo ad rem poſſeſſam ab ipſo.

Præcepta judicialia.

QUæſtio I. *Quid intelligitur v. 1. per ly judicia.* HÆC SUNT JUDICIA, QUÆ PROPONES EIS? ℞. Præcepta judicialia, quæ DEus hoc & duobus ſeq. cap. præſcribit ad populum juſtè & pacificè gubernandum, atq; ad lites inter Hebræos dirimendas; ſicut cæremonialia præcepta vocantur ea, quæ populo ad DEum ritè colendum per

ſacrifi-

sacrificia, aliosq; sacros ritus & cæremonias, à DEo præscripta sunt. Iudicialibus immiscet hinc inde quædam moralia & cæremonialia. Ad moralia spectat illud c. 23. 1 *Non suscipies vocem mendacij.* & v. 2 *Non sequeris turbam ad faciendum malum,* & v. 7. *Mendacium fugies.* & v. 9. *Peregrinis molestus non eris &c.* Ad cæremonialia ea, quæ habentur c. 23. v. 14. De tribus primarijs festis celebrandis, de Phase, de fermento, de primitijs &c. Juxta S. Thomam I. 2, q. 104. a. 1. judicialia præcepta ad duo ordinantur, *imò* ad populum juste & pacificè ordinandum. *2dò* ut habeant vim obligandi non ex sola ratione, sed ex institutione DEi. Hæc judicia vocant LXX. Justificationes, quia sunt regulæ, juxta quas inter homines servatur justitia.

II. *Quis est septimus annus, quo servus libertate donabatur.* v. 2. ℞. Hic septimus annus non est numerandus à tempore emptionis servi, sed erat annus ille remissionis omnibus idem & communis, debebant enim servi singulis septennijs omnes à servitute dimitti, siue 6. sine paucioribus annis servivissent, & sic qui sexto anno fuisset emptus, debebat septimo anno dimitti, fuissetq; vnius tantùm anni servus, qui verò primò anno hujus septennij vendebatur in servum, ille sex annis servire debebat. Per servum autem non intelligitur mercenarius, sed mancipium, ille enim conduci, hoc emi & vendi solet. *Servus septimo anno libertate donatur.*

III. *Quid denotant verba illa v. 3.* CUM QUALI VESTE INTRAVERIT, CUM TALI EXEAT? ℞. S. Hieron. observat, duo hic præcipi, scilicet servum non lacerum & nudum, nec sine vxore dimitti debere, ita ut & vxor cum eo fiat libera, & vestis ipsi exeunti tam honesta detur, quàm habuit, dum intraret, hoc enim planè decens & congruum. *Vestis servi.*

IV. *An si servus in servitute duxisset vxorem, anno septimo exibat liber & ab hero, & ab vxore.* ℞. affirmativè. patet ex v. 4. *Si autem, Dominus dederit illi vxorem, & pepererit filios & filias; mulier & liberi ejus erunt Domini sui: ipse verò exibit cum vestitu suo.* Partus enim sequitur ventrem, juxta axioma juristarum, sicq; inter servum & servam dissolvebatur matrimonium, servus enim faciebat divortium ab vxore & prolibus: Servus exibat liber, serva verò cum prolibus manebat serva Domini sui, infertur id etiam ex ijs verbis, quæ subduntur: quòd si dixerit servus: *Diligo Dominum meum, & vxorem, & liberos,* (nolo ab ijs per divortium divelli) *non egrediar liber, offeret eum Dominus dijs* (judicibus) qui scilicet perforent aurem ejus subulâ, itaq; fiat servus in perpetuum. Ex his collige, in veteri testamento valde imperfecta fuisse matrimonia, cùm conjuges tam facilè separarentur, marito exeunte libero, soluto, & expedito à cura vxoris & liberorum; vxore verò manente serva ejusdem Domini; nec id mirum, quia tunc matrimonium non habebat rationem Sacramenti, ob quam nunc in lege nova planè indissolubile est ex sanctione Christi Matt. 19. v. 5. & 9. *Uxor in servitute ducta.*

V. *Cur servus applicabatur ad ostium, & postes domûs heri sui?* ℞. significabatur per hoc, servum domui heri sui quasi jugiter & fixè mancipari; vt numquam domo illa exire posset sine venia heri. Addit S. Thom. hanc applicationem aurisq; perforationem statutam esse servo huic in pœnam & ignominiam neglectæ libertatis, ideoq; eum perpetuæ servituti addici. *Servus applicatur ad ostium heri, cur?*

VI. *Quid denotant verba* v. 6. ET ERIT SERVUS IN SÆCULUM? ℞. Sæculum non tantùm æternitatem, sed etiam spatium longissimum significat, quod apud Hebræos erat 50. annorum. Erit ergo servus in sæculum, id est usq; ad annum 50. jubilæi, in jubilæo enim omnes servi Hebræi manumittebantur, ut patet Lev. 25. 40. *Servus in sæculum.*

VII. *Quomodo intelligenda verba* v. 7. SI QUIS VENDIDERIT FILIAM SUAM IN FAMULAM, NON EGREDIETUR SICUT ANCILLÆ EXIRE CONSUEVERUNT? ℞. si vendiderit cum promissione, qua herus filiam Hebræam emens in famulam, promisit se eam ducturum in vxorem, saltem secundariam, non egredietur, sicut servæ ex Gentilibus v. g. Moabitis, vel Idumæis natæ, hæ enim semper manebant servæ, nec servitute liberabantur in Jubilæo, nisi pretio redimerentur, vt patet Lev. 25. 46. aut certè nisi illi ab hero excussus esset oculus aut dens: tunc enim ob injuriam & læsionem illi illatam, libera exibat, vt hic dicitur v. 26. Hebræa verò filia, licet empta esset in servam, tamen nisi ab hero vel heri filio duceretur in vxorem, dimitti debebat libera. Hoc enim hic sancit DEus in favorem fidei & gentis Hebræorum, vt ita filiabus Hebræis pauperculis, de nuptijs & statu provideret. Si Dominus, qui emit filiam Hebræam, eam sibi desponderit, sed postea ei displicuerit, tunc Dominus eam gratis dimittere debebat, vt patet ex v. 8. *Servarum Hebræarum & gentilium dispar conditio.*

CAPUT XXII.

Datur lex de Judicialibus regulans partem hominis concupiscibilem, & rationalem.

QUæstio I. *Cur subductus bos v. 1. quinq; alijs bobus, ovis verò tantùm 4. ovibus solvi debuerit?* ℞. quia furtum bovis majus est, quàm ovis, hinc etiam majori pœna fuit plectendum. Deinde ablato bove privabatur Dominus operâ in agricultura, ad cujus compensationem superaddendus quintus bos. Si verò fur non fuisset solvendo, censet Estius, quòd debuerit solvere cute, quod non potuit ære, *Fur bovis 5. restituit, ovis 4. cur?*

II. Cur

Furem nocturnum, non verò diurnum occidere licet, cur?

II. *Cur nocturnum furem occidere licet, non ita diurnum?* v. 3. ? ℟. quia nocturni furis incerta eſt vis & intentio, neſcitur enim an ad furandum tantùm, an verò etiam ad occidendum venerit. Deinde quia fur noctu agnoſci non poteſt, vt Dominus rem ſuam ab eo ablatam judicio repetere poſſit. Deniq; quia fur nocturnus non poteſt tam ſecurè repelli aut apprehendi, quàm diurnus. De die enim paterfamilias auxilia domeſtica & vicinorum ad manum habet, ea ſtatim advocare poteſt. Hæc tamen intelligenda ſunt, ſi fur ſolùm furem agat, ſi verò armatus furtum tuetur armis, æquè diurnus ac nocturnus occidi poteſt. ita S. Aug. q. 84. quod etiam ſanxit lex civilis, vt videre eſt L. furem, ff. ad legem Corn. de Sicarijs.

Furto ablata adhuc viva in duplo reſtituenda.

III. *Cur furto ablata in duplo reſtitui debuerint v. 4. ſi viva inventa fuiſſent, cùm v. 1. bos furto ablatus, quinduplo, ovis quadruplo reſtituenda fuerint, ſi occiſa fuiſſent vel vendita?* ℟. quia in poſteriori caſu major eſt culpa & injuria, nam præter furtum etiam eſt occiſio, & venditio, & nulla eſt ſpes reſtitutionis; in priori autem caſu poterat faciliùs recipere, quod ſuum erat, & dubitari, an non fortè pœnitentiâ ductus fur velit ablatum reſtituere, & eo fine vivum aſſervaverit. Jam verò apud Chriſtianos, utpote quibus majus crimen eſt furari, ad coercendam furandi licentiam, atq; ad neceſſariam Reip. pacem fures etiamſi rem ablatam viventem aut integram ſervent, juſtè ſuſpendio plectuntur.

Deflorator dotem dare debet.

IV. *Cur v. 17. deflorator virgini vitiata tantam dotem dare debuit, quantam ipſa à patre juxta ſuam conditionem accepiſſet, cum Deut 22. 29. deflorator Virginis præcisè ad 50 ſiclos damnetur?* ℟ Deuteron. de alio caſu loquitur, nimirum ſi injuria & vis illata eſſet puellæ, ac per conſequens patri ejus: tunc enim ob injuriam parenti illatam 50. Siclos non puellæ ſed parenti pendere debebat ſtuprator, atq; inſuper tenebatur vitiatam ducere eamq; retinere ſine vlla repudij ſpe, vti ibi dicitur, ita Abulenſis, ibi ergo de ſtupro & vi, hîc de ſimplici fornicatione agitur.

CAPUT XXIII.

Pergit ſancire leges judiciales, præſertim de perſonarum & munerum acceptione, ſubdit cæremoniales de Sabbato, ſeptimi anni, deq; præcipuis anni feſtis. Deniq; promittit Angelum ducem & cuſtodem, aliaq; bona, ſi legibus ejus obediant.

Anuus Sabbaticus.

Quæſtio I. *Cur DEus vetat v. 11. ſeminare terram?* ℟ ſicut ſeptima hebdomadæ dies ex decreto DEi erat Sabbathum hominum, ita ſeptimus annus erat Sabbathum terræ, id eſt plena quies terræ, vt eam nec aratro ſubigere, nec conſerere, nec demetere liceret Lev. 25. 4. Hinc & Sabbathicus vocabatur hic annus. Cauſæ verò hujus erant, imò. vt Hebræos DEus clementiæ admoneret etiam erga inanima, quales ſunt agri, vtq; à nimia hujus vitæ cura & avaritia eos abduceret. 2*dò* vt terra hoc ſeptimo quietis anno, quaſi reſumpto vigore, deinceps feracior foret; hac enim de cauſa etiam noſtri ruſtici ſtatis temporibus quieſcere ſinunt agros, vt poſtea majori cum fœnore fruges referant. 3*tiò* vt ſeptimus ille quietis annus eſſet ſymbolum & memoriale creationis terræ, rerumq; omnium, vti erat & dies ſeptimus, putà Sabbatum. Gen. 2. 3. 4*tò* vt pauperes ſeptimo illo anno gauderent agrorum fructibus, eo enim anno fructus agrorum erant communes, vt patet hoc verſu.

Pauperes metebant ſeptimo anno.

II. *Quomodo pauperes poterant metere anno ſeptimo, ſi eodem nihil licebat ſerere?* ℟ metebant id quod ex granis deciduis ſexti anni ſegetis ſuccreuerat, & quidquid olerum & herbarum per ſe terra profert; vnde Lev. 25. 5. *quæ ſponte*, ait, *naſcuntur, non metes*, id eſt, non omnino reſecabis, idq; ideo, vt & ſeruus & peregrinus, & animalia, vt ibi dicitur, & pauperes, vt hîc dicitur, partem ejus colligant. Ita Abul.

Hædus non coquendus in lacte matris.

III. *Quomodo intelligenda ſunt verba* v. 19. NON COQUES HOEDUM IN LACTE MATRIS SUÆ? ℟ S. Thom. 1. 2. q. 102. ait. 16. ad 4. Toſtatus, Lyr. Cajet. Tirinus, Menoch. Simpliciter hoc præceptum, vt ſonat, accipiunt, quòd ſcilicet prohibeatur hœdus coqui, ſiue vt hebraicè eſt, lixari in lacte materno, ne quod hœdo erat in delicijs, vertatur in tormentum. Vel, vt loquitur Clem. Alexand. 2. Strom. ne fiat interempti condimentum, quod eſt viventis nutrimentum. Hinc vt Corn. refert, Judæi ita ſuperſtitiosè hanc legem ſeruant, vt in eadem olla carnes & lac coquere nolint, imò nec eodem cultro, ſed diverſis caſeum & carnem ſcindant. Altera ſententia eſt S. Aug. Chryſoſt. Vatabli, quam tuetur Corn. quòd nempe inhibeatur coquere hœdum dum eſt in lacte matris, ſiue quamdiu ſugit lac matris, rationem hujus inhibitionis hanc dat Corn. vt DEus Hebræos doceret humanitatem & benignitatem erga homines, quando etiam circa bruta eam præcipiebat, jubebatq; eos compati pecudibus ſuis, ac averſari ac horrere crudelitatem in eas, præſertim in tenellos agnos & hœdos, qui ſui commiſerationem omnibus movent, dum jugulantur. Allegorica cauſa hujus legis fuit, vt ſignificaretur Chriſtum infantulum & lactentem non poſſe occidi ſiue ab Herode, ſiue à Judæis ante ætatem maturam, & tempus præfinitum à Patre ita Aug. Chryſoſt.

IV. *Qui*

IV. *Quid per crabrones intelligitur v. 28.* EMITTENS CRABRONES PRIUS? ℟ S. Aug. & Eusebius per crabrones intelligunt aculeos timoris, qui Chananæos velut vespæ pupugerunt; sed rectiùs veros alij intelligunt crabrones, hinc etiam LXX. legunt vespas, & hoc factum legitur Josue vlt. v. 12. & Sap. 12. v. 8. Misit autem DEus hos crabrones, vt Chananæos inquietarent, vexarent & ad bellandum ineptos, indispositos & debiles redderent. Item vt incommoda vesparum declinantes sponte sua desererent sedem suam seu locum crabronibus infestum, & hoc est, quod DEus ait: *qui fugabunt Hevæum &c.*

Crabrones Chananæis infesti.

CAPUT XXIV.

Moses Leges Domini ad populum refert, quas populus acceptat, ijsq; se obligat. Hinc Moses sancit fœdus inter DEum & populum, asperso sanguine victimarum in populum. Rursum jubetur Moses in montem ascendere, vt tabulas legis à DEO accipiat: ascendit ille & manet in monte 40. diebus.

QUæstio I. *Quinam fuerunt juvenes, quos misit Moses ad offerenda holocausta v. 5.* ℟ fuisse primogenitos Israel. Hi enim antequam Aaron & filij ejus sacerdotes crearentur, sacerdotes erant & sacrificia offerebant teste S. Hieron. ep. ad Euagrium. Videntur igitur hi juvenes 12. fuisse primogeniti Principum 12. tribuum Israel. A Mose autem jussi holocausta & victimas DEo obtulerunt omnes 12. ex omnibus tribubus electi, quoniam commune erat sacrificium omnibus 12. tribubus, quæ pactum cum DEo faciebant.

Primogeniti Sacerdotes ante legem.

II. *Quid significat sanguis in fœdere?* ℟ significabat mortem; sanguis super altare fusus ostendebat, DEum testatorem veteris testamenti, siue fœderis, ita illud confirmatum habere, sicut post mortem hominum confirmata sunt eorum testamenta. Similiter sanguis in populum aspersus indicabat populum sic ratum habere fœdus, sicut habetur post mortem Heb. 9. Abul. putat olim in pactis faciendis hunc seruatum morem. Occidebatur animal, dividebatur in duas partes, transibant verò inter divisa membra illi, qui fœdus percutiebant; eo transitu significantes occidi ac dividi debere eum, qui fœdus fregisset; sicut divisum ac occisum fuerat animal illud. De hoc lege Jer. c. 34. & Gen. c. 15. Placet item Abulensi, sanguinis effusionem super altare, & super populum, hoc in fœdere, significasse id, quod significabat transitus per divisum animal, nimirum illius sanguinem esse fundendum, illumq; vitâ privandum, qui pactum violaret. Quamvis enim divinitatem vitâ privari est impossibile, tamen pacti firmatas hoc modo significabatur, DEo volente. Addit Oleaster inter homines animalium occisionem significasse pactum tamdiu duraturum, quamdiu durat animalium mors, est autem mors illorum perpetua. Itaq; significabatur fœdus fore perpetuum, id est, maximè ratum, & numquam violandum.

Sanguis in fœdere quid significat?

III. *Cur in priscis lustrationibus aqua sanguini adhibebatur juxta S. Paulum Heb. 9. 19?* ℟ ne sanguis concresceret, sed fieret liquidior & sparsilis, adeoq; aspersioni in tam copiosam populi multitudinem idoneus. Allegoricè hæc aqua & sanguis victimarum, figura & typus erant sanguinis & aquæ ex latere Christi effluentis, ac consequenter typus erant baptismi & Eucharistiæ, aqua enim baptismum, sanguis Eucharistiam repræsentat. Hæc Corn.

Aqua sanguini mixta.

IV. *In qua forma v. 10. se videndum DEus, id est, Angelus vice DEi, exhibuit?* ℟ Abulensis ait non esse visum in effigie humana vel aliqua alia rei corporeæ figura, sed vidisse Mosem nubem quamdam splendidissimam, quæ DEi majestatem repræsentabat, idq; ideo, quòd Deut. 4. v. 15. dicatur, quòd nullam DEi similitudinem viderint, ne decepti ejus effigiem sculperent & adorarent, sed respondeo hic esse sermonem de publica & vniversali apparitione DEi facta vniverso populo, Ibi autem sermo est de priuata apparitione facta Mosi & senioribus viris prudentibus, & in fide bene fundatis, vbi nullum idololatriæ erat periculum. Apparuit ergo hic DEus in effigie humana Regis maximi, in throno summa cum majestate sedentis, vt probant verba illa: *viderunt DEum Israel, & sub pedibus ejus, quasi opus lapidis Sapphirini, & quasi cœlum, cùm serenum est.*

Angelus in specie humana.

V. *Cur DEo tribuuntur membra humana, vti hic v. 10. pedes?* ℟ Non ideo, quasi DEus revera habeat corpus, vt voluerunt Anthropomorphitæ, sed vt hominum phantasiæ & sensibus se accommodet, vtq; mysticum & spirituale quid, eis aptè respondens, significet. Unde S. Aug. ep. 111. quæ est de videndo DEo, sic ait: Alas cùm in DEo audimus, protectionem intelligimus: cùm manus, operationem: cùm pedes, præsentationem: cùm oculos, visionem: cùm faciem, notitiam qua innotescit, citatq; ibidem S. Hieron. in ps. 93. dicentem: DEus totus oculus est, quia omnia videt: totus manus est, quia omnia operatur: totus pes est, quia vbiq; est. Ergo videte, quid dicat: qui plantavit aurem, non audiet? aut qui finxit oculos, non considerat? & non dicit: qui plantavit aurem; ergo ipse aurem non habet: qui finxit oculos; ergo ipse oculos non habet. Sed quid dixit? qui plantavit aurem, non audiet? qui finxit oculos, non considerat? membra tulit, efficientias dedit.

Membra humana tribuuntur DEo, cur?

VI.

Visio DEI non causat mortem.

VI. *Quomodò intelligenda verba v. 11.* NEC SUPER EOS QUI PROCUL RECESSERANT DE FILIJS ISRAEL, MISIT MANUM SUAM, VIDERUNTQUE DEUM ET COMEDERUNT ET BIBERUNT? ℞ Seniores qui cum Mose montem ascenderant, & à reliquo populo longiùs recesserant, DEo appropinquantes, DEus super eos non misit manum suam, id est, eos non punivit, aut percussit, quod suprà minatus est ijs, qui transgrederentur limites à Mose circa montem statutos. Deinde olim communis fuit sensus & timor eum qui DEum videret, morte percutiendum esse, vnde illud Manue ad vxorem Judic. 13. *Morte moriemur, quia vidimus Dominum,* & illud Jacob Gen 32. *Vidi Dominum facie ad faciem & salva facta est anima mea,* id est, vidi Dominum, & evasi incolumis, non sum mortuus. Hi seniores viderunt DEum, nec tamen expaverunt, aut timuerunt mortem, non misit manum percutientem super eos; videruntq; DEum, postea comederunt ac biberunt, quod confirmat, non esse interfectos à DEo, siquidem post visionem comederunt & biberunt. Illud Exod. 33. *non videbit me homo, & vivet,* de visione divinæ essentiæ intelligendum est. Nemo enim ante mortem divinam videt essentiam. Videt tamen post mortem.

VII. *An Josue, qui cum Mose montem ascenderat, similiter ac Moyses sine cibo & potu 40. diebus vixerit?* ℞. incertum esse. Abulensis censet Josue manna inibi cadente & torrente, qui Deut. 9 21. de monte descendere dicitur, alitum fuisse. Idem sentiunt de Mose, qui putant eum in monte fuisse 46. diebus, juxta illud, *septimo die vocavit eum Dominus de caligine* v. 16 quòd nimirum pariter ac Josue alitus fuerit, & postea 40. diebus jejunaverit. Verius tamen est, eum omnino tantùm 40. diebus in monte fuisse, idq; colligitur ex Deuter. 9. v. 19. 11. & 18. sex ergo dies, de quibus v. 16. comprehenduntur inter hos 40.

CAPUT XXV.

Mandatum accipit Moses de præparanda materia tabernaculi, & pertinentium ad ipsum: Describit ei formam & tabernaculi & existentium intra tabernaculum, id est, eorum, quæ esse debebant tam intra Sancta Sanctorum, quàm intra Sanctuarium.

Tabernaculum quid significat?

QUæstio I. *Quid significat tabernaculum factum ex lignis Setim imputribilibus?* ℞ Allegoricè & Anagog. significat Ecclesiam tum militantem, tum magis triumphantem, quæ omni sua parte incorruptibilis est & æterna. Augustus Cæsar, Pisone domum à fundamentis usq; ad tectum accuratè exædificante: *animum,* inquit, *meum exhilaras ita ædificans, ac si Roma futura sit sempiterna.* Ita verissimè DEus Ecclesiam ædificavit, quæ futura esset æterna.

Quid arca.

II. *Quid mysticè significat arca?* ℞. cum Francisco Ribera de templo Salomonis l. 2. c. 3. Arca in sancto Sanctorum beatos significat in patria cœlesti, quæ facta est ex lignis Setim, quæ imputribilia & pulchra sunt, quia beati post resurrectionem pulchra & immortalia corpora habebunt. Auro circumtecta erat, quia & animæ eorum ineffabili divinæ visionis claritate, & corpora admirabili splendore fulgebunt, sicut ait Dominus: *tunc justi fulgebunt sicut sol in regno patris eorum:* Corona aurea, quam habebat in summo, coronas significat sanctorum, omnes siquidem gloriâ & honore coronabuntur, vt victores, & vt reges, ipsorum enim est regnum cœlorum. De quo Paulus ad Timotheum: *in reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus, in illa die justus judex. Non solùm autem mihi, sed & ijs, qui diligunt adventum ejus.* Adde, quòd qui inter beatos summi ferè sunt, præter divinæ visionis beatitudinem, coronas quasdam habent, quas Theologi aureolas vocant, id est fidei Doctores, Martyres, Virgines. In ea sunt tabulæ legis, quoniam electi legem & habuerunt, & habebunt semper in medio cordis sui, quasi rem pretiosam, & quam summo amore complectentur, Isa. 51. *Populus meus, lex mea in corde eorum. &c.*

Quid propitiatorium?

III. *Quid mysticè significat propitiatorium?* ℞. cum eodem Ribera l. 2. c. 5. Propitiatorium significat Dominum nostrum JEsum Christum, per quem nobis pater propitius factus est; ita enim Apost. interpretatur Rom. 3. *Quem proposuit DEus propitiationem per fidem in sangvine ipsius.* Coronula aurea arcæ paululùm erigebatur super propitiatorium, quia Sanctorum coronis, quas illa significat, Christus coronatur: ab ipso enim sunt Sanctorum victoriæ & coronæ, sine cujus gratia, non solùm vincere non poterant, sed ne cogitare quidem aliquid, quod prodesset ad victoriam. Quod intelligens Apost. ait: *Sed abundantiùs illis omnibus laboravi, non autem ego, sed gratia DEI mecum.* Non est autem propitiatorium partim ligneum & partim aureum, vt arca (pretiosius enim & DEo conjunctius est, quàm arca) totum est ex auro, quia ejus humanitas, cùm vera sit humanitas, non per se sed per divinitatem subsistit, & tota ineffabilibus donis plena est, vt in qua plenitudo divinitatis inhibitat corporaliter. De quo Joannes ait: *Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis.* Sed aurum mundissimum est, quia omni labe peccati caruit, & nihil habuit sordium admistum,

uibus cæteri homines inquinantur. Altitudinem propitiatorij non sine causa tacuit scriptura, uia quantùm beatissima illa anima super omnium electorum mensuram sese in cælum extuerit, desiderio gloriæ DEi, nemo, etsi hominum lingvis loquatur & Angelorum, explicare otest. &c.

IV. *Quid significant duo Cherubim super Propitiatorium?* ℞. Cherubim denotant Angelicos piritus, qui ejusdem cum Christo & ejus membris beatitudinis participes sunt. Super propiiatorium collocantur, quia natura Angelorum præstantior humanâ est, & Christus non vt DEus, sed vt homo, humanitate in seipsa considerata, minor Angelis est, juxta quod scriptum st: *minuisti eum paulò minùs ab Angelis*, de quo Paulus Heb. 2. *eum autem, qui modico quàm Angeli minoratus est, videmus JEsum propter passionem mortis, gloriâ & honore coronatum.* Qua atione etiam in Apocalypsis initio, primùm DEus, deinde Angeli, postremo Christus nominaur: *Gratia vobis & pax ab eo, qui est, & qui erat, & qui venturus est, & à septem spiritius, qui in conspectu throni ejus sunt, & à JESU Christo, qui est testis fidelis:* sed quia Christus homo, qui ratione humanæ naturæ minor erat Angelis, longè illis erat præstantior & ublimior, quia humana illa natura, quæ per se minor Angelica, erat eximia sanctitate, & najori gratia, majoribusq; DEi donis ornabatur: Cherubim, qui in tabernaculo erant super ropitiatorium, in templo Salomonis infra illud positi sunt: pedes enim in pavimento haebant, in quo erat & arca; In quo & illud ostenditur, homines in cœlo æquales Angelis uturos, & inter eos sessuros esse Duo sunt Cherubim, vt mutuam charitatem beatorum indient, quæ minùs quàm inter duos esse non potest. Mutuò se aspiciunt, quia beatorum idem est ensus & eadem voluntas, est enim summa eorum amicitia. Alas jungunt, earumq; comlexu, quasi sedem DEo præstant, quia super omnes spiritus, & in omnibus DEus est, & ità lli inter se charitate copulantur, vt vnanimi consensu à DEo possideri & subjici velint, omnemq; suam sapientiam, & illam naturæ præstantiam, & DEo minorem, & ab illo acceptam sse fateantur, tum semper illi servire gestiant, &c.

Quid Cherubim?

V. *Quid mysticè significat mensa propositionis?* ℞. in domo exteriori, id est, in ea temli parte, quæ extra sanctum sanctorum & extra velum est, atq; ideo præsentis temporis Ecclesiam indicabat, tria erant plena mysterijs, altare thymiamatis in medio, ad septemtrionalem erò domûs partem, id est, ad sinistram, mensa propositionis, ad meridianam atq; dexteram andelabrum, in quibus tres vivendi rationes designantur, quæ sunt in Ecclesia præstantissinæ proximæq; Sancto Sanctorum, id est, cælesti beatitudini Quidam enim se dedunt eleenosynis & operibus charitatis, hos significat hæc mensa panum; alij se dedunt doctrinæ & itæ sanctæ, hoc significat candelabrum; alij se dedunt orationi, laudi DEi, & contemplatioi, hos significat altare thymiamatis: coronam habet mensa, vt significet misericordes & eeemosynarios non tantùm in cælô, sed etiam in terra à DEo benedici, gloria & honore coonari. Vide Riberam. Sicut mensa hæc erat in Sancto, juxta Sanctum Sanctorum, in quo rat thronus DEi: sic eleemosyna inquit S. Chrysost. hom 9. in Matth. amica DEo consistit, & semper ei propinqua est: pro quibuscunq; voluerit, facile munus impetrat, vincula peccaorum ipsa dissolvit, fugat tenebras, extinguit ignem &c. Rursum mensa hæc significat mensam corporis & sanguinis Christi in Eucharistia. De hac mensa dicitur ps. 115. v. 4. *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo.* & ps. 22. 5. *Parasti in conspectu meo mensam, adversùs eos, qui tribulant me, impinguâsti in oleo caput meum, & calix meus inebrians, quàm præclarus est.*

Quid mensa propositionis?

VI. *Quid mysticè significat candelabrum?* ℞. denotat eos, qui verbis & factis lucent in domo Domini, & vitiorum, atq; hæresum tenebras luce Evangelicæ veritatis fugant. Per hastile ex quo calami prodeunt, alij intelligunt Christum & doctrinam ejus, alij Ecclesiam & euangelicos Doctores, qui sunt in ipsa, id est, ejus partes & membra. Lucerna, quæ est in summo hastili, doctrina vera & sana est, quam Ecclesia recepit, & traditionibus, ac Sacrorum Conciliorum definitionibus explicavit. Reliquæ lucernæ, quæ hanc mediam tenent, doctrina magistrorum Ecclesiæ est, quæ Ecclesiasticam doctrinam semper intuetur, & illi adhæret, neq; ab ea recedit. Sex calami magistri sunt, qui omni tempore fuerunt & erunt in Ecclesia. In hastili & in calamis, certis intervallis sunt scyphi & sphærulæ & lilia, scyphi vino impleri solent, sed in candelabro vacui sunt, vt meminerit Magister, se quidem, cùm in Ecclesia laborat, vas esse utile Domino, sed nihil ex se habere, quòd alijs propinet, nisi à DEo & ab ejus Ecclesiæ doctrina acceperit. Semper igitur vacuum se consideret, sitiat anima ejus ad DEum vivum, quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum. Sphærula quia rotunda est, ostendit, qualis debeat esse animus ejus, qui à DEo docendus, & populum DEi docturus est, id est, perfectus, qui non totus terrena contingat, sed exigua parte sui, vt sphæræ seu globi. Rotundus etiam esse debet, ne in angulis sordes insideant. Lilia pulchritudinem virtutum, quibus ornari debet, & suavem earum odorem per omnes partes diffusum significat, sicut de Episcopo, qui Doctor Ecclesiæ est, scripsit Paulus: *Oportet autem illum & testimonium habere ab eis, qui foris sunt, &c.* Vide Riberam.

Quid candelabrum?

CAPUT XXVI.

Describit Dominus Mosi tabernaculum, quantum ad ejus operimentum, quod erat loco tecti, & quantum ad ejus tabulatum erectum, quod erat loco parietum & quantum ad ejus duplex velum, ac bases.

Tabernaculum.

QUæstio I. *Quid erat tabernaculum?* ℞ Tabernaculum erat quasi templum mobile, inquit Josephus, & portatile ambulans cum Hebræis per desertum, eratq; quasi tentorium castrense quod per partes dissolui, convasari, & cùm castra movenda erant, deportari poterat, erat insuper domus DEi, in qua DEus colebatur, & vbi ipse orantes exaudiebat.

Tabernaculi dispositio & figura.

II. *Quænam fuit dispositio, figura, dimensio &c. Tabernaculi?* ℞ cum Corn. à Lap. *imò* Tabernaculum longum erat 30. cubitos, latum 10. altum 10. divisum erat in duas partes, scilicet in Sanctum, quod 20. cubitos in longitudine habebat, & Sanctum Sanctorum, quod reliquos 10. cubitos longitudinis tabernaculi continebat, erat ergo Sanctum quadrangulum, quia erat longum 20. altum 10. cubitos. Sanctum Sanctorum verò erat quadratum, quia latum erat 10 cubitos, & longum erat totidem, Sanctum dividebatur per velum à Sancto Sanctorum de quo v. 31. *2dò* Hoc tabernaculum factum erat ex 20 tabulis lignorum Setim inauratis in longum porrectis ad meridiem, & totidem ad septemtrionem, ad occidentem verò, quæ erat pars latitudinis tabernaculi, connectens vtramq; partem longitudinis, scilicet meridionalem & septemtrionalem, 8. habens tabulas, ad orientem verò patebat, tantumq; habebat 5 columnas ex lignis Setim inauratis, quæ velo tegebantur v. 37 hac enim parte erat ingressus in tabernaculum elevato velo. Singulæ verò tabulæ habebant duas bases argenteas: porrò per tabulas has à quolibet ejus trium laterum 5. immittebantur vectes, qui tabulas continerent. Reliqua vide apud Corn. Sanctum Sanctorum, id est, Sanctissima pars tabernaculi, erat quasi chorus, in quem solus Pontifex ingredi poterat, idq; tantùm semel in anno, putà in festo expiationis Lev. 16. In Sanctum verò quotidie ingrediebantur Sacerdotes manè & vespere, vt adolerent thymiama & vt vespere accenderent lucernas, manè easdem extinguerent. Atrium verò erat locus populi.

Tabernaculi tropologia.

III. *Quid tropologicè significat tabernaculum?* ℞ Significabat Ecclesiam & fideles Christi 1. Tim. 3. 15. qui per velum fidei DEum in terris contemplantur: in hoc Aaron, id est Christus Dominus est summus Pontifex, itaq; primò, atrium significabat incipientium rudimenta & communem Christianorum vitam: vnde in eo erat altare holocaustorum, quod vitiorum enecationem, & mortificationem in DEi obsequium significabat; item labrum siue lavacrum æneum, id est, pœnitentium sacramentum, quo communes Christiani maximè indigent. 2dò Sanctum significabat Christianos perfectiores, vnde in eo erat altare thymiamatis, significans jugem orationem, laudem & contemplationem DEi: & candelabrum significans Doctores, qui suâ sanctâ vitâ & doctrinâ Ecclesiæ præfulgent; & mensa panum propositionis significans eos qui dediti sunt operibus misericordiæ. Reliqua vide apud Interpretes.

CAPUT XXVII.

Describitur altare holocaustorum cum suis vasis, eraticula & vectibus. Item atrium tabernaculi cum suis columnis & velis, quibus cingebatur, deniq; oleum lucernarum, earumq; accensio.

Altare holocaustorum quid.

QUæstio I. *Quid mysticè significat altare holocaustorum?* ℞ Ribera l. 2. de temp. c. 21. Altare holocausti, in quo omnes victimæ immolabantur, vitam eorum significat, qui pœnitentiæ laboribus exercentur, & affectus ac motus animi à lege DEi abhorrentes in ejusdem DEi honorem & cultum jugulant & mactant. Quod de lignis Setim factum est, quia munda & incorrupta decet esse corda & corpora, in quibus fit sacrificium DEo. Habet quinq; cubitos latitudinis & totidem longitudinis, cum fidelis quisq; omnes corporis sensus in longitudine patientiæ, & in latitudine charitatis exercere satagit, vt in omni suo visu, auditu, gustu, olfactu & tactu, semper se divino meminerit mancipatum esse servitio juxta illud Apostoli, siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam DEi facite. Habet tres cubitos altitudinis, cùm eadem corda electorum per fidem, spem & charitatem ad cœlestia tendunt. Habet 4. cornua, quia 4. principalibus virtutibus, temperantia, fortitudine, justitia, prudentia terribiles spiritualibus adversarijs esse debent, ære tegitur, ne ligna adurantur, in quo firmitas animi & constantia indicatur, quæ si absit, citò animus & corpus quasi vruntur, id est, laboribus cedent, pœnitentiæ refugient molestias &c.

Vasa Altaris holocaustorum quid

II. *Quid mysticè significant vasa altaris holocaustorum?* ℞ cum eodem Ribera c. 23. Lebetes, qui altari holocausti seruiebant ad suscipiendos cineres, memoriam significant nostræ mortalitatis & contagiorum terrenorum, quæ nobis inhærent, quorum recordatio valde vtilis est ad eas victimas immolandas. Forcipes, quibus ignis capitur & incensa ligna in altari componuntur, virtutem discretionis indicant, qua sanctas cogitationes & verba DEi audita in mente loco

loco ſuò, & ordine componuntur, & ita ordinantur, vt quisq; id capiat, quod ſibi vtile eſt, eoq; loco & tempore, quo vtile eſt. Fuſcinulæ quibus carnes in vſum comedentium miniſtrorum extrahuntur, prædicatorum ſanctam & diſcretam induſtriam deſignant, quia ex ſcripturis ea decerpunt & colligunt, quibus & ſui & aliorum animi reficiantur & alantur.

III. *Quid allegoricè ſignificat altare holocauſtorum?* ℞ Typum geſſit Eccleſiæ Chriſti, *1mò*. In altari quotidie immolabantur victimæ & quidem ſemper agnus, in Eccleſia quotidie immolatur agnus, qui tollit peccata mundi Chriſtus. *2dò* Nullo alio in loco vel altari vera offerebantur ſacrificia, niſi in ſolo altari holocauſtorum, nullum verum habetur ſacrificium, niſi in ſola Eccleſia Catholica. *3tiò* Altare erat exſtructum ex ligno Setim, quod eſt incorruptibile, Eccleſia incorruptibilis eſt, quia nullo errore ſeu falſa doctrina corrumpi poteſt, cùm ſit columna veritatis *4tò* ignis jugiter ardebat in altari, & ſuperpoſitas hoſtias cremabat, ignis perſecutionis Eccleſiæ numquam deeſt, hoſtiæ ſunt SS. Martyres, & reliqui viri ſancti, præſertim diſſeminatores doctrinæ evangelicæ, contra quos ferventiſſimè ſæuit ignis perſecutionum inflammatus & accenſus vel à barbaris & gentilibus vel ab hæreticis, nec abſterrentur fideles, quin ſemper novæ ſe victimæ offerant, prima fuit Chriſtus ceu innocens agnus oblatus, quia ipſe voluit, qui etiamnum indies incruento modo offertur, quem proximè SS. Apoſtoli & deinde Martyres in primitiva Eccleſia ſecuti ſunt, exinde vſq; in præſens tempus Eccleſia ſuas habet victimas, habebitq; vſq; ad conſummationem vniverſi. *5tò* Altare veſtitum erat ære, quod igni reſiſtebat, ne altari noceret: DEus Eccleſiam ita communivit, & firmiſſimo protectionis ſuæ ære obduxit & vallavit, vt nullus perſecutionum ignis ei nocere poſſit, quantumvis ipſæ orci flammæ erumperent, quia portæ inferi non prævalebunt adversùs eam Matt. 16. 18. &c.

IV. *Quid ſymbolicè ſignificabat tabernaculum?* ℞ Atrium, vbi promiſcuum vulgus conveniebat, ſignificat ſtatum incipientium, qui in via purgativa ſunt. In atrio erat labrum ſeu lavacrum, quo pœnitentia, qua peccatorum ſordes abluuntur, ſignificatur, quæ ablutio præprimis incipientibus neceſſaria eſt. Deinde in atrio erat altare holocauſtorum, in quo cremabantur carnes victimarum. Qui viam purgativam tenent, carnem ſuam cremare debent, ſupprimendo nimirum, & domando carnis concupiſcentias. *Sanctum* vbi miniſtrabant Sacerdotes, ſignificat ſtatum proficientium, ſeu viam illuminativam, ſicut enim Sanctum atrio præcellentius eſt, & ſolos admittebat ſacerdotes, quos major decebat ſanctitas, quàm Laicos, ſic via illuminativa perfectior eſt, in qua copioſiùs affulget lux & inſpirationes S. Spiritus. *Sanctum Sanctorum* viam ſignificat vnitivam, ſicut enim illud ſolus ſummus Sacerdos ingredi audebat, vt familiariùs & in vicino loqueretur DEo, ita ad viam vnitivam pauciſſimi perveniunt, progreſſi tamen in illam familiariter DEo loquuntur & vniuntur, ita Beda.

CAPUT XXVIII.

Aſſignantur veſtimenta Sacerdotum, tum reſpectu ſummi Sacerdotis tantum, tum reſpectu ipſius ſimul cum Sacerdotibus inferioribus.

QUæſtio I. *Quid circa veſtes ſummi Pontificis & reliquorum ſacerdotum obſervandum eſt.* ℞ *1mò* ſciendum Levitas non habuiſſe proprias veſtes, non enim miniſtrabant in ſacrificijs, ſed ſoli Sacerdotes, & hinc ipſis certæ veſtes præſcribuntur, quibus ipſi ſoli, & tunc tantùm vtebantur, cùm miniſtrabant, ita Joſephus l. 6. de bello c. 6. *2dò* Sicut Epiſcopus novi teſtamenti celebrans, habet omnes eas veſtes, quas inferior ſimplex Sacerdos, additis tamen quibuſdam alijs, ita etiam Pontifex Aaronicus ijsdem vtebatur veſtibus, quibus alij Sacerdotes, habens tamen aliquas peculiares. *3tiò* Vulgarium Sacerdotum veſtes erant hæ 4. *feminalia, tunica ſtricta, zona*, ſeu baltheus, *cidaris* ſeu tiara. Præter has Pontifex adhuc habebat alias 4. ſcilicet *tunicam hyacinthinam, Zonam*, qua hanc tunicam corpori adſtringebat. *Superhumerale*, ſeu Ephod, cui inſertum erat rationale, *Laminam auream*, infixa cidari, cui inſcriptum erat, *Sanctum Domino*. *4tò* Materia & colores veſtium ſacerdotalium hi erant. *1mò* aurum in fila deductum. *2dò* hyacinthus ſeu lana coloris hyacinthini, qui violaceo & cœleſti ſimilis eſt: *3tiò* purpura quæ eſt lana ſublucens colore nigrantis roſæ, quæ tingebatur ſucco, ſeu ſanguine piſcis purpura dicti ex conchyliorum genere: *4tò* Coccus bis tinctus, ſeu lana tincta vermiculi pulvere, qui in coccis, id eſt, granis arbuſculæ naſcitur, qui color vt lanæ meliùs imprimeretur, bis tingebatur cocco, ſemel cùm rudis, & deinde cùm in fila deductus erat. *5tò*. byſſus, quæ tenuiſſimi & candidiſſimi lini genus eſt. Ita Ribera. *Veſtes Sacerdotales*

II. *Quid myſticè ſignificant veſtes Pontificis?* ℞ In veſte Pontificis, vt dicitur Sap. 18 totus erat orbis terrarum. Colores veſtium 4. ſignificant elementa, nam *byſſus*, ſeu linum, quod ex terra oritur, terram: *purpura* quia marinorum conchyliorum cruore inficitur, mare; *hyacinthus*, quia aëris colorem habet, aërem: *coccus*, quia igni colore ſimilis, ignem ſignificat. Ita Beda & S. Hieron. ep. 128. Vel tunica interior ſignificat terram, hyacinthina exterior aërem, tintinnabulorum ſonitus tonitrua, mala punica fulgura, quæ in àëre fiunt &c. duo lapides onychini *Veſtes Pontificis quid myſticè ſignificant.*

duo significant Hemysphæria, sive solem & lunam, duodecim gemmæ rationalis Menses anni 12. cingulum mare Oceanum, quod terram cingit &c.

Femoralia. III. *Quid mysticè significant femoralia?* ℟. castitatem sacerdotalem, ejusq; servandæ sacerdotem monent, dum ijs se induit, ita S. Aug. in Exod. q. 122. *imò* feminalia fiebant ex bysso retorta, quo indicatur, quòd sacerdotum castitas debeat esse firmissima & nullo unquam tempore violari. *2dò* linum seu byssus frequenter tunditur, maceratur, & multis ictibus affligitur, & percutitur, donec amisso colore nativo induat candidum; ita carnem suam (quæ concupiscit adversùs spiritum) sacerdos affligere, macerare & castigare debet acriter, vt suppresso naturali appetitu, candore castimoniæ niveat, quod etiam de linea strictâ dictum volo.

Zona. Eamdem castitatem significat *Zona* seu baltheus, *lumbos enim præcingimus, cùm carnis luxuriam per continentiam coarctamus* inquit S. Greg. hom. 13. in Euangelia. Sic etiam sacerdos sacrificaturus, & cingulo tunicam albam constringens precatur: *Præcinge me Domine cingulo puritatis, & extingue in lumbis meis humorem libidinis, vt maneat in me virtus continentiæ & castitatis.*

Tiara. IV. *Quid significat Tiara, seu cidaris, qua sacerdos caput tegebat, circumdabat & custodiebat?* ℟. Sacerdotem instruebat, qualiter caput, & in eo vigentes tum in- tum externos sensus custodire & coercere debeat: ne vel oculi viderent vanitatem, vel aures audirent opprobrium adversùs proximum suum, vel os abundaret malitiâ, & lingua concinnaret dolum, inquit Beda c. 8. Præsertim hac tiara monebatur sacerdos refrœnare sensus capitis, per quos, velut per ostia intrant, & in cor delabuntur concupiscentiæ carnales, oculi sunt in amore duces, aures Veneris Tabellarij, linguâ concupiscentiarum præcentrix, gustus libidinis coquina & officina, cerebrum phantasiarum & obscœnarum impressionum artifex versutissimus, hinc vitta, pileolo seu mitra caput involvere, cingere, & quasi captivum tenere jubetur sacerdos, vt per hoc discat cogitatus obscœnos supprimere, & periculosas imaginationes captivare, gulæ detrahere, palatumq; defraudare, *nam bene pasta caro fit bene casta rarò.* moderetur linguam, ne de re lubrica garriens auditorum excitet cor in amorem pronum, aures occludat, ne cantilantem Venerem audiat, & suadenti annuat, oculos declinet, ne formæ radijs fascinentur.

Tunica hyacinthina. V. *Quid significat tunica hyacinthina?* ℟ Hæc vnius erat coloris, quia Sacerdos semper debet esse idem, non frangi adversis, nec extolli prosperis, non adversari æmulis, non blandiri amicis, non despondeat animum in periculis, non exorbitet in securitate, non tristetur, cùm despicitur, non erigat cristas, cùm honoratur, idem sit in opprobrijs & encomijs, idem inter hostes & fratres, idem in adversis & prosperis, nulla decoloretur passione, nullo deturpetur vitio, nulla maculetur peccati labe. Color hujus tunicæ erat hyacinthinus seu cœlestis; Sacerdos semper fulgeat colore cœlesti, cœlestia meditetur intellectu, recogitet memoriâ, appetat voluntate, intueatur cœlum visu, de cœlestibus audire & loqui delectetur, & tota ejus conversatio sit in cœlis Philip. 3. Habebat hæc tunica aurea tintinnabula inferiùs in extremitate, quæ sonitum edebant. Sacerdos qui vsq; in finem virtuosè vivit, & bonam vitam bona morte concludit, aurea famæ edit sonum, quia in memoria æterna erit justus, & vbiq; de ipso laudabiliter & speciosè loquuntur homines, ejus deprædicando virtutes, & conversationis honestatem. Aurea illa tintinnabula Prædicatores & præcipuè Parochos significant, qui voce prædicationis populum convocant, convocatum instruunt, & instructum secum ad æterna tabernacula deducunt. Sed benè notandum est, quòd tintinnabula non sola, sed malis punicis intermixta fuerint. In Sacerdote non sufficit tintinnabulum, seu nuda prædicationis vox, sed addenda sunt mala punica, seu fructus virtutum & bonæ conversationis, solius vocis sonus non sufficit, esto aureus sit, non satisfacit Parochus, verbum DEi doctissimè, & magno cum fervore prædicans, nisi insuper honestæ & virtuosæ vitæ fulgeat splendore. Quod enuntiat voce, compleat actione, ne quod verbis ædificat, opere destruat, qui bene instruit, malè autem vivit, tintinnabula aurea portat, non verò mala punica, causat sonum, non exhibet fructum.

VI. *Quid observandum est circa superhumerale seu Ephod, & rationale?* ℟ Suos pretiosos lapides auro inclusos, & huic vesti insertos ac supra humeros collocatos onychinos dictos portabat Pontifex, quibus inscripta erant nomina 12. tribuum. De uno horum lapidum scribit Josephus l. 3. antiq. c. 9. *Desijt fulgorem emittere 200. annis, antequam hæc commentaremur irato DEo, propter legum suarum prævaricationem.* Dicuntur hi lapides *Memoriale filijs Israel* quod Tost. ad DEum refert, vt nimirum DEus conspectis lapidibus, esset memor filiorum Israel illisq; conferret beneficia. DEus quidem non obliviscitur, nec indiget memoriali, quo ejus excitetur memoria, sed tamen de DEo, nostro more loquitur scriptura; Sic etiam Iris Gen. 9. Tubarum clangor Num. 10. Similia Lev. 2. dicuntur memorialia DEo. Beda sic scribit: Tribui de causis Aaron nomina Patriarcharum in humeris pectoreq; gestabat, vt ipse scilicet fidem, vitamq; Patriarcharum meminisset imitari, vt 12. tribuum in orationibus & sacrificijs, memor esset, vt populus scripta in veste Præsulis, Patrum nomina videns, sedulò curaret, ne ab illorum meritis discedens, ad errorum contagia declinaret.

CAPUT

CAPUT XXIX.

Jubet DEus, vt Moyses Aaronem & filios ejus consecret Sacerdotes vario ritu, præscribit juge sacrificium agni tam mane quàm vespere quotidie immolandi.

Olei tria mysteria.

QUæstio I. *Quæ sunt mysteria Olei.* v. 7? ℞ tria assignat S. Cyprianus tract. de Unctione Chrismatis. Significabat 1mò, spiritualem sacris mysterijs inesse pinguedinem. 2dò, quòd sicut oleum liquidis omnibus supernatat, ita Sacerdotalis dignitatis excellentia omnes status & gradus transcendat, atq; regimen & munimen tam activæ, quam contemplativæ vitæ obtineat. 3tiò, hoc oleum Sacerdotum, typus erat Sacramenti Ordinis, in quo spiritûs pinguedo datur ordinatis.

Initiare manus.

II. *Quomodo intelligenda verba illa v. 10.* POSTQUAM INITIAVERIS MANUS EORUM? ℞ hebraicè habetur, *postquam impleveris Oleo,* id est vnxeris, & vngendo consecraueris. Per manus significatur potestas alias res consecrandi, quam hac vnctione accipiunt hîc novelli Sacerdotes, inquit Corn. Manibus enim victimas, resq; alias tractare, DEo offerre & consecrare debebant. Hinc moraliter sciat Sacerdos, se manus debere habere sanctas, id est, castas & puras, tum à Venere tum à sanguine, tum ab avaritia. Pulchre Philo l. de Victimis: postulat, inquit, DEus à sacrificante primùm bonam mentem, sanctam, & in pietate exercitam. Deinde vitam benefactis (præsertim eleemosynis) ornatam; vt dum manus imponit, possit liberâ conscientiâ dicere: manus hæ nec muneribus corruptæ, nec innocenti sanguine pollutæ sunt, noxam, injuriam, vulnus, vim intulerunt nemini, nulli rei turpi præbuerunt ministerium; sed rebus honestis ac vtilibus, quæ viris justis, honestis, sapientibusq; probantur.

Moses Sacerdos.

III. *Cum dictum sit ad Mosen v. 11.* ET MACTABIS EUM IN CONSPECTU DOMINI, quæritur an Moses functus fuerit munere Sacerdotali? ℞ affirmativè, adeoq; Sacerdotes ipsumq; Pontificem quasi Hierarcha consecrabat. Unde Nazianz. Orat. 22. Mosen vocat Sacerdotem Sacerdotum. Unde ps. 98. 6. dicitur: *Moses & Aaron in Sacerdotibus ejus.* Moses ergo primus populi tam Pontifex, quàm dux & Princeps fuit. Sed postquam Moses sacerdotium consignavit Aaroni & posteris ejus, deinceps Mosis posteri non inter Sacerdotes sed inter Levitas annumerati sunt, vt patet 1. Paral. 23. 14.

In sacrificio vult DEus renes, hepar &c.

IV. *Cur DEus in sacrificio cupit renes, hepar &c.*? ℞ Notant Hebræi DEum potissimùm exigere pro suo sacrificio animalia illa & membra quæ concupiscentijs subjiciuntur: requirit renes, quæ concupiscentiæ prima sunt officina, vult habere hepar, quod roborat libidinem, & adipes, qui effrœnem faciunt concupiscentiam juxta illud: *impinguatus est Israel & recalcitravit.* Hæc omnia Dominus vult habere in suo sacrificio, non quòd illum delectent renes, sed quòd hæc significent, mortificanda esse membra nostra super terram, idq; tum cuilibet, tum maximè Sacerdoti, prælato & principi faciendum esse.

Oleum sanguine mixtum.

V. *Cur in oleo consecrationis sacerdotum voluit DEus illud sanguine misceri, vt vtroq; Aaron aspergeretur* v. 21.? ℞ sicut oleum misericordiam significat, sic sanguis justitiam & rigorem, Sacerdos judex erat, præcipuè in his quæ spectabant ad legem, templum, ac cultum DEi, magno ergo cum mysterio, sanguine & oleo ungebatur summus Sacerdos & alij Sacerdotes inferiores, quia in Sacerdote & Prælato Ecclesiæ, non debet totum esse misericordia, vel totum esse justitia sed temperanda est una cum alia, prout sapientia ac prudentia dictat Oleast. in c. 8. Lev. Non debet in Sacerdote esse sine oleo sanguis, neq; sine sanguine oleum: cùm enim constitueretur populi judex, non solùm misereri, sed punire reos debebat, neq; habere sine justitia misericordiam, neq; sine misericordia justitiam. Fecit hoc Samaritanus ille Luc. 10. qui præter oleum etiam vinum, quod acre est, vulneribus semi mortui infudit.

Caput Pontificis oleo, auris sanguine tingi debebat.

VI. *Super caput Aaronis fundi debebat oleum v. 7, super auriculam autem poni sanguis v. 20. Quæ hujus diversitatis causa, quòd caput oleo, auris sanguine tingi, & tangi debuerit*? ℞. oleum mansuetudinis, sanguis verò contumeliæ & injuriæ symbolum est, si ad Pontificis aures deveniunt contumeliæ, detractiones, oblocutiones, & injuriæ, oleum ferat in capite, nullam meditetur vindictam, & quamvis ceu superior, virgam habeat in manu, vt percutere, cum severitate coërcendi, & immorigeros, sibi molestos plectere possit, nihilominus lenitatis memor patienter ferat, quas injurias alius insolenter infert, memor mansuetudinis Christi, cui quamvis omnis potestas data esset in cœlo & in terra, attamen omnes condonavit sibi factas injurias, *Non quæro gloriam meam, est qui quærat & judicet inquit* Joan. 18. 15. Quod ponderans S. Greg. hom. 18. in Euang. eleganter ait: *Illatas contumelias patris judicio reservat: vt nobis insinuet, quantùm nos patientes esse debemus, dum se adhuc ulcisci non vult & ipse qui judicat.*

CAPUT XXX.

Describitur altare thymiamatis. In censu populi jubetur quisq; sol nere dimidium siclum. Jubetur fieri labrum æneum pro lotione sacerdo tum. Describitur compositio vnguenti, quo vngendi sunt sacerdotes & vnguenta sacra. Describitur compositio thymiamatis, quod adolendun erat in altari thymiamatis.

Thymiama adoletur DEO.

QUæstio I. *Cur DEus voluit sibi adoleri thymiama?* ℞. non quòd odoratu thymiama tis delectetur, cùm nullum habeat odoratum, vti nec corpus, nec nares: sed quia ma gnus inter homines censetur honor, suaves cuipiam apponere vel suffumigare odores hinc DEus, qui cùm humano more agit, voluit eosdem ad cultum coram se adoleri sic omnium gentium ritu & consuetudine, thuris & odorum incensio attributa est DEo. Hin tres Magi hæc tria munera DEo Christo, scilicet aurum regi, thura DEo, myrrhamq; se pulto obtulerunt. Unde & nos Christiani thurificamus DEo.

Divites & pauperes æquales in censu.

II. *Cur pretium æquale in censu soluebant diuites & pauperes v. 15.?* ℞. ut ex siclis po puli numerus constaret, ne daretur diviti occasio superbiæ, & despiciendi pauperem contribuler suum, nec apud DEum pluris sunt divitiæ, quàm paupertas. Deinde quia æquè pretiosa est De uniuscujusq; vita & anima, utpote pro quibus singulis redimendis, DEi filius pretiosum sangui nem in ara crucis effudit. Deniq; quia homo, quicunq; ille sit, æquas DEo, quantum in se est agere debet gratias, siue divitias ab eo acceperit, siue laboret inopiâ. Cujus æquitatis spe culum fuit S. Job, qui è ditissimo factus pauperrimus gratias DEo rependens: *Dominus*, inqui *dedit*, munificum se & liberalem ostendens, *Dominus abstulit*, quod suum erat, cùm mihi mi nus proficuum fore judicasset, *sit Nomen Domini benedictum.*

An lex de hoc censu justa.

III. *Estne hæc lex justa, quæ pauperem æquè obligat ac diuitem? numquid cui major e facultas, ab eo major exigendus est census? quæ resp. æquitatis & justitiæ amans tantum pauper imponit ad communes expensas faciendas, quantum diuiti? Cur ergo DEus æquale onus utriq injungit? quid, quòd in lege purificationis mulier ditior agnum, pauperior verò duos turture aut duos pullos columbarum Lev. 5. v 7. debebat offerre, vbi vides discrimen esse pauperem inter & diui tem, cur ergo hoc loco idem discrimen non observatur?* ℞. Magnum hic discrimen latet, inqui de la Nuza Hom. 21. n. 22. Erat hoc tributum à DEo impositum, oblatio quædam, quam vole bat offerri ab unoquoq; in gratiarum actionem beneficij creationis, quòd hominem illum cre asset, animam infudisset rationalem. Hoc est, *pretium pro animabus suis.* Si hujus rei grati pretium hoc solvitur, sit æqualis pauperis ac diuitis oblatio. Tam præclaram enim animam & nobilem largitus est DEus pauperi, quàm diuiti, tam præditam capacitate ad bona cœlestia ad beatitudinem, ad diuina dona misericordiæ, & quæ par jus habeat ad DEum, ejus gratiam ejus cœlum, ac diuitis anima, nec ullum utrorumq;, quod ad hanc rem spectat, est discrimen Recogitet hoc diues ad se se humiliandum, sciat nimirum, animam se habere non nobiliorem animâ miserrimi homuncionis, mendici, ulcerosi & abjectissimi mancipij, utramq; DEus me dio siclo pendet, sed & egenus non tristetur ob abjectam suam conditionem in mundo, vivi enim animâ non minùs nobilis, quàm opulentissimi Regis ac Imperatoris, & quamvis han æqualitatem mundus non agnoscat, ea tamen valet in conspectu DEi.

Latio manuum & pedum.

IV. *Cur DEus voluit, vt Sacerdotes ante ingressum in tabernaculum lauarent manus, & pedes?* ℞. Voluit eos docere decorem & reverentiam in cultu diuino etiam exteriùs servandam esse. Deinde per hoc voluit eos admonere internæ puritatis, vt meminissent, sibi deinceps non humi, sed per æthera incedendum esse inquit Philo l. de victimis. Hinc patet, sacerdotes nu dis pedibus in tabernaculo ministrasse. Ad hoc enim videntur lavisse pedes, ne ijs sordidis fœ darent tabernaculum. Si enim postea rursum pedibus induissent calceos, quid opus erat eos la vare? Lotio enim hæc fiebat ad munditiem & decorem tam pedum, quàm tabernaculi. Hinc & sacerdotes novæ legis in Missa lavant manus; quin & omnes Christiani olim ingressuri Ec clesiam, & communicaturi lavabant manus, tum ut puritatis internæ admonerentur, tum quia manibus excepturi erant sacram Eucharistiam: eaq; de causa præ foribus Ecclesiæ positum e rat vas aquæ ad Purificationem, cujus loco postea remansit vasculum aquæ benedictæ, posi tum in ingressu Ecclesiæ. Nostri tamen sacerdotes celebrant calceati, non nudi pedes; tum ob castitatem & verecundiam, tum quia sunt milites, & duces (quos decet esse calceatos, imò ocreatos) Christi, parati semper ad bellum contra dæmones, & ad euangelizandum ubiq;: hinc debent esse *calceati pedes ad præparationem euangelij pacis*, vt ait Apost. Eph. 6. 15.

CAPUT

CAPUT XXXI.

Beseleel & Ooliab designantur à DEO architecti tabernaculi. DEus iterat & inculcat cultum Sabbati. DEus dat Mosi duas tabulas legis lapideas.

QUæstio I. *Cur DEus non solos architectos Beseleel, & Ooliab replevit spiritu suo, sed etiam omnes alios operarios & artifices supernâ instruxit sapientiâ* v. 6. ? ℞. Oleaster: ideo fecisse credo, ne antiqui artifices erga duos invidiâ torquerentur. Inter artifices erant nonnulli duobus architectis seniores, qui invidiâ exstimulati fuissent, si non & ipsi supernam sapientiam accepissent, quia etiam ibi fervet invidia, ubi quis cumulatiùs accipit DEi dona. Etiam tunc dolet lividi oculus, cùm videt alium ditari cœlestibus donis.

Tabernaculi constructio. II. *Quid symbolicè significat constructio tabernaculi?* ℞det glossa ordinaria in ea ostendi mysterium Trinitatis, sicut in baptismo & transfiguratione Christi, in baptismo enim voce sonuit Pater, & filius baptizatus est, atq; in specie columbæ Spiritus S. apparuit. Pari modo hîc Ooliab, qui interpretatur protectio mea pater, Patris personam significat. Beseleel, qui idem est, quòd in umbra DEi, significat Spiritum Sanctum, de quo dicitur: virtus Altissimi, id est, Spiritus S. obumbrabit tibi. Jussio autem, id est, Verbum, quo tabernaculum fieri jussum est, est Filius, per quem Pater in virtute Spiritus Sancti omnia operatur.

Beseleel & Ooliab. III. *Quid præterea significat Ooliab & Beseleel?* ℞. Viros Apostolicos, & nominatim, inquit glossa, Beseleel & Ooliab sunt Petrus & Paulus, qui duo post Christum ædificarunt Ecclesiam Judæorum & Gentium. Beseleel enim, qui interpretatur umbra DEi, significat Petrum: nam ad tactum umbræ ejus virtute Diuina sanabantur infirmi Act. 5. Ooliab, qui interpretatur protectio vel habitatio mea Pater, est Paulus, qui mente habitabat in DEo Patre omnium. Unde ipse ait Philip. 3. *Nostra conversatio in cælis est.*

Sabbati præceptum. IV. *Cur DEus hîc v. 13. solius Sabbathi præceptum repetit?* ℞. cum Corn. tum quia præcipua erat cæremonialis lex hæc Sabbathi, recurrens singulis hebdomadis; tum quia Sabbathum erat cultus DEi maximè publicus & solemnis, unde subdit; *quia signum est inter me & vos* q. d. quia Sabbathum signum est, quòd vos mihi sitis populus, & ego sim vobis DEus, vtpote in cujus honorem, & ob cujus obedientiam colitis septimum diem, putà Sabbathum, sacro otio, quasi protestantes, me creatorem esse omnium, quæ sex diebus facta sunt, meq; septimo hoc die ab omni opere meo cessasse; ideoq; vobis annitendum est, vt illo die mens per orationem, aliaq; pia exercitia in DEo quiescat, hîc per gratiam, & in futuro per gloriam.

CAPUT XXXII.

Hebræi Mose absente vitulum aureum conflant, & adorant: hinc DEus vult eos disperdere, orat pro eis Moses, ac descendens de monte, tabulas legis frangit, vitulum comburit, idololatras occidit DEumq; iteratò pro populo precatur, dicens, aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo.

Inaures dantur Aaroni. QUæstio I. *Cur Aaron à populo postulante Deos, postulavit inaures aureas?* ℞. Aaron coactus populo fabricare Deos, timensq; mortem, vt eos à tanto scelere abduceret, petivit inaures ad fabricandum idolum, putans populum in id non consensurum, & sic à fabricatione idoli abstrahendum fore. Sic Aug. Exod. q. 141. Non absurdè, inquit, intelligitur, difficilia præcipere voluisse Aaron, vt hoc modo populum ab illa intentione revocaret. Insanus autem populus tanta cupiditate Deos sibi fieri cupiebat, vt ab ea cupiditate tam difficili postulatione avocari non potuerit. Inaures aureas ab auribus uxorum, filiorum & filiarum abstulerunt, & Aaroni libentissimè tradiderunt.

Vitulus Idolum. II. *Cur potiùs vitulum fecit Aaron, quàm aliud idolum?* ℞. quia Ægyptij summoperè colebant vitulum, sive bovem, qui Apis à scriptoribus appellatur. Itaq; Israelitæ cùm in Ægypto maximè coli Apim bovem vidissent, Apim sibi fieri ex auro illo postulârunt. Philo l. 3. de vita Mosis: Obliti DEi sui filij Israel cœperunt æmulari figmenta Ægyptia, facto vitulo aureo ad imitationem animalis ejus regionis.

Totus vitulus conflatus. III. *An sit factus integer vitulus, an verò tantùm caput?* ℞ Scriptura non appellat caput vituli, sed vitulum. Unde colligitur integrum fuisse, non solùm Caput. Quando autem Lactantius l. 4. c. 9. dicit: Aureum caput bovis, quem vocant apim, quod eos in signo præcederet, figurârunt, aut Tertull. l. contra Judæos c. 1. Cùm aurum fuisset igne conflatum, & processisset eis bubalum caput, huic figmento, relicto DEo, honorem dederunt &c. intelligendum est, hos & alios Patres non dixisse duntaxat caput vituli esse formatum, sed ex parte to-

tum intellexiſſe: totum vitulum, caput vituli appellant, idolum deſpicientes.

Idolum immobile quomodo dux.

IV. *Quomodo idolum aureum immobile viæ dux eſſe poterat?* ℞. FAC NOBIS DEOS, QUI NOS PRÆCEDANT. ℞. Populum petiviſſe idolum, vt eſſet dux viæ, non motu ſuo, ſed alieno, ab Iſraelitis portatum. Exiſtimabat enim Apim, ſive vitulum, DEum Ægyptiorum, ductum ante caſtra, viam oſtenſurum. Præterea in petitionibus populi, idololatriæ cupiditate furentis, non eſt opus rationem inquirere: ubi furor eſt & inſania, ſilet ratio

Vitulus nō habuit actiones vitales

V. *An hic vitulus habuerit aliquas vitales actiones?* ℞. Paulus Burgenſis addit. 3. Exod. 32. ait: Quidam dicunt, quod ille vitulus videbatur exercere quædam opera ſimilia operibus vitæ, ſicut eſt comeſtio, & hujuſmodi, quod potuit eſſe operatione dæmonis. ℞. nullum habuiſſe ſignum vitæ, nullam vitalem actionem exercuiſſe, ſed idolum fuiſſe aureum, ſimile vitulo, qualia erant multa alia gentium idola, de quibus pſ. 13. *Simulachra gentium, argentum & aurum opera manuum hominum, os habent & non loquentur &c.* Quando dicitur pſ. 105: *mutaverunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum*, non ſignificatur vitulum aureum comediſſe fœnum, ſed eſſe factum in ſimilitudinem vituli viventis, qui fœnum ſolet comedere.

Non omnes Iſraelitæ idololatræ.

VI. *An omnes Iſraelitæ vitulum coluerint, & in idololatriam inciderint?* ℞ multos hoc ſcelere non fuiſſe contaminatos probatur ex S. Paulo 1. Cor. 10. *Neq;*, inquit, *idololatræ efficiamini, ſicut quidam ex ipſis &c.* Sicut quidam ex ipſis dixit: quia non omnes idololatriæ ſcelus commiſerunt. S. Aug. in Locution. Exod. Totum, inquit, pro parte poſitum eſt, cùm dicitur *Conſurrexit populus in Aaron.* Apoſtolus enim ſicut, revera eſt, quoſdam eorum dixit hoc feciſſe, non totum populum, vbi ait: *Neq; idolis ſerviamus, ſicut quidam illorum.*

Aaron vitulum conflavit.

VII. *An Aaron ab idololatria poſſit excuſari?* ℞ Rabbini conantur Aaronem à crimine idololatriæ excuſare, dicuntq; vitulum tunc non arte ab Aarone conflatum ſed operâ Magorum Ægyptiorum, quorum multi Hebræos Ægypto exeuntes ſecuti ſunt. Ajuntq; Aaronem coactum à populo tantùm aurum injeciſſe in ignem, ita enim ſe coram Moſe excuſat v. 24. *projeci illud* (aurum) *in ignem, egreſſusq; eſt hic vitulus.* Magos verò ope Dæmonis illud in vituli formam effinxiſſe. Aſſenſus huic opinioni ex parte Moncejus, qui ingenioſè Aaronem ab idololatria excuſare contendit in ſuo Aarone purgato: Sed liber hic ejus Romæ notatus, & in claſſem librorum prohibitorum relatus eſt. Et meritò, hæc enim ſententia apertè repugnat ſcripturæ hic v. 4. *formavit opere fuſorio, & fecit ex eis* (inauribus.) *vitulum conflatilem.* Compoſuit nimirum vituli formam ex terra, argilla, aut ſimili materia, in eaq; ſtylo, (vt habent Hebræa) efformavit, oculos, aures, os & cætera membra vituli: deinde in hanc formam infudit aurum inaurium liquefactum, & ſic ex ea expreſſus eſt vitulus aureus. Rùrſum v. 5. *Quod cùm vidiſſet Aaron, ædificavit altare coram eo* (vitulo) *& præconis voce clamavit, dicens: Cras ſolemnitas Domini* (vituli) *eſt.* Non ergo tantùm idolum, putà vitulum, ſed & altare eidem ædificavit, dedicavit, feſtumq; indixit Aaron. Deniq; Moſes Deut. 9. 20. fratris crimen confitetur dicens: *Deprecatus ſum Dominum pro fratre meo, quia volebat eum conterere.* Ceſſit ergo Aaron timori & populo furenti, nec auſus fuit illi obluctari ex metu mortis.

Eccleſia tota non defecit.

VIII. *An tota Eccleſia cum ſuo capite poſſit deficere, & apoſtatare à DEo, cùm Aaron Pontifex & totus populus hîc defecerit?* ℞ Aaronem necdum creatum fuiſſe Pontificem, Moſes enim erat populi caput & Pontifex, qui non defecit: Nec Levitæ defecerunt, vt patet v. 26. Ergo nec caput, nec corpus Eccleſiæ defecit. Addit Corn. Aaronem non defeciſſe in fide, ſed in profeſſione fidei: ſicut Petrus negans Chriſtum, non perdidit fidem, ſed peccavit contra ejus confeſſionem.

Moſes frāgens tabulas non peccavit.

IX *An Moſes peccarit frangendo tabulas digito DEi ſcriptas?* ℞ non peccâſſe, divino enim zelo permotus tabulas fregit in conſpectu populi, vt oſtenderet, quàm ingens ſcelus ſit idoli cultus, terroremq; idololatris incuteret.

Vitulus combuſtus.

X. *Quomodo aureum vitulum combuſſit, contrivit Moſes, & in pulverem redegit, v. 20. cùm aurum in igne non comburatur, ſed liquefiat, & expurgetur?* ℞ Moſem in ignem projeciſſe vitulum, & liquefactum eſſe vituliq; formam amiſiſſe, ideoq; dici vitulum combuſſiſſe, non ſicut lignum, quod conſumitur, ſed ſicut aurum, quod liquefit, & figuram amittit. Poſtea aurum amiſsâ formâ vituli ex igne extractum in pulverem redegit, adhibitis aliquibus inſtrumentis. Abulenſis putat fuiſſe miraculum, DEumq; aurum in igne combuſſiſſe, ita vt non liquefieret, ſed in cineres & pulverem converteretur. Deinde dicit eſſe aliquas herbas, quæ ſi commiſceantur auro in conflatione, non liquefiet, ſed in cineres redigetur: hisq; potuiſſe Moſem vti in combuſtione vituli, vt in pulverem verteretur. Deniq; ait, adhibitâ aliquâ herbâ fuiſſe combuſtum aurum, ita vt in carbonem redigeretur, poſtea à Moſe hunc auri carbonem in pulverem tenuiſſimum redactum ac ſi tereretur in mortario.

Pulvis vituli combuſti datur in potum.

XI. *Quomodo Moſes potuit pulverem vituli combuſti dare Iſraelitis potandum, cùm Deut. 9. dicatur projeciſſe in torrentem, in quo vtiq; demerſus eſt, cùm fuerit gravis?* ℞dent aliqui, Moſem projeciſſe partem pulveris in torrentem, partem verò alteram in potum dediſſe populo. Alij dicunt Moſen pulverem aureum projeciſſe in locum torrentis non adeo profundum: poſtea verò

stea verò pulverem collegisse, potumq; ex eo Israëlitis præbuisse. Alij deniq; confugiunt ad miraculum, ac dicunt, Mosem in torrentem projecisse totum pulverem vituli, aquam verò illum à se expulisse velut execrabilem, tunc Mosem ex eo collecto potum dedisse filijs Israël.

Cur id factum,

XII. *Cur Moses pulverem vituli dedit potandum Hebræis?* ℟ Mosem voluisse detestandum idolum omnino abolere, ita vt nulla ex illo auro vestigia remanerent: ideoq; vitulum combussisse, in pulverem redegisse, & in torrentem projecisse, potum quoq; Israëlitis dedisse, vt illum omnino disperderet. S. Hieron. ad Fabiolam de vestitu sacerdotum, datum ait pulverem vituli in potum Israëlitis contemptûs causa: Israël (inquit) vituli pulverem, quem adoraverat, accepit in potum, in contemptum superstitionis, vt contemnere discat, quod in secessum projici viderat. Rabbi Salomon putat, potum hunc ijs, qui in crimine erant idololatriæ attulisse inflationem, vel languorem.

Vituli adoratores vnde cogniti-

XIII. *Unde Levitæ discernere potuerunt, quinam fuerunt vituli adoratores, vt eos occiderent?* ℟ Certum videtur non omnes obvios promiscuè siue reos, siue innocentes à Levitis occisos esse, prout sentit Oleast. aliàs qui præmio ob suam constantiam se dignos reddidissent, vitâ privati fuissent, parsum igitur fuit innoxijs, sed difficultas est explicandi, in quo dignoscere potuerint Levitæ, quinam fuerint vituli cultores, qui non? Aliqui volunt aureos pulveres barbis idololatrarum aureum tribuisse colorem, vt à cæteris, qui non peccaverant, discerni possent. Glossa Ordin. sic habet; Tradunt Hebræi, quòd filij Israël bibentes aquam vituli pulvere infectam, qui commiserant idololatriam, in barbis pulverem auri præferebant, quo signo rei apparebant, & interficiebantur. Cajet. sentit, non fuisse opus signo aliquo, quia occidebant eos solùm, qui in via occurrebant, DEus autem efficiebat, vt nullus in via occurreret, qui non esset mortis reus. Helbius ait: vituli adoratores fuisse, qui ad ejus conflationem inaures suas contulerunt, illos autem, qui in hanc adorationis impietatem non consenserunt, inaures suas non obtulisse, quos ergo Levitæ conspexerunt spoliatos inauribus, velut idololatras trucidarunt, quos verò ijs ornatos viderunt, eis vtpote DEi cultoribus pepercerunt.

Hebræi nudati.

XIV. *Quomodo populus Hebræus dicitur fuisse nudatus* v. 25. VIDENS ERGO MOSES POPULUM, QUOD ESSET NUDATUS, SPOLIAVERAT ENIM EUM AARON PROPTER IGNOMINIAM SORDIS, ET INTER HOSTES NUDUM CONSTITUERAT? ℟ cum Liran. Tost. Oleast. Cartus. Barrad. & alijs, vidisse Mosem populum nudatum seu spoliatum inauribus aureis, quas ad conflationem vituli aurei ad Aaronem tulerat, est ergo sensus, quia populus magnam celebrabat festivitatem, & videns Moses, *quòd esset nudatus*, siue non indutus & ornatus inauribus, quibus se ornare & comere solebat, præsertim in tali festivitate: *spoliaverat enim eum Aaron* quando inaures ab eo ad confectionem vituli collegit, *propter ignominiam sordis*, id est, vt idolum sordidissimum, & ignominiâ plenum faceret, *& inter hostes nudum constituerat*, quia inter hostes solitudini propinquos inauribus spoliatus & nudatus consistebat, carentes enim comptu, expositi erant hostium ludibrio.

XV. *Cur DEus præmonet Mosem, ne deprecetur pro populo ad avertendam intentatam vltionem?* v. 10. DIMITTE ME, UT IRASCATUR FUROR MEUS, ℟. Julian. Apostata ex hoc loco calumniatur, Deum Hebræorum varium esse, inconstantem, & pœnitentem sui consilij, Ast bene ei respondet Cyrill, l. 5. contra eum & Theodor. hîc, ac S. Greg. l. 9. Moral. 11. & 12, id DEum fecisse non mutabilitate animi, sed *imò*, vt ostenderet, quanti faciat sanctos suos, & preces eorum: *Sententia enim DEi Sanctorum precibus frangitur.* ait S. Hieron. in 13 Ezech. *2dò* vt ostenderet immensam clementiam suam: non enim absoluta & efficaci voluntate decreverat delere Hebræos, sed conditionata, si videlicet nullus se sequestrum & deprecatorem pro eis interponeret, quam conditionem ipse poni voluit, vt clementiam suam patefaceret, ideoq; Mosi revelavit peccatum populi, vt Moses oraret pro eo, ipseq; exoratus populo parceret. Quid est aliud, ait S. Greg. dimitte me, quàm deprecandi ansam præbere.

Levitæ aliqui adorarunt vitulū

XVI. *An Levitæ adorarint vitulum?* ℟ aliquos adorâsse, nam Aaron fecit vitulum, hunc autem quasi caput tribûs Levi, multi ex Levitis secuti sunt. Rursum multi Levitæ hîc à suis occisi sunt; ergo fuerant illi participes criminis & vituli adorati, occisos autem esse patet v. 29. ubi Moses Levitis ultoribus dicit: *Consecrastis manus vestras hodie Domino, unusquisq; in filio, & in fratre suo, vt detur vobis benedictio.*

XVII. *Quomodo ergo hîc dicuntur congregati ad Mosem omnes filij Levi, si aliqui ex eis occisi sunt?* ℟. dicuntur omnes, id est pleriq; omnes, pene omnes. Vox enim omnis in Scriptura subinde non absolutè omnes, sed magnam multitudinem significat, vt patet Jud. 20. 11. vbi dicitur universus Israël congregatus, cùm tamen deessent viri Jabes Galaad, vti dicitur cap. seq. v. 8. Simile est 2. Reg 16. 22. & c. 17. v 14.

De quo libro petit deleri Moses.

XVIII. *De quo libro petijt Moses deleri?* ℟. Multi putant Mosem loqui de libro vitæ seu prædestinatorum, malleq; ex hoc libro deleri, quàm populo noxam non dimitti. Hæc sententia multas patitur difficultates, qualiter nimirum Moses hoc seriò & absq; peccato petere potuerit. Sedulus est Corn. in enodanda hac difficultate, & verbis Mosis hunc reddit sensum: si non dimittis, nolo scribi in libro tuo; malo enim deleri, quàm populo non dimitti, aut ergo

dimitte,

dimitte, aut dele me. Sed in quemcunq; sensum Corn. verba Mosis interpretari conatur, semper tamen manet gravis illa difficultas, hoc Mosen nec prudenter, nec bonâ conscientiâ petere potuisse. Igitur S. Hieron. ep. 151. ad Algasium q. 9. S. Greg. l. 10. Mor. c. 7. Dicunt DEum duplicem habere librum vitæ æternæ, & vitæ temporariæ, & de hoc ultimo loqui Mosen, cùm ex DEi libro deleri petit, q. d. notatos habes velut in libro vivos, sed malo, vt me de hoc libro deleas, & vivere non permittas, sed mori facias, quàm vt populo hanc noxam non dimittas, aut promeritam pœnam non condones, malo enim vt ego solus, quàm tot millia hominum vitam perdant.

Dies ultionis. XIX. *Quis est dies ultionis, quo DEus dicit se visitaturum & hoc peccatum eorum,* v. 34. ℟. Verisimile est, DEum peste immissa, vel aliâ plagâ Israëlitas puniviffe, postquam cum Mose locutus est, vt intelligerent illi in DEum maximum peccatum esse commissum, cùm vitulus est fabricatus, & pro DEo adoratus, & sic optimè respondet versus sequens tamquam executio hujus sententiæ & comminationis: *Percussit ergo Dominus populum pro reatu vituli.* Forsitan dies ultionis dicitur ille, quo Dominus tulit sententiam, vt omnes à 20. annis, & supra in deserto vitam amitterent Num. 14.

CAPUT XXXIII.

Moses orans, DEum populo reconciliat, impetratq; vt non Angelus, sed DEus ipse, sit viæ dux. Deinde petit Moses videre gloriam DEi, auditq;: videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris.

Urgetur populus intrare terram promissam. QUæstio I. *Cur DEus Hebræos post commissam idololatriam urget intrare in terram promissam.* v. 1. ? ℟. cum de Padilla Annotat. in Habac. c. 3. dis. c. 4. Num. 27. Prævidebat DEus populi resipiscentiam, & crimen commissum pœnitentiæ piaculo expurgandum, hujusmodi autem intuitu oculos ab idololatria avertit, & populum remunerari festinat, præsagus ipsius profectus, qui sæpe major est ex incidentia, & ad meliorem frugem reducit errantem. Vide quantum prosit pœnitentia peccatori, tantum erat populi flagitium, vt non nisi omnimoda ejus excisio timenda fuerit, attamen tanta est ejus bonitas, vt prævisâ pœnitentiâ pronior sit ad benefaciendum, quàm unquam aliàs, hoc indicatur parabolâ illâ Luc. 15. Ubi bonus pastor ovem errantem in humeris suis reportat in ovile. Si non errasset, humeris reportata non fuisset, sed proprijs ambulare debuisset pedibus, prout cœteræ oves. Pœnitentia uberiores promeretur favores, quàm præcedens innocentia ante lapsum in peccata.

II. *Quo sensu dixit DEus* v. 3. NON ASCENDAM TECUM, *siquidem ubiq; est, & semper erat in castris Israelitarum?* ℟. DEi verba intelligenda esse de peculiari quadam providentia, & cura populi, non ascendam cum eo, non geram illius curam, vt egi hactenus; vel loquitur Dominus more humano, q. d. non curabo, quid agat, relinquam eum propter tantum scelus, ita me geram, ac si cum ipso non ascenderem, vel Angelum mittam, qui eos præcedat & ducat, sed qui non loquatur nomine meo, neq; dicat, *ego sum Deus &c.* Lyranus sic interpretatur, non ascendam tecum per operationem miraculorum, sicut hactenus.

Tabernaculum extra castra. III. *Quodnam fuit tabernaculum, quod Moses collocavit extra castra.* v. 7. ? ℟. Hoc tabernaculum non erat illud, quod jussit fieri Dominus c. 26. quodq; erectum esse legitur c. 40. in quo erat arca &c. Hoc enim nondum erat factum, sed fuit aliud quoddam minus tabernaculum, seu tentorium Mosis, ubi etiam convenire solebant seniores, acturi consilium cum Mose. Habuisse autem Mosen adhuc aliud tabernaculum in ipsis castris, ubi cum vxore cœteraq; familia morabatur, sentit Barrad. Hoc verò tabernaculum, quod elongavit à castris, fuisse eo fine erectum, vt in eo DEum adoraret & consuleret, quod ipso ad suum tentorium in castris locatum redeunte, remanens Josue custodiebat. Elongavit autem Moses hoc tabernaculum à castris, tum quia hæc immunda erant ex idololatria in ipsis peracta, & consequenter indigna, vt in ijs esset tabernaculum DEi cultui destinatum, tum quia cum sceleratis idololatris, commorari noluit veri DEi cultor Moses, saltem quando orationi & colloquio cum DEo vacabat, tum vt omni prorsus honore priuarentur in pœnam sceleris, exuti erant ornatu suo, DEusq; ab eis recesserat, hinc & Moses DEi internuntius se ab ijs sejungit. Ubi vides qualiter vitandi sint impij, præsertim DEI contemptores.

Loqui facie ad faciem. IV. *Quid est loqui facie ad faciem* v. 11. ℟. Probabile videtur DEum, id est, Angelum DEi locum tenentem dici cum Mose locutum facie ad faciem, quia Moses faciem Angeli, qui corpus aëreum assumpserat, cernebat, sicut solet amici, cum quo loquitur, faciem cernere. Sic vidit Jacob Angelum Gen. 32. & dixit: *Vidi DEum facie ad faciem,* id est, Angelum in corpore assumpto. Illa verba Deut 5. *Facie ad faciem, locutus est nobis in monte de medio ignis,* exponi possunt non de populo, sed de Mose solo, qui nomine populi leges à DEo accipiebat, estq; sensus: facie ad faciem locutus est nobis Dominus, quia facie ad faciem locutus est mihi, qui se-

queſter veſter eram & mediator. Vnde mox ſequitur: *Ego ſequeſter & mediator fui inter Dominum & vos in tempore illo, ut annuntiarem vobis verba ejus &c.* Si dicas, infra petit Moſes à DEo: *oſtende mihi faciem tuam*, ergo non videbat faciem Angeli, reſpondebo ſuo loco.

Notitia facialis.

V. *Quid petijt Moſes cùm dixit* v. 13. OSTENDE MIHI FACIEM TUAM? Et v. 18. OSTENDE MIHI GLORIAM TUAM? ℟. Magnæ auctoritatis eſt ſententia petijſſe eum viſionem DEi intuitivam, ſiue ipſam eſſentiam Divinam videre, aut ut Theologi loquuntur, notitiam facialem ſeu claram. Ita ſentit Suarius de DEo Trino & Uno l. 2. c. 30. n. 13. Primùm quia cognitiones alias in figura & gloria corporali ſatis familiares habuit Moſes. Deinde probatur ex ipſo modo poſtulandi. Nam dicit: *oſtende mihi gloriam tuam*, per quod manifeſtè petijt claram DEi viſionem. Nam Dominus reſpondit: *Ego oſtendam tibi omne bonum*, hoc eſt me ipſum; & infra: *non videbit me homo & vivet.* Non intellexit autem viſionem ſui obſcuram, cùm hanc ſæpè Moſes habuerit, nec ob id mortuus fuerit, intellexit ergo claram DEi viſionem. Ita ratiocinatur Aug. 11. de Gen. ad lit. c. 27. Concupierat Moſes, inquit, videre DEum, non utiq; ſicut viderat, in monte, nec ſicut videbat in tabernaculo, ſed in ea ſubſtantia, qua DEus eſt, nulla aſſumpta corporali creatura, neq; in ſpiritu, figuratis ſimilitudinibus corporis, ſed ſpeciem ſuam, quantùm eam capere creatura rationalis poteſt, ſevocata ab omni corporis ſenſu & ab omni ſignificativo ænigmate: ſic enim ſcriptura Exod. 33. 13. *oſtende mihi temetipſum manifeſtè, ut videam te*: (juxta LXX.) cùm paulò ſuperiùs legatur locutus Dominus ad Moſem facie ad faciem, ſicut quis loquitur ad amicum ſuum; ſentiebat ergo, quid videbat, & quod non videbat, deſiderabat. Sic Aug. Oleaſter, Toſtatus, Corn. & Menoch. dicunt Moſen nihil aliud petijſſe, quàm vt DEus, ſiue Angelus DEi perſonam gerens ſe ei videndum exhiberet, quem hucuſq; tantùm loquentem, & nube tectum audierat, petijt ergo, vt nube remota corpoream illam ſpeciem, quam Angelus aſſumpſerat, videre poſſet. Nam quia Moſes bene noverat, Angelum formam ſpecioſiſſimam majeſtatis & gloriæ plenam aſſumpſiſſe, eam oculis corporeis intueri cupit, tum vt ex ea deveniret in clariorem diuinæ majeſtatis cognitionem, tum vt eam populo annuntiare & deprædicare poſſet, prout ſup. c. 3. v. 3. DEi nomen revelari ſibi petijt, vt illud interroganti populo dicere poſſet.

Quod omne bonum oſtendit DEus Moſi.

VI. *Quid denotant verba* v. 19. EGO OSTENDAM OMNE BONUM TIBI? ℟. omne bonum non appellari hîc divinam eſſentiam, ſed corpoream figuram, quam Dominus Moſi oſtendit. Nam DEus oſtendit omne bonum Moſi in monte Sinai, at verò non oſtendit eſſentiam ſuam ſed corpus gloriâ plenum. Aliqui verba hæc ſic exponunt: oſtendam tibi omne bonum, id eſt, eſſentiam, non tamen modò, ſed cùm ad inferos deſcendero. Hugo Vict. Oſtendam, inquit, omne bonum tibi, hoc erit in futuro, in quo viſio DEi æterna eſt. Gloſſa interlin. Ego oſtendam omne bonum tibi, id eſt, requiem æternam dabo tibi, in qua eſt omne bonum in viſione DEi &c. At DEus loquitur de tempore paulò pòſt futuro, non verò de tempore futuro poſt mortem Moſis. Abul. hic, q. 17. ait DEum demonſtrâſſe Moſi corpus pulcherrimum, vt oculos corporis ejus oblectaret, & eſſentiam divinam, vt oblectaret animum. Verumtamen cùm DEus corporis illius pulcherrimi faciem Moſi oſtendere noluerit, quomodo credendum eſt, voluiſſe oſtendere eſſentiam, quod erat multò majus. Crediderim horum verborum: *oſtendam omne bonum tibi*, hunc eſſe ſenſum: oſtendam tibi maximum bonum, ſcilicet corpus pulcherrimum, oſtendam tibi imaginem quamdam majeſtatis meæ & gloriæ.

Gloriam ſuam quomodo DEus oſtendit Moſi.

VII. *Quomodo Dominus oſtendit Moſi gloriam ſuam?* ℟. juxta v. 22 hîc, erat in Sina (vbi DEus Moſen alloqui, & ei apparere ſolebat) rupes quædam diſciſſa in cujus fiſſuram ſeu foramen ſe conferre, & quaſi abdere debebat Moſes, quod foramen, cùm DEus tranſire vellet, nube vel alio corpore opaco operiebat, & obnubilabat, ne tranſeuntis DEi facies à Moſe videri poſſet, & præfulgidi ejus radij ſole longè rutilantiores Moſen excœcarent, cùm verò DEus paululùm pertranſiſſet foramen, averſa jam ab eo facie, removebat DEus nubem, vt Moſes tranſeuntis DEi tergum intueri poſſet, quod abſq; læſione & periculo intueri poterat, quia minus fulgidum & coruſcum erat quàm facies. Oleaſt. & de la Haye putant, quòd hæc rupes à tergo fuerit pervia, ſeu patula, vbi eam ingreſſus eſt Moſes, habuerit verò in anteriore ſui parte foramen, magnitudinem manûs ſeu volæ adæquans, cui Moſes oculos applicare debebat, vt inde tranſeuntem DEum proſpiceret, qui oppoſita ad foramen manu illud claudebat, & impediebat, ne Moſes tranſeuntis DEi faciem videre poſſet, mox autem vt anteriori parte ſeu faciè foramen pertranſierat, remiſſam ad illud manum retrahebat, vt tunc per apertum foramen, vicinum adhuc tergum DEi videre poſſet, & hoc eſt, *protegam dexterâ meâ.*

CAPUT XXXIV.

Moſes reparatis tabulis redit ad montem: DEus coram eo tranſit, videt Moſes DEi poſteriora, ſeu tergum, renovatur fœdus cum Hebræis, & tabulis inſcribitur. Moſes cornuta facie ad populum redit, timet ille & fugit: hinc Moſes velat faciem, & ſic ipſe velatus cum populo, & populus cum eo loquitur.

Quæ-

Verba Dominator Domine protulit Deus & Moſes

QUæſtio I. *Quis protulit illa nomina DEi v. 6.* DOMINATOR DOMINE &c.? ℟ Abulenſis, Cajetanus, Burgenſis & alij volunt DEum, qui Moſi in fulgenti corpore apparuit, ea protuliſſe. Probatur hæc opinio, quia DEus Exod. 33. ait Moſi *Vocabo in nomine Domini coram te.* id eſt, quando me tibi tranſeunter oſtendero, vocabo in nomine Domini, id eſt epitheta nominis DEi clamore aliquo eloquar, dicens: Dominator DEus, miſericors &c. Vulgata verò videtur inſinuare, quòd Moſes hæc locutus ſit. Utramq; lectionem conciliat de la Haye, dum inquit, dicere poſſumus juxta veritatem Hebraicam Dominum verba protuliſſe, & ſecundùm noſtram vulgatam verba hæc etiam protuliſſe Moſen, verba enim primò prolata fuerant à Domino, tum ſecundò ab ipſo Moſe, vt videlicet ſermonem aſſumpſerit, & ijſdem verbis, quibus edoctus fuerat, magnum nomen protulerit. Quod ne cui durum videatur, produco locum in ſcripturis apertum, quem ita intelligere neceſſariò cogimur. In parabola ſiquidem vineæ, quando coloni filium Patris familias ejecerunt extra vineam & interfecerunt, ait Dominus Matt. 21. Cùm ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis ſuis? ajunt illi, malos malè perdet, & vineam ſuam locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructum temporibus ſuis; attamen & Marc. 12, & Lucæ 20. conſtat hæc verba à Domino fuiſſe dicta, ſic enim eſt vtrobiq;, quid ergo illis faciet Dominus vineæ? veniet & perdet colonos illos, & dabit vineam alijs: eſt ergo mendax ſcriptura? abſit, quid igitur? dicendum quòd Dominus primum interrogaverit Judæos, quibus cum loquebatur, quid faciet Dominus vineæ agricolis illis, cum veniet at illi reſponderunt, malos malè perdet &c. Quod cùm dixiſſent, mox Dominus ſermonem reaſſumpſit, inquiens: veniet & perdet colonos illos, & vineam locabit alijs, q. d. ex ore veſtro vos judico, profectò ita erit, veniet Dominus vineæ & perdet colonos &c.

Moſes non vidit eſſentiam DEI.

II. *An Moſes viderit divinam eſſentiam?* ℟ dent multi cum S. Aug. Moſen vidiſſe divinam eſſentiam, aſt hoc loco poſteriora tantùm vidiſſe conſtat corporis fulgentis, non eſſentiam DEi ſi verò eſſentiam DEi vidiſſet, maximè hoc loco vidiſſet, cùm à DEo petivit: *oſtende mihi faciem tuam*, item: *oſtende mihi gloriam tuam*, aſt non eſt oſtenſa illi nunc eſſentia, vt dixi c. præced. q 7ma. neq; eſt locus alius, qui ab eo conſpectam probet. Affertur ille locus Num. 12 *Ore ad os loquar ei, & palàm, non per ænigmata & figuras Dominum vidit.* At verò ſi locus hic probat, Moſem vidiſſe eſſentiam divinam, non ſemel ſed ſæpiſſimè illam vidit: nam ſæpiſſimè cum Moſe DEus loquebatur. Significant ergo verba Num. 12. idem, quod illa Exod 33. loquebatur Dominus ad Moſem facie ad faciem, quorum explicationem v. c. præced. q. 4.

Tabulæ ſecundæ à quo ſcriptæ

III. *A quo ſcriptæ ſunt ſecundæ tabulæ?* ℟ Primas tabulas ſcriptas eſſe digito DEi patet e 31. & 32. cap. Exod. Secundas à Moſe factas & aſſeruatas in arca etiam à DEo ſcriptas eſſe probant hîc v. 1. *Præcide tibi duas tabulas lapideas inſtar priorum, & ſcribam ſuper eas verba, quæ habuerunt tabulæ, quas fregiſti:* Et Deut. 10. inquit, *Scribam in tabulis verba, quæ fuerunt in ijs, quas ante confregiſti.* Item Moſes eodem cap. *Scripſit*, (inquit) ſcilicet DEus, *in tabulis juxta id, quod priùs ſcripſerat, verba decem, quæ locutus eſt vobis in monte, de medio ignis*, id eſt, mandata 10. Decalogi. A Moſe autem ſcriptas eſſe ſecundas tabulas probant hæc verba Exod. 34 v. 27. dixit Dominus ad Moſen, *Scribe tibi verba hæc, quibus & tecum, & cum Iſrael pepigi fœdus. Fuit ergo ibi cum Domino 40. dies & 40. noctes panem non comedit, & aquam non bibit, & ſcripſit in tabulis verba fœderis 10.* Abul. hîc q. 3 reſpondet DEum ſcripſiſſe non ſolùm primas, ſed ſecundas etiam tabulas. Verba illa DEi, quæ oppoſita ſunt ex c. 34. Exod *Scribe tibi verba hæc, quibus & tecum & cum Iſrael pepigi fœdus, de tabulis dicta negat.* Sic verò exponit: Scribe tibi non in tabulis, ſed in libro verba hæc, quibus tecum, & cum Iſrael pepigi fœdus, hoc eſt, ſcribe in libro mandata hæc, quæ tibi modò tradidi, tradiderat enim Dominus tunc mandata quædam Moſi. Aſt adverſari videntur verba illa: *Fuit ibi Moſes cum Domino 40. dies & 40. noctes & ſcripſit in tabulis verba fœderis 10.* Quiſnam ſcripſit niſi Moſes, non in libro, ſed in tabulis? Reſpondetur, verba hæc: *ſcripſit in tabulis verba fœderis 10.* non referenda eſſe ad Moſen, ſed ad DEum. Nam præceſſit: *fuit ibi cum Domino 40. dies & 40. noctes*, ſequitur, *& ſcripſit*, (videlicet Dominus) *in tabulis.* Eſſe autem ſic exponendum hunc locum indicant loca citata, in quibus DEus apertè dicitur decem mandata in tabulis ſcripſiſſe: & initio hujus cap. ait: *Scribam ſuper eas verba &c.* quod pollicitus eſt initio capitis, dicitur feciſſe his verbis: *Scripſit in tabulis verba fœderis 10.* Hanc opinionem ſequitur Lyranus, Cajet. Oleaſt. & alij

Splendor in vultu Moſis

IV. *Unde ſplendor ortus eſt in vultu Moſis?* ℟ Abulenſis vult ortum eſſe cùm Moſes corpus illud fulgentiſſimum vidit per foramen, à corporis enim fulgore fulgorem accepiſſe arbitratur, voluit nimirum DEus aliquid illi ex fulgore corporis, quod videbat communicare. Sic in transfiguratione in monte Thabor, eidem Moſi non ſolùm oſtendit corpus ſuum fulgentiſſimum, ſed ſplendorem etiam illi impertivit, & Eliæ, *Viſi ſunt in majeſtate*, vt ait Luc. c. 9.

Facies Moſis cornuta.

V. *Cur Moſis facies dicitur cornuta, cùm cornua non habuerit?* ℟ ideo dici cornutam quia fulgida erat, & fulgoris radios, veluti cornua emittebat, quos tam Aaron, quàm reliqui Synagogæ proceres refugerunt. Hos ſplendoris radios S. Paul. 2. Cor. 3. *Gloriam* appellat: *ita* inquit, *vt non poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moſi propter gloriam vultûs ejus*, Et Chaldæus; Neſciebat Moſes, quòd multiplicatus eſſet *ſplendor gloriæ* vultus, cùm loqueretur cùm eo

VI.

VI. *Quamdiu hic splendor in facie Mosis duravit?* ℞. Cajet. putat durasse eo tempore, quo præcepta DEi Moses populo recitavit, Abul. hîc q. 26. putat, durâsse vsq; ad mortem Mosis, nam beneficium, quod DEus gratis donat, non aufert; nisi is, qui accepit, indignum se illo præstiterit. Moses autem semper dignus fuit illa luce. Præterea si DEus abstulisset lucem à vultu Mosis, magnâ ignominiâ illum affecisset, putasset enim populus ablatam propter aliquod crimen, igitur illam non abstulit. Fortè duravit tamdiu, inquit Barrad. splendor ille, quamdiu populus fuit prope montem Sinai, postea desijt, ne Mosi opus esset tecta facie cum populo loqui, id enim molestum fuisset. Desijt autem absq; vlla ignominia Mosis, quia videbat populus, jam non esse necessarium. *Splendor in vultu Mosis quamdiu duravit.*

CAPUT XXXV.

Sabbathi custodia, & materiæ pro constructione tabernaculi præparatio repetitur. Beseleel & Ooliab artifices tabernaculi designantur.

QUæstio I. *Quomodo intelligenda verba* v. 3. NON SUCCENDETIS IGNEM IN OMNIBUS HABITACULIS VESTRIS PER DIEM SABBATHI? ℞. Rabbini censent, Sabbatho non licuisse succendere ignem vlla de causa, etiam frigoris ad se calefaciendum. Sed hi nimis religiosi vel superstitiosi sunt. Unde addunt ipsi apud Corn. non solùm non esse struendum ignem die Sabbathi, sed neq; ex lapide aut metallo eliciendum, neq; fovendam lampadem, nisi fortè propter infirmum: & vt nunquam nugari desinant, interpretantur, si propter vim frigoris ignis accendi debeat, non esse folle, sed arundine sufflandum. Non licebat die Sabbathi succendere ignem, intellige ad coquendos cibos, nam in paschate & alijs festis licebat cibos coquere, ideoq; ignem accendere, vt patet c. 12 v. 16. non autem in Sabbatho, ita Abulensis, Cajet. & alij. Vide hîc quàm lex vetus servorum fuerit dura & rigida, lex verò nova filiorum sit blanda & facilis. *Ignem non licebat Sabbato succendere.*

II. *Quid erat tabernaculum?* ℞. erat velut templum mobile, & per iter, quo pergerent portatile, in quo Israelitæ & preces suas funderent, & oblationes facerent. Porrò Tabernaculum in generali significat quodcunq; tectum vel domum. Strictiùs tamen & apud profanos etiam scriptores usurpatur pro tentorio, & ita accipitur in scriptura Gen, 13. v. 18. ubi Abraham legitur movisse tabernaculum, id est, tentorium. Nec enim veteres illi Patriarchæ in domibus, sed in papilionibus seu casulis quasi peregrini cum sua familia degebant. De Ismaele dicitur Gen. 16. *è regione fratrum suorum figet tabernacula*, id est, illis bellum indicet, instructo exercitu, fixisq; tentorijs. Tabernaculorum usus erat olim potissimus in castris, vti etiam modò, ubi nihil frequentiùs extensione tentariorum castrensium, sub quibus miles depellat injurias aëris, & supellectilem suam, ac commeatum servet. Constat certè filios Israël totis annis 40. in tentorijs seu tabernaculis commoratos in deserto, siue alijs habitaculis; unde in illius rei memoriam, institutum festum *Tabernaculorum*, de quo alibi: Hic autem præcepit DEus fieri tabernaculum velut templum mobile ac portatile, in quo preces suorum exaudiret. Erat velut Domus DEi, in qua eum Hebræi colebant, & ipse vicissim significabat se eorum protectorem & umbraculum. Erat igitur instar tentorij castrensis, quod per desertum cum illis ambulabat, poteratq; per partes dissolvi & conuasari, quando erant movenda castra. *Tabernaculum quid erat.*

III. *Quæ fuit materia tabernaculorum?* ℞. fiebant aliquando ex sagis, cilicio, pilis caprarum, aut camelorum, at frequentissimè ex corio & pellibus, quare tum apud sacros, tum apud profanos authores pelles pro tentorijs & tabernaculis usurpari videas. Cuiusmodi sunt pelles Salomonis Cant. 1 5. quibus in festo Tabernaculorum utebantur, *& pelles terræ Median* Habacuc 3 7. id est, castrensia Madianitarum tabernacula; unde & Pelliones dicti, qui pelles conficiebant, sub quibus milites hyemarent. Frequens quoq; illud apud Cæsarem & Livium *sub pellibus hyemare.*

IV. *Quæ sunt opera Polymitarij, & quæ plumarij* v. 35.? ℞. Plumarius est, qui acu pingit; Polymitarius verò, qui texturâ ingeniosâ varia intexit, & efformat, vt fit in tapetibus. Ita Tost. & Corn.

Reliqua, quæ hoc & sequentibus capitibus recensentur, sunt repetitiones eorum, quæ Dominus fieri jussit cap. 25. 26. 27. 28. 30, vt ea hic facta & perfecta esse doceat. Unde reliqua capita hujus libri omitto.



QUÆSTIONES EXEGETICÆ IN LEVITICUM.

Quæstiones Proœmiales.



Uæſt: I. *Quid ſcripſit Moſes in libro Leviti?* ℞. Deſcripſit muni
Sacerdotum & incidenter aliorum Levitarum, nam uſq; ad c. 8. agi
de qualitate & varietate ſacrificiorum. Inde uſq; ad c. 23. de Sacer
dotibus, & Levitis, eorumq; conſecratione & officijs. Deinde uſq
ad finem libri de temporibus ſacrificio deſtinatis, putà de Feſtis die
bus, poſtea de votis, votorumq; redemptione quædam inſeruntur

Sacrificium

II. *Quid eſt Sacrificium?* ℞. eſt oblatio rei ſenſibilis, à le
gitimo miniſtro facta DEO per realem immutationem, ad teſtan
dum ſupremum illius Dominium & noſtram ſubjectionem. Dic
per realem immutationem: quia per hoc diſtinguitur ſacrificium ab oblatione, quòd in ha
res integra offerebatur DEo, uti patet in oblatione decimarum, & primitiarum; in ſacrifici
verò res oblata occidebatur, ſi eſſet animata; ſi verò eſſet inanima, conſcindebatur, contere
batur, comburebatur, vel effundebatur, itaq; immutabatur, & interimebatur. Sic panis in fru
ſta diſſecabatur, ſimila ſartagine, clibano vel craticula coquebatur, ſal urebatur, thus ado
lebatur, manipulus ſpicarum torrebatur, triticum conterebatur.

Sacrificia tria.

III. *Quot fuerunt ſacrificiorum genera?* ℞. fuiſſe tria. Primum & præcipuum appellatu
holocauſtum, 2dùm Sacrificium pro peccato, tertium victima, ſiue hoſtia pacifica. De ho
locauſto agit Moſes hîc c. 1. & 2. De hoſtia pacifica c. 3. De ſacrificio pro peccato c. 5 & 6
His adde quartum, ſcilicet mincha, ſeu ſacrificium ex ſimila aut pane.

Animalia quæ immolabantur.

IV. *An omnia animalia DEO immolabantur?* ℞. minimè. Ex terreſtribus enim ſo
boves, arietes, oves & capræ, ſeu hœdi immolabantur. Ex volucribus turtures tantùm & co
lumbæ. In emundatione verò leproſi paſſeres. Piſces non juſſit DEus ſibi offerri, vt ait S
Thomas, quia in aqua vivunt magis alieni ab hominibus, quàm cœtera animalia, quæ in àër
vivunt, ſicut homines. Præterea quia extracti moriunrur, neq; poterant in templo occidi &
immolari.

Sacrificia cur DEus ſibi voluit offerri.

V. *Cur DEus voluit ſibi offerri ſacrificia?* ℞. Multis de cauſis voluit Dominus ab initi
mundi ſibi offerri ſacrificia ab Abel, Noe & alijs Patribus. *imò,* vt Chriſti paſſionem, ſacrifi
cium admirabile adumbrarent. S Thom. 1. 2. q. 102. art. 3. Animalia, inquit, offerebantur i
lege, vt vnum Chriſti ſingulare & præcipuum ſacrificium figuraretur, tanquam perfectum pe
imperfecta. *2dam* rationem dat ibidem S. Thomas: [In oblatione ſacrificiorum proteſtabatu
homo, quòd DEus eſſet primum principium creationis rerum, & vltimus finis ad quem omni
referenda, & quia pertinet ad rectam ordinationem mentis ad DEum, vt mens humana no
recognoſcat alium primum Auctorem rerum niſi ſolùm DEum, neq; in aliquo alio finem ſuun
conſtituat: propter hoc prohibebatur in lege offerri ſacrificium alicui alteri, niſi DEo ſecun
dùm illud Exod. 22 *qui immolat Dijs, occidetur, præterquam Domino ſoli.*]

Si dicas, nonne Sanctis ſacrificium offerimus Euchariſtiæ? ℞det Concilium Trid Seſſ. 22
c. 3. Eccleſia quamvis in honorem & memoriam Sanctorum nonnullas interdum Miſſas cele
brare conſueverit, non tamen illis ſacrificium offerri docet, ſed DEo ſoli de illorum victorijs gra
tias agens, eorum patrocinia implorat. Pariter altaria DEo eriguntur in memoriam Sancto
rum. Tertiam cauſam ſumit Carthuſianus à forti vehementiq; impreſſione juſtitiæ & miſeri
cordiæ DEi, quam hujuſmodi ſacrificia faciebant. Nam eo ipſo, quòd homines ejuſmodi ani
malia offerebant, ac morti tradebant, ſeipſos morte dignos monſtrabant, & DEum eos juſt
poſſe occidere fatebantur, ſi ſecundùm eorum demerita faceret eis. Quòd verò mors eis debi
ta, morte animalium cõmutabatur, in hoc miſericordiam DEi recognoſcebant. Homo peccans
facit ſe reum mortis, quia per peccatum intravit mors in mundum, DEi verò miſericordia tan
ta fuit, vt peccantibus non ſemper inflixerit mortem & privaverit vitâ, ſed contentus fuerit
ſi per peccatum mortis rei facti, mactando animalia ſe dignos morte conteſtarentur morte ho
mini debita, commutata in mortem animalium. Hoc expendentes DEi miſericordiam agno
ſcebant & venerabantur, *3tiam,* Ad offerenda Sacrificia homines à natura ſua quamdam ha
ben

bent pronitatem & inſtinctum, quia enim DEi agnitio ſe per ſeipſam homini inſinuat, hinc ipſa ratio cultum aliquem ipſi exhibere ſuadet, qualis eſt ſacrificare. Ne autem Hebræi idolis ſacrificarent, ad quod valde proni erant, vt videre eſt in confectione & adoratione vituli, praua hac inclinatione ab Ægyptijs imbibita, ſibi ſacrificare præcepit, vt ſibi offerendis ſacrificijs occupati idolis ſacrificare negligerent & impedirentur, ita Tertull. l. 2. contra Marcion. c. 8. DEus, inquit, populum pronum in idololatriam & tranſgreſſionem ejuſmodi officij religioni ſuæ voluit adſtringere, quibus ſuperſtitio ſæculi agebatur, vt ab eo avocaret illos, ſibi jubens fieri, quaſi deſideranti, ne ſimulachris faciendis delinqueret. Hinc patet vetera ſacrificia fuiſſe bona & ſancta, DEoq; placuiſſe vtpote ab eo inſtituta, & in illius honorem oblata, erant enim actus religionis & latriæ.

Si referantur aliqui Patres qui videntur dicere, hæc ſacrificia non fuiſſe DEo grata, nec ejus deſtinata voluntate fuiſſe inſtituta, ſed tantùm ad vitandum majus malum, ne ſcilicet Hebræi in Ægypto ſacrificijs aſſueti, ad ea relaberentur, ℞dum eſt, Patres tantùm dicere, ea non fuiſſe grata DEo ſecundùm ſe, ſiue quatenus externa erant ſine cultu interno. Opponunt enim ea ſacrificio Chriſti, & actionibus virtutum, quæ ſecundùm ſe DEo placent, & hoc eſt, quod ajunt Theologi, ſacrificia & Sacramenta novæ legis DEo placere, noſq; juſtificare ex opere operato; vetera verò id feciſſe ex opere operantis. Unde diſplicebant illa DEo, ſi impuro corde à ſceleratis offerrentur. Et hoc eſt, quod ait DEus Iſa. 1. 11. *Quò mihi multudinem victimarum veſtrarum?* Plenus ſum: *holocauſta arietum, & adipem pinguium, & ſanguinem vitulorum & agnorum & hircorum nolui, incenſum abominatio eſt mihi*, quia ſcilicet à vobis impijs impio corde mihi adoletur; vos enim in externis illis ſacrificijs omnem ſanctitatem ponitis, itaq; internam ſanctitatem, quæ vera eſt, negligitis, & rapinis, ſtupris, alijſq; ſceleribus vos inquinatis. *Diſcrimen inter ſacrificia veteris & novæ legis.*

VI. *An DEo volente ac jubente latæ ſint leges ſacrificiorum?* ℞ Rupertus l. 1. in Iſa. c. 6. ait Moſem inſtituiſſe Iſraelitis ſacrificia DEo non volente, ſed permittente, quia talibus ſacrificijs in Ægypto aſſueti Iſraelitæ ſervire dijs alienis, à conſuetudine arceri non poterant. Idem ſentit Theodor. Cyril. Hieron. & alij. Patet tamen ex toto libro Levitici, Moſem ſacrificiorum leges tuliſſe, non ſolùm permittente DEo, ſed etiam volente & jubente. Non erant autem grata DEo per ſe ipſa, quaſi DEus eis indigeret, ideoq; ait pſ. 49. *Numquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo?* grata tamen erant propter pietatem offerentium. Unde Gen. 4. *Reſpexit Dominus ad Abel & ad munera ejus.* Priùs reſpexit ad Abelis juſtitiam, ac devotionem, poſtea ad munera. Iſa. 1. *Holocauſta arietum, & adipem pinguium, & ſanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui.* Nolebat autem ſacrificia ita offerri, vt ab immundis hominibus offerebantur, mundos volebat eſſe eos, qui offerebant, ideo ſequitur: *Lavamini, mundi eſtote &c.* *Leges ſacrificiorum Deo jubente latæ.*

VII. *An DEus præceperit Moſi, vt ferret leges ſacrificiorum?* ℞ præcepiſſe conſtat ex libris Exodi, Lev. Deut. Contrarium videtur DEus innuere Jer. 7. illis verbis: *Non ſum locutus cum Patribus veſtris, & non præcepi eis in die, qua eduxi eos de terra Ægypti de verbo holocautomatum, & victimarum, ſed hoc verbum præcepi eis dicens: audite vocem meam, & ero vobis DEus, & vos eritis mihi populus, & ambulate in omni via, quam mandavi vobis, vt bene ſit vobis.* Aſt verum eſt, quòd DEus, cùm ex monte loqueretur, non egerit de ſacrificijs, ſed decalogum pronuntiaverit, poſtea verò de ſacrificijs præcepta tradidit. Jeremias verò intelligendus eſt de pronuntiatione decalogi, & de tabulis, in quibus de ſacrificijs nihil DEus præcepit. Deinde populus vanâ quâdam fiduciâ ductus putabat propter templum vrbem non eſſe expugnabilem. Unde Jer. eodem cap. 7 ait: *Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt.* Peccata non cavebant, in templo, & in ſacrificijs fiduciam habebant. Ibid. v. 8: *Ecce vos confiditis in ſermonibus mendacij, qui non proderunt vobis, furari, occidere, adulterari, jurare mendaciter, libare Baalim, & ire poſt DEos alienos, quos ignoratis, & veniſtis & ſtetiſtis coram me in domo hac, in qua invocatum eſt nomen meum & dixiſtis: liberati ſumus, eò quòd fecerimus omnes abominationes iſtas.* Cùm ergo Iſraëlitæ in templo & in ſacrificijs fiduciam quamdam inanem haberent, operibus carentem, deprimit hanc fiduciam DEus, dicens ſacrificia non fuiſſe id, quod DEus præcipuè in lege quærebat, ſed obedientiam mandatorum. *Holocautomata*, inquit, *addite victimis, & comedite carnes*, hoc eſt, holocauſta, quæ ſunt præcipua ſacrificia, ex quibus nihil carnium comeditur, adjungite victimis; id eſt, hoſtijs pacificis, & comedite vos omnium carnes, nihil mihi offeratis. Nulla enim mihi ſacrificia veſtra placebunt, quia ſordibus peccatorum eſtis contaminati: perinde me habeo, ac ſi patribus veſtris nulla tradiderim præcepta de ſacrificijs. Cum enim Patres veſtros eduxi de terra Ægypti, non ſum locutus cum eis de verbo talium holocauſtorum & victimarum. Sacrificia offerri poſtulavi puro animo, & nulla idololatriæ ſorde inquinato, idq; præcipuè præcepi, vt vocem meam audirent, & mandata mea ſeruarent, quod vos non facitis.

CAPUT I.

Præscribit DEus ritum holocausti: idq; triplicis generis, imò boum; 2dò ovium vel caprarum; 3tiò avium nempe turturum & columbarum.

Holocaustũ.

QUæstio I. *Quid est holocaustum?* ℞ est sacrificium totaliter incensum ad honorem divinum. Holocaustum ex græco significat, totum combustum, quia totum igne absumebatur, ita vt de eo in cibum suum, neq; sacerdos, neq; is pro quo offerebatur, quidquam sibi vsurparet. Et quia ad honorem DEi totum igne absumebatur, ideo inter omnia legis sacrificia fuit perfectissimum, sicut & causa offerendi fuit perfectissima. Non enim pro peccatis offerebatur, nec pro impetrando beneficio aut gratiarum actione, sed ex mera devotione offerentis.

Victima immaculata.

II. *Quæ erat victima immaculata?* ℞ Quando scriptura nominat victimam immaculatam, non est intelligenda de macula pellis vel velleris, siue non significat armentum aut pecus esse debere vnius coloris, sed quod debeat integrum & perfectum, omnis vitij expers, non macilentum, non claudum, non monstrosum, & hoc est, immaculatum esse. Unde LXX. vertunt *irreprehensibile*, quæ vox omnem defectum, & omne vitium excludit. Macula hæc explicatur Lev. 22. 22: *Immaculatum offert, vt acceptabile sit; omnis macula non erit in eo, si cæcum fuerit, si fractum, si cicatricem habens, si papulas aut scabiem, aut impetiginem.*

Manuum impositio super hostiam.

III. *Cur fiebat impositio manuum super caput hostiæ?* ℞ fiebat *imò* ideo, vt offerens hoc ritu significaret se hostiam DEo tradere, è manu sua transferre in jus DEi, sicut veteres imposita manu seruos suos manu mittebant in libertatem. Ita Lyr. Tost. *2dò* vt offerens significaret se peccata sua imprecari & victimæ imponere, licet enim holocaustum primariò ad honorem DEi offerebatur, secundariò tamen pro peccatis & ad placandum DEum fiebat. Sic Ægypti; Gentiles capiti victimæ imprecabantur: si quid fortè esset, quod vel sacrificantibus vel Ægypto nociturum esset, vt id omne in caput victimæ converteretur, moxq; caput victimæ relecabant, & in flumen projiciebant. *3tiò* vt per hoc tacitè offerens se totum cum victima in holocaustum offerre contestaretur.

Sacrificia vetera non erant expiatoria.

IV. *An ex verbis illis v. 4.* IN EXPIATIONEM EJUS PROFICIENS *rectè intulerit Calvinus, per sacrificia vetera, modo Sacramentali reconciliatos fuisse Judæos, solutosq; reatu & culpa in DEi judicio, sicut abluimur & soluimur per baptismum?* ℞ perversè, sequiturq; hæc sententia Calvini ex alio ejus principio, quo docet Sacramenta novæ legis non conferre gratiam ex opere operato, sed fidem, quam Sacramenta excitant, gratiam conferre, at Sacramenta esse tantùm sigilla gratiæ collatæ per fidem, quia ergo tam vetera, quàm nova Sacramenta & sacrificia non justificant, nisi per fidem, quam pari modo excitant, hinc secundùm Calvinum par est modus justificandi vtrorumq;. Ast hic est manifestus error, & adversatur S. Scripturæ ps. 50. *Si voluisses sacrificium, dedissem vtiq;, holocaustis non delectaberis.* ps. 49. 7. *Sacrificium & oblationem noluisti:* Gal. 4. 9. *Quomodo convertimini iterum ad infirma & egena elementa.* Heb. 10. 4. *Impossibile est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata.* Hic error damnatur à Concil. Trid. Sess. 7. can. 2. & meritò, quia hæc heresis ita novæ legis gratiam & Sacramenta extenuat, vt Judæos Christianis, & legem veterem novæ æquet, vtq; secundùm eam tam optabile fuerit esse Judæum quàm Christianum. Unde meritò Hunnius & alij librum scripserunt in Calvinum hoc titulo, *Calvinus Judaizans.* verba ergo illa, *in expiationem ejus proficiens* significant, quòd hostia hæc oblata valuerit ad expiationem pœnæ temporalis, quam aliàs DEus irrogâsset, vel etiam quia tollebat immunditiam legalem, & conferebat justitiam legalem, seu externam. Consistebat autem illa immunditia legalis in eo, quòd quis inter suos censeretur immundus & arceretur à sacris, vel deniq; auferebat culpam & pœnam æternam, non ex opere operato (hoc enim ne sacrificio quidem novæ legis, sed tantùm ejus Sacramentis tribuitur) sed ex opere operantis, putà ex contritioe & charitate offerentis.

Sanguis animalium mactatorũ.

V. *In quem locum recipiebatur tanta copia sanguinis ex mactatis victimis, quæ juxta altare effundebatur?* ℞. Abul. rem miraculo tribuit, quòd sanguis ille subitò in nihilum vel materiam aëream sit conversus, hujus tamen miraculi scriptura nullam facit mentionem, dicendum potiùs juxta altare fuisse subterraneos canales, meatus, per quos sanguinis illa copia, cùm opus erat, aqua permixta emittebatur.

Odor carnium combustarum.

VI. *Quomodo potuit gravis ille odor carnium combustarum tolerari?* ℞. Abul. censet, carnium nidorem & fœtorem divinitus fuisse sublatum, ijsq; inditum fuisse suauem odorem; alioquin enim in continuis sacrificijs fuisset gravissimus odor & intolerabilis fœtor.

Juge sacrificium.

VII *Quod erat juge sacrificium?* ℞ juge vocabatur, quia singulis diebus semper offerebatur. Immolabantur autem quotidie duo agni, vnus manè, alter vespere. De hoc holocausto est præceptum Lev. 6. Cremabitur in altari tota nocte usq; manè. Agni enim vespertini carnes per totam noctem ad matutinum usq; tempus paulatim incendebantur, itaq; noctu etiam DEo sacrificabatur. De agno, qui mane immolabatur, non præcipit lex, vt per totum diem comburatur,

ratur, usq; ad vesperam, Cajet. quidem putat, durasse ejus combustionem usq; ad vesperam, quousq; alter agnus succederet: attamen quia interdiu alia sacrificia offerebantur, probabilius censet Abul, combustum fuisse, vt alia holocausta.

CAPUT II.

Describit secundam speciem sacrificij, scilicet Mincha, seu sacrificium farreum. Quod triplex erat. Primum, similæ; 2dum panum coctorum, seu in clibano, seu in sartagine, seu in craticula; 3tium, spicarum.

Mincha an sacrificium.

QUæstio I. *An oblatio panis & similæ; seu Hebræis Mincha, fuerit propriè sacrificium?* ℞. affirmativè, patet ex ritu Mincha, quo panis aut simila cremabatur, aut alio modo immutabatur, ad DEi honorem, hoc enim planè arguit, Mincha fuisse verum sacrificium, non tantùm simplicem oblationem: in hac enim res non destruebatur aut consumebatur, sed integra offerebatur, vt integræ fruges, poma, nuces, panes fermentati & pulmenta, vt patet Num. 15. 19 & Lev. 19. 24. Si dicas cum Abul. Mincha non erat holocaustum, nec sacrificium pacificum, nec sacrificium pro peccato, ergo non erat sacrificium ℞ deo Negando consequentiam cum Corn. Nam illa tria, scilicet holocaustum, pacificum, & pro peccato, sunt tantùm diuisio & species victimæ animatæ, non autem inanimæ. Itaq; sacrificium in genere diuidendum est in animatum & inanime; animatum deinde diuidendum est in holocaustum, pacificum, & pro peccato. Inanime verò aliud erat solidum, vt farris & panum; aliud liquidum, vt libamen olei & vini. Tirinus dicit fuisse holocaustum secundùm quid, seu pro parte vna, non enim totum in altari adurebatur, vt fiebat in holocausto, sed pugillus tantùm ex eo, seu quantum manu capi poterat, in honorem DEi cremabatur, in memoriale seu memoriam totius muneris, quia nempe monumentum, seu signum erat, reliquam totam vel *similæ*, vel *panum*, vel *frugum* massam DEo consecrari. Unde & *Sanctum Sanctorum* hîc v. 3. & 10. vocatur, id est, sacrosanctum, seu tota sacra oblatio, quæ à nullo alio, quàm à sacerdotibus comedi poterat, nec nisi in loco sancto atrij tabernaculi Lev. 6. 16, ita vt nihil ex eo domum suam, nihil extra atrium efferre, aut vxoribus, aut liberis suis communicare possent. Hoc enim proprium erat ijs sacrificijs, quæ *Sanctum Sanctorum* seu sacrosancta vocabantur, vt solis sacerdotibus cederent, nec nisi in atrio sancto absumi possent. Ex alijs verò communibus sacrificijs vesci etiam domi suæ poterant vxores, liberi, & alij domestici sacerdotum.

Mincha cur instituit DEus.

II. *Cur DEus Sacrificium farreum seu Mincha instituit?* ℞. Voluit DEus subvenire deuotioni pauperum, vt qui tantæ essent paupertatis, vt ne turtures quidem emere possent, non excluderentur penitùs à sacrificijs, sed saltem offerrent *Mincha*, cùm enim farina ad quotidianum victum necessaria sit, nemo eâ carebat. Ex hoc tamen non sequitur, quòd non etiam divites potuerint offerre *Mincha*, quasi solis egenis hoc sacrificium fuerit assignatum, quia sicut his licebat offerre holocausta, ita illis *Mincha*, ambobus erat liberum, primariò tamen egenis in bonum, ne fructibus sacrificiorum penitùs essent defraudati. Deinde vt sacerdotibus de pane & annona provideretur, quia magna pars farinæ, panis &c. cedebat sacerdotibus, vt nimirum non solis sacrificiorum carnibus, sed & pane cibarentur. Adverte DEum etiam parva dona ab hominibus recipere, non solùm recipit vitulos, agnos, oves & capras, sed etiam similam, lagana, placentas ex clibano & sartagine. Sic etiam Exo. 25. non solùm aurum, argentum, & alia dona magna accipit, sed etiam pilos caprarum. Unde S. Cyrill. l. 9. de Adoratione sic scribit: Non aurum solùm quærebat DEus, aut ea fortasse, quæ vulgò suppeditari difficilè possent, etiam pilos caprarum quærebat & arietum pelles, vt ostenderet exiguum aut vile munus, si nihil is, qui offerre decreverit, præstantiùs habeat minimè à DEo respui, aut etiam fortasse rebus, quæ in maximo pretio sunt, æquari, aut magis quoq; laudari, vt Christus fecit, cùm non sine admiratione viduam illam excepit, quæ in gazophylacium exiguum quidem donum intulit, sed magnum ijs fortasse, qui in summa inopia versantur, quos verisimile est, etiam vilissimarum rerum amissione vexari.

Fermentum à Mincha exclusum.

III. *Cur fermentum à Mincha est exclusum* v. 11. ℞. quia fermentum cùm ex corruptione fiat, symbolum est corruptionis, & ideo significat tropologicè peccatum 1. Cor. 5. v. 8. *Epulemur non in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis.* Si enim DEus fermentum exclusit à Mincha veteris legis, quantò magis removendum est fermentum malitiæ à sacrificio Eucharistico, cùm hoc sit veritas, illud tantùm figura. DEus non nisi sincera, integra atq; incorrupta sibi offerri volebat. Deinde exclusum est fermentum à sacrificio Mincha ob frequentem memoriam beneficij liberationis ex Ægypto, cùm enim Hebræi egredientes ex Ægypto ita properarent, vt deesset tempus farinam fermentandi, debebant vesci azymis, in cujus recordationem annuatim septem diebus debebant azyma comedere Exod. 12. 15. Ob eandem rationem Mincha offerebatur absq; fermento, vt & per hoc illius liberationis, quoties offerebant, monerentur, & ad gratitudinem excitarentur.

Mel à Mincha exclusum.

IV. *Cur Mel à Mincha fuerit exclusum?* ℟. quia apud viros cordatos non est vsus illius in convivijs, solosq; pueros ac mulieres decet: & quia symbolum est voluptatis ac delitiarum, quas DEus abominatur maximè in sacrificijs. S. Hieron. ep. 12. ad Gaudentium: *Mel*, inquit, Prov. 5. *distillare* dicuntur *labia meretricis*, quod ad tempus impinguat vescentium fauces, & postea felle amarius invenitur. Unde & in Domini Sacrificijs mel non offerunt, cerâq; contemptâ, quæ mellis hospitium est, oleum accenditur in templo DEi, quod de amaritudine exprimitur olivarum. Pascha quoq;, id est, Agnus Paschalis, cum amaritudinibus, id est, cum lactucis agrestibus, comedi jubetur. Ita Hieron. Indicat mel voluptatem, pellendamq; voluptatis turpem dulcedinem, pœnitentiæ verò & mortificationis sanctam amaritudinem complectendam. Deinde exclusum fuit mel, quia coctum contrahit acorem, panem cui miscetur fermentat, ventrem inflat, combustum fœtet. Quæ vt symbola sunt variorum vitiorum, debent à sacrificio & sacrificante quàm longissimè abesse. Adde ex Plutarcho l. 5. Sympos. q. 5. mellis admixtione vinum corrumpi, quòd mel vino maximè adversam naturam habeat: vnde & gustato melle vinum desipit, vino autem vtendum erat in sacrificijs, eoq; libandum, erat enim vinum, quasi potus DEi; ergo par erat, vt mel ab ijs arceretur. Attamen tam fermenti, quàm mellis primitiæ & munera offerebantur, nihil tamen DEo incendebatur, sed omnia Sacerdotibus cedebant, hic v. 12. *Primitias eorum*, id est, fermenti & mellis, *offeretis ac munera, super altare verò non imponentur in odorem suavitatis*, cujus mysticam causam assignat Corn. quia sacerdotum est peccata populi per confessionem comedere, coquere, digerere, vt pro ijs deprecentur, ijs consulant, eos per pœnitentiæ Sacramentum absolvant.

Fermentum quomodo offerebatur?

V. *Quomodo fermenti primitiæ & munera offerebantur? nunquam fermentum ipsum offerebatur?* ℟. Non offerebatur fermentum ipsum nudum, sed in panibus fermentatis. Tunc ergo dicitur fermentum offerri, cùm offerebantur ea, quæ fermentata erant, mel verò ipsum per se offerri poterat. Non solùm enim ex frugibus collectis, sed panibus etiam, recenter coctis aliquid sacerdotibus in eorum vsum conferebatur Num. 15. 10.

Sal offerebatur in sacrificio.

VI. *Cur DEus in omni sacrificio simul præcepit offerri salem?* ℟. Sacrificia erant velut convivia, & cibi DEi, cibos autem comedimus non insulsos, sed sale conditos, & sic volebat sibi sacrificari juxta vsitatum modum, quo cibos præparamus & sumimus. v. 13. vocatur *Sal fœderis DEi*, id est symbolum fœderis æterni cum DEo initi. Sal enim quia præservat à putrefactione, inquit Tirinus, symbolum est paupertatis: & ideo ad perpetuum incorruptumq; fœdus designandum, etiam in ipso fœderis sacrificio jussus fuit adhiberi. Et Num. 18. v. 19. pro designando pacto æterno, ponit *pactum salis*. Olim etiam sal amicitiæ & prudentiæ seu sapientiæ symbolum habebatur: vnde & hospitibus primùm apponi solitum: & profana ea mensa, etiam apud Ethnicos teste Arnobio censebatur, quæ salinum non habebat. Certè in sacrilegis nocturnarum Lamiarum ac veneficarum orgijs sal semper deesse dicitur. Lipsius l. 1. Saturn. c. 2. Multi gentiles ominosum habebant, si sal in mensam profundi contigisset, quasi per hoc amicitiæ eversio vel rescissio portenderetur. Ita Pierius in hieroglyph. salis. Ut insulsus cibus repellitur, ait Bernard, sic insulsum sacrificium ab altari olim repellebatur. Omnis oblatio sale condienda erat. Qui vult à Domino recipi, ne sit insulsus, sale gratiæ sit conditus, gratia enim admirabilis & spiritualis est sal. Quemadmodum sal condit cibos: sic gratia hominem condit, saporemq; DEo suavissimum illi præbet. Insulsissimus est homo hoc sale carens, à mensa Domini repellitur, etsi cibus sit, hominum judicio, pretiosissimus. Cibus videtur pretiosissimus, rex potentissimus, totius orbis monarcha: at verò si gratiæ sale careat, à convivio DEi repellitur. Contrà verò homo pauperrimus, si divinæ gratiæ sale sit conditus, in mensam DEi recipietur. &c.

Mincha ex spicis.

VII. *Quomodo offerebatur Mincha ex spicis primis & novis?* ℟. Hebræi non audebant quidquam hordei aut segetum demetere, nisi priùs manipulum spicarum DEo obtulissent, quæ spicæ erant virentes, nec omnino maturæ ac duræ, ideo torrebantur igni, postea confringebantur grana, in modum farris, illis confractis oleum infundebatur, imponebaturq; thus. Partem hujus farris fracti, & confecti ex spicis oleo conspersi, Sacerdos incendebat in altari in memoriam muneris, id est, in memoriam illius, qui munus offerebat, nihil autem thuris sibi tollebat sacerdos, sed totum DEo adolebat.

CAPUT III.

Describitur tertia species sacrificij, nempe hostia pacifica, eaq; triplex. Prima bovis, 2da ovium, Tertia capræ. Adipem omnem & sanguinem sibi deposcit DEUS.

Differentia inter holocaustum & hostiam pacificam.

QUæstio I. *Quæ erat differentia inter holocaustum & hostiam pacificam?* ℟. 1ma erat, quòd in holocaustis tantùm victimæ masculæ, in pacificis etiam femellæ immolari possent. Et ratio erat, quia holocausta primariò DEi honorem spectabant: DEus autem sibi optima ex quoq; genere volebat. Pacifica verò primaria intentione spectabant utilitatem offerentium· quare etiam arbitrio offerentium relinquebatur, ut vel optimas, vel mediocres

diocres victimas, id est, vel masculas vel fœmineas offerrent. 2da differentia inter hæc sacrificia erat etiam quoad materiam, quòd in holocaustis præter boves, oves, & capras, etiam columbæ ac turtures sacrificari possent, in pacificis verò tantùm boves, oves, & capræ, cùm enim hostiæ pacificæ in tres partes dividerentur, nam vna DEo, altera Sacerdoti, tertia offerentibus in epulum cedebat, vt c. 7. dicetur; facta hac triplici divisione in exiguis volucribus, præter molestiam, jejuna admodum fuisset ex eis epulatio. In holocaustis verò, cùm igni omnia absumerentur, cessabat hæc & omnis alia molestia. Deinde erat differentia quoad locum. Nam cùm omnia holocausta Lev. 6. v. 11. & etiam victimæ pro peccato Lev. 6. v. 25.&c. ad latus atrij dextrum, seu respiciens ad Aquilonem immolarentur; soli hostiæ pacificæ peculiare erat, vt in introitu tabernaculi, id est, ad partem orientalem atrij offerretur. Cujus ratio erat, quia pars vna hostiæ pacificæ, putà adeps & pectusculum, debebat imponi manibus illius, qui venerat oblaturus hostiam pacificam, & ipse illa DEo offerre debebat, dein ex ipsius manibus ea desumebat sacerdos, vt dicitur c. 7. v. 30. Atqui non licebat laicis intrare atrium Sacerdotum: ergo ad ingressum atrij, quò accedere illis licitum erat, immolatio ista fieri debebat.

II. *Cur Judæis esus sanguinis fuit vetitus*? ℟. Non tantùm sanguis immolatitius putà sanguis victimæ, de quo hic propriè agitur, sed etiam quivis alius animalis, quod domi ad esum mactabant, fuit vetitus, hunc non edere sed in terram effundere debebant, vt patet Deut. 12. 16. & hîc c. 17. 13. vbi & v. 11. ratio hujus legis insinuatur, quia anima carnis in sanguine est: id est, quia sanguis est vehiculum, nutrimentum & tutela vitæ, vitaliumq; spirituum. Vita autem solius DEi est: ergo par est, & sangvinem soli DEo cedere, licet non sit sanguis victimæ, nam si sit victimæ, clarum est, justissimum esse, vt is omnis in sacrificio DEo, auctori vitæ libetur. Act. 15. 29. Apostoli primis Christianis vetuerunt esum sanguinis, vt sic facilius Judæi cum gentibus consuescerent, in unamq; Ecclesiam coalescerent: Judæi enim aversabantur gentes, quasi barbaras, eò quod sanguinem comederent. Vide dicta Gen. 9. v. 4. *Esus sangvinis Judæis vetitus.*

III. *An DEus vendicet sibi adipem omnium animalium, ita vt Israelitis non fuerit fas vllo adipe vesci?* ℟. Certum est DEo consecrari non debuisse, sed nec potuisse adipem animalium immundorum: vti nec mundorum, quæ ad sacrificium assumi non poterant v. g. cervorum, bubalorum &c. Certum item est, edi potuisse adipem illum, qui carni mundorum animalium passim permiscetur: quia solùm vetabatur esus adipis, *qui operit vitalia*, id est, qui ambit & contegit partes illas vitales interiores, cor, hepar, pulmonem, renes, ilia tractu continuo, qui proinde facilè à reliqua carne separari potest. Lis solùm est inter Interpretes, an extra sacrificium de animalibus immolabilibus, domi nimirum ad esum mactatis etiam non licuerit eorum adipem comedere, an verò tantum de ijs, quæ actu immolabantur? ℟. Tirinus, Barrad. Corn. & alij putant adipem animalium immolabilium etiam domi mactatorum non potuisse comedi à Judæis, quia non minùs adeps, quàm sanguis hic v. 16. & ult. absolutè vetatur jure perpetuo, non solùm in templo immolatorum, sed etiam in habitaculis. Rationem dat Corn. vt sic semper haberent Hebræi religionis & cultus DEi exercitium, vtq; eum etiam domi, jugiter hac ratione colerent & venerarentur. Contrariam sententiam tenet præter alios Lorinus & Rudolp. quia scriptura nominatim non exprimit, etiam eorum animalium immolabilium, quæ extra Sacrificium mactantur, adipem non licere comedere, quæ inhibitio quia molestiam & damnum secum fert, haud dubiè debuisset clarè & distinctè exprimi, quod quia non fit, hinc hîc valet, quòd odiosa sint restringenda, favores ampliandi. Pro confirmatione adscribo ea, quæ Lorinus ex Rudolph. hic adfert, tanquam ad plenam v. 16. & 17. intelligentiam servientia. Quæstio est (ait) de quo adipe dicat, an eorum solùm animalium, quæ coram tabernaculo Domino mactabantur, an omnium omnino etiam eorum, quæ passim per domos à filijs Israel in usus proprios occidebantur. Hoc enim videtur innuere, vbi ait: *in Generationibus & cunctis habitationibus vestris*, & quod in fine sic conclusit, *nec adipem nec sanguinem omnino comedetis*, sicut enim de sanguine universale præceptum est, nullius quippe animalis sanguinem comedere licebat, videtur & de adipe universale esse. Sed sequentia legis intentionem apertiùs declarant, longè quippe inferiùs c. 7. 24. cùm pacificorum legislationem recapitularet, *adipem* (inquit) *cadaveris morticini, & ejus animalis, quod à bestia captum est, habebitis in varios vsus.* Patet ergo, quia quod dicitur (*omnis adeps Domini erit*) non universale præceptum datur, manifestè quippe legis ipsius præcepto, monticinorum adeps in vsus cedit humanos, de quo igitur adipe dicere intendat (*omnis adeps Domini erit*) & (*adipem non comedetis*) declaratur ibidem, cùm præmittitur (*adipem ovis, bovis, capræ non comedetis*) rursumq; v. 25. (*Si quis adipem, qui offerri debet in incensum Domini, comederit, peribit de populo suo*) manifestum est itaq; , quòd de illo adipe dicat, qui de hostia bovis, ovis & capræ Domino sequestrabatur, & super altare incendi præcipiebatur, quod autem additur, (*in Generationibus & cunctis habitaculis vestris*) per generationes, futuras postmodum ætates, per habitacula verò singularum ætatum diversas civitates, & oppida & omnes habitationes omnino filiorum Israël comprehendit, dicit ergo (*omnis adeps Domini erit jure perpetuo in Generationibus &* *Adeps DEo sacrificabatur.*

cunctis habitationibus vestris) id eſt, per omnes ætates futuras, quibus regnum & Reſpublica Iſraël ſubſiſtere habet, & per omnes manſiones veſtras hoc obſervabitis, vt quicunq; ad tabernaculum hoſtiam Domino oblaturus aſcenderit, adipem hoſtiæ ſuæ comedere, non præſumat, ſed juxta præceptum, Domino illum incendat.

CAPUT IV.

Quarta ſpecies ſacrificii, ſcil. hoſtia propeccato per ignorantiam commiſſo, & hæc hoſtia erat quadruplex. Prima pro peccato ſummi Pontificis, quæ erat vitulus; 2da pro peccato populi, item vitulus. 3tia, pro peccato principis; & erat hircus; 4ta pro peccato alicujus plebeji; & erat capra vel ovis.

Differentia inter hoſtiam pacificã & hoſtiam pro peccato.

QUæſtio I. *Quæ fuit differentia inter hoſtiam pacificam, & hoſtiam pro peccato?* ℟. ex pacifica tertia pars redibat ad offerentes; ex hoſtijs verò pro peccato nihil ad offerentes redibat, ſed adipe cum renibus & ſanguine litatis DEo, vel exuſtis, cætera omnia cedebant Sacerdoti: erant enim *Sancta Sanctorum*, id eſt, DEo tota ſacra, unde nec ex ſancto loco efferri, nec ab alijs, quàm à Sanctis Sacerdotibus, nec alibi, quàm in atrio ſancto comedi poterant, vt dicitur c. 6. v. 26. Unde & Sacerdotes dicebatur *comedere peccata populi* Oſee 4. v. 8. Sed hoc ſolùm fiebat in victimis, quæ pro peccato privatorum hominum vel principum politicorum offerebantur. Nam quæ pro peccato ſummi Pontificis, vel totius populi immolabantur, totæ debebant extra caſtra comburi, præter ſanguinem & adipem, quæ prius in ſancto atrio libabantur & adolebantur DEo; ad majorem majoris peccati horrorem ac deteſtationem. Rurſus differebant, quia hoſtia pro peccato debebat abſumi eodem die, quo oblata fuerat: pacifica verò poterat ſubinde in craſtinum ſeponi, vt dicitur c. 7. Item hoſtijs pro peccato, vt patet ex c. 5. v. 11. non poterat admiſceri oleum, aut thus, vt ordinariè fiebat in pacificis. Et ratio erat, quia oleum & thus ad delicias & jucunditatem faciunt, quæ procul abeſſe debent à pœnitente peccatore. Deniq; ſacrificijs pro peccato proprium erat, quòd ſanguine hoſtiæ illinerentur cornua altaris: ſed cum hac differentia, quòd in victimis pro peccato Pontificis vel totius populi, quarum ſanguis inferebatur in ſanctuarium, tingerentur cornua *altaris incenſi* Lev. 4. v. 7, in alijs cornua altaris holocauſti v. 25.

Differentia inter hoſtiã pro peccato & hoſtiam pro delicto.

II. *Quæ eſt diſtinctio inter hoſtiam pro peccato, & hoſtiam pro delicto?* ℟. Per peccatum græcè ἁμαρτίαν videtur deſignari, quod ex genere ſuo, vel ex circumſtantia aliqua minus malum eſt. v. g. ex ignorantia Lev. 4. minore advertentia c. 5 v. 2. vel ſola omiſſione c. 5. v. 1. contractum, maxime contra proximum. Per delictum verò, græcè πλημμέλειαν, id quod ex ſe, vel circumſtantijs gravius eſt, v. g. quod contra DEum: vel quod contra proximum, ſed ex malitia, vt perjurium, rapina, fraudatio depoſiti Lev. 6. v. 2. & ſeq. Unde & delicta, utpote graviora, ad ſui expiationem requirebant etiam in privatis perſonis victimam nobiliorem, ſcil. arietem maſculum: cum ea, quæ peccata dicebantur, capella vel agnella expiarentur.

Sacerdos unctus eſt Pontifex.

III. *An in verbis illis* v. 3. SI SACERDOS, QUI UNCTUS EST, PECCAVERIT, *quivis Sacerdos, an verò tantùm ſummus, ſeu Pontifex intelligatur?* ℟. Oleaſt. Hugo & alij videntur ſentire omnem, ſiue ſummum, ſiue minorem Sacerdatotem hîc comprehendi. Verùm LXX. & Paraph. Chald. hoc de ſolo Pontifice accipiunt, & ita ſentiunt Interpretes communiter, quia per Sacerdotem vnctum communiter intelligitur Pontifex. Quo poſito ſequitur pro peccato minorum Sacerdotum non aliter ſacrificatum, quàm pro peccato priuatæ perſonæ quamvis dignitate præcederet. Ponitur autem ſacrificium prò peccato Pontificis primo loco, & quidem hoſtiarum præcipua & maxima, nempe vitulus, quia ob dignitatem perſonæ ejus peccatum reliquis gravius cenſebatur. Additur autem *vnctus* non quaſi alij Sacerdotes minores, non fuerint vncti (nam & hi vngebantur, licet non ſolemni illa vnctione Exod. 24. v. 7. Lev. 8. v. 12) ſed vt diſtingueretur inter Pontificem deſignatum, & vnctum, ſi enim ante vnctionem peccaſſet, tunc victimâ plebeji aut principis ſe expiâſſet.

Oblatio pro peccato Pontificis extra caſtra.

IV. *Cur oblatio vituli pro peccato Pontificis & populi fiebat extra caſtra?* ℟ Ut, ſicut victima pro peccato deferebatur extra caſtra, & à reliquo hominum conventu elongabatur, ita Pontificis & populi peccatum, pœnaq; peccati à tota communitate removeretur, & quaſi tolleretur, ne populum tangeret aut læderet. Etiam fimus cum reliquo corpore comburendus erat, indecens autem fuiſſet in altari DEi cultui deſtinato fimum incendere, ingentemq; fœtorem in loco ſacro excitare, non ergo in altari, ſed in alio loco mundo comburendus erat, & quia in caſtris talis non erat, vbi vnà commorabantur tot millia hominum & animalium, fiebat extra caſtra, & quidem ad majus in Judæis odium & horrorem peccati excitandum.

CAPUT

CAPUT V.

Docet, qua ratione peccata aliena, & alia ex oblivione, errore, vel ignorantia (sub qua sæpe intelligitur negligentia) commissa expiari debeant. Nequis fortè putaret propria duntaxat peccata & studio commissa, sacrificijs expianda esse.

QUæstio I. *Quomodo intelligenda sunt verba illa v.* I. ET AUDIERIT VOCEM JURANTIS? ℟. Chald. Vatab. & alij legunt *adjurantis* scil. judicis, q. d. Si quis testis à judice adjuratus, vt verè dicat id, quod vidit, aut scit de re in judicio controversa; si is eam non indicet, sed palliet vel neget, dicatq; se nihil de illa re scire, hic portabit iniquitatem suam, deinde ly jurantis potest propriè accipi, si quis audierit vocem jurantis, id est, juramento confirmantis, aut promittentis rem aliquam, vel contractum aliquem ineuntis aut aliquid aliud asserentis, & stabilientis juramento, hujusq; rei testis citatus in judicio, vt dicat id, quod de re audivit aut cognovit; si juridicè requisitus, ad testandam veritatem, eam non indicet, is portabit iniquitatem suam. Aliqui Rabbini aliter exponunt, quasi hìc loquatur scriptura de eo, qui audit aliquem dejerantem, execrantem, maledicentem, & abutentem nominè DEi, & non indicat illud magistratui, vt is puniatur: illum reum fieri, & debere pro hoc suo silentio, quasi delicto, offerre oblationem hìc præscriptam. *Juramenta Judaeorum.*

Notat hic Corn. cæcitatem & perversitatem Judæorum, qui nullam sibi juramenti & perjurij faciunt conscientiam, nisi jurent manu imposita super librum legis: quod si alio ritu jurent, audacter jurabunt falsum. Quare imprudenter cum magna Christianorum injuria faciunt magistratus, qui Judæos in rebus forensibus ad jusjurandum contra Christianos admittunt, quam perfidiam cùm Norinbergenses, aliæq; Resp. olim intellexissent, Judæos ad nullum admiserunt juramentum, nisi admota manu ad librum legis suæ Synagogæ jurarent. Addit idem Corn. quòd ipsi in die Expiationis à Rabbinis suis ab omnibus votis & juramentis, si quæ maligniùs fecerunt, absoluuntur. Deniq; Judæus licitum sibi putat, Christiano homini, quacunq; ratione possit, damnum inferre. Unde & quidam eorum magnus Rabbi sic scribit: *Optimus, qui inter gentes est, dignus est, vt caput illi conteratur tanquam serpenti.* Hæc Corn.

II. *Quid denotant verba v. 5.* AGAT POENITENTIAM PRO PECCATO? ℟: Ut illud agnoscat, de eo doleat & conteratur: alioquin enim sacrificium, quod offert parum ei proderit, sed vt ei prosit, ex contritione procedat necesse est. Idem intelligendum de omnibus alijs sacrificijs, licet non exprimatur. Hebræus & Chald. habent: *confiteatur peccatum, in quo peccavit.* Unde Hebræi tradunt, specialem hic requisitam fuisse peccati confessionem; vt videlicet offerens manus suas habens inter victimæ cornua diceret: Obsecro Domine, peccavi, inique egi, prævaricatus sum, sic & sic feci, ecce pœnitet me, & pudet me operum meorum, nunquam revertar ad rem istam, ajuntq; nihil profuisse sacrificia, nec expiâsse peccata, nisi pœnitentia & confessio hæc accessissent, juxta id, quod præscribitur. Num. 5. 7. *Confitebuntur peccatum suum quod fecerant.* Vide ergo, quàm particularis fuerit Judæorum confessio, quam hæretici apud Christianos generalem esse volunt. *Sacrificia sine pœnitentia.*

III. *Cur in sacrificio pro peccato vetatur oleum* v. 11.? ℟. Causa mystica fuit, vt scilicet significaretur peccatorem expertem esse lætitiæ & lucis, oleum enim lætitiæ & lucis est symbolum. Nam vt ait S. Cypria. Ser. 5. de lapsis: hoc sunt peccata lapsis, quod grando frugibus, quod turbidum sidus arboribus, quod armentis pestilens vastitas, quod navibus sæua tempestas. Et S. Martialis ep. ad Burdigal. Peccata, ait, sunt spinæ, quæ per multas amaritudines, invidias & dolositates, non sinunt gaudium & oleum Spiritus Sancti in nobis dominari. Aliter Radulph. *peccator*, inquit, *non debet se mulcere oleo*, id est, non debet præsumere de peccati venia & indulgentia, sed anxiari & timere, ne fortè eam non assequatur. *Oleum vetatur in sacrificio.*

IV. *Cur in eodem sacrificio vetatur thus?* ℟ vt per hoc designetur, peccatum non bene, vt thus, sed pessimè olere, & esse abominabile coram DEo. Ita Cyrill l. 15. de adorat. Deinde deest hìc thus, id est oratio, quia vt inquit Radulph. peccator libera fronte veniam petere non debet, cùm dignam non exhibeat satisfactionem, petat quasi non petendo: speret, sed quasi desperando, dum & se indignum veniâ confitetur, & tamen solâ DEi misericordiâ fieri posse credit, vt salvetur, Unde Ecclesia orare DEum nos docet, vt dimittat, quæ conscientia metuit, & adjiciat, quæ oratio non præsumit. Et Isychius, Thus, ait, hic non apponitur; quia nescit peccator, vtrum boni odoris sit ejus oratio, quam frequenter prævaricatus est, Unde Joël c. 2. *Convertimini*, inquit, *ad Dominum, quia benignus est. Quis scit, si convertatur & ignoscat, & relinquat post se benedictionem:* Lyran. ait, per oleum significatur misericordia DEi: per thus, quod est odoriferum, acceptatio divina, & ideo in oblatione pro peccato non ponebatur oleum, neq; thus, quia peccator non debet se ipsum assecurare, quòd peccatum sit sibi dimissum, vel munus suum DEo acceptum, sed debet semper timere. *Thus vetatur in sacrificio.*

CAPUT VI.

Quæ hoſtia offerri debeat pro peccato injuriæ in proximum. Quo ritu juge holocauſtum quotidie offerendum DEo, vbi & de igne perpetuo. Quo ritu mincha offerenda. Quæ hoſtia in conſecratione Sacerdotum.

Oblatio pro peccatis aliàs morte puniri ſolitis

QUæſtio I. *Quomodo hoc capite oblatio acceptatur pro peccatis, quæ alibi morte puniuntur?* ℟det Rup. l. 1. in Lev. c. 26. alia eſt accuſatio, quam excuſat clementia in ſacrificijs, alia, quam condemnat juſtitia in judicijs. v. 9. Pone aliquem adulterum à nullo deprehenſum nullis teſtibus arguendum, ipſum ſui fieri accuſatorem, hic ex lege præſenti, quam miſericordia condidit, ſuſcipitur, & per ſacrificium mediante ſacerdote remiſſionem lucratur. Unde ſignanter hæc vbiq; lex ſuſcipiendi ſacrificij conditionem præfinit, dicens: *Si peccatum ſuum intellexerit.* Cæterum ſi patrato ſcelere fuerit deprehenſus, & per alium fuerit cognitus, lapidatur, ſanguis quoq; ejus capiti ejus imputatur. Itaq; non eſt ſibi contraria lex ſancta, quam hodie tenet Eccleſia. Nam latentem peccati cauſam, ſecreta confeſſione proditam, gaudenter admittit intra veniæ januas, deprehenſa verò crimina, non ſolùm forenſe tribunal, ſed ſynodica plectit ſeveritas. Proinde quod hîc nunc dicitur *convicta delicti reddat omnia*, ſic intelligi oportet, quia teſte conſcientia convicta eſt, vt ſemetipſum accuſaret ſpontanea confeſſione. De occulto peccato hîc agi patet ex eo, quòd de publico peccato jam egerit, legesq; ſanxerit Moſes toto c. 22. Exodi, ac nominatim v. 8. vbi fraudator convictus de fraude, jubetur ſolvere non ſimplum, vti hîc dicitur, ſed duplum. Idem patet ex Joſepho l. 3. Antiquit. c. 10. Qui ſciens peccavit, inquit, nemine conſcio, arietem offert lege ita jubente; & is, qui peccat, jubetur adire ſacerdotem, & peccatum illi detegere, vt pro ejus arbitrio aries deligatur, & ipſe pro peccatore oret. Unde videas hîc rurſum confeſſionis ſacerdotalis legis nouæ typum & figuram, vti & ſatisfactionis in eo, quod ſubditur: *juxta menſuram æſtimationemq; delicti*, vt ſcilicet ſi delictum eſſet graue, daret offerens arietem meliorem; ſin autem leve, daret viliorem, & minoris pretij, pro Sacerdotis, cui confitebatur delictum, judicio & arbitrio, vt ait Joſephus. Erat ergo Sacerdos hic, quaſi judex, peccator erat reus, & ſui accuſator, aderat ejus ſatisfactio, aderat & oratio Sacerdotis, quæ erat vice abſolutionis *Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur,* Prov. 28. S. Aug. in illud pſ. 31. v. 5. *Delictum meum cognitum tibi feci: non operui*, ait, *ſed aperui, vt operires: non celavi, vt tegeres. Nam quando homo detegit: DEus tegit: cùm homo celat, DEus nudat; cùm homo agnoſcit, DEus ignoſcit.*

Depoſitum.

II. *Quid myſticè ſignificat depoſitum v. 2?* ℟det Orig. hom. 4. in Lev. Ego puto, quòd animam noſtram & corpus depoſitum accepimus à Deo, & quod eſt depoſitum majus, Deus animæ tuæ imaginem & ſimilitudinē commendavit, hoc tam integre cuſtodiendum eſt, quàm à te conſtat eſſe ſuſceptum. Sic miſericors ſis, ſicut & Pater tuus miſericors eſt, imago DEi in te eſt, & integre ſervas depoſitum. Et ſi perfectus ſis, ſicut pater tuus perfectus eſt, & ſimilia quæ in DEo ſunt per naturam, tibi per imitationem aſſiſtant, depoſitum apud te diuinæ imaginis ſalvum eſt. Si è contrario fueris crudelis, violentus, & ſimilia, imagine DEi abjecta, diaboli imaginem ſuſcepiſti, & bonum depoſitum abnegaſti: Unde, *ô Timothee, bonum depoſitum cuſtodi.* 2. Tim c. 1. Chriſtum depoſitum ſuſcepimus & Spiritum Sanctum, videndum ergo ne ſancto depoſito non ſanctè vtamur, & cùm nos in conſenſum ſui peccata ſollicitant, juramus nos ſuſcepiſſe depoſitum, quod ſi habemus, peccato conſentire non poſſimus. Senſus quoq; rationalis, qui in me eſt, commendatus mihi eſt, vt utar ad intelligentiam diuinorum. Ingenium, intelligentia, memoria, judicium, ratio, & omnes, qui intra me ſunt motus, commendati mihi videntur, vt in his utar his, quæ lex præcipit diuina; ſi verò ad malas artes ſolers & perſpicax vertatur ingenium, & rebus DEi abutatur in his, quæ vult, hoc eſt abjurare depoſitum & beneficia vertere in perfidiam. Raptores ſunt boni & mali. Boni qui regnum DEi diripiunt. Mali de quibus dicitur: *Rapina pauperum in domibus veſtris.* Unde raptores regnum DEi non poſſidebunt.

Ignis in altari ardens erat ſacer.

III. *Cur ignis in altari ſemper ardens, erat ſacer?* ℟. Tum quia de cœlo à DEo miſſus Lev. 9. v. ult. tum quia contactu & crematione victimarum ſanctarum erat ſanctificatus. Nam ut v. 18. dicitur hîc & Exod. 29. alibi ſæpe dicitur, *omnis qui tetigerit*, vel omne, quod tetigerit, (nam utroq; modo verti poteſt ex Hebræo, & hîc v. 27. in neutro genere Noſter vertit) *ſanctificabitur* q. d. Tantam ſanctitatem habent hæ victimæ DEo oblatæ, vt non tantùm ſint ipſæ ſanctæ, ſed etiam res alias, quantumvis profanas contactu ſuo etiam fortuito & caſuali, ſanctas vel ſanctiores efficiant, vt deinceps non poſſint in vſum profanum aſſumi, ſed vel confringendæ, vel certæ expiandæ. Quod tamen limitàrim ad eas res, quæ ſanctitatis capaces eſſent, & ſaltem non immundæ. Nam immundæ ſanctificari non poterant. Quin potiùs, ſi quis homo immundus, beſtia immunda, tale quid ſacrum attigiſſet, idq; de induſtria & ſcienter factum eſſet, morte luendum erat ſacrilegium. Alioquin expianda erant datis hoſtijs pro delicto, & vaſa abluenda in atrio ſancto, vel etiam confricanda, vt hoc & præced. cap. præſcribitur.

IV.

IV. *Quid est juge Sacrificium?* Vide dicta c. 1. q. 7ma. Tropol. exponit S. Greg. l. 25. Moral. c. 7. Altare DEi, inquit, cor nostrum est, in quo jubetur ignis semper ardere, quia necesse ex illo charitatis flammam indesinenter ascendere. Cui sacerdos subjicit ligna, ne extingvatur, scil prædicator Christi, membrum summi sacerdotis, & quisq; fidelis sanctorum exempla, & scripturæ testimonia in corde suo congerere non cessat, his ignem fortè langvescentem nutrire & excitare debemus. Manè subjiciuntur ligna, cùm nox cæcitatis extinguitur. Vel quia manè pars prima diei est, postpositis terrenis cogitationibus, hoc in principio fidelis quisq; cogitet, & imposito holocausto desuper adolebit adipes pacificorum. Quisquis enim in se habet ignem charitatis, accendit semetipsum, holocaustum desuper imponit, & omne vitium, quod in se malè vivebat, exurit. Tunc enim interna sua considerat, & vitam reprobam immolationis gladio mactat, cùm se in aram cordis sui imposuerit, & igne charitatis accenderit. De hostia pacificorum adolebit adipes pacificorum, quia novæ vitæ impinguatio, inter nos & DEum pacem facit, & suavissimum reddit odorem. Quia verò eadem charitas in cordibus electorum inextinguibilis manet, bene subditur, *ignis est iste perpetuus &c.* Ignis iste de altari non deficit, quia in futuro in mentibus Sanctorum charitatis fervor accrescit. Æterna quippe contemplatione hoc agitur, vt quo magis videtur DEus, magis diligatur. *Juge sacrificium tropologicè.*

CAPUT VII.

Ritus hostiæ pro delicto, & hostiæ pacificæ, à quibus & quando utraq; absumenda. Vetatur ejus adipis & sanguinis. Ex hostia pacifica pectusculum & armus dexter cedebant sacerdoti sacrificanti.

QUæstio I. *Quotuplex erat genus hostiæ pacificæ?* ℞. duplex, vnum pro re impetranda à DEo: & vocabatur hostia *salutaris:* & hujus carnes aliæq; reliquiæ non necessariò absumendæ erant eadem die, qua oblatæ fuerant, sed poterant etiam in crastinum, non tamen diutiùs seponi, vt hîc expressè DEus decernit v. 16 & seq. & c. 19 v. 6. & Philo ita factitari solitum testatur, Alterum erat pro re jam impetrata, & dicebatur εὐχαριστικὸν, seu actionis gratiarum: debebatq; necessariò eadem die absumi. Si quis pòst ex ea comedisset, *irrita* seu infructuosa reddebatur *oblatio* v. 18, & qui comederat, *prævaricationis reus & pro-anus,* Lev. 19. v. 7. seu immundus fiebat, & ipse morte plectendus erat. *Hostia pacifica duplex.*

II. *Cur DEus prohibet edere sacra servata in tertium diem, pœnamq; infligit transgredienti legem?* ℞. Vult eos non solos epulari, sed etiam egenis de carnibus elargiri, idcirco prima quidem & 2da die de carnibus illis sumere jubet, & quæ supersunt, igni mandari, vt necessitate compulsi, pauperes convivij sui socios habeant. Ita Theod. cit. à gloss. Rup. l. 1. in Lev. c. 36, Aliam rationem dat Philo: quia jam non sunt offerentis, sed DEi, cui oblatæ fuerunt, qui cùm sit beneficus & munificus, non vult eas in penum retrudi, sed convivis, & maximè egentibus, communicari. Tres dies, inquit Rupert. in quorum tertio carnibus hostiæ vesci licitum non est, tres status sunt hominis. Status extremus, cùm adhuc homo sine metu peccat, mediocris, cùm jam adversùs peccatum pugnat, optimus & primus, cùm tandem peccatum ipsum victor sub pedibus calcavit. Eadem itaq; die carnes comeduntur, cùm ejus oblationes à sacerdotibus recipiuntur, quem gratia DEi jam liberavit, vt non ducatur in lege peccati captivus. Altero die adhuc licitè comeduntur, cùm ejus oblationes recipiantur, qui nondum liberatus est, sed pugnandi spem præstat spectatoribus conscientiæ suæ sacerdotibus, quorum commendat se orationibus. Porrò tertiò die non comeduntur, quando ejus oblationes recipiuntur, qui in lege vivit, qui non repugnat, vt liberetur, imò fortè in pessimis gloriatur. *Carnes hostiæ non debeant servari in tertium diem.*

III. *Nonne verba illa* v. 13. PANES QUOQUE FERMENTATOS &c. sunt contraria ei, quod dicitur c. 2. OMNIS OBLATIO QUÆ OFFERTUR DOMINO ABSQUE FERMENTO FIET? ℞. Negativè. Ibi loquitur Script. de oblatione ponenda super altare, unde ibi subditur: *super altare verò non imponentur,* scil fermentati, hic autem loquitur de oblatione, quæ non ponebatur super altare, sic panis fermentatus offerebatur cum hostia pacifica ad esum carnium.

IV. *Quo in loco comedi debebant carnes pacificorum?* ℞. Non in solo atrio templi, ut vult Abulensis, sed potuisse tum à sacerdotibus, tum à laicis quovis loco comedi, dum *mundus* esset, seu, vt c. 10 v. 14. dicitur, mundissimus, id est, omni pollutione & immunditia legali carens, ita Philo, Josephus & alij Solebant ergo offerentes, non commissis igni, quæ DEo adolebantur, v. g. adipe, cauda &c. & traditis sacerdoti, quæ ipsi debebantur ex victima, putà armo dextero & pectusculo, reliquas carnes elixas (nam nihil assabatur in atrio templi) domum suam referre, vbi cum domesticis & quibuscunq; alijs, quos invitare voluissent, dummodo ij *mundi* essent, epulabantur. *Carnes pacificorum ubi comedi debebant.*

V. *De qua carne dicitur* v 19. CARO QUÆ ALIQUID TETIGERIT IMMUNDUM, NON COMEDETUR, SED COMBURETUR IGNI? ℞. de carne DEo oblata, si enim immolati- *Caro tangens aliquid non debebat offerri.*

molatione facta, caro illa, quæ cedebat sacerdoti, tetigerat aliquid immundi, non poterat comedi, sed debebat comburi ob reverentiam sacrificiorum, non sacro sed profano igne, si verò ante immolationem rem immundam tetigerat, nec pars sacerdotis poterat comedi, nec quæ erat DEo offerenda, offerri, sed cremari debebat, excipit tamen Tostatus animal nondum jugulatum, licet adductum in atrium, vt sacrificaretur, si enim in aditu pollueretur, totum poterat converti in vsus profanos offerentis. Si autem pro peccato, delicto vel ex voto id adduxisset, aliud ejus loco debebat substituere. Et hoc intelligendum est de carne DEo oblata, aliæ enim carnes, quamvis immundi aliquid tetigissent, poterat nihilominus comedi, vt dicitur Deut. 12. 15. Res verò ex quarum contactu immunditia contrahebatur, traduntur infra c. 11. Orig. hunc versum mysticè sic explicat: Carnes sanctæ diuina verba intelliguntur. Sæpe autem accidit, mundas carnes contingi ab aliquo immundo, vt siquis de DEo patre, atq; ejus Vnigenito & Spiritu S. dignum Deitatis mysterio purum faciat sincerumq; sermonem, & de omnibus rationabilibus creaturis, tanquam à DEo factis, vt ipsum intelligerent, nec afferat consequenter carnis resurrectionem, primus sermo ejus solidus cibus est, carnes sunt sanctæ. Qui verò carnis resurrectionem negat, quia alienum à fide est, superioribus junctum carnes sanctas polluit. Præcipitur ergo ne hujusmodi carnes manducentur, quibus immunditia infidelitatis adjungitur, unde, *epulemur in azymis sinceritatis & veritatis.* Secundum immunditiæ genus est, ne qui carnes edit, immundus sit, & immunditia ejus in ipso sit, vt si sit aliquis natura florentis ingenij, non continuò aptus videbitur ad suscipienda DEi Verbi mysteria. Seperandus est priùs à profanis & mundi operibus, vt eruditionis capax sit, si priùs capax fuerit sanctitatis. Tertia species est immunditiæ, qua is qui mundus est, aliquid contingit immundum, nec tam suo peccato, quàm aliena contagione polluitur, vt si quis societur invido, vel iracundo, vel adultero, & proprijs actibus non inseratur sceleribus ejus, videat tamen eum fratrem odisse, insidiari vxori alienæ & similia facere, nec discedat à consortio ejus, hic est, qui contingit immundum, vel animam, vel avem, vel morticinum, & alienâ immunditiâ pollutus est.

Pectusculū & armus dexter assignatur, Sacerdoti.

VI. *Cur pectusculum & armus dexter sacerdoti assignabatur præ alijs membris hostiæ?* R. de la Haye & Lorinus, quòd hæ duæ partes assignatæ sint Sacerdotibus, quia reliquis ad esum delicatiores sunt, tales autem decet offerri DEi ministris, quia ejus vices gerunt, vel vti legati, hinc etiam DEus pro se ipso adipem præcipuam hostiæ partem servavit. S. Hieron. ep. ad Fabiol. de vest. Sacerd. ait has partes datas esse sacerdotibus, vt per eas, quid sibi agendum foret, instruerentur, monitos nimirum esse per pectusculum, mundarum cogitationum, quas in pectore versare debent, per armum verò seu brachium bonorum operum, quibus exercendis eos oportet esse indefessos. S. Thom 1. 2, q 102. a. 3. ad 8. harum partium datione monitos fuisse sapientiæ & fortitudinis, per pectus quidem sapientiæ & ad officia sua requisitæ scientiæ, vt possent populum instruere. Per armum verò dextrum fortitudinis ad sustinendum defectus. Pectusculum sapientiam, scientiam & doctrinam significat, quam in corde conservare & custodire debet sacerdos, quemadmodum cordis tegumentum & custodia est pectusculum, Sacerdotum summus Christus, tale habuit pectus, quia plenus fuit spiritu & sapientia, super quod in cœna recumbens S. Joannes quasi de fonte uberrimo hausit fluenta sapientiæ. & S. Hieron. ep. 3. de Nepotiano ait, lectione assidua & meditatione diuturna pectus suum Bibliotheca omni sapientia & scientia instructa, vnde populo solidæ & salubres doctrinæ promi & dispensari possent, sed sæpè scientiæ luce privati sunt & veluti cœci cœcis ducatum præstant, & vnà in foveam cadunt. Deinde non pectus, sed *pectusculum* dabatur sacerdotibus, vt intelligerent, scientiâ instructos, non pectus inflatum (scientia enim inflat 1. Cor. 8. v. 1.) sed pectusculum, humile nimirum habere debere, sacerdos doctus sit & scientificus, sed per hoc non fiat arrogans & inflatus, si enim intumescit, demolitur suâ arrogantiâ, quod ædificat doctrinâ & scientiâ, quia nullum effectum operatur scientia, si consociata est superbia. Verbo non pectus sed pectusculum habeat, quale habuisse de se affirmat S. Hieron. ep. 32. ad Abigaum: Nihil ita à pueritia conatus sum vitare, quàm tumentem animum & cervicem. Denîq; pectusculum vocatur *elevationis*, v. 34. Sacerdos enim scientiam suam non debet deprimere ad notitiam & exercitia rerum vilium mundanarum, sed elevare ad altiora resq; cælestes & divinas, nec ad vanam gloriam & ostentationem, sed sursum ad honorem DEI & salutem proximi suam dirigere debet sapientiam. Armus dexter fortitudinem denotat in sacerdote requisitam, ne venientem fugiens lupum, deserat oves Joan. 10. Ad onera portanda membrum accommodum est armus, seu brachium, hinc cùm Samuel Saulem vellet in regem ungere, eum convivio excepit. Levavit autem coquus arvum & posuit ante Saul, qui jussu Samuelis de industria servatus erat futuro Regi 1 Reg. 9, quod ad informandum regem fiebat, qualiter nimirùm ad portanda onera in regem ungendus sit, ad quæ sufferenda alijs validior & aptior vel ex eo judicabatur, quia altior fuit universo populo ab humero & sursum 1. Reg 10. Humeri proinde seu armus fortitudinis sufferendorum onerum symbolum est. Bene igitur armus dabatur Sacerdotibus quia gravissima & innumera sunt onera, quæ portanda eis imponuntur præsertim curatis.

CAPUT VIII.

Aaron consecratur à Moyse Pontifex: & filij Aaronis consecrantur acerdotes.

QUæstio I. *Cur Pontifex & reliqui sacerdotes antè consecrationem ex DEi præcepto lavandi erant?* ℞ vt exteriori corporis lotione monerentur sacerdotes internæ puritatis, quæ in functionibus sacris & præcipuè in sacerdotij receptione requiritur. Hæc munditia, ordinis & officij sanctitati & dignitati congruebat. Hoc ipsum etiam monet Ecclesia cerdotes novæ legis, quando in rubricis præscribit, vt sacerdos consecraturus vel Sacramenta dministraturus priùs manus lavet. Deinde vult DEus sancta sanctè, decenter & omni tum corpris tum animi puritate tractari. Sicut enim exteriùs ornari debebant sacerdotes, certis & derminatis elegantioribus vestimentis, ita etiam eorum corpora lotione emundari debebant, ne lendescerent in veste & sordescerent in cute. Hanc exteriorem munditiam exigebat ministej & functionum sanctitas & dignitas. Præterea nolebat DEus consecrari sacerdotes illotos, : sibi persuaderent, quòd mundi & innocentes sint non egentes lotione, & sic de puritate sua oriantes se alijs præferrent, dignioresq; ad hoc munus præ alijs, & hoc ob suam inocentiam se sibi persuaderent, vt ergo ad humilitatem ablegarentur, & emundatione se opus habere gnoscerent, lavandi erant. Deniq; lotio sacerdotum initiandorum lotiones futuras præfiguvit. 1. Baptismum in quo homo ad DEi cultum initiatur & destinatur. 2. Lotionem Apostorum à Christo ante institutionem Eucharistiæ peractam, quando in sacerdotes consecrandi ant, 3. Ipsam Christi lotionem per Joannem factam.

Lotio ante consecrationem Sacerdotum.

II. *Cur septem diebus neo-initiatus Pontifex & Sacerdotes se in tabernaculo continere debant* v. 33? ℞. vt vacarent orationi & rerum divinarum contemplationi, à quibus exeundo bus profanis distracti fuissent, debebant insuper novelli Sacerdotes hisce 7. diebus discere obvisci rerum & negotiorum terrenorum, & exercitijs spiritualibus assuefieri. Discant ex hoc ostri sacerdotes, cùm ad hoc sacerdotale officium consecrantur, se per aliquot dies in ascetelo cum DEo continere, se ad ponderosam sacerdotij dignitatem præparantes, seq; ad dignam am susceptionem sedulò præparantes. Is qui turrim ædificare proponit Luc. 14. priùs sedens mputat sumptus, qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum. Ne posteaquam posuerit ndamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant ei illudere dicentes: quia c homo cœpit ædificare & non potuit consummare. Excelsam turrim ædificat, qui sacerdoım suscipit: ergo sedeat & vacet per aliquot dies, rerumq; cœlestium meditationi mentem adat, diligenterq; computet sumptus, qui necessarij sunt, ad cœlestem hanc turrim perficienım, eosq; comparet, ne postea, si castitate reliquisq; sacerdotalibus virtutibus carere reperiar, incipiant illudere ei. S. Bernard. Serm. ad Clericos c. 29. *Utinam*, inquit, *turrim incboaturi dentes computarent, ne fortè sumptus non babeant ad perficiendum, sumptuosa turris est &c.* mptuosa turris est, vt ait S. Bern. para sumptus Sacerdos. Operari potes, si velis, juvante Eo, castitatem potes illibatam seruare, animum ab omni mortiferi peccati labe immaculam, eisq; virtutibus, quas status sacerdotalis flagitat exornatum. Quodsi castitatem seruare on vis, non te cogit Ecclesia suscipere ordines, antequam suscipias, meliùs est vxorem ducere, ıàm in sacerdotio turpiter vivere, quia si susceperis sacrum ordinem, voto castitatis adstrictus torem ducere non vales. D. Bernardum audi l. c. *Melius esset salvari in gradu bumili, quàm cleri sublimitate, & deteriùs vivere, & districtiùs judicari &c.* Ita disserit Bern & eleganter. Iulti sine prævia præparatione & seria deliberatione arripiunt presbyteratûs ordinem excelsam ıchoant, exstruere turrim, sed Babylonij sunt, quia quam turrim erigere præsumunt, ad cacumen on perducunt, & quod inconsideratè cœperunt, turpiter deserunt, quia facti pœnitentes mobus sacerdotem exuunt, & dissolutum veteratorem, militem, mercatorem, imò helluonem aut scivum porcum induunt, & tandem ex sacerdotali dignitatis turri in profundi inferni baraırum deturbantur. Fugiens Loth Sodomam audit ab Angelo: *in monte salvum te fac*, Gen. 19. le verò montem conscendere, ibidemq; salutem suam tueri non fidebat, hinc capto alio conlio ait: Non possum in monte saluari, est civitas hæc parva & saluabor in ea. Juxta S. Greg. ions est, *munditia continentium*, parva autem civitas est vita conjugalis. *Conjuges*, inquit S. reg. *quasi paruam civitatem inveniunt, in qua ab ignibus defendantur.* Duplici ratione & moo furor ignis devitatur, imò per fugam, 2dò: per ejusdem ignis suffocationem & restinctioem. Flammam Veneris nonnulli fugiunt, dum ad montem, hoc est, ad status sacerdotalis submitatem se recipiunt, vbi castitati & puritati student. Alij amplectuntur statum conjugalem, ı quo per licitum connubium Veneris flammas exstinguunt. Qui per fugam ad montem sacerotij, flammas effugere diffidit, non præsumat hunc sanctum conscendere montem, sed paruam ivitatem conjugij ingrediatur. Quia melius est in vita conjugali ab ardoribus libidinis defendi, uàm in celso sacerdotij monte ab ignibus concupiscentiarum carnalium incendi, & à flamma bidinis, transire ad flammas æternitatis.

Pontifex neo-iniatus 7. diebus in tabernaculo manere debebat.

Moses fratrem suum constituit Pontificem.

III. *Quænam circa consecrationem Sacerdotum observanda?* ℟ sequentia. Imò Moyses & si fratrem suum constituerit Pontificem, non malè egit. Agitur de hac materia, titulo *de filij Presbyterorum in Decretalibus*, constat tamen Gregorium Nazianzenum patri succesisse in Episcopatu, de Tetrico filio S. Gregorij Lingonensis narrat Greg. Turonens. in vita patr. c. 7. de S Honulpho filio S. Honoberti in Episcopatu Senonensi Ant. Demochares. Ita Paulus I. immediatè successit Stephano II. in Papatu, teste Athanasio Bibliothecario, & Joannes XX. Benedicto VIII. vt in vita S. Odilonis meminit Petrus Damianus.

Primogeniti Sacerdotes.

2. In lege naturali primogenitos omnes fuisse Sacerdotes scribit R. Salomon, Lyranus, Abulensis, Lorinus &c. & insinuatur Exod. 24. 4. 5. Ubi sacrificia jubente Moyse facta sunt, antequam aliqui essent ad hoc ordinati, & vestibus specialibus, dum sacrificarent, ab alijs distincti Nam successores quoq; Aaronis, & filiorum ejus, eisdem ritibus ordinandi erant, & ideo in Eleazaro Num. 20. 24. etsi vivente adhuc Aarone, vestitus esset, postea tamen reliquæ ceremoniæ adhuc fuerunt supplendæ; cum Num. 35. 25. supponatur, sacerdotem magnum vnctum esse

3. Tametsi verò consecratio duraret per septiduum, & quotidie facienda essent sacrificia non tamen ideo omnes ceremoniæ quotidie repetitæ fuerunt. Poterant interea haud dubiè somno vacare; etsi fortassis per vices aliqui, ad custodias vigilare debuerint: atq; ideo ornamenta vestium licebat deponere noctu; sicut etiam ad requisita naturæ vel exire licebat, vel de ejusmodi locis, ibidem in mansionibus, quæ ad coquendum ibi, comedendum, dormiendum &c paratæ erant, prospectum fuit.

4. Mitris ornati ministrare debebant; nos hodie apertis capitibus, quamvis Paulus Vann 1616. permisit in China tecto capite celebrare, quod infame sit ibi, capite aperto esse. Dicitur Moses eos lavisse, quod tamen non fecit, nisi jubendo, sedens v. g. in exedra: cujus imperio se ipsi laverunt, idq; non palàm, si totum corpus lavandum fuit, quod quidam putant. Per aspersionem vnguenti & sanguinis, maculæ fiebant vtiq; in vestibus, sed paruæ, & quæ honestarent potiùs, quàm deturparent: vt frustra aliqui ad eas avertendas miraculum accersant.

5. Vitulus pro peccato non offerebatur propter vitulum idololatricum, quia ante factam illam idololatriam, præcepta hæc jam data fuerant à DEo: Sed vt in consecratione sacerdotum omnia sacrificiorum genera, quorum eis potestas dabatur, fierent. Nam omnia sacrificia continentur tribus generibus, pro peccato, holocausti, & pacifici.

6. Fiunt sacrificia sicut priùs fuit descriptum: præterquam quòd c. 4. fiat mentio altari thymiamatis, non autem hîc, neq; c. 16. in die expiationis. Cujus ratio est; quia in consecratione non fiebat pro certo aliquo & particulari peccato: & in die expiationis similiter fiebat pro peccatis totius populi, sacerdotumq; omnium, etiam summi. Similiter ideo armus dexter cremabatur, & pectusculum solum cedebat in vsum Mosis celebrantis.

7. Propter eamdem rationem eodem die totum absumendum erat, cùm in alijs quibusdam potuerit comedi etiam secundo die. Coquendæ erant carnes igne profano: & solæ personæ consecratæ poterant comedere, cæteri omnes alienigenarum nomine intelligi probabiliùs videntur

CAPUT IX.

Sacerdotes jam consecrati ad præceptum Mosi, exequuntur officium suum in hostijs pro peccato, holocaustis & pacificis. Aaron extendens manum benedicit populo, oblata approbantur per egressionem ignis à Domino

Aaron primum suum sacrificium pro se & filijs suis offerebat.

QUæstio I. *An Aaron primum suum sacrificium obtulerit tantùm pro suo an etiam pro filiorum suorum peccato?* ℟ scriptura videtur affirmare Aaronem pro se solo sacrificasse ait enim de Aarone v. 8. *immolavit vitulum pro peccato suo*, quod ipsum jusserat Moses v. 7. *immola pro peccato tuo*. Ubi pronomina *tuo* & *suo* solam Aaronis personam significare videntur. Tostatus tamen ait Aaronem non tantùm pro suo, sed etiam filiorum suorum (qui simul cum ipso sacerdotes consecrati sunt) peccato sacrificium obtulisse. Ratio loquendi quasi pro solo peccato Aaronis offerretur, fuit, quia principaliter & primariò pro peccato Aaronis oblatum est, & quidem ab ipso Aarone, ceu supremo sacerdote & primario ministro. Ulterior ratio est, quando Moses Aaronem & filios consecrabat, sacerdotes offerebant sacrificium pro peccato non Aaronis tantùm, sed & filiorum ejus, quod probatur exinde, quia non solus Aaron sed & filij ejus manus suas capiti victimæ imponebant c. 8. v. 14. quæ impositio manûs protestatio quædam erat, quòd hæc hostia interficeretur pro eorum peccato, quod per manûs impositionem in illud quasi transferebant, ergo eodem modo hoc suum primum sacrificium pro se & filijs suis offerebat, quia illud Mosaicum Aaroni quasi exemplar & prototypon fuit, quod ipse imitaretur, & regula, quam ipse primò sacrificans teneret. Præsertim, quia, vt rectè notat Lorin. etiam in hoc sacrificio Aaron & filij ejus super caput hostiæ manus suas posuerunt, quamvis hoc loco non exprimatur.

II. Cur

II. *Cur Aaron priùs offert sacrificium pro peccato, quàm holocaustum?* ℞ quia non est spe- *Aaron pri-*
ios? laus in ore peccatoris, quia ergo holocaustum est Sacrificium laudis divinæ, priùs offeren- *ùs offert*
um fuit sacrificium pro peccato, vt laus hæc non fieret à peccatore, sed justo per sacrificium ex- *pro peccato*
iato. Deinde magna DEi erga hominem ex hoc elucet benignitas, benevolentia & amor, qui *quàm holo-*
navult carere holocausto, & differri laudem suam, vt priùs peccator pro se offerat sacrificium, *caustum.*
nimæq; suæ munditiem & salutem acquirat. Deniq; in primo Aaronico sacrificio docuit DEus
acerdotes nouæ legis præsertim Neomistas, vt primum sacrificium pro se offerant, seq; per il-
ud disponant, emundent, aptos & dignos reddant, tremenda missæ sacrificia impostetum offer-
e. Si enim hæc præparatio legalibus sacerdotibus præscripta fuit, quantò magis obseruan-
a novæ legis sacerdotibus, qui non animalia, sed ipsum Christum immolant.

III. *Quæ fuit illa* GLORIA DOMINI, *quæ apparuit hic v. 23.?* ℞ Omnes ferè hoc lo- *Gloria Do-*
o per gloriam DEi intelligunt ignem cœlitus emissum, prout scriptura statim subjungit, nisi *mini.*
orte malis sentire ante adventum ignis apparuisse splendorem, nubem vel simile quid, quo po-
ulus excitaretur, & hoc vocari gloriam Domini, potest esse, quòd fuerit illa nubes, hucusq;
equentiùs apparere solita, quæ communiter gloria Domini appellatur.

IV. *Unde ille ignis egressus est?* ℞ è cœlo, & quidem ex nube illa populi duce, vt sentit Bar- *Ignis unde*
id. super victimas, vt spectari potuerit ab omnibus & singulis clarè & distinctè, potuerintq; *egressus.*
mnes credere à DEo dimitti, nullumq; subesse dolum, vtq; esset expressior figura linguarum
gnearum descendentium super Apostolos, formatus fuit ipse ignis ministerio Angeli supra in
ëre & fotus materia ignis nutritiua, quam Angelus aliunde adduxit.

Si objicis quòd ignis ex sua levitate semper feratur sursum, ergo non potuit ex alto deci-
ere? ℞ *imò*: quomodo ergo delabi potuit ignis super Sodomam conflagrandam? quomodo de
œlo cadet ad exurendam vniversam terram in fine mundi? quomodo alij ignes decidere potu-
runt, vt qui super victimam Eliæ descendit, *2dò* esto ignis sit levis, potuit tamen ex alto per
ngelos deferri super altare holocaustorum. *3tiò* materia illa ignem nutriens, gravis erat, quæ
manibus Angeli delapsa secum rapuit flammam sibi hærentem.

V. *Quid vlteriùs de hoc igne sentiendum?* ℞ Hoc igne cœlesti semper deinceps vsi sunt *Ignis cœle-*
Iebræi, eumq; lignis injectis continuò nutrire jussi Lev. 6. v. 12. Quo quia Nadab & Abiu filij *stis.*
aronis vsi non fuerant, sed alieno, seu aliunde desumpto profano igne, ideo igne cœlitus im-
nisso absumpti sunt c. seq. Maximâ sacerdotum curâ hic ignis fouebatur, & quidem per de-
ertum cùm proficiscerentur, in vase ad id deputato; cùm verò subsisterent, in altari ipso holo-
austorum perpetuo fomento nutriebatur. Similis ignis de cœlo ad victimas absumendas missus
t, cùm Salomon templum suum dedicaret 2. Paral. 7. v. 1. Item cùm Elias convicit sacerdotes
aal 3. Reg. 18. v. 38. Asseruatus est autem hic ignis sacer in templo vsq; ad eversionem ejus-
em templi, & captivitatem Babylonicam. Ac ne tum quidem neglecta illius cura: nam à sa-
erdotibus in puteo ignis ille abscondi us est; sed soluta pòst captivitate, dum ignem requirunt,
co ignis aquam crassam repererunt, quæ mox tempore sacrificij in ignem miraculosè conver-
fuit 2. Machab. 1. Quo igne vsi sunt deinde in secundo templo: & in tanti miraculi memo-
am festum dati ignis perpetuè celebre habuerunt.

VI. *Quæ sunt fabulæ Hebræorum de hoc igne?* ℞ Tradunt Hebræi in hoc igne sacrificia *Fabulæ de*
bsumente leonis faciem conspectam fuisse, vt repræsentaretur Christus, qui est Leo de tribu Ju- *igne cœlesti.*
a, quiq; immensæ charitatis suæ igne pro nobis in cruce hostia factus omnia nostra peccata
bsumpsit, nosq; DEo Patri reconciliavit. Præterea addunt, quòd hic ignis non potuerit ex-
ngui aquis, etiamsi flumina inciderent, & obruerent eum. Quod non indiguerit nutrimento,
ùm tamen DEus voluerit, vt sacerdos eum nutriret; quod seruatus fuerit panno purpureo invo-
utus, sed hæc falsa sunt. Cur enim DEus jussit tantâ curâ ignem hunc nutriri, nisi quia non
olùm aquis sed & deficiente fomite & lignis extinctus fuisset.

Dæmon vt simius hanc sacri ignis continuò fovendi religionem apud Ethnicos varijs lo-
s æmulari voluit, vt apud Persas, qui & pro DEo eum colebant, apud Delphos item, & Argi-
os in templis Apollinis, apud Romanos, qui eum sub nomine Vestæ colebant, & Virginibus
estalibus custodiam illius committebant: quòd si aliquando eum extingui contingeret, fata-
vrbi censebatur.

CAPUT X.

*Nadab & Abiu filij Aaronis igne profano thurificantes, igne cœlesti occidun-
ur. Plangi eos à parente & fratribus consacerdotibus vetat DEus. Ve-
at & vini & siceræ vsum sacerdotibus quamdiu in tabernaculo deseruiunt.*

QUæstio I. *Unde contigit hic Nadab & Abiu lapsus, vt igne profano vterentur ad adolen-* *Nadab &*
dum thymiama? ℞ R. Salomon & alij Hebræi id contigisse ex temulentia, eò quòd *Abiu lapsus*
ebrij nescirent, quid facerent. Huic sententiæ favet, quòd Dominus post necem Nadab
& Abiu mox v. 8. Aaroni & sacerdotibus ingressuris tabernaculum vinum & omne,

 quod

quod inebriare potest, prohibeat. Deinde potest dici id eos fecisse ex inconsideratione & perturbatione; sic enim videmus novellos sacerdotes inexpertos, timidos, & turbatos in suis primitijs multos errores committere. Deniq; potest dici, eos cùm vi subiti ignis è cœlo labenti victimas c. præced. v. 24. devoratas conspicerent, novitate miraculi partim exultantes, partim perculsos, & perturbatos, non ausos fuisse accedere ad altare, vt inde ignem sacrum acciperent, sed aliunde festinanter accepto igne, incensum Domino pro gratiarum actione obtulisse. Unde ait Radulph. inobedientiæ quidem reatu non caruerunt, crimen verò damnabile magis significarunt quàm admiserunt.

Venialiter tantùm peccarunt

II. *Quid sentiendum de peccato & salute horum duorum sacerdotum?* ℞. Venialiter eos tantùm peccasse, & non æterna sed temporali vita privatos, seu non æterno igni adjudicatos sed temporali fuisse extinctos, quia eos Moses jussit sepeliri in vestibus sacris. Neq; per eorum cadavera tabernaculum pollutum est, quia mors naturalis non fuit. Ex occasione hujus mortis prohibuit DEus, quemvis intrare sanctum sanctorum, nisi Pontifici semel in anno die decimo septimi mensis, sicut etiam abstinentia à vino præcepta ideo fuit sacerdotibus ministraturis.

Cur tam graviter puniti.

III. *Cur DEus tam severè ob leve peccatum in eos animadvertit?* ℞. cùm Lorino, vt vniversus populus intelligeret, quanti momenti res sit, ritè DEum colere, cum præcipuis & primis sacerdotibus ob alienum ignem in sacrificio vsurpatum non parcat, sed subitò vitâ privet, vtq; alij ministri cautiores & religiosiores in suo officio fierent, & exactè omnes præscriptos ritus observent, sancta sanctè tractent, quia ipse est sanctus ipsissimaq; sanctitas. Si DEus sub sacrificijs veteris legis tantam exigit puritatem, & in leviter delinquentes tam severè animadvertit, quantam innocentiam & devotionem exigat sub sacris novæ legis, facile est ex eo concludere, quia dignitas & sanctitas sacrificij aliorumq; sacrorum novæ legis infinitis gradibus antecedit sacrificia veteris legis. Unde facile est judicare, quàm atrociter puniendi sint, qui nullam præseferunt in sacris reverentiam, non solùm sacerdotes, qui defectus committunt, obiter & absq; devotione sacra peragunt, alienumq; ignem variarum distractionum, passionum carnalium, aliorumq; desideriorum secum ad altare deferunt, sed etiam laici, qui sacris intersunt, sed irreverenter moribus dissoluti, oculis vagi, linguâ garruli, animo inquieti, & ad curas temporales abrepto. Deinde isti duo sacerdotes recens consecrati erant, & hinc quamvis leviter deliquerint, tamen severè puniti sunt, quia Neo-Sacerdotes major decebat puritas, devotio, & fervor, à quo quia paululum remiserunt, tantam pœnam exsolverunt. Sit hoc in terrorem & cautelam, noviter initiatis sacerdotibus, qui parum anguntur, siquos inter sacrificandum defectus committunt, imò præscriptos ab Ecclesia ritus vel discere negligunt, vel culpabiliter invertunt, vel tumultuariè properanter operantes transiliunt, vel quia eos quorumdam pudet, omittunt. Hi certè digni sunt, vt divino igne succendantur, non sacro & ex altari emisso, sed ex inferno erumpente.

Ignis alienus quid mysticè significat.

IV. *Quid mysticè significat ignis alienus?* ℞. S. Cyprian l. de Unct. Eccles. Irenæus l. 4. c. 53. Beda & alij per ignem alienum intelligunt doctrinas hæreticas. Ignis cælestis dimissus, vera à Christo è cœlo in terram delata doctrina est, quæ velut ignis corda fidelium charitate inflammat, & luce veritatis illuminat. Ignis de cœlo delapsus nullibi nisi in altari, & hoc jugiter absq; desitione ardebat. Ignis doctrinæ Christi in sola ejus Ecclesia Catholica, & quidem semper, & quidem usq; ad finem orbis terræ ardebit. In hoc Ecclesiæ altare alienum inferunt ignem, qui falsas & hæreticas doctrinas disseminant, & tales, sicut Nadab & Abiu ignis supplicium merentur, tum temporalis, cui eos Ecclesia adjudicat, tum æterni, quo eos DEus sine fine cremabit. Per istos offerentes ignem alienum coram Domino (ait Lyran.) figurati fuerunt sacerdotes novi testamenti, qui cum igne cupiditatis vel luxuriæ ministrant in altari propter quod percutiuntur morte culpæ, postea percutientur morte gehennæ, quia graviter nimis peccant. Unde dicit S. Hieron. in quodam serm. Dic sacerdos, dic Clerice, quid tibi cum fœminis, qui quotidie ad altare cum Domino confabularis; quomodo eisdem labijs deosculaxis filium Virginis, quibus deosculatus es filium meretricis? O Juda osculo filium hominis tradis. Per hoc autem quod vestes Nadab & Abiu remanserunt intactæ, significatur, quòd in lege res sacræ ab abusu malorum sacerdotum non sunt contaminatæ. Hæc ille.

Sanctificatur in ijs qui ipsi appropinquant.

V. *Quomodo intelligenda illa verba* v. 3. SANCTIFICABOR IN IIS, QUI APPROPINQUANT MIHI? ℞. Tirinus hunc reddit sensum: Justum me declarabo puniendo peccata etiam Sacerdotum, scil. ne populus speret, me sibi, si peccet, parciturum, dum videt me, ne quidem sacerdotibus peccantibus ignoscere. Cùm hoc ferè coincidit, quod habet de la Haye. Magnum & sanctum me declarabo in puniendis peccatis eorum, qui meo cultui sunt dedicati. DEus cùm sit sanctissimus, etiam sanctos exigit ministros, cum quibus vnum corpus mysticum constituit, sanctificatur ergo DEus per sanctitatem ministrorum, quia hac ratione totum corpus sanctum efficitur, vel deniq; à suis ministris vult sanctificari, seu pro sancto haberi & coli, consequenter & ipsi debent esse Sancti, ne in quo ipsi DEum deprædicant, ipsi deficiant, & mortis rei fiant, prout Nadab & Abiu.

Ignis quo-

VI. *Quomodo* IGNIS DEVORAVIT EOS v. 2. ℞. cum Corn. non omnino eos concremando

...ando & consumendo; sed instar fulminis afflando & occidendo; nam postea eorum integra corpora sepulta sunt, idq; fecit DEus ad consolationem Aaron, & vt pœnam eorum mitigaret. Voluit DEus recentem legem, & sacerdotis religionem tum seuerâ vindictâ sancire in posterorum exemplum. Simile exemplum statuit S. Petrus Christianis puniens Ananiam & Sapphiram Act. 5. *modo eos devoravit.*

VII. *Quomodo intelligenda verba* v. 6. CAPITA VESTRA NOLITE NUDARE? ℞. Mos erat lugentium vestimenta scindere, & capitibus nudatis pulverem aspergere, vt patet Job 1. 20. 1. Reg. 4. 12. Ergo cùm hîc vetatur, ne vestes scindant, & capita nudent, vetatur, ne mortem fratrum plangant. Tirinus ait: *capita vestra nolite nudare* cidarim seu tiaram detrahendo, vel etiam capillos more gentilium abradendo, luctus testandi gratiâ. Quod non solis sacerdotibus, sed & laicis promiscuè vetitum erat in funere Deut. 14. v. 1. Idq; ne more ethnicorum, immoderatum animi affectum hoc signo proderent, parum convenientem ijs, qui crederent futuram aliquando resurrectionem. Sed eam legem Judæos non semper observasse colligimus ex Jerem. 16. v. 6. ubi prædicitur, tantam fore morientium turbam, ne superstitibus etsi moribus gentium assuetis, libeat toties se incidere, aut caput decalvare. Extra tempus funerum non fuit capitis abrasio laicis prohibita, sed neq; sacerdotibus, cùm non ministrarent in templo. Semper tamen excipio Nazaræos; quamquam & hi quoq; completo Nazaræatûs tempore capillos abradebant. *Caput nudare.*

VIII. *Quomodo intelligenda illa verba* v. 6. ET VESTIMENTA NOLITE SCINDERE? ℞. id summo sacerdoti in funeribus vetitum fuit Lev. 21. v. 10. quia scissio illa impotentiam quamdam animi demonstrat, quæ Pontificem minimè decet. Alijs sacerdotibus id nusquam vetitum legitur. Ergo hoc solo casu prostratorum miserè fratrum Moses id hîc peculiariter vetat filijs Aaronis, tum propter recentem illorum consecrationem, tum propter paucitatem illorum. Quod si tum simili cæremonia funebri eos contaminari contigisset, nulli alij fuissent, qui sacrificia peragere, aut victimas sacras absumere potuissent. Eadem de causa vetat hîc ijsdem Moses egredi atrio sancto, scilicet ad planctum fratrum suorum & funus peragendum: nam etiam funeris deductio & parentatio afferebat immunditiam legalem. Hæc Tirinus ex Josepho. *Vestimenta scindere.*

CAPUT XI.

Lex de Animalibus mundis, seu quibus vesci licet: & immundis, quæ comedi vetat. Munda decernit terrestria, quæ ungulam diuidunt, simul & ruminant: pisces, qui pinnulas habent & squamas. Auium varia genera; reptilia omnia immunda.

QUæstio I. *Quæ requirebantur ad hoc, ut animal esset mundum ad esum?* ℞. debebat habere vngulam, eamq; divisam, seu disulcam, deinde debebat esse ruminans, cujus aliqui hanc rationem dant, quia quæ non habent vngulam, nimis humidæ sunt complexionis, & quæ vngulam quidem habent, eam verò non findunt, nimis sicci & duri sunt temperamenti, & nutriendo corpori humano non conveniunt, quæ verò vngulam habent divisam, temperatæ sunt complexionis, & alendo corpori maximè congruunt, vt sunt boves & oves. Quæ ruminant melioris sunt digestionis, si vnum ex his deficit, vt si non ruminet, vel non dividat vngulam, censetur animal immundum. *Animal mundum ad esum.*

II. *Cur DEus sanxit discretionem animalium mundorum ab immundis?* ℞. Licet hæc omnia, & quæcunq; creavit DEus, ex sua natura munda essent teste Apostolo, providè tamen statutum fuit à DEo, vt à quibusdam, quasi ab immundis abstinerent Judæi. *1mò* vt hac via populus iste rudis, sicut in sacrificijs sic & in cibarijs haberent continuum exercitium obedientiæ, religionis, latriæ, & temperantiæ, *2dò* vt ab immundis idololatrarum epulis ac superstitionibus arcerentur, ad quæ alioquin imitanda propensiores erant. *3tiò.* vt ex munditie & sanctitate hac legali discerent assurgere ad internam munditiem, & veram animi sanctitatem, quæ mysticè hic præfigurabatur. Deinde licet in his mundis & immundis cibis ita decernendis satis esse posset vna DEi sic jubentis voluntas; DEus tamen non nisi justas & manifestas ob causas voluit quosdam præ alijs immundos declarare: & has vel ob naturules causas: v. g. quòd ejusmodi cibi venenosi essent, vt sunt reptilia: vel saltem distemperatæ complexionis, & mali succi, vt noctuæ, ciconiæ, upupæ, vel saltem difficillimæ digestionis, vt adeps, sanguis &c. quia verò animalium, eorumq; proprietatum homo notitiam non habet, & inter ea discernere non potest, DEus discrevit, & homini designavit, quibus vesci liceat & quibus non. Vel deniq; ob mysticas & morales causas, v. g. quòd in quibusdam animalibus pravæ quædam inessent conditiones & proprietates vitiorum, crudelitatis in corvo, ingluviei in onocrotalo, rapinæ in vulture, impietatis in crocodilo, superbiæ in aquila, luxuriæ in sue, & aliorum in alijs istiusmodi symbola: per quæ innuebat, ad obtinendam veram animi munditiem, ab illis vitijs abstinendum esse: alioquin coram DEo immundos esse judicandos, & à divino Sanctuario, id est, cœlo *Discretio animalium mundorum ab immundis.*

arcendos. Hæc animalium immunditia erat corporalis & legalis, quæ animam non inquinabat (nisi quis per inobedientiam, sciens contra legem ea comedisset) sed tantùm arcebat Judæos à ministratione & oblatione sacrificiorum, atq; ab introitu Sanctuarij, ab his enim abstinere debebat, qui cibos hîc vetitos etiam inscius comedisset, donec se expiasset: perinde ac lepra arcebat eos à convictu hominum, totisq; castris.

Animal ruminans & dividens ungulam, quid mystice significat.

III. *Quid mysticè intelligitur per animal ruminans & dividens vngulam?* ℟. S. Greg. in c. 2. Cant. S. Cyrill. l. 14. in Adorat. Euseb. l. 8. de præpar. c. 3. & alij per ruminationem intelligunt verbi DEi, seu doctrinæ Christianæ meditationem & frequentem ejusdem in mentem revocationem, per vngulæ divisionem, discretionem inter bonum & malum. ℟. Quod esca corpori, hoc animæ est verbum DEi, illa corpus, hoc nutrit & conservat animam, quia non de sole pane vivit homo, sed de omni verbo, quod procedit de ore DEi Matt. 4. Animal, quod pabulum deglutit, sed non revocat ad iteratam masticationem, seu non ruminat, immundum est, sic homo si verbo DEi pascitur, & hoc recipit; sed repellit, obliviscitur, & non revocat ad iteratam meditationem, immundum est animal, seu peccator, qui caret vitâ animæ, quam escâ spirituali non nutrit. Animal ruminans est homo, qui verbum DEi frequenter recogitat, meditatur, & quod vel in concione audijt, vel in libris legit, jugiter mente versat, scrutatur, & quasi ruminans animæ escam præparat, qua nutritur. Pedis seu vngulæ divisio est boni à malo discretio, sicut enim animal pedi bisulco firmiùs innititur, & rectiùs incedit, sic justus faciendo bonum & declinando à malo rectè incedit, viamq; ad salutem securiùs graditur.

IV. *Quid circa Camelum, Chœrogryllum, leporem & suem literaliter & mysticè observandum?* ℟. Hesychius per hæc intelligit eos peccatores, quorum peccata opposita sunt virtutibus cardinalibus. *Camelus* gybbosus superbum significat, cujus superbia contraria est prudentiæ & sapientiæ, quia vera sapientia est studiosa humilitatis. Lepus quia timidus est, pusillanimem significat, qui in fortitudine & constantia deficit. Chœrogryllus (quem S. Hieron. in c. 30. Prov. ita describit: Est hoc animal non majus hericio habens similitudinem muris & ursi, cujus in Palæstinæ regionibus magna est abundantia, semperq; in cavernis petrarum, & terræ foveis habitare consuevit) qui vastat & depascitur agros alienos, furem injustum significat, qui justitiam non exercet. *Sus* gulosi imago est. Hi peccatores immunda sunt animalia. Vide de his plura apud Corn. à Lap. hîc, vti & de piscibus, & immundis avibus. Consulens brevitati hæc omnia omitto.

CAPUT XII.

Tractatur de puerperæ immunditia, de ejusdem sive divitis sive pauperis purificatione.

Mulier suscepto semine pariens masculum immunda.

QUæstio I. *Cur v. 2. dicitur:* MULIER SI SUSCEPTO SEMINE PEPERERIT MASCULUM, *numquid sine susceptione seminis parere potest?* ℟ Agitur hîc de immunditia fœminæ parientis, advertunt Interpretes communiter, quòd illa puerpera immunda dicatur, non quæ absolutè, sed quæ suscepto semine vtiq; virili pepererit, quia ergo B. Maria Virgo, masculum quidem peperit, sed absq; suscepto semine, ex Spiritu Sancto, Christi corpus ex purissimis ejus sanguinibus efformante, hinc hac lege comprehensa non fuit, neq; immunditiem legalem incurrit, hinc singulari Spiritus Sancti providentia, hanc virginem excipere volentis, factum est, vt Moses interponeret, *si suscepto semine.* Ita passim SS. Patres & DD. excepto Abulensi. Inter quos S. Cyrill. Alexand. l. 2. de fide contra Arrianos: *Clarè patet,* ait, *in quantam impietatem prolabantur Arriani, qui DEiparam Mariam ijs sacrificijs, quæ pro puerperis ex lege offerri mos erat, opus habuisse asserunt.* Idem fatentur Melanchthon, Artopœus, & alij quidam hæretici à P. Canisio l. 4. Marial. c. 12. citati. Unde consequenter dicunt ijdem Patres in partu B. Virginis nulla fuisse menstrua, nullas secundinas, aliásue sordes, quæ partum vulgarem consequi solent. Simili modo Exod. 13. q. 2. ostendi lege illa primogenitorum Christum non fuisse comprehensum, eò quòd matris vulvam non apperuit, sed eâ clausâ ex virgine natus sit. S. Aug. l. de quinq; hæres. hær. 5. Stulte, inquit, vnde sordes in Virgine Matre, vbi non est concubitus cum homine patre? vnde sordes in ea, quæ nec concipiendo libidinem, nec pariendo passa est dolorem.

Lex purificationis abolita.

II. *Quid nunc sentiendum de lege purificationis?* ℟ eam abolitam esse, sicut & reliquas ceremoniales veteris testamenti; nostræ ergo puerperæ eâ non obligantur, possuntq; statim sine peccato à partu gratias acturæ templum ingredi, vti respondit Innocentius III. c. vnico de purificatione post partum: tamen ob venerationem, imitationemq; B. Virginis. multæ ab Ecclesiæ introitu 40. diebus post partum abstinent, inquit Radulph. l. 8. c. 6. Unde & Innoc. addit: Si tamen ex devotione aliquamdiu voluerint abstinere ab Ecclesia, devotionem earum non ducimus improbandam.

Parienti puellam 80,

III. *Cur parienti fœminæ puellam 80. dierum purificatio præscribitur, cùm in partu masculi sufficiant 40. dies?* ℟ Corn. hujus sanctionis & disparitatis rationem refundit in DEi voluntatem

tem & beneplacitum, appositè tamen ad naturam, quia in partu fœminæ est humorum fluxus copiosior, sanguinis corruptio, parientis languor & dolor major. Deinde quia juxta Valesium, fluxus sanguinis in partu maris durare potest vsq; ad 40. diem; fœminæ verò vsq; ad 80. quos terminos fluxus sanguinis assequi, numquam verò transgredi potest. Si ad mores id referre velis, dic, ad ambitionem fœminarum reprimendam, DEum ad suum eas revocasse ortum, eisq; ostendisse duplo immundiores esse maribus, vtpote quarum nativitas ità contaminat matres, vt ad sui purificationem 80. diebus egeant, cùm nato masculo dimidium horum dierum sufficiat. *masculi 40. dies purificationis præscribuntur.*

IV. *An sacrificia v. 6. præscripta oblata sint pro prole, an tantùm pro matre pariente, an pro matre & pro prole simul?* ℞. Multi censent hæc sacrificia oblata in holocaustum & pro peccato tum matris, tum prolis. Licet enim per sacramentum circumcisionis fuerit infans purgatus à peccato originali, tamen adhuc cum matre censebatur esse immundus legaliter, quia adhuc quasi vnum erat cum matre. Unde cum matre per hoc sacrificium expiabatur, & magis sanctificabatur. Huic sententiæ favet id, quod canit Ecclesia in Respons. 2. & 3. primi Nocturni in festo Purificationis: *Obtulerunt pro eo* (puero JEsu) par turturum, aut duos pullos columbarum. Alij tamen censent mulierem parientem hæc obtulisse pro purificatione non prolis, sed sui solius. Id enim disertè dicitur v. 7. *offeret* (sacerdos) *illa coram Domino, & orabit pro ea* (non pro eo, scil. puero) *& sic emundabitur à profluvio sanguinis sui.* Item v. ult: *orabitq; pro ea sacerdos, & sic mundabitur.* Vnde quod canitur festo Purificationis: *obtulerunt pro eo,* intellige indirectè & concomitanter, q. d. Obtulerunt pro partu ejus, seu quia eum B. V. peperit: Proles ergo non hoc sacrificio, sed circumcisione purgabatur à peccato originali. Deinde si erat primogenita, sistebatur Domino, redimebatur quinq; siclis, vt patet Num. 3. 47. collato cum Exodi 13. 13, quæ lex redemptionis prolis primogenitæ, alia est ab hac lege purificationis, hæc enim solam matrem puerperam spectat. Vnde v. 7. dicitur *ista est lex parientis masculum aut fœminam.* Hinc sequitur ly *pro filio, sive pro filia* referendum esse, non ad *deferet,* sed ad *dies purificationis,* qui alij erant in partu filiæ, alij in partu filij, explendi, antequam se mater ad templum conferret, ibiq; se per sacrificia hìc præscripta expiaret. *Mater per Sacrificia expiabatur*

V. *Pro quali peccato offerendus erat pullus columbæ seu turtur v. 6.?* ℞. pro immunditia & irregularitate legali in partu contracta, tollenda. Hæc enim immunditia vocatur peccatum scilicet legale. Sic immunditia legalis contracta ex lepra vel menstruis vocatur peccatum c. 14. 12. & c. 15 30. Deinde vt simul etiam hæc offerret puerpera pro peccatis propriè dictis, si quæ in puerperio, vel aliàs admisit.

VI. *Cur Puerperæ victima purificatoria præscribitur turtur aut columbæ pullus?* ℞. si quæritur de literali ratione hujus præcepti, ea est legislatoris voluntas, & ita decernendi beneplacitum, fundatum in eo, quia hæc animalia minoris sunt pretij, vt nulla puerpera se ab eorum oblatione defectu mediorum eximere potuerit. Cui accedit, quòd hæc animalia valde munda & innocentia sint, ad rem præsentem, quæ agebatur, significandam, nimirum purificationem & novam munditiem puerperæ. Turtur gemens symbolum est luctûs & pœnitentiæ. Nam vt ait Poëta: *Nec gemere aërea cessabit turtur ab ulmo.* Sic gemere non cesset pœnitens, donec purificetur. Vox turturis audita in terra nostra, est vox Magdalenæ gementis. S. Hieron. l. 1. contra Jovinian. *Physiologi,* ait, *tradunt hanc turturis esse naturam, ut si parem perdiderit, alteri non jungatur; & intelligamus bigamiam etiam à multis avibus reprobari.* Christus tamen non reprobat secundas nuptias, sed eis præfert vidualem continentiam. Columbæ verò sunt symbolum castimoniæ, & fidei conjugalis. Nam, vt ait Plin. l. 10. *Pudicitia columbis prima est, & neutri nota adulteria, tori fidem non violant, communemq; servant domum, imperiosos mares, subinde etiam iniquos ferunt.* Vide plura apud Corn. *Turtur vel pullus columbæ victima puerperæ.*

CAPUT XIII.

Septem species lepræ, ejusq; signa. Quinq; verò præcipiuntur leproso. 1. vt habeat vestes dissutas; 2. caput nudum; 3. os tectum; 4. clamet se sordidum esse; 5. habitet extra castra.

QUæstio I. *Quæ & qualis fuit lepra Judæorum?* ℞. hanc lepram fuisse morbum seu vitium sæpe naturale, sæpe etiam ex speciali DEi providentia Judæis immissum, præsertim ad punienda gravia eorum peccata. v. g. Simoniæ, ob hanc enim Giezi ab Elisæo percussus est leprâ 4. Reg. 5. 27, sive sacrilegi, ob quod Ozias Rex vsurpans sacerdotium, & volens adolere incensum, leprâ tactus est à DEo 2. Paral. 6. 21, sive homicidij, ob quod David imprecatur Joab occidenti Abner lepram 2. Reg. 3 29, seu murmuris & rebellionis, maximè contra sacerdotes; ita enim Maria soror Mosis, murmurans contra Mosen correpta est leprâ Num. 12. 10. Vide Deut. 24. 8. ubi DEus disertè minatur lepram ijs, qui Sacerdotibus obedire nolunt. *Lepra Judæorum.*

II. *Eratne lepra Judæorum eadem cum nostra, an verò dissimilis?* ℞. dissimilem fuisse, lepra enim Judæorum ferè tantùm erat in cute, vt patet ex v. 2. nostra verò carnes & ossa depascitur. *Lepra Judæorum dissimilis nostræ*

pascitur. Deinde lepra Judæorum etiam vestes, & muros, ac domos invadebat, vt patet v. 29. nulla autem jam est lepra, quæ vestes aut domos corripiat. Deniq; lepra nostra est incurabilis inquit Corn.; lepra autem Judæorum erat curabilis, sæpeq; curabatur, vt patet hoc cap. & seq. Jam verò cùm notitia leprarum sacerdotibus novæ legis parum aut nihil profit, & insuper hæ lepræ modò vel nullæ, vel admodum raræ, & Judæorum propriæ fuerint, non tam naturales, & ex causis naturalibus ortæ, sed à DEo Judæis specialiter ceu plagæ inflictæ, & consequenter earum naturæ, causæ, symptomata etiam à peritissimis medicis inveniri non possint, nolo in expositione earum diutiùs immorari, solumq; ad sensus mysticos descendo.

Lepræ quid mysticè significent. III. *Quid mysticè significant lepræ?* ℟. Lepra triplex describitur, scil. in hominibus, in vestibus, & in domibus; de hac tertia agitur c. seq. secundùm Doctores Catholicos per lepram intelligitur falsa doctrina hæreticorum in moribus, vel in fide, & ideo secundùm ipsos leprosi dicuntur, qui de numero sunt Ecclesiæ, sed varias sequuntur maculas erroris. Igitur lepram in carne & cute incurrerunt Manichæi, inquit Lyran. qui veram carnem in Christo fuisse negarunt, quorum aliqui dixerunt ipsum carnem tantùm phantasticè habuisse, alij verò dixerunt habuisse carnem cœlestem, & isti incurrerunt lepram in vulnere, quia negarunt Christum fuisse passum, natura enim cælestis impassibilis est. Lepram autem in capite incurrerunt Arriani, dicentes Christum non esse Deum, sed puram creaturam. Dicitur enim 1. Cor. 11. *Caput Christi Deus*, propter quod in capite patitur lepram, qui negat Christi Deitatem. Capilli & barba sunt ad decorem humanæ naturæ, propter quod lepram in capillis & barba incurrerunt Helvidius & ejus sequaces, qui decorem virginitatis B. Mariæ, quantum in ipsis fuit, fœdaverunt, dicentes ipsam post Christi nativitatem à Joseph ejus sponso fuisse carnaliter cognitam, & de ipso filios genuisse, qui in evangelio Christi fratres nominantur. Per hoc autem, quod subditur: *quicunq; ergo maculatus fuerit leprâ, & separatus est ad arbitrium Sacerdotis*, significatur, quòd hæreticus est ab Ecclesia per excommunicationem separandus. Per hoc, quod dicitur. *habebit vestimenta dissuta*, significatur, quòd hæreticus scindit fidei vnitatem, per id quod subditur, *habebit os veste contectum*, significatur, quòd hæreticus docere prohibetur. Lepra verò vestis significat exteriora signa hæresis, quibus hæretici vnius sectæ, mutuò se cognoscunt, & ab alijs ignorantur, ne in suis maleficijs capiantur. Per lepram domûs significatur locus occultus, in quo conveniunt hæresiarchæ cum discipulis suis ad simplices subvertendos, & talis locus cum Ecclesiæ notificatus fuerit, est totaliter subvertendus.

Lepra vestium & domorum. IV. *Quæ est lepra vestium & domorum?* ℟. Videtur hæc lepra fuisse tinea, vel qualitas quædam corrosiva (qualis est in sale, nitro, vitriolo, quæ & vestes, & stannum & ferrum exedunt & perforant) vel corruptiua, eaq; proserpens, vestibus & domibus Judæorum à DEo, vel per se, vel per causas secundas inflicta; ideoq; videtur Judææ & Judæis fuisse penè propria, alijsq; gentibus ferè incognita. Aliter: lepra vestis, est vestium splendor & luxus: nam in vestibus quærendus est calor, non color; necessitas, non pretium; vtilitas, non subtilitas. Laudo ait Clemens Alexand. l. 2. c. 10. Spartanos qui solis meretricibus floridas vestes, & aureum mundum gestare permisêre; à probis mulieribus ornatûs studium auferentes, quòd solis meretricibus concederent se ornare. Lepra domûs, sunt filiorum & famulorum pravi mores; hi à patrefamilias disciplinâ coercendi sunt, & bona institutione virtus in domum inducenda est. Nam vt ait S. Aug. ser. 15. de verbis Domini: *Repressâ disciplinâ sæuit impunita nequitia.*

Relapsi recipiendi ad pœnitentiam. V. *An ex illis verbis v. 57.* QUOD SI ULTRA APPARUERIT &c. LEPRA, DEBET IGNE COMBURI, rectè intulerit Tertull. l. de pudicitia c. 21. Mœchos, qui relapsi sunt, non esse recipiendos ad pœnitentiam? ℟. non rectè Hinc enim tantùm colligi potest, mœchum non esse recipiendum, quamdiu apparet in eo lepra, seu mœchia. Si enim hæc per resipiscentiam tollatur, jam ampliùs in eo non erit lepra sed comburenda, pœnitentiæ puritas ab Ecclesia amplectenda.

CAPUT XIV.

Ritus lustrationis, quo legaliter expiandus erat leprosus, leprâ jam curatâ; siue illa in cute fuisset hominis, siue in vestibus, siue in domibus.

Sacerdos non curabat lepram. Quæstio I. *An Leprosus à sacerdote mundabatur?* ℟. Sacerdotis munus erat, mundum declarare, & legaliter expiare. Lepram enim curare non poterat, sed (siue naturaliter, siue miraculosè) curatam esse declarabat, & legaliter purificatum convictui hominum restituebat.

II. *Cur DEus ad lustrationem hanc adhiberi voluit lignum cedrinum, filum coccineum, hyssopum & duos passeres?* ℟ cum Tirino, Lepra 4. ingentia mala secum trahebat, 1. Cutis & carnis putrefactionem, 2. colorem luridum & horridum; 3. gravem fœtorem; 4. tabem aut etiam mortem; voluit DEus 4. illa quasi horum remedia, vel saltem indicia remediorum, mundandis adhiberi. 1. lignum cedrinum, quod putrefactionem non admittit, imò & ab alijs rebus arcet, 2. filum coccineum, coloris vivacissimi & gratissimi. 3. hyssopum, herbam apprimè odoriferam.

riferam. 4. pafferem vivum, vigoris & vitæ fymbolum, quare & liber in agrum devolare finebatur. Ergo ad literam defignabatur, hæc omnia jam mundato à lepra poftliminio reddita effe. Et tropologicè, peccatori pœnitenti, virtute crucis & paffionis Chrifti, omnia antè deperdita etiam cum fœnore reddenda.

III. *Cur v. 19. præfcribitur facrificium pro peccato, cùm lepra non fit peccatum, neq; ad animum pertineat, fed tantùm fit vitiofa quædam corporis affectio?* ℞ cum Eftio, etfi lepra non fit peccatum, frequenter tamen infligebatur in pœnam peccati, vt videre eft c. 13. q. 1. Sicut etiamnum plurimæ corporis miferiæ hominibus propter peccata infliguntur. Si dicas aliquando faltem lepra vel à parentibus, ob incommodam educationem citra peccatum contrahitur? ℞. tunc dici, *facrificium pro peccato*, id eft, pro peccato, feu immunditia legali, quomodo etiam intelligitur c. 12. q. 5. Quòd fi refpiciamus ad rem per lepram fignificatam, omnino dubium non eft, quin pro ea venia fit petenda, & impetranda à DEo, nam lepra vel in genere peccatum, vel in fpecie hærefim fignificat. *Sacrificiũ pro peccato in lepra.*

IV. *Quomodo intelligenda verba v. 53.* ORABIT PRO DOMO, *quomodo pro domo orari poteft, vt mundetur, cum immunditiem non contraxerit ex aliquo peccato?* ℞ hac oratione petebatur, vt domus jam mundata & purgata, poffet deinceps fine hominum nocumento, lepræ periculo, & immunditiæ noxa inhabitari. *Oratio pro domo leprosa.*

CAPUT XV.

Immunditia, & purificatio: 1mò feminiflui: 2dò concumbentis: 3tiò menftruatæ; 4tò hæmorroiffæ.

Quæftio I. *Quid intelligitur per fluxum feminis v. 2.?* ℞ intelligitur morbus, quem medici gonorrhæa vocant, eftq; vitium membrorum genitalium, cum cuiquam præter voluntatem fperma effluit, quod genus vitij provenire folet ex retentricis facultatis imbecillitate. Sicut eadem de caufa accidit pollutio in fomnis: illa enim accidit vel propter imaginationem turpem & feminis abundantiam, vel propter debilitatem jam dictam; præfertim fiquis tum biberit aquam, maximè calidam, paulò antequam incumberet: quia ifta aqua laxat, diffolvit, & debilitat potentiam digeftiuam & retentiuam. Ita Corn. *Seminis fluxus.*

II. *Quomodo immundities in vet. teft. affricabatur?* ℞ Corn. dat hunc Canonem. In lege veteri qui, vel quæ in fe immunda erant, immunditiem fuam transfundebant in tangentes, tales erant leprofi, feminiflui, menftruatæ, reptilia: quæ verò non in fe fed tantùm per contactum rei immundæ immunda fiebant, hæc fuam immunditiam non transfundebant in tangentes fe vt qui tetigerat reptile, immundus erat, non tamen polluebat alium, quem tangebat. *Immunditiei affricatio.*

III. *Quotuplex erat immunditia apud Hebræos?* ℞ det Corn. duplex: vna erat peccatum, quia præcepto DEi vetita: talis erat comedere carnes immundas, fanguinem, adipem, hæc enim vetita funt Lev. 11. Rurfum, talis erat comedere morticinum, vel laniatum à beftijs Exod. 22. 31. hoc enim fuiffe peccatum patet Lev. 22. 9. Altera immunditia erat quæ non erat vetita, fed folùm indicata & ftatuta; talis erat tangere leprofum, mortuum, feminifluum. Talis etiam erat pati lepram, fluxum feminis, menftrua: nam de his non dicitur ne tangatis ea, fed, qui tetigerit ea, immundus erit. Unde hæc non erant peccata; fed tantùm inducebant irregularitatem quamdam legalem talibus, vt non poffent ingredi fanctuarium ante fui expiationem, quæ expiatio eis præcepta erat; itaq; tales non peccabant in ipfo contactu, & contaminatione sui, fed in neglectu expiationis præceptæ, fi fcil. ftato tempore fe non expiarent. *Immunditia duplex.*

IV. *Quas immunditias & expiationes adhuc feruant Judæi, quas non?* ℞ Seruant adhuc priores, non verò pofteriores; hæ enim tantùm irregularitates quædam erant, arcentes eos à fanctuario: jam autem cùm nullum habeant fanctuarium, nulla etiam eis eft irregularitas & confequenter nec purificatio ad eam tollendam: itaq; Judæi jam in fuo errore, & confcientia erronea (qua putant fe adhuc judaifmo, & legibus hifce obftringi) permanentes, ex hac fua confcientia non obligantur hifce pofterioribus, fed tantùm prioribus. *Immunditias & expiationes adhuc feruant Judæi*

CAPUT XVI.

Ritus feruandus in fefto Kippurim, id eft expiationis, decima die menfis feptimi.

Quæftio I. *Quod erat feftum expiationis?* ℞ erat vnum ex celeberrimis totius anni feftis, quo (fi verum eft, quod Hebræi tradunt) Mofes de monte Sinai cum tabulis fecundis defcendens, lætum Hebræis nuntium attulit peccati idololatriæ illorum jam expiati, & condonati à DEo. Quo item fiebat quotannis expiatio folemnis omnium peccatorum, quæ toto anno fuerant admiffa à populo, & fortè nullo alio particulari ritu expiata. Deniq; expiabatur & fanctuarium, adeoq; & ipfum Sanctum Sanctorum, quafi polluta peccatis populi & facerdotum. Sed ante omnia fe expiare debebat ipfe fummus Pontifex, oblatis fuo *Expiationis feftum.*

fumptu

sumptu, *vitulo pro peccato suo*, & ariete in holocaustum. Occasio instituendi hujus festi fuit irreuerentia in tabernaculo à filijs Aaron patrata, vt enim imposterum tabernaculo & sacris major exhiberetur reverentia, vtq; eò firmiùs inculcaretur, vetat DEus pluries ingredi Sanctum Sanctorum, præterquam in anno semel, idq; non nisi summâ reverentiâ præmissis multis ritibus, & sacrificijs, vt vel ex hoc discerent Hebræi & præsertim sacerdotes, quantam DEus exigat reverentiam, deuotionem, morumq; compositionem sacris exhibendam.

Ritus in festo expiationis?

II. *Quem ritum debebat observare summus Pontifex in festo expiationis?* ℞. quia tum personam rei sustinebat, eratq; actus pœnitentiæ, & humiliationis coram DEo, in reuerentiam quoq; divinæ majestatis in Sancto Sanctorum, quasi in solio suo residentis; non induebatur tunc aureâ stolâ, rationali, laminâ aureâ, alijsq; ornamentis Pontifici proprijs, sed solis vestibus lineis, seu byssinis vulgarium Sacerdotum, vt notant Abul. Cajet. Lyranus & Ribera.

Expiatio quomodo fiebat.

III. *Quomodo fiebat hæc expiatio?* ℞ fiebat partim immolatione victimarum hic præscriptarum, putà vituli, arietis, & hirci; partim oratione Pontificis & precibus ad DEum: partim aspersione septena sanguinis victimarum jam dictarum: partim deniq; *afflictione animarum*, seu publico totius populi jejunio vsq; ad vesperam, teste Josepho & S. Hieron. & Rabbinis, qui addunt abstinendum eo die omnibus fuisse, non tantùm à cibo, sed & à potu, ab vxoribus, à balneis, ab vnguentis.

Hirci duo.

IV. *Quid sciendum de duobus hircis hoc capite relatis?* ℞ Sciendum, populum pro expiatione peccatorum à se toto anno commissorum, in communi debuisse ære publico duos deferre Pontifici hircos vel capros. Huic vtriq; Pontifex sortes jaciebat. Ille *cujus sors Domino exierat*, immolabatur DEo pro peccato. Super alterum, in quem sors *capri emissarij* ceciderat, *confitebatur omnes iniquitates filiorum Israel*, nomine totius populi agnoscens publicè coram DEo, sæpiùs & in multis & graviter peccatum fuisse, seq; egere divinâ misericordiâ, veniam rogare &c. Tum peccata omnium, id est, peccatorum pœnas, *imprecabatur capiti* hirci, devovendo illum debito omnibus supplicio, DEumq; orando, vt exitium illius pro populi exitio admittere vellet. Mox per certum hominem ad id paratum hircus, quasi publicum catharma, piaculum & anathema, luiturus omnium pœnas, *extra castra in desertum* abducebatur à fera primùm obvia dilaniandus.

Confessio peccatorum populi per Pontificem.

V. *Quomodo Pontifex* POSITA UTRAQUE MANU SUPER CAPUT CAPRI EMISSARII CONFITEBATUR OMNES INIQUITATES FILIORUM ISRAEL v. 21? ℞. Nomine totius populi agnoscebat publicè se in multis & grauiter DEum offendisse, quæ peccatorum confessio non ita fiebat in genere, vt tantùm profiteretur populum peccâsse. Hoc enim non fuisset confiteri omnes iniquitates filiorum Israel, atq; vniuersa delicta eorum. Neq; etiam confessio illa ità particularis erat, vt singulorum peccatorum à singulis commissorum enumerationem contineret, sic enim confessio nimis longa, nec unius diei fuisset, sed fiebat enumeratione peccatorum secundùm species eorum, quæ sciret in populo regnare, inquit Estius.

CAPUT XVII.

Soli Deo sacrificare jubentur Hebræi, idq; non in quovis loco, sed in solo tabernaculo. Vetaturq; omnis esus sangvinis & morticini.

Bovis & ovis occisio.

QUæstio I. *De qua occisione bovis aut ovis extra castra loquitur* v. 3.? ℞. non de profana ad esum, quia hæc poterat quouis loco fieri, sed de sacra, nempe ad sacrificium, quæ non poterat fieri nisi in atrio tabernaculi vel templi: nec nisi à sacerdotibus. Ratio inhibitionis hujus erat: *1ma* ne aliquis laicus sacrificandi munus sibi arrogaret: *2da*, ne idololatriæ pateret via, & ne more gentilium sacrificaretur in excelsis montibus, lucis, aut cavernis. Unde cessantibus his causis censet S. Aug. q. 56. in Leu. aliquos prophetas licite, quin & inspirante Deo alibi sacrificasse v. g. Samuelem in Masphat 1. Reg. 17. & in Galgala 1. Reg. 11. & in Bethlehem 1. Reg. 16. sic & David immolauit in area Ornan 1. Reg 18. & Elias in monte Carmelo 3. Reg. 18.

Sacrificia Vet. Leg. ad unum locum concluduntur.

II. *Cur Sacrificia veteris legis ad unum certum locum concluduntur?* ℞. Vt vel per hoc daretur intelligi opportunitatem loci illius aliquando tollendam, aliudq; sacrificium (scil. Eucharisticum) substituendum esse, quod in omni loco, vt prædixit Malach. c. 1. v. 11. offerendum foret, quod id ipsum Christus in colloquio cum Samaritana Joan. 4. v. 21. satis aperte testatus est. Ita Hesych Radulph & Hugo, vt hujus figuras quasdam præmitteret, indulsit, vt quidam extra locum illum ad sacrificia destinatum sacrificarent, vt retuli q. præced. Tabernaculum ergo fuit figura Ecclesiæ, & quia in nullo, quàm isto sacrificare licebat, per hoc præfiguratum est DEo acceptum non esse vllum sacrificium, quod non offertur in Ecclesia Christi, damnantur proinde sacrificia illa, quæ vel gentiles vel hæretici offerunt, quia non fiunt in Ecclesiæ tabernaculo.

Elias extra templum sacrificavit.

III. *Cur ergo Elias extra templum sacrificavit, quando & ignem de cælo impetravit, & prophetas dæmoniorum convicit? idem de alijs.* ℞. S. Aug. q. 66. in Lev. Cùm jubet ille, qui legem

legem constituit, aliquid fieri, quod in lege prohibuit, jussio ipsa pro lege habetur, quæ à legislatore datur. Spiritus enim DEi, qui erat in Elia, quidquid in hac re fecit, contra legem esse non potuit, quia dator est legis.] Quod Elias fecerit ex instinctu Spiritûs S. patet ex miraculo sequenti, quia ignis descendit de cœlo, & consumpsit sacrificium ejus in signum divinæ acceptationis. Illa enim inquit Lyran. quæ sunt mala, eò quòd prohibita, quia possunt esse occasio mali, cujusmodi est offerre sacrificium DEo, extra locum determinatum, sunt dispensabilia; secus autem est de his, quæ sunt per se mala, nec possunt per se fieri.

CAPUT XVIII.

Determinantur gradus consanguinitatis & affinitatis, in quibus matrimonium contrahere non licet. Vetatur omne adulterium, & coitus nefandus: & infantium immolatio idolis.

QUæstio I. *Quæ prohibentur hoc capite?* ℞. prohibentur matrimonia in varijs gradibus consanguinitatis & affinitatis. Circa quæ errat Wiclef, dum dicit in solo primo gradu lineæ rectæ jure divino vetita esse matrimonia; adeoq; posse contrahi inter fratrem ac sororem, cùm hujusmodi solùm inventione humana vetita sint. Errat quoq; Lutherus Conc. de Matrimonio ad Wittenberg. anno 1525, & Bucerus in c. 19. Matt. Gradus hîc omnes ta facientes juris divini, vt nulla lege humana dispensabiles sint. Quem errorem secuti sunt, qui Henrico VIII. Anglorum Regi persuaserunt, Romanum Pontificem non potuisse dispensare, vt matrimonium validè contraheret cum vxore fratris sui Arcturi defuncti. Prohibentur ergo hujusmodi gradus à DEo promiscuè & passim, sicut gentes, sine respectu, intra eosdem, contrahebant, attamen ob causas particulares permittebantur, imò præcipiebantur Deut. 25. 5. Ubi frater vxorem fratris sine liberis mortui ducere jubetur, ergo hæc lex non est juris naturæ, aliàs DEus nec voluisset in ea dispensare. Deinde juxta legem Deut. 25. 5. obligatus fuisset Henricus Arcturi fratris vxorem ducere, quia sine liberis decesserat. Non omnes ergo gradus hoc capite vetiti, jure naturæ illiciti sunt, & irritant matrimonium. Nam Doctores communiter id restringunt ad omnes & solos gradus in linea recta. In transversa verò linea non extendunt illud vltra primum consangvinitatis gradum, cæteros solo jure positivo seu divino slim, seu Ecclesiastico nunc, matrimonium dirimere volunt, ac proinde posse per Ecclesiam in is dispensari. vt definit Trid. Sess: 24. can. 3.]

Matrimonia varia prohibentur

II. *Quodnam fuit idolum Moloch v. 21.* ℞. Moloch fuit Baal, id est, Deus Ammonitarum, cui Judæi non tantùm semen suum per mollitiem & idololatriam, sed & filios suos per parricidium & idololatriam, eos igne comburentes offerebant. Patet hoc 4. Reg 23. v. 10 vbi Josias edixit, vt nemo consecraret filium suum aut filiam per Moloch. Dupliciter ergo sacrificabant Moloch: altero modo, faciendo sacrificium de spermate; altero, offerendo filios suos idolo Moloch, ponendo eos in manibus ejus æneis ignitis, ùt ità consumerentur Jer. 32. Sacerdotibus interim tympana, & alia instrumenta musica, commoventibus, ne miserorum puerorum clamores exaudiri possent à parentibus, sed potiùs ipsorum animæ crederentur quietè & absq; dolore à Dijs suscipi. Similis idololatria fuit apud Indos. Mexicani enim quotannis ad 20. hominum millia immolabant dæmoni, ea de causa tam truculentum DEum perosi, Christi idem obvijs vlnis sunt amplexi. Inter alios olim Carthaginenses Saturno infantes principali honore insignes, super quos sors cecidisset, in regio ornatu immolarunt, à quibus sacris cùm postea descivissent, victi ab Agathocle, ac Deos propterea subiratos arbitrantes, ducentos Nobilium filios mactarunt, Dijsq; immolarunt, ait Festus apud Lactant. l. 1. de falsa religione c. 21.

Idolum Moloch.

CAPUT XIX.

Præcepta quædam moralia & cæremonialia antè recensita rursus inculcantur, additis de nouo alijs, de non serendo agro diverso semine: de veste ex lana & lino non induenda: de præputijs arborum circumcidendis: de coma in rotundum non attondenda: de barba non radenda &c.

QUæstio I. *Cur præcepit DEus v. 9.* NON TONDEBIS USQUE AD SOLUM SUPERFICIEM TERRÆ, NEC REMANENTES SPICAS COLLIGES? ℞. Glossa ordin. vult, ut dilectionem ad invicem habeamus, vt amatores & misericordes in pauperes simus. Debemus enim egentibus dare, & reliquias bonorum nostrorum concedere, imitando DEum datorem omnium. Præterea metentes & videmiantes vult aliquid delinquere, pauperi & proselyto, ne datori omnium videantur ingrati, qui alijs divitias dedit, alios de aliorum reliquijs vivere voluit, vt sic probaret dispensationem divitum & patientiam pauperum. Procop. cit. à gloss. hîc ait: Meminerimus communicandum esse necessitati pauperum, quamvis nullo contractu his simus obstricti. Satis argumenti est, quo convincimur pauperibus benefaciendum,

Spicæ remanentes.

dum, quod etiam homines sunt, & communicatione naturæ nos attingunt.

Semen diversum non seminandũ. II. *Cur non licuit diverso semine agrum serere?* ℞. Radulph. Ager sancta est Ecclesia, cui per Apostolum dicitur: *DEi agricultura estis, DEi ædificatio estis* 1. Cor. 3. *semen autem Verbum DEI.* Diversum itaq; semen in agro seminat, qui super Cathedram Mosi constitutus, dicit, & non facit, bona loquitur & mala operatur. Verbo triticum spargitur, exemplo autem suo peccati sementem discipulorum cordibus injicit. Præterea diverso semine seminat agrum, qui vult DEo simul & Mammonæ servire, seu qui vult esse DEi cultor, mundi tamen non desinit esse amator. Qui ita ad cælestia aspirat, vt tamen terrena non deserat; approbat devotionum & virtutum exercitia, reipsa verò perpetrat nefanda scelera. Item Ecclesiastes, qui bonum Verbi DEi semen spargit, miscet tamen zizania scandalosæ vitæ, benedicit & maledicit, triticum habet in ore, lolium in opere. Qui sanæ doctrinæ dogmata miscet hæretica, qui non tenet puram & incorruptam doctrinam Christianam, sed eam erroribus depravat.

Vestis ex lino & lana vetita. III. *Cur prohibetur Hebræis vestis ex duobus contexta pannis* v. 29? ℞. non dicitur de veste, quæ ex duobus pannis consuta est, hæc enim juxta Abul. non fuit vetita Judæis: sed quæ ex duobus puta lana & lino contexta est, vt patet Deut. 22. 11. Excipiuntur ab hac lege vestes Pontificis, hæ enim erant variegatæ, contextæ ex lino & bysso, cocco, purpura & hyacintho. Imò Josephus ait: ideo laicis hîc vetari vestem bilicem, nimirum ex lino & lana contextam, ne ipsi vestirentur, vt Pontifex, sed veste, sicut & statu ab eo discernerentur. Tropol. Radulph. Lana, quia crassior est, opus visibile: linum, quia subtilius est: occultam malitiam significat. Vestem ergo ex lana & lino contextam induunt, qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.

Filia vendita. IV. *Quomodo intelligendus v. 20. hujus cap.*? ℞. sic: Solebant Hebræi vendere filias suas alijs Hebræis, eo pacto, vt dum essent nubiles, eas emptor sumeret vel sibi, vel filijs suis in vxores; poterant tamen pecuniâ solutâ redimi in libertatem. Quòd si non redimerentur, neq; ducerentur post pubertatem, habebantur quodammodo liberæ. Cum hujusmodi serva, qui fornicatus fuisset, obligabatur ad sacrificium DEo, & ambo ad plagas sententia judicis infligendas. Morte tamen non puniebantur, quia conditio servilis peccatum minuebat.

Arborum præputia. V. *Quæ sunt præputia arborum v.* 23. AUFERETIS PRÆPUTIA ARBORUM? ℞. metaphoricum præputium arborum nihil est aliud, quàm trium primorum annorum fructus præcoces, si quos fortè arbor proferebat, qui revellendi erant ab arbore, & velut profanum atq; immundum corporis præputium, abjiciendi. Ita LXX. Chald. & Josephus. Proderat, inquit, ea res ipsis arbusculis: proderat & hominibus, quibus ij fructus, vtpote nimis aquosi & indigesti, salubres esse non solent, & DEo, cui primitiæ fructuum debentur, non decebat offerri, quòd intempestivum atq; imperfectum adhuc esset.

Comæ tonsio & barbæ rasio vetita. VI. *Cur ver. 27. mandatur*: NEQUE IN ROTUNDUM ATTENDEBITIS COMAM: NEC RADETIS BARBAM? ℞. Non prohibetur simpliciter rasura; sed ne id facerent more gentium, qui in honorem DEorum suorum hujusmodi certos modos observabant, & capillos detonsos dijs sacrificabant. Sicut etiam ob easdem causas incidebant sibi cutem, vt v. seq. sicut S. Aug. l. 2. de civit. c. 4. testatur, summum Sacerdotem inter eos, qui Opem aut Cybelem colunt, in honorem Atis, qui priùs eam Deam coluit, sibi virilia amputare. Plutarchus in Theseo testatur, quòd adolescentuli excedentes ex ephœbis solebant detonsæ comæ primitias Apollini consecrandas Delphos mittere, alij teste Homero, Luciano, Martiali, Papinio mittebant & consecrabant eos Dijs *fluminibus*, vel Deabus *Horis*, vel Æsculapio, vel Deæ Syriæ. Et Festus Pompejus scribit etiam Romæ capillarem arborem fuisse, sic appellatam, quòd ex ea juvenes detonsum sibi capillum DEo consecratum suspenderent. Nec tantùm capitis comam sed etiam barbam, & maximè primam barbæ lanuginem, Dijs consecrabant, ijsdem testibus. Quo sensu etiam hîc vetat DEus Judæis, *ne barbam radant*, vtiq; ex simili superstitione, & more Ethnicorum: vt sic nulla pateret illis ad idololatriam fenestra. Nam vti in præcedenti versu & sequenti; ita etiam hoc intermedio totus est in prohibendis superstitiosis gentilium ritibus. Peculiari insuper præcepto vetuit DEus Sacerdotibus Aaronicis in luctu funebri radere caput & barbam Lev. 10. v. 6. & c. 21. v. 5. Idq; quia id sapiebat immodicum animi affectum, qui à Sacerdote præcone & exemplo patientiæ debet esse remotissimus, & quia volebat DEus sacerdotes suos à profanis illis gentilium sacerdotum ritibus prorsus abstinere. Alioqui licuisse cæteris Judæis, laicis etiam, in luctu funebri abradere pilos omnes & capitis & barbæ, & reliqui corporis totius ex scriptura passim constat Lev. 14. v 8.9. Num. 8. v. 7. &c. neq; nisi ex superstitione vetabatur, Deut. 14. v. 1 Quare hæretici nihil hinc possunt eruere contra Clericorum aut Monachorum tonsuram, quam piè suscipiunt in vnius veri DEi honorem, exemplo Christi spinis coronati, & principis Apostolorum sic in vertice abradi soliti in speciem regalis sacerdotij novi testamenti. Ita Tirinus.

CAPUT

CAPUT XX.

Pœna mortis, eaq́ lapidationis decernitur idololatris, consulentibus nagos, maledicis in parentes, incestæ & præposteræ libidini.

QUæstio I. *Quid per advenas intelligitur v. 2.?* ℞ In præced. c. v. 33. & nonnullis alijs locis sumitur *advena* pro eo, qui commoratur inter Hebræos, licet re ipsa, ritu & religione gentilis sit. Hic verò advena sumitur pro eo qui ex gentilitate transijt ad Ecclesiam Judæorum per circumcisionem, qui proinde omnibus præceptis Judæorum obligaur, quia circumcisus *debitor est vniversæ legis faciendæ* Gal. 5. v. 3. Sicut baptizatus tenetur ervare cuncta præcepta legis Evangelicæ. *Aduena quis?*

II. *Cur hoc cap. repetuntur quædam præcepta jam aliàs posita?* ℞ Suprapòsita sunt præepta ordinatiua vitæ, absq; determinatione pœnæ, hîc eadem (licet non omnia) repetunur cum dicta determinatione. Rationem autem hujus ordinis dat Glossa Ordin quia intentio gis latoris est cives facere bonos & virtuosos, hoc autem est, quando bene operantnr ex amore justitiæ, & ideo præmisit præcepta absq; determinatione pœnæ, per hoc insinuans, quòd esnt adimplenda ex amore boni. Sed quia non omnes sunt virtuosi, sed pauci respectiuè, ideo plicavit præcepta cum determinatione pœnæ, vt imperfecti ea adimplerent saltem timore pœæ. Bene Orig. hom 11. in Lev. Non continuò inquit, pœnas prioribus præceptis statuit, quia more non timore vult præcepta custodiri. Si contempseris, non tam homo, quàm contemor punieris. Provocat benignè filium, ne puniat contemptorem servum. *Præceptorum repetitio.*

III. *Quid significant verba illa v. 3.* EGO PONAM FACIEM MEAM CONTRA ILLUM? ℞ est phrasis Hebraica, qua vehemens ira & indignatio erga alterum significatur, qui enim teri vehementiùs irascitur, defigit toruos & minaces in eum oculos. Unde statim sequitur effectus hujus iræ, *succidamq́ eum de medio populi*, id est, tollam, & per mortem societati homium eripiam, similitudine desumpta à succisa arbore, cui per succisionem eripitur vita. *Faciem ponere contra alium.*

IV. *Quis sensus verborum v. 9.* SANGVIS EJUS SUPER EUM? ℞ Oleast. triplicem t sensum *imus* ipse sibi erit causa effusionis sanguinis sui, prout David ad interfectorem ulis ait: *sanguis tuus super caput tuum* 2. Reg. c. 37 id est, tuâ culpâ peris. *2dus* Sanguis ejus on erit super alio, seu non transibit in alium, non vindicabitur ejus mors, nemini alteri ob us mortem imminebit pœna, quia justè occisus est, qui verò innocens occiditur, ejus sanguis iam in alios transit juxta illud: *Sanguis ejus super nos, & super filios nostros* Matt 27. *3tius* nguine suo fœdatus manebit, & non lavabitur, quia occisi & sanguine suo consperſi lavari ebant. Oleaster Achab allegat in exemplum, sed non legitur nunc lotum, sed currus & benas 3 Reg. 22. v 38. *Sanguis ejus super eum.*

V. *Cur sub pœna mortis interdicitur copula cum menstruata v. 18?* ℞. quia id valde honestum est, & noxium tum accedenti, propter tabem & infectionem ex menstruis: tum pro quæ ferè leprosa, vel monstrosa, vel saltem debilis, ex tali coitu nasci solet. Non tamen la lege naturæ, sed & positiua & ceremoniali tam graue tum erat: sicut & vsus adipis & saninis simili præcepto mortalis erat. Unde sublatis illis in lege gratiæ jam non nisi veniale ccatum censent Theologi accedere sine vrgente causa ad menstruatam. *Copula cum menstruata.*

CAPUT XXI.

Vetantur Sacerdotes lugere mortuum, vel funeri interesse, nisi primoum consanguineorum. Pontifex verò ne patrem quidem vel matrem gere poterat: neq́ in vxorem ducere, nisi virginem & nobilem. Sacerotes omnes maculis seu vitio corporis careant oportet.

QUæstio I. *Quid est contaminari sacerdotem in mortibus?* v. 1. ℞. Idem est, quod per cadavera, tangendo scil. cadaver, vel ingrediendo domum, in qua jacuerit mortuus feretrum vel sepulchrum tangendo, funeri assistendo, vel illud sequendo, vel aliud faciendo, quod ad planctum luctumq́, funebrem pertineret; nam his omnibus modis conahebatur *immunditia super mortuo* Lev. 10. Num. 19. Uti etiam contrahebatur cæde homis etiam licita in bello Num 31. v. 19 etiam casuali. Hæc contaminatio erat quædam immuntia legalis, irregularitas, & inhabilitas ad sacra. *Contaminari in mortibus.*

II. *Quale hic erat discrimen inter summum Pontificem, & alios vulgares Sacerdotes?* ℞. ulgaribus sacerdotibus licebat interesse funeri proximorum saltem consanguineorum, putà pais, matris, filij, filiæ, fratris & sororis innuptæ (excipe, quod c. 10. v 6. specialiter vetitum Ithamari & Eleazari sacerdotibus lugere Nadab & Abiu fratres suos, jam mortuos, tamquam re meritoq; à DEO occisos, quos alioquin juxta hanc legem lugere potuissent) Verùm sumo sacerdoti nullo casu licebat vlli funeri interesse, aut quidquam circa vllum mortuum, ne *Discrimen inter summū & alios sacerdotes.*

S proprium

proprium quidem patrem ſuum, facere ex omnibus ijs, quæ dixi contaminare ratione funeris, adeo vt nec caput quidem diſcooperire aut cidari ſpoliare poſſet ratione funeris aut luctus, nec veſtimenta ſua ſcindere, in funere vel ex luctu nec de atrio ſancto pedem efferre causâ mortui liceret. Alijs verò de cauſis hæc ipſi vetita non erant.

Cauſa abſtinendi à funebribus.

III. *Quæ erat cauſa tam rigidæ inhibitionis?* ℟. quia ſpecialis vnctio, qua vnctus erat, ſpecialem quoq; munditiam in eo, reuerentiamq; ſacrorum, quæ continuò tractabat, exigebat; Cumq; populo ipſe deberet eſſe exemplar perfectionis, & omnibus prælucere maximè conſtantiâ & animi fortitudine, ad fidem alijs faciendam reſurrectionis, & vitæ æternæ, debebat à luctu & curatione funebrium quàm longiſſimè abeſſe, & à cadaveribus, quæ ſymbola ſunt peccati & mortis, prorſus abhorrere.

Diſcrimen aliud inter ſummum & alios Sacerdotes,

IV. *Quod erat ſecundùm diſcrimen hic inter vulgares ſacerdotes & ſummum Pontificem?* ℟. erat quo ad matrimonium. Vulgares ſacerdotes licet non poſſent in vxorem ducere antè ab alio corruptam aut repudiatam, ſed neq; ſervam vel captivam, vel cauponariam inquit, Joſephus l. 3. Antiq. c. 10, licet converſam & mundatam, quòd illæ omnes de pudicitia ferè ſint ſuſpectæ, poterant tamen ducere viduam, vel ignobilem, dummodo Hebræam & de ſtirpe Iſraelitica. Aſt ſummus Pontifex vetatur hîc v. 13. &c. aliam, quàm virginem ducere, & nobilem, ſeu ex illuſtri familia; quin nec *ſtirpi ſuæ*; id eſt, filijs ſuis, poterat è vulgo aut fæce populi vxores accipere, quòd hoc in contemptum & ignominiam Pontificiæ dignitatis cedere videretur, Poterat tamen ex alia quàm Levitica tribu, dummodo ex illuſtri familia, quamcunq; vellet vxorem accipere, Patet exemplo Jojadæ ſancti Pontificis, qui vxorem duxit Joſabeth de tribu Juda, filiam regis Joram 2. Paral. 22. v. 11.

Cæremonialia ſervata à Judæis.

V. *An & quæ cæremonialia ſervârunt Hebræi in deſerto?* ℟. Notat hìc Abul. ab Hebræis peregrinantibus in deſerto non fuiſſe ſacrificatum, niſi in monte Sinai, ac proinde eos deinceps in deſerto non fuiſſe obligatos ullis præceptis cæremonialibus, ſed tantùm moralibus & judicialibus, Ratio eſt, quia cæremonialia erant tantùm ſancita in ordine ad ſacrificia: ceſſantibus ergo ſacrificijs, ceſſabant & alia cæremonialia. Excipe ea, quæ DEus ſpecialiter excepit Num. 5. 2. ſcil. leproſum, ſeminifluum, & immundum ſuper mortuo: hi enim immundi erant, & ſeparandi juxta ritum, & cæremoniam præſcriptam c. 13. Unde vt hi expiarentur, opus erat cinere vitulæ ruſæ, de qua Num. 19, hanc ergo in deſerto crematam fuiſſe, tenendum eſt: nam polluti ſuper mortuo hoc cinere expiabantur. Hinc ſequitur, Sacerdotes etiam in deſerto debuiſſe ſervare legem hîc præſcriptam, vt ſcil. non plangerent mortuos. Similiter in deſerto non ſervarunt Hebræi feſta, niſi Sabbathum: nam Sabbathum violans lapidatus eſt in deſerto Num. 15. 35.

CAPUT XXII.

Præſcribitur, vt immundi & alienigenæ ab eſu victimarum abſtineant. 2dò deſcribuntur maculæ, quibus victima carere debet.

Immundi à quibus abſtinere debebant.

QUæſtio I. *A quibus immundi v. 2, abſtinere debebant?* ℟. ab ijs omnibus; quæ DEo quomodolibet oblata ſunt. Secus erat de ijs, quæ nude offerebantur non DEo in ſacrificium, ſed Levitis & Sacerdotibus in alimoniam, vti erant decimæ & primitiæ, hæc enim DEo ſolemni ritu non erant oblata, nec eorum pars erat DEo ſacrificata. Unde ijs poterant veſci Levitæ, etiam immundi, imò poterant ea vendere laicis & commutare rebus alijs.

Immundi nõ debebant accedere ad res ſacras.

II. *Cur DEus hîc tam graviter & ſeverè ſancit, ne immundi ad res ſacras, & ſacrificiorum carnes comedendas accederent?* ℟. partim ob reverentiam ſacrorum, & ſui cultus, partim alleg. ad præſignandum, quàm ſtrictè exacturus eſſet puritatem animæ in ſumentibus communionem corporis & ſanguinis Domini, quod unicum eſt ſacrificium legis novæ veteribus hiſce omnibus adumbratum. Ita Abul.

Alienigenæ non licebat comedere de ſanctificatis.

III. *Quomodo intelligendum eſt illud* v. 10. OMNIS ALIENIGENA NON COMEDET DE SANCTIFICATIS? ℟ de ſanctificatis, id eſt, de carnibus DEo ſacris, quæ *ex hoſtia pacifica* cedebant in partem ſacerdotis. Et in hoc differebant hæ partes ab alijs etiam ejuſdem victimæ partibus, quas laici offerentes ſecum domum referebant. Nam ad has laicorum partes abſumendas adhiberi poterant quilibet Hebræi, ſi modò mundi eſſent, ad partes verò, quæ ſacerdoti cedebant, ſcil. ad armum dextrum & pectuſculum ſolus ſacerdos, & omnes ejus domeſtici, vxor, filij, filiæ, ſervi ſeu vernaculi, ſeu emptitij, poterant adhiberi. Nullus verò *alieligena*, ſeu de alia quam ſacerdotali gente, & qui non eſſet de familia domeſtica ſacerdotis: nullus item *inquilinus*, id eſt, qui in eadem quidem ſacerdotis domo, ſeu in aliqua parte ejuſdem domûs tamquam in conducto habitet, ſed aliam familiam conflet, vt ſæpe videmus in eadem vaſta domo plures degere familias, quæ nullam inter ſe habent dependentiam aut connexionem. Nullus deniq; *Mercenarius*, ſeu qui ad tempus operas ſuas locat ſacerdoti: Ratio horum eſt, quia hi omnes, licet aliquo modo videantur ad ſacerdotem pertinere, tamen non de familia ſacerdotis,

ptis, cui familiæ soli esus illarum carnium permissus fuit.

IV. *Quid verò significat alienigena* v. 25. DE MANU ALIENIGENÆ NON OFFERETIS PANES DEO, & QUIDQUID DARE VOLUERIT? ℞. Latiùs hic sumitur alienigena pro omni eo, qui non esset de genere aut religione Judaica; à tali manu, quia immunda, vetantur hic sacerdotes vllam oblationem ad altare DEi offerendam accipere. Subintellige *immediatè*. Nam mediatè id licuisse, fusè docet Josephus, & exemplis S. Scripturæ passim comprobatur. Semper pecunias à Gentilibus accipiebant, quibus per Judæos victimæ coëmebantur, etiam pro ipsis gentilibus offerendæ in templo. Ita 2. Machab. 3. Seleucus Asiæ rex præstabat de suis redditibus omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum necessarios. *Alienigena quis?*

CAPUT XXIII.

Sex genera festorum, quæ DEus præscripsit Hebræis.

QUæstio I. *Unde derivatur nomen* FERIA? ℞. alij derivant à *fero*, quia his diebus ferebantur ad mensam lautiores cibi, & ad altaria victimæ. Alij à *ferire*, vel percutere, quia his diebus feriebantur victimæ DEo offerendæ, vel deniq; à verbo *ferio* vel ferior, quod est deponens, & significat vaco vel cesso ab opere & studio, quia in ferijs cessandum ab operibus, & cultui Divino vacandum erat. Hoc loco sumitur pro solemnitate, festivitate seu celebritate, prout aliæ versiones habent, & ad significandam earum solemnitatem, & sanctitatem, & quòd vnicè ad cultum DEi impendendæ sint, dicuntur *feriæ Domini, quas vocabitis sanctas.* *Feriæ Domini.*

II. *Quæ erant feriæ seu festivitates Hebræorum*? ℞. sequentes: Sabbathum, calendæ, Pascha, siue Azymorum, Pentecoste, Expiationis, clangoris, siue tubarum & tabernaculorum: Hæc ex præcepto DEi. Ex præcepto autem Synagogæ erant: festum encæniorum Joan. 10. 22. festum sortium siue Mardochæi Esth. 9. 28. Purificationis templi 2. Mach. 1. 18. ignis occultati, id. *Feriæ Hebræorum.*

III. *Quid observandum circa Sabbathum*? ℞. Sabbathum seu septimus cujusq; hebdomadæ dies, de quo Exod. 35. licèt etiam alijs festis tribuatur ob ejus significationem, significat enim vi nominis non septimum, sed quietis diem, in omnibus autem festis erat quies seu vacatio ab operibus, quia verò de Sabbatho, vt septimum diem significat, alibi agitur, illud solùm hic notandum, huic diei septimo triplicem attribui quietem. *1mo* enim revocat in memoriam quietem DEi, id est, cessationem ejus ab operibus creationis post opus 6. dierum. *2dò*: quietem ab operibus servandam septimo die ab omni opere servili, vt soli DEo & religionis operibus vacent. *3tiò*: præfigurat quietem futuram post hanc vitam & singulorum hominum, ac totius sæculi, quod totum sex ætatibus velut 6. diebus volvitur: post quod exspectatur requies illa sanctorum, quam Apostolus vocat sabbathismum populi DEi. Heb. 4. In Sabbatho non licebat facere iter, nisi 6. stadiorum, quod Euangelium *iter Sabbathi* vocat. Scribit quoq; Petrus Damiani l. 2. ep. 14. secundùm virorum illustriorum opinionem animas purgatorij die Dominico, qui Sabbatho successit, feriari à pœnis. De calendis habetur Num. 28 11. *Circa Sabbathum observanda.*

IV. *Quid observandum circa Pascha*? ℞. De hoc agitur Exod. 12. Pascha celebrandum erat die decima quarta primi Mensis Nisan ad vesperam. Quæ vespera usualiter quidem & politicè pertinet ad eamdem decimam quartam; Ecclesiasticè tamen & festivè ad decimam quintam; vnde quia ab eodem vespere festum incipiebat, eodem agnus cum azymis edendus erat, & ideo Christus in azymis celebravit. Quod Joan. 18. dicantur Judæi noluisse ingredi prætorium, vt possent comedere pascha, non convincit, eos non pridie, siue die Jovis agnum paschalem comedisse: nam per pascha intelligi possunt vel azyma, vel carnes sanctificatæ. Dies 15. mensis erat primus azymorum (cujus initium, vt dixi, erat à vespera decima quarta) qui cum septimo festivè colendus erat. Durabat pascha 7. diebus, quorum primus & ultimus celebriores erant, & cùm primum vocat celeberrimum, & septimum celebriorem & sanctiorem, dicit hoc per comparationem ad intermedios, qui propriè festivi non erant, quia in ijs non obligabantur abstinere ab operibus, sicut in primo & ultimo, erant tamen aliquo modo sanctiores, quàm alij extra hanc hebdomadam ob tres rationes. 1. quia inclusi duobus diebus festivis, censebantur quasi vnam cum ipsis constituere festivitatem continuam. 2 quia abstinebant à fermentato, & vescebantur pane azymo. 3 quia quotidie offerebantur victimæ, vt patet Num. 8. v. 19. Inter hos autem ipsos dies intermedios primus post sabbathum majori quadam solemnitate festivus erat, quia in eo fiebant primitiæ messis, de quibus *Circa Pascha observanda.*

V. *Quid sciendum de primitijs messis*? ℞. 2do die azymorum jubetur hic v. 10. *Cùm messueritis segetem*, seu metere incipietis, & vt dicitur Deut. 16. v. 19. *die qua falx in segetem mittetur*; offeretis *manipulos spicarum*, non singuli singulos, sed nomine totius populi vnum aliquem, quasi primitias totius messis. Et hic manipulus teste Josepho l. 3. Antiq. c. 10, è vicina Jerichuntina regione ferè peti solebat, ubi facilè diebus 15. antè maturescebant segetes, quàm in agro Jerosolymitano vel alio terræ Judææ tractu. Addit idem Josephus, ex hordeacea *Primitiæ messis.*

messe, quæ citiùs maturescit, desumi solere. Et hac oblatione Domino facta, neq; antè omnibus licuisse publicas vel privatas messes demetere. Certè non antè licuisse panem vel pultem ex nova segete coquere, patet ex v. 14. hujus capitis. Porrò manipulus ille non offerebatur ad altare unà cum spicis & paleis, sed, vt ait Josephus, siccabatur primùm, dein pilo tundebatur, mox furfurum excretione repurgatus, sola simila seu flore reliquo, mensura assaronis, seu gomor unius, vt est in Hebræo, DEo offerebatur.

Sabbathi dies alter. VI *Quomodo intelligendum illud* ALTERO DIE SABBATHI v. 11.? ℟ Sabbathum hic non sumitur pro septimo die septimanæ, sed primo festiuo die paschatis, cujus postero die hæc manipulorum oblatio fiebat, quæ erat 16ta dies Nisan.

Pentecostes festum. VII. *Quod erat festum Pentecostes?* ℟ à die oblati hujus manipuli numerabantur 50. dies, & Quinquagesima erat tertium illorum festum, quod inde vocatur Pentecoste: incidebatq; in septimum diem tertij mensis. Ita Serarius, Lorinus, Tirinus. Quo festo fermentatos duos panes à singulis familijs Jerosolymam deferri, & sacerdotibus quasi primitias offerri debuisse colligitur ex v. 17. hujus capitis, qui panes primitiarum vocabantur, quia ex primis seu novis frugibus confecti, & in eum finem delecti, vt DEo offerrentur.

Tubarum festum. VIII. *Quod erat festum clangoris seu tubarum?* ℟ Celebrabatur primo die septimi mensis, qui mensis valde celebris erat, quia 4. celeberrima festa complectebatur, præter Pascha & Pentecosten. Pro intelligentia festi tubarum, sciendum, quòd buccinatio fiebat in omni neomenia, omniq; insigni die solemnitatis ps. 80. v. 4 in Calendis & quando populus ad festum vel etiam ad prælium convocandus erat Num. 10. v. 9. & 10. sed tubæ illæ erant ex argento ductili. In festo autem tubarum clangebant tubis arietinis, licet insuper etiam argenteis tubis clangerent, sed hoc fiebat super sacrificia & Neomeniam, quæ in eumdem diem incidebat. Hebræi dicunt diem primum hujus mensis festum maximè fuisse in memoriam liberati eo die Isaac à morte, & in ejus locum suffecti arietis, quam ob rem etiam tunc inflabantur cornua arietina, quodq; ideo Hebræi etiam cognominant *festum cornu*. Theod & Cajet dicunt hoc festum institutum fuisse, in memoriam datæ legis Calendis septimi mensis, & quia mons Sina horribiliter perstrepuit, quando lex promulgata fuit, hinc eadem die clangebant tubis. Sed cur non potiùs, inquit Tirinus, in memoriam & gratiarum actionem tam nobilis ad Jericho victoriæ in primo promissæ terræ ingressu, cùm tubarum seu cornuum clangore mœnia sponte corruerunt. Nam licet id tum, cùm festum hoc indiceretur, necdum completum esset, at certò sat provisum fuit à legis latore. Quamquam sanctitas sola hujus mensis sufficere potuerit, vt sicut Sabbatum quodq; & annus septimus & Jubilæus, teste Josepho, à sacerdotibus tuba indicebatur, ita & hic primus dies mensis septimi peculiari tubarum clangore promulgaretur.

De festo expiationis vide c. 16. q. 1. 2. & 3.

Tabernaculorum. IX. *Quod erat festum tabernaculorum?* ℟ Græcè dicebatur scenopegia, institutum in 15. die ejusdem mensis in memoriam 40. annorum, quibus Hebræi migrantes per desertum non in fixis ædibus, sed tabernaculis habitarunt, & à Domino DEo mirabiliter nutriti, ducti & protecti sunt. Hoc festum in deserto celebratum non fuit, nisi fortè hujus festi præludium, & ipsa veritas, cujus memoriam ingressi terram Chanaan hujus festi celebratione coluerunt. Durabat hæc festivitas 7. diebus, non quòd totidem diebus ab operibus vocarent, sed quòd lætis convivijs & sacrificijs eos transigerent, quia non tantùm vnius vel alterius beneficij, sed plurimorum & quidem per 40. annos collatorum rememoratio erat, & hinc plures præscribuntur dies, vt hæc beneficia recogitandi & gratias agendi sufficiens esset tempus. Toto hoc tempore degebant extra proprias ædes in tabernaculis ex pellibus, linteis vel arborum ramis subito opere constructis in memoriam 40. annorum, quibus per desertum in ejusmodi tabernaculis egerunt. Porrò hæc tabernacula non necessariò extra vrbes, sed solùm extra domos, quo quisq; vellet loco, dummodo sub dio, figi poterant. Unde quidam in hortis suis, vel domorum atrijs, quidam in plateis ea figebant, vt habetur 2. Esdræ 8. v. 16.

Cœtus & collecta festum. X. *Quid significat festum cœtus & collecta, quæ fiebant in die octavo tabernaculorum?* ℟ Nomen hoc inditum non à collectione pecuniarum, vt vult Tost. Lyran. Oleaster. ad eleemosynas pro pauperibus, & pro sacrificijs ordinarijs, alijsq; ad cultum DEi necessarijs, quæ communibus populi expensis fieri debebant, quia de hoc nullibi scriptura facit mentionem, sed nomen hoc huic festo fuit inditum, quia totus populi *cœtus* conveniebat, & *collectus* vnanimiter DEo gratias agebat 1. pro obtenta terra sancta. 2. pro frugibus eo anno collectis. 3. pro festo feliciter exacto. Quibus gratijs peractis, omnes è tabernaculis ad propria domicilia remeabant.

CAPUT XXIV.

Quale debeat esse oleum in lucernis templi? quales panes in mensa propositionis? Blasphemus jussu DEi lapidatur.

Sumptus pro oleo. Quæstio I. *Qui & quando suppeditabant sumptus pro oleo ad lucernas & pro panibus oblationis?* ℟. Debebat populus eos suppeditare, quia sacerdotes nomine totius populi has functiones obibant. Fiebat autem collectio horum sumptuum imò in censu po-

u populi, & quivis solvebat in hunc vsum dimidium siclum Exod. 30. v. 13. 2dò: in festis ribus quotannis offerebant singuli aliquid ad eumdem vsum, quantum scilicet ex devotione volebant, nam præceptum erat Exod. 23. v. 15: *Non apparebit* (quod ter fiebat in anno) *n conspectu meo vacuus.* 3tiò erat Gazophylacium, in quod injiciebat quisq;, quod volebat ro sumptibus templi, de quo Luc. 21. v. 1. 4tò. sicut sumptu publico debebat populus certas ictimas pro peccato adducere, vti patet c. 4. v. 14. & c. 16. v. 5. Ita similiter debebat offerre leum ad lucernas, & similam ad panes propositionis coquendos, vti hic præcipitur, non quòd uilibet in particulari id præcipiatur, sed quòd toti populo, vnde principes & magistratus ex ommuni ærario hæc dependebant. Non rarò tamen aliqui religiosiores maximè Principes siue Iebræi, siue gentiles, vel omnino, vel magna ex parte hos sumptus præstabant, vti fecit Ezechias Rex 2. Paral. 31. v. 3. & Seleucus Rex Asiæ 2. Mach. 3. v. 3. & Artaxerxes Rex Persarum Esd. 7. 23. Ita Corn.

II. *Quid sciendum de panibus propositionis?* ℟ Sic dicti erant, quia Domino propositi, iue in tabernaculo, vbi DEus specialiter habitabat, collocati, & quidem prope altare thymimatis. Levitæ hos panes conficiebant, populo similam purissimam offerente, erantq; 12. vt cilicet quæuis tribus suum haberet panem, qui offerretur. Protestabantur insuper 12. tribus er hos panes se jugiter à DEo ali, & beneficium hoc agnoscere, DEoq; gratias agere, & quia uasi ante faciem DEI positi erant, voluit DEus eos esse quasi memoriale, quo non tam ipse er eos moneretur, vt Hebræos aleret, vtpote qui monitorio non eget, sed vt intelligerent Hebræi, DEum eorum semper esse memorem, & panem, quo eos cibet, semper paratum habere. ingulis Sabbathis panes recentes & calidi ponebantur in mensa vt patet v. 8. veteres verò tollebantur, eosq; comedebant Sacerdotes: ijs enim solis hisce panibus vesci licebat, vt patet Matth. 12. v. 4. Vide plura apud Corn. *Panes propositionis.*

III. *Quid denotat impositio manuum super caput blasphemantis?* v. 14.? ℟ Hac ceremoniâ estabantur verum esse, quod retulerant, & quasi protestabantur, velle se, si falsa testarentur, vt anguis innocentis in ipsorum caput redundaret. Hac eâdem ceremoniâ indicabatur, publico omine ob peccatum in populo admissum, vnam hanc quasi hostiam DEo immolandam conecrari: & si quid vindictæ ob idem peccatum in populum esset venturum, id totum in caput ominis nocentis converti. Habuitq; hæc ceremonia locum non tantùm in blasphemia, sed tiam verisimiliter in quovis alio crimine, vt patet ex historia Susannæ, cujus capiti duo senes nanus imposuerunt Dan. 13. v. 34. Ita Tirinus. *Manuum impositio super caput blasphemantis.*

CAPUT XXV.

Annus septimus quisq; Sabbathicus; quinquagesimus, Jubilæus esse jubetur, Ritus vtriusq; & privilegia.

QUæstio I. *Quis fuit annus Sabbathicus?* ℟ Erat septimus quisq; annus, quo terra jacebat inculta, per analogiam, quasi sabbathum aliquod habebat, seu requiescebat, quia nullo labore, nullo aratro, aliove instrumento rustico inquietabatur seu fatigabatur, & quia Hebræi in deserto nullam habebant terram, quam exercerent, lex hujus sabbathi eos non obligavit, nisi postquam ingressi sunt terram promissam, quod non est intelligendum de nudo ingressu, sed de ingressu subsecuta possessione quieta & pacifica, quando nimirum terram suo dominio subjugatam potuerunt colere, inchoatione facta ab anno, quo terra à Josue Hebræis per sortem est divisa, tunc enim populus in possessionem ejus introductus, cœpit agros colere, id verò accidit anno ab exitu ex Ægypto 47. vt colligitur Josue 14. v. 10. *Annus Sabbathicus.*

II. *De quibus uvis loquitur scriptura* v. 5. UVAS PRIMITIARUM TUARUM NON COLLIGES QUASI VINDEMIAM? ℟ non loquitur de primitijs sacris, quæ DEo & sacerdotibus separabantur, sed sensus est: fructus quos soles tibi primo loco, & quasi primitias tibi debitas colligere per modum vindemiæ, vel messis, putà per consuetos messores & vindemiatores, anno sabbathico non colliges ex ijs, quæ sponte illo anno, vel fortè ex granis anno præcedente deciduis terra proferet: sed relinques omnia primò colligenti, in cibum seu vsus domesticos, sic tamen vt & tibi cedere possint in eumdem vsum. Unde; patet, & si non potuerint à Domino fundi anno Sabbathico colligi uvæ vel alij fructus, quasi è fundo proprio, & separatim jure herili, eo modo, quo fiebat, quando vindemia vel messis peragebatur; potuisse tamen ad cibum & vsus domesticos colligi, quasi è fundo communi, & junctim cum alijs seu peregrinis, seu jumentis eumdem agrum depascentibus. *Uvæ primitiarum.*

III. *Quæ erant privilegia hujus anni Sabbathici?* ℟. Serui omnes Hebræi natione, perfectè liberi reddebantur, vt patet hîc c. 21. v. 2. Et ijsdem Hebræis, si qui fortè ratione egestatis mutuum ab aliquo Hebræo accepissent, nec haberent, vnde tum redderent, debebat illud debitum ipsis remitti, etiam sine obligatione reddendi in posterum si fortè ad lautiorem fortunam devenire eos contigisse, vt colligitur ex Deut. 15. Neq; durior censebatur illa creditorum, seu mutuantium conditio, cùm & antè præsciretur, & nonnisi in mutuo ratione egestatis (quod *Anni sabbathici privilegia.*

parcè dari solet) locum haberet: & DEus vicissim amplam mercedem ei, qui has charitatis l
ges seruaret, pollicitus esset.

Annus Jubilæus, & ejus privilegia.

IV. *Quis erat annus Jubilæus & quæ ejus privilegia?* ℞ Præter annum septimum Sabb
thicum præscribebatur insuper Judæis post septies septem annos, alius annus quietis & remi
sionis, nempe Jubilæus, qui privilegia habebat communia cum anno septimo Sabbathico, & i
super habebat alia quædam majora. Nam præter Sabbathismum terræ, & remissionem omn
debiti, etiam agri omnes frugiferi, cum domibus in agro sitis etsi centies divenditi, anno J
bilæo redibant ad Dominum suum primum sine ullo pretio reddito, neq; enim poterant eju
modi agri à Judæis in perpetuum vendi, sed tantùm quasi elocari, seu in emphyteusim da
vsq; ad annum 50. qui erat Jubilæus. Sed neq; poterant ad illum vsq; annum nisi sub *reder*
ptionis conditione hic v. 24. vendi, hoc est, non nisi ea lege, vt possent quovis tempore redim
vel ab eo, qui vendiderat, vel à propinquo illius. Secus erat de domibus vrbanis, vel agris su
vrbanis non frugiferis, sed ad hortos potiùs delitiarum vel sepulchrorum facientibus, aut ali
similibus vsibus subseruientibus: qualis erat hortus Josephi ab Arimathia, ager figuli 30. arge
teis Judæ coëmptus in sepulturam peregrinorum. Hi enim & similes agri non frugiferi, v
& omnes domus vrbanæ vel suburbanæ, poterant in æternum alienari, neq; facultas erat
redimendi v. 29. nisi *primo anno* à venditione: & ne quidem anno Jubilæo ad antiquum Dom
num revertebantur, vti rusticani agri & domus villicæ. Rationem discriminis dat Tirinus, qu
agri frugiferi & domus villicæ censebantur propria cujusq; tribus hæreditas, ac stabilis à DE
donata possessio, quam non expediebat confundi, ac permisceri, ne tandem multi cum suis i
tegris familijs ad inopiam delaberentur. At verò domus & suburbana censebantur adjectit
tantùm bona, & pro libito cujusq; constructa, & allectiva potiùs incolarum. Unde cùm exp
diret vrbes à quibusvis, etiam diversæ tribus hominibus, adde & à proselytis, frequentes i
coli, expediens quoq; erat, vt domus possent in emptoris perpetuam ac firmam possessione
transire. Aliud est de domibus Levitarum v. 32.

Annus Jubilæus Christianorum.

V. *Quid sciendum de anno Jubilæo Christianorum?* ℞. Apud Christianos annum Jub
læum instituit Bonifac. Papa VIII. anno Christi 1295. celebrandum anno Christi 1300. eumq
centesimo quoq; anno renovari jussit: atq illis, qui Romam venirent, viserentq; sepulchra S
Petri & Pauli, peccatorum omnium plenariam indulgentiam concessit, idq; vt populum Ro
manum ab inani sæcularium ludorum celebratione ad verum solemne sacrum reduceret. Quin
quagesimo pòst instante anno Clemens VI. sanxit Jubilæum celebrari quinquagesimo quoq
anno (eò quòd ætas hominis vix Jubilæum illum centesimo anno attingere posset) qui veru
fuit Jubilæus. Id sanxit anno Christi 1345. teste Volater. l. 22. Jubilæum ergo tale primu
fuit anno Christi 1350. quo anno tanta hominum copia fuit Romæ, teste Petrarcha oculato te
ste, vt nihil mirum fuerit inde ortam esse pestem adeo gravem in tota Italia, vt ex mille vi
10. superessent, teste Crantzio l. 9. Menop. c. 43. Rursum sub Nicolao V. in Jubilæo ann
Christi 1450. tanta hominum turba erat Romæ, vt in ea multi suffocati perierint teste Platina
Deniq; Sixtus IV. Jubilæum ad 25, quemq; annum reduxit, primusq; eum celebravit anno Chri
sti 1475. id fecit, vt quæq; ætas ejus gratiæ particeps fieret. Porrò in Jubilæo Pontifex aure
am, ut vocant, portam aperit, ad quam immensa multitudo occurrit, consequendæ peccatorun
remissionis causâ. Preces, eleemosynæ, pœnitentiæ, aliaq; pietatis exercitia, quæ eo ann
tum Romæ tum alibi fiunt, inenarrabilia sunt.

CAPUT XXVI.

Promittit DEus 28. benedictiones Hebræis, si leges suas seruent: toti dem & plures maledictiones, si eas non servent.

Erectio tituli & lapidis.

QUæstio I. *An per se illicitum & prohibitum fuit titulos erigere aut insignem lapiden*
v. 1 ℞ negativè, sed solùm adorationis & idololatriæ causâ. Unde nec Jacob Gen. 28
18 Nec Moses Exod. 24. 4. Nec Josue c. 4. Nec Machabæi 1. Mach. 13. 27. peccarunt
qui titulos publicos erexerunt, sed in veri DEi honorem, & in memoriam acceptorum
ab illo beneficiorum. De sepulchris quoq; constat, licitè erecta & exornata fuisse, neq; id vel
hìc vel alibi prohibitum fuisse. Aliqui non improbabiliter hic 4. diversi generis simulachra
à DEo distingui censent, per *idolum*, statuam è metallo: per *sculptile*, è ligno: per *titulum*, è marmore, vel alio lapide cœlatam statuam: per *lapidem insignem*, è marmore quoq;, sed pictam,
vel picturis ornatam.

Messis abundantia.

II. *Quomodo intelligenda verba* v. 3. APPREHENDET MESSIUM TRITURA VINDEMIAM, ET VINDEMIA OCCUPABIT SEMENTEM? ℞ q. d. Tanta erit vobis abundantia frumenti & vini, vt antequam trituram absolveritis, incipiat vindemia: vindemia vicissim tanta erit, vt eam non sitis absoluturi, antequam serendi tempus adveniat; quin imò illa sementis faciendæ tempus quoq; occupabit.

Sterilitas.

III. *Quid denotant verba* v. 19. DABO VOBIS COELUM DE SUPER SICUT FERRUM,
ET TER-

ET TERRAM ÆNEAM? ℞. Claudam vobis cœlum, id eſt, nubes, vt ſit durum inſtar ferri, ſuiq; vſum terris veſtris neget, nec in eas imbrem depluat. *Dabo & terram aneam*, vt non magis quam æs, ſuſcipiat ſemina, cæliq; influentias; itaq; vel nullos vel paucos & tenues dabit vobis fructus.

Baculus panis.

IV. *Quis ſenſus verborum* v. 26. POSTQUAM CONFREGERO BACULUM PANIS &c.? ℞. id eſt, omne ſubſidium cibi & nutrimenti abſtulero, *ita vt* 10. *mulieres in vno clibano coquant panes*, quarum ſingulis ante vix ſufficiebat clibanus vnus, jam decem familijs ad coquendos, quos modicos habent, panes abundè ſufficiat. Extremæ id inopiæ ſignum: vti & iſtud, *& reddant eos ad pondus*, id eſt certo pondere cibum domeſticis diſtribuant. Sed exitiale prorſus id, quod ſequitur v. 29. *Ita vt comedatis carnes filiorum veſtrorum.* Quod tamen ad literam impletum fuit in obſidione Jeroſolymæ, Thren. 4. 10. quæ Babylonicam captivitatem anteceſſit. Item in obſidione Samariæ 4. Reg. 6. & altera Jeroſolymitana Joſephus l 7. Belli c. 8. facta per Titum.

Quies terræ.

V. *Quis ſenſus verborum* v. 34. TUNC PLACEBUNT TERRÆ SABBATHA SUA CUNCTIS DIEBUS SOLITUDINIS SUÆ? ℞. eſt metaphora, tribuit rei inanimatæ ſenſum & gaudium ſuum: q. d. Si vos terræ negetis quietem ſuam ſeptimo quoq; anno Sabbathico, & quinquageſimo Jubilæo, prout lege lata decrevi, fiet, vt vobis terræ incolis in exilium pulſis, vel morte mulctatis, terra in ſolitudinem redacta, fruitura ſit vltronea quiete, Sabbathis ſuis, vt contigit tempore captivitatis Babylonicæ, cui neglectus harum divinarum legum in particulari cauſam dediſſe, ſat manifeſte indicatur 2. Paral. vlt. v. 21.

Mali proſperantur, boni affliguntur.

VI. *Multi ex veteris legis Patribus exactè ſeruarunt hanc DEi legem, nec tamen conſecuti ſunt benedictiones & retributiones hoc loco promiſſas.* Tales fuerunt Jeremias, Baruch & alij. Imò ſuis promiſſis ipſe DEus non ſtetit, quia quæ adverſa comminatur tranſgreſſoribus, inflixit juſtis legem implentibus dicente Pſalmiſta: *multæ tribulationes juſtorum* pſ. 33. minatur etiam vrbi Jeroſolymæ Ezech. 21. *Occidam in te juſtum & impium.* Econtra multi legis tranſgreſſores prænuntiatas hoc capite pœnas non ſenſerunt, & in omni proſperitate vitam ſuam tranſegerunt, ita vt hoc Ieremias vehementer miretur c. 12. inquiens: *quare via impiorum proſperatur, bene eſt omnibus, qui prævaricantur & iniquè agunt &c.* Ad hoc ℞det Carthuſ. quòd hæ promiſſiones & comminationes, non de ſingulis ſuppoſitis in particulari, ſed de communitate, & ſecundùm curſum communem accipiendæ ſunt. Habent hæc DEi dicta ſuam exceptionem, vt ſi ratio temporis & perſonæ exigit, malis temporales proſperitates, bonis verò adverſitates immittantur.

CAPUT XXVII.

Variæ ſanciuntur leges de votis, ſiue voveantur homines, ſiue beſtiæ, ſiue domus, ſiue agri, ſiue alia anathemata: item de decimis templo donandis.

Animam ſuam ſpondere.

QUæſtio I. *Quis eſt ſenſus verborum* v. 2. HOMO QUI SPOPONDERIT DEO ANIMAM SUAM, SUB ÆSTIMATIONE DABIT PRETIUM? ℞. Qui voverit ſeipſum mancipare cultui, & ſervitio DEi, ſub æſtimatione, quæ infra præſcribitur, dabit pretium, & ſic votum ſuum & ſe ipſum redimet. Poterant ſe laici voto adſtringere ad ima quædam templi miniſteria, vt ſunt, cineres efferre, ligna & aquas comportare, ſarta tecta templi curare, ſordes everrere & ſimilia, quæ erant virorum ſervitia. Fœminæ autem ſibi convenientia faciebant, vt ſunt nere, telas texere, ſacras veſtes reficere, lavare, &c. Non tamen poterant ſeipſos ad miniſteria Levitis propria devovere, quia ad eam tribum tranſire non poterant, ſicut nec Levitæ vovere poterant miniſteria ſacerdotum, ſed unusquiſq; in ſuo manebat ordine, & ſtatui ſuo licita vel præſcripta munia obire poterat, & quæ libere exercebat, ad ea ſe voto obligare poterat, hac tamen differentia, vt ſacerdos aut Levita potuerit vovere, ſe ſemper, & in perpetuum DEo miniſtraturum in ſacris officijs, quia, præſertim excreſcente numero Sacerdotum & Levitarum adeo frequenter miniſteria ſua, quæ per vices diſtribuebantur, obire non debebant, vt patet in Samuele, qui erat Levita, quem Mater DEo vovit 1. Reg. 1. Laicus autem in perpetuum ſe ad miniſteria templi vovere non poterat, hinc DEus ſanxit, vt pretio hic præſcripto ſe redimeret, ratio diſcriminis Sacerdotes & Levitas inter & laicos hæc eſt, quia iſti Sanctuario fuiſſent oneri, debebat enim voventes alere, quorum ſi excreviſſet numerus vel defuiſſent media, vel Sacerdotibus & Levitis de vitæ neceſſarijs ſubtrahendum fuiſſet, qui tamen à Sanctuario alendi erant, ſiue ſe voto mancipaſſent perpetuo ſervitio, ſiue non, hinc faciliùs ad perpetuum tale votum admitti poterat. Deinde ad talia tabernaculi miniſteria deputandi erant Gabaonitæ Joſve 9.

Vovendi modi.

II. *Quot erant modi vovendi*? ℞. duo. Vovebant aliquando aliquid redimibile, aliquando aliquid non redimibile, ſed vt prorſus maneret DEi, & eſſet ſanctum ſanctorum de quo v. 28. quemadmo-

quemadmodum sacrata erat DEo Jericho Josve 6. & Num. 31. 9. irredimibiliter ad DEum pertinebant Nazaræi; sicut etiam, qui vivebant vitâ Essenorum. Animal non redimebatur animali, quia hoc cessisset in præjudicium Sacerdotum: præter primogenitum Asini Exod. 13. 13. Homo autem redimendus erat 5. siclis Num. 16. 16, & nullo animali. Poterat aliquid voveri vel in sacrificium, vel in vsum Sacerdotum, vt asinus: hoc taxari & vendi & redimi debebat. Si tamen hujusmodi animal esset promissum ad vsum sanctuarij, redimi non poterat juxta Abulensem: sicut etiam vestes & talia, quæ immediatè servire poterant sanctuario; secus quæ non, vt arma. Ædes quoq; & immobilia, quibus sacerdotes uti non poterant, erant vendendæ. Ager non redemptus sed venditus alteri, singulis jubilæis redibat ad Sacerdotes, semper iterum vendendus. Si quis à Sacerdotibus emisset agrum, & quovis titulo haberet, non hæreditarium in jubilæo debebat redire ad Dominum hæreditarium. Ab Alienigenis accipiebantur oblata 2. Mach. 3. 3. 1. Esdræ 7. 16, dummodo non ponerentur super altare Lev. 22. 25. Quod autem alenigenæ vovissent, non poterat redimi. Jephte poterat filiam suam redimere 30. siclis, si non erat minor 20. annis Lev. 27. 3.

Oblatio Cherem. III. *De quali morte loquitur* v. 28. MORTE MORIETUR? ℟. Agitur hoc versu non de qualicunq; oblatione, sed de ea, quam Hebræi vocant *cherem*, græci *anathema*, quæ est perfecta & totalis oblatio. *Cherem* significat succisionem seu destructionem rei, & quod ità, semper votum *cherem* offerebatur, non poterat redimi, sed vt legislator ait, *morte morietur*, quod non de vna eademq;, sed de triplicis generis morte (cujus res oblata capax & idonea erat) *Mors triplex.* intelligendum est. *1ma* mors realis & propriè dicta, cùm res viva occiditur, seu vitâ privatur, ita occidi debebant animalia, si munda, & ad sacrificia idonea erant, quæ per votum *Cherem* DEo oblata erant. Huc etiam referuntur homines, qui sunt DEi hostes, & scelerati peccatores, qui per votum *Cherem* immolari & deleri poterant, sic vrbs Jericho jubetur esse anathema Iosve 6. & aliæ idololatricæ Deut 13. & Amalecitæ 1. Reg. 15. & tali etiam voto sese obstrinxerunt Israelitæ ad excisionem vrbium Chananæarum Num. 21. v. 2. *2da* mors civilis est, fiebatq; per applicationem ad perpetuum servitium tabernaculi & templi, & perfectam separationem ab omni negotio civili, hæreditate & Dominio rerum temporalium, quibus cùm sese addicabant civiliter seu mundo mortui censebantur, ita Nazaræus perpetuus, qualis fuit Samuel erat *Cherem*, nempe negotijs sæcularibus mortuus, & cultui divino deputatus. Tertia mors est metaphorica, & tribuitur rebus inanimatis v. g. agro, qui DEo *per Cherem* consecratus vsui profano censebatur mortuus, quia numquam nec in Jubilæo quidem redibat ad priorem hæredem, sed DEo consecratus manebat in perpetuum.

Decimatio pecudum. IV. *Quis fuit modus decimandi pecudes*? v 32 ℟. Pastor ad portam ovilis & caulæ subsistens virgâ cohibebat suas oves, capras & boves, ne simul egrederentur, sed singula ordine ita ut quod decimum veniret, & exiret, cederet in decimas Domino, illudq; cùm alia mutare non liceret, sive bonum esset, sive malum, sive pingve, sive macrum. De la Haye ait, quod hæc animalia è stabulo singillatim emissa, decimum quodq; virgâ tactum, seu designatum fuerit ut segregaretur Domino. Hebræi dicunt, virgam illam, qua tangebant pecudes egredientes, fuisse tinctam rubro colore, quo tingebatur decima quæq; pecus egrediens, & ita segregabatur & seponebatur pro decima cessura DEo.



QUÆSTIONES EXEGETICÆ IN LIBRUM NUMERI.

OMnes unanimiter in hoc conveniunt, Librum Numeri dictum esse à numeratione, quòd varias populi Hebræi numerationes percenseat à primo statim sui exordio, ut c. 1. & seq. patebit. Quater initus fuit numerus populi, pri-num Exod. 12. 27. in ipso egressu: deinde post descensum Mosis de Sina ante constru-tionem tabernaculi Exod. 38. 25. Sex circiter mensibus ante tertiam Numerationem, uæ refertur Num. 1. 46, & de qua hic agitur: quarto sub finem peregrinationis 40. nnorum Num. 26. Porrò cùm secundus census factus sit anno primo egressûs men- septimo; tertius autem anno secundo egressûs mense secundo, mirabile est utriusq; ensus numerum repertum fuisse eumdem, quia totidem in posteriore maturuerunt d annum 20, quot mortui fuerant de priore censu. Strages verò propter adoratum itulum non turbat negotium, quia ista contigerat primi anni mense quarto. Numerus ellatorum repertus 603550. Continet hic liber historiam & gesta Mosis atq; He-ræorum à secundo mense anni secundi egressûs eorum ex Ægypto, usq; ad finem pe- vitæ Mosis, seu peregrinationis 40. annorum in deserto: nempe usq; ad initium ensis undecimi anni quadragesimi, ut patet conferenti v. 1. c. 1. Num. cum c. 1. eut. v. 3. Continent ergo Numeri gesta circa circiter 39. annorum, videlicet ab nno mundi 2455. usq; ad annum 2494, quod fuit ab anno à diluvio 798. ad an-um 837. prout computat Cornelius.

CAPUT I.

Initur numerus filiorum Israël, à vigesimo anno & supra per singu-s tribus. Inventi sunt universim 603550. exceptis Leuitis.

QUæstio I. *Cur DEus populum suum vult numerari?* ℟. cum Theodoreto cit. in gloss. Ordin. hîc. Jussit DEus numerari populum, ut veritatem suæ promissionis demonstraret. Promiserat enim Abrahæ multiplicaturum se semen ejus tamquam sydera. Ostendit itaq; suæ promissionis veritatem, quia ex 70, qui descenderant in Ægyptum, 603550. viri numerati sunt bello idonei, utraq; semota ætate tam immatura, quàm provectiore, similiter & genere fœmineo & Levitica tribu. Unde Isaias ait c. 51: *Attendite ad Abraham patrem vestrum: & ad Saram, quæ peperit vos: quia unum vocavi eum, & benedixi ei, & multiplicavi eum.* *Numeratio populi.*

II. *Cur Christiani ex DEi præscripto numquam sunt numerati, sicut olim Hebræi?* ℟. cum Car-us. in Præfat. in Num. quia populus Christianus ubiq; terrarum supra numerum multiplicatus , & tamen, ut agnoscatur quàm admiranda & supernaturalis existat tanta multiplicatio populi hristiani, paucitas ejus describitur in exordio primitivæ Ecclesiæ, ut quòd fuerint 12. Apostoli 72. discipuli, atq; turba eorum in die Pentecostes, dum Spiritum S. affluentissimè susceperunt rè 120. Act. 2. ex quibus, imò ex quorum aliquibus per universum orbem diffusa & suscepta fides Catholica & Euangelica lex, sine armis & bellis; sinè artibus falsis, sinè terrenis pro-issis & commodis, nec impedire potuit rabies tyrannorum, argumentatio Philosophorum, rfidia & crudelitas Judæorum, hæreticorum vesania, Imperatorum & Regum renitentia, riosa invisibilium hostium repugnatio, tentatioq; assidua, quoniam omnipotentia creatoris r signa, prodigia atq; miracula, per virtutes & varias Spiritûs distributiones, pro sua lege ac ebe pugnavit, sicut & olim in Ægypto, in mari rubro, in eremo, & terra promissionis pro aelitico populo, quem extunc reliquit, quando legem Christi diffudit ac roboravit. *Christiani numquam sunt numerati.*

III. *Per quid distinguitur istud lustrum hoc cap. ab altero priore, quod factum est Exod. 38. ulò ante erectum tabernaculum ultimo mense anni prioris ab egressu ex Ægypto?* ℟ Per hoc òd illud prius lustrum institutum fuerit ad censum per capita pendendum pro sumptibus fa-icæ tabernaculi: istud verò secundo mense post erectum jam tabernaculum, propriè ad mili- *Discrimen inter duas lustrationes*

tarem delectum spectabat, & causâ belli, atq; exercitus ordinandi. Hinc numerando, in turmas, chiliarchias & centurias distribuebantur, & singulis harum sua capita, duces seu principes præficiebantur.

Tribus Levi non numeratur.

IV. *Cur DEus hic v. 49. noluit numerari tribum Levi?* ℞ quia Levitæ à militia erant exempti, teste Josepho, non quòd arcerentur, si vel necessitas id postularet, vel sponte militare vellent, sed quòd cogi non possent. Patet: Nam & Machabæi Sacerdotes, & qui deincep fuerunt Pontifices simul & populi duces plurima bella gesserunt, & ipse Josephus Sacerdos iden & militum præfectus fuit, vt ipsemet passim scribit lib. de bello. Et Levitæ cum Mose occi derunt adoratores vituli Aurei Exod 32. 28. Nec enim Levitæ veteris legis talia sacra tractabant qualia tractant Sacerdotes novæ legis, qui proinde bello & sanguinis effusione abstinere de bent. Noluit DEus eos hic numerari, quia in castrorum metatione Levitæ non collocabantu cum alijs tribubus, eò quòd circa ipsum tabernaculum ejus ministerijs deputati versarentur, v patet v. 50. ideoq; à 12. tribubus secreti erant, tamquam pars & tribus Domini, ejus servitio dicat

Levitarum officium.

V. *Quod erat officium Levitarum?* ℞. erant quasi æditui Sacerdotum, debebantq; para re, quæ sacerdotibus necessaria erant, hostias, panes, oleum, thymiama &c. Deinde debeban excubare in custodijs tabernaculi, noctem probabiliter in 4. vigilias distinguendo, & per or dinem tum vigilando, tum orando ex ps. 133. propter quæ officia morabantur in atrio, sed tabernaculo excludebantur. Iidem dum proficiscendum erat, quæ ad tabernaculum specta bant, ita curebant, vt Caathitæ portarent humeris arcam, à sacerdotibus obvolutam tripli velamento; mensam item, candelabrum cum vasis, altare holocaustorum cum instrumentis, Labrum; Gersonitæ autem cortinas & omnia vela: Meraritæ verò columnas, bases, capitella & Iidem Levitæ c. 4. specialiter numerati sunt ad serviendum à trigesimo ætatis anno, quia pri servire non poterant, nec docere: Unde Christus & Joannes Baptista ante eam ætatem non docu runt. Poterant tamen juxta Num. 8. 24. à viginti quinq; annis admitti, vt paulatim se d sponerent ad officia sua præstanda.

CAPUT II.

Disponit DEus ordinem castrorum 12. tribuum Israel circum taber naculum, in 4. acies, per 4. plagas mundi.

Castrorum ordo.

QUæstio I. *Quis erat ordo castrorum?* ℞ Tribus Juda, Isachar & Zabulon constitut erant ad orientale tabernaculi latus: Ad meridianum, Ruben, Simeon, Gad: ad Occ dentale Ephraim, Benjamin & Manasse: ad aquilonare Dan, Aser Nephtali, in me dio inter tabernaculum & populum statio Levitis erat, ita vt populus juxta traditio nem Hebræorum à tabernaculo abesset itinere Sabbathi, seu 1000 ferè passibus.

Vexilla in castris Israelitarum.

II. *Quæ & qualia vexilla erant in castris Israelitarum?* ℞ Singulæ quidem tribus h bebant sua vexilla, vt constat ex hoc cap. quatuor tamen fuerunt præcipua vexilla. Masius i c. 6. Josue v. 9. ait: Tradunt Hebræi primum vexillum primipilaris tribus Iudæ cum suis h buisse effigiem Leonis pro insigni; 2dum vexillum Rubenitarum habuisse hominis effigiem cu mandragoris, quas ad matrem attulerat Ruben Gen 30. 14. Tertium vexillum Ephraim hab isse imaginem bovis, quartum Danitarum habuisse effigiem aquilæ. Quæ sanè aptotypo sign ficabant propitiatorium nostrum, scilicet Christum arcamq; ejus, scilicet Ecclesiam, quæ int hæc 4. vexilla sita erat, per 4. Evangelistarum signa ad omnes mundi plagas diffundenda esse.

Castra & vexilla quid mysticè significant,

III. *Quid mysticè significant castra & vexilla Hebræorum?* ℞ Allegoricè per castra pra figurata est Ecclesia Christi, de qua dicitur Cant. 6. 3 quòd sit terribilis vt castrorum acies o dinata: In his castris Moses est Christus, Aaron summus Pontifex, siue vicarius Christi in te ris. 12. tribuum Principes sunt 12. Apostoli, 4. vexilla insigniora, sub quibus Hebræi milita bant, terram promissam petebant, sunt 4. Evangelia, sub quibus divinis labaris decertantes e hoc mundi deserto iter faciamus ad promissam terram viventium. Eadem animalia haber Evangelia, quæ habebant Israelis vexilla. Primum Matthæi effigiem habet hominis; 2dur Marci Leonis; tertium Lucæ bovis, quartum Joannis aquilæ. Quatuor mundi plagæ, qu castra Israelis respiciebant, significant Ecclesiæ dilatationem per omnes mundi plagas. Siue ex Rabbano refert Corn. Ab oriente est Iudas, quia ex Iuda ortus Christus, cujus nomen e Oriens. Rursum per Orientem, vbi erat introitus tabernaculi, significatur primitiua Eccles & initium conversionis fidelium ad Christum, hic est Iudas, id est Confessio, & Issachar, id e merces, & Zabulon, id est, habitaculum fortitudinis, quia Confessores Christi in Ecclesiam quæ est domus DEi fortissima per Christum introitum habent, vt in ea pro mercede æterna la borent. Plaga Australis antiquam DEi plebem olim à DEo illustratam significat: hic e Ruben, Simeon & Gad, quia Sancti Patres, qui aciem mentis ad voluntatem DEi Patris viden dam, bene exacuerunt, obedientiæ studium ritè ei impendebant, accingentes se armis justiti contra Leonem rugientem, & dæmonium meridianum, sibiq; quasi dicebant, esto Ruben, id es vide te esse filium Patris æterni, cui debes esse Simeon, id est, obediens, vt sis Gad, id est, a cinctu

…ictus contra Dæmones. Rursus esto Ruben, id est, vide vt filios DEo procrees. Aquilo significat gentium multitudinem, quæ vsq; ad Christum tenebris & frigore infidelitatis torpuerat, hic est Dan, id est, judicium, Aser id est, beatus, & Nephtali, id est, colluctans vel dilatatus, quia spernentibus Iudæis verbum Domini, justo judicio DEi per multitudinem gentilium credentium dilatatus & luctans Ecclesiæ populus æternam beatitudinem sperare & quærere non desistit. Occidens siue vltima pars tabernaculi significat impletionem Ecclesiæ, quæ fiet in fine mundi, cùm omnis Israel salvus fiet. Hic sunt Ephraim, id est, crescens, Manasse, id est, oblivio, & Benjamin, id est, filius dexteræ, quia tunc in persecutione Anti-Christi probabuntur, & meritis accrescent electi, tumq; aderit hora, qua in oblivionem mortis perpetuæ impijs traditis, justi ad dexteram DEi in æternum cum Domino regnaturi collocabuntur.

IV. *Quid hæc castra significant tropologicè?* ℟. cum Orig. Anima quælibet fidelis & sancta est tabernaculum DEi. Aspectus ad orientem significat mentis illuminationem & purgationem, quæ perficitur Iuda, id est, vera confessione; & Zabulon, id est, forti pœnitentia, & Issachar, id est, spe mercedis. Meridies significat mentis inflammationem & ardorem, quam perficit Ruben, id est, visio & procreatio filiorum in spiritu, ac Simeon, id est, obedientia; & Gad, id est, fortitudo in adversis. Aquilo Dæmonis & hostium aliorum tentamenta significat, contra quæ munimur castris Dan, id est, metu extremi judicij & Nephtali id est, continuâ luctâ; & Aser, id est, memoriâ beatitudinis æternæ. Occidens significat perfectionem animæ, quam præstat Ephraim, id est, fruges & incrementa continua bonorum operum; ac Manasse, id est, oblivio rerum temporalium; & Benjamin, id est, dextera & virtus Patris nostri DEi. *Quid tropologicè.*

V. *Quid hæc castra significant Anagogicè?* ℟. cum eodem ex Orig. cœtum beatorum & civitatem cœlestem. Unde Apoc. 21. 16. dicitur ipsa in quadro esse posita, æque vt hæc castra; atq; 12. habere portas, videlicet à quolibet latere & plaga tres, inscriptas nominibus 12. tribuum filiorum Israel: 12. enim tribus omnes veros Israelitas, id est electos, qui illi civitati dominabuntur, significant. Itaq; ingredietur per portam *Levi*, vel vt Levi, Sacerdos, qui bene præfuit sacerdotio, ingredietur per *Juda*, vel vt Juda, princeps, qui bene præfuit populo. Ingredientur vt *Simeon* qui suis præpositis fuerunt obedientes, Ingredientur vt *Issachar* vel *Manasse*, Monachi & Religiosi, qui voluptates præsentes calcant, spe in æternam mercedem fixi. Ingredientur per portam Epraim, qui fructibus misericordiæ abundarint; per Dan justi judices; cætera collige & applica ex tropologia paulò ante assignata. *Quid anagogicè.*

CAPUT III.

Leuitas loco primogenitorum Israel suo cultui deposcit Deus. Numerantur Leuitæ ad 22 millia, & inter eos custodia rerum tabernaculi distribuitur.

QUæstio I. *Cur Aaron hic v. 1. præponitur Mosi?* ℟. quia eò fuit dignior, eò quòd esset Sacerdos & Pontifex, quodq; familia ejus à Deo electa & euecta esset ad sacerdotium, familia verò Mosi Leuitis esset annumerata, eò quòd ex gentili Matre, nimirum Sephora Madianitide esset prognata. Nota hìc partim miram Dei electionem, partim quàm posteri à parentibus sæpe degenerent: Moses enim fuit Princeps & Legislator, posteri verò fuerunt ignobiles Levitæ; cùm vice versa posteri Aaronis patri in sacerdotio & pontificatu successerint. *Aaron præponitur Mosi.*

II. *Quomodo dicitur v. 25.* HABEBUNT EXCUBIAS IN TABERNACULO FOEDERIS *cùm ne quidem ingredi licuerit tabernaculum, sed solùm sacerdotibus, qui per vices ministrabant? ℟. in tabernaculo* hìc idem est, quod super tabernaculum & res tabernaculi, quæ singulis Levitarum familijs diuersæ diuersis commissæ erant. Neq; enim hìc *per excubias & custodias* intelligitur actus solus excubandi & custodiendi, sed insuper onus & officium curandi, ut omnia benè custodirentur: neq; id solùm cùm erectum staret tabernaculum, sed etiam cùm in itinere deportandum esset, itemq; cùm dissoluendum, rursusq; cùm figendum esset. Ita ut singulis Levitarum familijs incumberet rationem reddere earum rerum, instrumentorum, ac partium tabernaculi, quæ jussu Dei cuiq; hoc capite custodiendæ committuntur. *Quomodo Levitæ habuerunt excubias in tabernaculis.*

III. *Quomodo v. 39. dicitur:* OMNES LEVITÆ FUERUNT VIGINTI DUO MILLIA, *cùm tamen ex tribubus ante subductis trium familiarum calculis colligatur major summa, Gersonitarum enim erant 7500, Caathitarum 8600, Meraritarum 6200, quæ in vnum collecta faciunt 22300. Cur ergo omissis 300, tantùm dicuntur fuisse 22000?* ℟ trecentos illos non debuisse, sed nec potuisse reliquo Leuitarum numero accenseri, quòd totidem essent inter ipsos Leuitas primogeniti (putà post egressum ex Ægypto procreati) qui ratione suimet jam erant proprij Dei: quocirca non poterant venire in numerum aliorum Leuitarum, qui pro primogenitis aliarum tribuum commutandi essent, & illorum loco substituendi ac Deo approprianti. Ita Abul. Lyran. Tyrinus. *Levitarum 22000.*

IV.

IV. *Cùm primogenitorum ex omnibus 12. tribubus juxta v. 43. fuerint 22273, Leuitarum verò omnium (demptis 300 de quibus q. præced.) tantùm 22000, ergo illi hos excedebant numero 273, hi superexcrescentes numerum Leuitarum per Leuitas non poterant complere, cùm qui eorum loco substituerentur DEo, non essent, hinc unusquisq; illorum se quinq; siclis redimere debebat, qui ergo erant illi 273. ex toto numero 22273, qui se redimere debebant?* ℞. Tostatus q. 84 putat initam fuisse hanc rationem, vt tot chartulæ scriberentur, quot erant primogeniti, & in 273. hæc verba (*quinq; sicli*) deinde chartulæ commiscerentur, & inde quilibet unam tolleret, ille verò in quem chartula cadebat, cui dicta inscriptio inerat, deberet quinq; siclos Aaroni persolvere, atq; illo modo se redimere. Hoc fit credibile per illud, quòd talis sortitio, Hebræis fuerit valde usitata, nam sortibus terra promissa inter illos divisa est Num. 26. per sortes hircus emissarius ab eo, qui erat sacrificandus, designatus est Lev. 16. peccatum anathematis simili sortitione deprehensum est in Jericho Iosue 7. v. 14.

Aaron primogenitus.

V. *Cur Aaronis non verò Mosis filij & posteri ad Pontificatum & Sacerdotium evecti sunt?* ℞. Jus Pontificatûs & Sacerdotij DEi lege pertinebat ad primogenitum ejusq; filios, erat autem Aaron primò- Moses secundò- genitus, hinc potiori jure ad illum spectabat sacerdotium, & ab eo ad filios devolvebatur.

CAPUT IV.

Numerantur Leuitæ ab anno ætatis trigesimo, 8580. quibus portandi committitur, supellex tabernaculi, cùm movenda sunt castra. Caathitis quidem assignatur arca, mensa, cantelabrum & altare utrumq;. Gersonitis vela & cortinæ omnes: Meraritis autem tabulæ, columnæ & bases.

Caathitæ alijs præferuntur.

Quæstio I. *Cur Caathitæ cæteris præferuntur?* ℞ quia Moses & Aaron, & consequenter sacerdotes omnes ex una illa Caathitarum familia prognati erant.

II. *Cur ætas 30. annorum hîc v. 3. præscribitur Caathitis?* ℞. Non ideo vt possent ministrare in tabernaculo (nam hoc citiùs illis licuit, putà ab anno 25. vt dicitur infra c. 8. v. 24, & tempore Davidis, saltem in levioribus servitijs, & quasi in novitiatu, servire poterant ab anno 20, vt constat ex 1. Paral. 23, sed sermo est de ætate, qua dum iter agendum esset, res tabernaculi deferre ac manibus tractare possent. Hæc enim sacrarum sarcinarum bajulatio, vt majorem reverentiam, ita & ætatem firmiorem ac robustiorem deposcebat.

Sanctum Sanctorum quando filiis Aaron licebat ingreid.

III. *Quomodo intelligenda verba v. 4.* SANCTUM SANCTORUM INGREDIENTUR AARON & FILII EIUS. ℞. Licet soli Aaroni & Summo Pontifici licitum fuerit semel per annum in Sanctum Sanctorum ingredi, fixo & stabilito tabernaculo: licuit tamen etiam inferioribus Sacerdotibus, quamdiu per desertum vagabantur, urgente necessitate, cùm refigendum, alioq; transferendum esset tabernaculum, illuc ingredi ad involvendam efferendamq; arcam, imò ipsis etiam Caathitis illuc ingredi licuisse videtur, vt à Sacerdotibus acciperent, & humeris suis efferrent, quia tanti erant ponderis, vt soli Sacerdotes ijs exportandis impotes fuisse videantur. Ita Tostat. Lorin. & alij.

Arcam &c. portantes, quid mysticè significant

IV. *Quid mysticè significant portantes arcam testamenti, mensam, candelabrum, altare incensi, & altare holocausti?* ℞. Significantur ea, quæ debent esse in Sacerdotibus novæ legis. Primum est sacræ Scripturæ notitia per arcam testamenti significata. Malach. 2. 7. *Labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem ex ejus ore requirent, quoniam Angelus Domini exercituum est.* 2dum est verbum doctrinæ, quod per mensam significatur, nam in hac mensa panis spiritualis proponitur Deut. 8. *Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore DEi.* 3tium est lumen exemplaris vitæ, quod significatur per candelabrum. Matt. 5. *Nemo accendit lucernam & ponit sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt.* 4tum est odor orationis devotæ, & significatur per altare incensi, ps. 140. *Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo.* 5tum est rigor disciplinæ, & significatur per altare holocausti Rom. 12. *Obsecro vos per misericordiam DEi, ut exhibeatis corpora vestra hostiam sanctam, DEo placentem &c.*

Mararitæ portantes, quid mysticè significant.

V. *Quid mysticè significant Mararitæ portantes tabulas, vectes, columnas & bases?* ℞. Religiosos Tabulæ simul conjunctæ per vectes & bases faciebant parietes tabernaculi sicut habetur Exod. 26, per quod datur intelligi, quòd religiosi docendo populum verbo & exemplo, & pro bono statu populi deprecando, dati sint à DEo quasi murus defensionis post Prælatos Ecclesiæ populo Christiano, propter quod de malis religiosis dicitur Ezech. 8. *Non ascendistis ex adverso, neq; opposuistis vos murum pro domo Israël.* Per columnas verò significatur, quòd ipsi sunt vocati in partem solicitudinis ad supportandum onus Ecclesiæ, & hoc ex fraterna charitate. Per hoc autem, quòd onera Levitarum disponebantur per filios Aaron mitratos, vt habetur Exod: 28 sub patre suo, datur intelligi, quòd omnia Ecclesiæ officia per summum Pontificem & prælatos Ecclesiæ sint disponenda. Item per hoc, quòd omnia prædicta portabantur velata

elata, significatur, quòd opera bona Sacerdotum, clericorum & religiosorum agenda non ınt ad ostentationem suam, sed ad DEi laudem & proximi ædificationem, ita vt opera sint in perto, tamen hæc intentio maneat in secreto cordis. Ita Lyran. S. Greg. hom. 36. Sic autem t opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto, vt de bono opere proximis præbeaıus exemplum, & tamen in intentione, qua soli DEo placere quærimus, optemus secretum.

CAPUT V.

Immundi castris ejici jubentur. Sancitur lex zelotypiæ, qua mariti xores suas de adulterio suspectas explorent per aquas maledictas.

QUæstio I. *Quis erat ordo rituum zelotypiæ?* ℞. ımò maritus zelotypus vxorem Jerosolymæ, vel ubicunq; tabernaculum erat, sisti curabat ad ostium atrij sacri. 2dò dicebat sacerdoti judici ad id deputato, se suspectam habere vxorem de adulterio. *3tiò* negante vxore sacerdos e labro seu mari æneo hauriebat pauxillum aquæ, quæ ideo sana hîc vocatur, quia divino cultui ac templi vsibus deserviebat. His aquis inspergebat aliquid ulvisculi de pavimento atrij sancti: & maledictiones in easdem aquas congerebat: vnde & narissimæ hîc vocantur, non à sapore, sed ab effectu, quem virtute morali, sed infallibili, ex Ei promissione & potentia assistente productur æ erant. *4tò* proferebat maledictiones in isam quoq; mulierem, quæ hîc recensentur v. 19. & seq. vt & ipsa totidem verbis, si rea esset, idem maledicta sibi imprecaretur: cogebatur enim singula comprobare, dicendo, *amen, amen,* l est, *fiat,* ita mihi *fiat.* Stabatq; mulier nudo capite, more omnium reorum, & quasi spoata insignibus pudoris ac pudicitiæ: & ut ait Theodoretus ad designandum, omnia nuda & perta esse in oculis DEi, cui sistebatur. *5tò* has posteriores maledictiones scribebat sacerdos libello, seu charta, seu membrana: mox inscriptas eluebat aquis illis maledictis. Excipiebat tò de manu mulieris *oblationem zelotypiæ,* putà farinam hordaceam, quam paulò ante in vaslo collato collectam v. 18. manibus illius imposuerat, & pugillum ex ea cremabat super altari olocaustorum: reliqua portione sibi in cibum retenta. Vocaturq; hoc *sacrificium recordaonis,* nempe respectu DEi, quem hoc sacrificio rogabant, vt vellet exhibito certo signo ostenre se recordari vel adulterij vel innocentiæ mulieris. Deniq; 7mò, ex aqua maledicta pom dabat mulieri, quæ si rea erat, intumescente mox ventre & computrescentibus verendis, ulò pòst extingvebatur, ait Josephus: qui addit, inflari solitam aqua intercute, qua tam horficè venter intumesceret, vt tandem dirumperetur. Sin innocens esset mulier, nihil illa aqua ocebat, sed erat innocentiæ illius testis & custos. Addit Josephus, & colligitur ex v. 28. ıjus cap. illam tum certò atq; infallibiliter è primo cum marito congressu, procreaturam demo mense proximo prolem, & quidem masculam, quantumcumq; antea fuisset sterilis & inecunda, DEo singulari cura sic comprobante mulieris innocentiam, & hac quidem occulti dulterij certa exploratione, cùm cuiq; ad manum esset, sapientissimo consilio consultum olebat DEus incolumitati mulierum Judaicarum, quas alioqui mariti zelotypi facile de meo violenta manu tollebant: simul etiam infami hac pœna deterrebat vxores ab omni adulrio quantumvis occulto. Ita Tirinus ex Philone & Iosepho. *Zelotypiæ ritus.*

II. *Quandonam aqua maledicta epota ab adultera suum operabatur effectum?* ℞. cum ostato dilatum non fuisse, quæ enim DEi miraculo fiunt, longam moram non admittunt, prærtim in supplicijs, vt patet in morte Ananiæ & Saphiræ Act. 5. in Dathan & socijs, in Sodoa &c. qui subitanei interitus majorem incutere solent horrorem, & DEi vindicis timorem. einde longa pœnæ dilatio Hebræis suspicionem ingerere potuisset, non à DEo, sed aliunde à usa naturali morbum illum profectum esse. Deniq; dilato effectu multæ interim exortæ fuisnt inter zelotypum & adulteram contentiones, jurgia, verbera, & fortè ipsa occisio. Quamıs autem post epotam aquam ipsa mors subitaneè non sit secuta, sed quædam præcesserint disositiones, vt inflatio uteri, & femoris putrefactio, statim tamen post epotationem aquæ, quæam signa futuri mali eventus apparebant, vt pallor faciei, tremor artuum &c. Ita Tostatus. *Aqua maledicta statim operabatur.*

III. *Cur DEus hanc zelotypiæ legem instituit?* ℞. Ut populo Hebræo reipsa declararet culis suis omnia esse nuda & aperta, nihilq; latere posse, quantumvis in occulto & tenebris at, prout adulteria fieri solent, vt vel ex hoc discerent Hebræi credere DEum esse omniscium, ubiq; præsentem, & ideo caverent etiam in abscondito malè agere, sed DEum præsentem & identem vererentur. Alia scelera sinit DEus manere occulta, adulterium verò in tantum averıtur, vt etiam stato miraculo inter Judæos illud voluerit publicare, & in omnium venire notiam, vt hæc ipsa revelatio esset pars supplicij, & adultera plecteretur publica confusione. *Zelotypiæ lex cur lata*

CAPUT VI.

De voto, consecratione & ceremonijs Nazaræorum. Forma benedictionis, qua Sacerdotes benedicant populo.

Nazaræi.

QUæstio I. *Qui erant Nazaræi?* ℞. Erant inter Judæos viri religiosi, qui abdica rebus terrenis, vt liberiùs vacarent meditationi legis, & rerum divinarum, ad ea q hoc cap. præscribuntur, se vel ad tempus vel semper voto adstringebant, & hi voca possunt Nazaræi contemplantes. Alij verò erant Nazaræi pœnitentes, qui ad easdé vivendi leges emisso voto se obligabant, & severiori vitæ genere corpus affligebant, eò qu ante indulsissent delitijs & voluptatibus. Ita Vatab. Ex quo vides, Nazaræos fuisse duplic alios perpetuos, qui toto vitæ tempore Nazaræatui se mancipabant, vt Samuel 1. Reg 28, & Sa son Judic. 12. v 7. Alios temporaneos, qui pro sua devotione certum sibi præfinierant temp & talis fuit Paulus Act. 21. v. 23, & de his agitur hoc cap.

Ceremoniæ circa Nazaræos.

II. *Quæ erant ceremoniæ circa Nazaræos?* ℞. sequentes. Imò nec vinum, nec sicera nec quidquam, quod inebriare posset, bibere, quin nec de uva, seu recente, seu sicca, seu pa comedere, vt sic palàm facerent, se sobrietati studere, omnemq; crapulam aversari, ex qua t pullulant vitia, & religionis, pietatisq; omnis neglectus. 2dò Non poterant illi crines præsci di, *usq; ad completum diem, quo Domino consecratur*, id est, toto tempore, quo ipse ex vo debet manere consecratus. *3tiò Super mortuum non egredietur*, morticinum humanum contingendo, vel morienti adstando, ne patri quidem vel matri. Et in hoc Nazaræus æquabat Summo Pontifici Lev. 21 v. 11. Et par ratio, quoad vtrumq; redditur, cur id illis specialiter i hibitum sit, *quia consecratio DEi sui super caput ejus est*, hoc est, quia speciali valde consecr tione est DEo consecratus. Et Nazaræus nominatim etiam caput, adeoq; & capillos capi habet consecratos DEo, utpote in honorem DEi nutritos, & completo Nazaræatu, in ejusde honorem detondendos & cremandos. Nam 4tò, finito jam voti tempore, post oblatum D agnum, ovem & arietem, sacra Nazaræo cæsaries ante ostium atrij detondebatur, & à Sacerd te mittebatur in ignem non altaris, ut vult Abulensis; sed culinæ, in qua carnes pacificoru coquebantur, vt habet Chaldæus & docet Lyranus. Atq; ita expleto voto *poterat bibere vinu* hoc est, desinebat esse Nazaræus.

Nazaræi, quorum figuram gerebant.

III. *Quorum figuram gerebant Nazaræi?* ℞. Nazaræi ad totum vitæ tempus erant figu Religiosorum novæ legis, utpote qui separati à communi hominum vita, de quibus dicit Thren. 4. *Candidiores Nazaræi ejus nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphi pulchriores.* In nive & lacte significatur religiosorum castitas, inquit Corn. in ebore antiq jugis & fortis obedientia, in Sapphiro qui cælestis est coloris, paupertas, quæ spem in solu DEum defigit. Hinc v. 21. Nazaræatus vocatur status perfectionis & sanctificationis, scilicet l gis veteris: sicut religio in lege nova status est perfectionis non acquisitæ (hic enim est episc patus) sed acquirendæ per tria vota. Nazaræi etiam acinis abstinere debebant, ne videlicet acinis ad vuas, ab vuis ad vinum transirent: ita religiosi omnem etiam minimam & remota occasionem gulæ & peccatis præscindere debent. Nam vt rectè Glossa in illud Job 31. *pepigi fo dus cum oculis meis:* Visum sequitur cogitatio, cogitationem delectatio, delectationem conse sus, consensum opus, opus consuetudo, consuetudinem necessitas, necessitatem desperatio, desp rationem damnatio. Nazaræus non potuit lugere mortuum, etiam patrem vel matrem. Rel giosi omnes carnales affectus erga parentes truncare debent, & servare illud Christi Matt. 8. 2 *sequere me, &: dimitte mortuos sepelire mortuos*, & illud ps. 44. *Audi filia & vide, & inclina a rem tuam, & obliviscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet rex decorem tuu* V. plura apud Corn. hîc.

Nazaræi contaminatio.

IV. *Cur Nazaræus polluebatur v. g. si quis coram eo mortuus fuisset?* ℞det Lyranus, Nazaræus ejusmodi mortem suis peccatis attribueret, tanta enim debet esse humilitas in vir religioso, vt quidquid mali contingit, suis peccatis attribuat. Abulensis ait quia debebat es immunis ab omni contaminatione: erat enim legaliter sanctissimus: in mortuis autem illa leg maxima erat contaminatio. Unde si in Nazaræum casu cadaver aliquod vel ossa mortui inci dissent, aut si ipse casu in domum mortui delapsus vel delatus fuisset, pollutus fuisset, idq; per hoc significaretur, virum religiosum ab omni peccato etiam casuali & subreptitio, etia alieno, remotissimum esse debere.

Nazaræus temporaneus radit caput.

V. *Quis Nazaræus & quando debebat radere caput?* ℞. Tantùm Nazaræus temporane us, nam perpetuus numquam radebatur, quomodocumq; pollueretur. Omnia enim quæ hoc ca pite præscripta sunt, tantùm spectant Nazaræum, qui talis erat ad certum tempus. Debebat au tem hæc rasio fieri eadem die, qua pollutum fuit caput, vt eadem statim die purgaretur à con taminatione mortui, & rursum septima die fiebat rasio ad majorem munditiem. Septimo item die caput Nazaræi pristinæ sanctitati & consecrationi restituebatur, ita vt ab illa die lustratio nis rursus inciperent dies voti & consecrationis ejus; nam primi dies per pollutionem secuta facti sunt irriti.

VI

Tonſura Eccleſiaſtica.

VI. *Unde tonſura Eccleſiaſtica ſumpſit initium?* ℞. cum Iſidoro de divinis offic. Hujus inuit exempli (Nazaræorum) vſus ab Apoſtolis introductus eſt, vt qui divinis cultibus mancipati, Domino conſecrantur, quaſi Nazaræi, id eſt, ſancti DEi crine præciſo innoventur; vt oc ſigno & religione vitia reſecentur, & criminibus carnis vitia, quaſi crinibus exuamur, exoliantes nos veterem hominem cum actibus ſuis: quam renovationem in mente oportet fiei, ſed in capite demonſtrari, vbi ipſa mens noſcitur habitare, quòd verò detonſo capite ſueriùs, inferiùs circuli corona relinquitur, ſacerdotium, regnumq; Eccleſiæ in eis exiſtimo fiurari. Hinc & tiara apud veteres conſtituebatur in capite ſacerdotum, quia vos eſtis genus lectum, regale ſacerdotium.

CAPUT VII.

Principes 12. tribuum offerunt tabernaculo recens erecto ſua dona, ſcilicet primò ſimul 6. plauſtra. 2dò ſeorſim ſinguli vicißim ſuas victimas & vaſa ad vſum tabernaculi.

Principes offerunt dona.

QUæſtio I. *Cur voluit DEus, vt principes nomine tribuum ſuarum dona offerrent?* ℞. vt in eis acueret ſtudium religionis & ſacrorum. Deinde, vt oſtenderet Laicos & populum jure naturæ & divino obligari ad has victimas, & ad ſumptus tam tabernaculo, quàm ſacerdotibus alendis neceſſarios præſtandos. Sacerdotes enim nomine totius pouli ſacra munia obibant: vnde ab eis ali, omnesq; ſumptus DEi cultui neceſſarios accipere lebebant.

Moſi licebat ingredi Sanctum Sanctorum.

II. *An Moſi ſemper licuerit ingredi Sanctum Sanctorum, vt videtur colligi* ex v. 89. ℞. ffirmatiuè. Licet Pontifici tantùm ſemel in anno pateret aditus ad Sanctum Sanctorum, nimirum in die expiationis, Moſi tamen in dubijs ſemper patuit acceſſus. Erat enim Moſes Legiſator & Legatus aſſiduus DEi ad populum: vnde DEus humana & ſenſibili voce manante ex ropitiatorio cum Moſe loquebatur, vt hic dicitur.

Vaſa argentea.

III. *Ad quos vſus ſeruierunt hæc vaſa argentea* v. 13. &c. *deſcripta, cùm omnia Sanctuarij vaſa debuerint eſſe aurea?* ℞. non ſeruierunt vſibus Sanctuarij, ſed altaris holocauſtorum n atrio ante Sanctuarium. v. g acetabula, vt in ijs armus coctus, & libamina è farina & oleo fferrentur: phialæ, vt ex ijs vinum in altari libaretur &c.

IV. *Cur Caathitis, non ſunt data plauſtra, ſed vaſa ſacra ſuis humeris portare debebant?* ℞. Caathitis ſupellex Sancti Sanctorum erat concredita, ex reuerentia erga tam ſancta vaſa, ea otiùs Levitarum humeris quàm vehiculis, quæ à jumentis traherentur, DEus præcepit imponere. Nec conqueri poterant Caathitæ, quia tantæ molis erant quædam tabernaculi partes, empe columnæ, tabulæ, baſes &c. vt ijs portandis Meraritæ & Gerſonitæ viribus fuerint impares, & ideo plauſtris eguerint, vacui tamen non incedebant, quia, vt bene obſeruat Toſtat. 5. plauſtra non ſufficiebant ad omnes tabernaculi partes vehendas, quod ſibi facile perſuadebit, qui totam tabernaculi architecturam perluſtrat. Hinc quæ 6 plauſtra capere non poterant, uis humeris portabant Gerſonitæ & Meraritæ, ex ijs nimirum, quæ minoris erant ponderis, & humeris incubare poterant, vt portantem non deprimerent, & fortè hæc eadem grauiora erant, quàm quæ portabant Caathitæ.

CAPUT VIII.

Deſcribit DEus candelabri & lucernarum ſitum in tabernaculo: & ritum conſecrationis Levitarum.

Candelabrũ illuminans menſam.

QUæſtio I. *Cur erat opus candelabro illuminante menſam* v. 2.? ℞. Tabernaculum erat vndiq; cortinis tectum, nullamq; habens feneſtram, tenebroſum erat, ideoq; ad illud illuminandum poſitum erat in eo candelabrum: cujus proinde 7. lucernas DEus hic jubet obverti, non Sancto Sanctorum, ſed menſæ panum, ita vt luceant verſùs eam partem, quam reſpicit candelabrum, id eſt ſcapus ipſe medius, ſiue truncus candelabri, vt ſcilicet tam truncus hic candelabri, quàm ſingulæ ejus lucernæ, ex æquo ſuſpiciant hanc menſam, quò meliùs & copioſiùs eam illuminent.

Levitarum conſecratio

II. *Quibus ceremonijs conſecrabantur Levitæ?* ℞. ſequentibus. *1ma.* Aſpergebantur aquâ luſtrationis, cujus deſcriptio habetur c. 19. commixtis ſcilicet illi cineribus vaccæ rufæ combuſtæ pro peccato. Unde in Hebræo & Chaldæo vocantur *aqua peccati.* His etiam aquis purificabantur ij, qui contactu cadaveris, vel ſimili ſuper mortuo pollutione contaminati erant. *2da.* erat abraſio pilorum omnium totiùs corporis: vt deſignaretur, reſecandas ijs eſſe omnes rerum ſæcularium ſuperfluitates, omniaq; mortua & malè olentia opera, inquit Theodoretus. *3tia.* Lotio veſtimentorum, quæ puritatis, affectuum, morumq; index erat. *4ta.* Oblatio bovis pro ipſis vnius in holocauſtum, & alterius pro peccato. Quibus deſignabatur ipſos DEo totos immolari tum in laudem & honorem DEi, tum in expiationem peccatorum totius populi.

5ta. Ponebant Principes totius populi nomine manus ſuas ſuper Levitas, hoc ritu donant illos & conſecrantes DEo, & vice ſui transferentes illos in perpetuum obſequium illius. Deni *6ta. Elevabat*, id eſt, offerebat *illos Aaron* DEo, tamquam hoſtiam ſacram & perpetuos n niſtros. Tum demum licebat illis *ingredi tabernaculum fœderis*, non illud preſsè ſumptu quod *Sanctum* vel Sanctuarium vocabatur (nam in illud non niſi ſacerdotibus ingredi fas era ſed *atrium*, quod ſub dio erat ante ſanctuarium: nam in hoc ſolo atrio Levitæ ſua miniſter ſacerdotibus præſtabant?

Pilorum raſio.

III. *Quid raſio pilorum allegoricè ſignificat?* ℞ S. Greg. l. 5. Moral. c. 23. Pili carr ſunt quælibet ſuperfluæ vitæ veteris cogitationes, quas ſic à mente excidimus, vt de amiſſio earum nullo dolore fatigemur, Levita autem aſſumptus dicitur. Oportet ergo Levitas omn pilos carnis ſuæ radere, quia qui in obſequium DEi aſſumitur, ante oculos DEi à cunctis ca nis cogitationibus mundus debet apparere, ne illicitas cogitationes mens proferat, & pulchra animi ſpeciem, quaſi pilis fuſcantibus deformem reddat. Sed quamvis virtus Sanctæ conve ſationis quemlibet euexerit, adhuc tamen ei de vetuſtate vitæ naſcitur, quod toleret. Un & ipſi Levitarum pili radi præcipiuntur, non evelli, Raſis enim pilis in carne radices rem nent, vt iterum recidantur. Quia magno ſtudio ſuperfluæ cogitationes amputandæ ſunt, ſ amputari funditus non poſſunt. Semper enim generantur ſuperflua, quæ ſpiritus ferro ſ licitudinis recidat.

CAPUT IX.

Jubet DEus in Sinai celebrari ſecundum Paſcha. Dein nubis colum na deſcribitur, quæ fuit dux itineris & quietis populo Iſrael totis 40. anni

Paſcha in deſerto.

QUæſtio I. *Cur Hebræi in deſerto juſſi ſunt celebrare Paſcha?* ℞ vt ſciret populus h feſtum, ejusq; ritum legalem eſſe, neq; tantùm vſurpatum fuiſſe ſemel pro ipſo egre ſu ex Ægypto, ſed duraturum ſemper in terra Chanaan. Dico in Chanaan; nam in d ſerto poſt diſceſſionem è Sina, non videntur ampliùs celebraſſe phaſe, eò quòd ibi i certi eſſent, quando movenda eſſent caſtra. Unde nec circumciſionem, nec alia ceremonial in deſerto obſeruarunt, exceptis ijs, quæ nominatim exprimuntur.

II. *An Hebræi in Sina celebrarunt Penteconſten, feſtum tabernaculorum, aut tubarum* ℞ Negativè, quia diſceſſerunt è Sina, antequam tempus iſtorum feſtorum adveniret; nam po erectionem tabernaculi, quæ facta eſt die primo menſis anni ſecundi egreſsûs ex Ægypto, mar ſerunt in Sina tantùm per 50. dies. Ex Sina enim moverunt caſtra die vigeſimo menſis ſecun vt patet c. 10. 11. ergo ex Sina diſceſſerunt ante Pentecoſten: hæc enim incidebat in die ſextum menſis tertij.

III. *Unde habuerunt Iſraëlitæ farinam hoc paſchate, ex qua panes azymos coquerent, cùm viverent manna cœleſti?* ℞. Sicut ad panes propoſitionis, & ad varia ſacrificia farinam tur hordeaceam, tum triticeam habuerunt ex vicina Madianitide: ita ex eadem facile tantum fa rinæ comparari potuit, quantum ſufficeret exiguo pani azymo ſingulis familijs conficiendo nam ſatis erat, ſi ſinguli exiguum panis iſtius fruſtum eſui agni adhiberent, cæteraq; ex man na ſupplerent.

IV. *Cùm v. 10. ijs, qui primo menſe fuerint immundi propter contactum cadaveris, v curationem funeris, vel remoram peregrinationis, conceſſum fuerit paſcha celebrare ſecundo men ſe, quæritur, an idem faciendum fuerit etiam omnibus alijs aliâ immunditiâ, aut alio legitim impedimento, primo menſe detentis, v g. morbo, peſte, bello: vel puerperis, menſtruatis, ſeminiflui vel contactu morticini beſtiæ immundæ pollutis?* ℞. Veroſimilius eſt, omnibus illis, & quotquo alio rationabili impedimento involuntario prohibiti fuiſſent primo menſe, id ſecundo menſ præſtandum fuiſſe, & eadem erat ratio omnium. Et exemplum Ezechiæ regis ita docet 2. Paral 30. celebrantis paſcha cum toto populo menſe ſecundo, ſed longè alijs impedimentis, quàn quæ hic recenſentur, præpedito quo minùs celebraret primo menſe.

V. *Quid ſiquis etiam ſecundo menſe legitimè præpeditus fuiſſet, an potuit tertio vel quart menſe paſcha celebrare?* ℞ non potuiſſe, tum quia hîc tantùm præſcribitur ſecundus menſis tum quia alioqui ordo feſtorum turbatus fuiſſet, atq; phaſe fuiſſet celebratum cum Pentecoſte aut feſto tabernaculorum vel tubarum &c.

VI. *Quid ſi quis nullo præpeditus impedimento neglexiſſet menſe primo paſcha celebrare?* ℞ publicâ judicis ſententiâ occidendus erat, vt hic dicitur v. 13. *Exterminabitur anima illa de populo ſuo.*

De nube vide dicta Exodi 13.

CAPUT

CAPUT X.

Jubet DEus fieri duas tubas argenteas, docetq; earum vſum. Mox enim inflatis tubis, mouente ſe columna nubis jubentur Hebræi mouere caſtra ex Sina in Pharan, arca præeunte.

QUæſtio I. *Quis fuit vſus tubarum argentearum?* ℟. Tubæ deputatæ erant *imò* ad convocandum populum v. 2. & 3. & 7. ad concionem circa tabernaculum. *2dò* ad caſtra movenda v. 2. 5. 6. tertiò ad pugnandum cum hoſte tempore belli v. 9. 4tò In epulo ſacro v. 10. & publica populi lætitia, v. g. ob victoriam obtentam, aliaq; inſignia beneficia. Item in feſtis majoribus, quibus totus populus Jeroſolymam, vel vbi tabernaculum erat, confluebat. Deniq; & in Calendis, ſeu novilunijs, quæ & feſta erant Judæis ceſſatione ab operibus ſervilibus, & peculiarem in templo habebant ſolemnitatem, & victimas ſpeciales. Harum ſacrarum tubarum numerum auxit poſtea Salomon teſte Ioſepho l. 8. Antiq. c. 2. ad 20. myriades, ſeu 200. millia. *Tubarum argenteorum uſus.*

II. *Quid myſticè ſignificant tubæ?* ℟. Concionatores Iſa. 58. *Clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo ſcelera eorum.* Terribilis eſt hoſtibus ſonus tubæ hoſtilis: ſic terribilis eſt dæmoni vox ardentium concionatorum, qui hominem ad movendum ex peccato caſtra ardenter excitant. Sine tubis friget exercitus, clangentibus tubis excitatur: ſine concionatoribus friget populus: illis fervido ſonantibus pectore, pectora audientium inflammantur. Rup. l. 1. in Num. c. 26. Clangor inquit tubarum, vox eſt prædicatorum, ſine quibus, quamvis pulchra & ordinata caſtrorum acies, non eſt terribilis &c. Argenteæ ſunt tubæ, quia in magno pretio habendi ſunt ij, qui concionandi munere rectè funguntur. Omni ſcoria carere debet hoc argentum, quia vitiorum ſordibus carere debet concionator. Ductiles jubentur fieri tubæ Num. 10. *fac tibi tubas argenteas ductiles*, id eſt, malleo extenſas & fabricatas, quia probi concionatores labores multos pro fide propaganda tolerant. Idcircò, inquit Rup. Ductiles ſunt tubæ, quia neceſſe eſt, vt prædicatores, qui ſecundùm veritatem ſcripturarum ambulant, tribulationum tunſionibus crepant. Erant tubæ duæ, quia verbi DEi prædicatio debet eſſe duplex, vna de DEi ſevera juſtitia ad deterrendum peccatores obſtinatos; altera de infinita DEi miſericordia ad confortandum puſillanimes juſtos. Vel vna differit de miſerijs vitæ præſentis, altera de æternæ vitæ bonis & delicijs; vel vna ſuadet declinare à malo, altera monet facere bonum, vel vna vitia damnat, altera virtutes commendat. Vnâ tubâ convocabantur Principes, duabus verò populus, quia ſapiens ſemel monitus, reſipiſcit & facile fit ſapientior Prov. 9. v. 9. Aſt indocta & indomita plebs iterata eget admonitione, inſtantiùs & urgentiùs eſt incitanda. Qui enim honoratioris ſunt conditionis, & maturioris judicij, hi vel vna humana monitione, illico pedem à malo cœpto retrahunt, ſi amantes ſunt honeſtatis; econtra ſi vnam fraternam reprehenſionem contemnent, fruſtra acrioribus & frequentioribus increpationibus, monitis & invectivis ſollicitabuntur. Talium enim indoles animum ſemper in deterius obfirmat, & quos vox lenis non emollit, hos aſpera magis indurat, ſi delinquunt, ſimiles ſunt faci recens extinctæ, & adhuc fumanti, quæ levi anhelitu afflata reviviſcit, & novam concipit flammam, quæ vehementi vento penitus extingvitur. Contrarium fit cum plebejis hominibus, vnam ſolùm monitionem negligunt, & quæ mollibus verbis ſemel dicta ſunt, facile in auram evaneſcere ſinunt. Pinge ſomnolentum, cui concionator lenem afflat ventum cum lemmate: *in auram abit, non aurem*, & habes emblema ejus, quod dixi. Cui ex Scriptura accipe ſuffragium, quos rex ad cœnam vocavit, cùm venire nollent, ulteriore invitatione non fatigat, ſed ſtatim fert ſententiam, quod nemo virorum illorum, qui invitati erant guſtabit cœnam, primæ invitationi non obtemperantes mox ſententia reprobationis condemnantur, loco quorum vulgares vocantur, qui in vijs & ad ſepes commorabantur, ad hos non fiebat humana invitatio, ſed acribus verbis & minis compulſio, *compellite intrare*, Luc. 14. 23. Tales myſticas tubas invenies apud Corn. hîc. *Tubæ quid myſticè ſignificant.*

III. *An toto itinere præceſſerit arca populum; an ſolùm eo tempore, quo profecti ſunt ex monte Sinai?* ℟. non præceſſiſſe toto itinere probatur, quia hic v. 33 fit tantùm mentio trium dierum: arca præcedebat eos per dies tres providens caſtrorum locum. Initio itineris voluit Dominus arcæ honorem Ducis tribuere, vt per tres dies populum anteiret, illiq; nubes impoſita viam oſtenderet: poſt tres dies itineris à Caathitis poſt vexillum Ruben humeris portata eſt, usq; ad Jordanem fluvium. Nam cùm DEus per medium Jordanem vellet populum ad terram repromiſſionis ducere, noluit arcam portari à Caathitis, ſed à Sacerdotibus Ioſue 3. idem factum cùm muros Jericho circuierunt eam ferentes Joſue 6. *Arca præcedens.*

IV. *Ubinam in itinere Iſraëlitarum reſidebat nubes?* ℟. non in tabernaculo, quia non erat erectum. Lyran hîc ait, tempore motionis caſtrorum nubem reſediſſe ſuper vexillum Judæ, quod præcedebat totum exercitum, tempore autem quietis manſiſſe ſuper arcam. Idem ſentit *Nubes præcedens.*

Abulenſ. Barrad. ait nubem ipſam, neq; ſuper vexillum, neq; ſuper arcam, ſed ab ea & vexillo Judæ ſeparatam omnibus oſtendiſſe viam: non enim opus habebat aliquo il. cimento.

Moſes vult retinere Hobab.

V. *Quomodo Moſes audet cognatum ſuum Hobab v. 29. petere ductorem in deſertis lo, cùm nubes à DEo dux ipſis viarum aſſignata eſſet?* ℞. non petit illum habere ducem viæ, ed ducem conſiliorum in varijs & anxijs dubijs, quæ per viam occurrere ſolent, v. g. ubinam eſſ nt fontes, qua parte firmanda adverſùs vicinos hoſtes caſtra. Aſt Moſes ipſe in ea regione, ſci. cet in hoc deſerto per 40. annos pavit oves, unde fortè magis quàm Hobab in eo verſatus u. it. Voluit ergo Moſes Hobab apud ſe detinere, vt eum, utpote ſororium ſuum, gentilem in veri DEi religione & cultu erudiret, eumq; à Gentiliſmo ad Judaiſmum traduceret. Putá ne inquit S. Greg. S. Moſen hujus viri operâ indiguiſſe, qui & columnam nubis & ignis, & IE. UM ipſum ductorem habebat? minimè gentium, ſed quia timebat, ne à populo fidelium di e. dens facile ad paganiſmum reduceretur, ejus ſe ope indigere monſtrauit. Ita ille.

Hobab manſit cum Moſe

VI. *An manſerit Hobab cum Moſe?* ℞ ita prorſus videri. Quin & 38 pòſt annis cùm k. ſcindendi eſſent Manianitæ, euocauit inde Moſes etiam reliquos filios Jethro affines ſuos, ui cum Hebræis deinde ingreſſi ſunt terram promiſſam, ut patet Judicum 4. v. 11. vocabantu q; Cinæi Jud. 1. v. 16. à cognomine Jethro, qui Cinæus vocabatur. Et hi inter Judæos ſedem ia. bilem fixerunt, non tam in domibus, quàm in tabernaculis, ac fere in ſolitarijs locis piam r l. gioſamq; vitam ducentes à vino & alijs delitijs abſtemij, continua legis divinæ meditatione ac contemplatione occupati, vt colligitur ex Judicum 1. & 4. clariùs ex 1. Paralip. 2. v. ult. clari ſſi. mè ex Jer. c. 35. ubi Rechabitæ vocantur à Rechab, qui erat vel hic Hobab, vel parens ejus e. thro, vt fusè docet Serarius. Iidem hi Cinæi cum Judæis inter quos morabantur, & reli ui quoq; Cinæi Jethronis poſteri, qui in Madianitide remanſerunt, poſt multa ſæcula vaſtandi & ab Aſſyrijs in captivitatem abducendi prædicuntur Num. 24. v. 22. Ex ijsdem ortus eſt Ha r Cinæus Iudic. 4. cujus vxor Jabel Siſaram occidit. Ita Barrad.

CAPUT XI.

Murmurat populus primùm ex fatigatione: dein ob carentiam car. um & ceparum Ægypti. Immittuntur coturnices pro integro men. Leuando quoq; oneri Moſis, prophetico ſpiritu donantur 70. viri; qi initium fecerunt Synedrio Judæorum. Murmuratores plectuntur ig e cæleſti & alijs plagis.

Murmur ob laborem.

Quæſtio I. *Propter quem laborem, murmur ortum eſt* v. 1.? ℞. propter laborem iti. ris. Cùm enim nubes illis tribus diebus præcedens non requieſceret, niſi ad ſumend m cibum & ſomnum: requies verò hæc, etſi eſſet ſatis, non eſſet tamen tanta, quanta murmuratores cupiebant, videbatur illis nimius itineris labor. Ideoq; murmurab at contra Dominum, quia nubes Domini illos iter facere cogebat, neq; permittebat conquieſce . *Quod cùm audiſſet Dominus*, qui injuſtam querelam, & populi vires cognoſcebat, *iratus* . Quidni enim indignaretur in tam improba querela, poſt vnius anni propè dicam veternoſa quietem? præſertim cùm hic ſolius diei eſſet labor, & quidem de more ad cibum interrupti . Verùm otio diuturno torpentibus & delicatè tractatis, modicus labor intolerandus videbatu . Sed vice verſa Domino intolerabilis viſa eſt iſta ignavia, quæ pronior eſſet ad blaſphemandu Dominum, & eum rigidum aut crudelem in populum ſuum dicendum, quàm ad petendum a xilium & vires ab eo, qui eſt in labore requies, in æſtu temperies, in fletu ſolatium. *Qui d laſſo virtutem, & ijs, qui non ſunt, fortitudinem, & robur multiplicat.* Iſa. 40. 27.

Ignis deuorauit extremam partē caſtrorum.

II. *Cur extremam partem caſtrorum hic ignis deuorauit, & non alios?* ℞. quia illi, qui extrema caſtrorum parte erant, graviùs murmuraverant, vel vt ait de la Haye, ibi veroſim liter erant, qui Iſraelitas ad hanc murmurationem incitaverant. Barradius ait dici poſſe DEu ſubitò excitaſſe illum ignem in extrema parte caſtrorum, vt populus divinam iram pertime ſceret & murmurare deſineret, tanta enim eſt DEi benignitas, vt potiùs terreat, quàm pu niat, velitq; in puniendo moram trahere, vt perterritus reus pœniteat, & pœnam effugiat. *A cenſus eſt ignis Domini*, à Domino ſcilicet, vel cœlitus emiſſus, vt ajunt Hebræi, vel è terr excitatus, vt vult Abulenſ. *qui devoravit extremam partem caſtrorum*, eos ſcilicet, qui tædi itineris è ſingulis tribubus ſubſtiterant, vt ſentit etiam Comeſtor, non enim ex infirmitat quippe *non erat in tribubus eorum infirmus*, ſed ex mera ſocordia & acerbitate animi retar dabantur. Invadebat igitur eos ignis, inquit Salianus, & vel extinctis vel debilitatis, verar ſubſiſtendi cauſam dabat: vel integros perſequens, accelerare iter cogebat. *Ita multiplicat ſunt infirmitates eorum, poſtea acceleraverunt.*

Vulgus promiſcuum.

III. *Quodnam ſit vulgus promiſcuum* v. 4. ℞ Exod. 12. habetur: *Profecti ſunt filij Iſra de Rameſſe in Socoth ſexcenta ferè millia peditum virorum, abſq; parvulis, ſed & vulgus pro miſcuum*

miſcuum innumerabile aſcendit cum eis. Vulgus hoc promiſcuum appellatur vulgus Ægyptiorum. Hoc vulgus flagravit deſiderio carnium, idemq; deſiderium Iſraelitarum animis ingeneravit, junctis verò ſibi pariter filijs Iſrael, Num. 11. ſedens & flens Ægypti cibos ſuſpirabat. *Recordamur*, ajebant, *piſcium, quos comedebamus in Ægypto gratis &c.* Detrahebant cibo à DEo dato dicentes: Anima noſtra arida eſt, nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi man. &c.

Moſes non poteſt ſolus ſuſtinere populum.

IV. *Quomodo queri poterat Moſes ſe ſolùm ſuſtinere non poſſe omnem hunc populum* v. 14. *cùm jam antea conſilio Jethro Exod.* 18. *junctos ſibi haberet tot millenarios, centenarios, quinquogenarios, decanos, judices, qui eum ſublevabant, & minores cauſas judicabant?* ℞ Omnes iſti ſolùm in civili adminiſtratione ac forenſibus negotijs Moſen juvabant, ſed curam ſpiritualium ſolus ipſe ſuſtinebat, vt erat DEum conſulere, legis difficultates explanare, populum docere, & inſtituere &c, & defectui inſtructionis populi, videtur hîc Moſes adſcribere hanc populi murmurationem, & carnium expoſtulationem. Cui proinde, vti juſtæ, Moſis querelæ obſecutus DEus, diviſit onus illius in 70. ſeniores, quos eodem Spiritu prophetico inſtruxit, quo Moſes inſtructus erat, vt exemplo Moſis populum ipſi quoq; inſtruerent, & occurrentes difficultates partim ſuâ prudentiâ, partim recurſu ad DEum componere ſtuderent.

Moſi nihil ablatum de ſpiritu.

V. *An DEus ex ſpiritu Moſis aliquid abſtulerit, vt daret 70. ſenibus, cum dicat* v. 17. AUFERAM DE SPIRITU TUO, TRADAMQUE EIS? ℞ Nihil abſtuliſſe ſed DEum ſimilem ſpiritui Moſis ſpiritum dediſſe ſenibus. Orig. hom. 6. in Num. Hoc, inquit, modo figuram hujus myſtici ſermonis adverte, quaſi Moſes & ſpiritus, qui erat in Moſe, clariſſimi cujusdam luminis fuerit lucerna, ex qua alias 70. lucernas accenderit DEus, ad quas ita principalis illius luminis ſplendor pervenerit, vt origo ipſa luminis nihil damni ex commercio derivationis acceperit. Adverte ſpiritum prophetiæ, non eſſe habitum permanentem in propheta ſemper, ſed eſſe lumen quoddam pertranſiens, quod prophetæ datur à Spiritu S. cùm eſt opus. Non eſt lumen propheticum in propheta, vt lumen in ſole, vel igne, quod ſemper ſoli, & igni ineſt, ſed eſt, ſicut lumen in àere quod non ſemper adeſt. S. Thom. 2. 2. q. 171. a. 2. Lumen, inquit, propheticum non ineſt intellectui prophetæ per modum formæ permanentis, aliàs oporteret, quòd ſemper prophetæ adeſſet facultas prophetandi, quod patet eſſe falſum. Dicit enim Greg. ſuper Ezech. aliquando ſpiritus prophetiæ deeſt prophetis, neq; ſemper eorum mentibus præſto eſt. Hæc S. Thom. S. Hieron. Ezech 35. inquit: ſi ſemper in prophetis eſſet ſermo DEi, & juge in pectore eorum haberet hoſpitium, numquam tam crebro Ezechiel poneret: *Et factus ſermo Domini ad me.* ſed ob humanam fragilitatem, & vitæ hujus neceſſitatem interdum recedebat ab eis &c. Lumen ergo propheticum Moſis non erat permanens, ſed ad varia dubia diſſolvenda, diverſis temporibus illis concedebatur. Ideoq; dici poteſt, DEum abſtuliſſe à Moſe de ſpiritu prophetico, & dediſſe 70. ſenibus, quia omnia illa lumina, quæ 70. viris dedit, dediſſet Moſi, ſi ille illis dubijs reſpondiſſet. Sublatum eſt onus diſſoluendi tot negotia, ſublata ſunt etiam lumina, quibus expediebantur.

VI. *Quomodo ergo intelligenda verba* v. 25. DESCENDIT DOMINUS PER NUBEM ET LOCUTUS EST AD EUM (Moſen) AUFERENS DE SPIRITU, QUI ERAT IN MOSE ET DANS 70. VIRIS? ℞ Lumen propheticum non eſſe habitum permanentem, neq; poſſe tranſire ex ſubjecto in ſubjectum. Ideoq; non eſſe ablatum quidquam, quod eſſet in Moſe, ſed dici ablatum ſpiritum à Moſe, quia idem, id eſt, ſimilis ſpiritus ad negotia expedienda datus eſt 70. ſenibus.

Septuaginta Seniores non ceſſarunt prophetare.

VII. *Quomodo intelligenda illa verba* v. 25, PROPHETAVERUNT NEC ULTRA CESSAVERUNT? ℞ ſenſum eſſe non ceſſaſſe vltra prophetare illa die, id eſt, tota die prophetaſſe; vel non ceſſaſſe poſtea prophetare, cùm opus eſſet dubijs extricandis. Tirinus dicit nunquam ceſſaſſe in eis ſpiritum prophetiæ in actu primo, & etiam quo ad ordinarios actus ſecundos, quibus ad judicandum & inſtruendum populum divinis illuſtrationibus ſæpe indigebant. Ceſſaſſe tamen quo ad actus illos extraordinarios, & inſolentem prophetandi modum, quo prima illa die correpti fuerant, vt quaſi entheati, & alieno potiùs, quàm proprio ſpiritu acti, mira ſtupendaq; proderent, vt Sauli pòſt & alijs pluribus accidit. Addit idem, hos 70. ſeniores non ſolùm ſeparatim, neceſſitate ſic exigente, populum docuiſſe, ac judicaſſe, ſed etiam communi ſubinde conſilio res majoris momenti definijſſe, & vice Moſis difficultates diſſolviſſe, tanquam ſupremum quoddam Judicæ Monarchiæ concilium ac ſenatum, à quo nulla deinceps eſſet appellatio. Unde Sanedrim Judæorum exordium ſumpſit.

Moſes an dubitavit.

VIII. *An verba illa Moſis* v. 21. SEXCENTA MILLIA PEDITUM HUJUS POPULI SUNT, ET TU DICIS: DABO EIS ESUM CARNIUM MENSE INTEGRO? *ſapiant aliquam dubitationem de divina promiſſione ac diffidentiam?* ℞. Niſi dubitaſſet, non audiſſet ſtatim à Domino, *Numquid manus Domini invalida eſt? jam nunc videbis, vtrum meus ſermo opere impleatur.* Propter quæ verba fatetur Theodoretus eum hæſitaſſe, quia non propheta ſolùm ſed & homo erat. S. Aug. q. 19. in Num. inquit: Intelligere debemus, hæc verba Moſis, quærentis potiùs fuiſſe, quomodo fieret, quàm diffidentis. Huic quidem conſentit Abul. ait tamen dici poſſe Moſen aliquo modo peccaſſe, minùs tamen, quàm verba præſeferunt propter ingentem

animi perturbationem ex multitudine curarum & tœdio injustissimæ populi querelæ, qua fiere vt minus attenderet verbis suis, & multa cum cordis amaritudine loqueretur. Cajetan. aute ait verba esse dubitantis, & admirantis magnitudinem promissorum, nec propterea peccas Mosem, quòd dubitatio non fuerit de divina potentia, sed de voluntate, eò quòd ignorare an Dominus id simpliciter & absolutè vellet, nec ne, veritus inde, ne apud populum mend invenìretur, qui fuit etiam Jonæ fugientis timor.

Eldad & Medad non iverunt ad tabernaculum.

IX. *Cur Eldad & Medad electi à Mose inter 70. viros non iverunt ad tabernaculum fœd ris, vt cum reliquis spiritum propheticum acciperent*? ℞. S. Hieron. ad Fabiolan. mansione 13. humilitatem fuisse causam: Eldad, ait, & Medad remanent, non imperij negligentes, sed hum litate submissi, dum se honore arbitrantur indignos, vnde & absentes prophetant. At verò ha humilitas Barradio non videtur probanda, quia non fuit obediens imperio DEi, & Mosis, enim vocati sunt, non licebat illis propter humilitatem abesse, absq; vlla excusatione. Humi tas enim ad amussim obtemperat DEo, & superiori, & causas proponit humiliter, cur qu jubetur, refugiat. Itaq; Abulensi non placet hæc causa & arbitratur q. 57. Num 11. eos n venisse in tabernaculum, quia non sunt vocati, oblitosq; fuisse nuntios, vel seriùs venisse illos. Fortè nuntij, cùm illos quæsivissent, non repererunt, quòd aliquibus negotijs esse occupati; DEo id permittente, vt spiritum non solùm ijs, qui venerant in tabernaculum, etiam ijs, qui remanserant in castris, largiretur, cum populi admiratione.

Josue suadet Mosi, ne sinat Eldad & Medad prophetare.

X. *Cur Josue suasit Mosi, vt prohiberet Eldad & Medad prophetare* v. 28? ℞. Lyra putat, quòd Josue motus fuerit ad hoc suadendum, quia ei videbatur esse contra reverentia Mosis, quòd in absentia ejus prophetarent, quasi Moses nihil fecisset ad hoc, quòd recepisse spiritum prophetiæ. Hinc colligitur, cur Josue non suggesserit Mosi, vt reliquos 68, senio prohiberet. Illi enim jussis Mosis paruerant, ad tabernaculum venerant, coram Mose spiritu propheticum acceperant, eo interveniente: hi verò duo non videbantur obtemperasse ju Mosis; neq; venerant ad tabernaculum, in quo cæteris datus est spiritus, & videri potera inobedientes esse, & spiritum alienum habere, siquidem non videbatur oblatus à spiritu M sis. Audijt autem Josue à Mose, *quid æmularis pro me*? Quorsum, inquit, honoris mei z laboras? hanc ego æmulationem non probo; nihil detrahunt isti de mea prophetandi glori vtinam totus populus à DEo spiritum prophetandi accipiat, ac prophetæ sint omnes, si ego sum. O animum ab omni fæce ablutissimum!

DEus jubet populum sanctificari

XI. *Cur jubet DEus populum sanctificari* v. 18. *numquid ad comedendum carnes o erat sanctificatione*? ℞ ad concedendas carnes miraculo datas opus fuisse sanctificatione; be ficia enim sua, maximè miraculosa vult Dominus sanctificatis donare & bene præparatis illa percipienda. Peccaverant Israelitæ carnes desiderantes, manna verò despicientes. Ju ergo DEus vt sanctificentur, hoc est, vt pœnitentiâ peccata commissa deleant.

Coturnicū copia.

XII. *Vnde & in quanta copia fuerant coturnices*? ℞. Infinitam coturnicum multitu nem, ex locis, quæ trans mare rubrum erant, in castra Israelitarum adduxit DEus, ve immisso illas impellente. Implebant ipsa castra, circum castra verò tantum spatij occupaba versùs omnem partem, quantum vno die confici potest. Admirabilis sanè fuit hæc copia, id confertur cum copia pulveris terræ & arenæ maris ps. 77. *Transtulit Austrum de cœlo, & duxit in virtute sua Africum; & pluit super eos sicut pulverem carnes, & sicut arenam mar volatilia pennata, & ceciderunt in medio castrorum eorum, circa tabernacula eorum.* Volab per circuitum castrorum, duobus cubitis prope terram, vt facile capi possent. Collegeru Israelitæ certatim missas carnes, qui minimum collegit, 10. coros, ne verò putrescerent res vatæ, sole illas exsiccarunt. Corus mensura Hebræa est, quæ 30. modios capit.

Coturnices omnis populus comedit.

XIII. *An omnes probi æquè ac improbi coturnices comederint, idq; sine culpa*? ℞. omn omnino populum comedisse, satis ex eo constat, quòd & DEus tantam copiam dederit, q omnibus omnino sufficeret, & toti populo promiserit, licet non totus murmuraverit. N æquum fuit improbos lucrum ex peccato accipere, quo priuati boni, ad invidiam & quere incitarentur, Deniq; cum mali boni; permixti essent, & permulti paucis cogniti, difficilis fui aliorum ab alijs separatio. Neq; dubitabant boni, hanc esse Domini indulgentiam, ac prop rea ea fruendo se minimè peccaturos. Quamvis enim cum peccato desideratæ fuerint carn non tamen datæ sunt, vel acceptæ ac comestæ cum peccato; illud enim peccatum homin fuit, hæc divina liberalitas, & cùm alterum ab altero sejunctum sit, potuerunt boni cum ma cibo communicare non culpæ, in cujus rei signum cùm omnes cibi participes fuerint, n omnes pœnam participârunt. Sic fere Abul. Qui addit non solùm bonos comedendo non p casse, sed ne malos quidem, licet petendo & postulando peccâssent. Quia cùm DEus dedi istos cibos toti populo, vt manducarent, si peccatum esset manducare, obligarentur ad non m ducandum, quisq; enim tenetur ad non peccandum; absurdum autem est DEum supernatura ter dare cibos, quos nulla interveniente prohibitione, nemo posset attingere. Furor quid Domini concitatus est in populum, cùm adhuc carnes fuissent in dentibus eorum, sed is n præsentem culpam, quæ nulla erat, verùm præteritum peccatum vlciscebatur.

XI.

XIV. *Qualis fuit plaga, qua percussus est populus v. 33.?* ℞. det Cajet. nescitur. Tantùm sci mus percussionem valde magnam fuisse, & percussionem fuisse mortiferam, quia hoc sepulchra testantur. Suspicantur aliqui ex crapula eos perijsse, vt hic quoq; illud valeret Sap. 21. 17. *per quæ peccat quis, per hæc & torquetur*: sicut toties in Ægyptiorum pœnis observatum est, ita Nadab & Abiu, qui in igne peccarant, incendio periêre: & apparebit in seditione Core, in qua Ignis egressus à Domino interfecit 250. viros, qui incensum illegitimè offerebant. Hanc sententiam confirmant illa Scripturæ verba, *donec exeant per nares ipsorum*, videtur enim prædici punitionis modus: sicut & sepulchrorum denominatio: dicta enim sunt concupiscentiæ, siue gulosorum, quòd scilicet eorum gula punita fuerit, congrua debitaq; pœna. Neq; otiosè dictum est, *adhuc carnes erant in dentibus eorum*, sed cum emphasi, ad significandum illas ipsas carnes eis interitum attulisse, qui *manducaverunt & saturati sunt*. Neq; de numero interfectorum constat, etsi Severus Sulpitius 23. millia perijsse tradat, hoc tamen translatum videtur ex historia de punitis vituli adoratoribus.

Qua plaga populus percussus.

CAPUT XII.

Maria ob murmur contra Mosen leprâ corripitur, & castris ejicitur: sed orante pro ea Mose, post septem dies sanatur & reuocatur.

Quæstio I. *An Maria soror Mosis & Aaron virginitatem coluerit?* ℞. S. Greg. Nyss. l. de Virginit. c. 19. ait nonnullos ei virginitatem tribuisse, cujus opinionis est S. Amb. l. 1. de Virginibus. Verumtamen mos illius temporis suadet fuisse conjugatam. Erat enim tunc mos matrimonium contrahere. Itaq; Josephus l. 3. Antiq. c. 2. affirmat Mariam anc fuisse vxorem Hur, quem multi secuti sunt. Nam Abul. in fine Commentariorum c. 35. xod. sic scribit: Hur qui fuit judex cum Aaron, & sustinuit manus Mosis, communiter dicitur se maritus Mariæ sororis Mosis. Quod si quis velit probare illam virginem fuisse, propterea uòd fuerit prophetissa, infirmum erit argumentum, quoniam Judic. 4. sic legitur: *Erat Debra Prophetis vxor Lapidoth, quæ judicabat populum in illo tempore.* Ubi vides, prophetissam irum habuisse, & populum judicasse.

Maria soror Mosis habuit virum.

II *Cur Sephora vxor Mosis dicitur Æthiopissa, cùm esset non ex Æthiopibus, sed ex Madianitis oriunda? filia enim erat Jethro sacerdotis Madianitarum.* ℞. S. Aug. q. 20. in lib. Num. heodor. q. 22. Lyran. Tost. & alij ajunt duplicem esse Æthiopiam, occidentalem vnam in Afri, remotiùs vltra Ægyptum porrectam, & zonæ torridæ subjectam; alteram orientalem, quæ iàs Arabia dicitur, cujus pars est Madian, & ob id Madianitæ vocantur Æthiopes, vt patet abac. 3. v. 7. & 2. Paral. 14. v. 10. & 12.

Sephora quomodo Æthiopissa.

II. *Cur Maria & Aaron contra Mosem sunt locuti quidue invenerunt reprehendendum in core Æthiopissa, aut in Mose?* ℞. facile omnes concedunt jurgium domesticum inter Marin & Sephoram contractum fuisse, facile item colligitur, vt Rabinorum fabulas omittam, Sehoram mariti causâ, quem prophetarum maximum verè prædicabat, sese Mariæ sorori ejus ætulisse, utiq; Mose absente; quod cùm Maria, quæ Sephoram præ se contemnebat, iniquo imo ferret, Mosis prophetiam viliùs habere cœpit, habuitq; causæ suæ advocatum Aaronem. q; ambo cum Sephora rixantes, *num per solùm Mosem*, inquit, *locutus est Dominus? nonne & bis similiter est locutus?* Majore autem in culpa fuisse Mariam, eaq; Aaronem vix leviter aersum, non solùm ex pœna, qua sola Maria affecta est, intelligitur, cùm Aaron levi tantùm erit reprehensione perstrictus, sed etiam quòd in commemoranda oblocutione prima nomitur Maria, quæ alioqui postponi debuisset fratri, summi præsertim Pontificatus dignitate lgenti. Augetur etiam hujus magnitudo culpæ ex conditione personæ, quæ offenditur, quæ æterquam, quòd erat totius populi princeps, omnes mansuetudine superabat.

Maria & Aaron cur contra Mosen locuti.

IV. *Quot sunt modi Prophetiæ?* ℞. cum Saliano, duo, prior est, cùm DEus per Angelum um in aliqua forma alicui, putà in nube, vel igne, aut humana etiam forma, sicut Mosi in bo, & in ostio tabernaculi, & Josue in agro Jerichuntino; sed locutionem etiam accedere ortet, qua divinitus aliquid reueletur, alioqui qui ea videret, nihil intelligeret, quod necessaim est ad prophetiam, & omnes Israelitæ, qui videbant columnam nubis, quam agitabat Anlus, prophetæ fuissent. Posterior, cùm DEus, siue Angelus, quæ sunt in phantasia hominis r somnum ita disponit, vt det cogitationem rei, quam vult à propheta intelligi. Quod em naturaliter fit, vt in somnis nobis pleraq; objiciantur, quæ videre, & audire videamur, out species in phantasia compositæ fuerint; id etiam divinitus contingere solet, & quidem ac certitudine majore, de quo genere agitur Job 33. Et quia prior ille modus vigilantibus, & isuum organis vtentibus contingit, cùm forma aliqua corporea, sub visum cadat, visio dici: posterior autem, quia sopitis sensibus accidit, & in tenebris, in quibus visio locum non bet, dicitur auditio, & in ea videtur sibi audire propheta, quæ in phantasia repræsentantur, et revera non audiat, alioqui enim non dormiret, vt ponimus.

Modi prophetiæ.

V. Quid

Locutio Dei cum Moſe.

V. *Quid voluit DEus innuere illis verbis* v 8. ORE ENIM AD OS LOQUOR EI, & PA
LAM, & NON PER ÆNIGMATA & FIGURAS DOMINUM VIDET? ℟. Non negat Dom
nus ſe prioribus illis modis cùm Moſe agere: & conſtat eum ſæpe per columnam nubis deſce
dentem ad oſtium tabernaculi, è Propitiatorio Moſen allocutum; ſed nobiliore etiam mo
agere, quàm cum cæteris affirmat: vt intelligant Aaron & Maria ſe ipſi æquari non poſſe, ait
nim *ſe ei ore ad os* loqui, quæ verba duntaxat ſignificant ſe familiariùs cum eo agere, & i
ſpeciem aſpectabilem exhibere, cum qua colloquatur, vt amicus cum amico. Angelus nimiru
qui Moſem alloquebatur, & DEi perſonam gerebat, corpoream ſpeciem aſpectabilem, exim
ſpecie decoram ei frequenter exhibebat, præſertim ex quo in Sina petijt videre hujuſmodi gl
rioſam figuram, qui illum hactenus vel in igne rubi, vel in caligine audiuerat.

Aaron non orat pro ſe vel pro ſorore.

VI. *Cur Aaron viſâ leprâ ſororis ſuæ non eſt pro ſe, aut pro ſorore factus ſupplex DEO?* ℟
quia id munus digniori reliquit, & ei quem Dominus proximè ſibi gratiſſimum eſſe dixerat. A
quia cùm ipſemet eſſet in culpa, alio habuit opus, qui pro utroq; preces funderet. Aut qu
inopinato caſu perturbatus, non ſatis poterat animum ad deuotionem colligere; & perturb
tionis indicium etiam in verbis apparet, quibus opem à Moſe petijt, *Obſecro Domine mi, ne i*
ponas nobis hoc peccatum, quod ſtultè commiſimus, cùm pluris referret DEum habere placatu
quàm Moſen. Niſi dicas eum crediſſe placato fratre, qui offenſus fuerat, DEum quoq; q
illius vnius cauſa ſæviebat, ab inferenda pœna ceſſaturum.

Maria ſeptiduo manet leproſa.

VII. *An Maria ſtatim ad preces Moſis ſanata fuerit à lepra?* ℟. Aliqui putant ſtati
ad preces Moſis diuinitus ſanatam fuiſſe, & nihilominus ab hominum cohabitatione ſepte
diebus ſeparatam fuiſſe juxta id quod Lev. 14. præſcribitur, vt qui à lepra mundatus eſt, m
neat adhuc 7. diebus extra tabernaculum ſuum.. Communior tamen & probabilior ſenten
eſt, Mariam ante ſeptimum diem non fuiſſe ſanatam, eſtq; id communi ſenſui, tum ratio
magis conſentaneum. Id enim valebat non ſolùm ad Mariæ faſtum deinceps perpetuò co
primendum, cùm ea labes nulla poſſet tergiverſatione cœlari, vtpotè omnium oculis objecta
ptiduo. Item vt populus ipſe in officio erga Moſen contineretur, cùm cerneret culpam in e
admiſſam, etiam in ſorore, turpiſſimâ ſeptidui leprâ caſtigatam.

CAPUT XIII.

Moſes mittit 12. exploratores in Chananæam. Referunt illi poſt 4
dies ingentis ponderis botrum in vecte: ſed falſò exaggerantes vrbium
incolarum robur, Hebræos ab ea occupanda deterrent, & ad ſeditione
excitant, fruſtra renitente Caleb & Joſue.

Exploratores quos allegoricè ſignificant.

QUæſtio I. *Qui allegoricè ſignificantur per exploratores ex 12. tribubus electos, quos M*
ſes ad perluſtrandam terram promiſſam miſit? ℟. præfigurati ſunt 12. Apoſtoli, q
Chriſtus deſtinavit, & reliqui Doctores ac Prædicatores, quos Eccleſia conſtituit
conſiderandum res cœleſtes & ſupernæ patriæ bonitatem, & dulcedinem, ac divi
myſteria, vt reliquo populo annuntient, & ad ingrediendum exhortentur & exſtimulent.
rùm multi ſunt, qui quamvis bona cœleſtia juſtis præparata contemplati ſint, ea tamen obtin
nimiùm vecordes & animo imbelles deſperant, & vel verbo vel ſceleratæ vitæ peſſimo exemp
alios reddunt puſillanimes, ignavos & diſſolutos, ejusq; difficultatem viæ cœli objiciunt,
quàm horrenda monſtra, fortiſſimiq; gigantes ſeu Dæmones obſiſtunt exaggerare, & per h
multos deterrere, regnumq; cœlorum occludere ſolent juxta illud Matt. 23. *Væ vobis ſcribæ*
Phariſæi hypocritæ, qui clauditis regnum cœlorum ante homines, vos enim non intratis, neq;
troeuntes ſinitis intrare. &c. Joſue verò & Caleb ſeu viri fortes non deſpondent animu
nec Dæmonum deterrentur fortitudine, ſed ad eis reſiſtendum, & ad æternam beatitudin
ingrediendum alios exhortantur & confortant. Ita Barrad.

Joſue & Caleb ſignificant Petrum & Paulum.

II. *Quos 2do denotant 10. Exploratores terræ Chanaan, qui nimium puſillanimes de ea*
tinenda deſperant, & difficultates ſuperare non conantur? ℟. ſunt ignavi & effœminati Chri
ani, qui adipiſcendi regnum cœlorum deponunt animum & deſiderium. Joſue verò & Ca
ſunt Petrus & Paulus, qui terram illam viventium diligenter conſiderarunt, & illam ingredie
magno ferebantur deſiderio. Petrus quidem in monte Thabor Matt. 17. vbi cœleſtem gl
am in quadam præfulgida figura contemplatus illâ perfrui magno æſtuabat deſiderio, ita
bonum ibi eſſe & tabernacula figere crediderit. Paulus verò quando in tertium cœlum ra
2 Cor. 12. v. 2. talia vidit, quæ non licebat homini loqui v. 4. & propterea ardenter cupie
diſſolvi, & eſſe cum Chriſto Phil. 1. v. 23.

Botrus ſignificat Chriſtum.

III. *Quem botrus ab exploratoribus in vecte allatus allegoricè ſignificat?* ℟ Chriſtum,
in torculari crucis preſſus, vinum lætificans cor hominis effudit. Portatur à duobus populis
eſt, á Judaico in lege præcedente, quæ de Chriſto vaticinatur, & à Chriſtiano ſequente,
ipſum botrum jam vidente, quemadmodum qui præcedebat botrum, eum non cernebat; ſic

dai

laicus populus Christum cernere non vult, ejusq; passionem, qui verò à tergo botrum portabat, otrum videbat, sic populus Christianus Christum videt. Aug. Serm. 100. de temp. Portat inquit) Christum in lege Judæus, sed à gratia, quam in mysterijs portat, aversus est, & quem udæus aspernatur in lege, Christianus miratur in corpore.

IV. *Cur exploratores dixerunt terram devorare suos habitatores?* ℟ Rabbi Salomon ait, visse exploratores, in quolibet oppido homines sepeliri, quia populum illum Dominus occiebat, vt Israelitæ pauciores hostes haberent. Abulensis conjicit, exploratores vidisse populum estilentiâ percussum, & homines passim morientes, ideoq; dixisse, terram devorare suos habitores. Verisimile est per hyperbolem locutos esse exploratores, cùm dixerunt: terra devorat abitatores suos, qua significarunt, terram non esse expetendam, vel indicare voluerunt terram evoraturam Hebræos, si in illam vellent ingredi, & in ea habitare, quia à Chananæis fortissiis vitâ privarentur. *Terra devorans habitores.*

CAPUT XIV.

Murmurantes Hebræos, & in Ægyptum regredi volentes, perdere ult DEus: sed orante Mose, parcit quidem, sed cum hac pœna, vt nemo urmurantium ingrediatur terram promissam. Cumq; facti pœniteret lebræos, & contra DEi jussum in hostes pugnatum irent, cæduntur Chananæis.

QUæstio I. *Quid egerunt Israelitæ auditis exploratoribus?* ℟ Vniversus populus valde fuit perturbatus, in primis, *vociferans omnis turba flevit nocte illa.* Præterea vitæ prætulerunt mortem, moriq; potiùs in vasto illo deserto elegerunt, quàm in terram repromissionis ingredi, quia Chananæorum formidabant gladios, & vxorum ac filiorum ptivitatem: *Murmurati sunt contra Mosen & Aaron cuncti filij Israel dicentes: vtinam mori essemus in Ægypto, & in hac vasta solitudine vtinam pereamus, & non inducat nos Dominus terram istam, ne cadamus gladio, & vxores ac liberi nostri ducantur captivi.* Et Deut. c. I. Moses: *Increduli ad sermonem Domini Dei nostri murmurastis in tabernaculis vestris, atq; istis: odit nos Dominus: & idcirco eduxit nos de terra Ægypti, vt traderet nos in terra Amorei atq; deleret. Quo ascendemus? Nuntij terruerunt cor nostrum dicentes: Maxima multido est & nobis staturâ procerior, vrbes magnæ, & ad cælum munitæ, filios Enacim vidimus*: O homines insanos? si vos odisset Dominus, & vellet occidere, numquid opus erat ex gypto vos educere & tradere Amorrhæis? Nonne poterat vos omnes in Ægypto morte ulctare, si vos oderat? Heu miseros & stultos homines, id quod erat summi DEi amoris, odio buebant. Pusillanimitas enim & metus cerebrum movent. Deniq; eò pervenerunt insaniæ, prodigijs ex Ægypti captivitate erepti, vt de creando duce cogitarint, qui eos in eamdem ptivitatem reduceret. *Nonne*, inquiunt, *meliùs est reverti in Ægyptum? dixeruntq; alter ad erum: constituamus nobis ducem, & revertamur in Ægyptum &c.* *Israelitæ murmurantes.*

II. *Cur Moses & Aaron ceciderunt proni in terram* v. 5.? ℟ Vel quia populi furorem tuebant: vel quia ea prostratione gravitatem peccati & rebellionis adversum DEum indicare lebant: vel quia sic prostrati pro populo DEum orabant. Cajetanus ait: Mosen & Aaron juxtabernaculum, excepisse exploratores redeuntes, visoq; populi tumultu, ad supplicandum DEo cidisse in terram, conversi vultibus in tabernaculum. De hoc ita discurrit Lorinus: Aut nius ad tantæ rei indignationem veluti stupor, fandi facultatem voluntatemq; ademit; aut futis multitudinis truces vultus atrocesq; minæ, nec non forsitan armatæ lapidibus manus loelam interruperunt; aut rati, vbi non esset auditus, ob inconditas vulgi voces & lamenta, sernem effundi non oportere, ad summæ illius demissionis quasi arma confugerunt, & more perum militum, tamquam declinatione corporum, & in terram inclinati hostiles ictus evaunt ac eluserunt, iræq; locum dederunt. *Moses & Aaron ceciderunt proni in terrã.*

III. *Quid Josue & Caleb in hoc tumultu populi fecerunt?* ℟. Populi insaniam videntes, timenta sua, veluti in lugubri casu, sciderunt, populumq; sic sunt allocuti v. 7. *Terra quam cuivimus, valde bona est, si propitius fuerit Dominus &c.* Surdus autem populus verba hæc de minimè recipiens clamabat, lapidibusq; eos volebat opprimere. At subitò in tanta perbatione apparuit gloria Domini super tectum tabernaculi, vniverso populo. Visa DEi prætia & gloria, hoc est, splendore nubis, Josue & Caleb non sunt ausi lapidare. Non longè à ernaculo illi erant, ideo ad tabernaculum confugisse vult Cajet. visamq; tunc gloriam Domini. *Josue & Caleb quid egerunt in tumultu populi.*

IV. *Quod fuit præsidium* seu (vt Hebræi legunt) *vmbra quæ recessit à Chananæis* v. 9.? Hebræi tradunt, sub hoc tempus in Chanaan mortuum esse S. Job, cujus precibus, dum viet, placatus DEus parcebat Chananæis. Nunc autem illo mortuo, recesserat vmbra eos proens, putà merita & preces Sancti Job, omneq; præsidium. Unde & S. Hieron. in locis hebr. tradi, in Chananæa trans Jordanem fuisse domum S. Job; & Abul. sepulchrum, inquit, S. Job *Job vmbra Chanaan.*

altè

alte ſtructum in planitie Jordanis, in magno honore à græcis & gentibus vſq; hodie permanet.

Fortitudo Dei quomodo magnificatur.

V. *Quomodo fortitudo Domini in nobis magnificari poteſt* v. 17.? ℟. Magnificari duo ſignificat, primò magnum fieri, 2dò magnum apparere. DEi fortitudo major fieri nequit: habet enim in ſe omnem fortitudinem poſſibilem & imaginabilem, imò vltra quàm quis imaginari poteſt: quia in ſe eſt immenſa & infinita: ergo tantùm magnificatur Dei fortitudo, cùm magna vel major nobis apparet, q. d. Oſtende Domine nobis, totiq; mundo magnam tuam fortitudinem, inducendo tuum populum in terram Chanaan expulſis Chananæis.

Deus placatur precibus Moſis.

VI. *Quomodo DEus exoratus à Moſe* DIMISIT IUXTA VERBUM EIUS v. 20? ℟. Voluit dicere, non delebo univerſos peſtilentiâ, vt fueram comminatus, idq; do precibus tuis, neq; permittam gloriam meam imminui apud Ægyptios, aut Chananæos, quod tu alioqui futurum ſuſpicaris, imò univerſam terram gloriâ meâ implebo, dum ubiq; audientur, quæ ego poſtea in hujus populi gratiam perpetraturus ſum. Nihilominus non impunè feret hic populus violatam majeſtatem meam. In eos enim in præſens animadvertam, qui graviore culpa obſtricti tenentur, utpote, *Qui viderunt majeſtatem* in monte Sinai, *& ſigna quæ feci in Ægypto, & ſolitudine, & tentaverunt me jam per 10. vices, nec obedierunt voci meæ, non videbunt terram, pro qua juravi patribus eorum, nec quisquam ex illis, qui detraxit mihi intuebitur eam.*

Quid impetraverit Moſes.

VII. *Si in omnes noxios animadverſum eſt, quid datum eſt precibus Moſi?* ℟. Ut non omnes penitus delerentur, ſicut in diluvio, aut incendio Pentapolitano, quod abſq; dubio multos hauſit infantulos innocentes. His autem Dominus ſolitum ſibi jusjurandum præmittit, ad ſignificandam immutabilem decreti firmitatem tam circa ea, quæ glorioſè perpetraturus erat, ſub ingreſſum Chananitidis, quàm circa excluſionem obtrectatorum iſtorum, qui ſcil. vigeſimum annum ſuperabant, ea enim circumſtantia ætatis mox additur. Difficilè enim creditu eſt, neminem eorum, qui infra vigeſimum annum erant, murmuraſſe: ſed eis fortaſſe mortis in ſolitudine & excluſionis à Chananitide pœna remittitur, & in diuturnam peregrinationem commutatur.

Decem vicibus Hebræi Deum tentârunt.

VIII. *Quomodo DEus decies ab Hebræis tentatus?* ℟. Paſſim omnes interpretantur, ac ſi dixiſſet, multoties. Sicut cùm Iob dixit amicis ſuis: *En decies confunditis me.* Sic Iacob queritur apud vxores: *decem vicibus mutatam ſibi à ſocero mercedem ſuam.* Sic & alibi ſæpe numerus certus pro incerto ponitur. Communiter tamen decem vices ſic enumerantur: Prima tentatio ſeu murmuratio fuit ante egreſſum ex Ægypto, cùm graviùs affligerentur à Pharaone, poſt ei nuntiatam DEi juſſionem. *2da* fuit ante ingreſſum maris rubri, cùm eis immineret Pharao cum exercitu ſuo. *3tia* cùm in ſiti ſua inciderunt in aquas Marath. *4ta.* cùm deficiente commeatu Ægyptiaco panes & carnes poſtulantibus, datum eſt manna & coturnices. *5ta* cùm ex diffidentia manna tum ſervârunt in diem Sabbati, tum etiam in Sabbato quæſierunt. *6ta* fuit in aquæ penuria in manſione Raphidim. *7ma* in adoratione vituli ad montem Sinai. *8va* in incenſione, cùm pro labore itinerum murmuratum eſt. *9na* in ſepulchris concupiſcentiæ propter deſiderium carnium. *10ma* verò & vltima in reditu exploratorum, ex deſperatione obtinendæ terræ promiſſæ.

Exploratores decem morte puniti.

IX. *Quo genere mortis extincti ſunt 10. ex exploratoribus?* ℟. neſcitur, quia Scriptura id non exprimit. Toſtat. refert opinionem quorumdam, quòd peſte enecti ſint. R. Salomon ait, quòd linguæ eorum, quibus detraxerant terræ promiſſæ inflatæ fuerint, & venenum ſtillarint, ipſiq; ſubitò mortui ſint. Cajet. & Oleaſt. dicunt, quòd igne combuſti ſint. Sed nihil opus ait Tirin DEo ejusmodi telis, vt repentina morte illos extinguerent, cùm vel ſola concurſus ſui ad vitam, unionemq; animæ neceſſarij ſubtractione id efficere potuerit.

CAPUT XV.

Menſura libaminum ſingulis hoſtijs præſcribitur: Item lex de primitijs panum, meſſis & uvarum. De fimbrijs in extremitate veſtium. Deniq; colligens ligna in Sabbato, jubetur lapidari.

Libamina in ſacrificijs.

QUæſtio I. *Quando Libamina ſolebant addi?* ℟. Tantùm in holocauſto & victima pacifica, non verò in victima pro peccato, eò quòd in ea nullæ carnes DEo adolerentur, Libamina enim tantùm addebantur carnibus tamquam condimenta eorum, vtpote quæ inſtar erant cibi & convivij DEi, quod per talia condiri ſolent. Excipe tamen libamina hoſtiæ pro peccato in mundatione leproſorum, de quibus Lev. 14. 11. Ubi nota, Libamina erant tamquam appendices, vel condimenta ſacrificij, erantq; quinq;. *1mò* Simila. 2dò oleum, 3tiò vinum, 4tò ſal, 5tò thus. Sed quia ſal & thus modica erant, hinc certa eorum menſura hîc non præſcribitur, cœterarum autem trium præſcribitur.

Libationis ritus.

II. *Quis erat modus & ritus Libationis?* ℟. Abul. hunc notavit, Laicus offerens victimâ & Libamina, domi ſuæ in farinam, victimæ ſuæ præſcriptam, ſuperfundebat oleum idq; eâ menſurâ, quæ hic præcipitur, ſcil. pro vna decima, ſiue pro vno gomor ſimilæ fundabat quartam partem

...m mensuræ hin; pro duabus decimis fundebat tertiam partem hin: pro tribus medietatem ...in. Hin erat mensura continens 12. sextarios Hebræos, siue scyphos, 13. unciarum aquæ, aut ...ini. Farina ergo libanda DEo non poterat misceri aquâ: sic enim habita fuisset immunda, & ...epta sacrificio, vti docet Abul. in c. 28. Num. q. 23. sed oleo miscenda erat. Deinde farinam ...a commistam afferebat offerens ad sacrarium, vnà cum vini mensura hîc præscripta, trade... atq; ea sacerdoti, qui ea accipiens, effundebat vini partem in victimam cremandam, vti col... gitur v. 5. & c. 28. 14. atq; ex simila tollebat pugillum, quem cremabat super altare: reliquam ...rò similam & vinum, in suos vsus servabat. Libamenta enim semper maxima ex parte cede... ...nt sacerdoti, etiam in holocaustis.

III. *Cum Exod. 31. v. 14. statuatur pœna mortis in violatorem Sabbathi, cur ergo hic v. 34. ...citur quòd Moses & reliquus populus ignoraverit, quid circa hunc transgressorem, seu colligen... ...m ligna in die Sabbathi faciendum esset?* ℟. Dubitarunt, an pro tantillo labore, qualis est ...nfectio fascis lignorum juxta legem Exod. 31. inferenda sit mors, interveniente præsertim ...upertate colligentis, & parvitate necessitateq; rei collectæ. Determinat DEus genus mor... ..., decernitq; lapidationem, ex quo intelligitur Hebræos servare debuisse Sabbathum in de... ...to saltem quo ad vacationem ab operibus, non verò quantum ad sacrificia duorum agno... ...m, quorum vnum manè, alterum vesperè offerri præceptum erat, quia ex quo discesserunt ex ...na, ampliùs non sacrificarunt, vsq; dum pervenerunt in Chanaan. *Sabbathi violatio.*

IV. *Cur DEus hanc violationem tam severè punivit?* ℟. Non vna est omnium ratio, He... ...æi dicunt, quòd fuerit pertinax, & dehortatus à collectione lignorum desistere noluerit. Ru... ...rtus ait, quòd ex arrogantia noluerit servare Sabbathum. Procopius vult, quòd aliqualis con... ...nptus intervenerit, quia collectionem illam ceu laborem levem vilipenderit. Seuerus in ...iten. Græc. relatus censet adeo graviter punitum esse, vt sic lex metu gravioris pœnæ sanci... ...tur & stabiliretur. *Sabbathi violator cur tam seuerè punitus.*

V. *Quid de fimbrijs Judæorum sciendum?* ℟. præcepit hîc DEus v. 38. Israelitis deferre ...nbrias, id est fila suspensa, qualia solent relinqui in extremitatibus telarum, quæ deferenda ...ant seu assuenda ad extremitatem vestimenti, inquit Oleast. siue vt Carthus. loquitur fim... ...iæ sunt extremitates vestis vel fila, quæ in extremitate pallij appenduntur. Has fimbrias non ...uebant omnibus suis vestibus, sed solùm exterioribus, vt conspici possent, ita Tostat. In... ...tio præcipientis has fimbrias fuit, vt per eas commonerentur Judæi præceptorum diligenter ...vandorum. Item vt sicut per circumcisionem in carne, ita per habitum foris distingueren... ...t à gentibus, siquidem populus ille fuit specialiter electus à DEo, & varijs modis excultus, ...opter quod speciali sanctitate & observantia religiosa debebat fulgere præ alijs, vt discurrit ...rthus. Quia Luc. 8. v. 44. dicitur Mulierem Hœmorrhoissam tetigisse fimbriam vestis Chri... ..., & sic sanatam esse, rectè concludunt Auctores eum more gentis suæ fimbrias gestasse. Pha... ...æi vt cœteris religiosiores viderentur, magnificabant, vt ait Christus Matt. 23. v. 5. has fim... ...ias; Judæi etiamnum in synagogis suis hac ceremoniâ vtuntur; habent enim inter cœteras ...stes, vnam similem thoraci, nisi quòd manicis careat, qua vtuntur quotidie in precibus suis, ...mq; induunt super omnes alias vestes, dicuntq; eam habere peculiarem vim contra malam ...ncupiscentiam, idq; ex eo, quod hîc subditur: *ne sequantur cogitationes suas, & oculos, per ... varias fornicantes.* Quare qui inter cœteros religiosiores, vel potiùs superstitiosiores sunt, ...c veste fimbriata semper induuntur sub alijs vestibus, inquit Oleast. Addit S. Hieron. in c. 23. ...att. Judæos fimbrijs hisce inseruisse acutissimas spinas, vt ambulantes, per earum puncturas, ...gis divinæ semper admonerentur. Quid jam faciant Christiani? quomodo satagent, vt lex ...Ei eorum oculis jugiter observetur? ita Corn. *Fimbriæ Judæorum.*

CAPUT XVI.

Core, Dathan, Abiron, & Hon rebellant Mosi, ambiuntq; sacerdotium ...m alijs 250, unde ipsi vivi à terra absorbentur: socij verò eorum 250. ...urificantes igne diuino afflantur. Hinc murmurat populus: unde Deus ...c eo 14700. igne consumit; ignem grassantem oratione cohibet Aaron.

QUæstio I. *Quæ est series & pœna seditionis Core, Dathan & Abiron?* ℟. cum Saliano Primarij seditionis hujus authores memorantur Core, Dathan & Abiron, quorum primus ad tribum Leuiticam, alij ad Rubenitas pertinebant; à quibus ducenti illi ac 50. viri in ejusdem criminis societatem allecti sunt. Prima tamen origo mali in vnius ...ore caput refunditur, hic seipsum primò à Mose & Aarone abstraxit; tum ad partes suas tres ...imarios viros de tribu Ruben, Dathan & Abiron fratres, & Hon filium Pheleth allexit, à ...ibus cœteri in eamdem perniciem tracti sunt, quos arbitror ad tribum Leui ac Rubenis per... ...uisse, quia eorum res agebatur. *Series & pœna seditionis.*

Fuit Core filius Isaar fratris Amram; ideoq; fratruelis Mosis & Aaronis, quorum digni-

tati ambitione ſtimulante invidens, res novas moliri cœpit, vt Aarone de ſumma dignitate d jecto Pontificatum invaderet. Id quia difficile omnino fore videbatur, Moſe fratre ipſius r rum potiente, de illo quoq; de principatu deturbando ſtatuendum fuit, & ſpe illius obtinen alij ad ſocietatem conſiliorum trahendi. Ad id imprimis idonei viſi ſunt Rubenitæ, qui ill ſibi, jure paternæ primogenituræ, meritò vendicare poſſe videbantur. Ergo conſilium cu prædictis Principibus de tribu Ruben communicat, oſtendens ipſis, vt filijs primogeniti Iſrae in populo principatum deberi, non Moſi, cui, cùm ſit de tribu Levitica, Sacerdotium ſuffice poſſit. Quin & indignum pontificatu videri Aaronem, qui in adoratione vituli maximè id iolatria pollutus fuerit, & nuper pene cum Maria leprâ contaminatus.

Uſſit etiam Core vehementiùs invidia in Eliſaphan, vt notavit Abul. Faciliùs enim er tolerare Moſen & Aaronem ſibi prælatos, cùm eſſent filij Amram primogeniti Caath, quà Eliſaphan filium Oziel Num. 3. 30. quarto geniti Caath, qui tamen reliquis omnibus Caathi ſecundùm Eleazarum prælatus erat: id enim nullo modo ferendum videbatur. In apertum d niq; ſeditio prorupit incendium. Nam præter 4. illos primarios conjurationis anteſignano *ſurrexerunt contra Moſem* Num. 16. 2. *250 proceres ſynagogæ, & qui tempore concilij per nem na vocabantur*, id eſt, conſiliarij & Senatores ex diverſis collecti tribubus, qui ex officio ſtat temporibus, in locum conſultationibus deſtinatum cogebantur.

Hi ergo varijs motibus in populo exſpectatione ſuſpenſo, concitatis, *cùm ſtetiſſent adve ſùs Moſen & Aaron dixerunt, ſufficiat vobis, quia omnis multitudo Sanctorum eſt, & ipſis eſt D minus, cur elevamini ſuper populum Domini.* q. d. Sufficiat vobis, vt ſitis pares alijs, cur ſup alios elevamini, præpoſitos vos conſtituentes. *Quod cùm audiſſet Moſes* ſine vllo reſponſ *cecidit pronus in faciem ſuam.* Videbat enim reſponſionem omnem in deteriorem partem a ceptum iri, ſtatimq; ad ſolita orationis præſidia confugit, & ibi edoctus à DEo, quomodo ſe in hiſce turbis gerere deberet, *locutus eſt ad Core, & ad omnem* ei ſuffragantem *multitudine manè notum faciet Dominus, qui ad ſe pertineant. Hoc igitur facite*, tollat unusquiſq; utra ſcilicet pars, Aaronica & Coretica, *Thuribula ſua, & hauſto cras igne*, de altari videlicet hol cauſtorum, *ponite deſuper thymiama coram Domino, & quemcunq; elegerit, ipſe erit ſanctu* Hunc propoſuit Moſes dirimendæ controverſiæ modum, quem apparet ex ſequentibus fuiſſe Core approbatum. Interim Moſes ad paternam delinquentium admonitionem converſus, pſammet eorum criminationem in eos retorquet, ad gratitudinem de accepto ab eo benefici invitat & à murmuratione retrahit. *Multum*, inquit, *erigimini filij Levi. Num parum vob eſt &c.* vide hic v. 9. Sedato non nihil impetu Coritarum, de Rubenitis quoq; ſanandis con ſilium inijt, eodemq; die miſit, qui eos evocarent, à quibus etiam contumelioſa reſponſa retu lerunt. Itaq; iratus Moſes ait ad Dominum, *ne reſpicias Sacrificia eorum.* & purgans ſe apu eumdem: *tu ſcis quod ne aſellum quidem unquam acceperim ab eis, neq; afflixerim quempia eorum.* Manè igitur facto venit Moſes & Aaron cum filijs ſuis ad introitum tabernaculi, vb erat altare holocauſtorum, venit & Core non ſolùm cum 250. Levitis, ſed etiam cum magn populi parte infenſa Moſi & Aaroni, dicuntur enim congregati *adverſùs eos*: cùm ecce apparui cunctis gloria Domini. Cœpit nimirum nubes tabernaculi, inſolito & minaci fulgore rutilare ad animos ſeditioſorum infringendos, & ſimul intonuit ſonora vox ad Moſen & Aaronem *ſeparamini de medio congregationis hujus, ut eos repente diſperdam.* At illi miſericordiâ mot erga populum à Core ſeductum, quamvis adversùs eos conglobati eſſent, ad veniam tamen illi impetrandam ceciderunt proni in faciem, orantes ne vnius culpâ pœnam in vniuerſum populum accerſeret. Eorum precibus Dominus acquieſcens, *præcipe*, inquit, *vniuerſo populo, vt ſeparetur tabernaculis Core, & Dathan & Abiron*, quoniam non in præſentes tantùm vltio ſævitura erat, ſed in ipſis etiam caſtris. *Cumq; receſſiſſent à tentorijs eorum, per circuitum Dathan & Abiron*, ne formidoloſi viderentur, egreſſi ſtabant in introitu *papilionum ſuorum, cum vxoribus, & liberis, cæteraq; familia.* Confeſtim dirupta eſt terra ſub pedibus eorum, & aperiens os ſuum devoravit eos cum tabernaculis ſuis, & vniuerſa ſubſtantia eorum, deſcenderuntq; vivi in infernum operti humo, id eſt, vivi ſepulti ſunt, & perierunt de medio multitudinis. At verò omnis Iſrael, qui ſtabat per gyrum, fugit ad clamorem pereuntiũ, dicens, ne fortè & nos terra deglutiat. De Core dicitur Num. 26. 10. *& aperiens terra os ſuum devoravit Core, morientibus plurimis, quando combuſſit ignis 250 viros.* Addit Script. grandi miraculo factum eſſe, vt Core pereunte, filij ejus non perirent, ſed vt interpretantur Hebræi, ſteterint in àere, dum iterum terra coaleſceret. Probi fuiſſe videntur hi filij Core, neq; Patri in ſeditione adhæſiſſe, ideoq; per miraculum à DEo, pereunte Patre, liberati ſunt.

Viri ſeditioſi

II. *Quid factum cum 250. viris ſeditioſis, ſocijs Core?* ℟. Venerunt juxta conventionem à Moſe datam ad oſtium tabernaculi, obtuleruntq; DEo thus, & ſubitò egreſſus ignis à DEo ex tabernaculo, vel ex nube, vel ex altari holocauſtorum, omnes redegit in cineres. Thuribula autem ænea, in quibus thymiama incenderant, voluit Dominus memoriale eſſe hujus ſeditionis, ne quis poſtea ſacerdotium ſibi auderet arrogare. Præcepit itaq; Eleazaro ſacerdoti filio Aaronis per Moſen, vt ea turibula in laminas æneas produceret, & altari holocauſtorum affigeret. Obtemperans Eleazarus DEo, laminas altari affixit, *ut haberent poſtea* (ait Moſes)

filij

lij Iſraël, quibus commonerentur, ne quis accedat alienigena, & qui non eſt de ſemine Aaron ad fferendum incenſum Domino, ne patiatur, ſicut paſſus eſt Core, & omnis congregatio ejus.

III. *An Core, Dathan & Abiron cum ſocijs vivi, in damnatorum loca pervenerint, ut jam bi in corporibus animisq; crucientur?* ℞. minimè. Aliàs enim debuiſſent reddi immortales, vt n inferno non conficerentur, & eximi ab illa lege Heb. 9. 27. *Satutum eſt hominibus ſemel mori,* t ab altera de reſurrectione, nemo enim reſurgere poteſt, niſi priùs morte ceciderit. Hauſit rgo illos dehiſcens terra, humoq; operuit, ſed ita vt vivi ſepelirentur in terræ viſceribus, ibiq; bruti terrà extinguerentur. De animabus autem nulla videtur eſſe dubitatio, quin ad loca amnatorum deſcenderint, quoniam in flagranti, vt ajunt, delicto deprehenſi, priùs morte affe-i ſunt, quàm ſe ipſi reſpicere, & de peccato pœnitere poſſent.

Mortui priùs ſub terra, quàm animæ deſcenderent in infernum.

IV. *Quid ultra factum cum murmuratoribus?* ℞. Poſt extinctos ſeditioſos, ſequenti die *urmuravit omnis multitudo filiorum Iſraël contra Moſen & Aaron dicens: vos interfeciſtis po-ulum Domini.* Cùm verò ſeditio oriretur, & tumultus increſceret, Moſes & Aaron ad taber-aculum, tamquam ad aſylum confugerunt. Poſtquam ingreſſi ſunt, DEi gloria populo tumultu-nti apparuit, dixitq; Dominus Moſi: *recedite de medio hujus multitudinis, etiam nunc delebo eos.* gnemq; miſit in populum. Id cùm per revelationem cognoviſſet Moſes in tabernaculo proſtra-is, præcepit Aaroni, vt thuribulum ſumeret, thymiama imponeret, propereq; ad populum per-eret, ac pro eo preces funderet. Induit veſtes ſacras Aaron, vt indicat Sapientiæ c. 18, ſumpſit huribulum, & ad populum propere pergens, quem incendium vaſtabat, thymiama obtulit, anſq; inter vivos, quos ignis nondum attigerat, & mortuos, quos occiderat, DEum depreca-s eſt, extinxitq; precibus exardeſcentes flammas. Quod ſi numerum requiras occiſorum, non arvus fuit, etenim combuſta ſunt igni à DEo immiſſo 14700. propter murmurationem. Sic elera punit DEus.

Aaron inter vivos & mortuos.

V. *Cur Moſes nunc Aaronem miſit, ut incendium precibus, & oblatione thymiamatis exting-eret?* ℞. Cauſa fuit ſeditio Core, orta propter ſacerdotium. Jam DEus oſtenderat, Sacerdo-um Aaronis eſſe, ſumpto ſupplicio de Core & Aſſeclis: modò idem oſtendit, cùm ejusdem aronis precibus & interceſſione placatur, incendiumq; extinguit.

Cur Aaron miſſus à Moyſe.

CAPUT XVII.

Duodecim virgæ ſeu ſcipiones à 12. principibus tribuum coram Domi-o in tabernaculo ponuntur. Ex eis floret & germinat ſola virga Aaro-is, eoq; miraculo & indicio Aaroni ſacerdotium à DEo conſignatur cendiumq; confirmatur.

QUæſtio I. *Quæ eſt hiſtoria virgarum hic deſcriptarum?* ℞. Juſſit Dominus Moſem ac-cipere à principibus tribuum 12 virgas, inſcriptis nominibus. His 12 virgis juſſit vnam adjungi, inſcripto nomine Aaronis, collocariq; omnes in tabernaculo. Sequenti die ingreſſus Moſes tabernaculum, invenit cœteras virgas nihil mutatas; virgam verò aron frondibus, floribus, fructuq; admirabiliter plenam. Hoc teſtimonio admirando confir-avit Dominus Sacerdotium Aaroni & filijs ejus. Ut autem teſtimonium non periret, præce-it Virgam admirabilem in tabernaculo aſſervari. Fuit autem virga hæc alia prorſus à prodi-ioſa virga Moſis.

Virga Aaronis floret.

II. *Fueruntne virgis his inſcripta nomina 12. Principum, qui erant 12. tribuum capita, n verò nomina 12 tribuum?* ℞ Lyranus vult in prima virga inſcriptum fuiſſe nomen Ruben, cq; in cæteris nomina reliquarum tribuum. Abul. verò exiſtimat non tribuum, ſed principum omina inſcripta fuiſſe, hanc verò opinionem probabiliorem eſſe indicat contextus ſcripturæ; *ccipe* (ait Dominus) *à cunctis principibus tribuum virgas 12. & vniuſcujusq; nomen ſuper ſcri-s virgæ ſuæ.* Hebraicè ad verbum ſic: viri nomen ejus ſcribes ſuper virgam ejus &c. In vir-a autem tribus Levi inſcriptum erat nomen Aaron. Sic enim Dominus juſſit. *Nomen Aaron,* nquit, *erit in tribu Levi,* id eſt, erit inſcriptum in virga tribus Levi: quia volebat DEus mi-aculo demonſtrare Aaronis eſſe ſacerdotium & filiorum ejus.

Virgis nomina inſcripta.

III. *Quot fuerint virgæ poſitæ in tabernaculo?* ℞ Cajet. & Philo putant tantùm fuiſſe 12. ſt ex hoc cap. v. 6. conſtat fuiſſe 13. ait enim ſcriptura: *fuerunt virgæ 12. abſq; virga Aaro-is.* Probatur: Tribus Iſrael erant 12. præter tribum Levi: etenim duo filij Joſeph duas tribus onſtituerunt, quoniam à Jacob ſunt adoptati Gen 48. *Ephraim & Manaſſes, ſicut Ruben & imeon, reputabuntur mihi* Ergo principes tribuum, 12. virgas obtulerunt, decima tertia pro aarone ex tribu Levi oblata eſt, & in medio reliquarum collocata.

Virgæ 13.

IV. *Ex qua arbore erant hæ virgæ?* ℞ fuiſſe decerptas ex vna eademq; arbore amygda-o. Oportuit enim illas eſſe æquales in contentione illa, & nihil habere diſcriminis. Quòd utem fuerint amygdalinæ, confirmatur; quia virga Aaron amygdala protulit, veriſimileq; eſt bitò protuliſſe fructum ſibi ſimilem, per miraculum. Siquis aliud ſenſerit, non repugnabo.

Virgæ quales fuerint.

V 2 Potue-

Potuerunt enim virgæ ex diversis arboribus detrahi, potuitq; virga Aaron fructum produce
à sua natura alienum. S. Greg. Nyss. illam appellat lignum siccum ac levigatum: Stupentib
inquit, infidelibus, quomodo siccum ac levigatum lignum tam parvo temporis spatio arbo
naturam suscepit atq; perfecit &c. Videntur tamen virgæ illæ non fuisse aridæ sed virides,
arboribus ea die decerptæ. Nisi quis velit, principes tribuum gestasse virgas in signum prin
patûs, hasq; Mosi obtulisse aridas. Reliquæ neq; germinarunt, neq; folia, vel flores protu
runt, virga Aaron sola germinavit, frondes, flores, amygdalasq; produxit, tantoq; miracu
confirmavit, sinceram & incorruptam fuisse electionem Aaronis: neq; à Mose ideo creatu
Pontificem, quòd illius frater esset, sed propterea, quòd DEus jussit.

CAPUT XVIII.

*Loco sortis hæreditariæ, sacerdotibus in alimoniam & stipendia con
gnat DEus victimas, primitias, cæterasq; oblationes; Levitis verò d
cimas: sed ea lege, vt ex suis decimis decimas dent sacerdotibus, & qu
dem meliores ac selectiores.*

Iniquitas Sanctuarij. QUæstio I. *Quid præcipitur Aaroni v. 1. illis verbis:* TU ET FILIJ TUI PORTABIT
INIQUITATEM SANCTUARIJ? ℟ Si quid contra reverentiam Sanctuarij à Lai
accedendo vel tangendo illud commissum fuerit, vobis sacerdotibus, ac *sceptro* seu r
mo, id est tribui vel *domui patris tui*, id est, cæteris quoq; Levitis imputabitur, vtpo
quibus ex officio incumbit arcere Laicos. Sic etiam *sustinebitis peccata sacerdotij vestri*, h
est, si quid delictum fuerit in functionibus sacerdotalibus, quæ vobis propriæ sunt, pœna co
missi per incuriam vestram delicti repetetur non à populo, neq; etiam à Levitis, quorum n
est id officij, sed à te Pontifice, & à filijs sacerdotibus, quibus ex officio incumbit ejusmo
invigilare.

Primitiarũ custodia. II. *Quid denotant verba* v. 8. DEDI TIBI CUSTODIAM PRIMITIARUM MEARUM
℟ Omnium quæ mihi instar primitiarum debentur & offeruntur, siue sint propriè dictæ p
mitiæ, siue sacrificia, siue alia, quæ lege ac decreto meo, mihi seponenda sunt, horum, inqua
sPactum alis. custodiam non nudam, sed cum jure vtendi & consumendi dono tibi, tuisq; sacerdotibus:
dono *pacto salis* v. 19. id est, firmo, inviolabili ac sempiterno: quia sal est symbolum incorr
ptionis, ac consequenter perpetuitatis.

DEus hæreditas sacerdotum. III. *Quid denotant verba* v. 20. EGO PARS ET HEREDITAS TUA IN MEDIO FIL
ORUM ISRAEL? ℟. quæcumq; mihi offerentur, vobis sacerdotibus in jus & alimentum c
dent: neq; volo vos habere aliam partem inter filios Israel, seu agros frugiferos aut vineta
vrbibus Israelitarum. Nam proprias etiam habebant vrbes, & suburbana sacerdotes; & in h
agros suos & pascua, & vineta: sed in vrbibus aliorum Israelitarum proprijs, in quibus etia
sacerdotes permixti alijs habitabant, vetantur hîc, vti & Levitæ cæteri, vllam habere agroru
aut vinearum possessionem, tum quod ipsis necessaria non esset, dono DEi jam sat opulenti
tum quòd consecratos DEo, & totos legi ejus, seruitioq; tabernaculi deditos dedeceret cultur
agrorum vinearumq; implicari.

Prouentus annui Levitarum & sacerdotum IV. *Quam ampli & quàm divites fuerunt Levitarum, & maximè sacerdotum proventus a
nui?* ℟ Erat Levitica tribus inter 13. omnium minima: neq; enim erat vlla tribus quæ non i
triplum vel quadruplum eam superaret Num. 3. & 4. Et tamen hic v. 21. jubetur accipere d
cimas ab omnibus filijs Israel, id est, ex 10. partibus proventuum annuorum totius terræ sanct
vna pars illi debebatur: reliquæ novem partes in 12. tribus dispertiendæ erant. Itaq; plus ip
sola, & si longè numero minor recipiebat, quàm vlla alia tribus licet numerosior. Jam ver
sacerdotum quantæ fuerint opes, vel hinc conjicere licet, quòd cùm hoc tempore non esse
nisi tres numero, saltem adultæ ætatis, putà Aaron & duo filij ejus, Levitæ verò à 30. annis &
supra essent 8580. Num. 4. tamen decimam partem omnium decimarum, quas accipiebant Le
vitæ ab omnibus filijs Israel, debebant dare his sacerdotibus hîc v. 26. tribus personis dabatu
centesima pars omnium fructum, quos colligebant sexcenta & plura armatorum millia: & suc
cessiuè crescente numero sacerdotum, crescebat etiam numerus reliquorum Israelitarum, ac pro
inde etiam copia prouentuum annuorum, qui Levitis & Sacerdotibus pendebantur. Sed neq
in solis decimis consistebant opes sacerdotum: nam illorum insuper erant omnes primitiæ pro
ventuum annuorum, quæ, si S. Hieronymo credimus, minimùm conficiebant sexagesimam
partem omnium, quæ annuè proveniebant per totam Palæstinam. Insuper sacerdotibus cede
bant omnes oblationes votivæ & spontaneæ, item pecuniæ, quæ ex personarum, ac rerum DEo
per votum consecratarum redemptione conflabantur Lev. vlt. Omnia item ovium, boum, ca
prarum primogenita, quæ in specie reddebantur: itemq; jumentorum ac hominum primogenita
hic. v. 15. 16. &c. quæ vel permutabantur vel pretio redimebantur. Omnes item victimæ pro
peccato & delicto; pectus & armus omnim pacificorum; holocaustorum saltem pelles; primitiæ

omnis

nis cocturæ panum, etiam domesticorum, quæ omnia ex tam numeroso populo innumeros
nflabant sacerdotibus thesauros. Habebant prætérea proprias sibi civitates aliquot & sub-
ana, atq; in his armenta & greges suos. Adde, quæcumq; vel primitiarum vel decimarum
oblationum nomine sacerdotibus offerebantur, ex optimis pinguissimisq; esse debuisse, ita
o jubente v. 12. atq; ideo per Jeremiam gloriante c. 31 v. 14. *Inebriabo animam sacerdotum*
guedine: vt tantò servirent alacriùs DEo, & ab omni cura rerum terrenarum remotiores essent.
c Tirinus.

V. *Quid de decimis Christianorum sentiendum?* ℞ decimas non esse eleemosynas, sed sub-
um sacerdotibus debitum propter ministerium spiritualium, quia jure divino & naturali mi-
rantibus populo spiritualia debetur sustentatio, vt ostendit S. Paul. 1. Cor. 9. vbi inter cæ-
ait: *si nos vobis spiritualia seminamus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus?* Porrò
: sustentatio præstatur per decimas, cùm enim aliquid certi à singulis de populo dari debeat,
ustentatio ministrorum sit stabilis & sufficiens, Ecclesia imitatione divina in veteri testa-
nto proposita, constituit decimam partem fructuum terræ huic rei esse segregandam, qua
atione semel facta, singuli lege justitiæ decimas debent. Hinc Concil. Trid. Sest 25. c. 12.
et excommunicare eos, qui decimas subtrahunt aut impediunt: *neq; ab hoc crimine*, inquit,
plena restitutione secuta, *absolvantur.* Hinc colliges, decimarum solutionem, si conside-
tur secundùm suam substantiam, nempe vt sunt necessaria sustentatio ministrorum rerum
ritualium, jure divino & naturali esse debitam, nec vlla consuetudine posse tolli. An autem
tata secundùm suam quotam; vt sunt decima pars fructuum, sit jure divino an verò tantùm
: Ecclesiastico debita, relinquo Canonistis & Theologis decidendum, quorum primi affir-
nt, posteriores passim negant. Nobis sufficiat scire & solutionem decimarum summopere
o placere, quam larga benedictione remunerari solet, vti econtra defraudationem earum
viter punire. Bene S. Aug. hom. 48. inter 50. Majores, inquit, nostri ideo omnibus copijs
ndabant, quia DEo decimas dabant, & Cæsari censum reddebant, modò autem, quia discess-
devotio DEi, accessit indictio fisci; noluimus cum DEo partiri decimas; modò autem to-
tollitur, hoc tollit fiscus, quod non accipit Christus. Et alibi dicit: qui dignatus est to-
dare, decimam dignatur repetere sibi, sed nobis sine dubio profuturam. Non præstas hoc
tis, quod statim reperies magno cum fœnore. De hac decimarum præstatione totum ha-
sermonem 219. de tempore. Novem, inquit idem, sæpe tibi partes DEus detrahit, quia de-
iam subtraxisti cùm messis tua benedictione pluviæ jejuna deficit, quando percussit, prui-
decoxit. Exempla invenies apud Corn. hic.

CAPUT XIX.

Vaccæ rufæ extra castra immolatio pro peccato mandatur, cujus aquæ spersione multi diversimodè immundi curantur.

QUæstio I. *Quis fuit ritus aquæ lustralis, tum in deserto, tum postea in terra Chanaan?* *Aqua lustralis.*
℞ Vacca, de cujus cineribus fiebat, valdè immunda erat, quia totius populi peccata
portabat. Unde rufa esse debebat, quasi incendium gehennæ merita; immolanda
non ab Aarone, tamquam victima festiva; sed alio sacerdote, veluti hostia lugubris &
tralis; cremanda propterea extra castra cum fimo & intestinis: & sacerdos eam immolans
mundus erat ad vesperam.

2. Cineres combustæ Vaccæ conjiciebant in vas, aquâ fontanâ plenum, & eâ aquâ mundus
quis aspergebat immundum, & sic elapso certo tempore mundabatur. Si non aspersus fu-
t, per contemptum, pereundum ei erat, aut per judices, si constaret; aut DEo puniente.

3. Licet aliqui putent, hanc aquam solùm emundasse immunditiam ex contactu mortui con-
ctam: videtur tamen vniversaliter omnem immunditiam sustulisse, cùm Lev. 11. 43. alia lu-
atio nulla præscribatur, & Heb. 9. 13. id videatur affirmari.

4. Quia eminus oportebat sanguinem versùs orientale tabernaculi latus aspergere, ideo rectè
ncludit Corn. hanc aquam in terra Chanaan non potuisse fieri, nisi in Jerusalem, extra vr-
m scilicet vitulam immolando, quia nullibi nisi ibi, sanctuarium, seu templum erat.

5. Vaccæ hujus seu vitulæ rufæ extra castra seu vrbem exustæ cineres, per singulas Palæstinæ
bes quotannis distribuebantur, & in loco ad id designato adseruabantur: cumq; contingeret
quem ex contactu cadaveris, vel morticini, aut alterius rei immundæ contaminari, pauxillo
jus cineris in aquam vivam immisso statis diebus aspergebatur, & sic mundabatur. Nec per-
na sola, sed & omnia vasa, saltem aperta, quæ in tabernaculo vel domo alicujus defuncti re-
riebantur, eâdem aquâ lustrari & expiari debebant. Secus erat de vasis opertis & clausis: cùm
im in ejusmodi vasis sæpe pretiosi liquores contineantur, neq; physica aliqua corruptio pos-
illis à mortuo afflari, nullam ex præsentia illius immunditiem contraxisse censebantur.

6. Judæi jam non possunt habere aquam lustralem, cùm templo & sacerdotibus careant:

 solet,

ſolent autem effundere omnem aquam, quæ eſt in domo, in qua homo moritur, quòd e
immundam credant.

7. Erat hæc aqua & expiatoria & ſimul immunda: vnde eâdem aſpergens fiebat immundu
veſperam, & aſperſus ita mundabatur, vt novam immunditiam contraheret vſq; ad veſpera

Emundationes variæ.

II. *Quid circa emundationes obſeruandum?* ℞ Sicut apud Hebræos variæ erant immu
ditiæ, ſic & variæ erant expiationes & lotiones. Quadruplicem modum emundationis
aquam refert Lorinus, ſcilicet, vt lavarentur ſolæ veſtes; ſolum corpus; & hoc & illæ; den
nec hoc, nec illæ lavarentur, ſed fieret duntaxat aſperſio. Ultimus modus erat minimus pro
nimis immunditijs, vt ob levem contactum cujuſcumq; morticini, vel bruti animalis mort
ſed immundi, vel reptilis etiam viventis. Fiebat verò aſperſio, ſumpta ſimplici aqua in va
atq; cineres vaccæ rufæ combuſtæ, ritu præſcripto, in id injiciendo, ac miſcendo, & aſper
rio, ſeu aſpergillo ex hyſſopo, vtendo, vt ferè fit in Eccleſijs, vbi aſpergimur aquâ benedic
Sed ſic aſperſus habebatur immundus vſq; ad veſperam, quia nulla immunditia legalis min
durare poterat, quàm vſq; ad illud tempus. Quod multò magis locum habebat in immu
ditia 7. dierum.

Solum corpus lavabat Summus Sacerdos in die propitiationis, vt ingrederetur Sancta Sa
ctorum, poſtquam emiſerat caprum in deſertum; veſtes autem ejus non lavabantur, quia hab
bantur ſacræ. Tam veſtes quàm corpus lavabat is, qui portaverat caprum: vt & qui veſtit
cognoviſſet mulierem.

Solas veſtes, qui portaverat morticinum, vel animal immundum occiſum, vel hominem mo
tuum; item leproſus, fluens ſemine, tangens lectum, aut ſimilia pertinentia ad iſtum, in quib
ſediſſet; præterea cognoſcens vel tangens fœminam diebus menſtruorum, aut lectum &c. A
hæc qui cremabat vitulum & hircum immolatos die propitiationis, qui comedebat mortic
num, captum à beſtia immundum.

Quæcumq; autem purificatio fieret, etiam major, debebat ante illam præcedere minima p
aquam luſtrationis, quæ pro quavis immunditia inſtituta eſt, pro illa, inquam, quæ vt min
mum durabat vſq; ad veſperam. Quod vltimum dicitur propter Pontificem in die propitiat
onis, quoniam ſtatim ac laviſſet carnem ſuam, ſumebat veſtes ſacras alias, & miniſtrabat, no
expectans veſperum.

CAPUT XX.

*Moritur Maria ſoror Moſis & Aaronis. Murmurat ob ſitin
populus, vnde irritati Moſes & Aaron, dum ad aquas contradictioni
offendunt DEum, in pœnam offenſæ arcentur ingreſſu terræ promiſſæ, &
Aaron paulò pòſt moritur in monte Hor. Rex Edom Hebræis tranſitum
per medias terras ſuas pertinaciter negat.*

Mors Mariæ & Aaron.

QUæſtio I. *Quid de morte Mariæ ſentiendum?* ℞ Mortua eſt menſe primo anni 40. ab exitu ex Ægypto, 4. menſibus ante fratrem ſuum Aaronem: hic enim mortuus eſt die primo menſis quinti, anni 40. vt patet Num, 33 38. & 11. menſibus ante Moſen, Moſes enim mortuus eſt ſub finem ejuſdem anni 40. vt patebit Deut. vlt. qui fuit annus mundi 2493 Mortua eſt Maria anno ætatis circiter 130. erat enim facile decennio ſenior Moſe, Moſes autem, qui hoc anno mortuus eſt, defunctus eſt anno ætatis 120. vt patet Deut. vlt. Hujus mortis Zacharias c. 11. v 8 meminit, cùm ait: *Et ſuccidi tres paſtores in menſe vno, & contracta eſt anima mea in eis.* Ubi S. Hieron. inquit: Nobis tres paſtores, qui in vno menſe ſucciſi ſunt, Moſes videtur, & Aaron & Maria: quorum Maria, in menſe primo, qui vocatur Niſan, mortua eſt in deſerto Sin, & in eodem loco propter aquam contradictionis, eodemq; menſe Moſes & Aaron condemnati ſunt, ne terram promiſſionis intrarent. Atq; ita factum eſt, vt è tribus paſtoribus, alia præſenti morte ſuccideretur, alij ſententiâ mortis futuræ. *Et contracta eſt*, inquit, *anima mea ſuper eos*, videlicet ſuper tres paſtores, quos præpoſueram gregi meo, quia & illorum anima variavit in me, non enim glorificaverunt me ad aquam contradictionis. Hæc Hieron. Maria, inquit Ribera, rectè nominatur in paſtoribus, quia prophetiſſa erat, & populum mulieresq; docebat. Ex quo ſatis probabile eſt, multa ejus conſilio & auctoritate fuiſſe geſta. Ideo numeratur inter paſtores populi Mich. 6. *Et miſi ante faciem tuam Moſem & Aaron & Mariam*; vbi Chaldæus ait: Miſi ante te tres Prophetas, Moſem vt doceret Judæorum traditionem, Aaron vt expiaret populum, & Mariam, vt inſtrueret mulieres. Quod ſatis intelligi poteſt ex hiſtoria 15. Exodi, cùm ſepulto in vndis Pharaonis exercitu, ſumpſit ipſa tympanum in manu ſua, egreſſæq; ſunt mulieres poſt eam cum tympanis & choris, quibus præcinebat dicens: *Cantemus Domino, glorioſè enim magnificatus eſt.* Tantiq; eam faciebat populus, vt cùm propter lepram ſeparata eſſet extra caſtra 7. diebus, nequaquam ille pedem movit, do-

vit, donec revocata eſt Maria. Etſi dici poteſt, non ſimpliciter propter honorandam Mariam totum populum ſeptiduo in ijsdem ſtativis manſiſſe; ſed quia toto illo tempore columna nubis è tabernaculo non fuit mota, quæ erat adæquata & migrandi, & ſubſiſtendi cauſa. Non fuit tamen mota ad populi totius eruditionem, quod ipſum tamen in honorem Mariæ redundabat.

Laus & commendatio Mariæ.

II. *Unde præcipua laus & commendatio Mariæ deſumi poteſt?* ℟ cum Saliano, ex eo, quòd eodem cum Beatiſſima Virgine nomine decorata, quòd Moſis Principis, Salvatoris & Legislatoris populi DEi ſoror, ejusdem Virginis, Matris JESU Chriſti, veri Moſis, Principis, Salvatoris populi Chriſtiani egregius typus fuit; vtraq; infantiæ legislatoris ſui curatrix & adminiſtra, vtraq; peregrinationum ſocia, curarum particeps, onerum ſublevatrix, & gemituum conſolatrix fuerit. Miſſa eſt Maria ante faciem populi DEi, ex Ægypto proficiſcentis, vt ſine ma-re in deſerto non eſſet, qui Moſem inſtar parentis habebat; in ſignum ejuſdem Sanctiſſimæ DEiparæ, quæ ſe parentem mitiſſimam exhibebat ijs, qui ex Ægypti vanitate converſi, Chriſtum Dominum per religioſæ vitæ deſerta ſequentes, ad promiſſam viventium terram magnis tineribus contendunt.

Virga percuſſit Moſes petram

III. *Qualis fuit virga, qua Moſes hic percuſſit petram?* ℟. Lyranus putat fuiſſe virgam Aaron, quæ fronduerat, ſed probabilius exiſtimat Abul. fuiſſe virgam illam, qua in Ægypto ot miracula eſt operatus, vt nunc hoc miraculum faceret. Accedit quòd hac virga Exod. 17. m percuſſerat aliam rupem, ex qua, veluti fonte, aqua effluxit abundantiſſimè. Ea verò erat n conſpectu Domini in tabernaculo fœderis collocata. Unde colligitur in tabernaculo fuiſſe uas virgas, videlicet Virgam Aaron, quæ fronduerat, & Virgam Moſis, per quam miracula ecerat. Sublatâ virgâ populum congregavit ante rupem, quæ aquas erat productura, Iſraelitas erò ſic allocutus eſt: *Audite rebelles & increduli: num de petra hac vobis aquam poterimus elire?* Deinde rupem bis percuſſit; magna verò aquarum copia fluxit admirabiliter, quæ totius opuli & jumentorum ſitim explevit.

Murmuratores optãt ſe mortuos fuiſſe.

IV. *Quid dicere voluerunt murmuratores illis verbis* v. 3. UTINAM PERIISSEMUS INTER RATRES NOSTROS CORAM DOMINO? ℟. Ex mente Toſtati per fratres intelliguntur el Nadab & Abiu, qui Lev. 10. & 16. *coram Domino* ſeu prope altare holocauſtorum offerentes nem alienum mortui ſunt; vel Core, Dathan & Abiron, & alij ſeditioſi, quorum aliqui coram omino, nempe in tabernaculo igne conſumpti ſunt, ſiue coram Domino, quia quandocunq; Eus pœnam infligit, præſens eſſe dicitur; ſiue ad quoscumq; Hebræos, qui in deſerto occubuunt. Et hoc coram Domino in columna & in tabernaculo præſidente; optant ergo inter hos atres obijſſe, quorum mors quia brevis & cita, tolerabilior ijs videbatur, quàm diu ſiti affligi & ogis ærumnis quaſi prolixiore, & hoc ipſo graviore morte conſumi, prætulerunt nimirum excæcati homines mortem fratrum ſuorum propriæ vitæ in penuria, non tamen accipienda ſunt orum verba, vt ſonant, quaſi ſeria & ex corde prodeuntia, ſed hyperbolicè manifeſtarunt agnitudinem mœroris & deſperationis.

V. *Quod fuit peccatum Moſis, ob quod probibitus eſt ingredi terram promiſſionis?* ℟. fuie peccatum aliquod incredulitatis, ſatis indicant illa verba, *quia non credidiſtis mihi* v. 12. in o autem hæc incredulitas fuerit, non conveniunt Interpretes. Tirinus ait Moſen & Aaronem n ſolùm incredulitate vel hæſitatione interna peccâſſe, dubitando de effectu promiſſo, ſed uper etiam exteriùs aliquo ſigno prodidiſſe hanc ſuam dubitationem, atq; ita gloriam DEi ram populo minuiſſe. v. g. ob continuum populi murmur & ſtrepitum turbati percuſſerunt tram, ſed eo geſtu & modo, quo proderent ſe dubitare de ſucceſſu, maximè ſi prima percuſne dicamus, DEum, vt fidem illorum conſtantiamq; magis probaret, non dediſſe aquas. nc enim probabile eſt, aliquid humani paſſos, geſtu vel etiam verbis indicaſſe nonnullam imi titubationem, atq; ita populo adſtanti occaſionem dediſſe etiam ridendi & explodendi omiſſa DEi. Cùm tamen ipſi vtpote Principes & capita populi debuiſſent etiam mortem pos ſubire, quàm tale offendiculum dare & gloriæ DEi detrahere. De la Haye in eo ſentit ſitum fuiſſe peccatum, quòd Domino non crediderint, neq; verbo illius ſatis firmiter adhæint. Quia cùm ſimplici mandato petræ imperare debuiſſent, vt aquas divino juſſu daret, ſic populus tanta DEi benignitate obſtupeſcens, eum vno ore ſanctificaret; illi priùs poum increpatione exacerbaverunt, ac deinde non ſolo juſſu, ſed virgâ, & quidem duplici s percuſſione aquas elicuerunt, cùm tamen in DEi mandato nulla fuerit percuſſionis men-, ea verò videtur Moſes potiùs vſus, quàm ſolo verbo & imperio, quòd miniſterio virgæ ſuæ ſciret plura miracula feciſſe, & quia Iſraelitæ id frequenter viderant, ſolo autem Moſis vermiracula fieri non æquè viderant, multò minùs populus ad Moſis factum ſtupuit, vel DEſanctificavit, quàm ſi ille ſolo verbo vſus fuiſſet. Ita ille. Barrad. ait: difficile eſt creditu, ſem, qui tot fecerat in Ægypto miracula, quiq; in Raphidim è rupe jam eduxerat aquam, DEo adeò erat familiaris, nunc de potentia DEi dubitaſſe. Exiſtimarim, ait vltra, illum itaſſe quidem, non de potentia DEi, ſed de voluntate, ſcilicet an vellet dare aquam popuincredulo & toties rebelli, quia à tumultu ceſſare nolebat. Et licet DEi voluntas ſatis illis otuerit illis verbis: *loquimini ad petram & illa dabit aquas*, attamen populi murmuratio-

 ne, &

ne, & iniquitate exacerbati, obscurato intellectu, in eam dubitationem inciderunt, vt dixerint: *num de petra hac vobis aquam poterimus elicere.* Cujuscumq; speciei fuerit, non tamen mortale sed veniale fuisse censent communiter cum S. Aug. DD.

DEus sanctificatus in populo.

VI. *Quomodo dicitur DEus sanctificatus in populo* v. 13.? ℞ quia aquam ex petra protulit, stupendo miraculo, quod magnam illi attulit sanctificationem, id est gloriam. Alio modo dici potest DEus sanctificatus in filijs Israel, quia miraculum cernentes DEum sanctificaverunt, & glorià extulerunt, & à murmuratione cessaverunt. Cajet. ait DEum dici sanctificatum, quia ostendit se non esse acceptorem personarum, cùm non solùm alios, sed etiam Mosem & Aaron ingressu terræ privavit. Dici etiam potest sanctificatus, quia non sumpsit pœnas de populi murmuratione, & contradictione, sed per summam misericordiam, aquam miraculosè ex petra præbuit.

Israelitæ ducti ad confinia Idumææ.

VII. *Cur DEus per columnam nubis duxit Hebræos usq; ad confinia Idumææ, per quam tamen non erant transituri? si direxisset eos ad latus orientale, cùm adhuc longè ab Idumæa aberant, absq; molestis ambagibus citiùs absolvissent iter suum?* ℞ Ex DEi decreto 40. annis in deserto vagari debebant Israelitæ, ideo DEus per ambages seu circuitum per fines Idumææ quasi vagos vsq; ad completos 40. annos in deserto detinuit. Deinde supra c. 14. Decreuit DEus, vt nullus delinquentium ingrederetur terram promissam, quorum quia adhuc aliqui vivebant, vt patet Deut. 2. eos tamdiu in deserto circumduxit, quo ad vsq; illi mortui sunt, si autem per Idumæam via compendiosiore perrexissent, citiùs in Chanaan venissent, quàm murmuratores illi obijssent.

Moses misit nuntios ad Regem Edom.

VIII. *Cur Moses nuntios misit ad Regem Edom petens transitum, & non exspectavit columnæ ductum, cùm enim eo viam suam dirigere debuerint, quò eos columna præibat, cur ergo hujus motum non exspectarunt, vt sequerentur, quocunq; tandem illa præcederet, sive per Idumæam, sive aliam regionem, prout hucusq; consueuerunt?* ℞ DEum noluisse columnam moveri, & per Idumæam viam ostendere, invito Idumæorum Rege, sed ab eo peti voluisse facultatem transeundi. Idumæam enim regionem filijs Esau fratris Jacob DEus dederat, nolebatq; bellum illi inferri, *Videte*, ait DEus, *ne moveamini contra eos* (Idumæos filios Esau) *neq; enim dabo vobis de terra eorum, quantum potest vnius pedis calcare vestigium; quia in possessionem Esau dedi montem Seir.*

Aaron post mortem ad populum suum.

IX. *Quinam sunt populi, ad quos iturus est Aaron post mortem?* PERGAT inquit Dominus, AARON AD POPULOS SUOS. v. 24. ℞ omissis aliorum opinionibus, duo sunt populi, alter proborum, alter improborum Probi ante Christum in limbum descendebant ad populum suum, id est proborum, vel in purgatorium. Improbi in tartarum descendebant in populum suum, id est, in populum improborum. Sic de Juda dicitur Act. 1. de quo prævaricatus est Judas, vt abiret in locum suum, id est, in tartarum. Hæc est sententia Ruperti, Gen. 49. Sic enim interpretatur verba Jacob: *Ego congregor ad populum meum*, id est, ego descendo ad inferos, vbi Salvatorem vniversus populus Sanctorum exspectat, donec veniat &c Etiam est Lyrani & Cajetani, qui ex hoc dicendi modo meritò ait, indicari immortalitatem animæ in libris Mosis. Nam indicat hic modus, omnium populorum animas esse immortales, quæ ante Christum in inferos descendebant, aliæ in limbos, ad quas descendit Aaron; aliæ in tartarum.

Aaron mortuus in monte Hor.

X. *Quomodo Aaron hic dicitur mortuus in monte Hor, cùm Deut. 10. dicatur mortuus in Mosera?* ℞ Illud desertum, vbi erat Hor, appellatum fuisse Mosera, ideoq; verè dicitur Aaronem mortuum esse in Mosera, & in monte Hor, quia mons Hor, erat pars deserti.

Aaronis morientis privilegia.

XI. *Quæ privilegia habuit Aaron moriens?* ℞ quia placidè & absq; vlla perturbatione sine prævio morbo aut vulnere, validus viribus, quia pedes montem conscendit, & sine vitæ tædio animam exhalavit, quasi placidè indormiscens. *2dò* quia magno animi solatio vidit filium suum indui vestibus pontificalibus, & in pontificem consecrari. *3tiò* quia in præsentia amantissimi fratris Mosis & dilectissimi filij recens creati pontificis & in habitu pontificio astantis obijt. Deniq; mors Aaronis neminem ex adstantibus & sepelientibus immundum reddebat, quod in mortibus aliorum fiebat, inde quia immundus 7. diebus extra castra manere & purificari debebat, neutrum verò horum factum esse legitur, sed peracta Aaronis sepultura statim regressus est Moses & alij in castra & tabernacula sua. Factum est hoc ex dispensatione legislatoris ad famulum suum pontificem coram vniversa multitudine hoc privilegio condecorandum, vt qui in vita alios præcellebat dignitate pontificia, in morte non careret speciali prærogativa, vt sentit Tostatus hanc quæstionem multis tractans.

CAPUT XXI.

Israelitæ cædunt Arad Regem Chananæum: mox etiam Sehon Regem Amorrhæorum, & Og Regem Basan. Sed in murmurantem populum ob aquæ penuriam & nauseam mannæ DEus ignitos serpentes immittit, à quibus morsi sanantur per aspectum serpentis ænei.

Quæstio

Quæstio I. *Quot modis poterat fieri anathema seu destructio?* ℟. tribus. 1mò ita vt civitas everteretur, præda verò servaretur, sic factum in vrbe Hai, Josue 8 *Facies* (ait Dominus) *vrbi Hai, & regi ejus, sicut fecisti Jericho, & regi ejus. Prædam verò & omnia animantia diripietis vobis.* 2dò fieri poterat anathema, si vrbs everteretur, in-olæ occiderentur, cætera quoq; præter aurum, argentum, æs & ferrum igne consumerentur. oc anathemate percussa est Jericho Josue c. 6. 3tiò fieri poterat anathema, si neq; aurum & ar-entum in thesaurum DEi, neq; aliud quidquam reseruaretur, sed in laudem DEi & honorem nnia comburerentur. Deut. 13. Percuties habitatores vrbis illius in ore gladij, & delebis eam q; omnia, quæ in illa sunt vsq; ad pecora. Quidquid etiam supellectilis fuerit, congregabis medio platearum ejus, & cum ipsa civitate succendetur, ita vt vniversa consumas Domino eo, & sit tumulus sempiternus. Non ædificabitur ampliùs, & non adhærebit de illo anathe-ate quidquam in manu tua.

Anathema quot modis fiebat.

II. *Quale nam fuit hoc anathema urbium regis Arad? incensæ ne sunt urbes solùm & reser-ta supellex, aurum & argentum, an consumpta sunt omnia in honorem DEi?* ℟. Abulensis tat omnia fuisse consumpta, nihilq; reservatum, vovit enim populus, se urbes hostium de-urum. Probabilis est hæc sententia, si quis aliam sequatur, non repugnabo. Non enim vo-t populus, se ex urbibus deletis non accepturum prædam.

III. *Unde dicti sunt igniti serpentes?* ℟. non inde, quia igneæ erant naturæ, aut flammas r àerem ejaculabantur, prout nonnulli somniarunt apud Lyran. & Tost. Sed quia vel colo- ignei speciem habebant, vel ab effectu, quia virus, quod mordendo imprimebant, vrendi vim bebat, siue quia tantum inducebat calorem, vt ab eis morsi sibi vri viderentur.

Serpentes igniti.

IV. *Unde isti serpentes in castra Hebræorum venerunt?* ℟. Tost. duos allegat modos, quòd novo DEus eos creaverit, sicut columnam nubis, Manna &c. 2dò quòd ex alienis regioni-s, quæ serpentibus abundabant per Angelos adduxerit; vero similius videtur, quòd in eo ipso erto magna serpentum copia fuerit, solent enim in talibus incultis, desertis & montosis lo- frequentiùs reperiri eorum naturæ, victui & habitationi idoneis, indicant hoc verba illa ut. 8. *Ductor tuus fuit Dominus in solitudine magna atq; terribili, in qua erat serpens flatu urens & scorpio ac dipsas.*

Serpentes unde in castra venerunt.

V. *Cur Deus serpentem & quidem æneum erigi jussit, ut per eum medelam ferret vulnera-à serpentibus: nonne occasionem ad idololatriam dedisse videtur?* ℟. populus à serpentibus gnam stragem passus erat, hinc tantam ab ijs aversionem concepisse censendum est, vt eos Dijs venerari dedignati sint, & quia populus ille rudis, incultus & terrenus per sensibilia ad ritualia agnoscenda induci debuit, corporale signum sanativæ virtutis divinæ convenientius, quod minùs ad idololatriam incitaret, dari vix potuit, quàm quod serpentis exprimeret fi-ram, à quibus vel maximè abhorrebat, quia ab eo maximè læsus fuerat. Cur autem ex ære rmandus fuerit, ratio est, quia color æneus similis est igneo, hinc quia à serpentibus ignitis nt sauciati, ignei coloris serpente sanabantur. Fulget quidem etiam aurum, & magis quàm nec tamen voluit DEus serpentem ex auro fieri, quia Hebræi vitulum ex auro conflatum orarunt, ne ergo serpente aureo viso denuò ad idololatriam incenderentur, vt serpentem ve- DEum colere vellent, præsertim quia ad solum aspectum sanitatem conferebat, ideo non ex ro, sed ex alia viliori materia formandus fuit. Si enim hunc serpentem æneum in memoriam ti beneficij per desertum usq; in terram promissam secum devehentes, & asservantes, eum dem Numinis loco habere & colere cœperunt, ita vt Ezechias ad tollendam idololatriam e- confringi jusserit, quantò magis eum pro Numine culturi fuissent, si ex auro factus fuisset

Serpens æneus.

VI. *Quid allegoricè significat serpens æneus?* ℟. Christum in cruce erectum, cujus in-tu per fidem & contritionem sanamur à lethalibus peccatorum morsibus. Sicut enim ser-s hic habebat formam serpentis, sed non venenum: ita Christus assumpsit formam peccato-, sed non peccatum, hoc est enim, quod Christus de se ait Joan. 3. 14 *Sicut Moses exaltavit ser-tem in deserto, ita exaltari* (in cruce) *oportet filium hominis, ut omnis, qui credit in ipsum, s pereat, sed habeat vitam æternam.* Ita Theodor. q. 39 Nyssenus de vita Mosis, & S Aug. 101. tempore. & Tertull. l. de idolol. c. 5. Effigies, inquit, ænei serpentis suspensi figuram designa- Dominicæ crucis, quæ à serpentibus, id est, ab Angelis diaboli nos erat liberatura, dum per netipsam diabolum, id est serpentem interfectum suspendit. Unde & veteres Hebræi docue-nt, quòd morsus per serpentem antiquum Adæ, nobisq; illatus sanandus esset in diebus Messiæ. n pigeat, inquit S. Bernardus, videre serpentem in patibulo pendentem, si vis videre regem solio residentem. Æs, inquit S. Isidorus, alijs metallis durabilius esse solet; & aptè serpens eus in ligno suspensus est, vt Dominus & in serpente mortuus, & in ære significaretur æter-s. Serpens fuit Christus *Seraph,* id est, *ignitus.* Totus enim ignitus est in cruce, undiq; amo- flammas emittit, quibus ij, qui eum aspiciunt, incenduntur. Aspiciamus ergo Seraph, siue raphinum nostrum ignitum, id est, amore inflammatum Christum, vt amore incendamur, tumq; amorem amore soluamus, eum redamando, qui nos tantopere prior amavit. Ut e-n ait S, Aug. de catechizandis rudibus c. 4. nulla major est ad amorem invitatio, quàm præ-

Serpens æneus quid allegoricè significat.

venire

venire amando, & nimis durus est animus, qui dilectionem, si nolebat impendere, nolit repe-dere &c. Si serpentes igniti in nos irruunt, vel si nos mordent, nostrum Seraphinum in cru-pendentem intueamur; si nos mordet invidia, ejus charitatem; si avaritia, paupertatem; si lit-do, tormenta; si superbia, humilitatem; si inobedientia, ejus obedientiam, qui inclinato capi-in cruce tradidit spiritum, contemplemur.

Liber bellorum Domini. VII. *Quis liber bellorum Domini v. 14, & quid significat textus ex eo citatus?* ℞. Hic l-ber, vt plures alij, cum tempore intercidit, nec pervenit ad tempus librorum pacis Domini, est, Euangeliorum, in cujus nativitate militia cœlestis exercitus pacem cecinit Luc. 2. *in ter-pax hominibus.* Videtur autem liber hic continuisse prophetias de prælijs admirandis, alijs divinæ virtutis operibus, quæ in posterum apud Hebræos patranda essent. Versuum verò illo hîc citatorum iste est sensus. Qualia prodigia DEus fecit in mari rubro Ægyptios subve-tendo, talia faciet etiam in torrentibus Arnon. Nam sicut mare rubrum Hebræis se transme-bile exhibuit, Ægyptios verò suis undis oppressit; ita rupes Arnon, in quibus & sub quibus A-morrhæi latitabant, inclinatæ sunt, & in planitiem devolutæ oppresserunt Amorrhæos, & via-apertam ac facilem Hebræis exhibuerunt. Ita Rabbini, & ex his, Lyran, Tost, Tirinus. Ast i-certum, quod Hebræi dicunt, Certum est, DEum elatos scopulos depressisse usq; in terram M-abitarum. Miraculum simile miraculo patrato in mari rubro forsitan hoc fuit: scopulos De-dejecit in fluvium, sicq; viam paravit per illos populo suo, vt fluvium pertransiret. Verba il-ps. 73. *Tu dirupisti fontes, & torrentes, tu siccasti fluvios Ethan &c.* Chaldæus sic vertit: tu sicc-sti vada torrentium Arnon &c. Unde fit, DEum non solùm scopulos in fluvium dejecisse, s-fluvium etiam exsiccasse, sicut exsiccavit mare rubrum, vt viam faceret Israelitis.

CAPUT XXII.

Balac vocat Balaam, ut maledicat Hebræis: eum primò prohibet Deu-2dò abire permittit. abit ille, sed cum animo maledicendi Hebræis: una-per os asinæ à loquente Angelo corripitur.

Balaam propheta diaboli. QUæstio I. *Fuitne Balaam Propheta Dei, an diaboli?* ℞. Non conveniunt Auctores. E-gubinus & alij putant fuisse prophetam DEi, æquè ac Sybillas & Mercurium Trism-gistum apud Ægyptios, qui tametsi pleraq; vera cecinerint, idololatræ tamen fuerun-& ob meritum virginitatis obtinuerunt à DEo donum prophetiæ, vti docet S. Au-Deinde quia Balaam prophetaturus hîc quæsiuit DEum, DEusq; illi occurrit, & per eum oracu-dedit, vt patet c. 23. v. 3. Deniq; quia Hebræi teste Rup. tradunt Balaam fuisse amicum S. Jo-qui in lib. Job vocatur Eliu, eumq; fuisse virum sanctum & prophetam DEi, qui postea propt-inobedientiam & desiderium munerum, dum Israeli maledicere cupit, arioli vocabulo est nu-cupatus. Attamen Balaam fuisse prophetam diaboli significat ipsum nomen Ariolus. Unde B-laam fuisse Magum, docent S. Cyrill. Theodor. Aug. Amb. Nyss. Præterea Balaam quæsiuit au-gurium, vt patet 24. 1. & ad illud captandum 7. aras exstruxit ipsi Baal, eiq; victimas immola-vit, vt patet hîc v. ult. & c. 23. 1. Deinde quia voluit ipse maledicere Israeli, & ad hoc captavi-hæc auguria & vaticinia diaboli; sed DEus pro diabolo ei occurrit, eumq; invitum benedice-re Israeli coëgit. Fuit ergo ipse magus, & dæmonis alloquium quærebat, eumq; consulere, & ab eo edoceri solebat. Balaam non fuisse Eliu patet Job 32. 2. Ubi LXX. dicunt Eliu fuisse e-regione Ausitidis, id est fuisse Idumæum: Balaam verò fuit ex Mesopotamia, vt patet Deut. 23. 4.

Angelus occurrit Mago. II. *Cur iratus est Deus Mago, eiq; iter facienti occurrit Angelus gladio euaginato, cùm tamen ei potestatem dederit eundi ad regem?* ℞. iratum esse, quia Magus decreverat non ser-vare conditionem propositam, populoq; DEi maledicere. Hoc significant illa verba Angeli *perversa est via tua, mihiq; contraria.* Perversa erat via, quia Regi obsequi statuerat, & Israeliti-maledicere.

Balaam non terretur voce asinæ. III. *Cur Balaam non fuit territus, cùm asinam humana voce loquentem audiuit?* ℞. S. Aug-rationem reddit q. 48. in Lib. Num. his verbis. Nihil hîc sanè mirabiliùs videtur, quàm quò-loquente asina territus non est Balaam; sed insuper ei, velut talibus monstris assuetus, ita per-severanter respondit &c. & infra q. 50. Tanta, inquit, cupiditate ferebatur, vt nec tanti mon-stri miraculo terreretur, & responderet, quasi ad hominem loquens &c. Non est ergo perterre-factus, quia talibus monstris magus erat assuetus, & quia cupiditate conficiendi itineris & ac-cipiendi munera tenebatur.

Asina loquens. IV. *Quis asinam loquentem fecit, diabolus ne an Angelus?* ℞det idem Aug. DEus non asinæ animam in naturam rationalem vertit; sed quod illi placuit, ex illa sonare fecit &c. itaq; Angelus loquentem fecit humana voce. Asina propriè locuta non est, quia loqui est conce-ptum suum voce exprimere, nequit autem asina aliquid concipere, quod prolatis vocibus signi-ficet; Angelus ergo linguam & os movit, & articulatam vocem emittendam efformavit, sup-plens per vicinum aërem, ad quod organa asinæ non sufficiebant S. Greg. Nyssen. in l. de vi-ta Mosis, videtur sentire, asinæ vocem non fuisse humanam & articulatam: sed ruditum, ipsum intelle-

itellectum à Balaamo, assueto augurijs: Habebat Balaam, inquit Nyss. auguria, tenebat ora-
ula, & ad hæc ruditu asinæ ignota nonnunquam perdiscebat. Cujus vocem, quoniam ipse so-
bat brutorum animalium clamores, & garritus avium, cooperante diabolo, intelligere, quasi
rticulatam, significantemq; historia enarravit, ostendens ad hoc vanitatis seductos à diabolo
venire, vt modum vocis brutorum animalium observent, & inde significantis vocis doctri-
am accipere arbitrentur. Sic ille.

CAPUT XXIII.

*Balaam maledicturus, vt putabatur Israelitis, eis præter mentem be-
edicit; laudatq; à religione, fortitudine, præsidio divino: eorumq; vi-
torias prædicit.*

Quæstio I. *Cui Balaam v. 1. voluit ædificare 7. aras*? ℞ qui c. præced. censebant Balaam verum magum fuisse, ijdem dicunt, eum 7. has aras dæmonibus 7. planetarum præsidibus, augurum patronis construxisse. Alij qui prophetam licet impium, fuisse dicunt, consequenter asserunt has aras & hæc sacrificia in veri DEi honorem, ab eo apparata isse, & his vijs illum sibi demereri studuisse.

Balaam voluit septem aras ædificare.

II. *An Balaam cùm discessit ab aris, & rege Balac Dæmonem quæsierit, an auguria, an Eum?* ℞ non quæsivisse DEum, sed abivisse ad captanda auguria. Probatur ex c. 24. Num. *m vidisset Balaam* (ait Moses) *quòd placeret Domino, vt benediceret Israeli, nequaquam abijt, ante perrexerat, vt augurium quæreret.* Ergo quando antè abibat, quærebat auguria. Cùm it: *si fortè occurrat mihi Dominus*, per *Dominum*, non DEum verum sed Dæmonem intelligi, vt communiter censent Interpretes. Nec refert, quòd in Hebræo habetur verbum *Jehova*, ia Moses, qui hæc hebraicè scripsit, hoc nomen Hebræum *Jehova* substituit nomini Moabio, quo DEum vel potiùs Dæmonem Baal Moabitæ appellare consueverant. Utitur Balaam cipiti & dubia oratione: si fortè occurrat mihi Dominus, quia incertus erat, quinam negoexitus futurus erat, quia ex præteritis noverat, sibi infeliciter hoc negotium cessisse.

Balaam quærit dæmonem

III. *An Balaam coactè & invitè benedixerit populo?* ℞ Abulensis putat Balaamum persentem in impia voluntate maledicendi, coactè & invitè benedixisse, ex eo, quòd DEus moret os ejus, licet inviti, in eoq; efformaret verba hæc, quibus benedixit Israeli, idq; probat eo, quod ait Balaam v. 12. *Num aliud possum loqui, nisi quod jusserit Dominus.* Sed hoc non git, nam *non possum*, hic idem est, quod non licet, non est fas. Veriùs ergo est, quòd ex men- & seriò hæc dixerit, patetq; ex eo, quod subdit: *moriatur anima mea morte justorum:* Nec us movit os Balaam, sicut os asinæ loquentis. Movebatur enim Balaam vt homo, non vt tum. DEus ergo impulit ejus voluntatem, & illustravit intellectum, vt piè & libenter atq; animo hæc loqueretur. Mox tamen à vaticinatione, Balaam redijt ad ingenium, quæsivitq; dos satisfaciendi Balac, & Hebræis maledicendi: & hoc vult S. Greg. 3. part. pastor. admon. cùm ait, Balaam vocem, non mentem mutasse. Nam eo modo, quo dixi, se explicat S Greg. moral. 27. Simili modo Saul inter prophetas prophetavit, & DEi laudes cecinit, sed digres ab ijs redijt ad ingenium, & Davidem persequi perrexit: tam ergo Saul, quàm Balaam persit in cordis sui duritie, & impietate habituali, quam vterq; recedente spiritu DEi bono, lò pòst æquè ac priùs exseruit.

Balaam nõ invitè benedicit populo.

CAPUT XXIV.

Balaam tertiò & 4tò benedicit Israeli. Vaticinatur de regno Christi, ar stellæ ex Israele nasciturì, item de Amalec, de Cinæis, de regno Ro- norum, eorumq; excidio.

Quæstio I. *Unde cognovit Balaam quòd placeret Domino, vt benediceret Israel?* ℞ cognovit vel ex interna illustratione DEi, vt vult Corn. vel vt vult Hugo, quia cùm esset Ariolus & Dæmones invocare soleret, hi autem nunc non apparuissent, conjecit eam esse DEi voluntatem, qui, si non placuisset populum benedici, permisisset, vt venirent mones docentes maledicere; vel vt vult Theodor. quia jam aliquoties expertus est, irritas & as esse artes suas, jamq; bis pro meditata & concupita maledictione inductum esse divius ad benedicendum; ex quo facile colligere potuit præplacere DEo benedictionem præ ledictione.

Balaam cognovit Deo placere benedictionẽ

II. *Quomodo Spiritus DEi irruit in Balaam?* ℞ Non jam apparet Dominus, vt antè lons per Angelum ariolo, sed interiùs duntaxat inspirat intellectum, & movet voluntatem, infundit Spiritum prophetiæ, seu lumen supernaturale ad intelligendum abscondita, & ntiandum, quæ sequuntur.

Spiritus Dei irruit in Balaam.

III. *Quid de se ipso dicit Balaam v. 3.?* ℞ dicit se hominem, cujus obturatus est oculus, id est,

Balaam oculus obturatus.

id est, qui raptus in extasim, & alienus à sensibus vidit visiones DEI. Ita Corn: Tostatus obt
ratum dicit oculum, quia hæc prophetia in somnis, quando clauduntur oculi, infusa est Bal
amo; ast, non in dormientem, sed contra desertum dirigentem vultum suum, & elevante
oculos, irruit Spiritus DEi; ergo apertos habuit oculos; sermo ergo est de interno mentis oc
lo, qui obturatus, id est, clausus & obtenebratus in prophetis dicitur; quamdiu revelatio div
na illis non innotuit, tamdiu circa futura nihil omnino vident aut norunt: vel quia de alijs pr
phetat, & sic apertos habet mentis oculos, ipse tamen suæ non consulens saluti, cœcus perm
net; ita de La Haye. Vel deniq; ex divino impulsu contra se ipsum testatur, quòd obtenebr
tum habeat mentis oculum, idololatriæ, magiæ, superstitionis, aliorumq; vitiorum tenebr
obscuratum, & luce veritatis orbatum.

Cadenti aperiuntur ocui.

IV. *Quid significant verba illa* v. 4. QUI CADIT, ET SIC APERIUNTUR OCULI EJUS
℞ Triplicem horum verborum sensum reddit Carthus. *imò* sic, qui cadit, id est, ruit in cu
pam, & sic aperiuntur oculi ejus interiores, quia dum ruit ad quærendum auguria, contempl
tus est in vigilia exteriore inspectione Angelum, qui docuit eum, quid diceret, & futura ei pr
nunciavit. *2dò* sic: qui cadit, qui dum Angelum vidit, prostravit se, adoravitq; illum vel ex t
more, admiratione, seu reverentia cecidit, vel ex alienatione à corpore, aut corporis debilit
tione, sicut in talibus visionibus fieri solet; vnde & Daniel c. 9. *collapsus sum*, inquit, *pron
in terram*. Ezech. quoq; c. 1. *Vidi & cecidi in faciem meam*, & Isa, c. 21. *Corrui cum audiren*
Et post hujusmodi casum illuminati sunt Spiritu prophetiæ oculi Balaam infelicis. *3tiò* sic: q
cadit, hoc est in somnum resolvitur, & sic aperiuntur oculi ejus, quia in somno revelation
quasdam sortitus est.

Balaam extollit castra Israelitarum.

V. *Quibus encomijs Balaam extollit castra Israelitarum* v. 5. ℞ idem est, ac si dicere
Similia sunt vallibus vmbrosis, aspectuq; jucundis, in quibus arborum magna est copia. Sim
lia sunt hortis irriguis, atq; amœnissimis. Similia sunt excelsis cedris, & sicut tabernacula m
nu DEi fixa. Post hæc in magnam multitudinem multiplicandos Israelitas ait: *fluet aqua*
situla ejus, & semen illius erit in aquas multas. Situla vas est, quo aqua hauritur: Non eri
inquit, sterilis hic populus, non arescet, sed multiplicabitur valde. De situla ejus, id est, velu
ex vase quo hauritur aqua, fluet ex eo aqua in alios. Semen illius erit in aquas multas, id es
in populos multos, qui ex eo velut fonte nascentur. Præterea agit de fortitudine populi· *to
letur propter Agag rex ejus &c.* De victoria agit Saulis primi regis Israelitarum. Vicit ill
regem Amalecitarum Agag, sed regno privatus est à DEo, eò quòd præcepto DEi non paru
erit. Jusserat enim vt omnes Amalecitas, & eorum etiam pecora neci daret, non obtempera
vit voci Domini, sed regi vitam donavit, multa quoq; pecora sunt seruata. Lege lib. 1. Reg
c. 15. Ait ergo propter Agag Regem Amalecitarum victum & vita donatum privabitur regn
Saul Rex fortis populi Israelitici. DEus hunc populum ex Ægypti captivitate liberavit, cuju
scil. DEi fortitudo maxima est, sicut fortitudo Rhinocerotis maxima est inter animalia.

Balaam vaticinatur de Messia.

VI *De quo vaticinatur Balaam* v. 17. VIDEBO EUM, SED NON MODO? ℞ de Messi
venturo, propter quem DEus non patitur maledici populum hunc, ex quo est nasciturus. Lyran
sic interpretatur: *Videbo illum, sed non modò* per me ipsum, sed videbo per posteros meos ma
gos in Bethleem, sed incertum est, an hi magi fuerint ex posteris Balaam. Vel aliter: *Videbo il
lum non modò*, sed in extremo judicio. De judicio enim paulò pòst agit. Deinde proponit si
gnum Nativitatis Messiæ, *Orietur stella ex Jacob, & Virga de Israel.* Rabini & ex eis Abulen
sis, hæc de Davide ad literam accipiunt; quia hic subegit Moabitas & Idumæos, de quibus pòs
agit Balaam. Et quidem ad Davidem alludi facile concesserim: primariò tamen de Messia fili
& hærede Davidis, & per Davidem tamquam per typum & figuram repræsentato, certum es
ad literam hæc exponi debere. Et ita exponit Chaldæus & ferè Omnes SS. Patres. Erat enim
Christus ex Israele oriundus vera *Stella* mundi, luce doctrinæ suæ, & *Virga* seu sceptrum, regi
sua potestate, qua toti mundo dominetur. Atq; ita huic propriè quadrat, quòd adventu suo
percusserit Duces Moab, vastâritq; omnes filios Seth, id est, *omnes homines*, inquit Chaldæus,
quia Adam habuit tres filios (præter eos quos Scriptura omittit) Cain, Abel & Seth. Abel oc-
cisus à Cain filios non habuit. Cain posteritas omnis diluvio absorpta est. Ex progenie Seth
seruatus est Noë, omnes ergo quotquot ex Noë prognati sunt, à Seth atauo Noë processerunt.
Omnes ergo non solùm Moabitæ, id est, idololatræ, & jurati hostes Israelitarum, sed etiam alij
populi à Christo subjiciendi hîc dicuntur, more prophetis vsitato, qui adventum Christi tum
primum, tum secundum solent describere ad modum atrocissimi cujusdam belli in omnes nati-
ones gerendi, propterea quòd omnium gentium, idololatriam, impietatem & scelera destructu-
rus sit. Ita Tirinus cum Lyran. Abul. & alijs.

Romam Constantinus M. ad Christum addoxit.

VII. *De qua vrbe loquitur Balaam* v. 19. ET PERDAT RELIQUIAS CIVITATIS? ℞ de Roma quæ antonomasticè civitas seu vrbs vocatur, tamquam præcipua totius orbis vrbs, inquit Abul. Hæc perdita est à Constantino Magno, cùm hic conversus ad Christum totam quoq; Romam & reliquias Gentilium vnà secum ad Christum traduxit.

VIII. *Quid prædicit Balaam* v. 24. VENIENT IN TRIREMIBUS DE ITALIA? ℞ Prædicit

cit potentiâ Romanorum, plurimis ante Romam conditam annis, ſuperatum iri Aſſyrios, quod tum *imò* tempore Auguſti Imperatoris, cùm Ventidius Baſſus de ipſis & vicinis Parthis triumphavit. *2dò* tempore Trajani, à quo rurſum ſubjugati Aſſyrij & in provinciam redacti ſunt, te Dione, Caſſiodoro, & alijs. Ab ijsdem Romanis, prædicit vaſtatum & exciſum iri, etiam braæos, alludens ad clades à Pompejo ipſis inferendas, & ad excidium vrbis imperijq́; illorum Titum & Veſpaſianum Imperatores Romanos. Deniq́; Romanos quoq́; ipſos, everſo excij; illorum imperio ſtirpitus perituros prænuntiat, quod futurum in fine mundi, ſub initium onarchiæ Antichriſti, conſtans eſt SS. Patrum & Doctorum ſententia. Idem prædixit Dal c. 2. v. 40. & ſeq.

Aſſyrij per Romanos devicti.

CAPUT XXV.

Fornicantur Iſraelitæ cum Madianitis, & colunt Beelphegor. Unde incipes ſuſpenduntur in patibulis & è plebe 24. millia jugulantur. Phies filius Eleazari Pontificis, quia zeloſè occidit principem fornicarium, o mercede accipit pontificatum ſuæ familiæ hæreditarium.

QUæſtio I. *Cujus conſilio populus in fornicationem & idololatriam inducitur?* ℞ Balaam. Sic enim ipſe dixit Num. 24. v. 14. *Verumtamen pergens ad populum meum, dabo conſilium, quid populus tuus, populo huic faciat.* Et Num. 31. Moſes loquens de fœminis, quæ Iſraelitas deceperunt, ait: *Nonne iſtæ ſunt, quæ deceperunt filios Iſrael, ad ſuggeſtiom Balaam:* De eo fit mentio Apoc. 2. *Habes tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac tere ſcandalum coram filijs Iſrael, edere & fornicari.*

Balaam conſilio populus peccat

II. *Quale fuit hoc conſilium?* ℞det Philo l. 1. de vita Moſis. Sciebat Balaam, Hebræos ſolùm legum contemptum expugnabiles, tentatos malo libidinis; ideoq́; voluptate ineſcatos, atus eſt ad impietatis ſcelus pertrahere & dixit Regi: mulierum pulcherrimas ſi permiſeob quæſtum vulgare ſua corpora, hoc hamo capietur juventus hoſtium &c. S Greg. Nyſſ. lib. de vita Moſis ait: quia divina virtute defendi Judæos agnovit Balaam, fœdiſſima volute ſtuduit eos à divino auxilio removere. Placuit conſilium Balaco Regi, elegantis formæ minas jubet ad Iſraelitas exire, quæ non ſolùm ad fornicationem, ſed etiam ad idololatriam tos pertraxerunt. pſ. 105. *initiati ſunt Beelphegor, & comederunt ſacrificia mortuorum*, id eſt, orum. falſi Dei mortui dicuntur, quia nihil ſunt, & nihil poſſunt.

Quali conſilio?

III. *Qui fuerunt gradus peccatorum?* ℞ Madianitides & Moabitides venerunt ad extrecaſtra formâ & blanditijs perniciem animabus potiùs quàm interitum corporibus afferentes, & corporibus interitum, vlciſcente injuriam ſuam DEo, intulerunt & quò minùs formidoe viſæ ſunt, hoc majorem Iſraelitis peperêre cladem. Quatuor porrò Moſes hoc loco graexpreſſit, fornicationis, quo primum ſcelere capti, vocati ſunt ad eorum ſacrificia, de quibus epulati ſunt cum eis, idolotytorum participes effecti, ex certa ſcientia, & deliberata volun. Tertius gradus fuit apertæ idololatriæ, quæ in epulis tectior fuerat. Duplici enim jam ere, quaſi gemino devincti beneficio noluerunt contriſtare dilectas ſuas. Quoniam verò non erat Sathanæ Iſraelitas ſemel inſaniſſe, idololatriâ ſeſe contaminando, voluit etiam initi& conſecrari idolo Beelphegor, quæ erat quaſi ſolemnis defectio à DEo ad idola. Quo fanon jam victimam, ſed ſe ipſos idolo, & actiones ſuas conſecrabant. quod fuit maximum upremum impietatis genus.

Peccatorũ gradus.

IV *Quis fuit Beelphegor?* ℞ Beelphegor eſt nomen compoſitum, ex Beel & phegor; Be Baal, Beel, & Belus omnia idem ſunt) eſt generale nomen Deorum, quod deinde per additiem nominis proprij ad certum aliquem DEum determinatur vt Beelzebub, Zebub enim erat s muſcarum, quas à civibus Accaron invocatus abigebat. Beelſephor Deus aquilonis, ſic lphegor, erat Baal ſeu Deus Phegor. Phegor autem derivatur à radice *Peor*, quod ſignificat rire, ſeu nudari, quia Beelphegor (quem teſte S. Hieron. l. 8. in Iſa. c. 25, & Iſidoro l. 8. Dijs gentium, Latini Priapum, vocant) eſt abſcœnitatis præſes, & nuda oſtentabat membra ut etiam Sacerdotes in ejus ſacris; erat enim ejus figura imago viri nudi, geſtantis in ore lem mortui, cujus ſignificationem variam faciunt, qui de hoc ſcribunt. Chriſtoph. à Caſtro Jerem. c. 48. v. 7 vult non eſſe remedium mortalitatis, nec naturam fugientem retineri poſniſi per os cibo & potu materia libidini & generationi miniſtretur: per quam natura fus teneatur & propagetur in prole. Ab hoc idolo nomen idem Phogor monti & vrbi, in bus maximè colebatur, inditum, Num. 23. v. 28. & Joſue 13. v. 10. Subinde autem vſq́; eò aluit apud Hebræos pudendus hujus DEi cultus etiam per fœminas principes, vt Mater q; Aſa Regis Judæ ſordibus illis præeſſe vellet 3. Reg. 15. v. 13. Sed Rex illam dimovit, Priapum evertit.

Beelphegor.

V. *Quis eſt ſenſus verborum* v. 4. TOLLE CUNCTOS PRINCIPES POPULI ET SUSNDE EOS CONTRA SOLEM IN PATIBULIS? ℞ Plurimi ea verba *ſuſpende eos*, refe-

An principes populi ſuſpenſi.

runt non ad Principes, sed ad idololatras, quos Moses mandat Principibus siue judicibus crucem agere, vt *eos* non ad proximum, sed ad remotius antecedens referatur. Itaq; Ch dæus Onkelos, *tolle*, id est, congrega, *omnes principes populi & judica, atq; occide eum qui r est, vt occidatur coram Domino contra solem*, id est, publicè & coram populo; cui planè c sentit Hierosolymitanus Paraphrastes & Pagnini versio, quod notavit etiam Abul: *Dixitq; M ses ad judices Israel*, quos ad exercendum judicium, DEi jussu congregârat, *occidat vnusqu proximos suos*, quacunq; affinitate conjunctos, ac dignitate præstantes, qui initiati sunt Be phegor. Apparet autem in judicibus intervenisse aliquam lentitudinem in exequendis man tis, siue propter reorum multitudinem, siue propter quorumdam potentiam vel conjunction cum judicibus ipsis. Ergo Dominus judicum negligentiam supplere, & peste in populum sæ re cœpit, vt habet Chaldæus Peraphrastes.

Zambri factum. VI. *Quid egit Zambri, quidq; cum eo factum est?* ℟ Non contentus cum hujusmodi m lieribus extra castra versari, vnam earum in omnium oculis deducebat ad tabernaculum quo piam, quod erat instar lupanaris; neq; DEi tabernaculum, neq; Mosem reveritus neq; pleros viros probos, qui coram DEo flebant, tam peccata populi, quàm pœnam illis imminente Quo viso Phinees ingreditur cum pugione in locum illum, & fornicatores confodit. Quo fac plaga, quæ grassabatur in populo cessavit, DEo ob zelum Phinees placato. Neq; tamen ta citò placatus est, quin mors 24. millium placationem anteverterit. Non solùm autem placat est Dominus zelo Phinees, sed eumdem zelum sacerdotio sempiterno muneratus est.

Fœdus conditionatum VII. *Quomodo hoc verum est, cùm post pronepotem Phinees translatus fuerit Pontifica ad Heli, qui erat de familia Ithamari patrui Phinees?* ℟ fœdus hoc conditionatum fuisse nempe posteri ipsius in fide & cultu DEi constantes perseverarent. Sic enim fœdera, quia m tua, obligationem vtrimq; inducere solent. Vi tamen hujus fœderis factum videtur, quòd, sipiscentibus posteris Phinees, tempore Davidis & Salomonis recuperarint pontificatum, que per Heli amiserant: semperq; deinceps retinuerint in sua familia, saltem vsq; ad tempora H rodis, cùm jam non amplius jure successionis, sed vel pretio, vel gratiâ principum ponti catus obtineretur.

CAPUT XXVI.

Hebræi terram Sanctam ingressuri numerantur à 20. annis & supr per singulas tribus, vt ijs terra dividatur.

Israelitæ ter numerati. QUæstio I. *Quoties numerati sunt Israelitæ?* ℟ tribus vicibus. *1mò* in Fabrica tabern culi Exod. 30 v. 12. & 38. v. 45. *2dò* quando acies ordinandæ erant ad pugnandum castra metandum Num. 1. & 2. Hi duo census facti sunt anno 2 ab egressu ex Ægypt in Sina. Tertiò numerantur hoc cap. & quidem anno 40. postquam egressi sunt Ægypto, jam jam ingressuri terram promissionis; ex quo vides alios esse, qui hoc capite num rantur ab ijs qui c. 1. & 2. numerati sunt, nam ob murmur in Cadesbarne jam omnes inte erant, vt dicitur hic v. 64.

Cur iteratò numerantur. II. *Cur DEus populum jam numeratum denuo numerare jubet?* ℟. quia jam ingressu erant terram promissionis, vnde debebat sciri numerus eorum, vt inter eos congruè dividi po set per tribus pro numero cujusq;, & quia inter solos bellatores distribuenda erat; minore 20. annis, tanquam non apti ad bella, ad hæreditatem terræ Chanaan per se non admitteban tur. S. Amb. de 42. mans. ult. ait possessores terræ Chanaan armata manu ejiciendi erant, pro inde numerari & seligi debebant, qui ad pugnandum apti erant. Theodor. q. 46 ait id factum vt Hebræi vires potentiamq; divinæ benedictionis agnoscerent, cùm patribus defunctis, totq millibus absumptis, attamen idem ferè numerus servaretur filiorum, qui contra majorum suo rum opinionem in promissas sedes inducerentur. Nam Num. 1. recensiti erant: 603000. viro rum 550. Nunc verò reperta sunt sexcenta millia, mille septingenti triginta. Unde patet summam pugnatorum hoc quadragesimo anno initam fuisse, æqualem summæ censorum primo censu anno secundo egressûs ex Ægypto, sed inferiorem illâ fuisse octingentis viginti capitibus.

Filij Core seruati. III. *Quod fuit miraculum grande, ut pereunte Core, filij ejus non perirent* v. 10? ℟. juxta dicta c. 16. Quia filij patris rebellioni non consenserunt, Patrem Core terra absorbente, filij in àere penduli conservati sunt, & hoc fuit grande miraculum, quod aliæ lectiones vocant *signum*, id est, facti sunt portentum miraculorum, signum & exemplum alijs Israëlitis, vt ipsi à murmure & rebellione deterrerentur.

Tribui majori major pars terræ obtigit. IV. *Quis est sensus verborum* v. 53. ISTIS DIVIDETUR TERRA IUXTA NUMERUM VOCABULORUM? ℟. IUXTA NUMERUM NOMINUM, id est, per singula capita nominatim recensita. Sensus est, tribui vni plus vel minus terræ dandum esse, quo plura vel pauciora essent in tribu capita: nam sequitur, *pluribus majorem partem dabis & paucioribus minorem*. Sic tamen vt in divisione terræ, non solius mensuræ haberetur ratio, sed etiam & quidem ante omnia fœcunditatis soli juxta Josephum l. 5. Antiq. c. 1. Indeq; contigit, quòd tribus Ben-

s Benjamin, licet numero alijs tribubus esset major, tamen angustissimam sortem acceperit, ia optimum fertilissimumq; totius Chananææ tractum nacta est, scilicet Jerichuntem & Jerosolymam.

V. *Quomodo dicitur ad Mosen* DABIS, *cùm ipse terram illam non esset ingressurus*? ℟. Non òd ipse Moses per se daturus sit, sed præceptum hoc dirigitur ad Mosen, vt ipse deinde in-uat Josue hanc divisionem facturum. Eodem modo intelligendum est, quod c. seq dicitur: A EIS filijs Salphaad, possessionem &c. v. 6. q. d. præcipe, vt detur, siue declara eos habere , ipsisq; deberi hæreditatem.

VI. *Quomodo in illu verbis* v. 55. ITA DUNTAXAT, UT SORS TERRAM TRIBUBUS VIDAT ET FAMILIIS, quomodo inquam, sors potuit hîc habere locum, cum jubeatur ra- haberi capitum plurium pauciorúmve, & præterea bonitatis ac fertilitatis soli? ℟. det Tiri- s habere potuisse hoc modo: Geometræ dividebant cis Jordanem terram in novem partes uales cum dimidia. Nam reliquæ duæ tribus cum dimidia jam sine sorte suas trans Jordanem eperant Num. 32. Super his novem cum dimidia vel decem partibus jaciebantur sortes, quæ q; tribui pars cederet: sed post jactas sortes contrahebatur ea pars à Geometris, quæ obve- rat vni tribui, in qua pauciores erant numero bellatores, quàm pars tanta requireret, dila- atur verò ab ijsdem, si in ea plures essent, idq; juxta numerum capitum, & qua parte com- diùs dilatari & contrahi posset. *Sorte terra divisa.*

VII *Quomodo ita decrevit tribus Simeon, nam in priore censu anno secundo numerata sunt ita hujus tribus 59. millia & trecenta. Num. 2. 13. hic verò tantùm numerantur 22. millia & enta?* ℟. Pleriq; id tribuunt vltimæ plagæ ob fornicationem cum Madianitis immissæ c. 25 quæ maximè in hanc tribum sævierit; eò quòd ex ea plurimi Ducem suum Zambri, quem nees occidit, secuti, cum Madianitis fornicati sint, idq; satis insinuatur cap. præced. v. ult. jubet DEus invadi Madianitas ob insidias & scelus Cozbi, cum qua fornicatus est Zambri. Abul. *Tribus Simeon decrevit.*

CAPUT XXVII.

Propter filias Salphaad Deus fert legem, vt deficiente prole mascula æ parentibus succedant in hæreditatem. Jubetur Moses ex monte Abi- n contemplari Chanaan, atq; sibi in ducatu populi substituere Josue.

QUæstio I. *Quomodo nomen & familia Salphaad potuit data hæreditate terræ conseruari, quæ patre mortuo censebatur exstincta? filiæ enim nubentes viris, in horum transibant familiam, eorumq; filij patris, non verò avi materni nomen sortiebantur?* ℟. det Tostatus, petitionem filiarum Salphaad fuisse, vt si nuptæ masculas proles generarent, aliquæ is nomen & hæreditatem adirent, aliquæ verò materni Salphaad nomen & hæreditatem ac- rent, sicq; familiam Salphaad propagarent. *Salphaad familia conseruata.*

II. *Cur soli mares erant hæredes parentum, non fœminæ?* ℟. quia per masculos non per inas nominantur, distinguuntur & conservantur familiæ. Fuit autem per DEi providenti- in veteri testamento tanta cura conseruationis & distinctionis familiarum; tum propter ju- rimogenituræ, & propter certitudines omnium familiarum, secundùm successiones hæredi- m; vt scilicet certò constaret, vnâ familiâ emortuâ quænam illi sanguine esset proxima, n hæreditatem ejus succederet: tum vt liquidò constaret, Christum ex Judæis, & ex Juda m esse, vti promiserat Jacobo Gen. 49 v. 10. atq; hæc vna inter alias causas fuit, cur vo- it DEus B. Virginem nubere Josepho, vt scilicet Judæis, qui putabant eam ex Josepho con- sse, & genuisse Christum, probari posset, Christum descendere ex Davide & Juda. Nam ex descendere Joseph sciebant omnes Judæi. Ita Corn. *Mares soli hæredes.*

III. *Quomodo Salphaad dicitur* v. 3. IN PECCATO SUO MORTUUS? ℟. Peccatum hoc commune cum reliquis murmur post exploratorum reditum c. 14. Cujus peccati pœnam ait DEus ibidem mortem singulis oppetendam in deserto. Et quia hanc pœnam voluit in entibus, qui soli peccaverant, hærere, neq; ad filios extendi, ideo dicunt filiæ Salphaad pa- em in suo peccato mortuum esse. Ita Tirin. Corn. & alij. Allegant non fuisse eum in sedi- e excitata à Core, ne ob tantum læsæ majestatis crimen jure suo priuarentur, qua priuatio- editiosos illos dignos censebant. *Salphaad in peccato suo mortuus.*

IV. *Habuerunt ne fœminæ jus ad hæreditatem*? ℟. nullum habuisse, excepto casu, si pater ea- defunctus esset sine prole mascula, ideoq; periret nomen ejus, tunc enim filiæ apprehendebant essionem non suo, sed paterno jure, ita tamen vt vnam tantùm haberent sortem patris sui, quæ r omnes filias æqualiter diuidebatur, cùm masculi filij singuli à 20. anno & supra, suo jure ulas in Chanaan possessiones adirent & diuiderent. Dico à 20. anno, quia minores anno simo non adibant hæreditatem in Chanaan jure proprio, sed alieno, scilicet paterno, si pa- esset mortuus: vnde sicut pater si vixisset, tantùm habuisset jus ad vnam sortem, ita hi filij, multi essent, tamen ad vnam tantùm sortem, quæ patris eorum fuisset, jus habebant, idq; *Fœminæ habuerunt ne jus ad hæreditatem.*

X 2 ad hoc

ad hoc, vt haberent, unde viverent, ne fratribus essent oneri, & vt nomen eorúm non peri de stirpe sua. Ita discurrit Corn. ex Tostato. Primogeniti tamen duplicem adibant hæreditatis portionem, vt patet Deut. 21. 17. Hæc tamen intellige de hæreditate propriè dicta, seu de bonis immobilibus: nam de mobilibus Hebræi disponere poterant ad libitum, eaq; dare filiabu non masculis, vti passim ex ijs dotem consignabant filiabus.

Moses ascendit montem Abirim.

V. *Cur Moses jussus est ascendere montem Abirim & inde contemplari terram promissam.* ℟. Moses ardenter desideravit ingredi terram promissam, vt patet Deut. 3, ast cùm abnuisset DEus & silentium illi indixisset, voluit idem DEus hac saltem in re illi satisfacere, vt ex edi ore monte contemplans dictam terram, aliqua voluptate, antequam moreretur, perfrueretur. Tostatus ait potentiam visiuam Mosis supernaturaliter à DEo eleuatam fuisse, vt potuerit cunctas partes illius terræ distinctè conspicere, prout quadam vice S. Benedicto vniversus mundi conspiciendus divinitus objectus fuit teste S. Greg. 2. Dialog.

Intrare & exire quid?

VI. *Quid significat intrare & exire, ingredi & egredi* v. 16.? ℟. significat conversari. Act. Qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intravit & exivit inter nos Dominus JESUS, id est, quo conversatus est inter nos. & de Paulo Act. 9. Et erat cum illis intrans & exiens in Jerusalem. 2. Paral. 1. ait Salomon DEum deprecans: da mihi sapientiam & intelligentiam, vt ingrediar & egrediar coram populo tuo. De Davide 1. Reg. 18. dicitur: Omnis Israel & Juda diligebat David, ipse enim ingrediebatur & egrediebatur ante eos.

VII. *An hic* v. 18. *in verbu illu*: TOLLE JOSUE FILIUM NUN VIRUM, IN QUO EST SPIRITUS per ly SPIRITUS *intelligatur idem spiritus de quo dictum* v. 16: PROVIDEAT DOMINUS DEUS SPIRITUM OMNIS CARNIS? ℟. minimè. Nam v. 16. Spiritus sumitur pro anima hominis quam DEus creat, hic autem v. 18. manifestum erat in Josue esse spiritum, id est, animam hominis, sed sumitur hîc v. 18. spiritus pro spiritu sancto, ejusq; donis ad gubernandam rempublicam necessarijs.

Moses jubetur dare præcepta Josue.

VIII. *Quæ præcepta jubetur Moses dare Josue cunctis videntibus*? ℟. Scriptura id non exprimit, videntur autem fuisse præcepta de gubernando populo justè, ac sanctè, de custodiend lege DEi, de gerendo bello, ac vastandis Chananæis, de introducendo populo in terram repromissionis, de dividenda terra. Dabantur autem *cunctis videntibus*, vt populus ad obediendum promptior esset, audiens, quid oneris ei imponatur, & quòd non vtilitatis sed boni & commodi publici causa dux præficiatur.

IX *Quomodo intelligenda sunt verba illa* v. 20: DABIS EI PARTEM GLORIÆ TUÆ, UT AUDIAT EUM OMNIS SYNAGOGA FILIORUM ISRAEL, seu vt Chaldæus legit: *Dabis ei de splendore tuo*? ℟ De splendore vultus Mosis non potest intelligi, quia nullibi legitur vultum Josue fuisse splendidum, vultus verò Mosis hôc tempore jam carebat splendore illo, quem acceperat in monte Sinai. Intelligenda ergo sunt verba illa de splendore, gloria & honore, quem habebat Moses eò quòd populo imperabat, seu per partem gloriæ intelligitur communicatio auctoritatis, potestatis & dignitatis, vt brevi tempore, quo adhuc vivet Moses, Josue ipsi adsit non tamquam Minister, prout hactenus, sed velut princeps, socius, vnà cum Mose imperans insignia eadem, quæ Moses, gestet, frequenti famulitio cingatur, deniq; pro Principe se gerat in omnibus, & Mosi dignitate sit proximus, idq; *vt audiat omnis synagoga*, hoc est, vt hac via concilietur ei auctoritas, apud populum, & omnes paulatim etiam te vidente illi parere discant. Ita S. Aug. hîc q. 55. Cajet. Tirinus, Barrad. & alij.

CAPUT XXVIII.

Statæ victimæ præscribuntur partim quotidie, partim in festis offerendæ. Quotidie agnus unus manè, & alter vesperè, eratq; hoc juge sacrificium. In Sabbathis duo agni manè. In Neomenijs vituli duo, aries unus & agni 7. in holocaustum, & hircus unus in hostiam pro peccato. Et eædem victimæ jubentur offerri in festo Paschatis & Pentecostes.

Præcepta repetuntur

QUæstio I. *Cur hîc DEus repetit præcepta offerendorum sacrificiorum, quæ jam alibi tradita sunt?* ℟. Paulò ante mortuus est Aaron, cui in Pontificatu successit Eleazarus, similiter Mosi mors indicta est, successor ejus Josue denominatus, ne ergo populus putaret sub novis principibus præcepta per Mosen data exspirasse, hic repetenda erant. Deinde hucusq; sacrificia in deserto celebrata non fuerunt, mortuis pene omnibus, qui supra ætatis annum vigesimum egressi sunt ex Ægypto, poterat novus populus suspicari legem veteri populo datam nunc cessasse, & in Chanaan sacrificia offerri non debere, ideo lex repetenda fuit.

Sacrificium quotidianũ

II. *Quod erat sacrificium quotidianum?* ℟. Cremabatur agnus vnus manè, & alter vespere, quia sacrificia erant quasi convivia DEi, sicut autem bis in die se homo reficit, scil. in prandio

& in

in cœna, ita ſacrificium matutinum erat quaſi prandium, veſpertinum cœna; & ſicut homi-
s diebus feſtivis lautiùs comedere & fercula multiplicare ſolent, ita DEus in feſtis & ſolemni-
ibus plura ſibi præcepit offerri ſacrificia, erantq; ſacerdotes DEi commenſales, quia de illis
ctimis participabant.

III. *Quod erat ſacrificium Sabbathicum*? ℟. Præter ſacrificium juge, quod ſingulis diebus, *Sacrificium Sabbathicũ*
conſequenter etiam quovis Sabbatho offerendum erat; inſuper duo agni manè poſt oblatio-
m jugis ſacrificij, prout aliæ victimæ offerebantur; juge enim ſacrificium numquam inter-
ttebatur, qualecunq; erat feſtum, ſed præter illud ſacrificia feſtis propria ſimul offerri de-
bant. Idem dicendum eſt, ſi duo vel plura feſta in vnum diem coincidebant, cujusuis enim
ti propria ſacrificia eodem die omnia offerre oportebat. Sic feſtum Tubarum ſemper in Neo-
nia ſeu calendis ſeptimi menſis celebrandum erat, ideo ſi hæc dies fortè erat Sabbathum,
c juge Sabbati, tubarum & Neomeniæ ſacrificia eodem die omnia offerri debebant, idem dic,
Paſcha, Pentecoſtes, aut aliud feſtum incidebat in Sabbathum. Ita ex Toſtato alij communiter.

IV. *Quod erat ſacrificium menſtruum*? ℟. Quod ſingulis calendis, id eſt, prima die cujus- *Sacrificium menſtruum*
menſis, quæ erat novilunium, offerebatur. Sciendum, Hebræos menſes ſuos inchoaſſe à no-
unio, quod græcè Neomenia dicitur, qui proinde alterni erant 29 & 30. dierum, nam ab
o novilunio ad alterum interfluunt dies 29 cum dimidio, ea proinde die, in quam incide-
novilunium, feſtivitatem quamdam Hebræi habebant, de qua hic agitur, præſcribunturq;
crificia offerenda v. 14. & 15.

V. *Cur DEus inſtituit Neomeniam*? ℟. ad recolendum beneficium gubernationis divinæ, *Neomenia.*
ut enim Sabbatho celebrabant Hebræi memoriam creationis, ita Neomenia gubernationis
inæ. Hæc enim appoſitè ſignificatur novilunio: nam luna inferioribus hiſce corporibus
minatur, eaq; maximè in novilunio immutare ſolet. Neomeniam ergo celebrando, Judæi
bant gratias DEo pro beneficio gubernationis, maximè quòd DEus præſtat nobis per in-
xum ſolis, lunæ & aliorum corporum cœleſtium.

VI. *Pro quo hircus in Neomenia offerebatur*? ℟. pro peccatis totius populi indetermina- *Hircus in Neomenia*
te & in genere toto anno, ſed maximè præcedente menſe elapſo, commiſſis.

CAPUT XXIX.

*Jubet DEus, vt in feſto Tubarum offerant vitulum unum, arietem
unum, agnos 7. Eadem jubet offerri in feſto expiationis. Præſcribit vi-
ctimas in feſto Tabernaculorum, per 7. dies offerendas.*

QUæſtio I. *Cur feſtum tabernaculorum vocatur ſolemnitas 7. dierum* v. 12.? ℟. non quòd *Feſtum Tabernaculorum.*
totis 7. diebus vacandum eſſet ab opere ſervili, nam de ſolo primo die præceptum e-
rat, ſed quòd totidem diebus manendum eſſet in tabernaculis. & quòd peculiaria ſin-
gulis diebus ſacrificia publico nomine offerenda eſſent, quæ ſigillatim recenſentur.

II. *Quid hic ſignificat*, ABSQUE HOLOCAUSTO SEMPITERNO v. 38.? ℟. idem eſt,
quod præter juge ſacrificium duorum agnorum, qui quotidie omnino offerri debebant, non
obſtante omni alio hoſtiarum numero. Senſus ergo eſt, omnia jam dicta ſacrificia & libamina
ſingulis ſuis diebus offerenda eſſe, vltra juge ſacrificium cum ſuo libamine, & vltra quoq; alia
omnia ſacrificia quæ quis vel ex voto, aut privata aliqua culpa tenetur, vel ex peculiari de-
votione, vel pietate volet ultrò offerre.

III. *Cur cæteris ſacrificijs adjungi præcipitur hircus pro peccatis*? ℟det Oleaſter, qui & du- *Holocauſtũ ſempiternũ*
bium proponit, quid quæſo, inquit, in tantis ſolemnitatibus Domine agit ſacrificium pro pec-
cato? nonne Domine noſti, inter gaudia, triſtem fore peccatorum recordationem? Nullum
gaudium, nulla ſolemnitas eſt ô homo, in qua non grata ſit Domino memoria peccatorum.
Non putes te DEo ingratam rem facere, ſi inter epulas lacrymas fundas: ſi antequam comedas,
pro peccatis ſuſpires: ſi lugeas ea in præcipuis Domini feſtivitatibus, ubiq; decent, ubiq; ni-
tent, ubiq; acceptæ ſunt lacrymæ pro peccatis. Flevit peccatrix illa euangelica, & inter epulas
lacrymas fudit, ſed numquid hac de cauſa ejecta & repulſa eſt; abſit, ſed recepta, & maximè
commendata, quòd pro pedum lotione lacrymas in copia fuderit.

IV. *Quomodo ſeptem feſtivitates hic præſcriptas ſpiritualiter celebrare poſſumus*? ℟det *Hircus pro peccatis.*
Bechorius: Sabbatum celebramus, quando à malis operibus quieſcimus & ceſſamus. Neomeni-
am, id eſt, lunæ novitatem colimus, cùm noſtram converſationem in bonis moribus innova-
mus. Paſcha facimus, cùm de mundo ad Religionem, de Ægypto in Hieruſalem, de peccato ad
gratiam, de amaro ſæculo ad cœli amicitiam pertranſimus. Pentecoſten celebramus, cùm legem
Dei, ſcientiam & fidem accipimus, cùm primitias bonorum operum ipſi damus. Feſtum clan-
goris agimus, cùm DEum pura mente laudamus, & cùm de arietis immolatione, & Iſaac libe-
ratione, id eſt, de Chriſti paſſione & reſurrectione eidem gratias agimus. Feſtum Propitiationis
colimus, quando de venia impetrata per vaccæ rufæ combuſtionem, id eſt, Chriſti paſſionem

 gaude-

gaudemus. Festum verò tabernaculorum perficimus, quando nos esse in hoc mundo peregrinos & advenas cogitamus, & quando nos non habere hîc manentem civitatem cernimus, & ad futuram patriam mentaliter properamus.

Plura huc pertinentia, relata sunt Levitici c. 23.

CAPUT XXX.

Indulget DEus, vt pater votum filiæ, maritus vxoris irritare possit, dummodo illi contradicat statim, id est, primo die, quo illud resciuit.

Votum filiæ. QUæstio I. *Quid sentiendum de voto puellarum?* v. 4? ℟. Si filia votum fecit, poterat parens ejus illud irritare, si nimirum ea, qua rescivit, die contradixit; si verò sciens tacuit, tacendo approbâsse censebatur, ita vt filia illud adimplere esset obligata, ita quidem vt exinde etiam pater illud irritare non potuerit.

Vota vxorum. II. *Quid sentiendum de voto vxorum?* ℟. Eadem lex de votis filiarum data, etiam vxoribus datur, quarum maritis jus vota irritandi simile illi, quod datum fuit patribus, conceditur; si verò vxor (quod idem dixeris de filia) marito inscio votum fecit, ad hoc obligabatur quo ad usq; in mariti notitiam venerat. Liberatio à votis, limitanda est ad ea vota, quæ commodè impleri non possunt, quin parens vel maritus id resciat, v. g. jejunia, peregrinationes, & similes afflictiones corporales. Nam si quæ alia vovisset, quæ parente vel marito inscio, & absq; justa offensione ipsius exequi potest, v. g. orare ad breve tempus, levem eleemosynam dare &c. poterat ipsa etiam prohibente parente vel marito clàm votum implere, & vere etiam debebat.

Maritus debet prima die contradicere. III. *Quis est sensus verborum* v. 16. SIN AUTEM CONTRADIXERIT, POSTQUAM RESCIVIT, PORTABIT IPSE INIQUITATEM EIUS? ℟. Talem possunt habere sensum. Maritus debet primo die, quo rescit votum vxoris contradicere, si velit illud irritare: si tamen illo die taceat, & differat, itaq; tacitè consentiat, sed sequenti die consensum revocet & contradicat, vxor à voto excusatur, quia maritus illud irritat, peccat tamen maritus contra legem hanc, consensum suum revocans: vnde hujus voti non impleti culpam & pœnam portabit ipse, non vxor. Ita S. Aug. q. 56. Tostat. Lyran. Oleast. & alij, probantq; ex eo, quia si maritus primo die contradixisset, itaq; irritâsset votum vxoris, nulla iniquitas fuisset ipsi vel vxori portanda: vsus enim fuisset ipse ritè jure suo; ergo cum hîc dicatur, quòd contradicens portabit iniquitatem ejus, ita vt ipse peccet non vxor, quæ votum, cui ille contradicit, non servat, sequitur contradictionem ejus quidem esse validam, votumq; vxori irritare, sed tamen eam perperam ab eo fieri, quia scilicet fit contra legem secundo die, cùm primo die fieri debuisset, ideoq; dicitur ipse portaturus iniquitatem ejus. Leges hæ non sunt prorsus juris naturæ, sed divini positivi, & ceremoniales (saltem pro majore parte) legis veteris, atq; ita pro ea parte jam sunt abrogatæ, neq; obligant in nova lege.

CAPUT XXXI.

Jussu DEi exscinduntur stirpitus Madianitæ, solis virginibus vitâ donatis. Præda dividitur cum ijs quoq; qui remanserant in castris. Et sua etiam portio cedit Sacerdotibus & Levitis.

Bellum contra Madianitas. QUæstio I. *Quæ fuit causa belli contra Madianitas suscepti?* ℟. fuit duplex, altera ex jure gentium, quo hostiliter tractantur, qui hostiliter se gerunt, nam nullâ injuriâ affecti ab Hebræis, eos diris devovere voluerunt, & Dæmonum infestationibus male vexatos, disperdere. Altera jure divino. Pro summis enim hostibus habendi sunt, qui ad peccandum nos pertrahunt. Summis enim malis nos afficiunt, dum animas nostras occidunt, DEum nobis auferunt, beatitudinis jus nobis eripiunt, Dæmonis mancipia constituunt, & suppliciorum æternorum reos.

Iosue dux belli. II. *Quis fuit Dux belli in hac expeditione?* ℟. Misit quidem Moses 12. millia virorum cum Phinees filio Eleazari Sacerdotis, non tamen, vt imperatoris officio fungeretur, vt aliqui crediderunt, sed vt vasa sancta, & arcam imprimis, quæ deferebatur ad bellum, custodiret, & sacerdotibus tubis clangentibus præesset. Levitica enim tribus à militia immunis fuit, ideoq; non 13. sed 12. tantum millia missa sunt ad hanc expeditionem. Nec vlla apparet ratio, cur Josue, qui & jam antè Imperatorem egerat, & proximè à DEo electus erat in principem populi, dux in hoc exercitu non fuerit. Quoniam verò religiosa Cinæorum familia, ad quam Jethro & Hobal, alijq; cognati Mosis pertinebant, in Madianitide morabantur, credibile est eos inde à Mose evocatos, antequam illuc exercitum mitteret. Sicut & postea Saul oppressurus Amalecitas 1. Reg. 15. 6. Cinæos, qui apud eos habitabant, incolumes abire jussit.

Successus hujus belli. III. *Quis fuit successus belli cum Madianitis?* ℟. Paucis verbis eum descripsit Moses hic:

Cumq;

[..]imq; pugnassent contra Madianitas atq; vicissent, omnes mares occiderunt, & reges eorum [..]i, & Recem & Sur; patrem scilicet Chospi, quam sua impudentia morsq; turpissima medio [..]i flagitio memorabilem fecit, *& Hur & Hebe quinq; principes gentis.* Tam feliciter, autem [..]gnatum est ab Hebræis, vt ne vnus quidem ex ipsis desideratus fuerit, vt in reditu apud [..]osem professi sunt duces hîc v. 49.

IV. *Quid factum Balaamo?* ℞. Moses testatur hîc v. 8. eum cum illis optimatibus gla[..]o Israelitarum occubuisse, quamvis eum ad suos in Mesopotamiam revertisse constet. Pluri[..]i enim inde ad hanc pugnam abiere dies. Et fortè distulit Dominus pœnas de Madianitis [..]mere, donec ille adesset, qui omnium erat nocentissimus. Ille autem reversus est, siue vt no[..] quopiam artificio Hebræos affligeret, siue vt inde lucrum aliquod, quasi è nundinis repor[..]ret. Verùm miser alieno intentus malo, perniciem sibi imminentem non priùs vidit, quàm [..]am communi implicitus cladi expertus est. Credibilius quippe dixerim eum maleficijs qui[..]dam intentum, quàm in acie pugnantem cæsum esse. Id enim genus hominum ignavissi[..]um esse solet, mortisq; timidissimum. Cujus etiam illud non leve argumentum est, quod [..]de vsq; à Mesopotamia in Moabitidem sine gladio, quo asinam suam interficeret, venit. [..]go homo improbissimus, planeq; DEo judice reprobus, multis sceleribus depravatum caput, [..]malè agendi pertinacia, præcipitavit in tartarum. Ita Salianus. *Balaam occasus.*

V. *Quis fuit effectus hujus victoriæ?* Fuit captivitas aut cædes personarum, locorum va[..]tas, præda bonorum. De primo ait Moses, captivas mulieres, parvulosq; sexus utriusq; fu[..]e abductos. Nam mox iratus Moses reprehendit Duces, quòd mulieres, quæ Israelitis fuissent [..]ndalo, conservassent & addit v. 17. *Ergo cunctos interficite, quidquid est generis masculini, [..]am in parvulis: & mulieres quæ noverunt viros, jugulate, puellos autem & omnes fœminas [..]rgines reservate vobis,* in ancillas venales, aut etiam inferioris notæ conjuges. At quomodo [..]ares omnes interfecti, cum Jedeon post 185. annos contra infinitam Madianitarum multitu[..]dinem pugnarit? ℞. deo Moses vult dicere mares omnes, qui capti sunt, interfectos esse, ex quo [..]n sequitur, quòd non plurimi vel ante prælium, vel in ipso prælio fugâ sibi consuluerint, à [..]ibus postea, intra idem tempus instauratus est populus. Nisi placet internecionem hanc de [..]adianitis, qui erant accolæ Moabitarum, accipere, non de Madianitis incolis Arabiæ, prope [..]ontem Sinai habitantibus. *Effectus victoriæ.*

Quod attinet ad loca, affirmat Moses, tam vrbes, quàm viculos & castella flammis fuisse [..]onsumpta. Non enim erat illa provincia habitationi Israelitarum destinata; eoq; facto vo[..]it DEus ostendere, quantam pœnam illius incolæ suis sceleribus commeriti essent, sicut fa[..]ctum est in Sodomis ad totius posteritatis exemplum. Jam verò præda longè maxima fuit eaq; [..]opulus vniversus ditatus est. Nam præter supellectilem vniversam, quæ partim igne, partim [..]uis expiata est, capta sunt ovium 675000 boum 72. millia, asinorum 61000. puellarum 32000 [..]æ sunt omnino capita 840000.

CAPUT XXXII.

Tribubus Ruben & Gad & dimidiæ Manasse, quòd pecoribus abun[..]arent, terra Galaad in sortem hæreditariam conceditur, ea lege, vt cæ[..]tras tribus præeant armati.

QUæstio I. *Quis sensus verborum Mosis v. 7.* CUR SUBVERTITIS MENTES FILIORUM ISRAEL, NE TRANSIRE AUDEANT IN LOCUM, QUEM EIS DATURUS EST DOMINUS? ℞. Moses putabat Rubenitas & Gaditas velle manere in otio, reliquis tribubus onus bellorum subeuntibus, ideo eos dictis verbis reprehendit. Similes [..]os esse ait exploratoribus. Exploratores enim subverterunt cor populi verbis; hi autem si [..]rdanem non transirent ad bellum gerendum cum Chananæis, subvertebant exemplo. Etenim [..]emplum malum corda subvertit, & à virtute avertit, quod indicat ille Regis Assueri consul[..]t c. 1. Ester, loquens de exemplo Reginæ Vasthi, quæ vocata ad Regem venire contempsit: [..]redietur, inquit, sermo Reginæ ad omnes mulieres, vt contemnant viros suos & dicant: Rex [..]suerus jussit, vt regina Vasthi intraret ad eum, & illa noluit. Atq; hoc exemplo omnes Prin[..]cipum conjuges Persarum atq; Medorum parvi pendent imperia maritorum, hoc est, subvertet [..]c exemplum corda vxorum, & ab obedientia avertet. Deut. 20. jubet Dominus prælio appro[..]pinquante, duces domum remittere milites formidolosos, ne corda cæterorum subvertant exem[..]p suo. Loquentur (inquit Dominus) ad populum quis est homo formidolosus, & corde pa[..]vido, vadat & revertatur in domum suam, ne pavere faciat corda fratrum suorum, sicut ipse ti[..]more perterritus est. 2. Mach. 6. Eleazarus compellebatur porcinam carnem lege prohibitam [..]manducare; offerebant autem amici carnes alias, quibus ei per legem vesci licebat, suadebantq; [..] de carnibus sacrificij se manducare simularet. At senex inclytus mori maluit, quàm exemplo [..]o juvenum corda subvertere, & à lege avertere. Dan. 3. vocantur principes ad adorandam *Subversio mentis.* *Exemplum malum.*

ſtatuam auream, in quem locum S. Hieron. ita ſcribit:. Principes congregantur ad adorandam ſtatuam, vt per principes ſeducantur & gentes, ſeductis magiſtratibus, ſubditi populi majorum exemplo pereunt. Magiſtratus enim maximè, & principes malo exemplo ſubditorum corda ſubvertunt. Plutarchus in libro de diſputatione Philoſophorum: ferunt (inquit) ſi eryngium herbam vna quævis capra ſumpſerit in os, primùm ipſam ſiſti; deinde reliquum omnem gregem cum illa conſiſtere, donec accedens caprarius herbam eximat. Simile huic herbæ eſt exemplum malum. Si Princeps vel Magiſtratus illud aſſumat, ſiſtit, & ſubditos conſiſtere facit & averti à via DEi.

II. *Quis eſt ſenſus verborum* v. 21. OMNIS VIR BELLATOR ARMATUS JORDANEM TRANSEAT? ℟ *Omnis* ſcilicet à me, vel à Joſue deſignandus. Neq; enim poterant tot vrbes in quas Rubenitæ, Gaditæ, & Manaſſitæ parvulos, & vxores, & omnes ſuos theſauros intulerant, ſine neceſſario præſidio relinqui, neq; erat opus, tot millia Jordanem trajicere. Quin ex Joſue 4. patet, vix tertiam partem armatorum ex duabus his cum dimidia tribubus ſuperiori luſtro c. 26. recenſitorum Jordanem trajeciſſe. Reliqui ergo citra Jordanem remanſerunt partim præſidio ſuis futuri, partim vrbes exſtructuri, id eſt, ex parte dirutas vel collapſas inſtauraturi, & novis munimentis firmaturi.

CAPUT XXXIII.

Recenſentur 42. manſiones Iſraelitarum in deſerto.

Idola Ægypti deſtructa.

QUæſtio I. *Eſt ſenſus verborum* v. 4. NAM ET IN DIJS EORUM EXERCUERAT ULTIONEM? ℟ Magiſter hiſtoriæ ſcholaſticæ ſcribit in egreſſu Hebræorum terræ motu multa templa Ægypti cum idolis ſuis corruiſſe. S. Hieron. ep. 127. manſ. 1. Hebræos autumare teſtatur, quòd nocte, qua egreſſus eſt populus, omnia in Ægypto templa deſtructa ſint, ſiue motu terræ, ſiue ictu fulminum. Toſtat. ex opinione Hebræorum refert, illa nocte omnia idola Ægyptiorum ſubitò putrefacta, atq; incinerata eſſe, metallica verò reſoluta, & fuſa in terram, vt aurea, argentea, ærea, ſtannea; lapidea autem vſq; ad pulverem comminuta.

Chananæi occiſi.

II *Quid præcepit Dominus Iſraelitis* v. 52.? ℟. præcepit interficere omnes habitatores, quorum completæ erant iniquitates, verendum enim erat, ne idololatræ inficerent Hebræos, quæ etiam cauſa fuit inhibitionis conjugiorum inter eos Exod. 34. 12. Deut. 7. 2. Et iterum ne ſuperſtites Chananæi tandem in Hebræos inſurgerent, opugnarent, & inquietarent. Jubentur præterea demoliri *titulos* omnes in Deorum honorem erectos, *ſtatuas* certis eorumdem imaginibus expreſſas. *Excelſa*, id eſt, altaria ſeu aras, præſertim in montibus editis excitatas. Quòd autem hanc devaſtationem juſto titulo facere potuerint, cauſam reddit ipſe DEus: *Ego enim dedi vobis illam in poſſeſſionem*, q. d. Altiſſimo jure, ſupremus omnium rerum Dominus, jus terram illam poſſidendi vobis tribuo, & volo, hoſtes meos, idola, eorumq; cultores deleatis, & ſic terram illam munderis, quam illi ſuis peccatis contaminârunt.

Non vno impetu deleti.

III. *An gentes illæ vno impetu delendæ fuerint*? ℟ negatiuè. Tantùm enim juſſi ſunt Hebræi Exod. 23. 29 & Deut, 7 22. paulatim eas delere. Unde & Joſue non delevit niſi eas gentes, quæ occupabant interiora terræ ſanctæ: reliquas conſultò debellandas poſteris reliquit Joſue 23. Cùm verò poſteri id negligerent, imò datâ operâ nonnullas gentes delere nollent, factum quod hîc v. 55 prædicitur: *Sin nolueritis interficere habitatores terræ, erunt vobis quaſi clavi in oculis, & lanceæ in lateribus.* hoc eſt, erunt vobis valde infeſti, & continuis bellis, omnem vobis adiment quietem: non ſecus, ac ſi latus vel oculi ſtimulis configerentur. Hinc etiam plurimæ maximæq; calamitates ſubortæ, & bella ex bellis prognata. Quibus tamen ex altera parte hoc boni effectum, quòd Judæi hoc frœno continerentur in officio, vel deviantes hoc flagello punirentur Judic. 2. v. 20. ſaltem quòd otio ac deſidia non diffluxerint Judic. 3. v. 1. & 2.

CAPUT XXXIV.

Deſcribuntur quatuor termini terræ promiſſæ, & 12. principes deſignantur, qui terram iſtam Iſraelitis ſorte dividant.

Marè ſalſiſſimum.

QUæſtio I. *Quod eſt mare ſalſiſſimum* v. 3.? ℟. cum Tirino eſt mare mortuum, ſeu lacus Aſphaltites, ſeu Sodomorum. In Hebræo vocatur *mare ſalis*, quod cætera maria Judaica ſalſedine multùm ſuperet. Cauſæ tantæ ſalſedinis eſt ſulphur, bitumen & ſal, quæ in incendio Pentapoleos è cœlo deciderunt, & quorum regio illa ferax eſt. Soph. 2. v. 9. Plura de hoc mari vide Gen. 19. q. 6. Ab hoc mari ſeu lacu deſumebantur termini Orientales Judææ, quæ ad ſeptemtrionem habebat mare Cenereth, quòd à regione Cenneroth ei lacui adjacente 3. Reg. 15. v. 20. vel ab vrbe ejuſdem nominis vicina in tribu Nephtali ſic nominatur Joſue 19. v. 35. Sed in Evangelijs alia ſubinde habet nomina: vocatur enim ſtagnum

[lac]um Genesareth, mare Galilææ, mare Tiberiadis, à regione Genesareth & Galilææ, & vrbe [T]iberiade, eidem lacui adjacentibus.

II. *Quis est fons Daphnis* v. 11? ℞ cum Tirino. Non agitur hic de Daphne Siriæ Antiochena, seu de ambitioso Antiochiæ suburbano perennibus irriguo fontibus, omnium historicorum scriptis celebri, licet id putarit S. Hieron. in Ezech. 47. Nam illa Daphne procul est extra limites terræ sanctæ, intra quos tamen hæc nostra statuitur. Itaq; cum Josepho & Adrichomio [hi]c Daphnim esse illam, quæ sita est ad lacum Semechonitem (qui in tabulis Geographicis *qua Meron* dicitur, & à Jordane intersecatur) estq; ad instar alterius Daphnes Antiochenæ, [d]elitiosissimus locus, fontibus vbiq; irriguus, & lauris ac cupressis pulcherrimè consitus. *Fons Daphnis.*

III. *Quis est Ascensus Scorpionis?* ℞ est nomen proprium loci vel à multitudine scorpionum ibi degentium, vt vult Lyranus & Tostat. vel à præruptis, & sua curvitate formam scorpionum exprimentibus collibus & montibus, ita nominati. Ita Corn. Sa. & alij. *Scorpionis ascensus.*

IV. *Quis est torrens Ægypti?* ℞ Theodotion legit *Torrens Arabia*, quia est rivulus ex deserto fluens juxta Rhinocoruram in mare Mediterraneum delabitur, terramq; tribus Juda & [Si]meon à deserto, vaq; Ægypti disterminat, inquit Corn. *Torrens Ægypti*

V. *Quæ est Cenereth?* ℞ Hebræi legunt Cinneret, eratq; vrbs, quæ postea corruptè Genezreht, & à Tiberio Cæsare, Tiberias est dicta: juxta hanc vrbem erat lacus, qui mare & stagnum Cenereht aut Genezareth aut Thiberiadis dicitur; & à provincia in qua erat mare Galilææ, juxta hoc mare erat Nazareth, Capharnaum, Bethsaida & aliæ vrbes, quæ educatione, conversatione, & miraculis Christi fuerunt celebratæ. Ita Corn. *Cenereth vrbs.*

VI. *Quis est fluvius Jordanes & quæ ejus privilegia?* ℞ cum Corn. est famosissimus & [ter]minus terræ sanctæ. Oritur enim ad radices Libani, atq; ex confluxu duorum rivulorum, [sc]ilicet Jor & Dan, conflatur, indeq; dicitur Jordanes: juxta quem est planities viridissima, in [qu]a erat sepulchrum S. Job, alta pyramide insignitum. Jordanis, inquit Abul. q. 5. habet 7. [pr]ivilegia super alia flumina. primum quòd dividat terram sanctam à Moabitis, Arabibus, [al]jsq; gentibus. Secundum, quòd arca DEi cum Hebræis transeunte, fluenta ejus steterunt, in [e]jus rei monumentum, tulerunt Israelitæ 12. lapides de medio alveo Jordanis, eosq; in titulos [er]exerunt & collocarunt in Galgalis Josue 3. & 4. & 5. tertium quòd eum Elias & Elisæus siccis [pe]dibus transierunt, cùm raptus est Elias per turbinem in cœlum 4. Reg. 2. 8. Quartum cùm [in] eo Naaman Syrus à lepra mundatus est, cùm septies in eo lavaretur. 4. Reg. 5. Quintum [qu]òd in eo ferrum securis, ad mandatum Elizæi, supernatavit. 4. Reg. 6. Sextum, quòd in Jor[da]ne Christus baptizatus est, & tactu suæ mundissimæ carnis, vim regenerativam in baptismo, [o]mnibus aquis tribuit Matt. 3. Septimum, quòd ibi Joannes Baptista vidit cœlum apertum, & [au]divit vocem Patris, & vidit Spiritum descendentem, in specie columbæ super Christum Matt. 3. *Jordanes fluvius.*

CAPUT XXXV.

Jubet DEus Levitis dare 48. vrbes ad habitandum, cum suburbanis [a]d alenda eorum pecora atq; ex ijs sex pro asylo, homicidis designari. Ho[m]icidæ causa jubetur agitari, vt si fuerit voluntarius, occidatur; sin invo[lu]ntarius, in asylo maneat, vsq; ad mortem pontificis.

QUæstio I. *An Levitæ vrbium & suburbanorum habuerint Dominium?* ℞. Lyranus putat eos tantùm habuisse vsum fructum, quia Hebron data fuit sacerdotibus Josue 21, & tamen Dominus ejus fuit Caleb Josue 25 v. 32. Sed errat, quia Hebron cum suis suburbanis spectabat ad Sacerdotes, agri verò & vineæ, quæ erant in territorio Hebron, [s]pectabant ad Caleb. Quòd autem Levitæ veri fuerint Domini, patet ex eo, *1mò* quia vrbes di[ci]tur eorum possessio sempiterna, *2dò* quia vendere & redimere poterant, *3tiò* quia tempore [Ju]bilæi venditæ ad eos redibant. *Levitæ Domini vrbiū*

II. *Cur Levitis non est data sors & hæreditas in Chanaan?* ℞ Rationem dat Dominus Num. [1]8. v. 20. *Ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Israel.* Erant Levitæ à reliquis Israelitis [se]parati, & divino servitio mancipati, ideo dum alij terrenas possessiones secum dividunt, ea[ru]m loco DEus se ipsis tribuit, omni agro, vinea aut prato fertilior; quia enim DEo decimæ, [pri]mitiæ aliæq; victimæ offerebantur, de illis Levitæ, & sacerdotes participabant, velut ejus [fa]muli, imò filij & commensales: & quia oblationes, quæ DEo fiebant, erant valde frequentes [&] pingues, lautiorem mensam habebant Levitæ, quàm reliqui Israelitæ. *Levitis non est data sors in Chanaan.*

III. *Cur DEus Sacerdotibus & Levitis vrbes 48. inhabitandas dari præcepit, cùm tamen [tri]bus Levi pene omnium numero esset minima, & tamen duplo vel triplo plures vrbes ipsi quàm [c]æteris longè numerosioribus tribubus traduntur.* ℞det Tostat. hic. q. 9. quia alijs Tribubus [lic]et pauciores obvenerint vrbes, acceperunt tamen insuper plurimos pagos, vicos, & spatio[sa]m terram, cùm Levitæ solis vrbibus & suburbanis ad mille solùm passus extensis contenti [es]se debebant. Tirinus in hac Dei ordinatione, providentiam simul & clementiam ejus notat. *Levitis datæ 48. vrbes.*

Nam

Nam Gen. 49. in pœnam eversæ Sichem Patriarcha Jacob irrogârat filio suo Levi pœnam dispersionis inter fratres suos. Sed DEus ob merita posterorum, & præsertim Mosis, Aaronis & Phinees hanc ipsam pœnam convertit in laudem, & præmium, effecitq; vt qui dispergendi erant per omnes tribus, honorifico Sacerdotij & ministerij titulo dispergerentur, neq; probro id illis esset, sed summo honori.

Urbes refugij.

IV. *Quid circa vrbes refugij observandum?* ℞. *1mò* Non omnes Levitarum vrbes numero 48. habuisse jus azyli, sed solùm 6. illarum, quæ æquali spatio à se mutuò distabant, ne nimis conjunctæ vel disjunctæ essent, vtq; ex omni parte commoditas esset, ad vnam aliquam istarum confugiendi, cùm necessitas premeret. *2dò* Ob nullum crimen siue voluntarium siue involuntarium jus refugij datum fuisse Judæis, præterquam ob homicidium casu patratum. Putat tamen Tirinus id etiam locum habuisse, cùm quis studio, sed vim vi repellendo, & cum moderamine inculpatæ tutelæ, alterum occidisset, sed id publicè necdum constaret: tunc enim ad azylum confugiendum erat, donec judicum sententijs de inculpata defensione constaret. Ita Serarius. *3tiò* ob Iudæorum duritiem permisisse DEum hic. v: 19. omnibus occisi cognatis, impunè quo ad forum tam externum quàm internum occidere percursorem sui cognati extra azylum deprehensum etiam ante omnem judicis sententiam: post sententiam verò etiam coactos fuisse occidere, si judicatum esset homicidium studiô & injustè patratum fuisse. Quin etsi judicatum esset, involuntarium & innoxium fuisse homicidium, si tamen extra locum azyli deprehenderetur homicida, potuit à cognato occisi occidi, eò quòd prætergressus legem divinam de remanendo in azylo, jam innocens esse desineret. Hoc etiam certum, nullo casu licuisse cognatis prece vel pretio transigere v. 31 cum homicida, etiam innocente, vt impune ex vrbe azyli excedere, & ad propria redire posset, idq; ad majorem homicidij horrorem omnibus incutiendum, cùm viderent, nolle DEum, ne quidem homicidio involuntario perfectam securitatem præstari, saltem ante mortem summi Pontificis.

Ad azylum confugientis causa vbi agitari debuit.

V. *Ubi causa confugientis ad asylum ventilari & judicari debuit?* ℞. In porta civitatis, non refugij, vt volunt aliqui: sed vrbis, in qua cædes patrata fuerat, vbi ad manum erant testes, & indicia criminis vel innocentiæ. Ita Rabbini, Lyran. Abul. Cajet. Tirinus. Judicari, inquam, debebat à judicibus ejus vrbis, *sed in conspectu multitudinis*, seu propalam & publicè: sic enim solebant olim judicia in portis vrbium exerceri. Huc ergo è loco azyli fidâ septus custodiâ reus deducebatur: & innocens judicatus, ad idem azylum eadem securitate reducebatur. Sin noxius judicaretur, tradebatur propinquis occisi, qui statim illum occidere, & latam in eum à judicibus sententiam exequi cogebantur, neq; poterant vitam homicidæ donare. v. 19. 21. 31. & Deut. 19 v. 12.

VI. *Quæ fuit causa, propter quam homicida, licet innocens deprehensus & declaratus tamen usq; ad mortem summi Pontificis in urbe azyli, manere debuit. quo sublato ad propria meabat?* ℞det Tirinus, vt significaretur, non nisi Christi morte peccatori perfectam libertatem obventuram, reditumq; in patriam seu cœlum concessum iri, interea in urbe azyli, hoc est, in Ecclesia, sacerdotum tutelæ committi debere. Quæ enim figuræ tantùm sunt seu signa rei futuræ, vix aliam literalem causam habent, quàm quæ ex analogia, & ordine ad rem figuratam desumitur.

Tabernaculum fuit locus azyli.

VII. *Fuitne etiam templum & tabernaculum locus azyli?* ℞. fuit, sed ijs solùm, qui jam à cæde commissa expiati essent. Sed sicut qui homicidium certò & scienter patrâsset, poterat vi ex urbibus refugij extrahi, vel in eis occidi: ita etiam potuit fieri in templo Exod. 21. v. 14. & reipsa factum fuit Joabo 3. Reg. 2. ob geminum homicidium deditâ operâ antè admissum.

Discrimen inter azyla veteris & novæ legis.

VIII. *Quæ sunt differentiæ inter azylum veteris & novæ legis?* ℞. *1ma* quia Christianis plura sunt azyla quàm Judæis, hi enim solùm 6. urbes & tabernaculum habebant, Christianis autem omnes Ecclesiæ, cœmeteria & domus religiosæ sunt asyla. *2da* soli homicidæ involuntarij jure azyli gaudebant apud Hebræos, apud Christianos verò omnis generis rei tutò ad azyla confugiunt, exceptis quibusdam enormibus sceleribus. Nam c. inter alia, tit. de immunitate Ecclesiastica, asylum negatur nocturnis agrorum depopulatoribus, publicis latronibus, viarumq; obsessoribus. Item Virginum raptores, proditores, sacrilegi, blasphemi, hæretici, apostatæ, Judæi, quotquot in ipsis asylis delinquunt, non habent jus asyli, vt docet Covarruvias & alij. Vide Suarium tract. de immunitate Ecclesiastica c. 9. & 10. Greg. tamen XIV. in bulla edita Antverpiæ cum Synodo Antverpiensi hæc omnia, nova constitutione redegit ad vnam tantùm formam, qua jus asyli negat laicis publicis latronibus, viarum grassatoribus, depopulatoribus agrorum, qui homicidia aut mutilationes committunt in Ecclesia, vel cœmeterio, ijs qui proximum proditoriè occidunt, hæreticis & reis læsæ majestatis. *3tia*: Judices Hebræi ex vrbibus refugij delinquentes ad judicium extrahere, & noxios ad mortem condemnare poterant, non sic judices Christiani. *4ta*; Judæis asyla jure divino, Christianis autem humano concessa sunt.

CAPUT

CAPUT XXXVI.

Occasione filiarum Salphaad (de quibus c. 27.) lex fertur, vt quæcunq; filiæ hæreditatem paternam adeunt, nubant contribulibus suis.

Filiæ hæredes in sua tribu nubere debent.

QUæstio I. *Cur filiæ hæredes debebant in sua tribu nubere?* R. Quia licet filius aliquis surrogandus esset avo materno defuncto, qui in nomen & hæreditatem ejus succederet, vocareturq; v. g. filius Salphaad; tamen quia hic filius patrem & fratres habebat ex alia tribu, hinc facile orta fuisset confusio, & permixtio nominum, vt non vocaretur filius vel nepos Salphaad, sed patris sui. Unde per longitudinem temporis in jubilæo, cùm de hæreditate revocanda, si ea aliena fuisset, agendum erat, facile orta fuisset confusio & error, vt scilicet hæreditas Salphaad ad generos, eorumq; cognatos & tribum transiret. Rursùm, facile fieri potuisset, vt obliteratâ maternæ successionis memoriâ; patris tribu, & nomine, absolutè ea hæreditas censeretur: hac de causa ne id fiat, sanxit DEus, vt hæ filiæ extra tribum suam non nubant, sed maritos accipiant suæ tribus.

Non debebant vxores duci ex eadem tribu.

II: *An lex sit universalis* v. 7. OMNES VIRI DUCENT UXORES DE TRIBU & COGNATIONE SUA, & CUNCTÆ FOEMINÆ DE EADEM TRIBU MARITOS ACCIPIENT. R. negatiuè. Nam constat permissu divino & varijs Sanctorum virorum exemplis licuisse Judæis & ex aliena tribu & ex aliena gente vxores ducere. Ita permittitur expressè Deut. 21. v. 12. Et David vxorem accepit filiam Saul è tribu Benjamin. Jojada sanctus Pontifex filiam regis Joram de tribu Iuda, Salmon Rahab Chanaanitidem: Booz Ruth Moabitidem: David Maachan filiam Regis Gessur: Salomon filiam Pharaonis, & alij alias. Ergo præceptum, quod hîc datur, particulare est, & eos solos concernit, de quibus quæstio mota fuerat, putà ratione quorum hæreditas devolvenda esset ad alienam tribum, vel saltem ad alienam familiam: nam & hoc caveri voluit DEus. Quare reciprocam hic imponit eo casu obligationem: sicut enim puellæ, ad quam devolvebatur hæreditas, jubet suæ tribus & familiæ maritum accipere; ita jubet quoq; viro, qui tali puellæ erat cognatione proximus, eamdem in vxorem, vnà cum hæreditate accipere, nisi fortè jure suo cedere vellet, & alteri ejusdem familiæ illam ambienti transcribere, vt factum vidimus Ruth 4. Constat id ex scopo & fine legis, qui (vt subditur) erat, *vt hæreditas quæq; permaneat in* sua *familia*. Ergo vbi periculum non erat transferendæ aliò hæreditatis, locum ea lex non habebat, ita Tirinus ex alijs. Hinc patet, quomodo Elisabeth Luc. 1. Licet esset de tribu Juda, maritum habere potuerit Zachariam sacerdotem de tribu Levi. Notat hic Tirinus puellas Hebræas, quandocunq; vel ob morbum vel ob imbecillitatem fratrum, aliorumq; propinquorum spem habebant futuræ successionis, ne hæreditate frustrarentur, vel illi renuntiasse censerentur, solitas suæ tribus & familiæ viris nubere: nam quo casu nupsissent alienis, etsi postea, sublatis fratribus & propinquis, fortè devolveretur ad ipsas hæreditas, non succedebant tamen in hæreditate, quia matrimonio suo cum extraneis censebantur juri suo successionis renuntiasse: & tunc hæreditas illa ad alios propinquos ejusdem tribus & familiæ transibit, perinde ac si nullæ tales puellæ superfuissent.



QUÆ-

QUÆSTIONES EXEGETICÆ IN LIBRUM DEUTERONOMII.

QUintus hic liber Mosis hebraicê à verbis libri initialibus inscribitur: Ell[e] Haddebarim, id est, hæc sunt verba. Græcè vocatur Deuteronomium, id es[t] secunda vel secundò iterata lex. Non quòd sit diuersa lex ab ea, quæ contin[e]tur in tribus libris prioribus, Exodi, Levitici & Numerorum, sed quòd ibi fusè dict[a] hic breviter in vnum colliguntur, additis etiam nonnullis quæ ibi prætermissa sun[t]. Cujus repetitionis triplicem causam aßignat Glossa, 1ma vt lex arctiùs memori[æ] commendetur, & ideo septimo quoq; anno in festo tabernaculorum, totum hoc Deu[]teronomium toto populo audiente prælegi jubetur c. 31. v. 10, item jubentur novi re[]ges seu principes Hebræi, mox vt inaugurati essent, Deuteronomium sibi describer[e] & quotidie aliquid ex eo lectitare c. 17. v. 18, item jubetur totum lapidibus se[u] lapideis tabulis inscribi c. 27. v. 3, & Josue de facto inscripsit Josue c. 8. v. 32, nem[]pe ad æternam memoriam, & ne legum ignorantia posset vllo vnquam casu præ[]tendi. 2da ut vtilitas neceßitasq; prædictorum inculcetur. 3tia ut duritia Judæ[]orum condemnetur, qui toties dicta neglexerunt. 4tam addit Corn. à Lap. e[x] Lyrano quia senes Judæi, qui ex Ægypto egreßi erant, & primam legem in mont[e] Sinai audierant, jam mortui fuerant ob murmur exploratorum, ut habetur Num. 14 illi autem, qui nunc præsentes erant, priorem legem promulgari non audierant, und[e] per hanc iteratam promulgationem DEus novum fœdus cum Hebræis inijt, ut dici[]tur hic c. 29. v. 1.

De Authore hujus libri dubitârunt aliqui, sed certum est, esse Mosem, ut pate[t] ex c. 31. v. 9. ubi dicitur: Scripsit Moses legem hanc, & tradidit eam sacerdo[]tibus filijs Levi & infra v. 24: postquam ergo scripsit Moses verba legis hu[]jus. Nec obest, quòd c. 1. dicatur hæc sunt verba, quæ locutus est Moses, vnde aliqu[i] inferunt ea non esse scripta à Mose. Nam licet ea primò per modum exhortationi[s] ad populum dixerit, postea tamen eadem verba pro memoria in futurum, etiam script[a] reliquit. Excipitur tamen caput vltimum, ubi de morte Mosis & sepultura agitur, quod vel Esdras, vel Josue successor ejus scripsiße putatur. Nam quòd Philo in Vita Mosis, & Josephus l. 4. Antiq. c. ult. tradunt, scilicet etiam hoc vltimum caput ab ipso Mose spiritu prophetico esse conscriptum, communiter rejicitur. Caput autem vltimum credibilius est ab Esdra quàm à Josue scriptum esse, quia verba illa v. 6. Non cognovit homo sepulchrum ejus in præsentem diem, indicant majorem quamdam temporis distantiam, quàm quæ fuit inter Mosem, & Josue immediatum ejus successorem. Præterea ibi additur laus Josue quòd fuerit repletus spiritu sapientiæ v. 9, hanc autem sibi ipsi Josue scripsisse, vix mihi persuadeo.

Cæterum instituti nostri non erit, singulos hujus libri apices aut etiam versus explicare (cùm jam pleraq; libris præcedentibus sint expedita) sed locis duntaxat præcipuis & obscurioribus, quantum sat fore videbitur, ponderatis, ad decalogum & magnum Charitatis præceptum, quæ duo in hoc libro principem locum obtinent, vberiùs enucleandum properabimus, memores illius, quod Cajetani Scholiastes Antonius Fonseca ait: Itaq; si propriè ad nostrum vsum librum hunc velis appellare, rectè appellaveris explanationem decalogi copiosissimam & elegantissimam, ac Enchiridion & compendium totius philosophiæ cœlestis.

CAPUT I.

*Moses incipit relegere iter, casus & gesta 40. annorum, quibus va-
i sunt per desertum. imò recenset acta in Sinai, & in Cadesbarne,
ob perfidiam exploratorum, seniores omnes ad mortem, juniores ad
egrinationem 40. annorum à DEo damnati sunt.*



Uæstio I. *Quis est sensus verborum* v. 1. HÆC SUNT VERBA, QUÆ LOCUTUS EST MOSES AD OMNEM ISRAEL? ℞ Tostat. Carthus. Corn. volunt hæc loquentem Mosem ab omnibus Hebræis, quorum facile tres milliones erant, auditum esse, eò quòd DEus voci Mosis vim quamdam sonoram dederit, vt ad omnes pertigerit, sicut S. Antonius, S. Vincentius Ferrerius, S. Franciscus Xaverius, & alij prædicantes DEi verbum ad plures leucas à multis hominum millibus intelligibiliter auditi sunt. Sed hoc displicet Lorino, cùm nihil magnopere suadeat, nullaq; ad hoc necessitas appareat, sed dum locutus hic aut alibi Moses scribitur ad omnem Is- intelligi potest vel secundùm Lyran. quòd locutus fuerit ad capitaneos & principes po- in quibus quodammodo tota multitudo populi continebatur, vel secundùm Cajet. quòd id fecerit immediatè per seipsum, sed per viros primarios capitaq; tribuum, quibus priùs lo- s fuerat, populoq; referenda mandaverat, vel quòd ad omnes direxerit sermonem, quot- interesse, & audire potuerunt. Exemplum familiare est in edictis principum, quæ per subnatos magistratus cæteris innotescunt. *Moses quomodo locutus ad omnem Israel.*

II. *Quomodo Moses 11. diebus de Horeb per viam montis Seir vsq; ad Cadesbarne locutus populo?* ℞ Non ita accipiendum est, quasi Moses 11. diebus proficiscendo hæc verba locu- it, non enim est intelligibile, quomodo per viam continuò ambulando tantæ multitudini i potuerit; sed hoc modo loquendi designatur locus, in quo Moses Deuteronomium pro- gavit scilicet campestria Moab, quæ de Horeb seu Sinai distant 11 diebus, eundo per viam tis Seir & per Cadesbarne. Nam à Sina vsq; ad Cadesbarne sunt Leucæ 17. singulæ vnius e; à Cadesbarne verò vsq; ad campestria Moab sunt Leucæ 34. sicq; in vniversum Leucæ nde si quovis die conficiantur semi quinq; Leucæ, 11 diebus venietur à Sina vsq; ad campe- Moab. Nec possunt dici Israelitæ spatio 11. tantùm dierum hoc iter confecisse, siquidem n. 11. minimùm mense integro in sepulchris concupiscentiæ constiterunt, postea diebus 7. aseroth, post quos tandem ventum est in Cadesbarne. Unde dici debet hic rationem habe- ntùm dierum, quos in itinere posuerunt, non eorum quibus in stationibus constiterunt. *Moses quomodo locutus per 11. dies.*

III. *Quomodo dicere potuit* v. 7. REVERTIMINI ET VENITE AD MONTEM AMORRHÆORUM, *cùm filij Israel numquam ibi fuerint?* ℞det Cajet. licet filij Israel, quibus ista minus locutus est, non fuerint antè in terra promissionis, in proprijs personis, tamen patres m demorati sunt in ea, atq; ex illa descenderunt in Ægyptum: sicq; propter vnitatem con- uinitatis ac parentelæ filij dicuntur illuc reverti, quia quod patribus convenit, adscribitur & contra

IV. *Quomodo hic* v. 7. *dicitur Euphrates limes Palæstinæ, cùm constet Hebræos numquam alomonis quidem tempore habitationem suam vsq; ad Euphratem extendisse?* ℞det S. Aug. æst. in Josue c. 21. Duplicem fuisse terram Hebræis promissam. Una fuit quasi hæredita- quamq; vt propriam inhabitarunt: hæc strictioribus terminis finiebatur, *à Dan vsq; Bersabee & ab introitu Emath, vsq; ad rivum Ægypti.* Altera vltra hos fines protendebatur vsq; ad hratem, sed erat tantùm tributaria seu vectigalis Hebræis sub Davide & Salomone, qui eò dominabantur 2. Reg 8. 3. Vel etiam dici posset hanc quoq; terram vsq; ad Euphratem ræis quasi hæreditariam & propriam fuisse à DEo promissam, sed sub conditione, si in fide ltu DEi constantes permanerent, vt expressè cavit DEus hîc c. 19 v. 8 & 9. Quod quia non runt, mirum non est, promissionem etiam hanc completam reipsa non fuisse, quin potiùs am frequentem in idololatriam relapsum, vix vnquam augustiores illos fines integros ple- possedisse. *Euphrates quomodo limes Palæstinæ.*

CAPUT II.

Transitus Israelitarum per extremos fines Idumææ, Moabitidis & mmonitidis, incolis earum intactis. Bellum & victoria de Sehon rege norrhæorum.

QUæstio I. *Quid per montem Seir intelligitur?* ℞ Idumæa, quæ montosa & alta est. Porrò Idumæorum Pater erat Esau, qui & Edom, id est, ruffus, & Seir, id est, pilosus dictus est. Hanc Idumæam longo tempore circuierunt Israelitæ, quia Idumæi eis trans- *Seir mons.*

situm

ſitum negarunt. Num. 20. v. 21. quem tranſitum per extremas oras & fines Idumæi prohib non ſunt auſi, quia DEus ipſis timorem ingeſſit. ita Toſtat.

Gigantes inhabitarunt Palæſtinam.

II. *Cur Moſes v. 10. Narrat Gigantes primitus inhabitaſſe Palæſtinam & ab Amorrhæis, abitis, Ammonitis & Cappadocibus vi expulſos eſſe?* ℟. Ut fiduciam faciat Iſraelitis, occupan DEo duce, Palæſtinæ. Nam ſi tam proceri, tam validi Gigantes potuerunt armis & vi hu na ſuperari, quid erit impervium, aut impoſſibile militantibus DEo, & fultis ope divina?

Cappadoces qui?

III. *Quinam ſunt hi Cappadoces v. 23. à quibus Heuæi expulſi ſunt?* ℟. non eſſe eos qui Aſia minore in continente ad Pontum Euxinum degunt, nam hi teſte Joſepho l. 1. Antiq. c. oriundi ſunt à Japhet, illi autem de quibus hic Moſes loquitur, procreati ſunt à Meſraim fi Cham, à cujus filijs egreſſi Philiſthiim. Vero ſimilius itaq; eſt hos Cappadoces non fuiſſe G cos, ſed Philiſthæos in Palæſtina. Loca autem quæ in Palæſtina occuparunt, eſſe quinq; illas P liſthinorum Satrapias, quorum nomina ſunt Accaron, Geth, Azôtus, Aſcalon & Gaza.

Induratio ſpiritûs Sebon.

IV. *Quomodo dicitur DEus v. 30. induraſſe Spiritum Sebon?* ℟. non directè id volen & intendendo, multò minùs impellendo vel cogendo, vt Calvinus, alijq; hæretici blaſphema ſed ſolùm indirectè & per accidens, nempe non conferendo illi gratiam emollientem, ex tera autem parte injiciendo formidinem, ac metum Judæorum. Timebat enim Sehon Rex ſebon, ne Judæi ſub ſpecie tranſitûs, doloſè ejus regnum occuparent, & ideo eis tranſitum gavit. Hæc indirecta obduratio non incongruè exprimitur ſimilitudine ſolis indurantis lutu id enim ſol non facit poſitiuè, quaſi efficiendo duritiem ſed tantùm exſugendo humorem, temperabat & molliebat lutum. Sic & DEus, inquit, S. Aug. indurat cor ſubtrahendo grati non impellendo ad malitiam, gratiam inquam efficacem, nam ſufficientem (qua ſi velle poſſent etiam graviſſimi peccatores converti) eis ſemper in hac vita reliquit. Vide de obduratione, dicta in c. 7. Exod. v. 3.

CAPUT III.

Victoria de Og rege Baſanitidis, cujus, vt & regis Sehon ditio, ceſ tribubus Ruben & Gad, & dimidiæ Manaſſe. Orat DEum Moſe vt ſibi quoq; detur ingredi in terram promiſſam, ſed DEus illi id nega jubetq; de hac re ſilere.

Victoria de Og.

QUæſtio I. *Quare Moſes non petiuit verbis pacificis tranſitum à Rege Og, ſicut petiera Sehon?* ℟. quia Og non exſpectauit, donec Moſes terræ ejus appropinquaret, & i de nuntios mitteret, ſed præoccupavit tempus mouendo bellum injuſtum contra Iſ elitas.

Og ſolus de ſtirpe gigantum.

II. *Quomodo v. 11. dicitur Og ſolus remanſiſſe de ſtirpe Gigantum?* ℟. Hebraicè habetur ſtirpe Raphaim ſiue Heuæorum, de quibus c. præced. v. 10. Negatur itaq; hic ſolùm de hac v & particulari ſtirpe quemquam ſupereſſe (qui tempore Abrahami totam illam regionem cupârunt Gen. 14.) Nam plures alios Gigantes alibi adhuc exſtitiſſe patet ex Num. c. v. 34. item ex 1. Paral. c. 20. v 6. Imò etiam de hac ipſa ſtirpe Raphaim alibi poterant ſup eſſe nonnulli, ſed extra terminos Baſan: in qua ſola regione hîc dicitur nullos ex ea ſtir ſuperfuiſſe.

Lectus ferreus Regis Og.

III. *Quid ſentiendum de lecto ferreo regis Og novem cubitos habentes longitudinis & latitudinis v. 11.?* ℟. Judæi tradunt, hunc lectum fuiſſe duntaxat cunas adhuc parvuli Og, Ra bi Salomon autem dicit, non fuiſſe quidem cunas, ſed propriè lectum, ſeu ſtratum viri: verù addit cubitos 9. & 4, non eſſe metiendos ſecundùm communem menſuram vulgarium cubit rum, ſed ſecundùm manum ipſius Og, quæ erat enormiter magna, ex quo ſequeretur, vt ait L ran. quòd prædictus lectus magnam aliquam civitatem occupare potuiſſet, quod non eſt cre bile. Congruentius itaq; dici debet, cubitum hîc accipi communem & uſualem, qui contin pedem & dimidium, vel ad ſummum duos pedes.

IV. *Quid Og ex Hebræo ſignificat?* ℟. ſignificat idem quod congregans ſeu acervan vnde ſenſu morali typus eſt peccatoris congregantis iniquitatem, de quo pſ. 40: *Cor ejus co gregauit iniquitatem ſibi.* Nam, vt inquit S. Greg. Peccatum, quod pœnitentiâ non diluitu mox ſuo pondere ad aliud trahit. Abulenſis lectum hunc ſenſu morali etiam trahit ad pecc tores, qui lectus habet 9 cubitos longitudinis & 4. latitudinis. Exemplum dat in peccato ca nis, cujus imus longitudinis eſt in eſcis, 2dus in poculis, nam vt ait S. Hieron. Venter me æſtuans deſpumat in libidinem, 3tius in ſpectaculis. Nam vt ait Jerem. thren. 3. Oculus me deprædatus eſt animam meam. & Poëta:

Spectatum veniunt, veniunt ſpectentur ut ipſæ
Iſte locus caſti damna pudoris habet.

4tus in Cantilenis diſſolutis. 5tus in ſuavitate aromatum. 6tus in munuſculis. 7mus in molli tie lectorum, 8vus in applauſu malorum ſociorum. 9nus in turpi vſu mulierum. Latitudinis ve rò primi

þ primus cubitus est delectatio, 2dus consensus. 3tius operatio, 4tus consuetudo, quæ tandem icit incorrigibilitatem & obstinationem, quæ dici potest lectus ferreus.

CAPUT IV.

Moses amplificat beneficium datæ legis in Sinai. Designat tres vrbes efugij trans Jordanem pro homicidis casualibus.

Traditiones

QUæstio I. *An ex verbis* v. 2. NON ADDETIS AD VERBUM, QUOD VOBIS LOQUOR, NEC AUFERETIS EX EO, *rectè inferunt hæretici non esse admittendas vllas traditiones, neq; leges & cæremonias Ecclesiasticas?* ℞. Ineptè. Coacervant quidem varios textus S. Scripturæ ad errorem suum confirmandum, vti ex c. 12. hujus libri v. ult. la verba: *quæ præcipio tibi, hoc tantùm facito Domino, nec addas quidquam, nec minuas.* Item : Matt. 15. v. 6 Ubi Christus Pharisæos arguens ait: *irritum fecistis mandatum DEi propter aditionem vestram.* Item ex ep. ad Gal. c. 1. v. 8: Ubi Paulus inquit, *Licet nos, aut Angelus de elo euangelizet vobis, præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit.* Verùm grauiter llucinantur. DEus enim hîc per Mosen non vetat omne additamentum, alioquin omnes proetarum & Apostolorum libri vetiti essent, cùm in illis multa dogmata & præcepta addantur gmatis & præceptis Mosis, & profectò ipsi Iudæi numquam hunc locum ita acceperunt, vt tarent sibi à Mose inhibitum esse, ne novas leges, si reip. vtiles aut necessariæ forent, adittere possent, quin imò constat, eos plurimas novas leges pro ratione temporis de novo intuisse, & religiosè observasse, vt patet *1mo* exemplo Saulis, qui 1. Reg. 14. v. 24. hanc legem lit: *maledictus vir, qui comederit panem usq; ad vesperam*, & paulò pòst: *non manducavit unirsus populus panem.* Ubi quæso hoc est præceptum in libris Mosi. Patet *2do*, exemplo Dadis 1. Reg. 30. v. 24. & 25. Salomonis & aliorum Regum, qui varias leges de novo condident. Patet 3tio exemplo Mardochæi qui Esther 9. v. 17. festum sortium, exemplo Iudith, quæ ult. v. 24. festum victoriæ, item exemplo Machabæorum, qui 1. Machab. 4. v. 59. festum encæorum instituerunt, de quibus nihil habetur in libris Mosis. Clarum ergo & certum est, hæc rba Mosis cum limitatione accipienda esse, scilicet, quòd nihil addendum sit contrarium, regnans vel adulterans ea, quæ hic proponuntur. Quod præter dicta patet ex scopo Mosis, quem c intendit, & ex circumstantijs, in quibus hæc loquebatur. Nam cùm Hebræi valde proclis essent ad idololatriam & ritus gentilium, v. g. vt asinum Beel-phogor seu Priapo immolant, canem Hecatæ, porcam Cereri, proles vivas Moloch cremarent, ideo Moses hîc severè tat quidquam tale attentare, etiamsi id facere vellent in honorem veri DEi, sed jubet, vt ea lùm animalia offerant, quæ in lege præscripta sunt, neq; vllum novum ritum inducant, qui c præscriptis repugnet aut noceat. Atqui leges civiles & Ecclesiasticæ, uti & receptæ traditines, non tantùm non repugnant legibus Mosi, sed etiam in ijs sunt inclusæ. Nam c. 17. hus libri v. 10. jubet sub pœna mortis obedire decreto Sacerdotum: *Facies*, inquit, *quodcunq; dixint, qui præsunt loco, quem elegerit Dominus & docuerint te.* Atq; hinc patet responsio ad nfirmationem. Nam sensus primi loci est, ea tantùm animalia offeres, ijsq; cæremonijs vte, quæ ego præcipio, non autem quæ apud gentiles in vsu sunt. Lege tres versus præcedentes, manifestè videbis, DEum & Mosen nihil aliud velle, quàm hoc. In 2do loco Matt. 15. Chris arguit Pharisæos, quòd servent traditiones contrarias legi DEi, quales nequaquam sunt noæ. Ad tertium ℞ deo, cum S. Amb. Hieron. & alijs Apostolum per ly præterquam intellige idem, quod *contra*, unde non prohibet qualiacunq; nova dogmata & præcepta, sed solùm ntraria jam traditis. Patet id *1mo*. tum quia ipse Paulus postea adhuc multa alia docuit, tum ia post hanc epistolam S. Joannes totum suum euangelium & Apocalypsim conscripsit, in qua urima sunt præter ea, quæ S. Paulus euangelizaverat Galatis. Patet *2do* ex scopo Apostoli, em ibi intendit, agit enim contra eos, qui docebant servanda esse legalia, cùm ipse docuisset n esse servanda. Confirmatur hæc explicatio ex alio loco, ubi S. Paulus ly *præter* hoc sensu cipit. Nam Rom. 16. v. 17. ait: *rogo vos, ut observetis eos, qui dissensiones & offendicula, prær doctrinam, quam vos didicistis, faciunt.* Ubi adeo clarum est, ly *præter* significare *contra*, ipse Erasmus hæreticus verterit *contra*.

Deus adfuit Israelitis.

II. *Quis sensus verborum* v. 7. NON EST ALIA NATIO TAM GRANDIS, QUÆ HABET DEOS APPROPINQUANTES SIBI, SICUT DEUS NOSTER ADEST &c. ℞. Non est vlla ens tam inclyta, eximia, præcellens sapientiâ, tantæq; dignitatis, bonarum legum, statutorum, ptimiq; regiminis formâ & constitutionibus ordinata, à clarissimis patriarchis prognata, quæq; c habeat Deos appropinquantes, subvenientes & protegentes, sicut DEus noster ad obsecratioes adest & succurrit nobis. Idola enim suis cultoribus subvenire, tueri & eorum preces exauire facereq; satis non possunt. Ast DEus verus per Angelum suum in tabernaculo, & sic in meio Israelitarum habitare dignatur, cum Mose & Pontifice conversatur familiariter, omnia dula resolvit, in columna nubis itinerantes præit, dirigit, protegit, hostes eorum potenter proernit, & in omni periculo subvenit, preces exaudit, cœli manna nutrit. Dæmones quidem in

idolis gentium aliquando dabant responsa, ea tamen erant & rara, obscura & ambigua, con[se]quenter deceptiua, quale erat illud apud Ennium: Ajo te Æacide Romanos vincere posse, [ut] quod deceptus Pyrrhus pugnavit contra Romanos & victus fuit. Nam ly *vincere posse* pot[erat] referri vel ad Pyrrhum, vel ad Romanos, & Pyrrhus retulit ad se, quod secundùm veritatem [ad] Romanos referendum erat. Verba autem DEi nostri semper sunt vera, & nullo modo decept[iua]. Porrò familiaritas illa, quam DEus in veteri testamento ostendit Israelitis, erat figura il[lius] longè majoris familiaritatis, quam DEus exhibuit nobis per beneficium Incarnationis & [Eu]charistiæ.

Quomodo oculi videant verba.

III *Quis sensus verborum* v. 9. NE OBLIVISCARIS VERBORUM, QUÆ VIDERUNT OCULI TUI? ℞. ly *Verborum* hic Metonomicè sumitur, tamquam signum pro re signata. [No]mine enim verborum intelliguntur prodigia & portenta, de quibus in Lib. Exodi varijs l[ocis] ut c. 20. v. 18. *Cunctus autem populus videbat voces & lampades*, & v. 22. *Vos vidistis quæ de [cæ]lo locutus sim vobis*. Simili phrasi dicitur Luc. 1. quia non erit impossibile apud DEum o[mne] verbum, id est, omnis res. Deinde Judæi sæpe vnum sensum cum altero commutant, præser[tim] verò visum, utpote omnium præstantissimum pro quovis sensu non raro sumunt.

CAPUT V.

Moses iteratò explicat populo decalogum. Narrat populi pavorem, cùm, ex ardente monte Sinai lex promulgaretur.

Pactū qualiter DEus iniit.

QUæstio I. *Quomodo dici potuit v. 3. quòd DEus non inierit pactum cum patribus, cum tamen Gen. 15. dicatur: in illo die pepegit Dominus fœdus cum Abraham?* ℞ alij intelligunt *tantùm* q. d. non tantùm cum patribus nostris, sed etiam nobiscum DEus pactum inijt, sed meliùs respondetur, DEum non inijsse tale pactum cum patribus, quale cum modò viventibus Hebræis, ibi enim Abrahamo tantùm promittit DEus terram Cananæam: hic verò acceptat posteros Abrahæ in populum suum, peculiaribus legibus ac ceremonijs sibi adstrictum, & illi vicissim ipsum acceptant in DEum suum, ejusq; legibus ac ceremonijs sese adstringunt, ita Tirinus,

DEus in fumo & igne comparet.

II. *Cur DEus in igne & fumo comparens locutus est Israelitis?* ℞ ignis & fumus sunt [in]signia divinæ Majestatis. Hinc Exod. 3. apparet Mosi in rubo ardente: Israelitas per de[ser]tum duxit in columna ignis: in templo Salomonis, & alibi majestas ejus in igne detecta [est], & psaltes de judiciaria Christi potestate loquens ait ps. 96. *ignis ante ipsum præcedet*. Similiter fumus, nubes seu nebula olim erant symbolum gloriæ DEi, per illa enim se DEus ostendebat vel potiùs celabat, vt significaret se inhabitare lucem inaccessibilem maximè Judæis, donec vnigenitus ex sinu Patris nobis illucescens divina enarraret ac revelaret. Sic quando Isaias c. 6. vidit, DEum sedentem in solio, domus repleta est fumo. Sic 3. Reg. 8. v. 10. Nebula implevit domum Domini, & non poterant Sacerdotes stare propter nebulam, impleverat enim gloria Domini domum Domini. Hinc rectè psalmista ps. 16. *Posuit tenebras latibulum suum.*

DEus cum tonitru.

III. *Cur DEus apparuit cum tonitru & clangore buccinæ?* ℞. vt Judæos sui timore p[er]celleret, quod patet ex Exod. 20. v. 20. vbi ait Moses: *vt probaret vos, venit DEus, & vt terror illius esset in vobis, & non peccaretis.* 2dò Sicut in quibusdam vrbibus, quando à magistratu aliquod edictum est publicandum, id populo tubâ, seu buccinâ in finibus platearum intimatur: ita cùm DEus, legem suam promulgari voluit, populos hoc clangore, quasi convocabat. Simile aliquid factum est die Pentecostes Act. 2. Ubi cùm lex evangelica promulganda esset, factus est repente de cœlo sonus tamquam advenientis Spiritus vehementis.

Moses sequester inter DEum & populum.

IV. *Facit ne Moses summo Mediatori injuriam aut præjudicium, cum v. 5. se sequestrum & medium vocat inter DEum & populum?* ℞ minimè, ita eum etiam vocat S. Paul. Gal. 3. v. [19.] Nec repugnat Sanctos vocari advocatos, aut mediatores scilicet secundarios. Patet Tob. [12.] v. 12. Ubi Angelus: quando orabas inquit &c, ego obtuli orationem tuam Domino. Et ex Ap[oc.] c. 5. v. 8. Ubi 24. Seniores ceciderunt coram agno habentes phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum. Et ex 2. Machab. 15. v. 12. Ubi Judæ Machabæo ap[pa]ruerat Onias summus Sacerdos jam defunctus manus protendens & orans pro omni pop[ulo] Judæorum. Item Jeremias propheta. de quo Onias dixit ad Judam: Hic est fratrum amator, [hic] est, qui multùm orat pro populo Jeremias propheta DEi.

An Christiani obligentur ad præcepta veteris legis.

V. *An Christiani obligentur ad seruanda præcepta veteris testamenti?* ℞ Præcepta veteris legis erant triplicia, judicialia, ceremonialia & moralia. Judicialia erant illa quæ pertinebant ad remp. Judæorum bene ordinandam & conseruandam in suo statu politico, prout nimirum diversæ nationes diversas habent leges, statuta, judicia, & hæc cum eorum rep. interierunt, nec obligant Christianos, quos perfectior decebat regiminis forma. Sicut enim raro vnius gentis regiminis forma alteri genti, quæ moribus, genio, regione dissimilis est, quadrat, & ægre acceptatur, sic ea, quæ Judæis præscripta fuit, vt in Judæa eam seruarent, genti huic accommo[data]

quide[m]

uidem, & proportionata, Christianis libertatis amatoribus, & per vniversum orbem dispersis lonea non fuisset. Ceremonialia præscribebant certas ceremonias & ritus ad cultum divinum rtinentes. Et hæc ad solos Judæos pertinuerunt, nec ad ea Christiani obligantur. Erant enim rima rudimenta, quibus ad DEi cultum erudiebantur velut indocti tyrones. Sublimior verò struƈtio & exercitatio præscribenda fuit Christianis, altioris disciplinæ alumnis. In tantum men hæc præcepta spectant ad Christianos, in quantum figuræ fuerunt, quas Christus adimple- t, habemusq; nunc figurarum illarum veritatem, intelligimusq; earum significationem. Mo- lia ad formandos mores spectabant, quæ, quod bonum erat, jubebant, & quod malum, veta- int, & ad hæc servanda non solùm Christiani sed omnes omnino homines tenentur, quia on sunt præcepta solùm positiva, sed naturalia, siue renouatio quædam & major explicatio gis naturalis, quæ animis nostris à natura est insita, & congenita, ideoq; abrogari & cassari on potuit, quin potiùs per Christum & Apostolos confirmata, inculcata & elucidata. Unde hristus Matt. 5. ait, non venisse se solvere legem sed adimplere. Item Rom. 13. v. 41. ait Paul. *gem ergo destruimus per fidem? absit, sed legem statuimus.* Sequuntur jam præcepta Decalogi.

PRÆCEPTUM PRIMUM.

QUæstio I. *An rectè Judæi & Calvinus, in illis verbis:* NON HABEBIS DEOS ALIE- NOS. NON FACIES TIBI SCULPTILE *agnoscant duo præcepta, econtra verò in illis:* NON CONCUPISCES UXOREM PROXIMI ET NON CONCUPISCES *rem proximi, vnum?* ℞ Falsè; nam non concupisces vxorem proximi, & non concupisces bona pro- mi, non minùs differunt, quàm non mœchaberis, & non furtum facies, atqui hæc constitu- nt duo diversa præcepta, ergo & illa. Cum diversum vtrobiq; sit objectum, à quo species & stinctio actuum & præceptorum desumenda est. At verò per ly non habebis DEos alienos & non facies tibi sculptile, vna eademq; res præcipitur, scilicet vt vnus solus DEus colatur. Nec est, quod Apostolus Rom. 7. v. 8. videtur posteriora duo præcepta citare per modum vnius cens: *concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, non concupisces.* Nam Apostolus hoc loco n curat ostendere, an id vnum vel duo sint præcepta, sed solùm intendit probare, quòd non ntùm opus externum, sed etiam concupiscentia interna lege DEi sit vetita. *Ab objecto sumitur species actuum.*

II. *Quid intelligitur per sculptile?* ℞ LXX. vertunt idolum, id est imaginem DEi falsi & li. Unde non prohibetur hic quævis imago, vt vult Calvinus, sed sola imago alterius DEi, l certè si prohibetur imago veri DEi, talis duntaxat prohibetur, quæ divinam naturam ex sese comprehensibilem repræsentet ad vivum, vt fingebant idololatræ, idq; siue per se, siue per iam creaturam v. g. solem, lunam, vitulum &c. Quod autem hic per sculptile intelligatur ido- m falsi Dei, ipse DEus per Mosen explicat Exod. 20. v. 23. dicens: *non facietis Deos argenteos, c Deos aureos,* & patet clarè ex eo, quod hîc v. 9. subdit: non adorabis ea neq; coles, & ad- uc clariùs Lev. 26. v. 1. *Non facietis vobis idolum & sculptile, nec titulos erigetis, nec insignem pidem ponetis in terra vestra, vt adoretis eum.* Ex quo apertissimè constat, hæc per se non isse illicita, nec prohibita, sed solùm adorationis & idololatriæ causa. Atqui cultus imaginis Ei veri non est cultus alterius aut falsi Dei, ergo &c. Unde non peccavit Jacob Gen. 28. v. 18. ec Moses Exod. 24. v. 4. Nec Josue c. 4. Nec Machabæi 1. Machab. 13. v. 27. peccàrunt, qui ulos publicos erexerunt, & in veri DEi honorem, & in memoriam acceptorum ab eo bene- iorum. Quin imò & ipse DEus jam post hoc præceptum jussit fieri serpentem æneum Num. . item duos Cherubinos in Sancto Sanctorum 3. Reg. 6. Salomon quoq; 3. Reg. 10. v. 20. du- leones & 12. leunculos circa suum thronum erexit, item 3. Reg. 7. 12. boves æneos. Deniq; se DEus imaginem sui corpoream non modò spectandam sed & venerandam objecit oculis osis, Josue, Isaiæ, Ezechielis, Danielis, & Joannis vt habetur Exod. 33. & 34. Josue 5. v. 13. Isa. 6. 1. Ezech. 1. v. 26. Dan. 7. v. 9. Apoc. 1. 13. *Sculptile quid?*

Licet ergo imaginum vsus, vt ex dictis constat, prohibitus non fuerit: Judæi tamen maxi- è posterioribus sæculis conscij suæ infirmitatis, & in idololatriam pronitatis, quo remotiores ent ab omni periculo omnem imaginum vsum sibi vltrò proprio decreto & majorum tradi- one vbiq; recepta interdixisse videntur. Subinde tamen cogebantur admittere nummos Cæ- ris imagine notatos, vt colligitur ex Matt. 22. *Cujus est hæc imago & superscriptio? dicunt Cæsaris.* Nihil ergo hinc erui potest contra vsum & cultum imaginum inter Christianos, pote qui nec idololatriæ periculo obnoxij sunt, & apud quos numquam talis lex fuit, neq; eti- n Christiani adstringuntur traditionibus Judaicis aut legibus ceremonialibus, eorumdem, qua- , vt summum esset, illa lex positiva divina, si quæ aliquando fuisset, quæ illis imaginum vsum hibuisset, ita Tirinus in Exod. c. 20. v. 4. Dices Deut. 4. v. 15. & Isa. 40. v. 18. videtur non lùm idolum prohiberi, sed qualiscumq; imago DEi. Nam priori loco dicitur: *Non vidistis ali- uam similitudinem &c. ne fortè decepti* faciatis vobis vllam similitudinem &c Posteriori ve- loco dicitur: Cui similem fecistis DEum, aut quam imaginem ponetis ei? ℞ cum distincti- e, vel enim quis vult depingere imaginem DEi, quæ eum formaliter & propriè repræsentet, *Imaginum usus.*

qualiter olim Antropomorphitæ putantes DEum humanis membris esse compactum, grande bi simulachrum effingebant, quod in cœlo sederet, & terram pedibus contingeret, juxta ill Isa. 40. *Cœlum mihi sedes, terra autem scabellum pedum meorum*; vel certè depingere quis v imaginem, quæ solùm metaphoricè & per analogiam quamdam DEum repræsentet. Priori er modo non posse, nec licere DEum depingi, fide certum est, quo sensu Damasc. l. 3. c. 7. dix Extremæ dementiæ est, velle depingere DEum. Posteriori autem modo imago DEi licitè c pingi potest, vt patet ex sup. dictis.

Imagines à Christo relicta.

Confirmatur vsus imaginum ex perpetuo vsu & traditione Ecclesiæ, quam ab ipso Ch sto Domino originem duxisse constat. Nam primo ipse faciei suæ imaginem linteo S. Ve nicæ impressam reliquit, quod Romæ adhuc servatur & ostenditur. *2do* Totius sacrosancti c poris lineamenta reliquit impressa in sindone, qua involutus jacuerat in sepulchro, quæ Th rini asservari & exhiberi dicitur. *3tiò* effigiem suam misit Abagaro Regi Edessæ, ut testan Stephanus & Adrianus Pontifices, item S Damasc. l, 4. de fide c. 17. Addit Euagrius l. 4, hist c. 27. ob præsentiam illius imaginis civitatem Edessæ sæpe fuisse incendio liberatam. *4tò* vetus historia de imagine Christi crucifixi, à Nicodemo depicta, quam postea Judæi contum lijs affecerunt, & lanceâ transfixerunt, ab eaq; sanguis profluxit, quo multorum corpora, mentes sanatæ sunt teste Athanasio serm. de passione imaginis Domini, quam historiam V Synodus Act. 4ta citat & approbat.

At inquies: Rudes non intelligunt distinctionem superiùs datam, & imagines tamqu veras DEi formas mirantur; ℞. quid inde? nam etiam scripturas multas non intelligunt, góne propterea abjiciendæ tamquam malæ? e. g, dum ps. 78 *Comederunt Jacob & locum ej desolaverunt*, cogitaverit fortassis idiota quispiam, an Jacob verè sit comestus, an cum sinapi sale, an elixus, an assus &c. Item Eccl. 4. c. *Melior est iniquitas viri, quàm mulier benefacie* & plurima similia, quæ non sunt delenda ex Scriptura, sed populo explicanda, ne in error rapiatur. Similiter ergo de imaginibus faciendum docet Concil. Trident. Sess: 25. his verb Quodsi aliquando historias & narrationes sacræ Scripturæ, cùm id indoctæ plebi expediet, primi & figurari contigerit: doceatur populus non propterea divinitatem figurari, quasi c poreis oculis conspici vel coloribus aut figuris exprimi possit.

Porrò an, & qua ratione imagines coli aut adorari possint, consule Polemicos.

Parentes puniuntur in filijs.

III. *De quibus filijs accipienda sunt verba* v. 9: REDDENS INIQUITATEM (id est pœn iniquitatis) PATRUM SUPER FILIOS IN TERTIAM & QUARTAM GENERATIONE HIS QUI ODERUNT ME? ℞. non de quibuscumq; filijs accipienda sunt, sed solùm de i qui imitantur peccata parentum. Ita Chaldæus, Hieron. Aug. Greg. Chrysost. S. Thomas alij. In quo certè nihil est inclementiæ & severitatis, quin potiùs maximæ clementiæ est, qu is, qui pœnam meretur, non statim puniatur, sed quòd DEus pœnam differat, ita ut si se post corrigant, nec parentum scelera imitentur, paratus sit omnino pœnam indulgere: quodsi ve in parentum impietate pergant, tunc imprimis post aliquot generationes pœnam ab ijs exig

Notandum hîc, quòd DEus tali casu non gravius puniat filios, quàm propria ipsoru peccata mereantur, sed tamen, quòd eos puniat graviùs, quàm puniturus fuisset, nisi pecc parentum & proavorum præcessissent. Nam Dominus DEus non solet statim ad peccata vin canda prosilire, sed exspectare, donec mensuram peccatorum à se definitam homines comp verint, juxta illud Gen: 15. v 16: *necdum completæ sunt iniquitates Amorrhaorum.* Et juxta Matt. 23. v. 32. & 35. *Et vos implete mensuram patrum vestrorum, ut veniat super vos omnis sa guis justus, qui effusus est &c.* Postquam verò hæc mensura completa fuerit, tunc vno qu gurgite, effundit iram suam DEus, majori alioquin misericordia vindictam temperaturus.

Quòd verò subinde quidam filij etiam innocentes, involvantur ijsdem malis, quibus n centes, id non nisi in corporalibus & temporalibus locum habet. Neq; hæc mala illis prop non sunt pœna, sed solùm quædam pœnalitates, seu molestiæ & materiæ majoris virtutis meriti, qualem etiam justissimis, & maximis amicis suis DEus sæpe immittit ad majus illoru bonum & gloriam.

PRÆCEPTUM II.

Non usurpabis nomen Domini DEI frustra, quia non erit impun tus, qui super re vana nomen ejus assumpserit. v. 11.

Nomen DEi & JESUS.

QUæstio I. *Quale est hoc nomen, de quo hic sermo est?* ℞. non tantùm nomen tetr grammaton Jehova, ut volunt Hebræi, sed etiam omnia alia DEi nomina, cujuscum sint linguæ Imò Abul. q. 7. in c. 20. Exod. docet id vel maximè accipiendum esse Sacrosancto nomine JESUS, ex eo, quòd hoc nomen aliqua ratione venerabilius nomine DEus, *imo* quia est nomen proprium Verbi incarnati, complectens in se omnia al Christi nomina, quæ & plurima & præstantissima ei scriptura tribuit, significat enim tota Dominicæ Incarnationis Oeconomiam, bonaq; omnia, quæ inde nobis siue in anima, siue corpor

rpore, tum in hac vita, tum per totam æternitatem obvenient. *2do* quia DEus ſignificat creprem; JESUS verò ſignificat DEum, vt redemptorem & ſalvatorem, ad quem maximè ſuſpipant Patriarchæ & Prophetæ, quorum vnus nomine omnium: *Ego autem*, inquit, *in Domino udebo, & exultabo in DEO JESU meo.* Abac. 3. v. 8.

II. *Quid hoc præcepto vetatur?* ℞dent imò Cyrill. Alexand. l. 4. in c. 15 Joan. Tertull. le Idol. c. 20. hic vetari, ne quis adjiciat honorabile nomen DEI ſculptilibus. Verùm id jam limus imo præcepto vetitum, quo inhibetur idololatria. Quamquam verò etiam idipſum hoc undo præcepto vetetur, quatenus eſt prophanatio divini nominis, non tamen is eſt adæqua- hujus præcepti ſenſus, nam multa alia eo vetantur. ℞det 2dò S. Thom. 2. 2. q. 122. art. 3. pprié & directè prohiberi hîc ſolùm perjurium. ℞det 3tiò Theodoretus idq; teſte Corn. opti-, & alijs cum eo communiter, non ſolùm prohiberi hîc perjurium, ſed omnem irreverenti-, abuſum nominis divini, Ego autem ſentio, inquit Theodor. in c. 20. Exod. divinam legem tuere, ne quis nomen DEi pronuntiet ſine aliqua ratione, veluti docendi, aut orandi aut alia adam neceſſitate. Solent enim nonnulli etiam ludentes & ridentes, vt venerit in linguam, reendum DEi nomen proferre. Hoc arbitror diviná lege prohiberi. Si enim permulti conſueunt pretioſiorem veſtem diebus feſtis reſervare, multò juſtiùs eſt divinum nomen precibus ; docendi officio reſervare. Ita Theod.

Nomine Dei reverenter utendum.

Vis exempla? Imo doctrinæ causâ nomen DEi vſurpauit Moyſes Deut. 32. *Audite cæli e loquar, audiat terra verba oris mei, concreſcat ut pluvia doctrina mea, quia nomen Domiinvocabo, date magnificentiam DEO noſtro.* *2do* Orationis cauſa illud vſurpavit Daniel c. 6. o Nam licet Darius tulerit legem, ne quis intra 30 dies, quidquam peteret à quocumq, O niſi à rege, mittendus alioquin in lacum leonum, nihilominus Daniel ingreſſus eſt dom ſuam, & feneſtris apertis in cœnaculo ſuo contra Hieruſalem tribus temporibus in die ectebat genua ſua & adorabat, confitebaturq; coram DEO ſuo &c. *3tio* Neceſſitatis causâ il- vſurpavit Joſue c. 7 v 9. Nam quando DEus permiſerat hoſtibus victoriam contra Iſraeli- propter peccatum Achan, deprecabatur Joſue DEum inter alia his verbis: *Et quid facies gno nomini tuo*, q. d. quamvis nos deleri ab hoſtibus meruimus, non eſt tamen parvi penda fama magni nominis tui, quæ ex hac clade multùm lædetur. Nam bene ſciunt Chanai, nos ſub umbra nominis tui ad poſſidendam hanc regionem ex Ægypto per tot rerum diſmina demigraſſe, niſi ergo nunc præſtò ſis, & nos in promiſſa Patribus ſceptra reponas, id tui nominis & gloriæ ignominiam redundabit, dicent enim adverſarij, Deos ſuos contra prævaluiſſe.

III, *An hoc præcepto omne prorſus juramentum prohibeatur?* ℞. contra quoſdam Novores negatiuè. Nam juramentum non eſt intrinſecè malum, ſed ex natura ſua honeſtum; ij, eſt actus religionis continens tacitam fidei confeſſionem. Quod autem naturâ ſuâ honem ſit, conſtat *imo* ex eo, quòd in ſcripturis approbetur, vt Deut 6. v 13 *Per nomen illius*, eſt, DEI *jurabis.* Et pſ 62. *laudabuntur omnes, qui jurant in eo.* Conſtat 2dò ex eo, quia lti viri ſancti jurarunt, vt Abraham Gen. 21. v 24. Iſaac Gen. 26 v. 31 Jacob Gen. 31. v 54. oſes Deut. 4. v 26. & alij, & S. Paulus Heb. 6. v. 26. dicit: omnis controverſiæ finem eſſe Jumentum. Imò & Angeli jurarunt, colloquentes cum hominibus, vt habetur Apoc. 10. *Et gelus quem vidi ſtare ſuper mare & ſuper terram, leuauit manum ſuam ad cælum & jurauit viventem in ſæcula ſæculorum.* Deniq; & ipſe DEus Gen 22. v. 16. *per memetipſum juravi, it Dominus*, & pſ. 109 *Juravit Dominus, & non pœnitebit eum.*

Juramentū an omne vetitum.

Dices Matth. 5. dicit Chriſtus: *Ego autem dico vobis non jurare omnino, neq; per cælum, ia thronus DEi eſt &c. Sit autem ſermo veſter eſt, eſt, non, non, quod autem his abundantius , à malo eſt?* ℞. Chriſtum his verbis non prohibuiſſe ſimpliciter juramentum, ſed ſolùm rios errores ſuſtuliſſe, quibus Judæi laborabant circa juramentum. *1mus* error erat, quòd tarent ſolum perjurium ſibi prohibitum eſſe juxta illud Lev. 19. v. 12. *Non pejerabis in nomimeo, nec pollues nomen Domini DEi tui.* *2dus* error erat, quòd putarent juramentum per creras non eſſe juramentum, hunc errorem ſuſtulit Chriſtus docens jurare per creaturas, quaus eæ referuntur ad DEum, eſſe verum juramentum, quia jurare per cœlum, idem eſt, ac jure per eum, qui in cœlis habitat &c. *3tius* error erat, quòd putarent non requiri neceſſitatem licitè jurandum, unde facile in rebus etiam parvi momenti, & ſine ulla neceſſitate, DEum teſtem vocabant, quod Chriſtus docet eſſe contra reverentiam DEo debitam, cùm nemo noùm audeat ſine neceſſitate regem aliquem terrenum aut principem in teſtem vocare. Auamus Aug. l. de mendacio c. 15 vbi ait: Apoſtolus in epiſtolis ſuis jurans (vt Rom. 1. 9. *teſtis mihi DEus*, & 2. Cor. 1. 23. *teſtem invoco DEum*, & 1. Tim. 5. 21. *teſtor coram DEo & Chri- JESU*) oſtendit quomodo accipiendum ſit, quod dictum eſt: *dico vobis non jurare omnino*, ne licet jurando ad facilitatem jurandi perveniatur, vt ex facilitate jurandi ad conſuetudinem, à conſuetudine in perjurium decidatur, & ideo non invenitur juraſſe, niſi ſcribens, vbi conleratio cautior, non habet linguam præcipitem.

Juramenta non neceſſaria prohibita.

IV. *Cur Chriſtus non neceſſaria juramenta prohibuit?* ℞ quia juramentum non eſt de genere

nere eorum, quæ ſemper per ſe bona ſunt, vt oratio, eleemoſyna &c. ſed quæ ſolùm bona ſi ex ſuppoſitione alicujus neceſſitatis, vt antidota & medicamenta, hinc rectè Innocentius III. jurejurando dicit non omnia prohiberi, quòd per ſe mala ſint, ſed etiam quia aliquorum v præbet fomentum ad malum, quædam enim, inquit, prohibentur, quia per ſe mala ſunt, vt f tum, adulterium, homicidium, quæ non ſunt aliquatenus facienda; quædam verò prohiben ex cauſa, non quòd mala ſint, ſed quia ſi fiant, frequenter & multum, ex his mala ſequuntur, vinum per ſe malum non eſt & tamen prohibet Apoſtolus dicens: nolite inebriari vino, in q eſt luxuria, quoniam ex frequenti & immoderata potatione vini luxuria generatur: Sic & ju mentum per ſe quidem malum non eſt, cùm ſit confirmatio veritatis, ſcilicet tantùm prohibe ex cauſa, quoniam ex frequenti & incauta juratione perjurium ſæpe contingit, ſicut Eccleſia cus dicit: *vir multùm jurans, replebitur iniquitate, & non diſcedet à domo ejus plaga.* Sicut e Paulus indulſit propter neceſſitatem diſcipulo ſuo Timotheo, vt vteretur modico vino prop ſtomachum, & frequentes infirmitates: Sic profectò cùm neceſſitas exigit pro re vera, lic & honeſta poteſt ſecurè jurari, quia ceſſante cauſa ceſſat effectus, hactenus Innocentius. Und Chriſtus adjunxit, *quod amplius eſt, à malo eſt.* id eſt, mos jurandi extra neceſſitatem, vbi ſi plex affirmatio vel negatio ſufficeret, eſt à Diabolo, non à DEo introductus. Eleganter Chryſ hom. 9. in acta Apoſt. quid dicam inquit, de juramentis illis forenſibus, vbi pro 10. obulis ramenta fiunt & perjuria? quia enim fulmen ſuper te non deſcendit, & non omnia ſubverti tur, ſtans obſtringens DEum, quamobrem? vt olera accipias, vt calceos pro parvo argento. testimonium vocas DEum &c. Vide ibi plura.

Jurare ſine neceſſitate & perjuriũ

V. *Quantum ſit peccatum ſine neceſſitate jurare & pejerare?* ℞ 1mo, jurare verum abſq; ceſſitate aut vtilitate per ſe loquendo eſt ſolùm veniale, dixi per ſe loquendo: nam ratione c temptûs, aut ratione pravæ conſuetudinis ad omnia promiſcuè jurandi poteſt eſſe mortale, eò qu ſe talis conjiciat in manifeſtum periculum quandoq; etiam pejerandi. ℞ 2do jurare fal etiam in re levi eſt peccatum mortale. Ratio eſt, quia primam & infallibilem veritatem ad cere in teſtem falſi grave eſt piaculum, per id enim polluitur nomen DEi, vt habetur Lev. 19. 12. Nec refert, quòd in re levi, & ſine detrimento proximi falſum aſſeratur, nam mendaci in juramento aſſertorio non deſumit ſuam gravitatem ex detrimento alterius, aut vtilitate, præcisè ex eo, quòd adducatur DEus in teſtem falſitatis. Sicut enim etiam leviſſimum men cium poneret in DEo maximam imperfectionem; ita adducere eum in teſtem mendacij eti minimi infert ei maximam injuriam, vtrumq; enim quantum ex ſe privat DEum ſua infalli veritate. Confirmatur, quia ab Innocentio XI. inter 65. propoſitiones anno 1679. 2. Martij mnatas Num. 24. prohibetur etiam hæc ſub anathemate. *Vocare DEum in teſtem mand levis, non eſt tanta irreverentia, propter quam velit aut poſſit damnare homines.*

PRÆCEPTUM III.

Sabbathum

QUæſtio I. *Quid ſignificatur nomine Sabbathi?* ℞. 1mò ſenſu literali ſignificat q etem DEi, vt patet hîc ex v. 14. quies enim illa DEi, qua ſeptimo mundi die ceſſave ab opere 6. dierum, vt habetur Gen. 2. erat ſacramentum, & cauſa legalis ac ceren nialis hujus feſti Sabbathi. *2dò* Senſu allegorico hoc feſtum erat typus illius quietis, q Chriſtus eadem die Sabbathi quievit in ſepulchro. *3tiò* Senſu tropologico erat typus Sabba noſtri, id eſt, Statûs legis gratiæ, quo à peccatis ceſſare ſeu quieſcere debemus, de quo vid poteſt S. Hieron. in c. 59. Iſaiæ. *4tò* Senſu anagogico erat typus Sabbathi & quietis æter in cœlo, de qua Apoc. 14. v. 13. *Amodo jam dicit ſpiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis.*

Sabbathum voluit Deus Sanctificari

II. *Quibus de cauſis DEus voluit à Judæis obſervari & ſanctificari Sabbathum?* ℞ 1m dat S. Athan. orat. in illud: *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.* Ut Judæi memores eſſ beneficij creationis hoc die completæ, & hac jugi memoria in veri DEi fide conſeruarent. Hæc ratio deſumitur ex Gen. c. 2. vbi dicitur DEus die 7mo compleviſſe opus ſuum, ac proi de benedixiſſe diei 7mo illumq; ſanctificaſſe. Compleviſſe, inquam, die 7mo non incluſiuè, exclusiuè. Nam incluſiuè DEus opus creationis complevit die 6to, cœpit enim die domini & complevit feria 6ta, ſequenti autem die 7mo quievit DEus, à qua quiete dies 7mus dictus Sabbathum. *2dam* dat Greg. Nyſſenus contra Judæos c. de Sabbatho, quia, inquit Judæi era valde negotiationibus dediti, in quibus ſpe lucri fiunt innumeræ fraudes. Voluit itaq; DE eligere diem, in quo ab omnibus his vacarent, & minorem peccandi occaſionem haberent, DE ſoli, & ipſius legi attenderent, & hunc elegit, in quo ipſe quievit. *3tia* deſumitur ex v. 15. h vt ſcilicet Judæi memores duriſſimæ ſervitutis Ægyptiacæ, & ab ea liberationis, DEo pro tan beneficio ſe hoc die gratos exhiberent, ad quod etiam accedit hæc congruentia: quòd pridie h jus diei, id eſt feriâ 6tâ (ad cujus diei veſperam jam inchoatur Sabbathum) Hebræi egreſſi ſi ex Ægypto, vt oſtendit Corn. à Lap. in c. 12. Exod. v. 41. *4ta* cauſa deſumitur ex Exod. c. Ut ſcilicet eſſet ſignum, quòd populus Judaicus ſit ſpecialiter cultui DEi applicatus, nam cit. l co v. 13. inquit DEus. *Videte vt Sabbathum meum cuſtodiatis, quia ſignum eſt inter me & v vt ſciatis, quia ego Dominus, qui ſanctifico vos.* q. d. Sabbathum eſt ſignum, quòd vos mi

ſi

tis populus, & ego sim vobis DEus, utpote in cujus honorem colitis diem 7mum sacro otio uasi protestantes me esse creatorem omnium, quæ 6 diebus facta sunt, meq; hoc 7mo die ab mni opere cessasse: ideoq; vobis annitendum est, vt illo die mens per orationem aliaq; pia cercitia in DEo quiescat. *Ut sciatis quia ego Dominus, qui sanctifico vos*, qui scilicet vos ad ultum meum applico mihiq; quasi dico & consecro per hanc festivitatem Sabbathi, vt in ea me nctè colatis, vnde etiam Judæi per Sabbathum à gentibus secernebantur. Hinc Ovidius: culta uæ Judæ septima sacra viro. 5ta causa desumitur ex v. 14 hîc. vt scilicet Sabbatho à laboris totius septimanæ daretur requies seruis, ancillis, & jumentis, ne nimio labore opprimerentur.

III. *Quid est obseruare & sanctificare Sabbathum?* ℟ ly sanctificari triplici sensu sumi otest. *1mò* sanctificatur DEus, quando illum dignis laudibus extollimus, eum cognoscendo & amando, aliasq; creaturas, in quantum capaces sunt ad eum cognoscendum & laudandum vitando, exemplo trium puerorum in fornace Babylonica Dan. 3. *2dò* sumitur sanctificatio o justificatione siue per contritionem, siue per sacramenta maximè per baptismum, de qua quitur Apost. 1. Cor. 6. v. 11. *& hæc quidem fuistis* (scilicet gravissimi peccatores, quos antecedenter specificaverat) *sed abluti estis* (per baptismum) *sed sanctificati estis, sed justificati is in nomine Domini Nostri JESU Christi, & in Spiritu DEi nostri.* 3tiò sanctificatio sumitur o applicatione alicujus rei aut personæ ad seruitium cultumq; divinum, sic vestes & vasa dicunr sanctificari, quando divino vsui dedicantur, & hac ratione jubetur sanctificari Sabbathum, vt mirum tamquam dies DEo dicatus in pietatis operibus sanctisq; exercitijs transigatur, secluso nni alio opere. In hujus rei seu testimonium seu confirmationem teste Josepho l. 7. de bello daico c. 24 & Plinio l. 31. c. 2 dicitur esse in Judæa fluvius, qui per 6. dies fluat, 7mo autem e fluere desinat, alveumq; siccum relinquat, qua de causa etiam vocatur Sabbathicus. *Sanctificatio Sabbathi*

IV. *Quid operis fuit Judæis prohibitum, die Sabbathi?* ℟. 1mò non licebat ignem accenre (secundùm illud Exod. 35. *Non succendetis ignem per diem Sabbathi*) nempe ad cibos pandos aut coquendos, nam ad calefaciendum, aut lumen præbendum, non erat vetitum ignem ccendere. *2do* omnia erant prohibita, quæ ad quærendum parandumq; victum pertinent, g. ligna colligere Num. 15. v. 33. Poma excutere vel decerpere, vt colligitur ex Matt. 12. herss evellere, emere, vendere, coquere & similia, vt colligitur ex l. 2. Esdræ c. 10. v. 31. Et Exod. . v. 23. *3tio* Non licebat sarcinas alicujus ponderis, quæ ad victum & quæstum faciendum ectabant, de loco in locum transferre, bajulare, iter facere ad longius spatium, scilicet vltra mille cubitos, quod erat iter Sabbathi. *4to* Non licebat eo die quemdam licet fontem moraddicere vel afficere, vt habet Philo l. 3. vitæ Moysis, nec funera curare, vt patet Joan. 19. v. 31. c bellum vltro aggredi, aut alia bellica citra necessitatem facere. *5to.* Vetitum erat, quidid aliquam speciem haberet operum servilium, si quo modo differri posset. Nam si quid ex n dictis necessarium erat, nec differri poterat sine periculo sui, vel rerum suarum, vel quod ticipari non poterat, utpote non prævisum, licitum erat in Sabbatho, sic Tirin. in Exod. c. 35. nde licita quoq; erant opera necessaria chirurgiæ, pharmacorum apparatio, ciborum pro ærotis coctio, vel etiam pro alijs, qui sibi pridie cibos parare non poterant. item pecorum adaatio, eductio ex puteo aut fovea, si in eam lapsa fuissent &c. Licitum etiam erat vim vi repelle, oppugnantium machinationes præpedire, hosti resistere, vt patet ex 1. Mach. 2. v. 41. Quamam nonnulli in ejusmodi necessarijs plus æquô religiosi subinde fuerint usq; ad superstitiiem, vt constat exemplo illius Judæi Navarchi, qui sabbatho clavum regere noluit, & alteri, qui in cloacam lapsus inde educi recusavit, vnde versus ille: Sabbatha sancta colo de sterre surgere nolo. Sabbatha nostra quidem Salomon celebrabis ibidem. Plura his similia & similia recenset Origenes l. 4. Periarchon, Josephus l. 2. belli Judaici c. 7. Serarius in l. 1. sue c. 4. q. 12. *Sabbathi die opera Judæis prohibita.*

V. *An ante legem Mosaicam durante lege naturæ sabbatum ab hominibus fuerit sanctificam, & quidem ex præcepto?* ℟ partim affirmativè & partim negativè. Si enim spectes præcidiem septimum, hic quidem erat in veneratione, quia DEus illum sua quiete sanctificaverat, jus exemplum imitabantur homines & ut hoc agerent, DEus illum sanctificavit, & in eo uievit. Quia verò DEus pro eo statu legem positivam non dederat, lex naturæ (quæ tunc la vigebat) obligabat quidem homines tempus aliquod divino cultui impendere, non tamen terminatè diem septimum, quem postea lex Mosis ad sanctificandum determinavit. *Sabbathum in lege natura.*

VI. *An convenienter Sabbathi sanctificatio in diem Dominicum est translata?* ℟. præceum illud: *Memento ut diem Sabbathi sanctifices*, quatenus certum aliquod tempus publico & terno cultui DEi impendendum præscribit, est morale & naturale, in quantum determinat l sanctificationem, siue divinum cultum diem septimum est cæremoniale, adeoq; cum lege teri aboleri potuit, & convenienter est ab Ecclesia abolitum. *Sabbathi sanctificatio in diem Dominicum translata.*

PRÆCEPTUM IV.

Honora Patrem & Matrem tuam, vt longo vivas tempore.

Parentes honorandi.

QUæstio I. *Quid hoc præcepto quatenus negativum est, probibetur?* ℞. Non tan m maledictio, percussio, contumelia, sed etiam quævis inobedientia, irreverentia, nò etiam vultus asperior. Hinc S. Hieron. ep. de honorandis parentibus tom. 4. ait: (u. lorum vestrorum timete sententiam, quam Dominus promisit ingratis, meretur e m cœcitatis suæ subire supplicium, qui parentum vultus vel toruo visu despexerit, vel elatis u. lis læserit pietatem.

Parentes sunt colendi.

II. *Quare statim post DEum jubentur coli parentes?* ℞. S. Thom. opusc. 7. ob similit ti. nem, quam habent cum DEo. Nam primò dant filijs stabilimentum quo ad esse, hinc Ec 7. v. 29. dicitur: *in toto corde honora Patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliviscaris, Mem n. to, quoniam nisi per illos natus non fuisses.* 2do dant filijs nutrimentum. 3tio documen m maximè ut timeant DEum, & abstineant ab omni peccato, ut fecit Tobias. Porrò hunc o. norem parentum ipsa natura omnes docuit, usq; adeo, vt etiam in dignitate constituti, & s ra parentes elevati id sibi incumbere agnoverint, patet in Josepho prorege Ægypti, qui Gen 6. Patri venienti in Ægyptum, juncto curru suo ivit obviàm, vidensq; illum, irruit super co m ejus, & inter amplexus flevit, imò ut habetur Gen. 48. v. 12. adoravit pronus in terram. I m in Salomone Rege, qui 3. Reg. 2. Matri Bethsabææ advenienti assurgens, eamq; adorans, j lit ei poni solium ad dexteram suam. Illustre etiam hujus rei exemplum est in Benedicto XI ui ex paupere creatus Pontifex, cùm Matrem à Romanis matronis splendidiore cultu ornatan ad se venientem videret, dissimulavit se eam agnoscere dicens: Egóne matrem meam tam sp ci- oso amictu esse credam? non agnosco, matrem enim & pauperem scio & ignobilem. Exui er- go illa vestes sericas, & pannosas induit, tum Pontifex eam amplexatus: hoc habitu, in it, matrem reliqui, & talem libenter agnosco & recipio.

Obedientiā fi ij debent Parentibus

III. *Qualem nam obedientiam filij debent parentibus?* ℞det S. Paulus Eph. 6. *Filij ob di- te parentibus vestris in Domino,* id est, in omnibus rebus, in quibus DEus & conscientia non æ- ditur, peculiariter tamen debent cavere tam filij, quàm filiæ, ea quæ bono regimini familiæ d- versantur, qualia sunt frequentare domos suspectas, nocturno tempore circumcursare, pe u- lis furum & latronum vel etiam peccatorum se exponere, conjugia invitis parentibus max nè cum personis notabiliter disparis conditionis contrahere &c. In his & similibus evitandis on obtemperare parentibus, est grauissimè non tantùm parentes, sed & DEum offendere. H nc Deut. 21. hujusmodi filius jubetur lapidari. *Si genuerit* (inquit textus) *homo filium contuma m ac protervum, qui non audierit patris ac matris imperium, & coercitus obedire contempserit, ap- prehendent eum & ducent ad seniores civitatis, dicentq; ad eos, filius iste noster protervus & n- tumax est,* monita nostra audire contemnit, comessationibus vacat & luxuriæ atq; convi is, lapidibus eum obruet populus civitatis & morietur, vt auferatur malum de medio vestri, & ni- versus Israel audiens pertimescat.

Dixi in quibus DEus & conscientia non læditur. Nam, vt inquit S. Hieron. ep. ad Furi n: Honora Patrem tuum, si te à vero Patre non separat, tamdiu scito sanguinis conjunction m, quamdiu ille suum noverit creatorem, alioquin David protinus tibi canet: *Audi filia & v e, & inclina aurem tuam, & obliviscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet rex t- corem tuum.* Unde imò si parens præciperet filio furari, mentiri, hæreticorum conciones u- dire &c vel si mater præciperet filiæ pudicitiam suam vendere, vt inde lautiùs vivere po t, non debent obedire, sic enim DEo indigni redderentur juxta illud Christi, *qui amat Pat m aut Matrem plus quam me, non est me dignus.* 2do si voceris à DEo ad religionem, & pare es ex carnali affectu velint impedire, teneris non obedire dicendo cum Apostolis Act. 5. v. 29. *o- dire oportet DEO magis, quàm hominibus.* Rationem hujus dat S. Hieron. quia parentes hac r i- one volunt Christum in pectore tuo occidere. Ecce adversarius, inquit ille ep. 21. ad Nepotia i, in pectore tuo conatur Christum occidere, licet parvulus ex collo pendeat nepos, licet sp o crine & scissis vestibus ubera, quibus te nutrierat, ostendat mater, licet in limine pater jac :: per calcatum perge patrem, siccis oculis ad vexillum Christi evola: solum pietatis genus est n hac re esse crudelem. Hæc ille. 3tio Si parentes filio præcipiant ingressum in religionem, ut etiam cogant, non tenetur obedire. ratio est, quia religio est consilij, non præcepti, deb ; sponte non coactè suscipi. Unde parentes hac in re graviter peccant, &, si filias ad religion n cogant, incurrunt excommunicationem latæ sententiæ. Vide Trid. Sess. 25. c. 18. Licet aut n parentes fecissent votum pro filio aut filia adhuc parvulis, eo tamen filij non obligantur, ni ipsi sponte in adulta ætate consentiant.

Filij à parentibꝰ non possunt cogi ad religionē

Filij debent subvenire necessitati parentum.

IV. *Quali necessitati parentum filij vi hujus præcepti subvenire tenentur?* ℞. Imò. S o gravi peccato tenentur subvenire illorum necessitati spirituali! Hinc gravissimè peccant fi , imò si non curant, vt parens in mortis articulo confiteatur, aliaque sacramenta suscipiat, l r- gè n-

è magis si impediant. Nec refert illud è trivio petitum: quod parens hac ratione, si nimirum oneatur de sacramentis suspiciendis, tristabitur, seq; moriturum existimabit, præstat enim il-m hic tristari, & ad salutem se disponere, quàm falsa spe sanitatis illectum media salutis ne-ligere, & sic æternum perire, prout defacto non raro contingit. huc facit illud 2. Cor. 7. v 8. *si contristavi vos, non me pœnitet; & si pœniteret, nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed uia contristati estis ad pœnitentiam.*

Peccant 2dò si parentem impediunt, ne testamentum faciat, quatenus hac ratione ejus nimum à restitutione rerum alienarum siue per vsuras siue alia fraude partarum avertant, sic nim participes se faciunt peccati parentis, & nihilominus ad integram restitutionem ipsi te-entur filij. Peccant 3tió si post mortem patris vel ex negligentia, vel ex avaritia diu differant efuncti parentis debita persoluere, vel pia legata adimplere &c.

℟. 2dò Tenentur itidem filij sub mortali subvenire parentibus in gravi corporali necessita-constitutis, quæ obligatio tanti momenti est, vt ob eam teneantur filij abstinere ab ingressu ligionis, quin imò si parentes sint in extrema necessitate, nec alia ratione juvari possint, te-entur filij etiam post professionem ex religione egredi, supposito, quòd per talem egressum pa-ntes juvari possint, ut communiter docent TT. eleganter S. Amb. in c. 18. Luc. Si, inquit, ueris Matrem, non reddidisti ei cruciatus, quos pro te passa est; non obsequia, quibus te ge-uvit, non alimenta, quæ tibi tribuit vero pietatis affectu immulgens labris vbera; non famem, iam pro te ipsa toleravit, ne quid, quod tibi noxium esset, comederet, ne quid, quod lacti no-ret, hauriret; tibi illa jejunavit, tibi manducavit, tibi illa cibum, quem voluit, non accepit, tibi, iem noluit, sumpsit, tibi vigilavit, tibi flevit: & ita illam egere patieris? illi debes, quod ha-es, cui debes, quod es. hæc ille. Memorabile ejusmodi in parentes pietatis exemplum refert linius l. 7. c. 36. Humilis, inquit, in plebe, & ideo ignobilis puerpera supplicij causa carceri clusam Matrem, cùm impetrasset aditum à janitore (semper excussa, ne quid inferret cibi) prehensa est vberibus suis alens: quo miraculo Matri donata salus, filiæ pietate est, ambæq; rpetuis alimentis provisæ sunt, & locus ille deæ pietati consecratus est, templo pietati ex-ucto in illius carceris sede, vbi nunc Marcelli theatrum est. Hæc Plinius. Idem fecit filia Ci-onis ducis, hæc enim Cimonem consimili fortuna affectum, pariq; custodiæ traditum, jam vlti-æ senectutis, velut infantem pectori suo admotum aluit, inquit Val. Max. l. 5.

V. *Quibus pœnis obnoxij sunt parentum inhonoratores?* ℟ Plures in scriptura recensentur. *Parentum inhonoratores puniendi* ò Mors Exodi 21. v. 17. Qui maledixerit patri aut matri morte moriatur. *2dò* ignominia & felicitas Prov. 19. v 26. qui affligit patrem & fugit matrem, ignominiosus erit & infœlix. *3tiò* ala crux & suspendium Prov. 30 v. 17. Oculum, qui subsannat patrem, & despicit partum ma-is suæ (id est dolores, quos mater in sui partu, & in vteri gestatione sustinuit) effodiant eum rvi de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ, id est, agatur in malam crucem, ibiq; corvos scat. *4tò* hæreditatis amissio & opprobrium. Eccli. 41. v. 9. Filiorum peccatorum peribit ereditas, & cum semine eorum assiduitas opprobrij. Huc spectant aliæ horrendæ maledictio-s, quas Moses vniversim legem DEi violantibus imprecatur Deut. 28 à v 15. vsq: ad finem. empla habes *imò* in Cham & Chanaan ejus filio, qui propter irrisionem Patris sui Noë ma-dicto & servitute mulctati sunt Gen. 9. his verbis: evigilans autem Noë ex vino, cùm didi-sset, quæ fecerat ei filius suus minor, ait, maledictus Chanaan, servus servorum erit fratribus is. Senserunt hoc Chananæi Chanaanis posteri, qui postea jussu DEi ab Hebræis non tantùm rvituti subjecti, sed etiam ferro & flamma deleti sunt. *2dum* exemplum in Ruben, cui quod cestasset vnam de concubinis Patris sui prædixit Jacob, quòd non cresceret numero prolium nepotum, neq; etiam excellentiâ, opibus, & gloriâ. *Effusus es sicut aqua,* Gen. 49. *non cre-is, quia ascendisti cubile patris, & maculasti stratum ejus.* *3tium* exemplum in Absolone, qui ota in parentem rebellione, misere etiam contra voluntatem patris sui interijt. Vide 2. Reg. . *4tum* exemplum celebre est illius Patris, qui à filio ex domo ignominiosè protractus vsq; l limen ostij, sine, inquit, fili, hucusq; enim ego protraxi Patrem meum. Sic DEus injuriam rentum talione vlciscitur. S. Vincentius Ferrerius refert factum memorabile nempe contigit alentiæ, quòd falsum crimen cuidam juveni imponeretur, idq; gravissimum, vt patibulum no-m ei erectum fuerit. Sed cùm è carcere exstractus ad suspendium duceretur, vbi se juvenis ic vidit, obstupefactus clamavit. Verè justè morior: non pro falso crimine, quod mihi impo-tur, sed quia in hoc ipso loco in matrem meam violentas manus intuli, & tunc illa tanto elere, & impietate indignata, hanc mihi maledictionem injecit: ô vtinam in hoc ipso loco spensus aspiciaris.

VI. *Quæ sunt præmia gratorum & piorum filiorum.* ℟. enumerantur Eccli 3. à v. 5. sicut *Filiorum piorum præmia.* i thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam. Qui honorat patrem suum, jucundabitur filijs, & in die orationis suæ exaudietur. Qui honorat patrem suum, vita vivet longiore: & i obedit patri, refrigerabit matrem. Benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio au-m matris eradicat fundamenta. &c. Hoc c. v. 16. promittitur: *ut longo vivas tempore, & bene tibi in terra.*

VII.

Filij probi sæpe non diu vivunt.

VII. *Cur sæpe optimi & piissimi juvenes in flore ætatis defunguntur, cùm tamen hîc pro-*
mittatur illis vita longa? ℞det *1mò* Abulensis, quòd, qui honorat parentes, licet citò moria-
tur, diu tamen vixit, quia tempus est mensura actuum utiq; bonorum, non otij aut actuum
malorum. Unde Sap. 4. dicitur: *Consummatus in brevi explevit tempora multa*, atq; hac ratione
omnes boni sunt longævi. ℞det *2dò* S.Hier,in c. 6. ep. ad Ephes. vt longo vivas tempore in ter-
ra scilicet non morientium, sed viventium in cœlo. ℞deo *3tio.* DEi promissionem per hoc non
reddi falsam, quia DEus in scripturis promittens bona temporalia & carnalia: si ea non præ-
stet, dat pro eis longè majora, scilicet spiritualia, cælestia, æterna. Unde sicut is non potest ar-
gui violatæ promissionis, qui loco promissæ simplicis cereuisiæ, dat vinum: aut loco promissi
vnius imperialis, equum; ita nec DEus cælestia pro transitorijs. Porrò quòd DEus aliquando
præpropera morte tollat etiam pijssimos juvenes, id non nisi justissimis, licet nobis incognitis
causis facit, inter quas etiam hæ esse possunt. *1ma* quòd id ipsis filijs expediat, ne scilicet
postea, quod sæpe fit, perventantur & damnentur, de quo Sap. 4. *raptus est, ne malitia mutaret*
intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius. *2da* quia id expedit majori DEi gloriæ,
prout contigit in morte Lazari Ioan. 11. *3tia* quia id expedit ipsis parentibus, tum ad majus
ipsorum meritum, tum vt expeditiùs DEo servire possint. 1mum patet in S. Job vna die omni-
bus filijs orbato Job 1. Secundum in S. Melania, cui mors eodem fere tempore & maritum &
duos filios sustulit. De hac sic scribit S. Hieron in c. 6. ep. ad Ephes. S. Melania nostri tempo-
ris inter Christianos verè nobilis, cum qua mihi Dominus det habere partem in die sua, ca-
lente adhuc mariti corpusculo & necdum humato duos simul perdidit filios, rem sum dicturus
incredibilem, sed teste Christo non falsam: quis eam tunc putaret more lymphatico sparsis cri-
nibus, veste conscissa lacerum pectus invadere, lacrymæ gutta non fluxit, stetit immobilis, & ad
pedes advoluta Christi, quasi ipsum teneret, arrisit, expeditiùs, inquit, tibi Domine, servitu-
ra sum, quia tanto onere me liberasti.

PRÆCEPTUM V. *Non occides.*

Homicidium injustum vetatur.

QUæstio I. *Quid prohibetur 5to Decalogi præcepto?* ℞. Præceptum hoc nonnulli pe-
peràm intellexerunt. Nam Manichæi credebant esse vetitam occisionem etiam bruto-
rum & plantarum, de quibus Aug. l. 1. de Civit. DEi, c. 20. & 21, sed hoc vanum & stul-
tum est, nec refutatione eget. Valdenses verò docebant, nullum hominem justè occidi
posse etiam publica auctoritate, quod est contra manifestam scripturam plurimis locis. Nam
Exod. 22. præcipit DEus, *maleficos non patieris vivere*: alij jubentur lapidari, alij incendio
publico cremari &c. & Paulus Rom 13. dicit: ministros DEi portare gladium ad puniendos
malefactores. Solùm itaq; homicidium injustum hîc vetatur, & quæ ad illud disponunt, vt
ira, odium, rixæ, verbera.

Homicida injustus quis?

II. *Quis est homicida injustus?* ℞. qui propria ac privata auctoritate aliquem licet no-
xium occidit, nisi fortè id faciat ad necessariam sui, suorúmve tutelam. Nam qui injustum
invasorem, cum moderamine inculpatæ tutelæ prior prævenit & occidit (supposito, quòd nec
fugâ, nec alia ratione se tueri possit) is non censetur transgressor hujus præcepti, nec est inju-
stus homicida. Notandum tamen, quòd talis, qui injustum invasorem prævenit, non id debe-
at facere animo vindictæ, aut ex odio, sed merè tantùm animo se defendendi, hinc c. signifi-
sti, de homicidio dicitur: vim vi repellere omnes leges & omnia jura permittunt cum mode-
ramine inculpatæ tutelæ, non ad sumendam vindictam, sed ad injuriam propulsandam. De
deformitate homicidij, aliorumq; vitiorum hîc vetitorum vide D. Thomam opusc. 7.

Homicidæ à Deo puniuntur & propalantur.

III. *Quibus modis puniuntur & propalantur à DEO homicidæ?* ℞. varijs. Nam 1mo male-
dicuntur à DEO, sic ad Cain fratricidam dicitur: *maledictus eris super terram*, Gen. 3. v. 11. 2do
semper sunt pavidi, semper & ubiq; terrente conscientia vindictam metuentes, dicentesq; cum
Caino, *omnis, qui invenerit me, occidet me.* ibid. *3tiò* Umbris sæpe percelluntur spectrisq; mortuorum
occisores suos persequentium, & ad mortem adigentium territantur, cujus rei illustre habet exem-
plum Sophronius in prato Spirituali c. 166. de latrone quodam, qui conversus factusq; Mona-
chus assiduè vidit puerum se insectantem ac dicentem: cur me occidisti, vnde petitâ veniâ è mo-
nasterio egrediens, vrbemq; ingrediens captus & decollatus est. *4tò* ipsa terra suo modo con-
tra homicidas vindictam exposcit, juxta illud, quod DEus dixerat ad Cain: *quid fecisti? vox san-*
guinis fratris tui clamat ad me de terra, in quæ verba sic scribit Amb. bene ait, vox sanguinis
fratris tui clamat de terra: non dixit, de fratris clamat corpore, etsi frater parcit, terra non par-
cit; si frater tacet, terra condemnat, ipsa est in te testis & judex. Testis acrior, quæ adhuc par-
ricidij sui sanguine madet; judex asperior, quæ tanto scelere contaminata est, vt aperiret os su-
um, & reciperet sanguinem fratris tui de manu tua. hæc ille. Hinc *5tò* homicidæ ordinariè
DEo justâ talionis pœnâ in eos animadvertente violenta morte occumbunt juxta illud Gen. 9. v.
6. *quicunq; effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius.* Patet id primò in Caino
fratricida, qui ab Abnepote suo Lamech occisus est Gen. 4. v. 13. Patet 2dò in Macario Mi-
lenensi Bacchi Sacerdote, de quo Ælianus l, 13. hic hospitem in templum seducens occiderat,
filiorum

orum vnus id videns, volensq; patris sacrificium imitari, fratrem alterum quasi victimam jugulavit: Mater id resciens, filium, qui alterum jugulaverat, furibunda ferro occidit. Pater Sa-dos id cognoscens, ipsam matrem conjugem suam mactavit, ideoq; captus, crimenq; confes-, ante publicum supplicium in tormentis animam exhalavit. Patet tertiò in Popielo II. nono onorum Duce, qui patruos suos vxoris operâ necaverat, ex quorum tumulis mox erumpen- mures ducem adorti sunt, nec ignibus circumquaq; factis ab eodem infestando prohiberi erant, donec tandem ipse desertus à suis, & divina vltione se perire confitens, à bestiolis s laniatus est.

Quo ad secundum quæsiti punctum miris modis occulta homicidia DEus revelare consue-, patet imò ex eo quod scribit Abul. est enim, inquit, naturale quoddam quasi miraculum, si occisor advenerit ad corpus occisi, vulnera sanguinem sudent: idq; non tantùm fit, cùm enter quis occisus est, sed etiam cùm à multis diebus, imò ex ipsis nudis ossibus solet inter-n cruor effluere, vt multoties visum est, DEo videlicet hoc signo criminis tam enormis au-rem ostendente, id quod Plutarchus Ammoni, & Suetonius Caligulæ accidisse memoriæ pro-erunt. Hinc videtur orta illa Melitensium vox ad Paulum, cùm à vipera invaderetur Act. *Ultio non finit eum vivere*, sed eum quasi homicidam ad necem persequitur. Patet 2dò ex quòd vel ipsa bruta animantia persæpe legantur homicidia manifestasse. Mirabile est, quod bit S. Amb. Antiochiæ canem repertum, qui Domini sui occisi cadaver asseruans tota no- dolorem suum gemitu & vlulatu testaretur, cæterùm illucescente die cùm magna hominum ltitudo convenisset, canis omnibus relictis, insilijt in cædis auctorem, & quà latratu, quà rsu eum palàm indicavit, is ergo comprehensus, crimen illico fassus dignam à judice mer-em resecto capite accepit.

PRÆCEPTUM VI. *Neq; Mœchabéris.*

QUæstio. I. *Quid vetatur sexto præcepto*? ℞det S. Aug. q. 72 in Exod. denominatione desumpta à specie notiori & famosiori vetantur omnia peccata contra castitatem. scilicet fornicatio, stuprum, raptus, adulterium, incestus, sacrilegium, vitium contra naturam, mollities, sodomia, bestialitas, congressus innaturalis, & quæ ad hæc dispo-nt, vt verba, aspectus, oscula, tactus, gestusq; impudici Fornicatio est concubitus soluti cum ta (quæ sit à voto, matrimonio, religione libera) ex mutuo consensu. Stuprum est virginis loratio, ipsâ invitâ facta. Raptus est mulieris vi abductæ violenta violatio. Adulterium est njugis cum persona soluta vel conjugata concubitus. Incestus est congressus cum consan-nea vel affine vsq; ad quartum gradum. Sacrilegium est rei sacræ (siue locus sit, siue per-a) violatio per actum venereum. Vitium contra naturam est congressus, a quo est impossi-s generatio, & subdividitur in 4 alias species, nempe mollitiem, qua absq; congressu volun-iè procuratur seminis effluxus, Sodomiam seu congressum duarum ejusdem sexus persona-n, bestialitatem seu concubitum cum alio subjecto, quàm homine, & congressum innatura-, cùm scilicet debitus quidem sexus servatur, sed modus inordinatus sine legitima causa. *Carnis vitia vetantur.*

II. *Quid est adulterium?* ℞ est alieni thori violatio, seu concubitus, quo violatur thorus njugalis, hinc adulterium derivatur ab *ad* & *alter* vel *altera*, quia maritus accedit ad alteri-conjugem, & vicissim, est peccatum gravissimum, & semper duplicis malitiæ: Luxuriæ con-continentiam, & injustitiæ, quia violat rem alienam: ejus gradus sunt; primus si persona so-a peccat cum ligata, cujus peccatum non solùm est fornicatio, sed etiam cooperatio ad vio-dum jus tertij: Secundus ex parte personæ ligatæ cum soluta quæ præter fornicationem eti-fidem frangit propriæ conjugi datam, violatq; jus conjugis in suum corpus, Tertius si liga-peccat cum ligata, & hoc duplex est adulterium & prioribus multò gravius, quia vterq; con-præter fornicationem peccat contra duplicis conjugis jus. *Adulterium.*

III. *Unde desumitur & colligitur gravitas adulterij?* ℞ ex sequentibus. 1mò adulter Sa-mento matrimonij dupliciter injuriam facit, primò ratione effectûs, qui est marem & fœ-nam indissolubiliter conjungere, & ex ambobus vnam efficere carnem, quod testatur scriptu-Matt. 19. v. 5. *Quod DEus conjunxit, homo non separet*, quia erunt duo in carne vna: adul-verò hanc vnitatem & conjunctionem dissolvit, quia se à conjuge dissociat, & adhæret scorto ta illud: qui adhæret meretrici, vnum efficitur corpus 1. Cor. 6. v. 16. Injurius ergo est adul-virtuti matrimonij, quæ duorum individuam societatem intendit, quam ille dissolvit. 2dò ione significationis mysticæ, conjunctio enim maris cum fœmina, significat primò conjuncti-em naturæ divinæ cum humana in Christo: Deinde Christi cum Ecclesia, adulter verò fa-, vt matrimonium suum hac significatione careat. Huc facit, quòd adulter primam conju-institutionem, & in ea latitans mysterium, quantum in se est, infringat. Unam vni DEus ciavit, nempe Adamum Evæ, & vt conjugem conjugi vnicè adhærere doceret, & vt mysterij ius, quod est in eductione Ecclesiæ ex Christi latere & vnitione vtriusq; typum præmitteret. *Adulterij gravitas.*

2dò Adulter violat juramentum, quo se conjugi obstrinxit, ad seruandam fidem conjuga-n, & hoc quidem solemniter in præsentia sacerdotis & testium, & communiter coram Vene-

rabili, ita vt aliquod quasi perjurium committat, per quod injuriam infert *DEo*, quem in suæ i dei testem adhibuit, *Venerabili Sacramento*, in cujus præsentia fidem conjugalem promisit: *lo sacro*, in quo ad fidem se obstrinxit: *sacerdotibus & testibus*, quibus mentitus est, & falsi testi monium ab ijs petijt: *conjugi*, cui fidem negat, & suo jure defraudat.

3tiò Adulteria plurima secum trahunt mala, incertitudinem prolium, defraudationem hæ reditatis, quæ legitimis prolibus diminuitur, parte ejus ad illegitimam devoluta, vnde sequun tur remorsus conscientiæ, onera restitutionis, pericula infamiæ, zelotypiæ, odia, neglectus œco nomiæ & bonorum in adulterum claudestina & injusta translatio: veneficia & quandoq; homi cidia, quale commisit David post adulterium: tantorum malorum radix est adulterium. Illu circa proles annotationem meretur, quòd adulter legitimis & illegitimæ injurius sit, illis qui dem, quia eorum hæreditas diminuitur, parte ejus in spurium (qui legitimis in hæreditatis divi sione æquiparatur, quòd de ejus vitio non constet) translata, qua illæ defraudantur: accresc ipsis etiam quædam infamia parentis, si ejus scortatio innotescit alijs. Proli verò illegitim multorum malorum causa est, nam primò eam reddit infamem, contemptibilem, ad honores dignitates inhabilem. *2dò* priuat disciplina & bona educatione, quæ patris & matris cura d stituitur. *3tiò* patris & matris depravati mores, & ad malè agendum prona indoles (qualis h jus fæcis hominibus esse solet) transfunditur in talem prolem, vt immorigera & ad scelera proclivis evadat: *4tò* defraudat eam hæreditate, vt in pauperie vivere debeat, talis enim n adit paternam & maternam hæreditatem cum alijs legitimo thoro procreatis prolibus. Præter omnia hæc incommoda multiplex insuper adulteris incumbit obligatio & restitutio, quam apu Scholasticos explicatam reperies.

Adulterium in omni lege fuit prohibitum.

IV. *An in omni lege adulterium fuerit prohibitum*? ℞. affirm. *imò* de lege naturæ pa t Gen. 39. Ubi Joseph solo naturali lumine illustratus, dum repetitis vicibus tentaretur ab he, constantissimè renuit dicens: *quomodo possum hoc malum facere & peccare in DEum meum*, S eadem lege Job de adulterio ait: quòd sit nefas & iniquitas maxima c. 31. v. 11. *2dò* de lege Mo saica etiam patet, quia in ea adulteri lapidabantur Lev. 20. Si mœchatus quis fuerit cum vx re alterius, morte moriantur & mœchus & adultera. Hanc autem mortem fuisse per lapida onem, patet ex c. 8. S. Joan. Ubi Judæi adducentes adulteram ad Christum dicunt: Magist hæc mulier modò deprehensa est in adulterio. In lege autem Moses mandavit nobis hujusm di lapidare. Hinc Susanna in illa lege gravitatem hujus vitij perpendens, maluit publicam lumniam pati mortisq; subire discrimen, quàm lascivis senibus commisceri, Dan. 13. *3tiò* e lege gratiæ nihil certius est; *Nolite errare*, inquit Paulus, 1. Cor. 6. *neq; fornicarij neq; adult ri*, &c *regnum DEi possidebunt*.

Adulterorũ pœna.

V. *Quibus pœnis adulteri obnoxij sunt*? ℞. Præter paulò ante dicta apud varias gentes diversimodè plectebantur: nam primò Patriarcharum tempore, antequam Moses jussisset huj modi lapidare, pœna adulterorum erat ignis, vt patet Gen. 38 v. 24. Ubi Judas Thamarem n rum suam ob hujusmodi crimen (post sponsalia cum Sela Judæ filio inita) secum ipso sed scio admissum ad rogum deposcit dicens: *producite eam, ut comburatur*. *2do* Apud Arabes, P thos, aliasq; nationes, adulteris semper pœna capitis fuit, vt testatur Alex. ab Alex. l. 4. c. *3tio* Imperatores Ethnici, Julius Cæsar, Tiberius, Domitianus, Severus & Aurelianus gravissimas pœnas in adulteros sanxerunt, quorum vltimus hanc legem tulit: vt adulter ad duarum arbo rum inflexa capita pedibus religaretur, quo facto arbores rursum summâ violentiâ elevatæ medium discerpebant, duabus corporis medietatibus ab invicem diuulsis horrendo sanè spect culo vtrinq; pendentibus. *4to.* Saxones adhuc pagani adulteram cogebant seipsam suspen o necare, & super bustum illius incensæ & concrematæ adulterum suspendebant, vt testatu Bonifacius Moguntinus Episcopus scribens Ethilbaldo Regi Angliæ. *5to* Ipse spurcissimus M hometh sanxit, vt adulter publicè fustigaretur ad 100. ictus. *6to* Tenedius rex legem t lit in adulteros: vt vtriusq; corpus securi concideretur, ejusq; legis exemplum in proprio filio didit.

In re venerea non datur parvitas materiæ

VI. *An in re venerea detur parvitas materiæ*? ℞. licet nonnulli viri docti affirmativam docuerint, & fortassis etiamnum doceant, in societate tamen nostra id docere nefas est. Nam docentes dari in hac re parvitatem materiæ, videlicet in exigua aliqua delectatione venerea liberatè quæsita, aut etiam deliberatè admissa, non peccari mortaliter, excommunicantur, ctura, voce activa & passiva privantur, inhabilitate ad quævis officia puniuntur, & alijs insu r pœnis arbitrarijs subjiciuntur, idq; non tantùm si hanc sententiam vt probabilem, sed etiam si vt tolerabilem doceant, aut eam sibi placere significent, aut secundùm eam consilium ali dent. Negativam etiam sententiam docet S. Thom. 2. 2. q. 154. a. 4. S. Antoninus, Less Sanchez qui oppositam suam sententiam, quam ante docuerat, retractavit. Jam si delectatio venerea etiam minima, putà ex visu, auditu, aut etiam ex sola cogitatione morosa deliberè quæsita aut admissa est peccatum mortale, patet, quanta fuerit nequitia imò dementia quoru dam, qui etiam fornicationem, eaq; majores spurcitias à peccato mortali excusare ausi sit. Talis fuit Nicolaus vnus de 7. Diaconis electus ab Apostolis, hic (vt refert Epiphanius l. 1. co-

tra In-

ra hæreſes, hæreſi 25, cùm ad vxorem redijſſet, à qua ſe religionis causâ continuerat, erubeſcens ſe victum libidine, affirmare cœpit, niſi quis ſe Veneri ſingulis diebus daret, participem itæ æternæ fieri non poſſe, & ex hoc orti ſunt hæretici turpiſſimarum libidinum auctores Niolaitæ, Gnoſtici, Ebionitæ & alij, de quibus S Paulus Epheſ. 5. intelligi poteſt, dum ait: Noite communicare operibus tenebrarum, ſed magis arguite, quæ enim in occulto fiunt ab ipſis, irpe eſt dicere. Talis fuit & illa mulier nobilis & potens, ſed hæretica ſub Epiſcopo Thyaræ Eccleſiæ, quæ volebat videri prophetis, vt eo nomine plures deciperet, cùm revera prophes non eſſet, ſed impura mulier & Nicolaitarum ſectatrix, docebat enim fornicari & edere de lolothytis. Hanc Chriſtus Dominus Apoc 2. v. 20 per S. Joannem ſcribens Epiſcopo Thyaræ nominat Jezabelem (ſicut enim Jezabel propagaverat cultum Baal: ita hæc ſectam Nicolaiirum) *habeo*, inquit, *adversùs te pauca, quia permittis mulierem Jezabel, quæ ſe dicit prophen, docere, & ſeducere ſervos meos fornicari & manducare de idolothytis. Ecce mittam eam in ctum* (id eſt, percutiam eam graviſſima ægritudine) *& qui mœchantur cum ea, in tribulatioe maxima erunt, niſi pœnitentiam ab operibus ſuis egerint.*

PRÆCEPTUM VII. *Furtumq́ non facies.*

QUæſtio I. *Quid vetatur VII. præcepto ?* ℞. Omnis illicita vſurpatio rei alienæ, ſiue per rapinam manifeſtam, ſiue per vſuram, alióſue injuſtos contractus, imò etiam per fortuitam inventionem, ſi ſcias rei Dominum & non reddas. De hoc, S. Auguſt. in cap. ſi quid 14. q. 5. Si quid inveniſti, & non reddidiſti, rapuii. De hoc furto ſcribit idem S. Auguſt. in 7mam plagam Ægypti. Septimum, inquit, præcetum eſt, non furaberis, & plaga 7ma fuit grando in fructibus. Quod per furtum contra DEi ræceptum ſubducis, de cœlo perdis. Nemo enim habet injuſtum lucrum ſine juſto damno, ui furatur, acquirit veſtem, ſed cæleſti judicio perdit fidem, vbi lucrum, ibi damnum, viſibiter lucrum, inviſibiliter damnum. Lucrum ſua cœcitate, damnum, quia vivit ſine æquitate. rgo qui ſuo judicio forinſecus furantur, juſto DEi judicio intrinſecus grandinantur, quia ſcicet per reatum mortis æternæ in anima feriuntur. Hæc Aug. Juvat etiam ad hoc crimen fuiendum illa conſideratio, quam habet Corn. in opere 4tæ diei Gen. 1. v. 16. vbi deſcripta cærum & ſtellarum amplitudine ſic ait: Si ergo in ſtella aliqua & multò magis in cœlo empyreo onſiſteremus, & diſpiceremus hunc terræ globum, an non exclamaremus; hoc eſt punctum, ui inhiant filij Adæ quaſi formicæ, hoc eſt punctum, quod inter mortales ferro & igni diuiitur. O quàm anguſti ſunt mortalium termini! ô Iſrael, quàm magna eſt domus DEi, & inens locus poſſeſſionis ejus Baruch 3. v 24 Deſpice ergo punctum hoc, & ſuſpice cœli amitum &c. quis hæc cogitans tam amens ſit & ſtolidus, vt iniquè punctum ex hoc puncto, pu agrum, domum aut rem aliam proximo per vim aut fraudem ſurripere, itaq; ſe immenſis rbium ſupernorum ſpatijs fraudare & excludere velit? quis particulâ terræ rubræ vel albæ endat vaſtiſſima ſtellarum palatia &c. Alexander Seuerus Imp. teſte Lampridio in ejus vita, deo vindex furti fuerat, vt ſi quem talium videret, paratum haberet, qui ei oculu o erueret, nò quemdam ex honoratis in furto deprehenſum, mox ex lege crucifigi juſſerit. Idem per ræconem edixit: nemo ſalutet principem, qui ſe furem eſſe agnoſcit. Idem furti ſuſpicione ifames nec intueri ſuſtinebat, adeò vt cùm ſeptimus Arabinus, qui famoſus crimine furtorum b Heliogabalo fuerat, inter Senatores principem ſalutatum veniſſet, exclamarit: O numina! Jupiter! ô Dij immortales! Arabinus non ſolùm vivit, ſed etiam in ſenatum venit, fortaſſis me ſperat? tam fatuum, tam ſtultum me eſſe judicat. Sed gravius eſt, quod DEus hujusodi injuſtis rerum alienarum invaſoribus & poſſeſſoribus intentat: Exſpectavi, (inquit de Iſraitis ſub nomine vineæ Iſa. 5) vt faceret judicium & juſtitiam, & ecce iniquitas, væ qui conngitis domum ad domum, & agrum agro copulatis. In auribus meis ſunt hæc, dicit Domius exercituum: niſi domus multæ deſertæ fuerint, grandes & pulchræ abſq; habitatore, decem nim jugera vinearum facient lagunculam vnam, & 30. modij ſementis facient modios tres. l eſt, væ vobis avari, qui per fas & nefas omnia vultis occupare, audio clamoſas veſtras lis, fraudes, oppreſſiones pauperum, ideo juro per nomen meum, quòd domos & agros veſtros ſcindam, redigam in ſolitudinem & ſterilitatem, ita vt ex 10. vinearum jugeribus tam paucas ollecturi ſitis vuas, ex quibus vix vnam vini lagenam exprimere poſſitis, & in meſſe vix demam ſementis partem colligatis. Et Hab. 2. *Væ ei qui congregat non ſua? usquequo & aggrauat contra ſe denſum lutum &c.* Verè enim opes, vt inquit Remigius, ſunt denſum lutum, uia congregatæ ex rapinis, fraudibus, vſuris animam conſpurcant, & graviſſimo iniquitatis ondere detrahunt in gehennam.

Furtum.

II. *Quinam maximè peccant contra ſeptimum præceptum?* ℞ Vix vllum eſt hominum geus, in quo non ſint aliqui, qui contra hoc præceptum peccent. Dicam ſolùm aliqua de ijs, qui npunè furantur, nec tamen fures dici volunt, & ſunt *imo* reges & principes, qui multis exactinibus ſubditorum burſas emungunt, de quibus Michæas c. 3. v. 2: *Audite principes Jacob &*

Fures.

Duces domus Iſrael, qui violenter tollitis pelles eorum deſuper eis, & carnem eorum deſuper oſſibus eorum &c. quod item Dominus pſ. 13. v. 4. conqueritur: *decoriaverunt plebem meam ſicut eſcam panis.* Sicut enim panis quotidianus eſt cibus, ſic principes quotidie magnam pecuniæ vim à ſubditis extorquent, eosq; quaſi conſumunt, quod vtiq; peccatum eſt contra 7mum præceptum, & rigidos hos exactores æterna damnatio manet, quod pulchro apophthegmate indicavit Ludovicus XII. rex Franciæ dicere ſolitus: plebem & ruſticos eſſe paſcua tyrannorum & militum, tyrannos autem & milites eſſe paſcua diabolorum. Ad has exactiones faciendas ſolent principes induci conſilijs ſuorum miniſtrorum, qui eas novis exornant titulis, fingunt motiva & boni publici exigentiam mentiuntur. Talis conſiliarius fuit ille Pariſijs, de quo narrat Corn. à Lap in c. 13 Ezech. qui regi, vt rem nummariam augeret, ſuaſit, vt ex minimis etiam rebus, quas ruſtici ferunt in vrbem vnum aut alterum nummum exigeret. Cùm verò viderent conſiliarij, in vrbe ob populi frequentiam ingentem pecuniâ colligi, multas ſimiles exactiones plebem gravantes excogitarunt. Hoc videns, qui primum conſilium dederat, pœnitentiâ ductus, conatus eſt diſſuadere, quod priùs injuſtè adinvenerat: ſed cùm non idem auctoritatis haberet in diſſuadendo, quod habuerat in ſuadendo, in magnos animi angores incidit, peneq; de ſalute deſperavit. Et vt pœnitentiam hanc ſuam teſtaretur, & alios ab illa deterreret, teſtamento cavit, vt in illa cloaca, in qua totius fori frumentarij ſordes confluunt, ſepeliretur, in qua etiam manet usq; in hunc diem exactionis ab eo ſuaſæ & perſuaſæ executio. Oſtenditur Pariſijs hodiedum os cloacæ in foro frumentario, in qua ſe ſepeliri juſſit inventor ille novi modi accipiendi.

Secundi tranſgreſſores VII. præcepti, ſunt miniſtri principum, & adminiſtratores reip. inter quos ſunt aliqui qui ſe mirum in modum ditant, cujus duplicem habent occaſionem, una eſt, quia redditus Principis colligunt, & à ſubditis exigunt, vt principi reddant, & hæc occaſio facit fures, piceis enim eorum manibus ſemper aliquid adhæret, & quia per multorum manus pecuniæ tranſeunt, donec ad ipſius principis ærarium perveniant, valde decreſcunt. Quidam imperij Princeps morionem habebat, & cùm in feſto Circumciſionis Dominicæ miniſtrorum & officialium ingens numerus menſam Principis cingeret, hic à morione adſtante ſibi ſtrenam dari petijt, quia verò tunc de exhauſto ærario & pecuniæ defectu ſermo erat, etiam morio pecuniæ inopiam cauſabatur, ſpondens, ſi vel vnum haberet aureum, ſe cuivis commenſali convenientem empturum ſtrenam: dat princeps aureum & morio numeratis commenſalibus abiit in forum, & tot emit crumenas, quot erant convivæ, diſtributionem ab infimo ſumens, cui maximam, & ſic per ordinem ſemper minorem dabat crumenam, vt tandem Principi minima obtigerit, vniverſæ hujus diſtributionis rationem dare juſſus reſpondit: crumenas juxta pecuniarum exigentiam diſtribui: magna vtiq; à ſubditis nummorum copia exigitur, hinc prima, quia [...] cipitur, crumena debet ampla eſſe, quò per plures autem manus & crumenas tranſit, eò magis decreſcit, vbiq; notabilem ſui partem amittens, vt tandem minima pars in manus principis deveniat, cui proinde etiam minima competit crumena, pecuniæ recipiendæ ſat capax, quæ plerumq; evacuata marcet, dum officialium marſupia turgent.

Alteram occaſionem coaceruandi pecunias offert eorum ſuperioritas, juriſdictio in ſubditos, vi cujus ad larga offerenda munera, præſtanda ſervitia, & pro quovis minimo labore, brevi ſcriptura, lata ſententia, conſilio paucis verbis conſtante &c. ſolvenda pretioſa honoraria, quas mercedes laboris appellant, obligare ſolent ſubditos; hoſq; ſubtiles acquirendi modos [...]cant ſua *Accidentia*, & ſic tales officiales re ipſa probant ſententiam illam accidentia producere ſubſtantiam; officialium enim *ſubſtantia* augetur & inpinguatur per talia *accidentia*, quid enim tam celeriter in immenſum augeant divitias, amplam continuò alant familiam, & ad ſplendorem veſtiant, exornent ædes ad jactantiam ſuperba ſupellectile, menſam indies onerent opiparis eſcis, in educationem ſumptuoſam prolium multam annuatim expendant pecuniam, & inſuper nova excitent ædificia, coëmant agros, vineas, prata, hortos & ſic ex mediocris conditione fortunæ, brevi ad ampliſſimas perveniant poſſeſſiones &c. adſcribendum eſt efficaciæ virtuti operativæ prædictorum accidentium: en locupletiſſimos ſententiæ illius patronos: Morio de quo antea dixi, advertens ſuum principem ſolito triſtiorem eſſe, eum amicè affatur, quaſi condolens, quæ cauſa mœroris tui? Princeps: pecuniam non habeo. Ille: cauſam tibi imputa, cur non agis officialem: non deliravit planè in hoc dicto, nam quò ampliùs diteſcunt officiales, eò plus indigent Principes. Raros invenies officiales, qui tandem non locupletentur, juſto an injuſto titulo meum non eſt ſcrutari, ſufficiat narraſſe dictum Xenocratis, qui videns quemdam furem ad patibulum duci ſubriſit, & cauſam interrogatus acutè dixit: *quia magni fures parvum furem ad patibulum ducunt.* Nempe parvi fures viſuntur in patibulis, magni verò frequenter ambulant in curijs, & volvuntur honorati in rhedis Unde ſubtiliter Anacharſis leges comparavit telis aranearum: nam vt illis infirmiora animalia retineri videmus, valentiora tranſmitti, ita his humiles & pauperes conſtringi, divites & potentes non alligari. Voluit dicere miniſtros juſtitiæ fures ad furcam condemnare, quam ipſi graviorum furtorum rei jam ante meruerunt, dum talibus minoribus furibus ferreas compedes injiciunt, ipſi catenis aureis amicti [...]

Accidentia producunt ſubſtantiã.

ſple-

lendent, quas furtis compararunt, quod breviter expressit quidam Pöëta.

Fur omnis capitur, magnus parvusq;: minores
Ferrea: majores aurea vincla tenent.

ertij sunt judices & causidici, qui litigantes exsugunt, & quantum ad judices, hi ab actore & o munera recipiunt, ei verò adjudicant, qui in donis liberalior, quamvis in causa iniquior est. ausidici rem iniquam pecuniæ amore defendendam suscipiunt, & cùm actionem in multum proaxerunt tempus, cliens ad paupertatem redactus tandem causâ cadit expilatus & excoriatus. uos ejusdem causæ in contrarium defensores, procuratores non nemo aptè comparavit lotriɔus, quarum vna madens linteum torquet dextrorsum, altera sinistrorsum, & ita inter alternos :us omnem aquam & humiditatem exprimunt: ita procuratores, dum in diversum eamdem caum agitant, clientem incessanter flagellant & premunt, donec omnem ei expresserint pecuniam quasi exsiccarint. *Judices & causidici.*

Quarti sunt mercatores & negotiatores, qui varias fraudes exercent, emptores mendacijs perjurijs, astutia & dolo ad merces caro nimis pretio emendas inducunt, & sic congerunt *lum in arca, damnum in conscientia.* *Mercatores*

III. *Ad quid obligantur, qui contra 7mum præceptum peccant?* ℞ ad restitutionem, qua n facta, à peccato non absolvuntur, dicente S. Aug. ep. 54. *non dimittitur peccatum, nisi lituatur ablatum.* Fundatur hæc doctrina in multis scripturæ locis: nam Tobias, cùm vxor :dum caprarum domum detulisset, & ipse balantis vocem audisset, dicebat: *Videte ne fortè furus sit, reddite eum Dominis suis, quia non licet nobis, aut ex furto edere aliquid, aut continge-* Tob. 2. v. 21. Zachæus ob factam restitutionem meruit audire filius Abrahæ Luc. 19. *Restitutio.*

PRÆCEPTUM VIII.

Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

QUæstio I. *Quid vetatur hoc præcepto?* ℞det S. Thom 2. 2. q. 122. a. 6. Denominatione desumpta à principaliore, alia quoq; ei vicina crimina vetantur, vt detractio, contumelia, irrisio, susurratio, mendacium, omnes deniq; injuriæ, quæ proximo per linguæ abusum irrogantur. Quia hoc octavum præceptum primariò respicit læsionem proximi judicio, per quos hæc fiat, & quantum sit delictum examinemus.

II. *Quinam in judicio peccant contra octavum præceptum?* ℞. Falsi testes. His pœna tanis statuitur Deut. 19. v. 18. his verbis: *cùmq; diligentissimè perscrutantes invenerint falsum ten, dixisse contra fratrem suum mendacium, reddent ei sicut fratri suo facere cogitavit, & aues malum de medio tui, vt audientes cæteri timorem habeant, & nequaquam talia audeant fa-re, non misereberis ejus, sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente &c. exiges.* factum est Dan. 13. impuris senibus, qui Susannam adulterij falsò accusatam in discrimen lalationis conjecerant, nam ipsi mendacij conuicti lapidibus obruti sunt, estq; in illis verifican illud Ezech. 27. v. 28. *qui in altum mittit lapidem, super caput ejus cadet, & qui foveam lit, incidet in eam.* Jure Ecclesiastico perpetuò sunt infames, vt patet causa 3. q. 5. cap. *nstituimus.* 2dò peccant contra hoc præceptum falsi accusatores, seu actores qui alterum si criminis accusant. Talis fuit vxor Putipharis, quæ falsò accusavit Joseph Gen. 39 Senes , qui Susannam adulterij insimulabant Dan. 13. Principes Sacerdotum, qui Christum de mulfalsis accusabant, vt eum morti traderent &c. *Testes falsi. Accusatores falsi.*

III. *Quid est loqui falsum testimonium?* ℞ ille falsum loquitur testimonium, qui contra um sciens & volens falsum dicit, negando, quod scit esse factum; vel asserendo, quod scit non e factum, & hoc potissimùm in judicio juridicè interrogatus. Testis falsus peccat 1. in DEum ia pejerando eum contemnit. 2. in Judicem, quia eum mentiendo fallit 3 in reum, quia suo :ndacio vel famam, vel bona aut vitam ei eripit. Vel si nocens est, peccat in remp. dum tatur innoxium esse & sic nocet reip. dum noxia membra non resecat. *Testimonium falsum.*

IV *Quibus de causis moventur testes ad dicendum falsum testimonium?* ℞ alij corrumntur pecuniâ, ne in judicio dicant verum. Alij moventur amore v. g. ratione consanguinis, vel ratione beneficij à reo aliquando accepti vel accipiendi. Aliqui corrumpuntur timo alicujus altioris potestatis, quam magis quàm DEum timent, & ideo veritatem loqui perti:lcunt. Alij deniq; corrumpuntur odio ob antiquas rixas & inimicitias &c.

PRÆCEPTUM IX. & X.

Non concupisces vxorem proximi tui, non domum, non agrum &c.

QUæstio I. *Quid vetatur his duobus præceptis?* ℞ vetatur interior concupiscentia eorum, quorum actus exterior alijs præceptis præsertim 6to & 7mo vetabatur. Quod est contra Judæos, qui putabant concupiscentiam internam non esse peccatum, sed his duobus præceptis tantùm vetari conatum exteriorem ad facinus complendum. Verùm hic natus exterior jam prohibitus est præcepto 6to & 7mo. Non minùs errant per aliud extre- *Concupiscentia interna.*

mum Lutherus & Calvinus, qui docent hic prohiberi concupiſcentiam involuntariam ſeu p-mitem concupiſentiæ ex peccato originali relictum, qui nihil eſt aliud, quàm inordinati [...]i-dam motus appetitus ſenſitivi & voluntatis rationem & liberum arbitrium, ſeu liberum vol[...]-tatis aſſenſum prævenientes. Sola itaq; voluntaria concupiſcentia, ſiue liber voluntatis c[...]-ſenſus in illicitas delectationes hîc prohibetur. Nam quod voluntarium non eſt, pecca[...]m eſſe non poteſt,

Concupiſcentiam vincendi modi.

II. *Qui ſunt modi hanc concupiſcentiam vincendi?* ℞ S. Thomas 4. ſuggerit. *Imò* o[cca]-ſiones exteriores fugere. *Virginem*, inquit Siracides, *ne conſpicias, ne fortè ſcandalizeri in decore ejus, averte faciem tuam à muliere compta, propter ſpeciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiſentia, quaſi ignis exardeſcit.* Hinc Job 31. *Pepigi fœdus cum oculis meis vt ne cogitarem quidem de Virgine.* Sunt oculi feneſtræ illæ, per quas aſcendit mors Jer. 9 [...]ta S. Hieron. l. 2. adverſ. Jovin c. 7. ait. [per quinq; ſenſus quaſi per quaſdam feneſtras v[iti]-orum ad animam introitus eſt. Non poteſt ante metropolis & arx mentis capi, niſi per po[rt]as ejus irruerit hoſtilis exercitus.] Qui aperit oculos, vt contempletur mulieres, aperit feneſ[tr]as, per quas aſcendit concupiſcentia, aperit oſtia, per quæ exit in opus luxuria. Vix aut ne vix [qu]i-dem vir curioſè conſpexit mulierem ſine naufragio. Univerſalis cataclyſmus mundi ab a[ſpe]-ctu mulierum ortum ſuum traxit: *quia videntes filij DEi filias hominum, quòd eſſent pulchræ [ac]-ceperunt ſibi vxores ex omnibus, quas elegerant* Gen. 6. Ingentem Sichimitarum ſtragem P[rin]-cipis nempe Hemor, omniumq; civium necem ſubſecutam præparavit aſpectus Virginis D[in]æ: quam cum vidiſſet Sichem, filius Hemor Heuæi, princeps terræ illius, adamavit eam & [ra]-puit &c. Gen. 34. Incarceratio innoxij Joſeph à viſu originem ſumpſit, quia injecit Don[ina] ſua oculos ſuos in Joſeph. & ait: dormi mecum Gen. 39. Samſonem exoculavit curioſior[aſ]-pectus Dalilæ. Nam videns mulierem de filiabus Philiſthiim Jud. 24. dixit parenti [hanc] mihi accipe, quia placuit oculis meis. Aſt qui ſic ſe capi permiſit à viſa fœmina, ca[ptus] & victus à Philiſtæis perdidit oculos ſimul & vitam Holofernes amiſit caput, & Aſſyrij [vi]-ctoriam, quia oculos conjecit in Judith. *Sandalia ejus rapuerunt oculos ejus.* Judith 16 [...] Omnes hos & plures alios perdidit viſus, vt meritò quis dixerit, oculi ſunt ſcopuli, ad quos [q]ui allidit, perit: ex viſu concupiſcentia, ex hac ſcortatio, ad iſtam ſequitur DEi vltio.

2do Cogitationibus aditum non præbere, idq; faciendum per carnis afflictionem exem[p]lo Apoſtoli dicentis 1. Cor. 9. *caſtigo corpus meum & in ſervitutem redigo, ne cùm alijs præd[ic]averò, ipſe reprobus efficiar.* 3tiò Orationi inſiſtere Sap. 8. *ſcivi quoniam aliter non poſſum [e]ſſe continens, niſi DEus det.* & Matt. 17. Hoc genus Dæmoniorum non ejicitur niſi in orati[o]ne & jejunio. 4tò otium fugere & honeſtis occupationibus inſiſtere, nam *multam malitiam [d]o-cuit otioſitas* Eccl. 33. Hinc Hieron. ſemper aliquid boni operis facito, vt te diabolus i[nve]-niat occupatum.

CAPUT VI.

Inculcat præceptum diligendi DEum ex toto corde. Quo præſtito p[ro]-mittit perpetuam in terra promiſſa fertilitatem & proſperitatem.

DEus vnus.

QUæſtio I. *Quid denotant verba* v. 4. DOMINUS DEUS NOSTER, DEUS UNUS E[ST?] ℞ id eſt ſolus, neq; præter ipſum eſt alius. De hac vnitate DEi tractant Theol[og]i. Libet S. Amb, adducere, l. 3. de Spiritu S. c. 17. Unus eſt, hoc eſt immutabilis ſem[per] vnitate permanens poteſtatis, ſemper idem, acceſſione nulla, nulla diminutione muta[tu]r. Hic idem S. Doctor ep 1. ad Juſtum ſic concludit: Et tu ergo ad ſimilitudinem Domini v[n]us eſto atq; idem, non hodie ſobrius, cras ebrioſus, hodie pacificus, cras litigioſus, hodie fr[ug]i, cras incontinens &c. grave eſt enim mutari in pejus, ſed eſto ſicut imago in didrachma, [i]m-mutabilis, eumdem habitum ſervans. In Hebræo verſus hic ita legitur: Audi Iſrael, D[Eu]s, DEus noſter, DEus vnus eſt, quo loquendi modo innuitur myſterirum SSmæ Trinitatis & [in]-carnationis, nam nomen DEi ter repetitum (vt & Iſaiæ 6. Sanctus, S. S. Dominus Deus ex[er]-cituum) ſignificat tres perſonas, 2do verò loco additum ly noſter, ſignificat Verbum aſſu[m]-pſiſſe carnem noſtram, quo ſenſu etiam pſ. 66. dicitur: *Benedicat nos DEus, DEus noſter, be[ne]-dicat nos DEus.* Galatinus l. 2. c. 1. teſtatur veteres Rabbinos (inter quos Rabbi Simeon fi[li]us Joai) triſagion illud Seraphicum Iſa. 6. ſic expoſuiſſe: Sanctus, hic eſt pater, Sanctus, hic eſt [fi]-lius, Sanctus hic eſt Spiritus Sanctus, & inſuper ſanxiſſe, vt tam hoc triſagion, quàm hujus v[er]-ſus verba minimùm bis in die, ſcilicet oriente & occidente ſole, à quolibet Judæo recitar[en]-tur, quem morem ait apud eos ad ſua usq; tempora perſeueraſſe.

Deum vnũ eſſe rationi conveniens.

II. *An rationi conueniens ſit vnum eſſe Deum?* ℞. Tertulliani effatum eſt: *Deus ſi non [e]ſt vnus, non eſt.* l. 1. c. 3. contra Marcionem volentem duos Deos admittere in hunc ferè mod[u]m diſputat: nemo eſt, qui loquens de Deo juxta dictamen propriæ conſcientiæ ſuæ non dicat, [ill]-um eſſe *ſupremum omnium entium.* Jam conditio entis ſupremi eſt, vt nec ſuperiorem habe[at], nec æqualem: nam ſi habuerit ſuperiorem, non eſt ſupremum, cùm aliquid habeat ſupra [ſe]

k ſi habuerit æqualem, non eſt ſupra omnia entia, cùm aliquid ſibi habeat æquale, quodq; ſibi nnullo cedat. Videre quidem erat quandoq; duos Imperatores, idem omnino regnum adminitrantes, hi ambo duo æquales fuerant, verùm ipſi non erant ſupremum ens, eò quòd ambo dependerent à DEo. Glorioſum hoc & ſupereminens elogium ſupremi entis, non poteſt niſi vni ſoli onvenire. Vel ſi Marcion obſtinatè defendere velit dualitatem Deorũ ſuorum, interrogo ipſum ...t ne omnino æquales, aut omnino ſimiles inter ſe, vel an habeant aliquã inter ſe differentiam? i in omnibus ſunt ſimiles, ita vt nihil ſit in vno, quod non ſit in altero, jam non ſunt duo, ſed ſt idem & vnus DEus, cùm nihil ſit, quod ipſos diſtinguat; ſi ſint diſſimiles, ita vt quivis illorum abeat aliquid, quod non habet alter, neuter illorum erit Deus, eò quòd ambo ſint imperfecti; vel eniq; ſi vni tantùm illorum aliqua deſit perfectio, hic non erit Deus, & alter, qui omnes haet, ſolus remanebit DEus. Omnino igitur verum eſt, plures, quàm vnum ſolum DEum verum ſſe non poſſe. Deinde ſi plures eſſent Dij, plures haberent voluntates, & conſequenter ſibi conrariari poſſent, ex quo inter illos bella orirentur, & mundi machina brevi vel diſſolueretur vel nto rerum omnium præſertim aſtrorum ordine, concordiâ & conſtantiâ non gubernaretur, ſius autem totius orbis cohærentia tam ſtabilis & pacifica œconomia ſatis declarat, eſſe vnum rimum movens, & omnia in ſuum ordinem reducens & gubernans: Deniq; ſi plures eſſent ij, perfectam & plenam ſubjectionem vtriq; exhibere non poſſent creaturæ, nec poſſent ita a obſequia eis æqualiter diſpertiri, vt non in vnius cultu deficerent, & alteri plus tribuerent: felix certè foret creatura, cui adorandi forent plures Dij, ſiquidem quivis ipſorum exigere b illa poſſet ſummam adorationem, omnia ſervitia, totum ipſius amorem. Non eſt ipſa ſolendo vni, quod ipſi debet, quomodo ſua ſe obligatione exſolvere ac liberare poſſet erga alios? i mandarent ipſi contraria, quomodo omnibus gereret morem? ſi ſua obſequia, ſi amorem um conſecraret vni, omnes alij, quibus hæc abnueret exin offenſi, tot ipſam obruerent calaitatibus, quot Deos ſibi haberet infenſos, fieret, quod Poeta ait: *Sæpe premente DEo fert DEus lter opem.* Quàm felix ergo homo, & quàm ſolida fruitur conſolatione, dum novit, quòd non iſi vnicum DEum habeat, quem amare, non niſi vnicum Dominum, cui ſervire, non niſi vnum mmum bonum, quod deſiderare & requirere debeat, quodq; in ipſo inveniat omnia, idq; nicum poſſidendo, bonorum infinitorum poſſideat theſaurum.

III. *Quomodo clariùs intelligenda verba illa; diliges ex toto corde, ex tota anima, ex tota rtitudine?* ℟ ſecundùm phraſim hebraicam, omnia pro eodem ſumi poſſe, trinamq; eam reetitionem tantùm majoris energiæ, & inculcationis gratiâ eſſe poſitam, ea enim eſt conſuetuo ſcripturæ, vt quando aliquid vult fortiter aſſerere aut inculcare, id varijs verbis idem ſignicantibus repetat. Sic 4. Reg. 20. Iſaias inquit ad Ezechiam: *morieris tu & non vives.* & pſ.): *lava me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me,* & alibi ſæpiùs, ſenſus ergo eſt hus verſus, diliges ex tota voluntate, totoq; affectu & conatu, omnia tua in eum, tamquam in timum finem referendo.

IV. *Quomodo in hac vita DEus ſuper omnia diligi debeat?* Ante reſponſionem nota, tricem charitatis gradum diſtingui poſſe, primus & ſummus eſt eorum, qui ita DEum amant, ſine intermiſſione per contemplationem & amorem actualem ei inhæreant, quæ felicitas on eſt hujus vitæ, ſed patriæ, ad quam aſpirabat Paulus cùm dixit: *non quòd jam acceperim, aut erfectus ſim, ſequor autem, ſi quo modo comprehendam.* 2dus gradus eſt eorum, qui licet ab actu ligendi aliquando ceſſent, nullum tamen veniale peccatum admittunt, quod etiam cum ſolis dinarijs gratiæ auxilijs abſq; ſpeciali DEi munere in hac vita præſtari non poteſt. Hinc S. ug. l de natura & gratia c. 36 poſtquam recenſuiſſet Abel, Henoch, Melchiſedech, Abraam, Iſaac & alios, ac tandem Sanctiſſimam Virginem, quos omnes volebant Pelagiani ſolis aturæ viribus vixiſſe ſine peccato; excepit primò Beatiſſimam Virginem, de qua inquit, proer honorem Domini, nullam prorſus, cùm de peccatis agitur, habere volo quæſtionem, tanem de alijs ſanctis ſic pergit: hac ergo Virgine excepta, ſi omnes illos Sanctos & Sanctas, im hic viverent, congregare poſſemus, & interrogare, vtrum eſſent ſine peccato, quid fuiſſe ſponſuros putamus? Utrum hoc, quod iſte (ſcilicet Pelagius) dicit? an verò quod Joannes poſtolus 1. Joan. 1. *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas nobis non eſt?* itaq; hoc ſi verum dicerent, haberent peccatum, quod humiliter faterentur, uia veritas in eis eſſet: ſi autem hoc mentirentur, nihilominus haberènt peccatum, quia veris in eis non eſſet. Hæc ille. *Deus ſuper omnia diligendus.*

Tertius gradus eſt eorum, qui ita DEum amant, vt licet nec ſemper, nec ita ei aſſiduè dhæreant per amorem actualem, tamen nullam rem DEo & amicitiæ ejus anteponunt, ſed lum ſibi habent propoſitum tamquam vltimum finem ſuum, quem nullo vnquam peccato ortali offendere volunt. Et hoc ſenſu Scripturæ paſſim dilectionem DEI ex toto corde, : obſervationem mandatorum ejus vel ſimul connectunt vel pro eodem ſumunt. Sic Exodi). v. 6. faciens miſericordiam his, qui diligunt me, vt cuſtodiant præcepta mea. Et Deut. . v. 12. *Et nunc Iſrael, quid Dominus Deus tuus petit à te, niſi ut diligas eum in toto corde to & cuſtodias mandata ejus.* & Ioan. 5. v. 10. inquit Chriſtus, *ſi præcepta mea ſeruaueritis,*

manebitis

manebitis in dilectione mea. & 1 Ioan. 2. v. 5: *Qui seruat verbum ejus, verè in hoc charitas* D*ei perfecta est.* Jam ℞deo ad quæsitum, hoc vltimo gradu & sensu, quemvis Christianum tenerj diligere DEum super omnia, atq; adeo hoc præceptum literaliter in hac vita impleri posse, qua non plus præcipit, nisi vt DEum ex tota nostra possibilitate diligamus, id est, quantum pro statu & infirmitate hujus vitæ possibile est. Unde quando S. Aug. l. de spiritu & litera c. ult. negat hoc præceptum in hac vita impleri posse, loquitur de primo gradu, non de hoc tertio. Itaq; hoc præcepto pro hac vita exigitur duntaxat totus & summus amor non quidem extensiuè aut intensiuè, id est, vt quis continuò in actuali amore, eoq; summo perseueret, sed solum comparatiuè, finaliter & appretiatiuè, *imò* comparatiuè vt scilicet ita totum cor & affectum des DEo, vt nullam ejus partem des dæmoni, aut peccato, ita Vasquez 1. 2. q. 109. a. 3. *2dò* finaliter, vt saltem in genere Deum habeas tamquam finem omnium tuarum actionum, eumq; vt summum bonum & vltimum finem rebus omnibus præferas, malisq; omnes res, atq; adeo vitam ipsam perdere, quàm Deum ejusq; gratiam, quo spectat illud Matt. 10. v. 37. *Qui amat patrem aut matrem plùs quàm me, non est me dignus.* Hoc sensu laudatur Abraham Gen. 22, quòd dilectionem DEi præferret dilectioni vnici filij sui, cùm enim inter omnes creaturas nullam tantopere amaret, ac suum Isaac, eumq; nihilominus paratus esset DEo offerre in sacrificium, euidens signum erat, eum dilexisse Deum super omnia. *3tiò* Appretiatiuè, quod ferè coincidit cum secundo modo, insuper ita, vt applices totum cor seu voluntatem ad obediendum ejus legi per omnia, quatenus ejus voluntati te per omnia conformes.

Meditatio ante somnum. V. *Quomodo intelligenda verba illa:* ET MEDITABERIS IN EIS SEDENS ET AMBULANS, DORMIENS ATQUE CONSURGENS? ℟. his omnibus inculcatur verba hæc de diligendo Deo perpetuò esse habenda in cogitatione, memoriâ, ore & opere. Meditaberis dormiens, id est, cubitum concedens. Laudabilis mos est eorum, qui ante cubitum aliquid pij ruminant, curantq; vt in ea cogitatione obdormiant, quo fit, vt quoties euigilant, eadem cogitatio recurrat, sicq; facile dæmonis illusiones elidant. Præclarè Bern. lib. de vita solitaria, iturus, inquit, ad somnum aliquid tecum defer in memoria, vel cogitatione, in quo placidè obdormias, quod non nunquam etiam somniare juvet, quod etiam evigilantem te excipiens in statum hesternæ intentionis restituat. Sic tibi nox, sicut dies illuminabitur, & nox illuminatio tua erit in delitijs tuis, placidè obdormies, in pace quiesces, facilè euigilabis, & surgens facilis & agilis eris ad redeundum in id, vnde non totus discessisti: sobrium enim cibum, sobrium sensum, sequitur sobrius somnus, carnalis verò somnus & brutus abominandus est servo Dei. Huc facit illud Arist. 1. Ethic. meliora sunt phantasmata in somnis studiosi, id est, ejus qui virtuti studet. Sic S. Xaverius ex diurna orandi consuetudine etiam dormiens orabat, exclamabatq; identidem: O DEus, ô JEsu, ô amor mi, DEus meus, & omnia. Ad hujus confirmationem facit, quod narrat Tostatus hìc q. 4. de servo, qui cùm noctu dormiens patrata interdiu mala loqui solitus, ad heri sui notitiam pervenire cognovisset, ante cubitum orationes recitabat attente, quas proinde in somno cùm repeteret, frugi factum herus existimavit. *Meditaberis consurgens.*

Meditatio matutina. Incredibile quantum animæ prosit meditatio matutina, experientia nos docet, eam esse totius Societatis nostræ fulcrum & fundamentum, omnemq; efficaciam ac fructum actionum nostrarum per diem ab ea profluere. Idem factictabat David ps. 62. *DEus DEus meus ad te de luce vigilo, in matutinis meditabor in te.* & ps. 5. *Domine exaudies vocem meam, manè adstabo tibi & videbo.* & ps. 87. *Manè oratio mea præueniet te &c.* Idem meritò practicare deberent omnes boni Christiani præsertim Ecclesiastici, quos ita alloquitur Corn. hìc: Obtestor te per tuam aliorumq; salutem, vt discas, & assuescas quotidie aliquid meditari de brevitate vitæ, de tua morte, judicio, æternitate, de vita & passione Christi aut Sanctorum, indeq; efficacia proposita concipias, quòd illa die iram, gulam, superbiam, in te mortificare, quòd te in humilitate, charitate, patientia exercere, quòd has illásue animas conuertere velis, atq; senties tibi per totum diem magnum robur & animos addi ad eadem perficienda, præsertim si proposita pia, quæ manè concepisti, per diem subinde renoves, atq; per orationes jaculatorias acuas & accendas.

Totaphot. VI. *Quomodo intelligenda verba* v. 8. ET LIGABIS QUASI SIGNUM IN MANU TUA, ERUNTQUE ET MOVEBUNTUR INTER OCULOS TUOS? ℟. Judæi id malè interpretantes, inquit Hieron. in c. 23. Matt. scribebant in membranis decalogum, complicantesq; ligabant in fronte, quasi coronam capiti facientem, quod usq; hodie Indi, Persæ & Babylonij faciunt, sic Hieron. Porrò si hoc inter oculos ponendum Hebræus vocat Thotaphot, id est, mnemosynon, de quo Columbus in c. 13. Exodi: Eò, inquit, prorsus inclino, vt quemadmodum illa signa, quæ in manu poni jubentur, fuerunt ornamenta manuum: ita Totaphot, quæ inter oculos appensa tenebantur, fuerint ornamenta, seu capitis seu faciei. Descendebant è capillis, seu capitis indumento, & per frontem inter oculos ad summum nasum pendebant, tactu autem seu pulsu ictuq; memoriam excitabant. Vox hæc Thotaphot deducitur à verbo Thaphaph, id est, plausit, quasi Thotaphot ita descenderent à fronte, vt inter oculos subsultarent, summoq; naso plauderent, & ad omnes ictus, pulsusq; hominem quasi admonerent, de servanda lege & præceptis DEi, & quidem secundùm literam accipiebant Hebræi. Verùm meliùs metaphoricè

parab-

arabolicè accipienda sunt, quasi diceretur: ita continuam præceptorum & dilectionis DEi abebitis memoriam, ac si ipsa frontalibus, dextralibus & liminaribus inscripta tuis oculis per-etuò objicerentur, ita Abulensis. Huc facit, quod dicit S. Aug. in Solil. c. 18. Omni momen-) me tibi Domine obligas, dum omni momento mihi tua magna beneficia præstas. Sicut go nulla hora est, vel punctum in omni vita mea, quo tuo beneficio non vtar; sic nullum ebet esse momentum, quo te non habeam ante oculos in mea memoria, & te non diligam tota fortitudine mea.

CAPUT VII.

Jubet stirpitus exscindi Chananæos. Vetat cum ipsis iniri nuptias, ut alia fœdera.

QUæstio I. *Quamdiu erant illicita Hebræis conjugia, cum Chananæis?* ℞. quamdiu manebant idololatræ, nam post conversionem ad Judaismum cessabat ratio inhibitionis data, sic Salmon duxit Rahab Jerechuntinam, quæ receperat exploratores missos à Josue Matt. 1. v. 5. Nam Rahab facta est proselyta, & sacra Judaica suscepit. *Conjugia Hebræis cū Chananæis illicita.*

II. *Cur DEus jubet omnes Chananæos ad internecionem delere?* ℞. Scriptura hîc v. 4. dat tionem, quia seducet filium tuum, ne sequatur me, & vt magis seruiat Dijs alienis. q. d. si on omnes ad vnum interfeceris, junges fœdus cum eis, quos seruaueris, fœdere inito venies l connubia, vnde fiet, vt conjuges infideles, liberos suos de ijs susceptos seducant, pervertant, q; ad sua idola pertrahant. Hinc patet, quantopere sit fugiendum consortium malorum, maxmè infidelium & hæreticorum. Quot non provincias, imò quot regna seduxerunt Luthe-s & Calvinus eorumq; asseclæ: quot optimi alioqui homines per commercia, & maximè per onnubia cum hæreticis perversi sunt. *Qui tetigerit picem,* inquit Syracides Eccl. 13. *inquina-tur ab ea, & qui communicauerit superbo induet superbiam.* Hinc rectè Seneca ep. 104. Si vis, quit, vitijs exui, longè à vitiorum exemplis recedendum est. Item hærebit tibi tumor, quamu cum superbo conversaberis, hærebit avaritia, quamdiu avaro convixeris, incendent libidi-s tuas adulterorum sodalitia, cum Catonibus vive, cum Socrate & Zenone conversare. *Consor la mala.*

III. *De quibus loquitur v. 10.* REDDENS ODIENTIBUS SE STATIM, ITA UT DISPER-AT EOS. ℞. non de Ethnicis & infidelibus, sed de solo populo DEi, juxta id quod habetur Mach. 6. v. 12. Obsecro autem eos, qui hunc librum lecturi sunt, ne abhorrescant propter ad-rsos casus, sed reputent ea quæ acciderunt, non ad interitum, sed ad correptionem esse ge-ris nostri. Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vl-ones adhibere, magni beneficij est indicium. Non enim sicut in alijs nationibus, Dominus tienter expectat, vt eas cùm dies judicij advenerit, in plenitudine peccatorum puniat, ita in nobis statuit, vt peccatis nostris in finem devolutis, ita demum in nos vindicet &c. Neq; im solet DEus cum suis diu dissimulare, quos chariores habet, maximè quando punitio non t ad interitum, sed ad correptionem, vel purgationem, vel certè ad interitum paucorum, im-imisq; eorum, qui graviùs deliquerunt, vt cœteri à peccando deterreantur, ita loquitur Tiri-s. Sicut Deus præstat bona diligentibus se in mille generationes, ita statim punit odientes vt patuit in pœna colentium vitulum aureum Exod. 23 & concupiscentium carnes Num. 11. pœna Core, Dathan & Abiron Num. 16, & pœna murmuris Mariæ Num. 12 Ita Corn. *DEus suos punit.*

IV. *Quis sensus verborum v. 13.* BENEDICET QUE FRUCTUI VENTRIS TUI, ET FRU-TUI TERRÆ TUÆ? ℞. sicut fæcunditas in antiqua lege, erat singularis DEi benedictio, vt tet in Abrahamo Gen: 22. v. 17. in Rebecca Gen. 24 v. 60. in Lia Gen. 30 v. 13. & alijs, idq; l maximè ob spem Messiæ ex posteris eorum nascituri: ita econtra sterilitas gravis pœna erat, sterilitate hominum habetur Gen. 20 v. 18. *Concluserat Dominus omnem vulvam domûs Abi-elech propter Saram.* & Jer. 22. v. 30: *Hæc dicit Dominus scribe virum istum steri em.* & O-æ 9. *Da eis vulvam sine liberis, & ubera arentia.* De sterilitate terræ Amb. l. 2. de Abel c. 8, ropter scelus hominum, inquit, & ipsa elementa damnantur. Deniq; David montibus, in uibus Jonathas cum Patre interemptus est, perpetuæ pœnam sterilitatis optavit dicens: montes elboe, neq; ros, neq; pluvia cadat super vos. Hæc Amb. Et Chrysost. in c. 5. Isaiæ: Plerumq; ontigit, vt propter hominum peccata, sua fœcunditate orbata sit terra, & quid miraris vim us genitalem occlusam fuisse, & fœcunditate fœtus sui imminutam, iniquitate hominum l exigente. *Fœcunditas & sterilitas.*

V. *Quid colligitur ex verbis v. 22* NON POTERIS EAS DELERE PARITER, NE MUL-IPLICENTUR CONTRA TE BESTIÆ TERRÆ? ℞ colligitur, valde amplam fuisse ter-m Chanaan, vtpote quæ à sexcentis millibus Hebræorum ita incoli non potuit, quin adhuc agna ejus solitudo restaret bestijs implenda, nisi Chananæi multis locis mansissent, & ideo Eus jubet eos paulatim deleri. Quamquam & alia de causa noluit DEus statim illam gen-m totam exterminare, vt nimirum in eis erudiret Israelem, vt dicitur Judic. 3. v. 1. id est, ne Israe- *Chananæi non simul delendi.*

ne Iſraelitæ otio torperent, ſed bellum aſſiduè gerentes luxu non diffluerent, diſcerentq; ne- tu hoſtium DEum colere, illi ſoli ſervire, & in eum, tamquam victoriæ datorem ſperare.

CAPUT VIII.

Hortatur ad accuratam divinæ legis cuſtodiam, ob multiplicia Iſ beneficia, partim accepta in deſerto, partim accipienda in terra Chanaan. Tranſgreſſoribus excidium minatur.

Veſtes per 40. annos non defecerunt.

QUæſtio I. *Quomodo factum, vt veſtimenta Iſraelitarum per 40. annos vetuſtate non defecerint?* ℞ miraculo id adſcribendum, quòd veſtes eorum non ſolùm non corru- ptæ, ſed nec inveteratæ fuerint, nec deteriores factæ, acceſſit & aliud miraculum, inquit Tirinus ex Toſtato, quod veſtes & calcei puerorum vnà cum incremento cor- porum, etiam ipſa incrementum caperent, alias enim non fuiſſet de veſtibus aut calceis ſat cautum creſcentibus.

Veſtes pueris in deſerto vnde?

II. *Unde veſtes pueris in deſerto per 40 annos de novo natis?* ℞det Tirinus, deſumi po- terant & conſui ex demortuorum exuuijs: maximè cùm conſtet, quadrageſimo anno non plu- res extitiſſe Iſraelitas pugnatores, quàm primo anno. Privilegio hoc q. 1. expoſito gaudebant tam boni quàm mali, prout etiam ſine diſcrimine veſcebantur manna, bibebantq; aquam ex petra miraculoſè provocatam.

Pes non ſubtritus.

III. *Quis ſenſus verborum v. 4.* PES TUUS NON EST SUBTRITUS? ℞ in Hebræo eſt, non intumuit. Apud LXX. pedes tui non occalluerunt, quod eſt dicere, via 40. annorum in deſerto illis non fuit difficilis. Et licet Num. 11. dicatur populus murmuraſſe & doluiſſe pro- pter laborem itineris, is tamen labor vel fuit valde modicus vnius ſolummodo diei vel certè non tam fuit cauſa doloris, quàm prætextus murmuris & gulæ, qua ad ollas Ægypti aſpirabant, vt patet ex v. 4. ejuſdem cap. Cæterùm omnes fuiſſe ſatis valentes & vegetos colligitur ex pſ. 104. v. 37. *non erat in tribubus eorum infirmus.* Poteſt etiam per pedem hîc intelligi calceus. Nam ſicut in prima parte hujus verſus Moſes dicit veſtimenta Judæorum per 40. annos non eſſe ve- tuſtate conſumpta, ac proinde haud dubiè cum parvulis miraculosè creviſſe; ita hîc videtur ſub- jicere, quòd nec calcei ſint attriti, prout ipſe ſe explicat Deut. 29. v. 5. *Non ſunt attrita veſti- menta veſtra, nec calceamenta pedum veſtrorum vetuſtate conſumpta ſunt.*

Benedictio menſæ.

IV. *Quæ doctrina ſumenda ex verbis illis* v. 10: UT CUM COMEDERIS ET SATURA- TUS FUERIS, BENEDICAS DOMINO DEO TUO? ℞det S. Chryſoſt. hom. 10. in Gen. Vide quomodo potiſſimùm congruit poſt ſumptum cibum ſpirituale convivium proponi, vt non poſt ſatietatem cibi corporalis animo torpere & deſes fieri incipiens in perniciem aliquam ruat, & locum det diaboli machinationibus, qui nullo non tempore obſeruat, num ferire commodè queat. Apud Judæos etiamnum dicitur moris eſſe, vt non tantùm benedicant & gratias agant ante & poſt menſam, ſed etiam quotieſcunq; aliquid novi & lauti infertur ad menſam, bene- dictionem iterent dicendo: benedictus ſis Domine DEus noſter creator, qui bonus es & bene- facis omnibus, qui creaſti hunc ſapidum cibum, hæc aromata, hos fructus &c.

Serpens adurens.

V. *Quis ſerpens adurens & dipſas* v. 15.? ℞ Hi ſerpentes Num. 21 v. 7. vocantur igniti, qui tum morſu, tum flatu hominibus nocebant, dicuntur igniti, non quòd naturæ ſint igneæ, ſed ab effectu, quòd morſu ſuo tantum calorem inducerent, vt ab eis morſi ſibi vri viderentur. Veroſimile eſt hîc deſignari Baſiliſcum ſeu regulum, quia huic ſerpenti omnium venenatiſſimo maximè competit, quòd afflatu ſuo & herbas, & homines, & ſerpentes alios adurat, & venenum aſpiret, teſte Plinio & Æliano. Addit Galenus l. de Theriaca ad Piſonem, regulum ſolo ſibilo ſiue ſerpentes, ſiue homines, ſiue alias animantes occidere, quin & à multis creditum, ſolo viſu enecare. Ita Tirinus. Viſos tamen fuiſſe aliquando ſerpentes ſeu dracones ignitos, id eſt, qui ignem vomerent, teſtantur hiſtorici. Leslæus in ſua Scotia Anno 1558. refert apud Marchiam & Landoviam draconem quemdam tantos ignes vomuiſſe, vt ijs ſegetes & fruges incenderit. Dipſas à διψᾶν id eſt, ſitire ſic dictus, & ab eadem *ſiti* Latinè *ſitula* vocatur, teſte Iſidoro, qui dicit aſpidis ſpeciem eſſe, & quotquot admorſi ſunt ab hoc ſerpente, tanto ſitis ardore cruciari, vt vel eodem moriantur, vel eò uſq; bibant, donec medij diſrumpantur. Theriaca huic malo præ- ſens remedium eſſe dicitur.

CAPUT IX.

Hortatur Iſraelitas ne inſoleſcant de victorijs in Chananæa reporta- dis, quia eas Dominus immeritis collaturus eſt. Ad quod probandum re- fricat illis in memoriam eorum peccata, maximè adorationem vituli.

QUæſtio I. *Quomodo intelligenda verba* v. 1. TU TRANSGREDIERIS HODIE JOR- DANEM? ℞ idem eſt, ac non multò pòſt. Nam quòd eodem præciſè die non tran- ſierint Jordanem, ſed poſt duos primum menſes, patet ex eo, quòd hæc verba locu- ſit Mo-

Moses prima die mensis vndecimi, vt dicitur hîc c. 1. v. 9. Hebræi autem transierant Jordanem decimo die mensis primi anni sequentis, vt dicitur Josue 4. v. 19.

II. *Qui fuerunt filij Enacim?* ℞. det Theodor. q. 7. Erant oriundi è gigantibus, sicut narrat historia, dicit enim populum numerosum proceræ magnitudinis, filios Enac, quos tu vidisti & audisti. Quis resistet in faciem filiorum Enac. Adjecit autem quos tu vidisti, vt illis in memoriam reduceret exploratores illius terræ, qui dicebant, nempe eramus in conspectu eorum tanquam locustæ. Hoc modo superbiam de sua fortitudine reprimens, admonet eos, ne de dotibus animi glorientur. Ne dixeris *propter justitiam meam introduxit me DEus, vt terram hanc possiderem.* Ita porrò dixit, duo moliens apud se, tum vt modestè se gererent, tum auxilio DEi omnia tribuerent. *Enacim filij*

III. *Quid discendum ex verbis illis:* DOMINUS DEUS TUUS IPSE TRANSIBIT ANTE TE IGNIS DEVORANS &c v. 3.? ℞. Lyran. Per hoc docemur, quòd nullum actum debemus nobis attribuere, sed totum virtuti Divinæ. Videmus enim in instrumentis alicujus artis, quòd licet sint optimè constituta in esse sibi competenti, tamen nihil agere possunt sine motu artificis, vt securis quantumcunq; acuta scindere non potest, nisi moveatur manu artificis. Res autem naturales comparantur ad DEum, sicut ad artificem Sap. 7. *Omnium est enim artifex omnem habens virtutem.* Et ideo res constitutæ in esse naturali operari non possunt sine DEi motione generali, quia causa prima plus influit in causatum, quàm secunda. Eodem modo in actum meritorium nullus potest exire sine speciali DEi motione. *Divinæ virtuti omnia tribuenda.*

IV. *Quid discendum ex illis verbis* v 7. MEMENTO ET NE OBLIVISCARIS, QUOMODO AD IRACUNDIAM PROVOCAVERIS DOMINUM DEUM TUUM &c.? ℞. det idem. Licet bonorum actuum nostrorum debeamus meminisse DEo gratias agendo, qui principalis factor eorum, vt dictum est, tamen peccatorum nostrorum frequentiùs debemus memorari, dolendo de ipsis & veniam postulando, quia peccatum totum à nobis, in quantum peccatum, DEus enim non est causa peccati, secundùm quod ipse dicit Osee 14. *Perditio tua Israel ex te, tantummodo in me auxilium tuum.* *Peccatum à nobis.*

V. *Quot quadragesimas jejunavit Moses?* ℞. saltem duas, primam, antequam primas legis tabulas à DEo acciperet Exod. 25. secundam ante secundas, vt dicitur hîc v. 18. *Et procidi ante Dominum sicut priùs, 40 diebus & noctibus panem non comedens & aquam non bibens.* Dixi saltem duas, quia Hebræi, Hugo Card. Cajet. & alij censent eum adhuc tertiam interposuisse, qua supplicavit Domino, vt parceret populo peccatum adorationis vituli aurei, vt dicitur hîc v. 25. Communior tamen est sententia, hanc tertiam quadragesimam, non esse diversam à secunda, quia Moses orando veniam adorati vituli simul se disposuit ad accipiendas secundas tabulas pœnitenti populo communicandas. Rationem dat Tirinus, nam vtrobiq; se pro eodem populi peccato prostratum jacuisse, DEumq; exorasse narrat. Quid verò opus fuisset, DEo semel exorato placatoq; rursus in eumdem finem aliam quadragesimam ordiri. *Moses quot quadragesimas jejunavit.*

VI. *Quæ notanda* v. 21 VITULUM COMBUSSI, ET IN FRUSTA COMMINUENS, OMNINOQUE IN PULVEREM REDIGENS PROJECI IN TORRENTEM, QUI DE MONTE DESCENDIT? ℞. 4. notanda esse, imò quòd igne crematus sit, vt liquaretur in massam, & quasi in carbonem redigeretur, in odium scilicet figuræ, voluit ante omnia formam vituli delere. 2dum quòd in frusta comminutus sit, 3tium quòd pilo in pulverem redactus sit, nam Hebræus habet, contrivi illum molendo bene, donec comminutus esset in pulverem, 4tum quòd projectus sit in torrentem, qui de monte Horeb seu Sina descendit. Exodi 32. v. 20. additur quintum his verbis: pulverem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Israel, nimirum pulvis in torrentem missus est, (qui vt dixi descendebat de Sina, & ferebatur per castra Hebræorum) planè eo tempore, quo Hebræi hausturi aquam venerant, atq; adeo in ipso aquæ haustu, quin imò videtur Moses præcepisse & coegisse populum inde bibere. Quod fecit ex bono fine, vt scilicet idolum suum vorarent Apostatæ, & vt contemnere discerent, quod in secessum projici videbant, inquit Hieron. ad Fabiolam V. dicta Exod. 32. v. 20. *Vitulus combustus.*

VII. *Quid indicant verba* v. 22. IN INCENDIO QUOQUE ET IN TENTATIONE, ET IN SEPULCHRIS CONCUPISCENTIÆ PROVOCASTIS DOMINUM? ℞. hæc loca videntur à rebus, quæ in eis gesta sunt nomen accepisse *Incendium* est ille locus, in quo murmurarunt Hebræi ob laborem itineris, ideoq; DEus misit in eos ignem, vt habetur Num. 11. & Num. v. 47. *Tentatio* est ille locus in quo Hebræi tentarunt Dominum postulantes aquam, vt habetur Exod. 17. 7. & Num. 20. v. 2. 3. & 13. Sepulchra concupiscentiæ vocatur ille locus vbi Judæi concupiscentes carnes, contempto manna percussi à Domino plagâ magnâ nimis sepulti sunt. Num. 11. v. 34.

CAPUT

CAPUT X.

Commemorat tabulas digito DEi inſcriptas, & arcam fœderis: Tribum Leuiticam à DEo ſpeciatim delectam pro cultu tabernaculi: Iſraelitas multiplicatos ſicut aſtra cæli.

Leuitarum poſſeſſio.

QUæſtio I. *Quæ eſt poſſeſſio Leuitarum?* ℞. Cùm aliam non habeant inter filios Iſrael, ſunt ea, quæ dantur Domino, ſcilicet oblationes, vota, primitiæ &c. Cùm enim Leuitarum profeſſio fuerit ſoli divino cultui vacare & in ejus vnius cæremonijs occupari, æquum etiam erat, vt ex ſolo illius cultu viverent. Hinc S. Amb. Exhort. ad Virg: Leuitis non diuiſit DEus terram, quorum non erat terrenus ſed ſuperior incolatus: ſed illis ſine labore terreno ſacri ſtipendia miniſterij deputavit. Idem etiam fit in nova lege. Unde Paulus 1. Cor. 9. v. 11. *Si nos vobis ſpiritualia ſeminavimus, magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra* (id eſt, temporalia) *metamus.* & v. 13. *Neſcitis, quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt: & qui altari deſeruiunt, cum altari participant?* ita & Dominus ordinavit ijs, qui euangelium annuntiant, de euangelio vivere.

Cœlum cœli

II. *Quid per cœlum & cœlum cœli intelligitur* v. 14.? ℞. per cœlum ſimpliciter ſignificatur aër, illudq; omne, quod inter terram & cœlum empyreum interjacet. Per cœlum cœli verò ſignificatur, ipſum cœlum empyreum, quod omnes alios inferiores orbes ambit. Conſueuit ſcriptura, inquit Juſtinus ad q. 57. interſtitia partium ſuperiora cœlos nominare, veluti volatilia cœli, aquila de cœlo &c.

DEus conglutinatus homini.

III. *Quid denotant verba illa* v. 15. PATRIBUS TUIS COAGLUTINATUS EST DOMINUS? ℞. Denotatur metaphorâ hac vehementia amoris diuini, quòd per eam arctiſſimè nos DEus ſibi vniat. Sic Gen. 34. v. 3. dicitur anima Sichem conglutinata cum Dina. Sic Gen. 44. v 30. Dicitur anima Jacob pendere ex anima Benjamin. Sic anima Jonathæ conglutinata eſt animæ David, & dilexit eum Jonathas quaſi animam ſuam 1. Reg 18

Præputium cordis.

IV. *Quid eſt circumcidere præputium cordis* v. 16 ℞. Author imperfecti operis in Matt. hom. 29. ex hoc colligit in lege duplicem eſſe circumciſionem; afforis quidem carnalem & reſpuendam, ab intus autem ſpiritualem & complectendam. LXX. loco præputij habent *duritiam cordis.* Porrò cor durum (inquit Orig. l. 2. in ep. ad Rom.) in Scriptura dici videtur, cùm mens humana, velut terra frigore iniquitatis obſtricta ſignaculum imaginis divinæ non recipit. Contrarium verò duro eſt molle, quod in ſcripturis cor carneum nominatur, & ſubtile vel tenue, quod Apoſtolus ſpiritualem hominem vocat. Deniq; S. Greg. l. 28 Mor. c. 7. inquit Circumcidite præputia cordis veſtri, id eſt, poſtquam luxuriam à carne extinguitis, etiam ſuperflua cogitationum reſecare, atq; adeo per cor intelligit mentem ſeu rationem

Deus laus tua.

V. *Quid ſignificant verba* v. 21 IPSE EST LAUS TUA ET DEUS TUUS? ℞. Idem, ac ipſe DEus fecit vos præ cæteris populis laudabiles, dum in veſtri gratiam, vt ſequitur in textu, fecit tanta prodigia, magnalia, & terribilia. Poteſt etiam to *Laus* accipi objectiuè, vt ſenſus ſit, ſumma DEi tantopere in vos benefici majeſtas, ſummè à vobis laudanda eſt, cùm id ſolùm ei pro tantis beneficijs rependere poſſitis. Hinc ipſe Deus pſ 49. ait: *Numquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo? immola DEo ſacrificium laudis.* Teſtati ſunt aliquando Magi & ſagæ eſſe inter ſe ordinem quemdam hierarchicum, ſed diabolicum: ſummosq; nihil aliud agere, quàm blaſphemare DEum; medios intoxicare homines & animalia, infimos cooperari medijs. Ita è contrario ſummi in hac vita Sancti ſunt, quorum præcipua laus eſt DEus, & qui cum Beatiſſima Virgine aſſiduè canant Magnificat &c. Medij ſunt, qui in vita activa juvant proximos ad ſalutem; infimi ſunt, qui medijs per ſuas opes & opera externa ſubſerviunt.

CAPUT XI.

Terret Hebræos per pœnas Pharaoni, Core, Dathan & Abiron ob ſua ſcelera inflictas. Præfert Chananæam Ægypto. Pijs benedictionem, impijs maledictionem intentat.

Terræ irrigua.

QUæſtio I. *Quæ ſunt terræ irriguæ in Ægypto, de quibus* v. 10.? ℞. Cum Tirino: In Ægypto præter inundationem Nili ſpontaneam, quæ incipit à ſolſtitio æſtivo collecta jam meſſe, duratq; ferè centum diebus. nempe usq; ad æquinoctium autumnale, teſte Plinio, Diodoro Siculo, & Herodoto, alia opus eſt Ægyptijs irrigatione, ſat moleſta & laborioſa, qua delapſis jam Nili aquis, & novo ſemine terræ limoſæ commiſſo, neceſſum eſt agros ſubinde arte irrigari. Hunc in finem foſſæ vbiq; ductæ, quibus varias in partes per totam Ægyptum Nilus derivatur, teſtibus jam citatis, itemq; Juſtino & Duce Radzivillo inſpectore oculato: qui addit, traditionem eſſe, foſſas illas ab Hebræis, cùm in Ægypto ſervirent, effoſſas

el

e, & quidem aggeribus & cataractis ita munitas, vt aquas Nili præpropere, vt subinde fit, fluentes retinere possint, quamdiu libuerit, quin & insigni artificio ad altiora etiam remoraq; Ægypti loca, quò exundatio fluminis alioqui non pertingeret, aquas transmittunt, quæ sq; illis exsucca & prorsus sterilia permanerent. Porrò has fossas, in quas Nilus ita exæstu- longa vetustate oblimatas Augustus Cæsar militari opere detersit, inquit Suetonius in Aufto c.18. Ex his ergo fossis haustâ aquâ sæpius irrigandi sunt agri semine jam consiti. Haunt autem varijs instrumentis seu machinis, quas Diodorus Siculus dicit ab Archimede Syrcusio adinventas fuisse, & à figura cochleas vocari. Sed posteris hæ cochleæ deservire potuunt. Hebræorum tempore, & quod ad Archimeden usq; excurrit, videntur Ægyptij alio vsi strumento seu trusatili, seu rotatili, quod manibus pedibusq; impellerent ad irrigationem um perficiendam. Nam in Hebræo, Chaldæo & LXX. hic additur, irrigationem illam pede ri, hoc est instrumentis pede adactis. Sed quid hac artificiosa, laboriosaq; irrigatione, saln ijs Ægypti locis, quæ Nilus antea sponte sua inundârat & oblimârat? ℞ det idem, quia nus ille, quem recedens Nilus relinquit, etsi sat humidus sit, vt semen injectum excipere, uere, & aliquanto tempore nutrire possit, pòst paulò tamen per ardorem solis humore exsu-, cùm raræ admodum, &, si Platoni, Plinio, Straboni, Herodoto, Philoni, Claudiano, Phistrato & Pierio credimus, nullæ sint pluuiæ, saltem in illa Ægypti regione, limus nimiùm inrescceret, neq; semina excludere posset, nisi ejusmodi irrigatione subinde humectarent ur.

II. *Quando vuas colligunt Ægyptij, & vindemiam faciunt, cùm à solstitio æstiuo usq; ad uinoctium, saltem tempore vindemiæ teste Ecclesiastico c. 24 v. 37. aquæ omnem terram obtiunt?* ℞ det idem, Herodotum dicere, Ægyptum vitibus vinoq; carere, sed verosimilius esse, a aliqua sed minus generosa istic colligi, & saltem lintribus ac cymbis vites adiri posse.

III. *Quæ est pluuia temporanea & serotina* v. 14. ℞. Vatablus pluuiam tempestiuam seu mporaneam vocat eam, quæ decidit semente jacta germinationis causa, (vt in Octobri) seinam autem pluviam intelligit illam, quæ decidere solet in Martio & Aprili, frugesq; ad aturitatem perducit. Allegoricè pluuia temporanea fuit doctrina legis veteris, in qua semijacta per Patres legis naturæ germinarunt; pluuia verò serotina est doctrina legis novæ, quam fructus spirituales maturescunt & perficiuntur, cùm, vt ait Apostolus nihil ad perfeum adduceret lex Heb. 7 v. 19. Anagogicè fœcunditas terræ promissæ significabat affluenti omnium bonorum promissam electis in terra viventium in cœlo. *Pluuia temporanea & serotina.*

IV. *Quid mandat DEus* v. 29. PONES BENEDICTIONEM SUPER MONTEM GARIZIM, ALEDICTIONEM SUPER MONTEM HEBAL? ℞ Ordinavit Moses præcipiente Domino, super obseruantes legem ingeminarentur benedictiones versùs montem Garizim fertilem amœnum; super prævaricantes autem proferrentur maledictiones versùm montem Hebal stem & inamœnum ex adverso priori monti. Porrò maledictiones nominatim recensentur c. 27. & 28. ex quibus etiam colligi possunt benedictiones, quæ nominatim non exprimun, scilicet contrariæ maledictionibus. Impletur præceptum in l. Josue c. 8. Anagogicè Rupertus c. 5 putat hic adumbrari judicium vniversale. Nam hi duo montes Garizim & Hebal coninvicem respicientes (vel vt habet Brocardus in itinerario vnius montis duo vertices ofunda valle divisi) significant duos ordines & stationes judicandorum. Garizim enim, id est, visio, significat oves, quæ erunt ad dexteram Christi divisæ ab hœdis, id est, electos divisos eprobis. Hebal, id est, vorago vetus significat hœdos, seu damnandos, qui stabunt ad sinistram risti. Sex nomina & tribus filiorum Israel (scilicet Simeon, Levi, Judas, Issachar, Joseph & njamin) erant in Garizim ad benedicendum; & sex (scilicet Ruben, Gad, Azer, Zabulon, in, & Nephtali) in Hebal ad maledicendum: ita in judicio sex proferentur opera misericor-e, ob quæ ij, qui stabunt à dextris, benedicentur: *venite benedicti &c. esurivi enim & dedistis hi manducare &c.* item proferentur sex opera immisericordiæ, ob quæ stantes à sinistris reobi maledicentur: *ite maledicti* &c. *esurivi enim &c.* Cæterùm licet And. Masius Garizim locet juxta civitatem Hai, veriùs tamen ab alijs cum Brocardo l. c. dicitur imminere civita-Sichem, vt colligitur ex Judic. 9. 7. In hoc monte tempore Alexandri M. Sanaballat Samae præfectus ædificavit templum, eiq; præfecit Manassen filium Jaddi Pontificis, ad quod conebant Samaritæ & alij à Judæis ejecti, teste Josepho l. 11. Antiquit. c. 7. cujus templi etiam eminit Samaritana loquens cum Christo Joan. 4. 20. *Patres nostri in monte hoc adoraverunt.* *Benedictiones & maledictiones.*

CAPUT XII.

Jubet non in montibus, & lucis, sed in loco ad id à DEO designando ferri victimas, decimas, primitias & vota. Sanguine & omni immundo cibo esse abstinendum.

QUæstio I. *Cur voluit DEus vt Judæi sua festa & victimas celebrarent cum lætitia* v. 7? ℞. tum vt hac ratione libentiùs & crebriùs ad ea redirent; tum vt eos, multoq; magis (sensu morali) nos Christianos incitaret ad gaudium spirituale, quo coli vult DEus. *Lætitia spiritualis.*

Hinc David psal. 67. 4. *Justi epulentur & exultent in conspectu DEi & delectentur lætitia.* & ps. 76. 4. *Renuit consolari anima mea, memor fui DEi, & delectatus sum.* Hæc sancta in DEo lætitia cor, animam, & corpus vegetat, ac omnia à DEO impetrat secundùm illud ps. 36. 4. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Et Prov. 17. 22. *Animus gaudens ætatem floridam facit, spiritus tristis exsiccat ossa.* Vis medium ad hanc lætitiam? suggerit illud Salomon Ecclesiastæ 1. v. 12. *Cognovi quòd non esset melius, nisi lætari & facere bene in vita sua.* q. d. vis semper esse lætus, benefacito, bona conscientia semper gaudet.

II. *Quis sensus verborum à v. 8. usq; ad 14.* NON FACIETIS IBI, QUÆ NOS HIC FACIMUS HODIE, SINGULI QUOD SIBI RECTUM VIDETUR &c.? ℟ id est, quamdiu adhuc in deserto sumus, non possumus hæc ceremonialia servare, nec in vno stato loco sacrificare, sed prout opportunum cuiq; & placitum est; at verò ibi, scilicet in terra Chanaan, vbi jam certam & stabilem sedem habebimus omnino in vno loco, quem DEus sibi elegerit, nobis erit sacrificandum.

III. *An omnia in specie Jerosolymam debebant deferri?* ℟ ex c. 14. Deut. v. 24: pate[…] fa[…]tis fuisse, pecuniam inde redactam transferri, qua deinde victimæ pacificæ, & cætera ad e[…]ulas necessaria Jerosolymæ compararentur. Vide textum l. c.

Animal mundum & immundum

IV. *An verbis illis* v. 15. SIVE IMMUNDUM FUERIT, SIVE MUNDUM COMEDES, *permittatur quodcumq; immundum comedi?* ℟ negatiuè, hoc enim c. 14. & alibi graviter vetatur; sed solùm tale, quod alioqui liceret immolare, sed quia vel mutilum, vel aliquo modo maculatum est, immolare non licebat. Hinc patet, animal aliquod solitum dici, *mundum & immundum*, vel *absolutè* vel tantùm *secundum quid. Mundum absolutè*, erat illud, quod & comedi passim solebat, & etiam in sacrificijs offerri: cujusmodi sola erant bos, ovis, capra, turtur, & columba; si modò tamen maculam non haberent, id est, si non essent mutila, neq; manca, neq; ægra, neq; alio corporis vitio affecta, vt explicatur Lev. 22. v. 21. *mundum secundùm quid* item *immundum secundùm quid* erat illud, quòd comedi quidem poterat, non tamen in sacrificium offerri cujusmodi erant bubalus, cervus, tragelaphus, oryx, pygargus, camelopardalus & alia de quibus infra c. 14. Item munda alioquin, capra, ovis, bos &c. sed quæ vitio aliquo laborabant. *Immundum absolutè* erat, quod nec immolare liceret, nec comedi, imò comedentem polluebat, vti & tangentem, si morticinum esset. Talia erant lepores, sues, chœrogrylli & alia hujusmodi quæ describuntur Lev. 11. & Deut. 14. Hinc Malachiæ 1. 8. dicitur: *Si offeratis cæcum a[…]m-molandum, nonne malum est? & si offeratis claudum & languidum, nonne malum est? offer illud duci tuo, si placuerit ei.* & v. 14. *Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum, & votum faciens immolat debile Domino, quia rex magnus ego dicit Dominus exercituum.*

Primogenita armentorum.

V. *Quæ primogenita armentorum & pecorum intelliguntur* v. 17. *quæ jubentur ab Israelitis comedi non in vrbibus proprijs sed in loco tabernaculi vel templi?* ℟ det Tirinus non intelligi[…]ntur, *primogenita mascula* quia hæc integra DEo sanctificanda erant Deut. 15. v. 19. & Exod. […] v. 12. & integra sacerdotibus cedebant, si tamen sine macula & immolatitia essent. Sed intelliguntur vel *fœminei sexus primogenita* vel *masculini* sed *maculata* vitio aliquo corporis, quæ, [qu]im nulla maculata DEo offerri possent, debebant saltem vel ipsa, vel pretia ipsorum in sacras […]ias, Jerosolymis epulas converti. Uti etiam præcipitur c. 14. v. 23. Notat præterea Tirinus so[l]os Judæos hanc legem religiosè obseruare non tantùm quando intra terminos terræ promissæ [se]des suas habebant, sed etiam cùm in remotissimas regiones deduxissent colonias. Neq; nisi sub [u]no cœlo locum ad hunc finem à DEo delectum v. g. Jerosolymis, agnoscebant, vt patet ex vot[i]s, quæ etiam captivi è Babylonia mittebant Baruch 1. v. 6. statis temporibus Jerosolymam, etiam cùm destructum esset templum Domini. Et licet temporibus Machabæorum Onias Pontifex C[…]æ filius Jerosolymis fugatus in Ægypto templum aliud annuente Ptolomæo Philometore, æmulum Jerosolimitano, & quidem in honorem veri DEi construxerit; numquam tamen à religiosioribus Judæis extorquere potuit, teste Josepho l. 13. Antiquit. c. 6. vt eò vel ipsi sacrificiorum causa […]ncederent, vel decimas primitiásue suas destinarent.

Anima carnis quomodo in sanguine est.

VI. *Quis sensus verborum* v. 23. SANGVIS EORUM PRO ANIMA, aut, vt dicitur Lev. 17. v. 11. *Anima enim omnis carnis in sanguine est.* In Hebræo: anima omnis carnis sanguis e[ius]. LXX: sanguis enim eorum est anima? ℟ omnia hæc idem significant, non quòd sanguis sit animatus & vivat) id enim communior & verior Philosophia negat) sed quòd anima, id est, vita animalis maximè consistat & conseruetur ac declaretur in sanguine tamquam potissima dispositione & vehiculo, eò quòd sanguis præ alijs humoribus calorem naturalem, & humidum radicale, spiritusq; vitales alat ac foveat, non secus ac oleum ignem in lampade. Audiamus Cyprianum Serm. de cœna Domini. Vita hominis, inquit, licet aliquam habeat affinitatem cum sanguine, non tamen solo sanguine regitur, sed anima sanguini dat caloris & nutrimenti effectum, sicut & cæteris, quæ in corpore sunt, propria distribuit officia, & dividit motus, & quasi talenta partitur. Paulò aliter S. Aug. l. 2. contra Adversarium legis. Sic dictum est, inquit, anima omnis carnis sanguis est, quomodo dictum est, petra erat Christus non quia hoc erat, sed quia hinc significabatur. Non autem frustra lex animam voluit significare per sanguinem, rem scilicet invisibilem per visibilem, quia sanguis per venas omnes ab ipso corde diffusus in

…stro corpore plus cæteris humoribus principatur, ita vt vbicunq; fuerit vulnus inflictum, non …mor alius, sed ipse procedat: ita quomodo anima, quia omnibus, quibus constamus invisibi-…er prævalet, illâ meliùs significatur, quòd omnibus quibus constamus visibiliter prævalet, …c S. Aug. Sensus ergo hujus versus est: cave, ne comedas sanguinem, quia sanguis reputatur …o anima seu vita, ita vt illum tollendo consequenter & necessariò tollas etiam vitam, sed …ihi soli, qui sum Dominus vitæ & necis in recognitionem hujus meæ supremæ potestatis im-…olandus & effundendus est sanguis, ita ferè Theodoretus. *2dò* voluit DEus Judæos docere …ansuetudinem, & longissimè auocare à crudelitate in homines exercenda, ac propterea ve-…it esum sanguinis bestiarum, in quo vita illorum maximè consistit, eo scilicet sensu, quo su-…a dictum, ità Abulensis.

CAPUT XIII.

Jubet occidi illum, qui cultum alieni Dei suaderet, siue propheta, siue …ater, siue conjunx fuerit. Urbem verò, quæ declinauerit ad idola jubet …nditus deleri cum incolis & pecoribus.

Propheta quis … dendus.

QUæstio I. *Quid sentiendum de propheta, qui hic jubetur interfici?* ℞. siue is à DEo siue à dœmone sit afflatus: siue falsa edat prodigia & ficta ad confirmationem suæ impiæ doctrinæ, siue vera olim ediderit ad veritatem confirmandam, atq; his nomen & auctoritatem veri prophetæ sibi compararit; si tamen pòst contingat, idololatriam sua-…re; qualiscumq; tamdem ille propheta sit, quantacumq; signa ediderit, & quantumq; por-…ta eueniant, nullo modo audiendus, sed mox interficiendus est. ita Tirinus. Lyran addit …o gladio spirituali per excommunicationem, & si permanserit obstinatus, dimittendus est ju-…tiæ sæculari, occidendus per mortem corporalem.

Deus quo modo tentat.

II. *Quis sensus verborum* v. 3: TENTAT VOS DOMINUS DEUS VESTER, UT PALAM …AT, UTRUM DILIGATIS EUM? ℞. sicut Judæorum constantiam probabat DEus permit-…ndo pseudo prophetas, ita & nunc aliquando permittit exurgere hæreses, *ut ij qui probati …nt, manifesti fiant*, inquit Paulus 1. Cor. 11. v. 19. Porrò propriè loquendo DEus neminem ten-…, DEus enim intentator malorum est, inquit Jac. c. 1. v. 13. sed solùm permittit nos tentari, vt …r hoc omnibus elucescat, an eum diligamus. *Ut palàm fiat*, hebraicè, *ut sciat*. Numquid ergo …eus etiam ante tentationem non scit omnia? Scit vtiq; per scientiam ab æterno, sed ideo ten-…, vt sciat etiam per experientiam & eventum hoc ipsum, quod scit per scientiam. Potest eti-…n ly, vt palàm fiat, referri non ad Deum, qui etiam corda scrutatur & renes, sed ad homines, … illis videlicet palàm fiat; hinc S. Aug. to *ut sciat*, vertit, vt vos scire faciat. Occulta DEi …na (inquit l. de Virg. c. 44.) interrogatione tentationis etiã semetipsum cuicumq; declarant, & …oncione 1. in ps. 58, ignotus sibi quisq; est ante interrogationem tentationis, sicut se Petrus præ-…mendo ignorabat, & negando didicit, quales vires haberet &c. Probatus Abraham factus … cognitus sibi, & dictum est à DEo, nunc cognoui, hoc est, nunc te feci cognoscere. Item …55. Omnis tentatio probatio est: aliquando præsumit se posse ferre, quod non potest; ali-…uando desperat se posse ferre, quod potest, accedit tentatio, quasi interrogatio, & invenitur …mo à seipso &c. S. Greg. l. 28. moral. 7. Tribus ait modis nos conditor noster interrogare …nsueuit. *1mò* cùm flagelli districtione nos percutit, & quanta nobis insit, vel desit patientia, …tendit. Sic interrogauit S. Job. *2dò* cùm quædam, quæ nolumus, præcipit, & nostram nobis …bedientiam vel inobedientiam patefacit. Sic interrogauit Abraham, jubens ei immolare fili-…n Gen. 22. Sic & hîc dicitur: Tentat vos Dominus DEus vester, vt sciat, si diligitis eum, …entare quippe DEi, est magnis nos jussionibus interrogare. Scire quoq; ejus, est nostram obe-…entiam nosse nos facere. *3tiò* cùm aliqua nobis occulta aperit, & aliqua abscondit, & no-…s mensuram humilitatis nostræ innotescit. ita fecit Paulo, cùm exclamavit: *ô altitudo diviti-…um sapientiæ & scientiæ DEi*. Hæc Greg.

CAPUT XIV.

Explicat quæ munda sint animalia & quæ immunda. Præter primas …ecimas, de quibus Num. 18. indicit etiam secundas & tertias.

Calvitium super mortuo.

QUæstio I. *Quid significant verba* v. 1. NON VOS INCIDETIS, NEC FACIETIS CALVITIUM SUPER MORTUO? ℞ in Hebræo sic habetur non ponetis calvitium inter oculos vestros super mortuum. Sensus est inquit Oleaster: quia estis filij DEi, non debetis facere ea, quæ gentiles solent facere, hi enim post mortem amici novaculis se …cidere & anteriorem partem capitis tondere solent & mortuis offerre pilos. Cæterum licet …Eus vetet ritus gentibus vsitatos, non tamen alia quæcumq; luctûs argumenta prohibet. Ju-…æi teste Corn. hîc, etiamnum hunc funeris ritum seruant. 1, mortuo quopiam mox amici ejus

propinquiores lacerant vestes suas nec comedunt eo die in domo illa sed foris. 2. non com[e]dunt carnes, nec bibunt vinum, nisi fuerit Sabbathum. 3. per 7. dies luctus, nec lavant corpu[s] nec vnguentis perfundunt. 4. lectum sternunt in pavimento, & à venere abstinent. 5. nudis p[e]dibus sequuntur funus, & lucernam accendunt in pavimento domus per 7. noctes, quòd creda[nt] animam defuncti redire ad locum, vbi à corpore discessit, & deplorare dissolutionem suam, dicunt orationem, qua petunt, vt anima defuncti requiescat, & ducatur in paradisum.

Animal mundum.

II. *Quæ requiruntur ad hoc, vt animal aliquod sit mundum?* ℞ hæc duo. *imò* debet h[a]bere vngulam divisam & bisulcam. *2dò* debet ruminare. Rationem horum dat Abul. quia qu[æ] non habent vngulam, nimis humidæ sunt complexionis. Illa verò, quæ habent quidem vng[u]lam, sed non fissam, vt asini, equi, cameli, nimis sicci & duri sunt temperamenti. Illa deni[que] quæ habent vngulam fissam, & simul ruminant, sunt magis temperatæ complexionis, adeoq; [et] melioris digestionis.

Lepus vetitus edi.

III. *Cur vetatur lepus edi?* ℞ quia non habet vngulam, seu basin pedum osseam, & co[n]tinuam, quam dividat, sed loco ejus habet vngues varios & aculeatos. Nomine leporis intelli[gi]gitur etiam cuniculus, qui teste Plinio l. 8. c. 55. est lepus parvus. Licet autem apud gentiles, l[e]pus fuerit in delicijs, ac mensæ decus, juxta illud Martialis: Inter aves turdus, si quis me judic[e] certet. Inter quadrupedes gloria prima lepus. Judæis tamen fuit vetitus, idq; non tantùm ide[o] quòd careat vngulâ, sed etiam, vt vult Clemens Alexandrinus propter libidinem, cui valde d[e]ditum est hoc animal, vnde etiam teste Donato physici docent lepori vtrumq; sexum inesse, [a]c eumdem quandoq; velut masculum generare, quandoq; velut fœminam parere.

Pisces qui mundi.

IV. *Quæ requiruntur ad hoc, vt pisces censeantur mundi?* ℞ hæc duo. *imò* debent habe[re] pinnulas, quibus veluti pennis quibusdam se librant in aqua. *2dò* squammas quæ totum pen[e] corpus contegunt, quorum si vnum desit, immundi sunt. Per squāmas sensu tropologico S. Gre[g.] ait significari morum gravitatem, & firmitatem bonæ conversationis in medio sæculi; per pin[]nulas autem, quarum obsequio pisces quandoq; supra aquam exiliunt, supernorum meditatio[]nem. Squammas ergo habent, inquit S. Doctor l. 5. Moral. c. 6. qui rigore virtutis muniti sæcularis occupationis appetitum non admittunt; pinnulas verò habent, qui subinde secretur[æ] contemplationis petunt, & vndis sæcularium curarum supernatant, quiq; mentis saltibus ad su[]perna conscendere sciunt, vt eis amoris summi quasi libris àëris aura contingat.

Animalium discretio cur præcepta.

V. *Cur DEus præcepit animalium discretionem?* ℞ ideo *imò*, vt populus rudis haberet con[]tinuum exercitium tum temperantiæ, tum obedientiæ, tum religionis, vescendo mundis, im[]mundis abstinendo, ob honorem & reverentiam DEi ita jubentis. *2dò* ideo, vt populus corpo[]rali munditiei assuescens ab immundis idololatrarum sacrificijs & epulis longiùs avocaretur *3tiò* ideo quia immunda animalia tropologicè sunt symbola vitiorum, à quibus abstinere debe[]mus, ita passim PP. & Interpretes. Judæis præscripta est ciborum abstinentia (inquit Theodo[]rus Abucara Opusc. 39. in scholijs Aretæ Episcopi) vt insinuaretur, quomodo vitam suam in[]stituere, & componere deberent, ita vt ex ipsa victûs ratione vtilitatem perciperent, e. g. à lepo[]rum & porcorum esu arcet Judæos lex, vt ostendat, nihil formidinis & pavoris eis inesse debere in his præstandis, in quibus fortiter agere pietas & æquitas jubet. Neq; eos vitam impuram age[]re debere, similiter & in alijs animalibus, quorum esum lex prohibuit, considerare oportet na[]turales, quibus præditæ sunt, proprietates, easq; ad animæ appetitiones accommodare. Sic jux[]ta S. Greg. munda animalia, id est, viri sancti ruminant, dum verbum DEi, quod aure perci[]piunt, in ventrem memoriæ recondunt, hocq; sæpiùs, quod ad os cordis reuocantes, frequenti retractatione comminuunt, quædam verò dividunt, qui in actione bonum à malo secernunt, vtrumq; ergo requiritur ad munditiem & sanctitatem, scilicet & ruminare verba DEi, & ea opere explere.

Decimæ quotuplices

VI. *Quotuplices erant decimæ?* ℞. triplices. 1mæ erant, de quibus Num. 18. v. 16. & 28. quas Hebræi de omnibus rebus, pecorum nempe & frugum terræ dabant Levitis, quas hi ex locis sibi vicinis & assignatis colligebant, & ex ijsdem rursum decimam partem pendebant sa[]cerdotibus & Pontifici. Secundæ erant, de quibus hoc loco à v. 22. vsq; ad v. 27. nam facta superiore decimatione singulis annis separabant ex novem sibi residuis partibus denuò deci[]mam, ex qua euntes ad locum tabernaculi seu templi in itinere vivebant, (& hoc quotannis fieri debebat ter, vt patet Exodi 23. v. 17. & 34. v. 23. Iterum ex dictis decimis offerebant hosti[]as pacificas, de quibus coram Domino epulabantur, ad hoc invitatis Levitis, vt habetur supra c. 12. Et quod hic de decimis secundis dictum est, idem etiam de primitijs intelligendum est. Tertiæ decimæ erant, de quibus hìc v. 28. agitur, hæ singulis triennijs separabantur, & daban[]tur pauperibus, viduis, pupillis, Levitis per modum eleemosynæ, ne ob penuriam cogerentur servire gentilibus, à quibus induci potuissent ad idololatriam. Hanc legem seruasse Tobiam legitur Tob. 1. v. 7.

CAPUT

CAPUT XV.

Agit de remissione debitorum facienda anno septimo seu sabbathico, quo etiam servos & servas manumitti jubet. Iteratur lex de primogenitis boum, & ouium. Habentia maculam offerri vetantur, edi tamen permittuntur, sed fuso priùs in terram sanguine.

QUæstio I. *Quomodo concilianda sunt hic verba* v. 4. OMNINO INDIGENS ET MENDICUS NON ERIT INTER VOS: & illa v. 11. NON DEERUNT PAUPERES IN TERRA HABITATIONIS TUÆ? ℞. esse sensum, non defuturos quidem pauperes, sed ijs subveniendum esse, ne in paupertate permaneant, nam sequitur eodem versu 11. *Circo ego præcipio tibi, ut aperias manum fratri tuo egeno.* Vatablus hæc duo loca sic conciliat: non defuisse quidem apud Hebræos priuatos pauperes, nullos tamen fuisse publicos mendicos, vti etiamnum fit in quibusdam bene ordinatis civitatibus, ditiorum videlicet misericordia pauperibus subveniente, vt publicè stipem petere opus non habeant. *Pauperes publici.*

II. *An Judæi ex verbis illis* v. 6. FOENERABIS GENTIBUS MULTIS, *bene inferant licere sibi dare Christianis ad usuram?* ℞. Non rectè, nam fœnerabis hîc accipitur pro mutuò dabis, & patet ex secundo membro ejusdem versus, *à nullo accipies mutuum.* Ergo nulla vsuræ fit mentio aut permissio, multò minùs præceptum: sed solùm promittitur benedictio, quæ tanta, inquit, erit, (si scilicet anno 7mo debita dimiseris, vt non tantùm non depauperis, sed etiam mirum in modum ditescas, ita vt pluribus gentibus dare mutuum ac dominari possis, tibi verò nullus dominetur, nec ab vllo mutuum accipere cogaris. Sicut enim inquit Abul. per quæ quis peccat, per hæc & punitur: sic vicissim per quæ quis meretur, per hæc & præmiatur. *Usura.*

III. *Quis sensus est verborum* v. 17. ASSUMES SUBULAM, ET PERFORABIS AUREM EJUS IN JANUA DOMUS TUÆ, ET SERVIET TIBI USQUE IN ÆTERNUM, ANCILLÆ QUOQUE SIMILITER FACIES? ℞. Pœna hæc statuitur in ignominiam neglectæ libertatis à servo, inquam, si voluisset, potuisset se asserere, non tamen infligi poterat propria Domini autoritate, sed edicto judicis, vt patet ex Exod. 21. v. 6. Ubi jubetur Dominus hujusmodi servum *offerre Dijs*, id est præsentare judicibus, vtpote qui judiciariam & gubernatoriam DEi potestatem participant. Porrò hoc symbolo perforationis auriculæ, inquit Theodor. admonebatur servus perpetuæ obedientiæ, qua heri sui mandata excipere & exequi deberet. item quòd multa dura, grauia & molesta Domini imperia debebit audire, ac obedire, quæ non secus ac subula terebrabunt aures ejus. *& serviet tibi usq; in æternum.* Exodi 21. sic habetur: *& erit ei servus in æternum,* quo utroq; nomine non significatur propriè sumpta æternitas, sed spatium longissimum, quod Hebræis erat 50. annorum. Jubetur itaq; hîc servus talis, qui anno 7mo noluit libertatem suscipere, manere servus usq; ad annum 50 Jubilæi, quo omnes servi Hebræi manumittebantur, vt patet Lev. 25. v. 40. Vide plura de his servis c. 21 Exodi. *Ancillæ similiter facies.* Non refertur hoc ad auris perforationem, licet hæc immediatè præcedat, quia hæc in ancillis locum non habebat: sed ad viaticum & donatiua, quibus v. 13. & 14. jubet donari servos, quando liberi dimittuntur, quod similiter ancillis hic facere jubentur. Nam ancilla Hebræa inquit Abul. non habebatur vt serva, sed puber effecta debebat aut duci in conjugem siue ab hero, siue ab heri filio, aut libera dimitti, quodsi nollet, sed mallet manere serva in domo heri, tunc inquit Cajet. illi æquè perforabatur auris ac servo. *Perforatio auris.*

Tropologicè per hunc servum S. Greg. hom. 3. in Ezech. intelligit eum qui mavult in hac vita manere, quàm vt liber fiat in anno 7mo, & in jubilæo cælesti; hujus auris subula perforatur, dum mens illius subtilitate timoris DEi à prædicatore percutitur. Symbolicè juxta Cyrillum in Collectaneis ex Deut. Servus & ancilla sunt ira & concupiscentia, quæ tota annorum hebdomade, id est, tota vita servire & subdi debent rationi usq; ad Sabbathum seu septimum annum beatæ impatibilitatis: tunc enim ira dimittetur quasi libera, quando transmutabitur in furorem spiritualem, & concupiscentia convertetur in divinum amorem & voluptatem.

IV. *De quo primogenito bovis agitur* v. 19. NON OPERABERIS IN PRIMOGENITO BOVIS? ℞. Non de illo masculo & immaculato, quod totum DEo & Sacerdotibus cedere debebat; sed de primogenitis fœminei sexus, quæ postquam immolata essent more pacificorum, vt licuisse constat ex Lev. 3. v. 1. poterant postea ab ipsomet offerente, ejusq; familia in solemnibus Jerosolymæ epulis absumi, vti etiam absumi in ijsdem epulis poterant, si quæ primogenita maculosa, seu vitio alicui obnoxia obvenissent: non poterant tamen hæc duo ne quidem in hostiam offerri pacificam. *Primogenitum bovis.*

CAPUT XVI.

De festis Paschæ seu azymorum, Pentecostes & Tabernaculorum,
Jubetq; tribus illis festis omnem masculum comparere coram Domino i
tabernaculo; judices quoq; per singulas urbes constitui.

Phase seu pascha.

QUæstio I. *Qualis erat Phase seu Pascha, in quo immolatio fiebat de ovibus & de bobus?* I
Per Pascha seu Phase non semper designatur agnus solùm Paschalis, qui ad vesperai
diei decimæ quartæ à tota multitudine per singulas familias immolari & comedi d
bebat: quia hoc *Phase* non poterat *de bobus* esse; sed solent designari hoc eodem n
mine sacrificia omnia, quæ ex legis præscripto totis illis 7. paschæ diebus offerebantur. Sic J
an. 18. v. 28. recusant Sacerdotes introire in prætorium Pilati, ne contaminarentur, sed vt ma
ducarent pascha, id est paschales victimas ejus diei & sex sequentium.

Panis azymus panis afflictionis.

II. *Cur panis azymus vocatur panis afflictionis* v. 3.? ℞ non solùm, quia index fuit & m
nimentum afflictionis Ægyptiacæ, sicut exponit Vatablus, sed verè etiam affligebat stomachu
& corpus, eò quòd insuavis, insipidus esset, & phrasi Hebraica omnis abstinentia & pœniter
tia vocatur afflictio.

Menses lunares.

III. *Unde dicuntur menses Lunares?* ℞. à cursu Lunæ. Porrò hic cursus lunæ non mens
ratur à peragratione zodiaci, hunc enim luna peragrat 27. diebus, nec ab illuminatione, h
enim cursus peragitur 28 diebus, sed à conjunctione lunæ cum sole, numerando enim dies a
vna conjunctione lunæ cum sole interfluunt usq; ad aliam conjunctionem (quando scilicet lu
rursus relicta à sole apparere incipit facitq; novilunium, qui primus est dies mensis) effici
mensis lunaris, qui constat 29. diebus, & insuper 12 horis, quæ 12. horæ alternis mensibus ju
guntur, vt integer dies conffetur e. g. si huic mensi dentur dies 29, sequenti debent dari 30.
tertio rursus 29. quarto 30 & sic deinceps. Hinc fit, vt annus lunaris constans 12. lunationib
seu mensibus habeat dies 354, adeoq; sit minor solari 11. diebus. Quocirca vt Judæi annum l
narem æquarent solari, nunc tertio, nunc secundo anno addebant decimum tertium mense
geminando vltimum Adar, quem ideo Veader, quasi secundum Adar vocabant. Annum ve
talem vocabant Embolismalem, id est, excrescentem, sicq; fiebat, vt singulis 19. annis planè ide
esset exordium anni solaris & lunaris. Porrò embolismi seu intercalationis est hic canon a
pud Hebræos: ter, ter, bis, ter, ter, ter, bis. quasi dicatur mensem decimum tertium Vead
intercalandum esse, anno tertio & 6to & 8vo & 11mo, & 14to & 17mo & 19no.

Munera in judicibus

IV. *Quid efficiunt munera in judicibus?* ℞det hic scriptura v. 19. *Excæcant oculos sapien*
tum & mutant verba justorum. Imò inclinant affectum, deinde affectus obnubilat rationem
deniq; ratio pondere affectûs inclinat sententiam in ejus favorem, qui munera dedit. Hin
illud: Mutnegra cum Murua faciunt rectissima curua, duo illa verba retrogradè legendo. M
morabile est, quod fecit Curius dentatus senator Rom. cui ad focum sedenti, cùm Samnites in
gens auri pondus obtulissent, eo repudiato liberè asseruit: mementote me nec acie vinci, ne
pecuniâ corrumpi posse; neq; enim præclarum est, aurum habere, sed aurum habentibus im
perare. Cic. in Catone. Addit Plutarch. in Apopht. Curium tunc cùm Legati venerunt rapa
coxisse, illisq; monstratis dixisse: se auro opus non habiturum, quamdiu tali cibo content
vixerit. Excelluit etiam hac in re Thomas Morus Angliæ Cancellarius. Adjudicarat is lite
cuidam Viduæ, quæ ei gratitudinis vice poculum aureum obtulit, quod ille quidem accepit, se
vino replens ei propinavit & reddidit. Vide plura in ejus vita c. 3. & 8. Hoc mirum, quòd i
prima ætate summis reip. officijs, deniq; etiam Cancellariatu perfunctus numquam annuu
censum auxerit vltra 70. aureos, tametsi valde amplam haberet familiam: Quid ad hæc illi, q
intra paucos annos ad centena quandoq; millia quà muneribus, quà injusta administratio
ditescunt. Hæc munerum acceptatio pessimè cessit Giezio famulo Elisæi 4. Reg. 5, nam accep
pecuniâ à Naamano, quam Elisæus sanctè repudiaverat, teterrimâ leprâ quasi niue cooperti
est, eamq; luem seris nepotibus suis fecit hæreditariam. Verè proverbium de donis quibusda
inquit: *sunt dona non dona*, plus scilicet auferentia quàm dantia. Tale donum in fabulis era
vestis à Medea ad Glaucam novam Jasonis nuptam missa, qua genialis domus tota deflagrauit
item tunica sanguine centauri delibuta à Dejanira Herculi dono data, qua miserrimé crematu
interijt.

CAPUT XVII.

Jubet lapidari idololatras, causas dubias referri ad sacerdotes, eorumq;
decretis stare sub pœna mortis, regem non eligendum, nisi de propria gen-
te, cui nonnulla obseruanda præscribuntur.

Quæsti

QUæstio I. *Quæ est militia cæli, & cur eam DEus adorare vetat* v. 3? ℟. per militiam cœli frequenter in Scriptura intelliguntur astra firmamenti. Vocantur exercitus, inquit Oleaster, propter copiosam multitudinem eorum, quoniam ordinatè egrediuntur ad munia sibi à conditore destinata, quia ijs velut copijs Dominus hostes suos debellet, destruat, vt patet Ezech. 38 & Joel 2. Vetat autem DEus nominatim astra adorare, quia hæc pro Dijs colere pronius est hominibus, quàm Creaturas alias, cujus has rationes dat Corn. 1ma eorum lux & pulchritudo: *2da* quòd influant in hæc inferiora, eaq; vivificent & vegetent: 3tia quòd ea animata putarent: *4ta* quòd physici aliqui tradant hominem esse opus sidereum: hominem enim cùm concipitur & generatur, à sole sortiri spiritum, à Luna corpus, à Marte sanguinem, à Mercurio ingenium, à Jove desiderium, à Venere cupiditatem, à Saturno humorem. *Militia cæli non adoranda.*

II. *Quare apud Judæos in portis locus fuit judicandi?* ℟. S. Hieron. l. 2. in Zachar. ne cogerentur agricolæ intrare urbes & aliquod subire dispendium, judices in portis residebant: vt tam vrbanos quàm rusticos in exitu & introitu urbis audirent, & finito negotio vnusquisq; confestim ad sedes proprias reverteretur. *Judices in porta.*

III. *Quid circa judices supremos Judæorum notandum est?* ℟. Imò Judæi habebant duplices judices, scilicet Ecclesiasticos & Laicos, & quidem juxta Josephum in singulis urbibus erant 7. (additis duobus Leuitis) quia causæ & quæstiones erant duplices; aliæ sacræ & cæremoniales, vt de fide, religione, cultu diuino, lepra &c. & hæ ad sacerdotes deferendæ erant. Aliæ judiciales, vt de sanguine & homicidio, quæ ad magistratum laicum pertinebant, si causa difficilior erat, quàm vt ab his inferioribus judicibus dirimi posset, Hierosolymam ad superius tribunal deuoluendæ, ibiq; definiendæ erant, & hoc est, quod dicitur hîc v. 8. *Si difficile & ambiguum apud te judicium esse perspexeris &c. venies ad sacerdotes Leuitici generis & ad judicem.* 2dò controversiæ, quæ ab inferioribus judicibus dirimi non poterant, dirimebantur à judicibus supremis, qui in loco templi seu Jerosolymis commorabantur, erat hoc supremum (vtor verbis Tirini) & vltimum Judæorum tribunal, à quo nulla vel appellatio vel declinatio dabatur: ad illud verò vndiq;, & ab omnibus appellari poterat. Constabat hoc Tribunal seu concilium supremum summo Pontifice tamquam capite & præside & 70. Senioribus tamquam assessoribus qui licet initio promiscuè ex omnibus tribubus, paulatim tamen ex solis sacerdotibus, saltem pro majore parte desumebantur. Et hi delatas ad se causas graviores, vel communi concilio simul omnes, vel certo numero à Pontifice designati, prout causæ erant majoris vel minoris momenti & difficultatis, cognoscebant & decidebant. Hebræi hoc concilium vocabant Sanhedrim. *Judices duplices.*

IV. *An ex hoc loco bene Catholici inferimus supremam summi Pontificis auctoritatem?* ℟. Bene infert S. Chrysost. hom. 3. in ep. ad Coloss. sic argumentans: Si Mosis sedes adeo veneranda fuit, vt propter ipsam audire oportuerit Sacerdotem, multò magis sedem Christi pro Ecclesia, ut videlicet assistente sibi Spiritu S. non erret: simulq; sit jus appellandi ad eamdem. Objiciunt Judæi, & cum ijs Calvinus per *judicem* hîc non intelligi Pontificem, sed judicem politicum: ℟. et Tirinus, DEum hîc loqui non de quovis judice, sed de illo solo, qui præerat loco, in quo tabernaculum erat, vel templum, vt hîc dicitur v. 10. Atqui nullus judicum politicorum præfuit umquam illi loco, sed soli pontifici & sacerdotibus id competebat: ergo & his solis vltimum illud controversiarum judicium defertur. Deinde sacerdotes fuisse judices, non tantùm in causis sacris, sed etiam civilibus, imò in causa homicidij, disertè docet Ezech. c. 44. v. 24. Idem patet hic c. 21. v. 5 vbi Moses de homicidio occulto ait: *Accedent ad sacerdotes &c.* & ad verbum eorum omne negotium, & quidquid mundum vel immundum est, judicetur. Idem docet Josephus l. 2. contra Apion. cùm ait: Sacerdotes inspectores omnium, judices controversiarum, & punitores damnatorum, constituti sunt à Mose, & Philo l. 3. de vita Mosis docet Mosen ex consilio sacerdotum, qui de more ei assidebant, damnasse ad mortem hominem colligentem ligna in Sabbato de quo Num. 15 v. 35. Tostatus docet summum pontificem vocari hic judicem, eò quòd ipse solus in concilio, audito aliorum judicio, proferre soleret sententiam mortis. Ita Caiphas in concilio tulit sententiam mortis in Christum Ioan. 11. v. 50. Ita Ananias Pontifex in concilio præcepit percuti Paulum Act. 23. v. 2, Ita Ananus Pontifex Iacobum fratrem Domini in concilio mortis reum peregit teste Josepho l. 20. Ita alius Pontifex S. Mathiam, quasi blasphemum in concilio morti adjudicavit, dicens, scriptum est: *qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur.* Hæc omnia confirmantur per v. 12. hujus capitis. *Auctoritas summi Pontificis.*

V. *Cur vetat DEus* v. 15. ALTERIUS GENTIS HOMINEM REGEM FACERE? ℟. ob periculum inducendæ idololatriæ, evertendæq; veræ religionis, fidei & legis, alienus enim alienam superstitionem suam invehet, & legem à DEo Hebræis datam supprimet, ad quod præcavendum DEus regis electionem sibi ipsi reseruauit. Exemplum habemus in Saulo à DEo electo 1. Reg. 9. cui filius Isboseth non successit, sed per novam DEi electionem David, 1. Reg. 16. *Rex non sit alterius gentis.*

VI. *Cur vetuit DEus v. 16, ne rex sibi multiplicaret equos, nec populum reduceret in Ægyptum?* ℟. Partim, ne in bello confidat in multitudine & fortitudine equorum, nam *fallax equus* *Equi non multiplicandi à Rege.*

quus ad salutem, & in abundantia virtutis suæ non saluabitur ps. 32. partim ne erigatur in
perbiam, populoq; ad suam pompam sustentandam gravia tributa imponat. Laudandus ha
re Agesilaus, qui sine pompa magnoq; comitatu incedere solitus dictitabat: majestatem &
riam prudentia & virtute esse parandam, non jumentorum aut famulorum turbâ, rogatu
quomodo princeps absq; stipatoribus posset esse tutus? respondit: si subditis ita imperet, vi
ter filijs. Vetuit reducere populum in Ægyptum, quod fieri potuisset dupliciter, vel quia
equitatûs sui viribus nixus, ideoq; intumescens imperio suo Ægyptum subjecturus illuc redu
set populum: vel quia ex jactantia & fastu multitudinem equorum volens acquirere, eo
Ægypto (vbi sunt generosissimi) per suos subditos accersiuisset, & sic viam in Ægyptum
dæis aperuisset, fuissetq; causa commerciorum inter Iudæos & Ægyptios.

CAPUT XVIII.

*Non vult Sacerdotales aut Leuitas vllam portionem hæreditariam
bere in diuisione terræ Chanaan, sed victimis, decimis & oblationibus c
tentos esse. Vetat consuli diuinos aut maleficos, sed Prophetas audiri ju*

Pythones, Diuini & arioli.

QUæstio I. *Quæ est differentia inter Pythones, Diuinos & Ariolos?* ℞det Tirinus,
thon est, qui dæmonem in se inhabitantem, & è ventris specu exili voce responsan
habet. *Diuinus*, dœmonem quoq; in se inhabitantem habet, sed ex ore & per lingu
clara voce loquentem. *Ariolus* verò, qui dœmonem non inhabitantem, sed extrins
assistentem consulit, vel ex alijs rerum superstitiosis notis aut conjecturis res futuras conje
v. g. Ex horoscopi inspectione, lauri crepitu, manuum lineamentis, vel similibus diuinans,

Ex quibus somnijs licet diuinare.

II. *An ex somnijs diuinare liceat?* ℞det idem Tirinus in c. 40. Gen. Licet imò ex ijs,
verosimile est, à DEo vel bono Angelo immissa esse: quod ferè colligitur ex adjunctis circ
stantijs, & peculiari lumine, quo manifestum faciunt, à se somnium vel revelationem profici
2dò licet etiam ex somnijs naturalibus, seu quæ nascuntur ex humorum in corpore temp
mento, conjecturam facere, vt medici faciunt, de statu corporis, ejus temperie vel intem
rie, de morbo vel præsente vel imminente &c. Nam ex effectibus prudenter inquiritur in c
sam, & econtra ex causa de effectibus. Unde Hypocrates & Galenus, libros scripserunt de p
sagijs sumendis ex insomnijs. 3tiò ex diabolicis, seu à diabolo immissis somnijs, quæ temp
tentationis subinde permittit DEus, & prudentum judicio facile dignosci possunt, non licet c
jecturam facere, cùm inhibitum nobis sit omne commercium cum dæmone, capitali DEi h
ste, & ruinæ nostræ semper insidiante. 4tò ex naturalibus somnijs aliud quàm naturale c
poris temperamentum aut valetudinis statum conjectare velle, v g de fortuitis euentibus,
actionibus causarum liberarum, alijsq; contingentibus vel futuris casibus, vanum, superstit
sum & à DEo prohibitum est hîc v. 10.

Christus Propheta.

III. *De quo propheta loquitur Moses* v. 15. PROPHETAM DE GENTE TUA ET DE FR
TRIBUS TUIS, SICUT ME, SUSCITABIT TIBI DOMINUS DEUS TUUS? ℞. Cajet. &
putant eum loqui de solo Christo, sed contrarium patet ex scopo Mosis, vult enim inculc
Judæis, non esse necesse consulere divinos vel augeres, quia nempe numquam defuturi sunt
lis veri prophetæ, quos urgente necessitate consulere possint, à quibus omnia clarè & ape
resciscent. De Christo quoq; hunc locum exponit Petrus Act. 3. v. 22, imò ipse Christus Ioan
v. 46 Si dicis in Christo non fuisse obscuritatem cognitionis, quæ ad prophetiam requirit
vt docet Tostatus, Christus enim habuit claram prænotionem, respondetur, illam obscuritat
in ordinarijs prophetis esse solere, quæ tamen non est de essentia prophetiæ, ad quam suffi
futurorum prænotio, qualiscumq; demum illa sit.

Christus antecelluit Mosi.

IV. *Quomodo dicitur hic propheta similis futurus Mosi?* ℞ non omnimoda similitudi
quia hîc c. vlt. v. 10. dicitur, *non surrexit vltra propheta in Israel sicut Moses.* Et Christus lo
gè Mosi antecelluit. Omnes tamen dici similes Mosi, in eo nempe, quòd divinam voluntat
& imperia populo aperuerint & interpretati sint. Christus insuper, quòd, sicut Moses Israe
tas ex servitute Ægyptiaca per mare rubrum submersis Ægyptijs traduxit ad terram sancta
dedit illis legem in Sinai, pauit in deserto manna cœlesti, & aqua de petra, & tot patrauit st
penda miracula: deniq; debellavit illorum hostes, Moabitas, Chananæos &c. ita Christus mu
dum è servitute Diaboli, per lavacrum baptismi deletis peccatis traduxit in cœlum, dedit nova
legem evangelicam, sanxitq; innumeris miraculis, pascit suos suomet corpore & sanguine, d
bellat hostes salutis nostræ.

Verus à falso propheta vnde dignoscendus.

V. *Quomodo discerni potest, an verus, an pseudopropheta sit, qui aliquid prædixit?* ℞d
Scriptura hîc v. 22. ex hoc cognosci posse, non esse prophetam, si quod prædixit non evener
Cùm autem fieri possit, vt quod pseudo propheta prædixit, eveniat vel casu, vel quia ex quibu
dam conjecturis probabiliter eventurum suspicatur, vel quia Dæmon præparationes in cau
libera, siue naturali videns illud futurum revelat auguri, cui prædicit, quomodo ergo tunc d
sceri

ni potest, an sit verus, vel pseudo propheta? ℟ tum ad alia signa confugiendum, v. g. si idololatriam pelliciat, aut alia ratione conetur à DEo, vel lege DEi homines avertere, certum signum habet fictæ vel diabolicæ prædictionis. Quod si nihil tale ex verbis prophetæ possit licere; tum vel ex alijs miraculis, vel ex patefactione secretorum cordis, vel ex sanctimonia vitæ, vel ex præcedentium prophetiarum eventu, vel ex testimonio aliorum, qui vitæ sanctitate, atq; & spirituum discretione præstant, argumenta veræ vel falsæ prophetiæ petenda sunt. Si nihil horum omnium sufficienter rem elucidare possit, suspende fidem, eventum exspecta prophetiæ, & DEo omnia committe, qui numquam patietur fraudem, si quæ subsit, diu latere. Tirinus.

CAPUT XIX.

Jubet designari in Chananitide tres vrbes refugij, in asylum homicidæ involuntario: quibus tres alias crescente populo vult adjici. Homicidam voluntarium jubet ex asylo extrahi & occidi. Falso teste pœnam talionis decernit.

Quæstio I. *Quot erant civitates refugij apud Judæos?* ℟ Deut. 4. v. 43 jam antè cis Jordanem designatæ erant à Mose tres civitates refugij, hìc v. 2. jubentur Judæi tres quoq; trans Jordanem designare, scilicet intra limites Chananææ, postquam expulsis hostibus eam obtinuerint. Præter has sex vrbes jubentur hìc v 9. iterum alias tres designare, non intra, sed extra terminos Chananææ, si nimirum contingat vsq; ad Euphratem ditionem Judæorum extendi, sicut ipsis & Patribus erat promissum. Cum autem extensio vsq; ad Euphratem numquam facta sit, nec vmquam civitates refugij fuerunt. Nam licet sub Davide et Salomone eæ regiones Judæis fuerint vectigales, non tamen ab eis inhabitatæ, quo solo casu designandæ ibi erant & servire poterant vrbes refugij. Promissio autem Divina de finibus Judæorum eò vsq; extendendis, non absoluta, sed solùm conditionata fuit, vt hic dicitur v. 9. scilicet si legem & mandata divina seruarent. Quam conditionem ipsis non servantibus, nec DEus tenebatur fines eorum vsq; eò protendere. *Civitates refugij.*

II. *Quæ fuit pœna falsorum testium?* ℟ pœna talionis hìc statuitur. Congruum enim est, quòd quis supplicium falso testimonio alteri injustè irrogare voluit, id justè ipsemet patiatur. Duo senes falsè Susannam adulterij accusantes, mendacij convicti lapidibus obruti sunt. Dan. Constantinus M. Imp. Faustam vxorem habuit. Hæc Crispi privigni amore capta, cùm ad crimen eum sæpiùs provocasset, renuentem detulit ad maritum, illum sibi vim inferrè voluisse. Constantinus fidem adhibuit, ideoq; Crispum filium interfecit. Verùm post aliquot annos comperta causâ, in vxorem capite animadvertit. Ita refert Eutrop. l. 10. hist. Rom. Narrat Eusebius l. 6. hist. c. 7. tres falsos testes accusasse Narcissum Hierosolymæ episcopum de infami crimine: atq; primus juravit, ni verum esset hoc ejus crimen, vt DEus eum igne perderet. Secundus morbo regio corriperetur. Tertius vt oculis orbaretur. Audijt DEus vindex, nam prius in domo, nocte correpta incendio, cum omni familia flammis vltricibus conflagravit. Secundus morbo regio à capite ad pedes correptus & absumptus est. Tertius hæc videns pœnitens & scelus confessus tantis lacrymis illud deflevit, vt luminibus orbaretur. *Testium falsorum pœna.*

CAPUT XX.

Jubet è castris tempore belli domum remitti novos ædificatores, vinitores, sponsos, & pavidos. In vrbe bello capta, masculos occidi, infantibus parci, sed in Chanaanitide, omnes etiam infantes & fœmellas occidi. Arbores hostiles infrugiferas exscindi, frugiferis parci.

Quæstio I. *Cur novi ædificatores, vinitores, sponsi & pavidi è castris domum remittuntur?* ℟ Philo & Josephus duas assignant rationes. Una est, quia iniquum videbatur, non permitti è proprijs seu ædibus, seu vinea, seu vxore fructum saltem aliquem percipere. Altera, ne desiderio rerum adeo expetitarum, remissiùs agerent in prælio, sibiq; timentes, vel etiam fugam capessentes alijs & scandalo essent & damno. Eadem de causa jubetur hìc v. 8. etiam è castris facessere quicumq; formidolosi essent, & pavido corde. Praxin hujus legis habes in Juda Machabæo 1. Machab. 3. 56. *E castris domum remissi.*

II. *Quomodo v. 6. plantator vineæ dicitur eam nondum fecisse* COMMUNEM? ℟ Communem idem est, quod profanam, seu quæ profanis vsibus servire posset, quod anno quinto fiebat. Nam & vitis & cujusvis alterius arboris fructus trium primorum annorum, tamquam immaturos, & insalubres abjicere jubebantur Hebræi Lev. 19. Fructus verò quarti anni DEo primitiarum nomine consecrare debebant, vt ibidem decernitur. Ergo quinto demum anno communes fiebant Domino & familiæ, & ad profanum esum vsumq; transibant. *Vinea communis facta.*

III. Quo-

Dedicatio domûs

III. *Quomodo fiebat dedicatio domûs?* ℟ fiebat ritu quodam solemni, & vt Tostatus quitur, facta domo, antequam Dominus ibi morari inciperet, invitabat amicos suos ad nov domum & faciebant gaudium magnum, & tunc morari incipiebat, & ista vocatur dedica domûs, sicut solemnitas, quæ fit in consecratione Ecclesiarum, dedicatio vocatur. Huc v Hebræi stabiles habitationes non habuerunt, sed manserunt in tabernaculis portatilibus, ide magno ferebantur desiderio dedicandi & inhabitandi stabiles ædes.

Pax civitatibus offerenda.

IV. *Quibus civitatibus primum pax offerenda erat v. 10.?* ℟ Sermo est de civitatibus tra terram Chanaan, quibus pax offerri debebat sub conditione tributi, qua acceptata, civi tes fiebant Hebræis tributariæ salvis omnibus incolis, quam si abnuebant, expugnandæ er vrbes, & præter mulieres & infantes jussu DEi & jure belli omnes incolæ occidendi; Civit bus verò in Chanaan sitis pax offerri non poterat, sed omnes omnino nullis, ne parvulis c dem exceptis trucidandi erant, tum quia tota Chananæa à DEo tradita erat Hebræis possid da; tum quia Chananæi erant homines improbissimi, & quasi semen vitiatum & maledict quibus si parsum fuisset, ipsi Hebræos secum commorantes ad idola & vitia sua pertraxissent

CAPUT XXI.

Homicidium occultum quo ritu expiandum. Fœmina captiva, qui legibus in vxorem sumenda. Filius odiosæ vxoris, si fuerit primogenit ne jure primogeniti privetur. Filius contumax lapidetur. Cadave suspensorum eodem die sepeliantur.

Cadaver inventum in agro.

QUæstio I. *Quid fuit faciendum, invento cadavere hominis occisi in agro, ignoto c auctore?* ℟ Post sedulam inquisitionem in auctorem cædis debebat Magistratus v nioris vrbis tam sacer, quàm politicus, cæsa vitula, fractaq; cervice ejus, quasi vmb tile supplicium de homicida sumere; quale nimirum de ipsomet, si reperiri posset, verà sumerent; simulq; lavare manus super cæsa vitula, & hac ceremonia protestari sese in xios esse, & auctoris ignaros, Addit Abulensis, id ideo etiam jussum, vt auctor sceleris, si tè adesset, hac via proderetur, putà naturali sanguinis antipathia, qua fit vt propinquante micida, vulnera cadaveris vel ossa etiam post plures dies sanguinem exsudent, DEo sceleris ctorem tali signo subinde prodente.

Ceremoniæ invento cadavere.

II. *Quid mysticè significant prædicta cæremoniæ?* ℟ Passim Interpretes per vitulum telligunt carnem Christi Vacca homicidij rea esse non poterat, occidebatur tamen loco ho cidæ, vt reliqui à culpa absolverentur. Christus peccatum non fecit, nec inventus est dolus ore ejus, erat enim impollutus & segregatus à peccatoribus, ipse tamen attritus est propter lera nostra, vt enim absolveremur ab homicidij illius labe, quod qui erat homicida ab in primo homini intulit; Christus ab omni culpa liber mortem passus est velut vitula, quæ n portavit jugum, quia peccatorum ponderi non succubuit, nec terram scidit vomere, quia sed onis maculam non admisit, sive quia non terrena tractavit, nec mundi negotia in se susce sed cœlestia & divina hominibus prædicavit, & sic per hujus cædem omnes nos absoluti sum ipse enim absolvit nos à peccatis nostris.

Ceremoniæ ante matrimoniū cum captiva gentili.

III. *Cur DEus præscripsit cæremonias v. 11 & seq. ante matrimonium cum captiua gen adimplendas?* ℟. Lorinus hanc dat rationem, vt ante matrimonij consummationem protra mora ardor concupiscentiæ erga gentilem fœminam mitigaretur, aut euanesceret penitus, & tractu temporis per vnum mensem tœdio fœminæ affectus, amissisq; stimulis carnis, eam venderet, vel remitteret, quia enim DEus ægre tulit, Hebræos alienigenis fœminis misceri, periculum lapsus in idololatriam, hac dilatione quæsiuit impedire, quod noluit inhibere, Hæbræi conquererentur, quòd tantùm ad suæ gentis fœminas ducendas obligati & coarc sunt.

Mulier gentilis capta.

IV. *Quid tropologicè significat capta mulier gentilis?* ℟. Rabanus aptè per illam int ligit animam à Gentilismo ad Christianismum, de peccato ad gratiam translata. Nam vt eo ait glossa, mulier hæc gentilis est anima peccatrix, quæ pulchra est, quia ad imaginem D creata est, sed captiua est ob crimen: hanc Christus sponsam ambit, quod vt fiat, radat cæ riem, id est, vitia præterita, per contritionem deponat, & præcidat ungues, id est occasio peccati, permittitur tamen ei flere patrem & matrem ad breue tempus; quia recens conve dolet se à pristinis amicitijs & voluptatibus avelli, sed hoc dolore abterso, sponso jungitur Chri

Cadaver suspensi eodem die deponendum.

V. *Cur DEus hominis suspensi cadaver eadem die sepelire jussit?* ℟ Lorinus varias hu legis dat rationes. Ne, inquit, etiam in mortuos sævire viderentur Hebræi. Deinde, quoni cùm satis luerit reus pœnam, illam post mortem non sentit corpus, in quo propter erectum tum, elucet quædam DEi imago, cui non nulla veneratio debetur, nec ita viliter tractanda Potest etiam dici, quòd id factum sit ad detestationem criminis, quod morte punitur, vt penitus ab oculis hominum subtrahatur, ne vel aspectu solo contaminare aut inficere videat

al

ps, quod in vniversum affirmari solet de criminosis, videlicet ab his terram contaminari & llui. Fabulanrur Hebræi defuncti animam ad quietem pervenire non posse, nec duci ab Anis ad DEi thalamum, sed vexari à Dæmonibus, antequam cadaver sepeliatur.

Maledictus pendens in ligno.

VI. *Cur dicitur maledictus à DEo, qui pendet in ligno* v. 23. ℟. Genus hoc mortis erat exmæ infamiæ & probri, cunctis exosum & execrabile, suspendebantur enim nonnisi scelestisi & maximè facinorosi homines, cujus infamiæ ratio videtur fuisse, quòd qui suspenditur altum, quodammodo videtur indignus, qui terram pedibus premat, aut sanguine suo contanet, atq; ita quasi toto mundo eliminatur. Unde & ut Christus maximè se abjiceret, vilissimq; mortis genus subiret, crucem delegit. Ideo ab Apost. Gal. 3. v. 13. dicitur factus pro ois *maledictum*, juxta sensum hujus loci, maledictus enim hoc loco sumitur pro execrabili. Tirinus.

CAPUT XXII.

Misericordia etiam in bestias exercenda. Pœnæ falsi accusatoris, aderi & adulteræ, etiam sponsæ: & constupratoris virginis.

Res perdita restituenda

QUæstio I. *Cur DEus sanxit hic* v. 1. NON VIDEBIS BOVEM FRATRIS TUI, AUT OVEM ERRANTEM ET PRÆTERIBIS, SED REDUCES FRATRI TUO? ℟. ad charitatem mutuam inter Judæos fovendam & exercendam. Jubet rem perditam restitui, quia verò Dominus, cui restitutio facienda, non semper scitur, res illá apud invenm manere debebat, donec Dominus eam repeteret, vt tamen huic innotesceret, apud quem sua sit, hoc per præconem aut schedam publico loco affixam publicari debuit, ita tamen vt se Dominum asserebat, hoc priùs probaret, sciens v. g. rei perditæ qualitates, locum & sic quid edicere. Debebat tamen priùs sumptus refundere, si qui in animalis custodiam victum facti erant, deducto commodo, quod ex illo inventor percepit, vt, quia bos uit, vacca lac præbuit &c. Ad parcendum tamen his sumptibus, si inventor nouit amisso, debebat indilatè rem inventam ad eum reducere. Hæc & alia Tostatus. Similiter si quis soni obviaret ducenti jumentum onustum, quod pondere oppressum corruit, cui subledo agoso non esset par, obvians ad ei subveniendum hac lege obligatur. Notat Tostatus d sacerdotes ad hoc præceptum obstricti non fuerint lapso jumento super sepulchrum morum, quod tangendo polluerentur; etsi verò etiam laicus hanc immunditiam contrahebat, tamen à subveniendo non excusabatur, rationem hujus dat Tostatus, quia sacerdotes semdebebant esse parati ad ministrandum, & ideo DEus statuit Laicos in omnibus mortuis ui; sacerdotes verò tantùm in 4. generibus personarum, Pontificem verò in nullo casu lipollui.

Mulier non induitur veste virili.

II. *Cur vetuit DEus v. 5. mulierem indui veste virili & econtra?* ℟. Lorinus hìc varias dit rationes. Ut distinctio sexus retineretur, vt opportunitas flagitijs carnis tolleretur: vt auetur occasio idololatriæ, cùm in sacris Martis fœminæ armarentur, viri in sacris Veneris iebriter induerentur: vt præcideretur æstus libidinis, quem accendit vestis mulieris in vi& viri in muliere, Venereæ rei excitando imaginationem: ne daretur maleficijs occasio exri solitis per abusum talium vestium. Ne vir persuaderet sibi applicatione vestis fœmineæ ciliari fortissimè amorem fœminarum, & vice versa. Meritò ibi non servatur castimoinquit S. Amb. ep ad Irenæum, vbi non tenetur sexûs distinctio. Docet tamen S. Thom. q. 104. a. 6. ad 6. posse quandoq; mutationemvestium fieri sine peccato, propter aliquam neitatem, vel causam se occultandi ab hostibus, vel propter aliquid aliud hujusmodi. Tiriverò varia adducit exempla, vt in Joanna, quæ virili habitu & armata Anglos Galliâ exit. Sic Theodora virgo Antiochena, de qua Amb. l. 2. de Virginibus, & altera Corinica de qua Palladius in Lausiaca hist. c. 149. lupanar veste virili evaserunt: Eugenia, Euphroa, Apollinaris, Pelagia, Antonina, Theodora, Athanasia, Susanna, Anastasia, Patritia, Popa, Jachelina, Hildegundis, quæ instinctu Spiritus Sancti virginitatis tutandæ causa se clau; cœnobiorum virili habitu incluserunt, quòd deessent tunc mulierum cœnobia, in quibus ultari possent. Quo defectu jam cessante, facinus istiusmodi probrosum prorsus & illicii est.

Nidi avis inventor.

III. *Cur inventor nidi auis jubetur dimittere matrem, pullos captos tenere?* ℟. Ut Judæi ucerentur ad pietatem & misericordiam; si enim hanc in bestias jubentur exercere, potiori hominibus exhibendam ex hac lege per se ipsi agnoscerent, & sic retraherentur ab omni delitate. Alia hujus legis ratio datur, quia sic multum diminueretur genus avium. Uni ur vel matri vel pullis parcendum fuit. Cur verò potiùs matri quàm pullis? Theodor. q. 21. c dat rationem, quia necata matre hoc ipso pulli interirent, quia non haberent à quo nuentur; non sic si suffocatis pullis mater vivere sinatur, quæ seipsam alere, & alios suo teme pullos excludere potest.

In vineis nō seminandū.

IV. *Cur vetat DEus in vineas semen serere?* ℟. Ut Hebræi vitarent commixtiones & stude-

ſtuderent ſimplicitati. S. Thom. I. 2. q. 102. a. 6. ad 9. dicit hanc legem datam in deteſtation idololatriæ Ægyptiacæ, qui in venerationem ſtellarum, diverſas faciebant commixtiones le num, animalium & veſtium, repræſentantes diverſas conjunctiones ſtellarum. Alij dici quòd in honorem Cereris & Bacchi quidam idololatræ in eamdem vineam implantarint v & ſementes, & ſic quaſi conſociârint Cererem & Bacchum, vt utriusq; cultu vbertatem gum & vuarum mererentur, ad quam idololatriam vitandam DEus præſentem legem tulit. ſtat. & Hugo Card. DEum hac lege voluiſſe occurrere erroribus, qui ex hac commixtione ca ſolutionem primitiarum oriri potuiſſent, dum vineæ poſſeſſor ſibi perſuadere potuiſſet ſatis feciſſe, ſi illius primitias ſolviſſet, quod prius natum fuit. Tamdem plures cenſent, DE hac lege damnaſſe avaritiam, ne cupiditate lucri, & vbertatis frugum aliquis gravaret ſo vltra vires ejus.

In aſino & bove ſimul non arandum.

V. *Cur vetat DEus arare in bove & aſino ſimul?* ℟. quia Bos & aſinus in viribus inæquales, bos ad arandum fortior, debilior aſinus, qui proinde ſociatus bovi plus æquo varetur. Ita Plato duos ſuos diſcipulos, ſcilicet Xenocratem, qui tardioris erat ingenij, cum riſtotele, qui acris erat conjungens: Hui, inquit, quî aſinum cum equo ſociabo? hic frœno, calcari indiget. Ita Plutarch. in Platone.

CAPUT XXIII.

Eunuchus, Ammonites, & Maobites æternùm arcentur ab Eccleſia D Idumæus & Ægyptius usq; ad tertiam generationem: Mamzer usq; decimam. Jubet caſtra munda ſeruari à ſordibus. Vetat ſcortationem fœnus. Votum ſine mora ſolvi jubet.

Eccleſia Domini.

QUæſtio I. *Quid intelligitur per Eccleſiam Domini, quam aliqui hoc capite intrare pr bentur?* ℟det Tirinus hîc per Eccleſiam non intelligi religionem Judaicam, aut cum tabernaculi vel templi, quia ad hæc patebat ſtatim aditus cujuſvis alienige dummodo circumciſus eſſet & proſelytus, & *jus civium* ſeu populi Iſraelitici habe

Jus civium.

Sicut enim apud Romanos maximi fiebat *jus civium*, qua ſpeciali gratia ſubinde exteri do bantur, atq; ita capaces fiebant munerum, & dignitatum publicarum perinde ac ſi Romæ ti fuiſſent: ita etiam voluit DEus apud Judæos eſſe peculiaria jura & privilegia civium Ju orum, quibus alienigenæ ſubinde donari quidem poſſent, ſed certis tantùm caſibus: ac tum inde accenſebantur illi Judæis, ac ſi ex illis aut patriarchis oriundi fuiſſent, atq; adeo in reliquorum civium adibant hæreditatem & poſſeſſionem agrorum in terra ſancta, & cap erant omnium munerum publicorum ac dignitatum.

Eunuchi excludebantur ab Eccleſia.

II. *Cur ab hac Eccleſia excludebantur Eunuchi?* ℟ quia cùm eſſent impotentes ad ge randum, honor paternus, qui conſiſtit in regimine populi, eos non decebat. Unde & anti tus judices & gubernatores populi vocabantur Patres conſcripti. Præterea officiorum di tas venerationem in populo exigebat, quam eunuchis vix ſufficientem exhibuiſſent, erant e tales inter Hebræos viles & deſpecti, ſicut inter mulieres illæ, quæ ſteriles erant. Hebræi e fœcunditatem præcipuum DEi beneficium credebant, ſuiq; multiplicationem auidè expeteb Deniq; Eunuchi non ſollicitè promoverent bonum publicum, quàm ij patres, qui liberos & ſteros habent, quos noverunt boni publici futuros participes: Si enim bene præſunt & vtil tem ſeu commoda in rep. promovent, etiam gloriam nominis ſui ad poſteros ſuos tranſmittu qui lætantur ſe majores bene meritos habuiſſe, & eorum exemplo ad idem præſtandum excitan

Fœnoris percuſſio.

III. *Quomodo DEus permittit v. 19. vt Judæi fœnerentur Alieno, cùm vſura jure nat fit illicita?* ℟ cum Tirino, DEus poteſtate ſupremi Dominij ſui ſupercreſcens fœnus largi conceditq; vt id licitè accipere poſſent ab alienigenis, eodem modo quo volente DEo li Judæis Ægyptum ſpoliare, licuit libellum repudij dare, licuit plures ſimul vxores habere. C omnia alioqui repugnant juri naturæ, conceſſa tamen Judæis à DEo ob duritiem cordis eor ne, vt erant lucro inhiantes, extorquerent fœnus etiam à fratribus ſuis Judæis. Qua conceſ ne jam ceſſante, & ſublatis omnibus Synagogæ privilegijs, imò extincta ſepultaq; Synago manent quoq; jure naturæ prorſus illicitæ omnibusq; vetitæ vſuræ.

CAPUT XXIV.

Permittitur libellus repudij. Variæ leges circa pignora, & pauperu ſubventionem ſanciuntur.

Libellus repudij.

QUæſtio I. *Quis fuit libellus repudij?* ℟ erat charta vel ſchedula, qua maritus vx poteſtatem faciebat abeundi, quo vellet, & alteri nubendi, cui vellet. Hac enim li concedebat DEus non ſolùm thori disjunctionem, ſed etiam matrimonij diſſolution vt vterq; alteri nubere poſſet. Colligitur hîc ex v. 2. & Malachiæ 2. v. 16. & Matth. v.

testaturq; Josephus eam fuisse praxim Judæorum. Consulebatur autem hac via maximè ...inarum bono, quæ alioqui sæpiùs ab iratis maritis necatæ fuissent. Attamen etiam eædem ...fficio continebantur, nequid admitterent, quod repudio causam daret, neq; enim licebat ...diare, nisi ob justam causam.

II. *Quæ poterat esse causa repudij?* ℞ Aliqua fœditas, hoc est, si vxor displiceret marito ...em aliquam fœdam. Tertullianus & Burgensis id restringunt ad adulterium durante con...o vel fornicationem antè cõmissam, sed post initum conjugium detectam. Ast hæc non di...tio, sed morte plectebantur, vt patet c. 22. v. 21. & 22. Sola verò adulterij suspicio purgaba...haustu zelotypiæ Num. 5. Ergo fœditatis nomine hîc generaliter intelligitur id omne, ...d meritò censeatur devenustare & turpem reddere vxorem, siue id quid physicum esset, v. g. ...epsia, lepra, frequens mania, perpetuus aliquis morbus, sterilitas; siue morale quid, vt inobe...tia, pertinacia, dicacitas, jurgia perpetua, furta, veneficij vel gravioris criminis suspicio ...babilis, & quidquid jure redderet vxorem valde odiosam marito.

Repudij causa.

III. *Poteratne maritus, dato libello repudij, iterum in gratiam redire cum vxore?* ℞ Po...t id facere, priusquam alteri jungeretur; ast post conjunctionem cum altera non poterat re... ad priorem maritum, & si fortè contigisset illam simili repudio ab illis secundis nuptijs ex...tam esse. Ratio hîc additur v. 4. quia jam *polluta est*, scilicet semine secundi viri, & macu...u indecentia ex copula cum secundo marito, *& abominabilis facta est coram Domino*, cui ...itò displicet turpis illa species vagi repetitiq; concubitus, & orbicularis nuptiarum regressus. Tirinus.

Ad priorẽ maritum reditus.

IV. *Cur vetat DEus v. 6. loco pignoris accipere inferiorem & superiorem molam, id est, la...m molarem?* ℞ quia pauperes absq; illis frumentum commolere non possunt, atq; ita *ani...* id est, vita ipsorum, quam *opposuerunt*, seu oppignoraverunt, misellis intercluderetur, id ... auferendo, sine quo victum sibi parare non possunt. Simili de causa vetat, v. 10. ne credi... pro libito suo licet fretus publica judicis auctoritate, vel stipatus ministro justitiæ, deligat ... in pignus, quidquid è supellectili debitoris arriserit, sed jubet designationem pignoris to... permitti arbitrio debitoris. Quin & v. 13. Si debitor fortè præ inopia cogatur in pignus ... vestimentum aut stragulum, quo ad se tegendum indiget, jubet id illi reddi ante solis oc...um: hoc ipso inhibens, ne ejusmodi reculæ pauperi quotidie necessariæ accipiantur quovis ...do in pignus.

Pignus.

CAPUT XXV.

Sancit DEus, vt judices justè judicent, vt non ligent os bovi trituranti, ... frater fratri defuncto semen suscitet, vtq; mulier in rixa verenda viri ...n apprehendat, vt justa habeant pondera, vtq; nomen Amelec deleant.

QUæstio I. *Quid prohibet DEus* v. 4. NON LIGABIS OS BOVIS TERENTIS IN AREA FRUGES TUAS? ℞ Ad literam prohibet, ne vel capistro vel alio impedimento prohibeatur bos vesci ex manipulis, in quibus triturandis re ipsa laborat: *quia æquum non est*, inquit Philo l. de charitate, *vetare laboris socios, quo minùs & fructuum sint parti...s.* Sed allegorico sensu (quem DEus hîc primariò intendit, & quem Paulus 1. Cor. 9. v. 9. ...licat) docentur homines non negare victûs stipendium ijs, qui ipsorum causa laborant, ma...è verò Evangelij ministris. Bobus autem triturari solitum non solùm apud Judæos, sed & ...d Romanos, & Græcos & alias gentes ex Varrone & Homero constat, & etiamnum in Ca...ijs insulis in vsu esse perhibetur.

Bovi trituranti non ligandum os.

II. *Quid circa legem de suscitando semine fratris obseruandum?* ℞ *imò* præcipit DEus hîc ...v. vt si quis illiberis moritur, ejus frater relictam viduam ducat, ex eaq; defuncto fratri se...n suscitet, siue loco fratris ex hujus superstite conjuge in vxorem ducta prolem masculam ...creet, quæ defuncti filius denominaretur, non quidem naturalis sed legalis, quasi lege ipsi ...scriptus. *2dò* Si frater defunctus reliquisset filium, non potuit frater superstes viduam ducere, ...habetur Lev. 18. v. 16. Item si vivente fratre discessisset dato libello repudij, si fuisset concu...na, si sterilis, si annosa, quia tunc cessabat legis ratio. *3tiò* Uxor defuncti non poterat alteri, ...àm fratri, vel hoc deficiente, cuidam juxta propinquitatis ordinem cognato defuncti sui ma...i, nubere, si voluit hic eam ducere, si verò noluit, non tenebatur, vt patet Ruth. 4. v. 6. du...ns verò adibat hæreditatem: ratio èst, quia hæc lex solùm fratres, non verò remotiores con...guineos obligabat, vt Doctores communiter docent cum Tostato. Hic autem ordo seruan...s erat inter fratres, vt si secundus frater, pariter ac primus, sine liberis decederet, fratriam du...re deberet tertius frater, quodsi is illiberis decederet, deberet eam ducere quartus frater, vsq; ... vltimum, vt patet Matth. 21. v. 25.

Semen fratris, suscitandum.

III. *Quid si defunctus reliquisset filiam & non filium, an hoc casu frater defuncti debuit vi...am fratris ducere?* ℞ aliqui tuentur negativam, quia filia superstes nubens viro, ex eoq; ...scipiens prolem masculam, semen patris conseruasset, quia proles hæc avi nomine appellata,

Proles mascula suscitat semen.

 ejus

ejus continuaffet nomen & familiam, vt filiarum Salphaad privilegium convincere vi Num. 27. Abulenſis quem alij ſequuntur cenſet, hoc caſu fratrem debuiſſe ducere fratriam, vxorem fratris defuncti, quia debebat ſuſcitare ſemen: ſuſcitare autem eſt ſuſcitare prolem m lam, quæ fratris defuncti nomen & ſtirpem propagaret, fœminæ enim numquam gerun men patris vel avi, ſed mariti. Privilegium verò quod obtinuerunt filij Salphaad, tunc de locum habet, ſi mortuo patre abſq; filio nullus alius eſſet frater, qui fratris ſuſcitaret ſeme

IV. *Quid agendum, ſi frater defuncti, vel alius quicumq; propinquus, cui ſucceſſio de tur, adhuc infans eſſet vel impubis?* ℞. exſpectandam eo caſu viduæ fuiſſe adultam pueri tem, vt in ſimili ante legem fecit Thamar Gen. 38. v. 11. Hoc tamen intellige, ſi modò ſpes quòd per diuturnum ætatis lapſum ipſa non fieret ad generandum impotens. Nam ſi eju periculum eſſet, poterat illa, imò debebat relicto puero, alteri propinquo defuncti jam ma nubere, & defuncto ſemen ſuſcitare. Ita Tirinus. Propter eamdem rationem docet Ole quòd frater poſt obitum fratris natus huic legi non fuerit adſtrictus, & ad ducendam fr vxorem tunc jam viduam non potuerit obligari. Idem docet ex ſententia Hebræorum, mulier marito defuncto per tres menſes prohibita fuerit nubere, ut videretur an non fort à viro mortuo gravida.

V. *Quanta fuit obligatio vel viduæ nubendi propinquo: vel propinquo ducendi viduam functo relictam?* ℞. Ante legem Moſaicam videtur apud Chananæos id ſtrictæ juſtitiæ f vt patet ex caſu Thamar Gen. 38. v. 26. Sed tanta obligatio non videtur lege Moſis ad fuiſſe, imò pœna hic v. 9. appoſita non arguit vllam gravem obligationem. Quin ex facto c. 4. conſtat, nullam prorſus obligationem fuiſſe, ſi quis alius è fratribus vel propinquis tus eſſet id officium charitatis defuncto exhibere.

VI. *Quæ fuit cauſa hujus legis?* ℞. Corn. varias aſſignat. 1ma fuit ad multiplican familias, frater enim ſuſcitans ſemen fratri, *imò* inſtaurabat familiam fratris ſui, deinde ſ *2dò* vt viduæ ſubveniretur, quæ deſolata & deſerta manſiſſet. *3*. quia illa ætate ſummum deſiderium liberorum, ſummaq; morientis erat triſtitia, ſine prole defungi: huic ergo le dæ, lex hæc ſerviebat. Unde etiam ante hanc legem, in ſtatu legis naturæ idem mos era patet de Thamar Gen. 38 v. 8. *4tò* Ne hæreditas tribuum & familiarum confunderetur, ſi viduæ alienis nupſiſſent, bona ſua in alienas familias tranſtuliſſent. Unde Judæi à cap tate Babylonica, qua vel ereptæ vel confuſæ fuerunt eorum poſſeſſiones, non ſervant han gem, dicuntq; eam jam ceſſante cauſa ceſſaſſe & abolitam eſſe. Aſt non hæc vna, ſed p aliæ fuerunt hujus legis cauſæ, quæ etiamnum apud eos locum habere poſſunt, vt hoc ſol mine hæc lex non ſit abolita. *5tò* vt fraternæ charitatis & dilectionis officium ſanciretur, alter alterius poſteritatem, velut propriam jubebatur curare. *6*. vt ſuperſtites admonerentur cij in ſuos defunctos, ne videlicet eorum obliviſcerentur, ſed honore ſimul & amore eos ſequerentur.

Pœna nolentis ſuſcitare ſemen fratri.

VI. *Quæ fuit pœna nolentis ſuſcitare ſemen fratri?* ℞. hîc v. 9. aſſignatur his verbis *cedet mulier ad eum coram ſenioribus, & tollet calceamentum de pede ejus, ſpuetq; in faciem & dicet: ſic fiet homini, qui non ædificat domum fratris ſui. Et vocabitur nomen illius in I domus diſcalceati.* q. d. inquit Corn. notabit eum infamiâ. Hæ enim ſunt notæ conditionis vilis: vix enim mancipijs in faciem ſpuimus. idem ſignificat diſcalceatio, ſervi enim incede nudipedes, ſine calceis, q. d. talis indignus eſt, qui geſtet calceum, id eſt, qui verſetur i ingenuos, eò quòd fratris vxore, æquè ac hæreditate & familia ſe abdicauit, hoc enim eſt mi illiberalis & vilis. Rurſum talis in facie conſpuitur, & calceis nudatur, vt ſumma & pars hominis contumeliâ afficiatur, atq; ita totus homo infamiâ notetur, vt ſignificetur, q talis omni honore nudatus ſit, à capite uſq; ad calceos, ita Oleaſt Abul. Corn.

CAPUT XXVI.

Primitiæ frugum jubentur offerri DEO: & tertio quoq; anno ter etiam decimæ dari pauperibus.

Decimarũ ritus.

QUæſtio I. *Quo ritu fiebat decimarum oblatio?* ℞. 1. ponebantur in caniſtro. 2. inf bantur in templum. 3. elevabantur in altum. 4. fiebat profeſſio hîc præſcripta. 5. terebatur victima pacifica. 6. canebantur pſalmi & hymni, cantus enim ſacri jungi ſolebat.

Syrus perſecutor.

II. *Quis fuit Syrus perſecutor* v. 5.? ℞. Laban, ſocer Jacobi, qui habitabat in Meſopota Syriæ Gen. 28. v. 5, qui perſequebatur Jacob fugientem ab eo & redeuntem ad Iſaac in Chana

Primitias quivis offerebat.

III. *Quis & quomodo debebat offerre primitias?* ℞. quivis de populo debebat omni frugum primitias Domino offerre, ideoq; introire coram Domino, id eſt, coram altari ho cauſtorum, ibiq; facere profeſſionem, qua proteſtabatur ſe teneri ad hanc oblationem, ob t DEo accepta beneficia, maximè liberationis ex Ægypto, & ingreſſûs in Chanaan: deinde i dem debebat adorare Dominum, ſcilicet humiliando ſe coram altari & orando; vt DEus ill

diri

at in bono, quæ omnia in honorem divinum cedebant, erantq; actus religionis, quibus
ctis, epulabatur cum tota domo sua, advocans etiam Leuitas & advenas pauperes, idq;
atrium sanctuarij, si aliquam victimam pacificam obtulisset; sin autem, epulabatur de
quæ secum apportarat, nec erant consecrata DEo, in aliquo hospitio. Epulabatur au-
vt ex delectatione hujus epuli incitaretur ad frequentandum hos actus gratitudinis &
tionis. Ita Abul.

IV. *Quæ erant decimæ, quæ fiebant tertio anno decimarum* v. 12. ? ℟. Quolibet tertio an- *Decimæ*
riplices à Judæis separabantur & dabantur decimæ. Nam 1*mò* separabantur decimæ, quæ *tertij anni.*
ntur Leuitis. 2*dò* decimæ ad iter, & ad oblationes ter in anno faciendas Hierosolymæ,
nplo. 3*tiò* erant decimæ, quæ dandæ erant pauperibus, de quibus hîc agitur, quæ quia
iæ erant, ideo dicit: *quando compleveris decimam*. Itaq; solutis duabus prioribus decimis,
fruges singulorum erant decimandæ, tertiæq; decimæ separandæ in vsus pauperum. Hinc
is hic annus, vocatur annus decimarum, quia in eo omnes hæ tres decimæ solvebantur,
verò annis tantùm duæ priores solvebantur, Ita Abul.

CAPUT XXVII.

Describitur ceremonia benedictionis publicè instituendæ in monte Ga-m, & maledictionis in monte Hebal.

QUæstio I. *Quæ sunt maledictiones hoc capite expressæ?* ℟. 1ma ferit idololatram, qui *Maledictio-*
vel per se vel per alium artificem sibi fabricat idolum, illudq; colit, & quidem *in ab-* *nes.*
scondito positum, quia vt Lorinus annotat, Israelitæ veriti Mosen, & gravi contra ido-
lolatras, seu cultores aurei vituli sumpto supplicio territi, non audebant publicè idolo-
um exercere, vt igitur etiam ab occulto avocarentur, præsens in eos conjicitur maledictio.
ob rationum paritatem censet Tostatus etiam sequentes maledictiones esse adversùs occulta
ata, quia de publicis judex cognoscebat. 2dum locum habet dehonoratio parentum, ma-
tione nimirum percellitur, qui denegata parentibus veneratione eos contemnit. 3tiò ma-
itur qui alienæ possessionis seu fundi terminos mutat, sibiq; partem aliquam arrogat, sicq;
minuit suumq; injustè dilatat. 4tò maledicitur qui errare facit cœcum in itinere, per
um non tantùm eum, qui videndi facultate est privatus, sed quemlibet viæ inscium intel-
Lyran. & Carthus. &c.

II. *Quorsum ceremoniæ hoc capite expressæ*? ℟. vt hoc novo ritu fœdus cum DEo instau- *Ceremoniæ*
ur in primo terræ promissæ ingressu: & Israelitæ his solemnibus benedictionum pollicitati-
us, ac maledictionum interminationibus, ad accuratiorem legis diuinæ obseruationem ex-
entur.

III. *Quid allegoricè hæ ceremoniæ significant?* ℟. Diuisio gentis Hebrææ in duas turmas *Judicij ex-*
ra erat extremi judicij, in quo electi à reprobis separabuntur. 1*mò* omnes omnino Hebræi *tremi figu-*
alle inter duos montes Garizim & Hebal conveniebant, nimirum postquam Jordanem *ra.*
sgressi sunt; sic genus humanum conveniet in valle Josaphat, postquam interveniente mor-
hac vita velut trans fluvium ad littus æternitatis migraverit. 2*dò* in media valle stabat
, circa arcam sacerdotes, & digniores juxta ordinem, Christus vera cælestis arca è cœlo
allem Josaphat ad judicandum veniet, & omnes Angeli cum eo, & ita circumdabitur uni-
a Hierarchia cælesti. 3*tiò* ex vno latere in monte Garizim (quem Rupert. interpretatur
sio) stabant sex nobiliores tribus, quibus dabatur benedictio: in altero latere, scilicet monte
al, (qui *voraginem* significat juxta Rupert.) stabant sex ignobiliores tribus, versùs quas pro-
bantur maledictiones. Duo erunt ordines judicandorum in extremo judicio, ex vno latere
unt nobiliores seu electi velut oves ab hœdis divisæ, quibus benedictiones acclamabuntur:
ite benedicti patris mei. Et ex altero latere stabunt ignobiliores seu reprobi in quos male-
io illa conjicietur: *ite maledicti in ignem æternum* velut voraginem sulphuream. 4*tò* bene-
io servantibus, & maledictio transgressoribus legis intentabatur: electi æterna benedictione
ebuntur, qui legem DEi servarunt; reprobi verò æternùm maledicti manebunt, quia eam
larunt. 5*tò* Hebræi & benedictionem & maledictionem approbabant dicendo *Amen*; fina-
r judicandi sententiam judicis omnes approbabunt: Sancti DEum glorificabunt, ejusq; mi-
cordiæ adscribent se esse benedictos, damnati verò agnoscent & confitebuntur se justo DEi
icio maledictos & reprobatos esse.

CAPUT XXVIII.

Explicantur benedictiones in favorem obſeruatorum legis, & mal-
ctiones in perniciem tranſgreſſorum ipſius.

Aër theſaurus Dei.

QUæſtio I. *Cur cœlum ſeu aër dicitur theſaurus DEi* v. 12.? ℞ quia in eo quaſi re- torio nobis inſcrutabili recondidit DEus pluviam, per quam cuncta bona terræ p- niunt. Sic aër dicitur theſaurus ventorum pſ. 134. 8. *qui producit ventos de theſ- ſuis:* item grandinis & nivis Job 38: 22. Sic abyſſus maris & aquarum, quia inſcrut- eſt & impenetrabilis, vocatur theſaurus DEi pſ. 32. 7. *ponens in theſauris abyſſos*, id eſt, a- profundiſſimas.

Palpare in meridie.

II. *Quid denotant verba* v. 29: UT PALPES IN MERIDIE? ℞ idem eſt, ac ſi dic- cœcutias in re tam clara, quàm eſt lux meridiana. Loquitur de cœcitate animi, vt patet e- quentibus. Nam cœcitas animi pœna eſt peccati, eaq; ingens, vt docet S. Aug. in pſ. 57. *vane pœna eſt,* inquit, *obſcuratio cordis & excœcatio mentis? ſi quis furtum faciens ſtatim- lum perdidiſſet, omnes dicerent DEum præſentem vindicâſſe. Oculum cordis amiſit, & pu- ei peperciſſe DEus?* Palpant autem Judæi & impij, tam olim, quàm nunc in meridie. An- meridiana lux eſt lex Chriſti, & doctrina Chriſtianum orbem illuminans? in hac luce pa- cœci, non vident æterna, fluxiſq; & caducis rebus, quæ in puncto temporis effluunt, inhærent. *in hodiernum diem, cùm legitur Moſes, velamen poſitum ſuper cor eorum*, inquit S. Paulus 2 C-

Cœlum æneum terra ferrea.

III. *Quis ſenſus verborum* v. 23. SIT COELUM, QUOD SUPRA TE EST, ÆNE- ET TERRA, QUAM CALCAS FERREA? ℞ In duobus conſiſtit rerum conceſſibilium - litas, nimirum in ſuperiore aëris diſpoſitione & in terræ congrua ſuſceptione: cùm autem- rum aliquid deficit, ſterilitas contingit. Ideo ponitur hîc durities in cœlo emittente pl- ſiue cœlum pro aëreo ſumatur, in quo gignuntur pluviæ, ſiue pro æthereo, quod influenti- ad earumdem generationem concurrit: & in terra ſuſcipiente, quæ præ ſiccitate ob pluvi- privationem redditur ſterilis & infœcunda, inſtarq; ferri dura.

CAPUT XXIX.

Ad legem DEi ſtudioſiùs obſervandam excitat Hebræos partim -
neficijs & promiſſis ampliſſimis; partim terroribus & minis ſeveriſſi-

Cor non intelligens.

QUæſtio I. *Quomodo dicitur v.* 4. NON DEDIT VOBIS DOMINUS COR INT- LIGENS, ET OCULOS VIDENTES ET AURES, QUÆ POSSUNT AUDIRE? - in Hebræo eſt, aures ad audiendum, vel audientes, vt ſcilicet audiretis portenta - non quaſi Hebræi non haberent oculos, aut non vidiſſent portenta & beneficia - DEo præſtita, aut non audîſſent ea: ſed quòd videntes & audientes, ea, quaſi non viderent, & - audirent; quia ea non æſtimabant, nec inde ad amorem, obedientiam, & laudem DEi Cr- ris & Largitoris aſſurgebant. DEus ergo non dedit eis aures, cor & oculos videntes: quia - ea occluſerunt illuminationi & gratiæ DEi, ſicut qui claudit feneſtram, non poteſt eum ſo- luminare, quaſi dicat, ſemper ingrati fuiſtis tantis DEi in vos beneficijs, & corpore licèt e- dentes, corde tamen & mente ea non vidiſtis, nec æſtimâſtis. Unde Raban. Quod verò, in- dicit DEum non dediſſe eis oculos, nec aures, nullo modo arguens & increpans hoc dic- niſi ad eorum culpam (qui lumine & gratia DEi indigni eiq; rebelles fuerunt) pertinere v- intelligi.

Veſtes pro parvulis in deſerto.

II. *Unde tot millia parvulorum, qui nati ſunt in deſerto habuerunt ſuas veſtes?* ℞ dent- qui, Hebræos eas emiſſe à vicinis gentibus. Sed illæ ferè hoſtiles erant. Unde Hebræi cum - vix habuerunt commercia. Abul. putat, Hebræos eas extuliſſe ſecum ex Ægypto, & eſto - majores eſſent & viriles, ſupernaturaliter tamen eas fuiſſe imminutas & contractas, atq; - commodatas corpuſculis parvulorum, eaſq; rurſum cum eis creſcentibus creviſſe. Corn. d- Imò Hebræos in exitu ſpoliâſſe Ægyptum, veſteſq; varias inde extuliſſe, vt patet Exod. 12. - quas poſtea diſſuerunt, & conſciderunt, eaſq; corporibus parvulorum adaptârunt. 2dò veſtes - rum, qui moriebantur in deſerto, cedebant ijs, qui ſubnaſcebantur, & ſuccreſcebant. Tot au- ferè ſunt mortui in deſerto, quot nati, vt patet conferenti c. 12. Exodi v. 37. cum Num. 26. - 3tiò Hebræi tam viri, quàm fœminæ, in deſerto per 40. annos non fuerunt otioſi, ſed lan- & linum tractabant, indeq; ſibi pannos & veſtes confecerunt. Pari modo, ex pellibus ani- lium ſuorum conficiebant corium, indeq; calceos. vti concedit Abul. quod ſi ita eſt, cur - pari modo ex lana & lino confecerint pannos & veſtes? Si per diſcurſum Corn. miracul- excludit, minimè eidem conſentio, quia præſentia DEi verba egregium DEi beneficium vol- indicare, nempe veſtimenta ita fuiſſe conſeruata, vt non fuerint vetuſtate conſumpta. Conc- nova parvulis feciſſe veſtimenta & calceamenta, vel majora contraxiſſe eiſq; aptâſſe, illud tam-

omni-

...ino persuasum habeo, DEum hæc vestimenta ita conseruasse, vt integritatem suam retinu...t, vt non fuerint attrita seu lacerata.

III. *Quæ est radix germinans fel & amaritudinem v. 18.?* ℞ alij legunt toxicum & ab...nium. Chald. vertit, *ne sit inter vos cogitans peccata & superbiam.* Peccatum ergo & aver... DEo hîc dicitur fel, amaritudo, absinthium & toxicum. 1. quia lethaliter sauciat animam. ...uia eam amaricat per remorsum conscientiæ & lancinat. 3. quia eam reddit DEo invisam, ...colam. Peccatum enim est objectum vnicum iræ, indignationis & vindictæ DEi. Similis est ...sis Act. 8 23. Ait enim Petrus Simoni Mago, *in felle amaritudinis & obligatione iniquitatis ...o te esse.* Hieron. Prado in Ezech. c. 8. putat hunc sensum esse: cavete ne inter vos reli... sit aliqua idololatriæ species occulta, quasi radix sub terra, quæ deinde germinet absinthi... tellis amarissimum, quæ scilicet accendat bilem meam, & ebullire faciat fel, ita vt nulla sit ...issio. Nam bilem sequitur sitis, sitim ebrietas, & furoris effusio.

Radix germinans fel.

IV. *Quis sensus verborum* v. 19. ET ABSUMAT EBRIA SITIENTEM? ℞ Verba hæc ... proverbium Hebraicum, cujus sensum difficile est invenire, duo sunt præcipui fere inter 20. ...s reperies apud Lorinum, primus quem LXX. habent, ne idololatriâ ebrius sobrium seu siti...m, id est, innocentem ad eamdem idololatriæ ebrietatem provocet. Alter sensus ebriam & ...ntem de vna eademq; persona intelligit, quæ sitire dicitur, cùm aliquid vehementer appetit: ...a verò esse, cùm quod appetivit, abunde consecuta est. Tum verò absumit ebria sitientem, ... quod appetijt, & jam consecuta est: illi causa est ruinæ. Sic enim inquit Moses contingit ...olatris, cùm vehementer desiderarint solvi legibus divinis & idolis prostitui, compotes jam ...i votorum, & sceleribus ebrij, sentient se sibi extremam perniciem accersivisse.

Ebria absumit sitientē

CAPUT XXX.

Lapsis sed pœnitentibus promittit reditum ex captivitate & liberatio...n ex alijs miserijs. Docet legem observatu facilem esse. Dat optionem ...a aut mortis, boni, aut mali.

QUæstio I. *Quid denotant verba* v. 4. SI AD CARDINES (hebr. ad extremitatem) COELI FUERIS DISSIPATUS, INDE TE RETRAHET DOMINUS? ℞ est hyperbole, qua non solùm duo poli, Arcticus & Antarcticus, sed quælibet extrema cœli plaga, id est regiones extremæ cœli plagis subjectæ intelliguntur, quò si Hebræi fuerint dispersi, ...nittit DEus eos in terram Chanaan reducere, modò pœnitentiam sint acturi.

Cardines cœli.

II. An Judæi hinc rectè concludant, Christianisq; objiciant, quòd nimirum jam sint in vl...a captivitate, in 4. mundi plagas dispersi, vbi exspectant Messiam, qui illos iterum in vnum ...greget, & in Judæam reducat: hanc enim scripturam non esse impletam in reditu è capti...te Babylonica, eò quòd in ea non fuerint dispersi in 4. mundi plagas, & eò quòd duæ tan... tribus, tunc in Judæam redierunt, alijs decem in Assyria manentibus? ℞ non rectè. Ne...nias enim c. 1. disertè docet hunc locum, & hanc promissionem impletam esse, in reditu ...ptivitate Babylonica. Nec asserit Moses, eos dispergendos ad extrema cœli, sed loquitur ...ditionatè, aitq;, licet contingeret vos dispergi ad extrema cœli, inde reducam vos. Deinde ...uitur Moses de statu legis Mosaicæ, qui cùm per Christum abolitus sit, nullam salutem spe... possunt, nisi per pœnitentiam convertantur ad fidem Christi, hoc autem facient in fine ...ndi, tunc per Eliam & Henoch in Jerusalem reducentur, convertentur & salvabuntur.

III. *Quid innuunt formulæ loquendi v. 11. & seq.* MANDATUM HOC, QUOD EGO ...ÆCIPIO TIBI HODIE, NON SUPRA TE EST. &c.? ℞. Nihil aliud volunt, quàm quòd ...siue mandatum non transcendat vires humanas, non sit in cœlo situm, siue à solis cælitibus ...gelisq; adimpletu possibile, qui nimirum DEum perfectè diligunt, quod est præcipuum in le...hac mandatum. Non ergo opus est *ad cœlum ascendere*, & ad statum beatitudinis transferri, ...eq; huc in terram redire, acceptaq; civium supernorum virtute legem in terris adimplere. ...c opus est *transfretare mare*, quasi verò DEus ibi aliam creaverit gentem viribus præpol...tem, aut sapientiâ superiorem, quæ legem observare, aut eam observandi modum docere ...sit. Inanes sunt hæ imaginationes, sed DEus talem tulit legem, quæ est *in ore tuo*, vt eam ...qui & explicare, aliosq; docere, & *in corde tuo*, vt eam ruminare & meditari, & vt addunt ...X. *in manibus* quoq; *tuis* habere, hoc est opere complere possis. Neq; enim defutura erat ...s gratia diuina, qua etiam totam legem implere possent.

Lex impleri potest.

IV. *Si mandatum DEi impleri potest, quomodo ergo Act. 15. Petrus ait: jugum* legis *neq; pa...s nostri, neq; nos portare possumus?* ℞ Petrus significat illis verbis non impossibilitatem (nam ...te scriptura semper aliqui reperti sunt; qui totam legem impleverunt) sed solùm magnam ...ficultatem; tum ob præceptorum multitudinem & gravitatem; tum ob gratiæ parcitatem: ...q; enim ex opere operato annexa hæc erat sacramentis, aut sacrificijs veteris legis, vt jam con...igit in nova lege, sed internis fidei, spei, contritionis, charitatisq; actibus emendicanda erat

Quamvis difficulter.

à DEo. Quod quia pauci constanter præstabant, hinc factum, quòd reipsa pauci; quoq; l totam impleverint; & verum esset, quod scribit Apostolus Rom. 3. *omnes sub peccato fuisse,* Judæos, & eguisse *gloriâ DEi & gratiâ Christi.*

Scriptura an clara. V. *An hinc rectè inferant hæretici, ex hoc loco constare, tam claram esse ubiq; Scriptu vt nullo opus sit interprete, multò minus trans mare & alpes Romam hoc nomine mitten* ℞. non rectè, & retorqueo, ad quid ergo Acatholici suis commentarijs conantur Script elucidare? Deinde hic nulla fit mentio reliquarum Scripturarum, sed solius Deuteronomi legum illarum divinarum, quæ omnem populum concernebant. Sed quid hæ tantillæ ad o reliquas scripturas? quæ vt numero plurimæ sunt, ita plurimis locis admodum obscuras ipsi quoq; hæretici tot tamq; varijs suis commentarijs apertè demonstrant. Deniq; Mose agit hic de intelligentia sed potiùs de observantia legis. v. 12. ait: *ut opere impleamus* *ut possimus audire & facere.* v. 14. *ut facias illam.*

CAPUT XXXI.

Moses animat populum & præsertim Josue Ducem jam populi: scr consignat Deuteronomium, jubetq; illud publicè populo prælegi sept quoq; anno remissionis; interim in latere arcæ reservari.

Egredi & ingredi. QUæstio I. *Quis sensus verborum* v. 2. NON POSSUM ULTRA EGREDI ET IN DI? ℞. idem est, ac non possum deinceps fungi officio supremi Ducis, partim senio, cùm jam sim centum viginti annorum: partim voluntate & nutu DEi vet mihi diutiùs in vivis esse.

Moses & Josue. II. *Quid hic per Mosen & Josue allegoricè & moraliter significatur?* ℞det Lyran. Per quòd Moses circa Jordanem mortuus sit, nec populum Israel ad terram promissam introd significatur, quòd lex data per Mosen non introduxit ad terram viventium. Heb. 7. *Nih perfectum adduxit lex.* Per Josue figuratus est Christus, non solùm in gestis, sed etiam in n ne, vt dicit Hieron. in prologo libri Josue, & habetur etiam Eccl. 46. *fortis in bello JEsu N* Per hoc igitur, quòd populum Israel ad terram promissam introduxit, significatur, quòd l vangelica per Christum data introduxit ad cælestia. Per sortem, qua terra dividenda erat significantur in cælestibus distincti gradus beatitudinis siue mansiones, de quibus dicit S tor Joan. 14. *in domo patris mei mansiones multæ sunt,* quæ per Christum assignantur electi cundùm meritorum varias qualitates. Hæc dicta sunt secundùm sensum allegoricum. Mo ter autem per Mosen, qui interpretatur extractus de aquis, significatur carnis maceratio, pe junia, vigilias, & cætera exercitia corporalia, per quæ retrahitur caro à deliciarum aquis sicut Moses non introduxit populum in terram promissionis, sic nec ista introducunt ad vi tium terram, 1 Cor. 13. *Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non buero, nihil mihi prodest.* Prædicta verò fieri possunt sine charitate, propter quod in ipsis consistit perfectio virtutis, sed in ipsa charitate. Unde dicitur in Collationibus Patrum, (lat. 1ma: jejunia, vigilia, nuditas facultatum, meditatio scripturarum non perfectiones, instrumenta perfectionis sunt, scilicet in quantum disponunt ad charitatem, vt diffusè de ratur ibid. propter quod per Josue, qui salus interpretatur, & ad salutem terræ viventium troduxit, charitas convenienter potest designari.

Liber Deuteronomij in latere arcæ. III. *Ubi reponi jussus est liber Deuteronomij?* ℞. Scriptura hîc v. 26. *Tollite librum ist & ponite eum in latere arcæ fœderis Domini.* non quòd intra ipsam arcam, in angulo ejus quo positus sit, aut poni jussus. Nam in arca tantùm repositæ fuerunt tabulæ legis, vt p 3, Reg. 8. 9. & 2. Paralip. 5. 10. Sed quòd ad latus arcæ, vt habent Hebræa, hoc est, extra arc in limbo seu sinu ejus, vel prope eam, vnà cum virga Aaronis, & vrna continente manna, quit Abul. collocatus sit: ex quo loco postmodum ædificato templo, translatus videtur ad zophylacium, siue ad locum thesaurorum, vt colligitur 2. Paralip. 34. 14.

IV. *Cur festo tabernaculorum prælegi debebat Deuteronomium?* ℞. quia tunc omnes c fluebant, & quia collecti erant fructus, & plures dies festivè impendebantur, & deniq; quia bat remissio servitutis & debitorum (post 7. scilicet annos) quæ omnia serviebant, & Hebra permovere debebant ad promptè recipiendam legem.

CAPUT XXXII.

Canticum Mosis jam jam morituri, quod Hebræi vocant summa um totius legis. Nam facit mentionem magnificentiæ DEI, creation cœli & terræ, unius DEI colendi, diluuij, diuisionis linguarum & te rarum, electionis populi Israel, beneficiorum ei à DEO in deserto præs torum, resurrectionis mortuorum &c.

Quæst

Quomodo Moses cœlū & terram invocet.

QUæstio I. *Quæ est explicatio versûs 1.* AUDITE COELI, QUÆ LOQUOR &c.? ℟. Duobus modis explicari potest, imò ita, vt sit apostrophe ad cœlum ipsum & terram, velut testes, attentionem concilians auditorum. 2dò ita, vt per metonymiam continens sumatur pro contento, cœli pro Angelis, terra pro hominibus. S Greg. l. 2. Mor. 26. ait: Mosem nomine populi præpositos significare, nomine autem terræ subditorum ple-m; quasi dicat: Audite populi Israel præpositi, & audiat plebs. Et Aug. in Gloss. ordinaria: ıdiant, inquit, cœli allegoriam: audiat terra historiam. Audiendus enim est sensus scripturæ storicus, & maximè perscrutandus, sed assurgere oportet ad sensum allegoricum & cæteros, æcipuè verò ad tropologicum, siue moralem, qui componendis & ornandis moribus servit.

Sermo Dei pluuia est & ros.

II. *Cur optat Moses doctrinam suam concrescere in pluviam v. 2?* ℟. optat sic doctrinam ım in aures & corda auditorum influere, sicut excipitur pluvia & ros avidè à terra arida, mq; fœcundat: sic ille avidè vult excipi sermonem suum ab Israelitis eisq; prodesse. Confert æterea doctrinam suam cum pluvia & rore, quia sicut pluvia & ros ex cœlo decidunt: ita can-um hoc decidit ex cœlo, à DEo enim datum est. Similis locus est Isaiæ 55. de Verbo Dei: *omodo descendit imber & nix de cœlo, & illuc non revertitur, sed inebriat terram, & infundit n, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem: sic erit verbum meum, quod egredi-de ore meo, non revertetur ad me vacuum, sed faciet, quæcunq; volui, & prosperabitur in his, quæ misi illud.* Pluvia fit ex nubibus concretis, nubes enim tenues, & minimè concretæ plu-ım non emittunt, vnde illud Judæ Apostoli: Nubes sine aqua, quæ à ventis circumfe-ıtur. &c.

III. *Quis sensus v. 5.* PECCAVERUNT EI ET NON FILII EIUS IN SORDIBUS GENE-ATIO PRAVA ATQUE PERVERSA? ℟. Præteritum sumitur pro futuro. peccaverunt loco :cabunt. Hunc, inquit, DEum, cujus perfecta sunt opera, cujus viæ omnes judicia, hunc um fidelem, & absq; vlla iniquitate justum; & rectum reliquerunt Israelitæ propter sordes lorum. Peccaverunt DEo, alienos Deos, atq; inanes colendo, jam non filij ejus, sed genera- praua, atq; perversa, quia se dæmoni per idololatriam manciparunt. Peccaverunt, inquam, in sordibus idolorum; sordes enim appellantur idola, quia eorum cultus valde hominem in-inat. 3. Reg. 15. *Aga purgauit sordes idolorum.* Osee 5. *Ephraim cœpit abire post sordes*, id est, t idola. Exod. 32. propter ignominiam sordis, id est, vituli, idoli. *Idola sordes*

Israelitæ nō filij.

IV. *Quomodo v. 6. dicitur:* NUMQUID NON IPSE EST PATER TUUS, cùm immedi- dictum sit: *peccaverunt ei, & non filij ejus*, nonne hæc inter se pugnare videntur? ℟. Nunc pellatur DEus Pater Israelitarum per creationem & providentiam, sicut Job 31. dicitur: *quis pluviæ pater, vel quis genuit stillas roris.* Versu autem superiore appellantur Israelitæ non fi-per gratiam. Possunt etiam dici non filij per providentiam, quia DEus Israelitis idolorum toribus, non providebat eo modo, quo providebat, cùm idola non colerent. Posset etiam di- Hebræi per idololatriam filiationem exuerunt, & qui eos antè velut pater fouit eum de-ıeres deserunt.

Diuisio gentium.

V. *De qua divisione gentium dicitur v. 8.?* ℟ quando DEus, dum turris Babylonica ificabatur, *divisit gentes* Gen. 12. *ex illo loco in vniversas terras, & cessaverunt ædificare civi-tem*, confusione & multiplicatione linguarum, tot constituens gentes, quot docuit linguas: ia per linguas facta gentium distinctione *separabat filios Adam*, dum eos per vniversum or-n dispergebat: singulas ejusdem linguæ gentes ad certas mundi regiones possidendas & ex-endas deducebat, ita tunc temporis *constituit terminos populorum*, seu terram ita inter eos pertijt, vt succreverit nondum natis, sed nascituris Hebræis *juxta numerum filiorum Israel*, tantum terræ spatium, quantum ad recipiendos alendosq; Hebræos sufficeret, nempe terram anaan, quam interim excolendam tradidit Chananæis, & reliquis, qui eam incoluerunt po-lis, vt futuris temporibus ab Hebræis expellerentur.

Termini juxta numerū filiorum Israel.

VI. *Quomodo DEus terminos populorum constituit juxta numerum filiorum Israel v. 8.?* ℟ ran. Abul. & alij ita exponunnt, cum Jacob in Ægyptum descendit, Gen. 46. omnes animæ domo ejus fuerunt 70. Juxta hunc numerum filiorum Israel DEus populorum terminos nstituit. Divisæ enim sunt gentes post diluvium in 72. populos, & 72. linguas, vt commu- fert opinio. S. Aug. l. 16. de civit. DEI c. 6. Ex illis, inquit, tribus hominibus filijs Noë, gentes totidemq; linguæ per terras esse cœperunt. Verùm Pererius hanc opinionem in du-ım vocat. l. 16. in Gen. Gloss. Interlin. quam sequitur Barradius, sic interpretatur: Consti-t DEus terminos populorum juxta numerum filiorum Israel, hoc est, plurimis populis con-uit plurimas regiones, in quibus habitarent, ità vt numerus populorum esset tantus, quantus personarum in vno populo Israelitico, fecit populos juxta numerum filiorum Israel, id est, àm plurimos, quemadmodum quàm plurimi sunt filij Israel, nullum tamen ex alijs populis git, sed elegit populum Israel. Est autem hyperbolicus loquendi modus, quia multò plures ınt personæ filiorum Israel, quàm gentes & populi in orbe terrarum.

Israel funiculus hæreditatis.

VII. *Quis sensus verborum v. 9.* ISRAEL FUNICULUS HÆREDITATIS EIUS? ℟ Fu-bus seu funiculis olim hæreditates Hebræi metiebantur. Unde ps. 15. *Funes ceciderunt mihi*

 in præ-

in præclaris, etenim hæreditas mea præclara est mibi: Hoc est in præclaris agris ceciderunt hi funes divisorij. ps. 77. *& sorte divisit eis terram, in funiculo distributionis*, id est, in funiculo, vel fune dividente ac distribuente. Hoc loco dicitur Israeliticus populus *funiculus hæreditatis ejus*, id est, hæreditas funiculo divisa. Dicitur funiculus mensura, qua terra mensuratur, & dicitur terra mensurata funiculo: habeo 20. funiculos hæreditatis, id est, terram 20. funiculorum; hoc secundo modo fuit Israel funiculus, quasi terra & hæreditas mensurata funiculis.

Adeps agnorum.

VIII. *Quomodo v. 14. conceditur Hebræis comedere adipem agnorum, cùm adipem separatim comedere eis vetitum fuerit* Lev. 3. v. vlt. c. 7. v. 23.? ℞ Nomine adipis hîc & alibi passim, intelligitur quidquid in quaq; re est pinguissimum & optimum, Ergo *adeps agnorum*, idem est atq; agni pinguissimi & optimi. Pariter illud eodem versu *& hircos cum medulla tritici* Hebr. habetur, *cum adipe renum tritici* & sic verterunt LXX. interpretes, & putat Euthymius renes frumenti, tritici pinguedinem significare. Videntur potiùs significare, renes medullam tritici, hoc sensu: *cum adipe renum tritici*, hoc est, cum medulla pingui frumenti.

CAPUT XXXIII.

Moses moriturus benedicit Israel, & singulis tribubus, eisq; obven[...] ra olim prædicit.

Differentia inter benedictionem Mosis & Jacob.

QUæstio I. *Quæ est differentia inter benedictionem Jacob* Gen. 49. *& Mosis hîc*? ℞ Moses propriè benedixit, vt ejus verba ostendunt, & titulus huic capiti præfixus testatur, *hæc est benedictio* &c Jacobi autem oratio potiùs fuit prophetia. *Congregamini, inquit, vt annuntiem, quæ ventura sunt vobis.* Benedictio enim est fausta bonorum apprecatio, verba autem Jacobi non tam fausta precantur, quàm futura prædicunt: verbaq; ad Ruben, Simeon & Levi directa potiùs ad quamdam maledictionem, quàm benedictionem pertinent; non tamen omnino eis denegatur appellatio benedictionis, quia quædam continent, quæ benedictionem important. S. Amb. l. de benediction. c. 2. loquens de benedictione Ruben: Prophetia, inquit, est magis quàm benedictio. Prophetia enim annuntiatio est futurorum: benedictio autem sanctificationis & gratiarum votiva collatio.

II. *Quomodo exponenda sunt verba* v. 2 DOMINUS DE SINAI VENIT, ET DE SEIR O[...]TUS EST NOBIS, APARUIT DE MONTE PHARAN? ℞ Dominus de Sinai venit ad [...], dum inde nobis legem dedit & promulgavit Exod. 19. & 20. Secundò in monte Seir quasi [...] quidam nobis exortus est, cùm multis morsu ignitorum serpentum vulneratis, serpentem æneum erigi jussit, quem qui aspicerent, sanarentur Num. 21. Hoc enim contigisse eo tempore, [...] Hebræi circumierunt montem Seir siue Idumæam colligitur Deut. 1. v 49. & c. 2 v. 28. Te[...] in monte Pharan apparuit nobis, dando coturnices & judices 70. constituendo Num. 11. [...] Cornelius, Tirinus.

Lex ignea.

III. *Cur lex dicitur ignea* v. 2.? ℞ cum Tirino quia ex igneo seu ardente monte promulgata: ex igne divini amoris & favoris profecta. & quasi igne excocta, pura omniq; sorde & [...]ria carens, atq; instar ignis intellectum nostrum illuminans & cor accendens & inflammans. Potest etiam ignea dici, quia amabilis est, sicut ignis luce sua oblectat oculos: quia charitatem in homine accendit: quia sursum hominem tendere impellit: quia à sordibus peccatorum v[...] ignis aurum à scoria purgat; quia eam curiosè speculantibus disgregat visum &c. Lex ve[...] ignea dicitur, nova verò ignis, quem Christus venit mittere in terram Luc. 12. v. 49 Nam [...]va lex efficacior est vetere, ad majorem homines perducens sanctitatem & perfectionem, e[...] majoris gratiæ operatiua, cujus sacramenta gratiam conferunt ex opere operato.

Benedictio Ruben.

IV. *Quomodo intelligenda est benedictio Ruben* v. 6. VIVAT RUBEN ET NON MO[...]ATUR ET SIT PARVUS IN NUMERO? ℞ Rubeni tribus ob peccatum incestus Patriarc[...] sui penitus excindi debuisset, cui tamen longævitatem precatur Moses, q. d. in pœnam deli[...] à Patriarcha Ruben commissi, ejus tribus deleri potuisset, ast mitiùs cum ea agat DEus, viv[...] maneatq; superstes, & non intereat, sit tamen parva numero, respectu aliorum tribuum, vt i[...] patriarchæ Jacob prophetia adimpleatur: *Non crescas* Gen. 49. v. 4.

Tribus Judæ reductio

V. *Ad quemnam populum precatur Moses introduci tribum Juda* v. 7.? ℞ Lyranus pu[...] populum hic appellari eos, qui erant in limbo juxta illud, quod de Jacob dicitur Gen. 49. *Ob[...] appositusq; est ad populum suum*, & de Isaac Gen. 35. *Mortuus est, & appositus est populo suo.* [...]ter probabiliùs intelligitur de populo Israelitico hoc sensu: Audi Domine vocem tribus Judæ [...] bellum proficiscentis, teq; deprecantis pro victoria consequenda ex hostibus. Victoriâ par[...] introduc seu reduc eam ad populum Israeliticum, reduc eam in vrbes suas & domos. Hunc se[...]sum sequitur Chaldæus ita interpretans: suscipe Domne orationem Judæ, cùm egressus fuerit [...] bellum, & ad populum ejus, reduces eum in pace &c.

Benedictio tribus Levi.

VI. *Quæ est benedictio tribus Levi* v. 8. PERFECTIO TUA ET DOCTRINA TUA [...] In Hebræo est *Urim & Thumim*, quod interpres hîc vertit *Perfectio & doctrina*, qui Exodi [...] v. 30. transtulit *Doctrina & veritas.* Erant hæ gemmæ pretiosæ in pectorali summi Pontifi[...] posi[...]

ſitæ, per quæ ſummi Pontificatus inſignia metonymicè intelligit ipſum Pontificatum Aaro- viro *ſancto* collatum primogenito ex tribu Levi, *quem probâſti in tentatione, & judicâſti ad* *uas contradictionis* Num. 20, ac puniviſti excluſione à terra promiſſa, adeoq; & morte. q. d. in obſtante tamen hac Aaronis offenſa, voluiſti ſummi Pontificatus honorem penes illius fa- liam, atq; omnia ſacerdotalia munia, & ſacra templi miniſteria penes hanc vnam tribum petuò remanere, ſcilicet propter alia ejuſdem tribus merita; ac præſertim propter inſignem um Phinees, & egregium omnium Levitarum facinus, cùm Exod. 32. cultores vituli aurei, llo facto delectu ſiue fratrum, ſiue filiorum, ſiue parentum, cœco divinæ juſtitiæ zelo contru- ârunt, & re ipſa dixerunt parentibus: *neſcio vos*, filijsq; & fratribus, *ignoro vos*, quia in illa le neq; parentes reſpexerunt, neq; filios aut fratres, juxta illud Moſis Exod. 23. *Ite à porta* *ad portam per medium caſtrorum, & occidat unusquisq; fratrem & amicum & proximum ſu-* . *Percute dorſa inimicorum ejus* q. d. Tu DEus viciſſim ſterne inimicos eorum, qui tanto perſecuti ſunt inimicos tuos. Præſignat hîc Moſes præclara facinora & victorias ſacerdo- Machabæorum, quorum robur bellicum planè fuit admirabile, & triumphi ſupra modum ſtres.

VII. *Quis ſenſus benedictionis Benjamin* v. 12. AMANTISSIMUS DOMINI HABITABIT NFIDENTER IN EO: QUASI IN THALAMO TOTA DIE MORABITUR, ET INTER MEROS ILLIUS REQUIESCET? ℞det Tirinus. Sicut Benjamin Jacobo Patri ſuo fuit a- ntiſſimus, ita & DEo tribus illa erit chariſſima. Patet ex ſingularibus in eam collatis bene- js: nam & pinguiſſimam totius terræ promiſſæ regionem accepit, in qua erant Jericho & Je- olyma: & primum Iſraelitarum regem, Saulem ex ſua tribu habuit, & in eadem tribu tem- m DEi Ieroſolymis exſtructum fuit: in quo DEus confidenter, tamquam in thalamo ſuo, in- humeros dilecti ſui morabatur & requieſcebat. Licèt enim pars Ieroſolymæ ſuperior Au- lis, vbi erat mons Sion, pertinebat ad tribum Iuda: pars tamen inferior & ſeptemtrionalis n intermedio monte Moria, in quo templum exſtructum fuit, ſpectabat ad tribum Benja- . Pariter diſcurrit Barradius: Dilectus Deo Benjamin, habitabit DEus confidente in eo, id in ſorte ejus Ieruſalem, & quaſi in thalamo tota die morabitur in templo, & inter humeros njamin, hoc eſt, veluti in pectore Benjamin, quod inter humeros eſt, in ſanctuario requieſ- . Lorinus ſic explicat: In ſorte iſtius Tribus templum erat, in quo Leuitæ miniſtrabant; & n propinqui eſſent eidem templo Benjamitæ, cenſebantur ſub magis peculiari DEi protecti- ſecuriùs habitare, ac tamquam tenelli filij magis dilecti in eodem conquieſcere, velut in- thalamum, imò intra ſinum ipſius, cui DEus habitationem ſingularem, & quaſi thalamum templo conſtituiſſe videbatur.

Benedictio Benjamin.

VIII. *Quis ſenſus benedictionis Joſeph*, v. 13.? ℞. Terræ vbertatem prædicit Moſes Tribui eph: erit terra ejus benedicta benedictione Domini, de pomis cœli, & fructibus, quos ſuo luxu cœlum producit; erit benedicta de rore cœli deſuper cadente eamq; irrigante, & de yſſo ſubjacente, id eſt, de aquis, quæ de cœlo fluunt, & cœlo ſubjacent, & de abyſſo ſubjacen- id eſt, de aquis, quæ ſub terra jacent & latent, terræ fructus humore alunt: erit benedicta ra ejus de pomis ſolis & lunæ, id eſt, quæ ſolis & lunæ influxu procreantur; erit benedicta vertice antiquorum montium, quia montes illius erant fertiles, & de pomis collium æter- rum, id eſt, de pomis & fructibus productis in collibus æternis, hoc eſt, in collibus priſcis, ab initio urbis initium habentibus: deniq; benedicta erit terra Joſeph de fructibus terræ, & plenitudine & ubertate ejus. Ita Barradius. *De plenitudine ejus benedictio illius, qui appa-* *in rubo.* In hæc verba ita ſcribit Corn. nominatur hic DEus apparens in rubo: quia ſicut us in rubo apparuit ſoli Moſi, in loco deſerto, eumq, ducem populi conſtituit; ita Ahias pro- eta ſolum Ieroboam (qui erat de Ephraim & Ioſeph) allocutus eſt, eiq; regnum tribuum edixit & quaſi conſignauit 3. Reg. 11. 29. Benedictio ergo DEi, qui Moſi apparuit in rubo, aniſeſtanda per Ahiam prophetam, & ventura ſuper caput & verticem Ioſeph fuit corona re- . LXX. vertunt: *qui ſuper verticem glorificatus eſt in fratribus*: Idem noſter innuit, dum ſub- : *& ſuper verticem Nazaræi inter fratres ſuos: Sic pulchritudine tauri & cornibus rhinocero-* regni Ephraimitici ſub Ieroboam ejusq; ſucceſſoribus, gloria, decus, & robur deſignatur.

Benedictio Joſeph.

IX. *Quæ eſt benedictio Zabulon & Iſſachar* v. 18. ℞. *Lætare Zabulon in exitu tuo*, id eſt, exitu per navigationes. Sors enim Zabulonis pertingebat ad mare Mediterraneum prope donem & Tyrum, vbi navigationibus exercendis opportunam hæc Tribus habet occaſionem, od frequenti exitu & reditu, mercium nimirum deportatione & aſportatione fiebat. Ju- t autem Moſes hanc Tribum in exitu in mare lætari propter lucra, quæ per navigatio- m comparantur. *& Iſſachar in tabernaculis ſuis.* Hæc Tribus terræ ſuæ vbertate conten- in tabernaculis ſuis ſe continebat, nullas marinas navigationes, aut mercaturas exer- ns, ſed agros ſuos colens. *Populos* reliquarum Tribuum *vocabunt ad montem DEi*, ſeu templum, idq; dupliciter, imò, ſtudio aſtrologiæ, quod cum agricultura maximè qua- at. Unde 1. Paralip. 12. v. 13. dicuntur fuiſſe *de filijs Iſſachar filij eruditi, qui noverant ſingula* *mpora, ad præcipiendum, quid facere deberet Iſrael*. Videtur enim Iſſacharæis, inquit Tiri- nus,

Benjamin, Zabulon & Iſſachar.

nus, cura demandata fuisse ephemerides, & stata per annum festa describendi, ordinandi n[illegible] menias, & cùm opus esset, embolismalem mensem intercalandi: atq; ita passim indicandi, [illegible]bus temporibus ter per annum ad montem sanctum & templum conveniendum esset, quo[illegible]psum erat tacitè invitare & vocare ad montem. 2dò quoq; vocabunt, exemplo alijs præeun[illegible] nempe copiosas *victimas justitiæ*, seu lege debitas, ex fructuum suorum ubere proventu, q[illegible] annis immolando, quoties ad templum ascenderent: q. d. in eo reliquis præcellent & [illegible]ibunt. Sed vicissim DEus illis quoq; copiosiùs benedicet: nam *inundationem maris quasi [lac] sugent*, hoc est, opibus ac delicijs externis, quas mare navibus affundet illis, affluent, *& thesauris absconditis arenarum*, id est, auro, argento, gemmis aliunde invectis, quæ è terra vel ar[illegible] effodi solent, mirè abundabunt. De quibus opibus etiam Issacharæi participant. Zabulon[itæ] enim navigationes & commercia cum alienigenis exercebant; Issacharitæ verò societate c[um] Zabulonitis inita, fructus feracis suæ terræ ad onerandas naves, quæ excurrebant, mutuis c[on]tractibus communicabant.

Benedictio Tribus Gad. X. *Quæ est benedictio Tribus Gad?* ℞. Quadruplex est ejus benedictio, *1ma* consisti[t in] *latitudine*, quia latam & spatiosam regionem trans Jordanem obtinuit Josue 13. v. 24. *2d*[a in] fortitudine bellica, erat enim hæc tribus impavida & fortissima, quæ quasi Leo devictis te[l]isq; hostibus securè requievit, quam nemo velut dormientem leonem ausus est suscitare; & sicut prædæ quam cepit *brachium* seu armum simul, & verticem seu caput vnguium impressi[o]ne vno impetu & raptu à reliquo corpore divellit, ita Gaditæ adversarios suos, duces & Reges (per brachia enim & humeros intelliguntur Principes & præcipui Regum ministri seu proceres, [qui] vt plurimùm onera reip. portant, per verticem ipse Rex) discerpunt & interimunt, & sic [de]truncato capite totum eorum corpus monarchicum deuastant & delent. *3tia* in quadam pri[ori]tate, quia *vidit principatum suum*, nempe ante alias Tribus sortem seu hæreditatem suam in t[er]ra Regum Amorrhæorum Og & Sehon, antequam transirent Jordanem obtinuit. Vel per Pri[n]cipatum intelligitur excellentia illa & prærogativa, quòd in parte sua Doctor esset repositus, [i]d est, videbit, quòd Moses Doctor & legislator in parte, seu sorte Gad sepultus sit. Licet e[n]i[m] Nebo & sepulchrum Mosis propriè fuerit in tribu Ruben; tamen quia erant trans Jordan[em], in qua regione eminebant, & quasi dominabantur Gaditæ, hinc hoc eis attribuit scriptu[ra], inquit Corn. *4ta* in adimpletione justitiæ, *qui fuit cum principibus populi, & fecit justitias [Do]mini, & judicium suum cum Israel.* Hæc quidam referunt ad Mosen, quòd fuerit cum pri[nci]pibus populi in deserto, quos consiliarios inferioresq; judices adhibuit, & sic *fecit justitias [Do]mini* zelosus legis observator & judicium suum cum Israel, velut judex ferens judicium seu [sen]tentias æquissimas. Sed magis cohærenter de Tribu Gad intelliguntur, quòd nempe fuerit c[um] principibus populi, quando expugnatis habitatoribus terræ promissæ, eam bello subegeri[t], *& fecit justitias Domini* seu adimplevit, quod justè coram Domino fieri debebat, opere nimi[rum] præstitit, quod Num. 32. promisit: *Armati & accincti pergemus ad prælium ante filios Isr[ael], donec introducamus eos ad loca sua.*

Benedictio Tribus Dan. XI. *Quæ est benedictio Tribus Dan?* ℞. Dan fortis erit & audax, vt *catulus leonis*, pa[t]et exemplo Samsonis, qui fuit de Dan, *fluet largiter de Basan.* Hoc est largissimum maximu[m]; fluuium subministrabit reliquæ terræ sanctæ. Nam ex hac tribu ad radices Libani duo fo[nt]es ac rivi oriuntur *Jor & Dan* dicti, qui prope vrbem Dan coeunt, & hinc Jordan, seu Jord[ani]s dictus, Qui tamen *de Basan*, hic quoq; profluere dicitur, quia primam suam originem per [sub]terraneos meatus accipit ex *Basan*, puta ex Phiala fonte seu lacu, vt experimento etiam de[pre]hendit Philippus Tetrarcha, sarcinulis in eum lacum conjectis, & postea in fonte *Dan* reper[tis], teste Josepho, Hegesippo, Adrichomio & alijs.

Benedictio Tribus Nephtali. XII. *Quæ est benedictio Tribus Nephthali?* ℞. *abundantiâ perfruetur.* Sors Tribus Nepht[ha]li adeo fertilis erit, vt omnibus terræ bonis, frugibus & opibus abundatura sit. *Et plenus [er]it benedictionibus Domini.* Uberrima Nephthali regio erit, in qua præcoces maturescent fruct[us], ex quibus primitiæ offerentur DEo in templo, inquit Cajet. Unde larga in hanc Tribum p[er]manabit benedictio; & vt inquit Tostat. Sacerdotes orabant pro Tribu Nephthali, & bene[di]cebant illam multis benedictionibus secundùm formam positam Num. 6. Et hoc est, quod d[ici]tur Gen. 49. Nephthalim cervus emissus, id est, sicut cervus velociter currit, ita fructus in [sor]te Nephthalim citò maturescunt, *Dans eloquia pulchritudinis*, id est, pro primitijs, quas Trib[us] Nephthali offerebat, sacerdotes benedicebant eam dantes pulchra eloquia. *Mare & meridi[em] possidebitis.* Id est, inquit Tostat. à parte meridiana habet mare Galilææ, vel aliquid de m[ari] mediterraneo, quia contra meridiem sors Nephthali tangit sortem Zabulon, quæ habet lit[us] maris, vt patet Josue 19. Cornelio placet hic sensus: Ad Nephthalitas merces & opes advehe[n]tur ex meridie & ex mari, id est, ex occidente: eas ergo possidebit Nephthali. Nam Nephth[a]litæ erant contermini Phœnicibus, putà Tyrijs, Sydonijs &c. vnde ab ijs totius orbis mer[ces] facile haberi poterant.

Benedictio Tribus Aser. XIII. *Quæ est benedictio Tribus Aser* v. 24.? ℞ *Aser benedictus erit* imò *in filijs* nem[pe] prolibus quæ ob eximiam formam *fratribus*, seu cæteris reliquarum tribuum futuræ sint in am[o]ri[bus]

...us & delicijs: eritq; hæc forma non fluxa, nec imbellis, ſed conſtans, & robuſta, *ſicut dies* ...*ntutis tuæ, ita & ſenectus tua*, hoc eſt, perduratura in longam ſenectutem. 2dò copiâ *olei*, ...præ abundantia poſſit etiam in oleo quaſi aquâ pedes quotidie lavare. Huc etiam alluſit ...ob Gen. 49. eidem tribui benedicens, *pingvis*, inquit, *panis ejus, & præbebit delicias regibus*. ... fodinis *ferri & æris* tam copioſis, vt etiam calceos inde conficere poſſent, ſi vellent. For...tiam, inquit Tirinus, moris apud eos fuit calceorum fulcimentis ac ſoleis tum ſubtus, tum ... latus clavos impingere, ferreos pro ruſticis & plebeijs, æneos pro honeſtioribus. Nam id ...n etiam apud Romanos & Syros & alios populos vſitatiſſimum fuiſſe teſtes ſunt Juvenalis ...yra 3. Joſephus l. 7. belli c. 3. Plinius l. 33. c. 3. Val. Maximus l. 9. c. 1.

XIV. *Quis ſenſus verborum* v. 28. OCULUS JACOB IN TERRA FRUMENTI ET VINI? ...oculi poſterorum Jacob contemplabuntur terram ſibi datam frumenti & vini ſupra modum ...cem: *cœliq; caligabunt rore*, nempe tam copioſus ros decidet, vt caligine denſaq; nebula ...m cœlumq; nobis obtegat. Quæ res ad frugum & fructuum abundantiam mirè confert.

XV. *Cur Moſes nullam Tribui Simeon impertitur benedictionem?* ℟ Theodor. q. ult. hanc cauſam, quòd Simeon Auctor fuerit inſidiarum, quas fratres ſtruxerunt Joſeph, ideo Simeo...n præ alijs fratribus Joſeph vinctum detinuit Gen. 42. v. 25. Sed quia alij ejus fratres alijs ...ontaminarunt ſceleribus, vt Ruben inceſtu &c. Nec his impertienda fuiſſet benedictio. ...tatus & alij dicunt, quòd hæc tribus benedictione ſe indignam fecerit ob horrenda illa ...era fornicationis, murmurationis & idololatriæ Beelphegor paulò antè commiſſa, quibus ... alijs hæc tribus graviùs deliquit, quapropter à DEo punita, & vix non penitus fuit extin... nam in prima populi numeratione hæc tribus habuit 59. millia, 300. poſt annos 40. tan...n 22. millia; Vide Num. 26. v. 12. Attamen non propriè omiſſa ſed Tribui Judæ incluſa ...tribus Simeon, quia enim illa in hujus ſorte obtinuit hæreditatem Joſue 19. v. 9. iſtius bene...io etiam ad eam pertinere cenſenda eſt, quia quaſi vna tribus vel ſaltem vnita fuit.

Tribui Simeon non datur benedictio.

CAPUT XXXIV.

Moſes è Phaſga, vertice montis Nebo contemplatus terram Chanaan, ...u DEi moritur, ab Angelo ſepelitur, à populo plangitur, cui Joſue ...cedit in munere.

QUæſtio I. *An Moſes verè mortuus ſit?* ℟ Sunt qui opinantur Moſen non eſſe mortuum ſed translatum, vt circa finem mundi rediens cum Enoch & Elia reſiſtat Anti-Chriſto, ſed hæc opinio expreſſe adverſatur verbis illis: *mortuusq; eſt ibi Moſes* v. 5. *& ſepelivit eum* v. 6. nemo autem niſi mortuus ſepelitur. & ſupra c. 32. v. 5 *Jungeris* ...*ulis tuis, ſicut mortuus eſt Aaron.* Alij putant Moſen quidem mortuum fuiſſe, ſed ſtatim re...rexiſſe, vel tandem reſurrecturum, vt cum Anti-Chriſto, decertet, ſed hujus opinionis nullum ...e fundamentum. De ſolo Henoch & Elia teſtantur Patres, eos temp[illegible]e Anti-Chriſti venturos, ...; reſtituros. Adhuc alij putant Moſen ſurrexiſſe in transfiguratione Chriſti, ſed hoc repugnat ...oſtolo, à quo Chriſtus appellatur, *Primitiæ dormientium* 1. Cor. 15. v. 10. *Et primogenitus* ...*mortuis* Coll. 1. v. 18. *Primogenitus mortuorum* Apoc. 1. v. 5. Moſes autem prior Chriſto ...rgens hunc meruiſſet titulum. Vera ergo ſententia eſt, Moſen re ipſa mortuum eſſe, prout ...ſæpe ſcriptura teſtatur. Qui Moſen verè mortuum negat, idem de Aarone negare debebit, ...quo ſupra DEus: *Sicut mortuus eſt frater tuus*, & ſic pro vno in geminum errorem incurret. ...quomodo de Moſi corpore altercabatur Michaël Archangelus cum Diabolo, vt in ep. Judæ ...betur, ſi ille adhuc vivebat. Geminum etiam habet hac de re initio libri Joſue teſtimonium. ... *factum eſt*, inquit, *poſt mortem Moſi ſervi Domini, vt loqueretur Dominus ad Joſue filium* ...*n miniſtrum Moſi & diceret ei: Moſes ſervus meus mortuus eſt, ſurge & tranſi Jordanem.* ...niq; Eccleſia Catholica ſuam de Moſis morte ſententiam in Martyrologio 4. Sept. apertè de...rat, vt propterea contraria opinio meritò erronea appelletur, cùm hæc de fide ſit.

Moſes mortuus eſt.

II. *Quando mortuus eſt Moſes?* ℟. Scriptura dicit eum anno 120. vitæ defunctum eſſe. ... die & menſe minus expedita eſt quæſtio. Nam in Martyrologio Rom. mors Moſi 4. Se...mbris ponitur. Itemq; in Græcorum Menologio. Hebræorum autem calendarium ad ſepti...um Februarij ſiue Adar, qui eſt duodecimus menſis apud eos, refert: quo etiam die propterea ...lictum erat jejunium quotannis obſeruandum Judæis, vt in eodem Calend. notavit Geneb. ...m ſæpiùs affirmat Chronicum Judæorum. Salianus amplectitur ſententiam Hebræorum pro...r res geſtas à Joſue. Nam mox poſt 30. dierum luctum, Hebræi duce Joſuë tranſierunt Jor...nem, & facta circumciſione celebrarunt paſcha quartâ decimâ primi menſis ad veſperum, in ...mpeſtribus Jericho, vt habetur Joſue 5. Non ergo ſeptimo menſe potuit mortuus eſſe Moſes. ...inde ſi mortuus eſt Aaron menſe quinto prima die menſis, vt habetur Num. 33. cumq; flevit ... diebus vniverſus populus, vt habetur in Num: ſupereſſet tantùm ſextus menſis ad bellum ...ntra regem Arad, Chananæum, & reges Amorrhæorum & Madianitarum, & initiationes Beelphegor,

Moſes quando mortuus.

phegor, & populi numerationem, quæ minimùm 30, dies tenuit. Deniq; mortuus eſt Mofes
ſtatim poſt explanatam & commendatam legem lib. Deuter. comprehenſam, vt ex toto
conſtat, quem quaſi teſtamentum filijs Iſrael moriturus relinquere voluit, eaq; explanati
aut ad ſummum 36. dies tenuit, vt in Chronico Hebræorum traditur, cui Geneb. Adrichom.
conſentiunt. Atqui ea inchoata eſt ıma die menſis vndecimi, vt patet ex Deuter. conſe
ergo eſt, vt in duodecimo non autem ſeptimo menſe ſit defunctus. Itaq; ſuſpicari licet, i
Salianus quarto illo die Septembris, vel aliquod inſigne miraculum vel beneficium à DEo i
Moſis interceſſione Eccleſiæ aliquando conceſſum; cujus confuſa ſine ſcripto remanente
moria, exiſtimatum ſit, eum eſſe diem dormitionis ejus. Et fortaſſe ſeptimus dies menſi
ſeptimum menſem mutatus eſt, & pro *Adar*, *quartus*, in aliquo malè, vel compendiosè ſc
codice lectum eſt.

Moſes qualiter mortuus.

III. *Qualiter mortuus eſt Moſes*? ℞ Placidiſſimam fuiſſe mortem, & inſtar ſomni obre
credibile eſt, ſano adhuc corpore, integriſq; ſenſibus, id enim ſatis affirmat ſcriptura, *non*
gavit, inquit, *oculus ejus, nec dentes illius moti ſunt*, vel vt alij vertunt *nec emarcuerat viror*
alij etiam, maxillæ ejus nihil defecerant. LXX. *neq; corrupta ſunt labia ejus.* Chald. *nec*
tatus eſt ſplendor vultus ejus.

Moſes vbi ſepultus.

IV. *Ubi ſepultus eſt Moſes?* ℞ in valle terræ Moab contra Phogor, id eſt, in loco, q
inter montem Abarim, & locum idoli, cui initiatus fuerat Iſrael, non autem è regione Jor
aut Jericho. Omnia, inquit Cajet. humana officia à ſepultura Moſis excluduntur, ex hoc,
DEus Angelico miniſterio ſepelivit eum. Idq; didicit Cajet. ex S. Epiphanio, cujus hæc
verba hæreſ. 9. [ſepelierunt Angeli, velut traditio, quæ ad nos devenit, habet, corpus M
ſancti, & non laverunt, imò neq; inquinati ſunt Angeli à S. corpore] quod officij genus
S. Catharinam ab ijsdem exhibitum Eccleſia Catholica profitetur. Sed pergit Cajet. Rurſ
hoc, quòd, non in monte, vbi mortuus eſt, ſed in valle terræ Moab ſita è regione templi Ph
ſepultus ſcribitur, inſinuatur viſibiliter corpus Moſis vectum eſſe à loco obitûs, ad valle
qua ſepultus eſt. Alioquin ignotum fuiſſet, an ſepultus fuiſlet in loco mortis, an in dicta
an alibi. Nam morti ejus præſentes erant multi, & quemadmodum ſcriptum eſt, quòd m
us eſt in vertice montis, eò quòd viderunt eum mori ibidem, & mortuum, Joſue, Elea
alij Principes populi, cum quibus aſcendit in montem, ita viderunt corpus Moſi mortui
per àërem ad vallem illam; & ſcripſit Joſue, quòd DEus ſepelivit eum in illa. Hæc Cajet.

Locus ſepulturæ ejus non eſt notus.

V. *Quomodo ergo non eſt notus locus ſepulturæ ejus?* ℞ det Cajet. Monſtravit DEus ca-
daver Moſis vehi ad vallem illam: ſed non monſtravit locum determinatum in illa vall
qua ſepultus Nubes enim operuit aliquantum ſpatium illius vallis, vt non poſſet quiſ
videre, in quo loco illius ſpatij ſepeliretur Moſes. Non ſepelivit Moſen populus, præſta
res habuit libitinarios.

Cur DEus voluit ſepulchrum ejus occultum.

VI. *Cur DEus ſepulchrum Moſis voluit occultum eſſe?* ℞ Lyran. Toſtat. Cajet. &
hanc dant rationem, ne Iſraelitæ proclives ad idolorum cultum, Moſi cadaver adorarent, e
ceu DEum colerent. Ajunt etiam Diabolum voluiſſe ſepulchrum & corpus Moſis Iſra
oſtendere, obſtitiſſe verò S. Michaelem, hancq; eſſe altercationem illam, de qua Judas A
in ep. ſua ait: *Cùm Michaël Archangelus cum Diabolo diſputans altercaretur de Moſis cor*
non eſt auſus judicium inferre blaſphemiæ, ſed dixit: imperet tibi DEus. Volebat nimirum
bolus corpus Moſis Iſraelitis oſtendere, vt illud colerent divinis honoribus; Archangelus
id fieri non eſt paſſus. Alia ratio occultationis ſepulchri Moſaici eſt hæc: ſi Iſraelitis n
fuiſſet ſepulchrum, ex eo tuliſſent corpus ejus, ſecumq; aſportaſſent in terram promiſſam.
luit autem DEus vt Moſes, nec vivus nec mortuus eò deveniret, tum in pœnam delicti,
apud aquas contradictionis commiſit, tum ad indicandum myſterium, legem ſcilicet M
non ingreſſuram Chriſti Eccleſiam, neq; in ea ſeruandam, ſed antè Jordanem, id eſt, baptiſ
in Jordane ſuum habentem initium, velut mortuam ſiue ſepeliendam. Mortuus eſt Aaron,
tuusq; eſt Moſes, id eſt, mortuum eſt ſacerdotium, & mortua lex: non introduxerunt pop
in terram promiſſionis; quia neq; ſacerdotium Judaicum, neq; lex vetus populum DEI i
ram terram promiſſionis introducunt, ſed ſacerdotium & lex Chriſti. Occultavit autem
ſepulchrum Moſis, vt Judæorum cœcitatem ſignificaret, qui ſepulchrum Moſis, id eſt, legis
cernunt. *Mortuus eſt Moſes jubente Domino*; mortua eſt lex Moſis, jubente eodem Dom
& non cognovit homo ſepulchrum ejus, quia non cognoſcunt Judæi ſepulchrum legis vet
hoc eſt, legis veteris abrogationem, ita Aug. q. 53. in Num. & in pſ. 98. Voluit autem
Moſen ab Angelis ſepeliri ad declarandam ejus dignitatem, præeminentiam & ſanctitatem:
cultq; DEus exemplo ſuo reliquias Sanctorum in veneratione habendas, decenter & honor
tractandas, ſepeliendaſq; & aſſeruandas eſſe.

Moſes quomodo ſepultus in terra Moab.

VII. *Quomodo mortuus & ſepultus eſt Moſes* IN TERRA MOAB, *cùm Moabitarum re-*
gionem non occuparint Iſraelitæ, DEo id vetante Deut. 2. v. 9.? ℞ Vetuit Iſraelitas DEus
Moabitarum regionem occupare, quam tum temporis illi pacificè incolebant. Sed non vet
imò juſſit, occupari eam, ex qua fuerant, jam pridem ab Amorrhæis ejecti; quæ tamen pa

ac antiquo nomine etiam in scriptura, *terra Moab* vocatur: & in hac erat mons Nebo alnus montium Abarim, in cujus vertice omnium sublimissimo Phasga mortuus & sepultus in valle Moses.

Moses præstabat alijs Prophetis.

VIII. *An Moses fuerit omnium prophetarum in Israel*, id est, *in veteri testamento, præstantius*? ℞ Præstantissimum fuisse, si prophetiæ donum simul & miracula consideremus, idq; pant hîc verba v. 10. *non surrexit ultra Propheta in Israel, sicut Moses* &c. S Thom. 2. 2. 4. a. 4. Mosem ait simpliciter fuisse majorem reliquis prophetis veteris testamenti. *imò* atum ad visionem intellectualem, quia divinam essentiam vidit. *2dò* quantum ad imaginavisionem, quam quasi ad nutum habebat, non solùm audiens verba, sed etiam videns lontem etiam in specie DEi, non solùm in dormiendo, sed etiam in vigilando. *3tiò* quia loatur toti populo ex persona DEi, quasi de novo legem proponens. *4tò* quantum ad openem miraculorum. Sed non vidisse Mosem divinam essentiam supra dixi. Præcellentia auprophetiæ spectatur propriè in lumine prophetico, non in miraculis, & alijs Præcellentior ille propheta est, qui majus lumen propheticum habet, quo plura & præcellentiora futuidet, & clariùs. Quis autem propheta lumen majus habuerit, pluraq; & præstantiora de sto & futuris viderit, valde dubium est. Multa enim vidit Moses de Christo juxta illud 5. *Si crederetis Mosi, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit.* Multa vidit David, a Isaias, de quo S. Hieron. in ep. ad Paulinum: Isaias, inquit, non prophetiam mihi videexere sed Evangelium &c. Et in præfatione Isaiæ: Hoc, inquit, adjiciendum est, quòd non propheta, dicendus sit Isaias, quàm Evangelista. Ita enim universa Christi, Ecclesiæq; teria ad liquidum persecutus est, ut non putes eum de futuro vaticinari, sed de præteritis oriam texere &c. Multa viderunt Hieremias & alij Prophetæ, sed quisnam illorum majus arius lumen habuerit, DEus novit. Vide hac de re fusè discurrentem Barradium hîc.

IX. *Quale epitaphium posset inscribi sepulchro Mosis?* ℞ Scripsit illud Salianus verbis setibus: Conditus est in hac valle Moses, legislator omnium, secundùm filium DEi, nobinus; & propheta in Hebræo populo, veteriq; lege maximus; Qui in tribu Levi ex Amramo, ocabetha in Ægypto natus, ex abjecto infantulo in filium Regis assumptus, in spem impeducatus est. Inde alternante providentia è filio regis fit exul & profugus in Madianitidem, in pastorem ovium mutatus, uxore augetur & liberis. Donec electus & evocatus à DEo ad nus longè gloriosissimum, atq; post hominum memoriam maximum, fit regis potentissimi or, & quasi quidam DEus, fit Ægypti vastator, marium patefactor, cultor solitudinum atq; merabilis populi moderator, & princeps. Hic ille est solutor servitutis & captivitatis, digiorum patrator, charitatis & patientiæ, omniumq; virtutum quasi prodigium: Angelo carus ac jucundus comes, domus DEi fidelissimus administrator, DEum inter populumq; liator; ipsi deniq; DEo familiarissimus atq; intimus. Hic ille est, qui triplici, pariq, varietaitæ 40. primos annos in aula versatus inter principes, medios in Madianitide inter pastoatq; cœlites; postremos in horrenda, vastaq; solitudine, inter Israelitarum turbas, ærumnasq; turnas transegit; in prima illa periodo castè delitias Regum attigit: in altera corporis labofortiter pertulit; in tertia heroicâ mentis constantiâ tantas animi curas expertus est, quanpatientissimo Rectori improbissimus populus inferre potest. Mortuus est trans Jordanem in nte Nebo, in vertice Phasga, integris corporis sensibus, & Angelico ministerio in hac valle ultus. Anno ætatis centesimo vigesimo, Gubernationis, & exitûs Hebræorum quadragesi, mensis Adar septimo, ante ortum Christi Domini, veri prophetæ, Regis, Legislatorisq; mundi, cujus expressam gerebat imaginem, millesimo, quadringentesimo septuagesimo.



QUÆSTIONES EXEGETICÆ IN LIBRUM JOSUE.

CAPUT I.

Corroboratus à DEO Josue monet populum, vt ad Jordanem traji-ciendum se paret in diem tertium: & tribus Ruben, Gad, & dimid Manasse, vt fratres suos præcedant ex condicto.

Author libri Josue.



Uæstio I. *Quis est Author hujus Libri?* ℞. Ipsemet Josue. ita dor. Bellarm. Vatab. Pineda, Serarius, Tirin. Naxera, qui etiam a inclinor in hanc sententiam, ne quid gloriæ Josue detraham, est n sumptuosius elogium, & hostes domuisse ferro & posteros do calamo, inter eosq; numerari, *qui* (ut ait Aug. ep. 7.) *non solùm proficiunt scribendo, sed ipsi proficiendo scribunt.* Probatur hæc tentia S. Scripturæ locis. Nam Ecclesiasticus c. 46. v. 1. ait: *For bello Jesus Naue successor Mosis in prophetijs*, ut habetur in gr *In prophetijs*, inquam, id est, in SS. Scripturis concinnandis, & ore solo, sed & calamo exprimendis posterisq; tradendis. S namq; Scripturas prophetias appellari constat ex 2. Pet. c. 1. 19. Adhæc hîc c. ult. v. 26. l gimus. *Scripsit quoq; omnia verba hæc in volumine legis Domini.* In Hebræo & Græco n Josue exprimitur. Excipit tamen Tirin. paucas lineas c. 10. v. 13. de libro justorum (qui p rior est temporibus Davidis, cujus, vti & Saulis & Jonathæ 2. Reg. 1. 18. in eo fit mentio) 15. v. 16. de Axa filia Caleb, & c. 19. v. 47. de Lesem expugnata, (quæ contigerunt post mo Josue: nam ut patet ex Judic. c. 1. & 18.) & c. ult. à v. 29. usq; ad finem de morte Josue; hæc vel ab Eleazaro pontifice, ut volunt Thalmudici; vel ab Esdra, ut alij, adjecta fuerun etiam Pentateucho quædam post mortem Moysis inserta hinc inde fuerunt.

Et conjunctio quid denotet.

II. *Cur Josue incipit librum suum:* ET FACTUM EST? ℞. Conjunctio & sæpè de aliqua in Scriptura vel Prophetæ mente versari, eisq;, quæ proferuntur, connecti. Ezechiel nihil præmisisset, sic exorsus est. *& factum est*, super quæ Greg. hom. 2. *Continuauit verba, protulit, visioni intimæ, & ideo incipit, dicens: & factum est.* David etiam ps. 86. relativo tur, cùm nullum præcesserit substantivum: *Fundamenta ejus in montibus sanctis.* Audi A stinum ibi. *Cujus ejus?* illius nempe civitatis, quam mente conspexerat *Multa de amore & derio ciuitatis hujus volvens secum, tamquam plura, intus apud se meditatus, erupit in hoc: damenta ejus in montibus sanctis*, quasi jam de illa dixerit aliquid. Frequentius & nexu conjunctionis munus obit, vti hîc, indicat namq; principium hujus libri à fine Deuterono pendere, illiq; & temporum & materiæ ratione conjungi.

Deus quando allocutus Josue.

III. *Quando DEus allocutus est Josue?* ℞. post parentales Moysis dies. Videtur hoc tus indicare, nam ut ex ult. Deuter. constat, populus in parentatione Moysis 30. dies in c pestribus Moab consumpsit, & in hoc cap. statim ac Josue divina monita accepit, fluvij traje in diem tertium indicta fuit, ex quibus non obscurè colligitur non nisi post luctum, aut in illius DEum ad Josue locutum, illumq; profectionis & ducatûs onus suscepisse; alioquin si pulus amnem trajecisset, aut contra hostes bellâsset, Moysem in campestribus Moab non p xisset.

Locutio Dei ad prophetas.

IV. *Quibus modis solet DEus prophetis loqui?* ℞. Hebræi duos modos assignant. Vi nem scilicet & somnia; excipiunt peculiarem illum modum, quo Mosi fidelissimo locutus idq; probant ex 12. Num. v. 6. *Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei per somnium loquar ad illum. At non talis servus meus Moyses.* Ex his duobus loquendi mo visio est perfectior. Verùm etsi cum vatibus interdum dormientibus, interdum cum vigilan bus agat DEus, illisq; obscuram & ænigmaticam sui visionem repræsentet, ita tamen anim audientis informat, ut audiens de loquente, locutioneq; per ipsam locutionem quasi form ter ita certus reddatur, ut prudenter dubitare non possit. Hoc perfectiore modo, nempe vi ne DEum locutum esse Josue docet S. Thom. 2. 2. q. 171. a. 5. & Suarez l. de fide disp. 8. sec n. 4. vocibusq; vsum, ut in monte Sinai, per se aut per Angelum excitatis, quas populus aud posset. Qui sanè loquendi modus ad Josue reverentiam, & auctoritatem conciliandam apt

et

...it, conducebatq; quàm plurimum, ut populus Ducem suum non temere, aut voluntatis humanæ arbitrio motum, sed divino afflatum spiritu & cælesti pulsu illustratum advertens, illi ...rere non detrectaret meticulosus, sed per marinos etiam vortices & hostiles cuneos sequere... intrepidus. Ita Serarius.

V. *Quomodo verificatum est illud* v. 3. OMNEM LOCUM, QUEM CALCAVERIT VE...IGIUM PEDIS VOBIS TRADAM, SICUT LOCUTUS SUM MOYSI? cùm ad Hai Israelitæ ...gati, & sæpiùs, vt ex Judicum historia constat, ab hostibus nondum ejectis in angustias non mo...cas redacti fuerint? ℟. in DEi promissis latet aliquando conditio, id est, si ipsi etiam promis... ...steterint, quod non obscurè indicant illa verba: *Tradam, sicut locutus sum Moysi*, id est, ea ...e, *si custodieritis mandata, quæ ego præcipio vobis &c. Omnis locus, quem calcaverit pes ve...r, vester erit.* Deut. 11. v. 22. aliter non futurus. *Promissa Dei aliquando conditionata.*

VI. *Quomodo dicitur* v. 11. POST DIEM TERTIUM TRANSIBITIS JORDANEM, cùm ...seq. sint missi exploratores in Jericho, & hi triduo latitârint in montibus, & post reditum ...rum hæserint adhuc tres dies Hebræi apud Iordanem, vt dicitur c. 3. v. 1.? ℟. Hæc per hy...ron proteron hìc dicuntur anticipatiuè: nam missio exploratorum, adeoq; totum caput se...ndum præponi debet huic Iosue præcepto per castra divulgato: ita ut tres dies, quorum hìc fit ...ntio, sint iidem cum illis tribus diebus, qui habentur c. 3. v. 1. Ita Abul. Tirin. & alij.

CAPUT II.

Missi exploratores in vrbem Jericho à meretrice Rahab occultantur: promissa omni familiæ ipsius indemnitate, per fenestram domus ejus ...ne demissi, redeunt incolumes in castra.

QUæstio I. *An Rahab fuerit propriè dictum scortum?* ℟. Negant quidam Rabbini, & cum Lyran. Vatab. Pagninus & alij, qui nomine *meretricis cauponariam* vel *hospitam* intelligunt prout etiam Chaldæus vertit. Præcipua eorum ratio est, quòd, si scortum fuisset, numquam eam vxorem duxisset Salmon vir amplissimus & Tribus Judæ princeps ...bilissimus. Multò minùs voluisset Christus ex ea procreari Matt. 1. v. 5. Serarius tamen, Tiri... Naxera asserunt meretricem fuisse, sed è sacris, idolisq; dicatis. Nam inter turpissimos gen...um errores fuit hic non minimus, quòd Dijs suis se obsequium præstare credebant, si juven...as easq; nobiles & ingenuas libidinis voluptatibus addicerent, & consecrarent. Certe Me...ensis illa *Nicarete*, & Argiva *Biblistiche* & aliæ apud Athenæum l. 13. Villalpandum in Ezech. ... è nobilissima stirpe natæ. Strabo l. 12. tradit de Comanis vrbe Pontica: *ibi mulierum multi...o, quæ corpore quæstum faciunt, quarum plures sacræ sunt*; ex hoc ergo meretricum genere, ...as Jericho Deæ suæ Lunæ consecrarat, vna erat Rahab, & ob id in illius domum, vtpote sa...m, nullus ex regijs apparitoribus irruere, exploraréue ausus est, sed ejus verbis, vt mulieris ...træ fidem omnes confestim adhibuerunt. Nec aliàs tulissent parentes filiam suam adhuc ju...uculam, sine marito, sine liberis, seorsim extra domum paternam, juxta vrbis portam habi...e; nisi & sibi & filiæ suæ id honorificum putassent, vtpote in obsequium & cultum magnæ ...æ. His facilè, quæ in contrarium adducuntur, solvuntur, nam Salmon etsi meretricem duxe... sacram tamen & nobili stirpe natam; scelus autem illud apud Jerichuntinos non probro, sed ...di tribuebatur. & quidem nescio, cur horreant concedere meretricem egregiè de populo ...ritam Salmonem duxisse, qui cauponam & hospitam sibi matrimonio copulasse, fateri non ...uunt, cùm his ministerijs non nisi mulierculæ infimæ & obscuræ inserviant, illis autem vo...ptatibus & nobilissimæ aliquando indulgeant. Quidquid verò sordium ex hoc meretricio in ...ca illa gentilitatis nocte contraxit, sua ad DEum conversione totum eluit, & insigni sua in ...bræos exploratores (quorum forsan vnus hic fuit Salmon) pietate, obsequio ac fide, torum ...ncipis hujus promerita fuit. Pro Christo respondet S. Hieron. in Genealogia Salvatoris ...ipturam non meminisse Sanctarum mulierum, sed solùm illarum, quæ alicujus turpitudinis la... insignes fuerunt. v. g. Thamar, Rahab, Ruth, & Bethsabee. Ut qui propter peccatores vene... de peccatoribus nascens, se omnium peccata delere velle demonstraret. *Rahab an propriè scortum.*

II. *An Rahab peccaverit, patriamq; prodiderit, exploratores occultando?* ℟. Proditor pa...æ jure appellatur, qui civium & principis odio, aut ignobilis mercedis desiderio cum ho...bus de tradenda civitate, aut occultis consilijs aperiendis paciscitur; & hoc modo Rahab pro...ionis labe non fuisse infectam, extra dubium est. Vulgari modo proditor etiam vocatur, ...l civium incolumitati & publico statui adversa non nititur propulsare. In hoc ergo sensu de ...hab quæritur, an proditrix fuerit? Calvinus ait non fuisse proditricem, quia statim ac ex...oratores recepit, in DEi populum cooptata, ad Jerechuntinos pertinere desijt, ideoq; suis & ...tuisse & debuisse auxiliari, non verò Jerechuntinis, à quorum societatis jure à DEo quodam...odo manu missa erat. Verùm, vt Serarius advertit, Calvinus plus intendit odium Christi...æ religioni conflare, quàm Rahab defendere, quasi qui Christi militiæ nomen dederint, suis *Rahab an proditrix patriæ.*

civibus aut Principibus non ſint obſtricti, aut vera religio naturæ legi contraria ſit, & no tiùs auxilietur. Maſius, Abul. Serarius, crimine hoc Rahab liberant, maximè ob illam r nem, quòd ſcilicet Rahab cognoverit, vt ipſa poſtea teſtatur, terram illam à DEo regn Domino Hebræis traditam, ideoq; tam longè eſſe à proditione civitatis, illos occultand tueri teneretur, imò ſi illos traderet graviſſimo ſe crimine obſtricturam ſentit Maſius c Abulenſem. Nam auxiliaretur ad occupandam terram non proprijs Dominis, ſed i poſſidentibus.

Rahab an mentita.

III. *An Rahab hîc v. 4. & 5., mentita ſit?* ℞det Tirinus, nimis aperta ſunt illius m cia, quàm vt celari vel excuſari poſſint. minuta tamen ſunt & venialia, quia officioſa. Aug. Rupertus, Abul. Lyran. & alij. Nam licet in temporalem perniciem & proditionen gentis mentiretur, tamen, quia DEi ſeu revelatione, ſeu inſtinctu ſciebat gentem ſuam à DE proſcriptam, & Hebræis deditam, certoq; ab ipſis capiendam, vt patet v. 9. & 10. potuit DEi decreto cooperari, ac ſaltem ſe ſuosq; parentes amicosq; in tuto collocare voluit f ſima fide ac pietate pro DEo, pro Hebræis, pro parentibus morti ſeſe objicens ad Heb. 31. Qua fide, ac pio fortitudinis, charitatis & obedientiæ opere docet eam S. Jacobus j catam c. 2. ſuæ ep. v. 25.

Mendaciũ Rahab an meritoriũ.

IV. *An hic actus mendacij animo conſulendi exploratorum ſaluti fuerit bonus & DEum meritorius?* ℞. Si quis affirmaret, Rahab ignorantia inculpabili putaſſe offici mendacium licere, gravi ſe & difficili lite expediret, poſſet enim dicere, quòd actu illo, e objecto malo, ex errore tamen exiſtimato bono potuerit mereri. Cæterùm mendacium R nec bonum nec meritorium eſſe potuit (ſecluſa ignorantia invincibili) Nam ex ſe eſt intri malum, nec poteſt aliquâ circumſtantiâ cohoneſtari, aut imperari ab actu bono, aut ab ill nitatem mutuari, imò in actum imperantem malitiam ſuam refunderet, illumq; vitiaret. ruit quidem perhumanè exploratores excipiens, illos cautè per feneſtram demittens, lati fideliſſimum conſilium præbens: meruit DEum Hebræorum vnicum & verum ſanctiſſima credens, aſt fallendi actu nec meruit, nec potuit. Vide dicta q. 7. in c. 1. Exodi.

Rahab unde agnouit Chanaan tradendam Hebræis.

V. *Qua cognitione, naturali, an verò ſupernaturali novit Rahab, quòd Dominus trad Hebræis terram Chananæam?* ℞ Toſtatus q. 48. putat eam omnia hæc fide noviſſe, etſi h na prudentia conjicere etiam potuiſſe non improbet. Et quidem pavor Chananæorum, A rhæorum everſio, Ægyptiorum ſtrages, maris rubri trajectio non obſcure Judæorum trium prædicebant. Ex his Balac Num. 22. v. 4. humanâ prudentiâ ductus de Iſraelitis protuli *delebit hic populus omnes, qui in noſtris finibus commorantur, quomodo ſolet bos herbas vſ radices carpere.* Cùm ergo incuſſus Chananæis metus robur omne debilitaret, ac fortitud eneruaret, facile ſic perterritos vincendos fore humanâ prudentiâ noſſe & pronuntiare p Rahab, Chananæorumq; ſtrages, & Hebræorum victorias non fallaci conjectura præd Sed cum ex Apoſtolo Heb. 11. v. 31. conſtet fide ſalutem conſecutam; ait enim: *Fide Raha retrix non perijt cum incredulis, excipiens exploratores cum pace.* Neq; alia ratio diſcri aſſignari poſſit inter ea, quæ hîc mulier profert; omnia eadem fide amplexam exiſtimo, Orig. hom. 3. in Joſue eam prophetidem appellet, quodq; omnia iſta divina motione, lum ſupernaturali cognoverit: [Meretrix, quæ eos ſuſcepit, ex meretrice efficitur jam prop dicit enim: Scio, quia Dominus DEus veſter tradidit vobis terram hanc. Vides, quomod quæ aliquando erat meretrix & impia, & immunda, nunc jam Spiritu Sancto repleta eſt, præteritis quidem confitetur, de præſentibus verò credit, prophetat autem, & prænuntiat, turis] Hæc ergo omnia etſi ab hominibus audierit, aut ex triumphis & miris conjecerit ſtea tamen fide Sanctiſſima amplexa eſt, jamq; exploratores excipiens fidelis. Quòd verò fidei eam rationem reddiderit: *etenim irruit in nos terror veſter*, non denotat rationem fo lem & motivam credendi id fuiſſe, ſed fide ſupernaturali crediderat, ex incuſſo Chananæis rore confirmat. Ita Naxera.

An exploratores tenebantur promiſſis Rahab factis.

VI. *Licuit ne exploratoribus incolumitatem Rahab promittere, & an promiſſis tene tur, cùm in malè promiſſis fides ſit reſcindenda, teſte Iſidoro: in malè promiſſis reſcinde f* Hîc autem malè promitti conſtare videtur ex Num. 33. & Deut. 30. vbi lege vetat DEus Ch næos vitâ donari, è quorum Numero erant Jerichuntini, ergo exploratores nec jurare pote nec emiſſo juramento obſtringi, vtpote de re illicita. ℞det Abul. non potuiſſe ſine juſto ti Chananæis vitam concedi, aſt rationabili de cauſa, vt hæc erat, licitum eſſe aliquos ſeruar columes, & vitæ privilegio gaudere. Nam leges cuduntur in rationis & juſtitiæ ſubſidium, in æquitatis detrimentum. Poterant ergo jure exploratores egregijs à Rahab in ſe collati neficijs obſtricti, illam & ſuos libertate donare & diſcrimini eripere. Veritatem & miſeri diam ſe facturos teſtantur, quod ſic exponit Cajet. vt veritas pactum reſpiciat, & miſerico beneficium. Arias Montanus veritatem ad officia poſtulata refert, miſericordiam ad alia, vltrò velut auctaria promiſerunt exploratores, ſcilicet non ſolùm illam ſuoſq; morte erip dos, ſed in DEi populum & primas familias aſciſcendos; nam vt bene Seneca l. 5. de benef. *Turpe eſt beneficijs vinci.*

II. Qui

Rabab cum domo sua quid prasignat.

VII. *Quid præsignat Rahab cum domo sua?* ℞ det S. Cyprian. ep. ad Magnum. Foris i esse Ecclesiam, nec scindi adversùm se aut dividi posse, sed inseparabalis domus vnitatem ere manifestat divinæ scripturæ fides, cùm de Sacramento paschæ & agni scriptum sit: *in no vna comedetur* Exod. 12. Quod item circa Rahab expressum videmus, cui dicitur: *Patrem m & matrem tuam, & fratres tuos colliges ad te ipsam in domum tuam & erit omnis, qui exi- ostium domus tuæ foras, reus sibi erit,* Quo Sacramento declaratur, in vnam domum solùm, est, Ecclesiam, victuros, & ab interitu mundi evasuros, colligi oportere. Quisquis autem is exierit, id est, si quis, quamvis in Ecclesia gratiam consecutus, recesserit, & ab Ecclesia exi- , reum sibi futurum. Idem l. de vnit. Eccl. stare tu & vivere posse putas de Ecclesia rece- tem? Sedes sibi alias, & diversa domicilia concedentem? cùm dictum sit ad Rahab, in qua formabatur Ecclesia: *Patrem tuum & matrem tuam &c.* Et Rupertus: quicumq; seipsum vnitate fidei præciderit, hæresesq; ac schismata fecerit, *sanguis ipsius erit in caput ejus.* Hæc gloriosa sunt, quæ dicta sunt de civitate DEi, comprobante ps. 86. *Memor ero Rahab & ylonis scientium me.* Ergo quicumq; à cultu DEi alieni, angustiati à peccatis, denigrati in is, veniendo in vnam domum Rahab, cognati fiunt & fratres sunt, & omnes per vnum antur funiculum coccineum, per crucis & passionis Christi signaculum. Item Theodor. Pa- nes exploratorum valde consonant veritati. Nobis enim salus per Ecclesiam provenit, qui sunt extra illam, non fruuntur æternâ vitâ.

CAPUT III.

Siccatum miraculo Jordanem, præeunte arca, transeunt Israelitæ.

Spatium inter arcã & populum.

QUæstio I. *Cur Deus voluit tantum spatium interesse inter populum & arcam, cubitorum nimirum duorum millium, seu pedum trium millium, quod aliàs erat iter Sabbathi?* ℞ Ut honor ipsi arcæ, & sacerdotibus ipsius bajulis major à populo haberetur. Deinde vt DEus qui per arcam designabatur, omnibus palàm faceret, suâ solius potentiâ sicca- rdanis alveum, & ingressum in Palæstinam patefieri: se nullius egere auxilio, aut præsen- nullum quoq; timere mortalium, etsi solus præcederet. Præterea, vt Hebræi viam qua gra- dum esset, viderent eminùs, non simpliciter, sed cum admiratione, animorum exultatio- divinæq; majestatis veneratione & deprædicatione. Deniq; ne quis laicorum se sacerdota- s officijs vllo modo ingereret.

II. *An Hebræi non habuerint columnam nubis ampliùs itineris sui ducem?* ℞ cum S. Aug. l. Hugone, Cajet. & Serario, non ampliùs habuisse: sed illam quasi jam perfunctam offi- suo, quo in invio deserto deseruierat Hebræis, ipsos ad Jordanem deseruisse. Mysticè, in Josue, seu JESU Christi principatu, nulla ampliùs est nubes, nulla caligo.

Sanctificatio quid significat.

III. *Quam sanctificationem requirit Josue à populo* v. 5. SANCTIFICAMINI? ℞ Hæc sistebat exteriùs in lotione vestium, & secubitu ab vxoribus juxta legem à DEo præscriptam d. 19. v. 10. & 15. interiùs verò in firma fide, & certa spe à DEo promissorum. Sanctifica- is hujus rationem dat Josue: Cras enim, inquit, faciet Dominus inter vos mirabilia. In- ns ob populi, imò ob vnius piaculum DEi beneficia interdum impediri aut retardari, vt ob en Achan. c. 7. cùm ergo DEus miranda se facturum sequente die promisisset, providen- nus Josue suos monet omni crimine abstineant, seq; & interna sanctitate & externa mun- ornent, vt nulla culpa iram DEi provocet, sed potiùs omnis virtus ejus beneficia digni- romereatur, & favorem gratiùs conciliet. Abul. q. 11. censet Josue illa voce *Sanctificamini* monere populum, vt intentis animis, omnibusq; alijs curis semotis, mira à DEo patranda templentur, vt agnoscant, quàm præsentissimum DEi auxilium habeant, quandoquidem arum immensa moles loco cedit, & suspensa transitum præstolatur. Miraculum verè rarum, ex illis, quæ cum natura rerum, vel temporum quid commune habent, vel quæ ab verita- hostibus siderum aspectibus, aut virtutibus, aut vanis præstigijs adscribi queant, sed omni ræ negatum, vniusq; Numinis efficacitati tribuendum.

Sacerdotes non subjecti sæcularibus principibus

IV. *An Sacerdotes veteris testamenti sæcularibus principibus subjecti fuerint cùm v. 6. di- Josue ad sacerdotes*: TOLLITE ARCAM FOEDERIS, ET PRÆCEDITE POPULUM, I JUSSA COMPLENTES TULERUNT? ℞ S. Thomas in tract. de rege & regno asserit in ri lege Regem superiorem fuisse sacerdote. Abul. q. 12. putat Josue à DEo imperio non m in populares, sed etiam in sacerdotes, imò in summum etiam Sacerdotem donatum, sed probat. Jam verò Philo l. de victimis & Thedor. q. 1. in Leviticum probant Pontificis Rege excellentiam ex victima pro sacerdote oblata, quæ excellentior erat illa, quæ pro e offerebatur. Meliùs respondet Tostatus ipse cit. q. Josue non jussisse sacerdotibus ùt eratorem, sed divinum imperium, ùt prophetam explicuisse. Hanc sententiam tenet Se- us & Masius, quæ verissima est in religionis negotijs; nam cùm summus Hebræi populi rdos Pontificis Christiani populi imago & vmbra fuerit, non oportuit sæculari potestati ici sed præesse, quidquid oblatrent Bucerus, Calvinus & Lutherus, qui Ecclesiasticos mi-

niſtros ſæculari poteſtati ſubjectos effutiunt. Vide Bellarm. tom. I. de Rom. Pontifice l. 1.
& l. 2. c. 26. Imperatorum eſſe Pontificum juſſa expectare & capeſſere, non illis imperare
ſtat ex diſt. 96, c. quis dubitet. Ubi hæc habentur: Quis dubitet Sacerdotes Christi Regu
Principum, omniumq; fidelium Patres & magiſtros cenſeri. Nonne miſerabilis inſaniæ eſ
gnoſcitur, ſi filius patrem, diſcipulus magiſtrum ſibi conetur ſubjugare, & iniquis obliga
bus illum ſuæ poteſtati ſubjicere, à quo credit non ſolùm in terra, ſed etiam in cœlo ſe
poſſe & ſolvi.

Jordanis tranſitus.

V. *Qualis fuit tranſitus Jordanis?* ℞ ingreſſis Sacerdotibus Jordanem, *pedibus eor*
parte aquæ tinctis, ſteterunt aquæ deſcendentes ex mari Galilææ, & Libano monte, vbi f
Jordanis eſſe memorantur, in vnum locum, & inſtar montis ſecundùm fluvij latitudinem
recti *intumeſcentes apparebant procul ab vrbe, quæ vocatur Adon, vſq; ad locum Sarthan.* F
eſt primò tumor, qui à longè appareret, deinde retroceſſio, aquis ab illo tumore, quaſi ab
cto monte, repercuſſis & retroactis in caput ſuum. Inferiores autem in mare mortuum de
derunt, vſquequo omnino deficerent. Quod prodigium eò fuit illuſtrius, quò major fuit eo
pore aquarum copia, qualis ſolet tempore meſſis in Jordane contingere Eccl. 24. 36. *qui*
tiplicat, quaſi Jordanis, tempore meſſis. Ad contactum porrò ſacerdotalium pedum, Angel
mini aquas ſubmovente, & ſolum exſiccante, Sacerdotes cum arca ad medium fluminis pro
ſunt, ibiq; ſubſtiterunt, dum totus populus majore fiducia tranſiret per arentem alveum. Q
tranſgreſſis, & ſacerdotibus cum arca in medio Jordanis alveo ſtantibus, donec omnia co
rentur, juſſit Dominus eligi 12. viros, qui totidem lapides de medio Jordane tollerent, qu
proximo caſtrorum loco, qui Galgala dictus eſt, in monumentum conſtituerent, eſſentq;
trophæa ſingulis tribubus de ſuperato Jordane. *Alios quoq; 12. lapides poſuit Joſue in medi*
danu in alterum aceruum monumenti, & ſunt ibi ait ſcript. *vſq; in præſentem diem. Fe*
vitq; populus & tranſijt. Nonnullus enim erat timor in tranſeundo, in tam inſolito ſpecta
& periculo apparente, à quo ſe quiſq; quàm primum expeditum & ereptum cupiebat. Etſi
DEi verbo nitebantur, aliquando tamen nutat humana conſtantia, & homines modicæ
prodit. Anteceſſerunt autem reliquum exercitum 40. millia bellatorum ex tribubus trans
danem habitantibus, & per turmas ſuas incedebant per campeſtria vrbis Jericho. *Cumq; tr*
ſent omnes, tranſivit & arca Domini, ſacerdoteſq; pergebant in conſpectu populi, qui in vlt
ripa ordinatè ſubſtiterat. *Cumq; aſcendiſſent* ait Joſue c. 4. 18. *portantes arcam fœderis,*
cam humum vlterioris ripæ *calcare cœpiſſent, reverſæ ſunt aquæ in alveum ſuum, & fluebat*
cut antè conſueverant. Ita Salianus.

Iſraelitis tranſeuntibus Jordanem nemo reſtitit.

VI. *Cur nemo reſtitit Iſraelitis tranſeuntibus Jordanem?* ℞ triplicem hujus potuiſſ
cauſam, divinam nimirum providentiam, qua DEus voluit Iſraelitarum formidini in hoc
regionis promiſſæ conſultum: improvidam ſecuritatem; quòd ſcirent Iſraelitas plurimos ja
es in Moabitarum campeſtribus hærere, atq; in devictorum regum regione ſedes fixiſſe; D
ingentem pavorem, cujus Rahab nuper teſtimonium dederat, & Dominus ipſe dixerat: *I*
incipiam mittere terrorem atq; formidinem tuam in populos, qui habitant ſub omni cœlo, vt
to nomine tuo paveant, in morem parturientium contremiſcant & dolore teneantur. Deniq
dierant vt eadem Rahab fatebatur, tranſitum maris rubri, & ſepultos in medijs fluctibus Æ
ptios: ſimilem igitur aliquam calamitatem in Jordanis exundantis fluctibus meritò formida
Ubi autem prodigioſum iſtum tranſitum didicerunt, quaſi hoſtem jam in ſuis furentem pen
libus haberent, aut gladium ejus in proprjis viſceribus graſſantem, exanimati ſunt.

CAPUT IV.

Duodecim lapides è fundo Jordanis ad poſterorum memoriam effer tur, locanturq; in Galgalis, & alij 12. in ipſo Jordanis alveo, vbi a ſteterat, eriguntur.

Lapides 12. quid præfigurant.

QUæſtio I. *Quid præfigurant 12. lapides, tam in Galgalis, quàm in ipſo Jordanis*
erecti? ℞det S. Damaſcenus Orat. 1. de imag. Imagines ſunt monumenta quæ
Etenim illiteratis hominibus hoc ſunt, quod literatis libri. Et quod auribus oratio
idem eſt oculis imago, Cui tamen imagini intelligentia conjungimur. Idcirco
DEus, vt arca fieret è lignis, quæ non corrumpuntur, juſſitq; vt extra inauraretur, atq; in e
nerentur tabulæ, & virga & vrna, in qua manna ad rerum geſtarum, futuramq; memoriam
tinebatur, hæc autem quis imagines eſſe & præcones clariſſimos negabit? neq; verò ex later
tabernaculi, ſed in conſpectu totius populi jacebant. Hæc qui ſpectabant, DEum qui per illas
bat, adorationis latriæq; cultu venerabantur. Neq; enim cultum hunc ipſis exhibebant, ſed
ea revocabantur in memoriam rerum admirabilium, & authoris earum DEi, quem adora
Cur non igitur nos cruciatuum mortiſq; ſalutiferæ, & rerum à Chriſto geſtarum imagine
fingemus, vt cùm è nobis quæſierint filij noſtri, quid hæc ſignificent, reſpondeamus, D

Ver

erbum hominem esse factum. Idem orat. 3. de imag. Sextum, inquit, imaginum genus est, uod pro eorum, quæ mirabiliter gesta sunt, memoria conservanda, ad posterorum vtilitatem ectandum proponitur. Verùm hoc duplex est. Aut enim literarum monumentis in libris inribitur; aut oculis spectandum subjicitur, vt cùm vrna & virga positæ sunt ad momoriam mpiternam, cumq; 12. lapides ex Jordane sumpti sunt, qui sacerdotum notam, figuramq; sinificarent. Sic & nunc, virorum præstantium imagines, quæ nos moneant, & ad imitandum icitent, studiosè conficimus.

II. *Quid allegoricè denotat arca prima Jordanem ingressa*, deinde in medio alvei subsistens, onec omnis populus in adversam ripam evasisset, tum rursus vltra ripam populum ad bis mil. cubitos præcedens, & ducem viæ se præbens vsq; in Galgalam? ℞. Orig. Hieron. Ruper s, Theodor. morti hominis Christiani hæc applicant, Nempe si DEo nos regenti, probanti, anuducenti obsequentes fuerimus, si magno animo, si generosa constantia ad finem vsq; ei rvierimus, etsi millenis cingamur hostibus, ipse tutos nos & illæsos non modò per aquas, sed per aërem in cœlum rapiet, per medias flammas in Beatorum regionem transvehet. *Arca quid allegoricè denotat.*

III. *Quis fuit ordo progrediendi in locum castrorum?* ℞. Non illi qui primi alteriorem pam attigerunt, ita progressi sunt ad locum stationi destinatum. Sed in ea potiùs primi exectaverunt postremos, tumq; omnes simul, signo à Josue dato, ita progressi sunt, vt primùm arca omini, quæ vltimum ex Jordane fuerat egressa, universum populum, cubitis bis mille antet, vt esset itineris dux, populi propugnatrix, hostium territatrix; Tum sequerentur Rubenicum socijs: deinceps reliquæ tribus, donec veniretur in locum, qui postea Galgala dictus t; locum statiuis idoneum, si ibi diutiùs, vt contigit, consistendum esset: ibiq, primum arcæ tabernaculo attributo loco, eadem videtur Leuitarum & tribuum descriptio circumquaq; serta, quæ fuerat à Mose jussu Domini in deserto præscripta. Duodecim autem illos lapides xta tabernaculum erexit, vt venientibus ad tabernaculum occurrerent, ad renovandam mirali memoriam, sine vllo ministerij sacerdotum aut Levitarum impedimento. *Ordo progressus ad castra.*

CAPUT V.

Circumcisio fit in Galgalis, & pascha celebratur. Deficit manna, de uctibus deinceps edunt. Angelus apparet Josue armatus.

QUæstio I. *Quomodo intelligenda sunt illa verba* v. 2. CIRCUMCIDE SECUNDO FILIOS ISRAEL? ℞. significant idem, ac instaura morem circumcidendi, primò inchoatum à patribus vestris, & continuatum perpetuò à posteris usq; ad egressum ex Ægypto, sed jam per 40. annos intermissum. Non enim potuerunt filios in deserto circumcidere propter evidens mortis periculum, cùm nullam haberent uspiam certam quietem, sed l omnem columnæ motum vasa colligere & subitò castra movere deberent. Id verò ijs, qui rtè tunc recens circumcisi fuissent, maximum vitæ periculum creasset. *Circumcisio secundò.*

II. *Cur ad primum terræ promissæ ingressum voluit DEus omnes circumcidi?* ℞. Ut sic o hoc ritu inchoarent possessionem terræ illius. Deinde vt statim possent comedere pascha, ui præfixus erat dies decimus quartus ad vesperam seu occasum solis jam jam imminens. Deq; vt hac via tolleretur à Judæis opprobrium Ægypti seu Gentilium, id est præputium, quod agno suo probro ex Ægypto plerịq; secum detulerant, scilicet, qui sub ultima tempora cùm dies urgeretur egressus, in Ægypto nati fuerant: reliqui qui in deserto nati, quia ratione eressus ex Ægypto & perpetui itineris ad hæc usq; tempora continuati, circumcidi non potuent, eodem quoq; Ægypti probro dicebantur onerati. *Circumcisio ad primum ingressum terræ promissæ.*

III. *Quid ablati opprobrij nomine intelligendum?* v. 9. ℞. putant aliqui, vt Rab. Gerson, uòd Ægyptij Israelitas convicijs insectati sint, quasi eductos, vt malè perirent, non vt terram, hananæorum occuparent, quod opprobrium ipsa possessione evanescebat. Addit opprobrium gypti, hoc est promptitudinem ad falsam illorum religionem & sacrilegos ritus ablatam, cùm m ad pascha celebrandum movissent, & animos à superstitione illa nefaria prorsus avertissent. lam Ægyptij arietem, quem DEum igne armatum credebant, inanibus cæremonijs, & impijs tibus venerabantur, dum ergo DEus agnum occidi, & torreri imperat, Ægypti opprobrium ufert. Sed omissis Rabbinorum nugis, cum Theodoreto servitutem & captivitatem jam ablam intelligo, nam etsi multò antè libertate donati fuerint punitis Ægyptijs, nondum tamen rvorum fugitivorum nota detersa videbatur: ast Chananææ terræ possessum imperium omnem ntiquam servitutem obliterabat, & quidquid obscuritatis ab illa contractum, felicitatis luce deellebat, in quem sensum exponenda puto illa verba Rachel Gen. 30 v. 23. *Abstulit Dominus pprobrium meum*, id est, detersa jam est filijs procreatis illa macula, & nota, quam mihi inecunditas inusserat. Ita hîc novo imperio detritum est, quidquid ob illam duram & ignoilem servitutem, Hebræam gentem dehonestabat. Nam vt doctè Masius: devolvere opprobrim ab aliquo, est probro ac dedecore eum liberare, suamq; ei dignitatem reddere. Locus, vbi pprobrium ablatum, vocatus est Galgala, à verbo Hebræo Galal, quod significat removere. *Opprobriū ablatum quid?*

Fructus novi comesti.

IV. *Quando Israelitæ cœperunt primùm vesci frugibus?* ℟. illud v. 11. hîc *& com runt de frugibus terræ die altero azymos panes, & polentam ejusdem anni* dubitationem h Quoniam enim pascha 14ta die celebratum est, dies altera videtur significare 15tam sequen At repugnat illud Lev. 23. v. 14 *Panem & polentam & pultes non comedetis ex segete, us diem, qua offeretis ex ea Deo vestro.* Is autem dies omnium consensu erat 16tus, siue se dus azymorum, ex quo incipiebant numerari septem hebdomadæ Pentecostes. Dici p diem alterum hic intelligi, alterum à solemnitate paschali. Nam Num. 28. 17. scrip est. *Mense primo, quarta decima die mensis, Phase Domini erit, & decima quinta solei tas.* Alter ergo dies à solemnitate erit decimus sextus, qui quasi proprio nomine alter chæ, & postridie paschæ, & secundus Paschæ dicitur. Certè in Hebræo hoc loco habetur die altero, à crastino Paschæ, siue post crastinum Paschæ. Itaq; hic ordo fuit rei gestæ. decima quarta ad vesperam comederunt Israelitæ agnum Paschalem, & cum eo azymos p vel ex manna confectos, vel ex vetustis frugibus, ex regione trans Jordanem delatis, vel p sublatis ex pagis circa Jericho, terrore hostili desolatis, & hujusmodi azymis sequenti q die vsi sunt. Die autem decimo sexto è collectis spicis virentibus factus est secundùm le primitiarum manipulus, Deoq; oblatus, moxq; eodem die ex istiusmodi novis fructibus f runt polentas, & vulgò comederunt.

Mannæ cessatio.

V. *Quando manna defecerit?* ℟. Hîc v. 12. inquit Josue; *Defecitq; manna, postquam c derunt de frugibus terræ, nec usi sunt ultra cibo illo filij Israel, sed comederunt de frugibus sentis anni terræ Chanaan.* Non ait scriptura defecisse manna, postquam Israelitæ comede de novis terræ frugibus, simpliciter de frugibus terræ, & cùm terræ fruges, siue præsentis, præteriti anni suppleant mannæ necessitatem, non videtur posse assignari dies, quo ce manna depluere; apparet enim ex Scriptura cessasse, cùm primùm habuerunt de frugibus t siue præsentis, siue potiùs præcedentis anni, vnde vivere sine manna possent. Quo pertin lud Exodi 16 *Filij Israel comederunt manna 40. annis, donec venirent in terram habitabile quequo fines terræ Chanaan.* Quod à multis jam diebus contigerat trans Jordanem.

Adoratio duplex.

VI. *Quem Josue adoravit v 15. Angelúmne, an illum à quo missus erat?* ℟. Cùm du sit adoratio, politica & religiosa, & hæc iterum duplex, duliæ & latriæ: quis neget po adoratione potuisse Angelicam testari excellentiam? *Si consulem videro* ajebat Seneca ep. *aut prætorem, omnia quibus honor haberi solet, faciam, equo desiliam, caput adaperiam, tâ cedam.* Cur ergò Josue principem cælestem conspicatus, omnia illa non faceret, quibu nor soleat haberi, quando non solùm fas erat politica, sed duliæ adoratione Primatem stis exercitûs venerari. Non ergo civili tantùm, quæ debetur dignitate præstantibus, sed D quæ sanctitate excellentibus, Angelum coluit, ac veneratus est Josue.

Calceos jubetur Josue deponere.

VII. *Cur Angelus jussit Josue detrahere calceos* v. 16.? ℟. ut attentior redderetur a sionem expendendam: vt quæ monendus erat, studiosiùs coleret, & avidiùs tamquam ora audiret. Ut illa cæremonia majestatem ac excellentiam secum loquentis fateretur, quando dem suâ præsentiâ locum, consecrabat. Ut loci sanctitatem pedibus nudis incedens testare & hinc ortum habuit mos deinceps religiosè observatus à sacerdotibus, nempe in templo n pedibus ministrare, sacrisq; adesse calceis detractis. Arias Montanus vult Angelum eâ cære niâ significare civitatem illam Jericho, veluti triumphorum primitias debere DEo consec modoq; à re bellica satis alieno fore occupandam.

CAPUT VI.

Post varios septem dierum circuitus cum arca, vrbs Jericho colla vndiq; muris euertitur funditus. Sola Rahab seruatur cum suis. Re ficatori vrbis maledicitur.

Jericho urbs.

QUæstio I. *Qualis fuit vrbs Jericho & ager ejus?* ℟. Quod ad situm attinet Josep l. 5. Antiq. c. 1. & l. 5. de bello c. 4. ait eam 60. stadijs à Jordane distare, 10, à Galg vbi erant castra Israelitarum, 150. Hierosolymis. Ad eam largissimum esse fontem, rig disq; arvis vberrimum, juxta veterem civitatem scaturientem; eumq; olim noxiu pestilentem, ab Elizæo saluberrimum ac felicissimum esse factum. Planitiem 70. stadijs l gam, latam 20. permeare, optima & amœnissima vireta educare, hortosq; deliciosissimos, pertinet illa proverbialis locutio, *plantatio rosæ in Jericho* Eccl. 24. 18. Cui se divina sapie comparat. Sed & palmarum plurima genera, tam sapore quàm nominibus varia, unde & J cho civitas palmarum dicta est Deut. 34. v. 3. Jud 1. 16. [Earum palmarum pinguissimæ in Iosephus, calcibus pressæ, plurimum mellis emittunt, non multùm alio melle deterius, qu quam & mellis altrix est illa regio, & opobalsami ferax, qui omnium carissimus est fructus nascentium, item cyprum & myrobalanum gignit, vt qui divinum esse illum tractum dixe non erraverit: sed nec in alijs ei fructibus aliqua facile toto orbe regio concertaverit, a

mul-

ltiplicatum, quod ſatum eſt, reddit.] Ex quibus ſatis intelligi poteſt vrbem ipſam magnam, pulosam, divitijs, bonisq; omnibus abundantem fuiſſe, ejusq; regem præpotentem; ſed cùm eribus non minùs quàm divitijs abundaret, mox quidem everſa, deinde ſæpiùs & excitata, xciſa eſt.

Jericho quomodo expugnata.

II. *Quis fuit modus expugnandæ vrbis?* ℞det hîc ſcriptura: Circuite vrbem cuncti bel- ores ſemel per diem, ſic facietis 6. diebus. Septimo autem die ſacerdotes tollant 7. buccinas, rum vſus eſt in Jubilæo, & præcedant arcam fœderis: ſeptiesq; circuibitis civitatem, & ſa- dotes clangent buccinis. Cumq; inſonuerit vox tubæ longior atq; conciſior, & in auribus ris increpuerit, clamabit omnis populus vociferatione maxima, & muri corruent funditus tatis: ingredienturq; ſinguli per locum, contra quem ſteterint. Hæc ſumma rei atq; victoriæ a 7. dies obtinendæ. Inchoata porrò eſt iſta circuitio vigeſimo ſecundo die menſis primi, dies azymorum in feſtiua quiete tranſactos, & per otium perſanatis omnibus circumciſis. j; Jerechuntem, vt ait Chryſoſt. hom 21. in ep. ad Eph. Iſraelitæ choreas agentium more ius, quàm bellantium everterunt. Clangentibus ergo tubis, & exercitu vociferante muri o corruerunt. Angelis enim DEi juſſu vim ſuam ex æquo circumquaq; applicantibus, mu- in exterius pomœrium impulerunt, vt parietinis foſſæ, ſi quæ erant, implerentur, & faci- eſſet Iſraelitarum tranſitus, per ruinas dejectis muris aſcendit vnuſquisq; per locum, qui tra ſe erat, ceperuntq; civitatem, & interfecerunt omnia, quæ erant in ea, à viro vſq; ad ierem, ab infante vſq; ad ſenem. Boves quoq; & oves & aſinos in ore gladij percuſſerunt.

Anathema.

III. *Quæ eſt ſignificatio vocis Anathema?* ℞ Anathema aliàs Herem, ſignificat deſtructi- m, & conſecrationem. Seu anathema aliquando denotat rem DEo devotam atq; ſacratam, roinde à nullo homine vſurpandam, vt hîc videre eſt, aliquando res execrabiles, & perni- dignas: aliquando res ab aliarum conſortio ſeparatas. Hîc anathema triplicem illam ſigni- tionem ſortitur, nam DEo conſecratur civitas, homines occiduntur, & nonnulla ſeparan- Denuntiatio autem anathematis hæc fuit v. 17. *Sit hæc civitas anathema Domino, & omnia in ea ſunt; ſola Rahab meretrix vivat cum vniverſis, qui cum ea in domo ſunt,* abſcondit n nuncios, quos dieximus. *Vos autem cavete, ne de his quæ præcepta ſunt* diſperdi, *quippiam ingatis,* ſeponatis ſcilicet & reſervetis in proprium vſum: *& ſitis prævaricationis rei, & om- caſtra Iſrael ſub peccato ſint, atq; turbentur.* Peccato ſcilicet ſacrilegij, & violati voti, quan- uidem omnia erant Domino, quaſi in holocauſtum conſecrata. Pergit. *Quidquid autem au- argenti fuerit, & vaſorum æneorum ac ferri Domino conſecretur, repoſitum in theſauris* . Ut ſic primitiæ civitatum terræ promiſſionis offerantur DEo, qui ſolus hanc civitatem ugnavit. Ad cujus cultum omnia, quæ reſeruabantur, erant applicanda, non humanis vſi- . In cæteris autem vrbibus res aliter habuit.

IV. *Cur in ſpolijs Jericho non purpura & abyſſus, ſed tantùm metalla fuerunt DEo conſecra-* ℞det Abul. q. 25. Profana, vt DEo ſacrarentur, debebant igne purgari, cùm autem ſola aila poſſent ignis flammam ſuſtinere, ſola fuerunt ſeruata.

Rahab cum ſuis liberatio & converſio.

V. *Quæ fuit liberatio Rahab cum ſuis, & eorum ad DEum converſio?* ℞ Joſue in ipſo no in vrbem ingreſſu dixit duobus viris, qui nuper exploratores miſſi fuerant: v. 22. ingredi- i domum mulieris meretricis, & producite eam, & omnia quæ illius ſunt, ſicuti illi jura- nto firmaſtis. Ingreſſiq; juvenes eduxerunt Rahab, & parentes ejus, fratres quoq; & cun- n ſupellectilem, ac cognationem illius, & extra caſtra manere fecerunt. Idq; ad aliquot purgationis; vt ait Cajet. in quibus poſt inſtitutionem in veri DEi cognitione, maſculi umciſi ſunt, & mulieres ablutæ. Deinde inter Iſraelitas tamquam proſelyti habitarunt. Nec icilis fuit iſta converſio. Nam Rahab ipſa in eam vltra magna propenſione pendebat, vt pſius cum exploratoribus oratione intellectum eſt. Eadem fuit mens ac voluntas cognato- ejus, qui DEi Iſraelitarum potentiam ſuper omnes DEos, vel ex murorum prodigioſa diſ- ation experti cognorant. Miraculo vtiq; adſcribendum erat domum Rahab adhærentem ro collapſam non fuiſſe, aliter namq; vel muri vi ſepelirentur ruinis, vel ſimul cum muro ret. Nec aliter à lege potuerunt eximi de omnium Chananæorum internecione, quæ cum exceptione intelligitur: Niſi ſuam ipſi ſuperſtitionem velint cum veri DEi cultu, puraq; re- one mutare.

Jericho vetatur reædificari.

VI. *Quæ fuit imprecatio Joſue contra Jericho?* ℞ Ut quisquis olim vrbem Jericho inſtau- e voluerit, id ei in omnium liberorum ſuorum exitium cederet, ſic vt initium operis eſſet illi tium filij natu maximi, inter ædificandum interirent cæteri, neq; extremam adderet manum, cum morte poſtremi filiorum. Id poſt 537. annos tempore Achabi regis Hieli contigit, vt 3. Reg. 16. 34. quem LXX. vocant Hozan de Bethel, qui in Abiran primogenito ſuo funda- eam, & in Segub noviſſimo ſuo poſuit portas ejus, juxta verbum Domini, quod locutus rat in manu Joſue. Nec fuit animus Joſue in hac imprecatione inhumanus; ſed religioſus po- s & pius. Voluit enim ſubverſam hanc vrbem manere in tumulum ſempiternum, & moni- ntum divini in murorum everſione prodigij, quod extabat, dum non eruderabatur locus, ædificandum.

CAPUT

CAPUT VII.

Cæditur populus Iſrael ad vrbem Hai, propter furtum ex anathem te Jericho. Joſue lamentatur. Achan ſorte deprehenſus juſſu DEi lapidat & omnis familia omniſq; ſupellex igni crematur.

Achani ſacrilegium.

QUæſtio I. *Quod fuit ſacrilegium Achani?* ℞. Vidit inter ſpolia pallium coccin valde bonum, & ducentos ſiclos argenti, regulamq; auream 50 ſiclorum, & conc ſcens abſtulit, & abſcondit in terra contra medium tabernaculi ſui, argentumq; in ſam dejectum, humo operuit, & quidem conſciâ familiâ, vt ex communi pœna col poteſt. Vocatur furtum hoc ſacrilegium, quia ſibi vſurpauit, quod DEo fuerat ſolemniter c ſecratum. Hoc furtum coccini videtur præfiguratum olim fuiſſe in ortu *Zaræ* abavi hujus *Ach* dum illi jam jam naſcituro, & è matris vtero manum protendenti obſtetrix coccinum allig Gen. 38. v. 27. quia ſcilicet ex poſteris ejus futurus erat hic Achan, abnepos illius, qui co neam veſtem ſacrilegè furaretur, adq; ita publici luctus cauſam daret. Ita Serarius.

Iſrael omnis prævaricatus.

II. *Quomodo vno peccante, dicuntur v. 1. filij Iſrael prævaricati eſſe mandatum, & vſurp de anathemate?* ℞. omnis Iſrael dicitur prævaricatus, aut per Synecdochen vt Matt. 26. v *Videntes diſcipuli indignati ſunt*, cùm Joan. 12. v. 4. vni Judæ crimen adſcribatur; aut quia dus, non cum ſingularibus, ſed cœtu omni, vt dicunt, collectivè initum fuerat, quod ab i violatum erat, ſiue vnus aut alter in cauſa fuiſſet, ſic enim vno membro ægrotante totum c pus malè vexatur, ac ſenſu doloris torquetur; ſic in vno corpore politico, vt communis eſt ta, & conditio, ita etiam vitiorum, virtutumq; opera communia eſſe cenſentur, & ab vno m bro in alia aut virtutis gloria, aut ſceleris derivatur infamia.

III. *Quis ſenſus verborum* v. 9. ET QUID FACIES MAGNO NOMINI TUO? ℞ Tirinus q. d. Quòd omnes nos pereamus, & nomen noſtrum funditus exſtirpetur, cùm v ſimus homunciones & terræ filij, parvum fortè detrimentum cenſeri poſſet, imò nullum, ſi ſeipſum ſpectetur. Tuum verò nomen, ô DEus, quod magnum eſt, debito honore & gl non celebrari, quin verò contemni, derideri & exterminari, ejuſmodi eſt, vt damnoſius, exi lius & exitioſius eſſe nihil poſſit, & tamen ita futurum, ſi tua contra nos ira perſtet, noſq; jam incipis, metu, fuga, cæde pergas coram Chananæis affligere. Deinde, ſi omnino nos p pter ſcelera noſtra punire decreviſti, mille alij modi ad manum tibi ſunt, quibus id citra ja ram tui honoris facere poſſis, tuæ ſaltem conſulas gloriæ divinæ, vt fidelis & conſtans h aris in promiſſis tuis de Chananæa nobis donanda. Deniq; ſi Hebræos penitus deleas, quæ a gens colet nomen ſanctum tuum, cùm omnes illud ignorent.

Achan cauſa ſorti commiſſa.

IV. *Quomodo cauſa Achan ſorti commiſſa eſt* v. 14. QUAMCUNQUE TRIBUM SORS VENERIT? ℞ ex his verbis apparet, non ſolùm inſtinctu, ſed & juſſu divino adhibitas fuiſſe ſortes, quo caſu non licitum modò, ſed infallibile eſt tale ſcrutinium. Aliàs, licet ſor naturâ ſuâ malæ ac vetitæ non ſint, niſi fortè ex malo fine, vel materia vel forma, vel mo ſuperſtitioſo vitientur, tamen ſemper incertæ atq; fallibiles ſunt. Hinc jure (cauſa 26. q. 5. ſortes, & tit. de ſortilegijs c. in tabulis) tam Eccleſiaſtico quàm civili prohibentur adhib ad exquirenda furta, ſcortationes, & alia crimina incerto auctore commiſſa, item ad Eccle Præſules eligendos c. Eccleſia veſtra tit. de ſortilegijs. Neq; enim vlla in ſortibus vis eſt naturalis ſeu ſupernaturalis ad tale quid indicandum. Unde niſi conſtiterit DEum ſpeciali m do ijs ſeſe admiſcere, fruſtra & vanæ ſunt.

Quomodo lapidatus Achan cũ Deus juſſit comburi.

V. *Quomodo v. 25. dicitur* LAPIDAVITQUE EUM OMNIS ISRAEL, *cum DEus v. juſſerit eum comburi?* ℞. Serarius, prius vivum exuſtum, poſtea lapidibus in cadaver ſævitu Maſius & lapidatum vivum & exuſtum vivum arbitratur. Dum, inquit, Achan deducitur, d rogus ſtruitur, incenditur, conſcenditur, populus placandi Numinis avidus, à jaciendis lapi bus non continuit manus. S. Aug. q. 9. ſuper Ioſue ait nomine ignis quamcunq; mortem i telligi potuiſſe. Joſue autem intellexiſſe, velle Dominum, vt lapidaretur. [Nam, inquit, ne ad intelligendum verba Domini quiſpiam potuit eſſe ſapientior, neq; ad faciendum quiſqua obedientior. Unde magis quærendum eſt, cur lapidationem ignem appellaverit Dominus, quà credendum, IEſum aliud feciſſe, quàm juſſerat Dominus] hæc ille. Notat autem Salianus n mine ignis aliam etiam mortem ab Hebræis ſolere intelligi, confirmat ex Jer. c. 29. 22. vbi d ſenes dicuntur in igne à Rege Babylonis occiſi, qui tamen Dan. 13. dicuntur lapidati. Nam pœnâ affecti fuerant, quam Suſannæ inferre voluerant, quam adulteram calumniabantur. U 38. 24 etiam illud notandum, Danielem vtriq; ſenum ſeorſim dicere, adeſſe Angelum Domin qui eos medios ſecet & interficiat, qui tamen lapidibus obruendi erant. Sic Thamar Gen. edu jubetur, vt comburatur, quòd fornicata eſſet, cùm tamen fornicatio incendio non puniretu imò nec morte quidem, aut certè leviore. Combuſtio ergo univerſè, pro morte, aut alia po na ibi ſumitur. Gehenna enim ignis dicitur, quamvis ſit locus omnis generis tormentorum.

VI. *Qu*

VI. *Quomodo filij Achan pari morte affecti sunt*, cùm Deut. 24. v. 16. dicatur: *Non occi-detur patres pro filijs, neq; filij pro patribus, sed unusquisq; pro peccato suo morietur*? ℞. Vel filii in culpa fuerunt, patri consentientes, & sic pro sua culpa puniti sunt: vel innocentes, & tunc Deus supremus Dominus vitæ & mortis, temporalem vitam horum auferre potuit, non solùm in parentis pœnam, qui eorum supplicio maximè cruciabatur; sed etiam ad bonum totius populi, cui hoc facto maximus incutiebatur timor, ne deinceps auderent jussa DEi violare, videntes se, & in se & in sua posteritate perituros. *Achan filij cur morte affecti?*

VII. *An damnatus sit Achan?* ℞. dubitat S. Aug. Affirmat Cassianus & Concilium Aquisgranense sub Pipino. Sed verisimilius est, salvatum esse, ob insignem pœnitentiam, & sceleris humilem confessionem, & quia, cum posset occultare sese, & judicium pœnamq; fugere, noluit. Ita Rabbini omnes, & Cajet. Tost. Masius, Serarius & Tirinus.

CAPUT VIII.

Expugnata urbe Hai, rex ejus suspendio necatur. Deuteronomium inscribitur lapidibus. Benedictiones è monte Garisim, maledictiones è monte Hebal proclamantur.

QUæstio I. *Quomodo occupata civitas Hai, & victoria obtenta?* ℞. Surrexit Josue cum 30. millibus electorum virorum, quorum quinq; millia nocte præmisit, vt occuparent locum insidijs idoneum, sed civitati vicinum, vt egressis hostibus ad persequendum Israelitas in conspectu positos, ipsi vrbem occuparent, & fumo signum captæ vrbis sodarent. Ipse cum 25. millibus venit, sed non omnes in vrbis conspectum se dederunt, ne forti Haitæ multitudine prodire non auderent. Cùm ergo Rex Hai modicam vidisset multitudinem, egressus est cum omni exercitu civitatis, nemine in præsidium vrbis relicto, ignarus insidiarum, quæ à tergo latebant, Josue verò, & omnes ejus socij cesserunt loco simulantes metum, dum autem eos Haitæ animosè persequuntur, Iosue jussu Domini in sublime clypeum attollit, in signum ijs, qui erant in insidijs invadendæ vrbis, quod & fecerunt, statimq; igne excito, fumo captam vrbem socijs indicarunt. Ergo Iosue converso vultu cum socijs acriter hostem repellere ac cædere cœperunt; cùm illi qui vrbem ceperant, contra suos venientes, hostes in medio à fronte & à tergo conciderunt. Iisq; interfectis, in vrbem Hai profecti, reliquos omnes ad mulieres usq; parvulosq; peremerunt, 12. millia numero. Jusserat enim Dominus Deut. 20. 16. 17. nullum vt omnino de Chananæis istis vivere permitterent. Jumenta autem & prædam civitatis diviserunt sibi filij Israel, totam rem Iosue ordinante, vt & præsentes, & qui in Galgalis jussi remanserant, ejus participes fierent. Tum demum *succendit vrbem & fecit eam tumulum sempiternum*. Voluit scilicet illam in acervum lapidum redactam, nullo umquam tempore, sicut nec Iericho restaurari. Cæterum Hai quoq; posterioribus sæculis restauratam, ab hominibus, vt videtur, loci opportunitatem secutis ex libris Esdræ constat. 1. Esd. 2. 27, & 2. Esd. 7. 32. Urbis porrò istius regulum, qui vivus in potestatem Iosue venerat in crucem egit, & ad occasum solis de patibulo amovendum curavit: *projeceruntq; ejus cadaver ad ipsum introitum civitatis, congesta super illud magno lapidum acervo*, qui ad multos permansit annos. *Hai civitas occupata.*

II. *Cur Josue clypeum in sublime erectum tenuit, donec interficerentur omnes habitatores Hai?* ℞. quia victoriam Dominus huic ceremoniæ alligarat, vt victoriam de Amalecitis extensioni manuum Mosi, vt Cajet. observavit. Potuit simul etiam esse signum exurgendi ex insidijs, illis qui occupaturi erant civitatem. Verùm qua ratione notari potuerit clypei elevatio tradit Chaldæus, dum innuit in hasta elevandum: *eleua in hasta, qua in manu tua.* Vatablus sic vertit: *Leva hastam, quæ est in manu contra Hai.* *Clypeus erectus.*

III. *An insidias ponere licitum fuerit, cùm mendacij, fallaciæq; speciem præseferre videantur: mentiri autem & fallere virum probum, nec in bello decet?* ℞. præterquam quòd DEus ipse insidias moliri præcipiens, factum Iosue approbat, viro bono ea tantùm fraus & dolus reputatur, qui justitiæ adversatur; insidias autem struere in justo bello æquitati non adversari quis non videat? Nam, vt docet S. Thom. 2. 2. q. 46. citatus à Serario, *Non sunt insidiæ propriè fraudes, cùm neq; justitiæ, nec ordinatæ voluntati repugnent.* S. Aug. hic q. 10. ex hoc DEi ad Iosue consilio apertè constare in bello justo stratagemata & insidias licere docet. S. Hieron. in Ezech. 17. scribit: *Prudentiæ est, & fortitudinis vel decipere, vel fraudare adversarium, utcumq; potueris.* Si tamen data fides vel juramentum non intercedat. *Insidias ponere an licitum.*

IV. *Quomodo intelligenda verba v. 28. FECIT EAM TUMULUM SEMPITERNUM?* ℞. Chaldæus legit: *tumulum desolationis, usq; in sæculum.* LXX. *tumulum inhabitabilem.* Verbum Hebræum *Gholam*, hoc est in æternum non significat sæpe tempus non metatum, sed diuturnum prolixumq;. Unde Benjamitæ, qui Nehem. 11. v 33. hanc incoluisse civitatem referuntur, Iosue edicta non contempserunt; præcesserant namq; jam plura sæcula. Civitatis deflagratio Iosue ascribitur, vnde liquet à grassanti milite temerè exustam non fuisse. *Tumulus sempiternus.*

CAPUT IX.

Gabaonitæ simulatione longi itineris imponunt Josue & principib[us] Israel, qui interposito juramento spondent ipsis incolumitatem. Insecu[to] tamen murmure, perpetuo famulitio adstringuntur.

Israelitæ ineunt cum Gabaonitis fœdus.

QUæstio I. *An Israelitæ cum Gabaonitis fœdus percutere potuerint?* ℞. Vetitum n[on] fuisse, si pacem ab Israelitis peterent, suamq; terram, vrbes, & fundos illis tamqu[am] veris à DEo constitutis Dominis vltrò concederent: atqui hæc omnia faciunt hîc G[a]baonitæ, cùm toties se fatentur servos Israelitarum, illis supplices fiunt, illorum sa[cra] suscipiunt. Quin Deut. 20. v. 10. expressè mandat DEus, *pacem offerri vrbibus* priusquam exp[ug]nentur: quod etiam ad Chananæos extendendum fuisse fatentur Rabbini. Ita S. Aug. Lyr[an.] Cajet. & alij.

Israelitæ tenebanturne juramento?

II. *An emisso juramento ad servandum fœdus fraude initum, cogebantur?* ℞. Lyran. Cajet. censent Israelitas ad fidem servandam juramento teneri; nam lex fœdus prohibens [in]telligenda erat de non percutiendo fœdere cum induratis in idolorum cultu, non verò cum [pa]ratis ad nomen veræ religioni & vnius DEi cultui animitus dandum. Serarius & Abul. cens[ent] Israelitas juramento illo minimè obstrictos, rationem dat Serarius, quia fuit error in corp[ore] contractus, qui contractum vitiat, vt habetur l. 19. de cond. emption. Nam Israelitæ Gabao[ni]tarum fraude delusi putaverunt se cum hominibus, non Chananæis pacisci, nec inirent fœd[us] si Chananæos scivissent: ergo in corpore hujus pacti ingens error, & quidem regula commu[nis] est: *promissionem sub fide falsæ assertionis partes non obligare.* Idem sentit Naxera, qui ait: d[ato] quòd lex illa de non percutiendo fœdere cum Chananæis non esset irritans, sed solùm pro[hi]bens, & quòd solùm vetaret pactum cum idololatris, non tamen cum illis, qui religionem H[e]bræorum susciperent; fœdus tamen & juramentum fuit irritum; nam error non fuit circa [ad]jacentia, seu accidentia promissionis, sed circa ipsum formale motivum; errorem autem ci[rca] motivum formale promissionis, promissionem nullam reddere, certius est, quàm vt probat[io]ne sit opus. Videntur tamen principes sibi persuasisse teneri se hoc quali quali juramento. vi[de] colligas, quanta tunc fuerit nominis divini reverentia & religio. Notat hîc Tirinus, Heb[ræ]os, cùm fraude cognita primum nihilominus pactum ratum esse voluerunt, vt licitè potera[nt,] deinde verè obligatos fuisse. Unde & postea, cùm Saul hoc fœdus violasset, grauissimè id v[indicavit] est DEus 2. Reg. 21.

An Israelitæ fidem datã rectè servarunt.

III. *Cur hîc v. 14. reprehenduntur, quòd* OS DOMINI NON *antea* INTERROG[A]VERINT? *Cur v. 18. multitudo contra id factum murmurat?* ℞. Quia licet fœdus cum [i]s inire licuerit, nimis tamen temere & præcipitanter in re tanti momenti, non satis excussa [&] explorata legatorum fide se gessisse, & jurejurando obstrinxisse videntur.

Gabaonitarum pœna.

IV. *An rectè fecerint Israelitæ fidem datam seruando?* ℞. alij negant, quia diffinition[em] incautam non seruare, non est prævaricatio, sed temeritatis emendatio, vt habetur cap. 1. I[l]bertini Concilij, & apud Gratianum 2. 2, q. 4. cessante ergo fœderis obligatione, redibat le[gis] obligatio; non ergo rectè jusjurandum servarunt. Alij tamen affirmant, quia ita ex div[ina] revelatione aut inspiratione factum, ita videtur sentire Abul. q. 30. 31. 32. aut quia se sacram[en]to non obstrictos ignorabant. Tamdem quia eo facto ostendebant, quanti facienda esset ju[s]jurandi religio. Certè cùm lege non esset vetitum admittere, qui ad Hebræos ritus, spretis j[am] idolis transirent, ac juramento promissam fidem non violare & auctoritatis decus, & religio[nis] esset cultus, optimè Josue, populiq; Principes Gabaonitis incolumitatem denuò statuerunt.

V. *Quæ erat mulcta aut pœna fraudis Gabaonitarum?* ℞. ligna debebant cædere & aq[uas] comportare v. 21. & primò quidem toti populo, totisq; castris, vnde à Josepho servi pub[lici] seu calones vocantur, sed successu temporis maximè sub Davide & Salomone solius taber[na]culi & templi vsibus subseruisse leguntur. & Nathinæi 1. Esd. 2. v. 43. vocati sunt, id est, *do[na]ti.* Ita S. Hieron. Masius, Ribera & Abul. qui etiam hinc constare dicit, Gabaonitas circumc[isi]onem, & reliqua sacra Judaica suscepisse: neq; enim potuissent aliàs his templi servitijs ad[hi]beri.

Gabaonitæ ubi habitarunt.

III. *Ubi habitarunt Gabaonitæ?* ℞. Non est dubium eos possessionibus suis cessisse. N[am] Gabaon Sacerdotibus attributa, Benjamin *Cephira & Beroth*, Juda tribui Cariathiarim, perm[issi] tamen sunt in vrbibus suis manere usq; ad terræ divisionem, qua peracta educti & per va[ria] loca distributi sunt, saltem tabernaculo propinquiora, è quibus ad suam lignationem, aqua[ti]onemq; per vices statis temporibus accurrerent. Et sicut Sacerdotibus ac Levitis erant assign[ata] certa jura è quibus sustentarentur; ita & Gabaonitis de commoda sustentatione per princi[pes] prospectum fuit, forsan ex eleemosynis, & donarijs sanctuarij, quæ ad id abunde sufficere [po]terant. Ita Abul.

CAPUT

CAPUT X.

Quinq; reges oppugnantes vrbem Gabaon, immoto sole integri diei [spa]tio, deuincuntur, & ex spelunca extracti suspendio necantur. Plures [ta]m alij reges & vrbes exscinduntur.

QUæstio I. *Quomodo Rex Hierusalem Adonisedec, & cæteri 4. cum quibus obsedit Gabaonitas* secundum LXX. primò Reges Jebusæorum, cùm ad eos obsidendos venerunt, postea verò reges Amorrhæorum dicantur ab ipsis Gabaonitis, quando nuntios miserunt ad Josue, vt sibi subveniret? ℟. Amorrhæos vocant communi omnibus Chana[næis] appellatione: vocabantur namq; omnes illæ gentes & Chananæi & Amorrhæi quasi ge[neri]cè, etsi peculiaris fuerit Amorrhæorum species. Hos ergo Reges Amorrhæos appellant [non] speciali titulo, sed communi vocabulo.

II. *An cùm sole steterit & luna, omnesq; orbes cælestes?* ℟. Affirmat Abulensis, quia ali[às m]ajus fuisset, novumq; miraculum, quòd sole stante, cæli & stellæ cæteræ mouerentur, ma[jorq]; fuisset in cælis & terra, eaq; continua rerum perturbatio. Quare tunc non fuisset tem[pus] quod est mensura motûs primi mobilis: hic enim motus tunc cessabat: fuit tamen tempus, [id e]st, duratio, quæ existentiam rei cujusq; comitatur, cujus mensura erat duratio cæli & pri[mi m]obilis. *Cum sole stetit & luna.*

III. *Quotâ horâ diei stitit Josue solem?* ℟. Lyran. Vatab. Serrarius; Salianus, & alij cen[sent] solem fuisse in meridie, cùm eum Josue stitit: prævidens enim non satis fore temporis post [mer]idiem ad consummandam victoriam, in meridie solem stitit: vnde hîc dicitur *stetisse in medio cæli*. Sed medium cœli potest vbiq; constitui. Et Hebræi tò *in medio* sæpè sumunt more [sua]i, non geometricè, vt in medio cæli idem sit, quod in ipso cælo, vel hemisphærio nostro, [vt C]hristus dicitur sepultus *in corde terræ*, id est, in ipsa terra: non enim fuit sepultus in ejus [cord]e, id est, in medio Matt. 12. v. 40. Alij non minùs probabiliter censent solem tunc fuisse [pro]ximum occasui. Ideo enim jussit eum stare Josue, quia jam occidebat, & hostis per tenebras [facil]is euasisset: in meridie enim non erat causa eum sistendi, cùm adhuc dies futura esset per [6. v]el 7. horas, quibus hostes persequi poterat. Ita Abul. Dionys. Hugo, Corn. idq; significatur [cùm] cùm dicitur: *non festinauit sol occumbere*. q. d. Sol erat jam vicinus occasui, ad eumq; [festi]nabat, sed ad verbum Josue stetit, non occubuit. *Solem quâ horâ stitit Josue.*

IV. *Quantus fuit hic dies & quot horæ ei sunt additæ?* ℟. In Judæa diem longissimum, [qual]is est in solstitio æstivo (sub quod hæc pugna contigisse videtur Cornelio) non esse 18. vt [q]ui volunt, sed 14. duntaxat horarum. Jam Chaldæus Paraphrastes asserit hunc diem fuisse 36 [hor]arum: quare cum dies artificialis esset 12. horarum, DEus stare fecit solem per 24. horas, [quæ] additæ 12. jam dictis faciunt 36. ita S. Dionys. Pro eadem sententia citatur S. Justinus Dia[l.] contra Tryphonem, quasi senserit diem istum fuisse 36. horarum, ita vt præter 12. horas na[tura]les, additæ ei fuerint 24. horæ supernaturales, dicitur enim hîc sol stetisse *spatio unius diei*, [quo]d ipse de die naturali 24. horarum accipit. Verùm potiùs id accipiendum videtur de die [arti]ficiali: hæc enim sola lucem præbuit, idq; innuit Siracides Eccl. 46. 5. *& una dies facta est [qua]si duo*. q. d. dies, quæ solet esse 12, vel in solstitio æstivo 14. horarum, facta est 24. vel 28. [ho]rarum. Stetit ergo sol per 12. vel ad summum per 14. horas, hæ enim abunde sufficiebant ad [con]summandam victoriam. *Quot horarum dies.*

V. *Quomodo dicitur* v. 14. NON FUIT ANTEA, NEC POSTEA TAM LONGA DIES? [℟.] intelligendum usq; ad tempus illud, quo hæc scripta sunt. Nam postea Isaias c. 38. 10. re[tro]egit solem ad 10. lineas. Unde S. Dionys. ad Polycarpum censet illum diem fuisse 32. hora[ru]m; cùm hic Josuanus fuerit tantùm 24. vel 28. horarum: quamquam alij probabiliter cense[ant], illum Isaiæ diem 15. duntaxat fuisse horarum. Multi etiam alij eximij Sancti simili modo [sol]em stitisse memorantur. Ita S. Abbas Mutius proficiscens ad visitandum ægrum solem oc[cum]bentem stitit, vt refert Ruffinus l. 2. Vitarum SS. Patrum c. 9. Eodem modo similiq; de [cau]sa solem stitisse dicitur Bessarion l. 6. Vitarum SS. PP. c. 2. vbi & alius senex idem fecisse [nar]ratur. Notat tamen Cornel. his & alijs casibus non verè stetisse solem. Hoc enim notassent [ast]rologi totius orbis. Nec tanto miraculo opus erat, poterat enim alio adminiculo tale iter [&] pugna peragi, nimirum poterat DEus producere lucem, quæ eis præluceret, vti fecit filijs [Isr]ael Exod. 10. 23. *Dies longior Josue, quàm aliàs.*

VI. *Quomodo v. 42. dicitur Josue* UNIVERSOS REGES ET REGIONES UNO IMPETU [CE]PISSE? ℟. idem est, ac vna paucorum dierum expeditione. Nam expugnatio illa hostium, [&] vastatio vrbium continuata fuit, postquam suppetias Gabaonitis laturus adventavit Josue, [ne]in aliquo infausto eventu intermitteretur: Et quidem, ne vel vno Israelitarum, in tot præ[lii]s desiderato Quàm felix, quàm certa panoplia, DEi auxiliaris manus? exclamat Tirinus. [Ple]ni sunt historici libri cælestibus id genus auxilijs, & vt Mosis, vt Samuelis, vt Davidis, vt Eze[ch]iæ, vt Machabæorum, aliaq; veteris testamenti miracula sileam, quis non stupeat in nova le- *Auxilium Dei in bello.*

 ge

ge præſentem DEi dexteram in ſubminiſtrandis ad primam precem pluvijs & adverſus hoſ
fulminibus legioni Chriſtianorum jam inde dictæ fulminatrici, vt refert Euſeb. l. 5. hiſt.
Et orante S. Jacobo Niſibenſi Epiſcopo à muſcis & culicibus fugatas Perſarum formidabiles
pias? à S. Amiano Aurelianenſi Præſule tonitruis & fulminibus abactum Attilam? Nonn
gentilis Pòëta Claudian. l. 1. de Honorij Conſulatu Theodoſio adgratulatur?

O nimiùm dilecte DEO! cui fundit ab antris
Æolus armatas hyemes: cui militat æther
Et conjurati veniunt ad claſſica venti.

CAPUT XI.

Rex Jabin cum pluribus alijs regibus, vrbibus ac populis à Joſue pugnatur.

Multitudo populi.

QUæſtio I. *Qualis locutio* v. 4. POPULUS MULTUS NIMIS, SICUT ARENA Q
EST IN LITORE MARIS? ℞ eſt hyperbolica, vſitata, cùm rerum multitudo nun
ægre definiri poteſt, tunc enim ſtellis cœli & arenæ maris comparari ſolet. Exemp
eſt Gen. 22. v. 17. Joſephus l. 3. c. 2. hujus multitudinis certum definit numerum
enim peditum numerum fuiſſe myriades 30. id eſt trecenta millia, Equitum myriadem, id eſt
millia, curruum duas myriades, id eſt 20. millia. Quamvis autem Arias Montanus & Maſius
fidem non habeant, & vnde numerum ita determinatum ſcire potuerit, non conſtet, longè
men à vero non aberraſſe, & tantam militum multitudinem fuiſſe probabile eſt, tum ex hi
ria Regum Juda, & Iſrael, nam Rex Jeroboam 800000. vnam in aciem eduxiſſe legitur
Paral. c. 13. & vno prælio amiſiſſe 500000. tum quòd hæ copiæ potiſſimùm collectæ eſſen
Galilæa, quam provinciam quippe fertiliſſimam ita populo frequentem fuiſſe ex Joſepho d
Adrichomius in Nephtalim Num. 50. Eandem populi frequentiam videtur Joſephus trib
etiam Samariæ & Judææ l. 3. captivit. c. 4. Idem l 8. c. 45. refert, vno Paſchatis feſto vnic
vrbe Hieroſolyma mactata eſſe agnorum ducenta 50. millia ſexcentos; jam verò ſi in ſin
agnorum capita numeramus viros 10. (omiſſis mulieribus, pueris & miniſtris, quibus de a
paſchali veſci non licebat) aſcendet virorum numerus ad duos milliones, quingenta, 65. mi
jam ſi etiam reliquas Palæſtinæ partes cenſeamus, invenietur incredibilis hominum multit
cùm tamen Ludovicus Guicciardus diligens computator in 17. Belgicis provincijs dicat b
etiam temporibus non fuiſſe niſi tres capitum humanorum milliones. In Anglia verò tota
vltra duos. In Italia, exceptis Inſulis, duplo plures, quam in hac vtraq; id eſt, ad 10. mi
nes adeo vt in ſola Palæſtina videantur fuiſſe plures homines, quàm nunc in tota Italia.

Equos ſubnervare.

II. *Quid eſt equos ſubnervare* v. 9.? ℞. eſt pedes & crura ijs incidere, vel eos in
crurum nervis, tanquam vinculis diſſolutis, prorſus debilitare, inutilesq; reddere. Cui enim
equus, cui crura & pedes aut nulli aut inſecti? Hebraicum verbum valet, quaſi *fundamentu
radicem auferre*, quia crura equorum fulcimenta ſunt ac fundamenta. Sed cur hoc fecit Jo
quia præceperat Dominus ſupra v. 6. Cur verò præcepit Dominus? quia equis vti nolebat I
elitas. Nam ſanè hoſtium alioqui greges, pecora, & jumenta in prædam, niſi ſecus à Dom
juſſum, aut ei ab Iſraelitis votum eſſet; poterant iſti capere, & verò capiebant, vt Num. 3
32. poſt Madianitici prælij victoriam, fuit præda, quam exercitus ceperat, ovium 675000. Bo
72000 Aſinorum 61000. Cur ergo equorum ſubnervationem & diſperditionem juſſit Domi
ne illis vterentur Iſraelitæ.

Equorum uſus.

III. *An quia Iſraelitis nuſquam moderatus equorum vſus prohibitus, ijs aliquando vſi*
℞ Ante Moſaicam legem videntur equos Iſraelitæ habuiſſe Gen. 47. 17. Poſt legis verò pro
gationem, ante Salomonis tempora nullum neq; apud privatos, neq; apud Optimates aut R
Iſraeliticos vllum equorum lego vſum: hujus verò tempore cœpit vſus 3. Reg. 4. 26. c. 9. 2
10. & ſeqq. 2. Paral. 1. 16. & ſeq. & deinceps manſit, valdeq; invaluit 4. Reg 3. 7. & alibi
vt multitudinem ac pompam reprehenderent prophetæ Iſa. 2. & 31. Jer. 6. 23. Oſeæ 14. 4. A
2. 15. Zach. 10. 5. pſ. 19. 18 pſ. 75. 7.

Equorum uſus in bello cur vetitus.

IV. *Cùm liceret moderatum equorum numerum tam regibus quàm privatis habere,
hiſce ab hoſte captis exitium inferri voluit Dominus?* ℞ *imò* ne divina diminueretur glo
cùm enim equus bellicoſum & pugnax ſit animal, provt Job 39. graphicè Virgilianis pœn
Georgicorum 3. & Æneid. 4. coloribus depingitur, ſi eo ad bella vterentur Iſraelitæ horum c
rà magis, quàm DEi ope viderentur vincere. *2dò* ne ipſorum in ſonipede potiùs, quàm in I
ſpes figeretur Prov. 21. v. 30. *Equus paratur ad diem belli: Dominus autem ſalutem tribuit.*
Ne ſi eos Chananæis divenderent, ab ijſdem rurſus poſtea detrimentum acciperent.

Chananæorum reliquiæ.

V. *An Joſue nullas dimiſerit Chananæorum reliquias cùm dicatur* v. 9. PERCUSSIT
SUE OMNES, UT NULLAS DIMITTERET EX EIS RELIQUIAS & v. 16. *Chananæam to*
dicitur occupaſſe, rurſum v. 19. *Omnes bellando cepit.* At verò Chananæos quàm plurimos
rumq; vrbes & loca plura Joſuani belli hujus tempeſtatem evaſiſſe docent ſatis libri regum
qui

...ous à Davide ac Salomone primum ſub Iſraelitarum ditionem veniſſe terram totam legi... ℞det S. Aug. q. 17. Joſue cepiſſe omnia, *non quo ad ſingula, ſed quo ad maximas & ge...les partes,* verbi cauſa, montanam, meridianam & ſimilia v 16. Addit Maſius, nullos fuiſſe ...luos Chananæos, qui bellum tunc proſequi ac inferre auderent, quiq; terræ partitionem ...edire poſſent. Corn. putat nonnullos fugâ vel tum vel antea evaſiſſe, qui paulò poſt mor... Joſue vires receperint, vrbesq; reſtaurarint ac novos reges ſibi crearint, qui Hebræos ve...int & afflixerunt, patet Jud. 4. v. 2. vbi poſt 130. annos Jabin Rex Aſor dicitur per 20. an... dominatus Hebræis. Unde veriſimile eſt, Jabin fuiſſe commune nomen Regum Aſor, vti ...um Ægypti commune nomen fuit Pharao, deinde Ptolomæus; ac Regum Syriæ nomen erat ...iochus. Simile accidit in Madianitis, qui exciſi à Moſe Num. 13. rurſum ſuccreverunt, & ...m bella moverunt Iſraelitis, vnde à Gedeone proſtrati ſunt Jud. 6. Sic & Hebronitæ à Jo... ſucciſi, rurſum vires vrbemq; Hebron receperunt, & à Caleb devicti ſunt.

VI. *Quomodo Joſue Gigantes, eorumq; vrbes Hebron, Dabir & Anab delevit, cùm poſt ...tem Joſue id fecerit Caleb & Othoniel?* Toſtatus ℞det, hæc per anticipationem dici, victo... nimirum, quam Joſue contra Chananæos incepit, poſteros ejus perfeciſſe: dicitur autem ...e interfeciſſe Enacim, licet non ipſe ſed poſteri ejus fuſo ſanguine eos occiderint, quia ipſe ... timorem mortis incuſſit. Melius reſpondet Maſius: Enacim partim cæſos, partim in fugam ...ſue actos eſſe, & ex Hebron, Dabir & Anab profugos, ſe recepiſſe in Gazam, Geth & Azo..., quæ erant vrbes Philiſtinorum. Unde poſt mortem Joſue viribus reſumptis, majorum ſu...n ſedes, ſcilicet. Hebron, Dabir & Anab recuperarunt, donec tandem à Caleb & Othoniele ...litus fuerunt deleti.

CAPUT XII.

Enumerantur Reges 31. citra & vltra Jordanem, quos Moſes & ...ue devicerunt.

QUæſtio I. *Unde tot Reges?* ℞ Non eâ potentiâ, majeſtate, vrbium, terrarumq; amplitudine fuerunt Reges iſtiuſmodi, qnanta hodie noſtrates ſunt: ſed ſingularum ferè vrbium paulò majorum Domini, præſertim ſi municipia quædam acceſſiſſent, pleriq; profectò non tanti, quanti hodie ſunt comites & Barones nonnulli, vel certè, haud multò ...ores. Hanc autem Regum rationem apud quoſdam olim fuiſſe commonſtrat Ariſt Polit 3. ...bo l. 16. Plin. l. 6. c. 9. *Strategia vel præfectura olim,* ait, *regna erant,* & c. 25. Reges Æthi...n 45. traduntur. Genebrardus in pſ. 134. Reges appellabant illa ſæcula, quotquot ſummum ...ais regionibus tenebant imperium tametſi anguſtè circumſcriptis. *Regum multitudo.*

II. *Quot annorum ſpatio reges iſtos Chananæos omnes, eorumq; regna ſub Iſraelitarum ...nem redegit Joſue?* ℞ Longum quidem c. præced. v. 18. notatur tempus, id tamen non ...itur. Definitum tamen eſt à Joſepho l. 5. c. 1. quinquennale, ab alijs verò ſeptennale, quod ...oris eſſe calculi manifeſtum ſatis evadit ex cap. 14. v. 10. Ubi poſt bellorum iſtorum finem, ... de dividenda terra ſermo eſſet, dixit Caleb: *quadraginta & quinq; anni ſunt, ex quo locu...eſt Dominus verbum iſtud ad Moſen, quando ambulabat Iſrael per ſolitudinem. Hodie 85. an...um ſum.* Ecce ait ſe 85. annorum eſſe, & ab eo tempore, quo cum alijs exploratum terram ...ſus erat, effluxiſſe annos 45. Miſſus autem erat anno Ægyptiaci exitus ſecundo, ſubtrahan... igitur ex illis 45. annis anni 38. quibus, poſt illud Ægyptiaci egreſſus biennium, in ſolitudi...verſati ſunt, & reſidui ſunt anni 7. quibus bella hæc geſta. Ita Theodor, q. 16. Abul. c. 11. ...ſius, Serarius & alij. *Tempus belli.*

III. *An ad pacem ac deditionem initio horum bellorum Joſue invitavit Chananæos?* ℞det ...ſius non aſſentiendo Rabbinis aſſerentibus, quòd Joſue ſimul ac promiſſam terram attigit, ...ras ad Chananæorum populos, civitates, Regesq; miſerit, ipſosq; ad pacem deditionemq; ...itaverit, bonasq; & æquas ijs, qui depaciſci vellent, conditiones obtulerit, putat tamen pa... illis oblatam eſſe. Nam ſanè ipſa æquitas dictat, bellum, niſi denuntiatum videri juſtum, ...; hoc ita apud omnes gentes ſemper. Quin Moyſes ipſe DEi interpres jubet, cùm ad vrbem ...eſſeris, non prius oppugnabis eam, quàm pacem ipſi obtuleris. Idq; Nehmannus, Len F. Ge...is Kimhi, atq; adeo vniverſa ferè Judæorum turba, non ſolùm de peregrinis vrbibus, verùm ...m de Chananaicis accipiendum eſſe cenſent. Neq; vllam gentem præter Moabitas & Am...nitas non eſſe ad pacem invitandam putant. De his enim duabus nationibus ſingularia ex...t DEi juſſa, in hanc ſententiam. Non petes ab illis pacem: neq; id, quod illis commodum ſit. *Pax oblata*

IV. *An propter Joſue metum aliqui ſe in ſpeluncas Chananæorum abdiderint, alij verò in ...iones alias præſertim Lybiam ac Germaniam fugerint?* ℞ In hiſtoria Lauſiaca Palladij hæc ...ba ſunt c. 106. *In Amorrhæorum ſpeluncis, quæ ſunt in Hiericho, quas olim conſtruxerant ...ientes JEſum Nave, qui tunc populabatur alienigenas &c.* In alias verò regiones fugiſſe ...nnullos teſtantur non contemnendi auctores. Et de Lybia quidem ita Evagrius l. 4. Hiſt. ...cleſ. c. 18. [Narrat Procopius rem, quæ ad ſuam ætatem minimè literis mandata fuit, valde *Chananæi fugitivi.*

tamen mirabilis, & omnem prope superans admirationem, sic namq; scribit: Maurisios gen Lybiæ ejectos. Palæstinâ in Lybiam demigrasse. Hos verò Gergeseos & reliquas gentes, sacra memorant eloquia, à Josue filio Naue expugnatas. Remq; ita se habere argumentum pit ex epigrammate, quòd literis Phœnicum conscriptum ait se legisse: illud autem prope for esse, in quo loco duæ extant columnæ ex albo lapide fabricatæ, in quibus incisa sunt verba: *Nos sumus, qui à facie Josue Latronis, filij Nave, fugimus*] Addit verò Procopius, c postea in eamdem Lybiam ex ijsdem regionibus *Phœnissa Dido* venerit, Carthaginemq; co derit. De Germania Genebrardus in Chronologia testis quidem est, sed cui paulò Germ germanior alumnus aurem illibens dat, quòd nonnullo cum gentis contemptu, id re videatur.

CAPUT XIII.

Jubet DEus Josue, vt terram jam occupatam dividat Israelitis. censentur etiam portiones jam antè assignatæ tribubus Ruben, Gad & midiæ Manasse trans Jordanem.

Divisio terræ. Quæstio I. *An tota terra promissa nunc dividenda sit, an tantùm pars ejus, & quæ* ℞ imò Non totam dividendam, sed tantùm partem ejus. Siquidem exstremæ i partes, vt Cælesyria, Phœnice, Arabia hîc nullo modo in divisionem veniunt: sed i riores tantummodo regiones, ab Aquilonaribus & Australibus antea positis tern comprehensæ. 2dò. Nec istæ quidem interiores regiones omnes hîc dividuntur, sed Cisjo nina sola. Jam enim antea Transjordaninas diviserat ipse Moyses Num. 32. & hoc cap. 13 petitur à v. 8. vsq; ad finem. Sed illic observabis, Transjordaninam vocari *Galaad*, Cisjor nam verò *Terram Chanaan*, hic autem sigillatim etiam repeti, quæ portio cuiq; tribut Rubenicæ quidem tribui à v. 16. ad 24. Gadicæ à v. 24. ad 29. dimidiæ datæ tribui Ma à v. 29. ad 33.

Terræ bonitas. II. *Qualis terra hæc dividenda?* ℞ dicitur terra hæc valde bona, bonitas autem ha tribus potissimum sita est, in aëris salubritate, locorum fertilitate, populi multitudine. *Sal tas* opportunitatum, quæ in regione aliqua sunt, omnium caput est. Et ea si defuisset, non optanda, neq; à DEo electæ genti danda sedes ac patria, sed velut *Morbonia*, fugienda p & execranda fuisset. *Fertilitas* demonstrata fuit à Josue & Caleb, cùm exploratorum f officio sunt, botrumq; ingentem, aliosq; fructus attulerunt, & à scriptura sæpe indicatur, dicitur terra manans aut fluens lacte & melle. His enim verbis significatur rerum afflue partim quia lac & mel omnium primi & simplicissimi ad hominum alimoniam è brutis ani tibus fructus sunt. Lactis enim copia & sapor vnde nisi à bono ac vbere gramine. Mellis a dantia & præstantia vnde nisi à floribus plurimis, locisq; pinguissimis & mundissimis. De titudine hominum vide c. 11. q. 1.

Levitis non datur portio terræ. III. *Cur tribus Levitica ab hæreditate, omniq; terræ portione exclusa?* ℞ Abul. Nu q. 20. Causas adfert tres. 1ma est, quia nulla ei partis vllius necessitas: è primitijs enim, mis, sacrificijs, & oblationibus ad Levitas omnes rerum ad vitæ sustentationem necessari plus satis suppetebat. 2da quia eidem tribui nulla portionis ejusmodi vtilitas, cùm enim s dotalibus, alijsq; sacris functionibus occupati, distinerentur Levitæ, agros arare, vites co aliaq; id genus opera facere non potuissent. Ex inarata autem incultaq; terra quid fructu 3tia quia fuisset alijs tribubus gravis & molesta divisio, si partem quoq; vnam obtinuissent L tæ. Nam pars quidem ista eos alijs tribubus omnibus pares fecisset: alia verò tam multa, ta magna ijs à DEo data nimiò alijs ditiores ac potentiores constituissent. Nam 12. tribus da ijs è terræ fructibus, pecoribus & jumentis decimas. Illæ igitur aliæ retinebant sibi singulæ vem decimas, hæc verò vna Levitica 12. decimas accipiebat, sicq; amplius quàm portionem tinebat. Tribus igitur decimis partibus alias omnes tribus ista jam superabat. Accedant pr tiæ, accedant hostiarum, libaminumq; jura, accedant demum vota & oblationes. Quanta inæqualitas? quàm invidenda, vixq; tribubus alijs ferenda Levirarum opulentia. Prima tertiam causam approbat Serarius, non item secundam, quia licet Levitæ semper fuerint o patissimi, agros tamen suos & vineas potuissent colere per mancipia & mercenarios. Cau vnicam affert ipse DEus, dum Num. 18. v. 20. dicit Aaroni: *in terra eorum* (filiorum Isr *nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos. Ego pars & hæreditas tua in medio filio Israel.* id est, Ego DEus sum vobis Levitis loco partis & hæreditatis. Ego vobis arua, vi oliveta, segetes, uvæ, olivæ, omnia, inquam, vobis ero commoda & fructus, quos supped terra posset. Ego ager & fructus, qui neq; hominum culturâ & manu, neq; nubium tem raneis & serotinis imbribus, neq; Eurorum & Zephyrorum auris ac tempestatibus, neq; s vllorúmve cœlorum calore ac influxu egeo. Ego & semper, & certò, & abunde procurab largiar necessaria omnia, bono sitis animo, in me spes vestras omnes figite.

Jus hæredi- IV. *Quando capiendæ hæreditatis jus ipsi Levi ademptum?* ℞ Alij putant tunc, qua

Iob dixit Gen. 48. v. 5. *Duo filij tui* (ô Ioſeph) *qui nati ſunt tibi in terra Ægypti, antequam* ...*: venirem ad te, mei erunt, Ephraim & Manaſſes, ſicut Ruben & Simeon reputabuntur mihi.* ...j quando c. 49 idem Jacob dixit: *Maledictus furor eorum* (Simeonis & Levi) *quia pertinax:* ...*ndignatio eorum quia dura: dividam eos in Jacob & diſpergam eos in Iſrael.* Alij deniq; q...ndo dixit Dominus Num. 18. v. 20. *In terra eorum* (filiorum Iſrael) *nihil poſſidebitis* (ô A...ron) *nec habebis partem inter eos*, & his ſubſcribendum, Propter peccatum illatamq; in...iam Sichimitis, non fuit privatus hæreditate Levi quia eadem Jacobi verba Gen. 49. ferun... etiam in Simeonem, & tamen is ſua portione non eſt privatus. Quomodo igitur privatus fuiſſet Levi? pœna pari par culpa plectitur, & eadem ſententiæ in vtroſq; latæ vis in Simeonem q...e in Levi fuit.

tatis quando ademptum Levi.

V. *An in Levitarum locum ſucceſſerunt Ephraim & Manaſſes?* ℞ Hoc apertè aſſeritur c... ſeq. v. 4. *Levitæ nihil terræ acceperunt inter fratres ſuos, ſed in eorum ſucceſſerunt lo...* *filij Joſeph in duos diviſi tribus Manaſſe & Ephraim.* Sed quomodo ſucceſſerunt? Nam v... in eorum jus, vel in ipſam eorum terram ſucceſſerunt? Non in jus, quia hi Joſeph filij, ter... cum omnibus Jacobi filijs occupandæ & dividendæ jus acceperunt, quando ab hoc ad...ati ſunt Gen. 48. v. 5. *Duo*, ait, *filij tui* (ô Joſeph) *mei erunt, Ephraim & Manaſſes* ...*t Ruben & Simeon reputabuntur mihi.* Si autem duobus iſtis, qui inter Jacob filios pri... erant, pares fiunt Ephraim & Manaſſe, multò magis fratribus alijs. Et ſuum tunc jus, ...nuit Leui, vsq; dum diceret Dominus Num. 18. in terræ partitione nullam Levitis eſſe de...e particulam. Non in terra etiam ſucceſſerunt, quia eam prius habuiſſe debuiſſent Levitæ, ... numquam habuerunt. Succeſſiſſe tamen dicuntur non quo ad jus & portionem, ſed quo ad ...nerum 12. tribuum, duodecimq; terræ portionum, inquit Serarius. Cùm enim Scriptura o...idere vellet, terram totam in 12. diuiſam partes, prout 12. fuerant filij Jacob dicit, nunc à ...ae faciendam in partes novem & dimidiam diviſionem. Quia ſeſquiduæ ſuas jam partes ...a Jordanem tribus acceperant. E reſiduis verò tribubus, Leviticæ partem nullam dandam. ...a ex re cùm videretur ſtatim inferri, octo tantùm tribus & dimidiam, quibus diſtributio fieri ...ebat, ſupereſſe, reſpondet textus fuiſſe novem & dimidiam, quia ad hunc numerum explen...n ſucceſſerunt duo filij Joſeph: ita ſcilicet vt eorum alter patris locum ac numerum tuere..., alter verò ipſius Leui.

Levitis in hæreditate quiſucceſſerunt.

VI. *Cur Dominus terram ita diuidi voluit?* ℞. Voluit Dominus ſanctam in univerſo po...o ſuo concordiam ſtatuere, hanc enim & opum immenſa libido, & finium propagandorum ...iditas nimia, & vt verbo dicam MEUM ET TUUM inter amiciſſimos etiam ſæpe diſſol... Cùm verò intelligerent omnes, non temere aut caſu, non hominum quorumdam volunta...ac judicio tantùm, ſed oraculo peneq; manu divina, ſuam cuilibet obtigiſſe portionem, e...demq; ſemper fixam & ratam manſionem neq; vetantibus Jubilæorum orbibus, augeri aut ...nui poſſe, quod inter eos de proferendis vlteriùs terminis aut defendendis, bellum & diſcor... eſſe poſſit? Deut. 19. v. 14. *2dò* vt qua è tribu, gente, domo promiſſum Abrahæ ſemen, o...tiſſimus mundi Salvator Chriſtus Dominus ortum duceret, omnibus vel modicè intuentibus ...t longè clariſſimum. *3tiò* vt cæleſtis terræ & hæreditatis quædam nobis ob oculos ſpecies ...eretur, & intelligeremus, eam variè dividi. *In domo enim Patris mei manſiones multæ ſunt*, ... Dominus Ioan. 14. v. 2. Et accipient quidem veri Iſraelitæ portionem ac manſionem ſuam ...nes: alij quàm alij majorem ac ſplendidiorem pro ratione, ſcilicet multitudinis ac magni...linis eorum, quæ in corpore olim bene geſſerunt. *Omnes*, inquit Apoſt. 2. Cor. 5. v. 10. *nos* ...*nif ſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſq; propria corporis, prout geſſit ſiue* ...*num, ſiue malum*, & Rom. 2. v. 6. *DEus reddet unicuiq; ſecundùm opera ejus.*

Diviſio terræ cur facta

CAPUT XIV.

Caleb ex diuino promiſſo accipit Hebron in portionem Hæreditariam.

QUæſtio I. *Quis tribubus diuiſit terram?* ℞. Terram ante Jordanis tranſitum, duabus & dimidiæ tribubus ſolus Moſes diviſit & tradidit, vt notat Toſtatus q. 1. reliquis tribubus terram trans Jordanem ſummus Pontifex Eleazar, Ioſue & tribuum Principes diviſerunt, vt patet hîc v. 1. Quot horum in hac partitione fuerunt, expoſitores variè ſen...nt, eorum accedo ſententiæ, qui ex qualibet tribu vnum & ſic univerſim 12. fuiſſe aſſerunt. ...od ideo factum non malè ſentit Toſtatus, ne ſuſpiciones, murmura aut querelæ orirentur ... populo, dum vna tribus alteri invideret, quaſi ex favore diviſoris majorem melioremq; ter... partem acceperit. Fuit iſta ordinatio, inquit Toſtatus, conveniens, quia ſi fortè vni ſoli ...mmiſſa fuiſſet iſta poteſtas, poſſet aliquis conqueri, quod ex affectione dabat plus vni tribui, ...àm alteri; cùm verò erant multi ſimul diviſores, & de qualibet tribu aliquis, non poterat ...præſumi, quòd ex affectione daretur quibuſdam tribubus plùs, quàm alijs.

Diviſio terræ à quo facta.

II. *Quando facta eſt partitio?* ℞. Hac vice factam eſſe in Galgalis patet hîc v. 6. Alia ...ſtmodum partitio facta eſt Silo c. 18. Utrobiq; tempore partitionis erat tabernaculum, & in

Diviſio terræ quando facta.

eo arca fœderis, ſuper Cherubim ſedens, ante cujus faciem partitio fiebat; partim vt loci
ctitas ad æquam & pacatam partitionem commoveret, & ab omni murmure, contentio
æmulatione cohiberet, partim vt ſingulæ tribus ſuam terræ portionem DEo in acceptis r
rent, agnoſcerentq́; ſortem ſibi à DEo veniſſe, eidemq́; gratias agerent, & precarentur, vt
ſta ſibi eſſet terræ illius poſſeſſio.

Caleb quis fuit,

III. *Quis fuerit Caleb?* ℟. Caleb vocatur filius Iephone Cenezæus & filius Eſron 1.Pa
circa quæ nomina non vna omnium eſt ſententia. Prima eſt Toſtati q. 5. quòd mortuo Ie
ne, Cenez acceperit in vxorem, matrem Caleb, & quia tunc Caleb erat parvus, nutritus f
Cenez, & inde vocatus Cenezæus. Filius Iephone appellatur, à quo ceu patre fuit procre
ſed Cenezi nomine gloriatur, cujus fuerat diſcipulus. Neſcio vnde major ipſi accreverit
minis celebritas, an à Japhone, qui ipſum genuerat vitæ, an à Cenez, qui eum aptaverat
plinæ. Certat cum patre informator, quis de filij gloria plus participet. Aurum à terra
habet ortum, ſed dum ex ejus viſceribus in lucem prodit, velut rudis maſſa ſordeſcit, quo
igne, alijsq́; inſtrumentis expolit, vt ad ſiderum invidiam fulguret. Oblectat oculos intu
um, quod antequam è venis terræ eruebatur, erat incognitum, vt dubitem, an plus debea
turæ, an artificis induſtriæ. A nobilibus prognatus parentibus aurum eſt, ſed cui ſordes
hærent, micantiùs fulgebit, ſi magiſtri excolentis manum ſenſerit Serario placet, duos d
ſos fuiſſe Calebos; primum, de quo 1. Paral, c. 2. alterum de quo hic. Corn. aſſerit, Caleb
cari Cenezæum ab avo vel proavo, qui fuit Cenez, fuitq́; vir eximius, ideoq́; nomen ſuum
ſteris communicavit, vt ab eo vocarentur Cenezæi.

Hebron mons cur dat9 Caleb.

IV. *Cur DEus Caleb montem Hebron dari præcepit?* ℟. Rabbini fingunt, quòd cùm
ploratores circuirent & perluſtrarent terram promiſſam, non auſi ſint adire & contem
montem Hebron propter metum Gigantum ibidem degentium, adierit autem pervaſeritq́;
animo prorſus imperterrito, ob quam fortitudinem remunerandam Deus Caleb aſſignaverit
montem. Addunt Rabbini teſte Saliano: iviſſe, vt ſepulchrum Abraham, Iſaac & Iacob ve
retur, in cujus pietatis fortitudinisq́; mercedem Dominus ei Hebron promiſerit. Sed hæ
nugatoria, vel incerta ſunt, ſi tamen aliquid veritatis ſubeſt, non eſt otioſa obſervatio Sali
piam ſanctorum locorum & reliquiarum venerationem antiquiſſimam eſſe. Maſius & Sali
putant, quòd cùm exploratores ob Gigantum, quos in Hebrone viderant, metum, turbas
in populo excitaſſent, Calebus quò efficaciùs ſedaret animos, turbidamq́; illam altercatio
componeret, ſibi pro ſua hæreditatis portione eum locum, qui ignavos homines metu ex
tabat, conſtantiſſimè efflagitaverit, Moyſesq́; in tantæ fidei præmium promiſerit, ſacramen
interpoſito confirmaverit, quem montem nunc Moſis nomine repetierit. Alij deniq́; nul
montis iſtius petitionem Calebo tribuunt, & divinæ remunerationi vltroneæ adſcribunt.
enim exploratores alij nimiùm meticuloſi de obtinenda terra deſperarent, non vt par erat, in
confidentes auxilio, & in populo excitarent murmur ac ſeditionem, eorumq́; metus profe
erat ab habitatoribus montis Hebron, qui Gigantes erant, Caleb verò ſe reliquis explora
bus oppoſuit, & allaboravit, vt tumultuantem compeſceret populum, juſſitq́; meliùs de div
promiſſionis fidelitate & potentia ſentire, quam Calebi conſtantiam & in DEum fiduciam il
met montis donatione DEus remuneravit.

Cariath Arbe qua?

V. *Quid de nomine Cariath-Arbe, qua ante appellabatur Hebron, & de Adam ibidem ſe
to cenſendum eſt?* ℟. duæ ſunt ſententiæ circa ſignificationem nominis *Cariath-Arbe.* 1ma
S. Hieronymi in c. 27. Matth: quam ſequuntur, Hugo, Lyran. Toſt. Cariath interpretari *civi*
Arbe *quatuor.* Vocari autem *civitas quatuor*, quia in ea ſepulti ſunt 4. Viri & Prophetæ i
ſtres, Adam protoplaſtus, Abraham, Iſaac & Iacob, cum ſuis 4. vxoribus primarijs, Eva,
ra, Rebecca & Lia, quòd ex eo loco Abraham 4. Reges inſecutus percuſſerit. De Abraham, I
& Iacob patet ex Gen. 47. v. 30. de Adam autem conſtat ex hoc loco, cùm dicitur: *Ad
maximus ibi inter Enacim ſitus eſt.* v. 14 David etiam inauguratus eſt & regnavit in Hebr
quaſi in avita patrum & avorum vrbe 2. Reg 2. v. 3. Ibi quoq́; fuit domus Zachariæ, in
natus & educatus Ioan. Baptiſta. Altera ſententia eſt, *Cariath-Arbe* eſſe partim appellativ
partim proprium. *Cariath* quidem ſignificare civitatem, *Arbe* autem eſſe nomen proprium
quo hæc civitas nomen accepit, quia ille fuit primus & parens eam inhabitantium Enacim
gigantum: Cùm autem dicitur: *Adam maximus ibi inter Enacim ſitus eſt.* Ly Adam non eſt
men proprium noſtri protoparentis, ſed appellativum ſignificans hominem, nimirum Arbe
gantem. Sæpiſſime enim in Hebræo Adam hominem ſignificat. Sic 2. Reg. 7. v. 19. dici
iſta eſt lex Adam, id eſt hominis. & Oſee 11. v. 4. *In funiculis Adam traham eos*, Adam, id
hominis Hunc eſſe ſenſum hujus loci patet ex Hebræo, & ex eo, quòd hic Arbe fuerit pa
Enac vt dicitur c. 15. v. 13. ab Enac autem prognati ſunt Enacim gigantes. Adam hoc loco n
eſſe nomen proprium protoplaſti, patet ex eo, quia maximus inter Enacim, hoc eſt, vaſti
corporis major cæteris gigantibus dicitur, fuiſſet enim monſtroſus longè excedens juſtam h
minis ſtaturam. Quod ſepulchrum Adami attinet, plures aſſerunt, eum habitaſſe in Judæa,
Jeroſolymis ibiq́; mortuum ac ſepultum eſſe, non in Hebron, ſed in Golgotha, ſiue mo

Cal

lvariæ, vbi crucifixus est Christus, imò à Calvaria Adæ nomen accepisse. Ita Patres passim ati à Corn. à Lap. hic has duas de Adami sepultura sententias aliqui ita conciliant, quòd amum in Cariath-Arbe primò sepultum, & eumdem deinde refossum Noë intulerit in Arcam lq; ossa post diluvium filijs suis diviserit, ex qua divisione Sem acceperit Adami Calvariam, um ea ejus regionis possessionem, quæ postea Judæa dicta est, in eaq; illam Adami Calvariam adiderit. Ita Vilalpandus, Delrio, Serarius.

VI. *An ab Josue aut Calebo expugnata Hebron?* ℞. ab Josue captam & expugnatam rit libri hujus, c. 10. v. 36. Sic: *Ascendit* (Josue) *cum omni Israel de Eglon in Hebron, & navit contra eam; cepitq; & percussit in ore gladij.* Et de vrbe Debir similiter postea v. 38. e reversus in Debir, cepit eam atq; vastavit. Similia sunt c. 11. v. 21. ast c. 15. v. 14. & seq. rat Gigantes istos à Caleb deletos & vtramq; ab eo vrbem occupatam, atq; Chananæis extam. Idemq; reperitur Jud. 1. v. 20. Hæc quidem videntur inter se pugnare, sed pugnare ritò negant, qui Spiritum Sanctum librorum istorum omnium auctorem & dictatorem agcunt. Repugnantiæ hujus tollendæ modus facilis est, si dicatur, ab vtroq; verè & propriè es istas captas, sed post mortem Iosue, defectionem, & rebellionem excitatam à residuis nanæorum, sicq; contra eos à Caleb arma sumpta, & feliciter expugnata illorum omnia.

Hebron à quo expugnata.

VII. *Cur Caleb v. 12. dicit:* SI FORTE DOMINUS SIT MECUM, ET POTUERO DERE EOS SICUT PROMISIT MIHI. *Num dubitabat? num quod dixerat seu promiserat, vel Deum facere ambigebat?* ℞. Caleb, si solam DEi promissionem, potentiam, & auxilium eretur, nulla prorsus neq; diffidentia, neq; timore tangebatur: sed cùm rei difficultatem, seq; m spectabat, posse scilicet fieri, vt peccato suo aliquo DEi beneficentiam impediret, neq; d promisisset DEus, assequeretur. Solent enim hujusmodi divina promissa certis quibusdam ditionibus affici, quæ si ab hominibus violentur, irrita illa, cassaq; redduntur omnia, vt 2. . 7. Ostendit igitur Caleb, se optimam de prospero rei eventu spem habere, ob DEi opitu ri præsentiam & adjutorium, se tamen non præsidere, neq; omnis curæ ac metûs vacuum sus esse, cùm accidere sua ipsius vel suorum culpâ possit, ne adesset DEus, ne felicia ejus promissa evenirent.

Caleb an dubitabat

CAPUT XV.

Sors tribuss Juda. Othonieli in vxorem datur Axa filia Caleb, ob pugnatam Cariath-Sepher.

Q Uæstio I. *Quæ est hîc lingua maris* v. 2.? ℞ lingua maris vocatur sinus, aut protensior aliqua ejus pars ad linguæ formam longiùs in terras excurrens, quo sensu Isaias c. 11. v. 15. Mare Arabicum vocat, linguam maris Ægypti, vt explicat Masius. Quidam tamen hîc accipiunt pro petra, scopulo, saxo, seu promontorio, quod longiùs excurn mare.

Lingua Maris.

II. *Quomodo hoc loco v. 8. Jerusalem ponitur in sorte tribus Juda, cùm tamen infra c. vlt. & Jud. 1. v. 21. tribui Benjamin annumeretur?* ℞det Tostatus Jerusalem propriè peruisse ad sortem Benjamin, fuisse tamen tribui Juda confinem, vnde postea factum, vt conentibus Benjamitis, vel etiam eis invitantibus, Judæi ex Juda oriundi, Jebusæos validissi Jerusalem occupantes, ex ea expulerint, vrbemq; jure belli, sibi vendicarint, & caput reeffecerint. Sicut David vrbem Siceleg, quæ hîc Simeonitis annumeratur, Philisthinis ext, suæq; tribui Juda adjunxit 1. Reg. 27. Hinc & Moyses Deut. 33 v. 12. prædicit in sorte jamin, id est, in Jerusalem ædificandum fore templum, in quo DEus habitet.

Jerusalem in sorte Iudæ.

III. *Cur Caleb arduam expeditionem à se in alium rejicit v. 16.?* ℞ Non virium defectu, enim paulò ante sibi integras vsq; ad illud tempus durare asseveraverat. Non animi melositate, cùm enim reliqui exploratores animum despponderent, mansit ipse imperterritus, uper infractum animum testabatur Josue. sed laudat Arias Montanus Calebi æquanimita, quod gloriæ socium non renuat, cùm senior, inquit, jam totius regionis munitissimam vr fidei virtute atq; præstantia cepisset, ejusdem laudis & vtilitatis habere socios voluit, om pariter viros strenuos ad piæ, honestæq; gloriæ studium incendi curavit.

Caleb cur expeditionem in alium rejecit.

IV. *An rationi consentanea fuit* illa promissio Calebi v. 16. *Qui percusserit Cariath-Se, & ceperit eam, dabo ei Axam filiam meam vxorem?* potuisset enim contingere, vt belrum aliquis, bonis moribus, & honesto animo destitutus, vel cœca fortuna vel felici temee triumpharet? ℞ Novit Caleb virorum suæ familiæ mores & indoles, & nullum filiâ indignum censuit, digniorem verò cæteris, qui se in bello strenuum exhibuerit. Deinde, vt e notat Tostatus q. 8. Cùm matrimonia spontanea esse debeant, licet pater promisisset, viq; promissionem acceptasset, aliò potuisset voluntatem vertere Axa, nec eis nominibus nu tenebatur.

Caleb victori promittit filiam.

V. *Quomodo Axa v. 19. terram australem vocat arentem, cùm ventus Auster soleat nubes ere, & in pluvias resolvere,* vt Ovid. l. 1. Metam. *pluvioq; madescit ab austro?* ℞det Corn.

à Lap. Licet Auster in Europa sit pluvius & fœcundus, ideoq; terra Australis sit fœcunda; J tamen Auster; vtpote à vasta Arabiæ solitudine spirans, est calidus, vrens, & siccus, ideoq morem exsugens terræ, eam fecit aridam & sterilem, ventus veró occidentalis, vtpotè e veniens, Judæis est pluvius & fœcundus. vt patet 3. Reg. 18. v. 44. Amos 5. v. 8. Luc. 12. Vide Jud. c. 1. q. 9. &. 10.

CAPUT XVI.

Sors & limites tribus Ephraim.

Vallis arundineti.

QUæstio I. *Quæ est vallis arundineti* v. 8.? ℞ dicta est ab arundinibus, quibus a dat, quia enim aquis stagnantibus, limosis ac torpidis scatet, arundines succrescu propter has aquas aliqui legunt, torrens arundinis, in vallibus enim torrentes es lent, maximè si vtrimq; montibus claudantur. Quidam putant hunc esse torre *Carith*, apud quem latuit Elias 3. Reg. 17.

II. *Cur vrbes separatæ sunt filijs Ephraim in medio possessionis filiorum Manasse* v. 9. Naxera credibile esse ante privatam possessionem, vniversam hæreditatem in duas divisan isse partes, sed cùm nullatenus viderentur æquales, alteri tribui adjectas fuisse intra alteriu mites vrbes aliquas, quibus sortes liquidè exæquebantur. Salianus censet sæpe ratione locc lineam rectè duci non posse, & ob eamdem causam aliquos angulos fecisse, quorum rat vnius sortem alterius hæreditas occupare videbatur, cum eis limitibus ambiretur.

III. *An filij Ephraim peccarunt, quòd non interfecerint Chananæos* v. 10? ℞ Gravite liquerunt contra expressum DEi mandatum Deut. 20. quia inhiantes lucro eos tolerarunt, tributarios fecerunt, quod illis sæpiùs vitio vertitur hîc & Jud. 1. & 3. Reg. 9 & Oseæ 7. ximè quia ipsis vicini habitantes pravos eorum mores & scelera imbiberunt. Hunc repo fructum, qui turpis lucri causa hæreticis & infidelibus communicant, moribus eorum & s stitionibus contaminantur, implicantur connubijs, negligunt sacra omnia, & paulatim à ver de descifcunt, & dum temporale ambiunt lucrum, æternæ salutis patiuntur dispendium. N Tirinus Chananæos hos progressu temporis vsq; eò se communivisse, præsertim ad litus m quod ferè incolebant, mercaturæ faciliùs exercendæ causâ; vt à Judæis, cùm vel maximè vel expugnari non possent. Exemplo sit hæc ipsa Ephraimitarum vrbs Gazer, quam ne David dem suam facere potuit, sed Pharao demum Rex Ægypti destitutam jam externo auxilio vi c incendit, & filiæ suæ, quæ Salomoni nupserat, in dotem dedit 3 Reg. 9 credidissem Ephra tas alieno damno sapere, & desipiunt magis, intra terræ illius limites, quæ per sortem ob rat filijs Joseph, erat vrbs Jericho, tubarum sonitu nudata muris (vt patet ex v. 1. hujus c) in qua Achan spolia quædam clepserat, sed furtum exsolvit lapidationis supplicio. Hic ip cus filijs Joseph in possessionem datus, & quotidiano eorum aspectui objectus, eis in memo reducere potuit luctuosam Achani mortem, qua monerentur non sequi ejus exemplum, & co ctare illius populi opes ad sui interitum, sed cœca cupido, quæ eos ad interitûs præcipitium duxit, non est passa, vt saniori consilio vtentes retraherent pedem, ita in ruinam præci vesana cupido

CAPUT XVII.

Sors & limites mediæ tribus Manasse, & in ea filiarum Salpha Murmurantibus Ephraimitis ob nimias suæ sortis angustias, jubet Jos vi & armis producant terminos sibi consignatos.

Currus falcati.

QUæstio I. *Qui erant currus ferrei seu falcati?* v. 16. ℞det Naxera. Unus currus equis vectabatur armatis frontibus, falcatis ensibus, rotæ quoq; currus in transver falcatos enses habebant affixos, & super currum viri armati, aut saltem unus vecta tur, qui equos alioqui ex se ardentes & generosos repetitis ictibus agitaret, vt sum impetu adversarios impeterent & falcatis ensibus dilaniarent.

Joseph tribus auctior alijs.

II. *Cur tribus Josephiana auctior fuit alijs?* ℞det Tostatus: *istæ duæ tribus erant ex dem patre, & successuræ velut in unam sortem, sed habuerunt duas.* Causam in patrem ref dit, qui fuit Joseph celeberrimus ille Ægypti prorex; huic in gratijs referant filij ejus, quòd plicis tribus jure potiti sint. Quid autem habuit meriti Ioseph præ reliquarum tribuum pa archis, quòd ejus tribus sic locupletata fuerit? longè pientior & religiosior fuit cæteris. E castior Rubeno, ille ascendit cubile patris sui, & maculauit stratum ejus Gen. 49. 4. Ioseph violaret torum heri sui, heram solicitantem fugit. Erat mansuetior Simeone & Levi, hi sunt injuriam sorori illatam plurimorum nece; ille injuriam propriam inultam tulit in car re. Innocentior fratribus omnibus, isti innocentem dimiserunt in veterem cisternam, ille misit nocentes in aulam & mensam. Erat ille inter omnes fratres virtuosior, hinc evasit tribus, reliquis duplo locupletior. Ita parentis virtus felicitat & locupletat filios & nepo quantò magis quisq; ex suis ditescet virtutibus.

III.

III. *Cur sola tribus Manasse patitur Chananaos incolere terram suam, cùm reliqua tribus lsis hostibus suis securi habitarent in sorte sua?* Habuit tribus Manasse virum pugnatorem Ga- ad v. 1. debuisset ergo in pellendis hostibus prima fuisse, cùm à ducis præstantia pendeat omnis ctoria. Quid nunc agit Galaad? In Ægypto fuit bellator strenuus, in terra promissa factus est glorius. Erant Ægyptij Israëlitarum hostes infensissimi, & pro his pugnacissimè decertat, & o salute gentis & tribus suæ contra hostes arma sumere detrectat. Cur hoc? ℟. Per Ægy- um designantur vitia, passiones & cupiditates, pro his ô quàm gravia! quàm periculosa! quàm ntinua bella gerit homo! ast pro salute gentis Hebrææ, populi electi, pro salute, inquam ani- arum, propriæ & alienæ abjicit arma, horrescit prælia, desperat spolia, succumbens hosti per- t trophæa. Non erubescit se dare mancipium cupiditatibus, qui nuper erat terror suis hosti- s. Ad exemplum Galaad pro Ægypto, non autem pro terra promissa militare volunt, illam entur, & hanc linquunt hostibus. Non pro cælo sed pro inferno bellare, laborare, vigilare, sudare gestiunt.

Galaad inglorius in Chanaan.

CAPUT XVIII.

Mittuntur Geometræ, qui terram accuratiùs dimetiantur, vt reli- is etiam tribubus suæ dentur portiones. Describitur sors & limites ibûs Benjamin.

QUæstio I. *Cur è Galgalis translatum est tabernaculum in Silo?* ℟det Serarius q. 6. Cùm Chananææ ipsius regionis occupatum esset plurimum, firmasq; jam sedes Israëlitarum tribuum præcipuas cepissent, æquum erat è primo illo ingressu ac vestibulo ad interiora terræ progredi, ipsaq; ejus introire penetralia, vt sacro isto domicilio augustaq; minis præsentia tota exprimeretur, sanctificaretur, benediceretur regio: vt facilior è tribubus nibus vndiq; esset ad aram & oraculum accessus: vt ne videretur in extremo illo terræ an- lo timere, terram hanc subire non audere, fugamq; veluti prospectare.

Tabernaculum translatum in Silo.

II. *Cur in Silo, & non in alium locum transferendum fuit tabernaculum?* ℟. Causa rejici- la est in DEi voluntatem. Ita enim Deut. 12. v. 5. præcepit DEus per Mosen: *Ad locum quem gerit Dominus DEus noster de cunctis tribubus vestris, ut ponat nomen suum ibi, & habitet in venietis & offeretis in loco illo holocausta & victimas.* Ex quo colligis Iosue non proprio au- sed DEi annutu hanc translationem fecisse; in re enim tanti momenti per sacerdotem ma- um oraculum DEi ad *Urim & Thumim* Imperatorem cautum & circumspectum expetijsse, nino credibile est.

Cur in Silo.

III. *Quæ fuerunt convenientiæ transferendi tabernaculi in Silo?* ℟. Silo sita erat in tribu hraim, de qua tribu dux Iosue fuit, conveniebat autem vt tabernaculum cum duce populi et, tum vt major esset ejus veneratio, sua illam auctoritate & exemplo tuente, promovente cultum divinum amplificante supremo populi duce. Deinde quia nulla vrbs aut locus ab bræis occupatus ad recipiendum tabernaculum aptior & dignior erat Silunte, fuit enim illo npore vrbs munitissima, in altissimo monte collocata, vbi tabernaculum cum arca tutò as- vari, & sacerdotes cultum divinum absq; hostium metu debitè & inturbati peragere, illucq; pulus devotionis ergo securè confluere poterat. Loci securitatem juvabant fortissimæ tri- s, quæ illum cingebant, ab austro tribus Juda, ab Aquilone tribus Manasse, & viciniùs eum biebat vndequaq; tribus Ephraim. Præterea Silo Hierosolymis distabat ferè trium leucarum horarum itinere, illuc autem devictis ejectisq; Chananæis & vrbe bene repurgata transfe- ndum erat tabernaculum. In vicino igitur loco interim subsistebat, vt futuro tempore facili- , decentiorq; adornari posset translatio Ierosolymam.

Convenientiæ hujus translationis.

IV. *An sub dio, vel in domo aliqua steterit Silunte, tabernaculum?* ℟. Abul. hic. q. 1. pu- in magna quapiam domo collocatum fuisse, sicut Hierosolymis postea in templo Salomo- co. Alioquin enim pluvijs, ventis, alijsq; aëris injurijs expositum fuisset, ast verius est, sub potiùs nullâ inclusum domo fuisse, quia sic in solitudine totis ferè 40. annis fuerat, rur- nq; in Galgalis 7. vel 8. annis sub aperto stetit àëre, suis munitum pellibus, contra omnem uarum & ventorum vim. Hoc ipsum ex verbis Davidis ad Nathan non obscurè intelligitur, m enim de ædificando templo deliberaret: *Videsne* ait, *quòd ego habito in domo cedrina, & ca DEi posita sit, in medio pellium.* 3, Reg. 7. v. 2. Si verò tabernaculum domo inclusum fu- et, habitasset arca similiter in domo cedrina seu lignea. Præterea domus illa, ait Serarius, l antiqua vel nova in hunc vsum recens exstructa fuisset? si antiqua; oportuisset prophana hananæi hominis structurâ sacerrimam DEi ædem includi: profano adversùs tempestates te- protegi. An vellet hoc DEus? an ferret? Cùm hoc DEi tabernaculum confectum nondum et, aliud sibi erexerat Moyses Exod, 33. & quia inquinatus erat peccato populus, id noluit ca- orum pomœrio intercipi, sed ab illo procul, ad mille facilè cubitos, vt ex analogia Num. v. 5. colligitur, disparari voluit. Quomodo igitur in gentilis, profaniq; Chananæi, profano versorio, non vno vel altero die aut anno sistere, sed quàm plurimis constanter habitare, ac

Tabernaculum sub dio stetit.

perma-

permanere voluisset Dominus. Sin verò nova fuit domus, vel antequam eo traduceretur ta
naculum, exstructa est, vel postea, vtrumlibet sit, mirabile tantum de tanto, tamq; nov
religioso ædificio esse in tota scriptura silentium. Tam accuratè, tam sigillatim omnia,
ad tabernaculi hujus tectum, latera & bases attinerent, præscripserat olim Dominus, descr
rat Moses Exod. 25, quomodo ædis hujus idea, vestigium, adumbratio nulla uspiam? sub
igitur patente constitit Silunte tabernaculum, non in domo aliqua.

Tabernaculum migravit Silunte.

V. *Cur Silunte postea emigrauit tabernaculum?* ℟. Scriptura in tribus locis causam a
nat. *imò* generatim ait, fuisse peccata, populiq; Israelitici nequitiam & improbitatem Je
v. 12. *Ite*, ait Dominus, *ad locum meum in Silo, ubi habitauit nomen meum: & videte, quæ f
rim ei propter malitiam populi mei Israel.* In secundo generalis causa eadem ponitur: sed
ciatim vnum peccati genus, idq; sanè gravissimum tangitur, idololatria ps. 77. v. 56. *Et tent
runt & exacerbarunt Deum excelsum, & testimonia ejus non custodierunt: & averterunt se
non seruauerunt pactum: quemadmodum patres eorum conuersi sunt in actum pravum. In i
concitauerunt eum in collibus, & in sculptilibus suis ad æmulationem eum prouocauerunt. Et
pulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum, vbi habitauit in hominibus.* In tertio loco a
peccati genus, quod sacerdotibus quibusdam inhæsit, notatur 1. Reg. c. 2. 3. & 4. Hinc ce
mus in locorum, in templorum, aliarumq; similium rerum sanctitate fiduciam non ita po
dam, vt licenter peccemus, peccata impunita fore credamus, aut DEi cultum ita sacris
busdam ædibus, vrbibus, aut locis alligatum, vt ab ijs, nostram in pœnam, magno cum gl
divinæ incremento, gentium aliarum commodo, nostroq; insigni dedecore ac detrimento tr
ferri non queat.

Cêremonialia quando cæperunt obligari.

VI. *An translato Siluntem tabernaculo, cæperit Mosaicarum cæremoniarum, & totius
obseruatio?* ℟det Abul. hîc q. 1. Considerandum, quòd hoc tempore, quo fuit fixum tabe
culum in Silo inceperunt ceremonialia veteris testamenti obligare. Nam antequam Israe
introirent in terram Chanaan, non erant obligati ad aliqua ceremonialia, vt patet Deu
vbi dicitur, quòd in deserto quilibet faciebat, quod sibi rectum videbatur: sed postquam tra
rent in possessionem, quam eis Dominus daturus erat, non debeant sic facere. Item postq
ingressi sunt in terram Chanaan, non fuerunt immediatè obligati ad observationem, sed
habitam pacem, devictis hostibus, vt patet præallegato capite. Item dato, quòd esset pax
ab hostibus, adhuc non obligabantur ad cæremoniam immediatè: sed primò locus erat assign
dus pro sacrificio; & poterant sacrificia fieri quotidiana & votiva atq; spontanea & oblatio
cæteræq; cæremoniæ observarentur, quæ pertinebant ad sanctuarium. Etiam tunc pote
observari festivitates. Nam omnia festa habebant aliquam cæremoniam sacrificiorum, &
illis non erat plena legis observatio, prout eodem c. 12 Deut. traditur. Ita Abul.

Geographi obeunt Chananæam.

VII. *Quomodo Geographi ausi sunt terras illas obire, quas Chananæi adbuc incoleb
manifesto enim sese periculo exponebant, erant enim numero pauci nec armis instructi.* ℟det T
Inducias inter Chananæos & Israelitas sæpe fuisse, potuisse igitur Geometras tutò terras co
perlustrare, non quidem, vt negotium suum adverterent Chananæi, sed aliam adventus sui c
sam opinarentur. Crediderim potiùs metatores hos divina protectione fretos, absq; hosti
timore, ducis sui jussa, alacriter expedivisse, quos etiam sub DEi præsidio salvos & incolu
redijsse novimus. Serarius censet, quòd Iosue aut Senatus, populusq; Iudaicus ad Chanan
rum civitates ac Magistratus literas dederit, quibus hosce incolumes, ac tutos esse petierit,
verò aut metu recusare ausi non sint, aut gratiæ benevolentiæq; demerendæ causa noluer

CAPUT XIX.

Sortes sex reliquarum tribuum. Sua quoq; portio Josue conceditur.

Simeonis tribûs sors in medio Iudæ.

QUæstio I. *Quomodo tribus Simeon sortem suam accepit in medio possessionis filior
Juda?* ℟. quia funiculus Juda v. 6. major erat, quàm ei conveniret: sicq; abscissa
eo particula, quæ Simeonicæ tribui sedem præberet. Videtur enim, inquit Abul.
rore priorum Geometrarum, putantium sat esse spatij in Palæstina omnibus tribu
ad habitandum, tribui Judaicæ, quæ prima suas terras inhabitatum ierat plusculum spatij co
cessum fuisse. Qui error à secundis Geometris, penitus omnia explorantibus, ac pro sept
reliquis tribubus jussu Principum rursus terram metientibus, mox deprehensus ac correctus fu
Atq; ita contigit divinâ providentiâ, impleri prophetiam Jacobi Patriarchæ, qua non minus
Simeone quàm Levi prædixerat Gen. 49. *Dividam eos in Jacob, & dispergam eos in Israel.* N
Sacerdotes & Levitæ per omnes tribus dispersi habitabant: Simeonis verò posteri, licet cert
sedem sortiti sint, quia tamen hoc, quem dixi, errore aliquo modo proprijs sedibus primò p
vati sunt, nec nisi correcto errore, tribu Juda sinum suum pandente, illosq; invitante & exci
ente, in alienæ tribus terminis, quasi in alieno hospitio collocati fuerunt, possunt etiam apti
mè dici inter Israelitas dispersi fuisse. Ita Tirinus.

II. *Qu*

II. *Quam & vbi hæreditatem accepit Imperator Josue?* ℟. Accepit Thamnath Saraa in nte Ephraim v. 50. vnicam Imperatori suo Josue vrbem hanc jure hæreditario possidendam erunt Israelitæ, non amplam, vberem, aut amœnam, sed angustam, aridam ac penè dirutam, ab arborum graueolentia & soli sterilitate, cognomentum *Saraa* sortita videtur, inquit as Montanus, & sita erat in monte *Gaas* Josue vlt. v. 30. id est *in monte tempestatis, commo-ū & procellæ.* In cujus septemtrionali latere etiam sepeliri voluit. Hanc Josue tanti Impera-s animi modestiam, non sat mirari potuit S. Paula, teste S. Hieron. cùm sacra Palæstinæ lo-isseret: videretq; tam præclarum ducem, tot tantisq; rebus gestis, tot & tantis victorijs insi-m, tam modestè & demissè seipsum in divisione terræ tam nobilis, tam fœcundæ gessisse, nec suæq; familiæ nisi locum exiguum, vilem, asperum, ruinosum, vel potiùs dirutum delegisse: neq; pro sua auctoritate delegisse, verùm à populo, vt sibi daretur petijsse, & quidem vltimo lo-dum alijs jam abundè provisum, & omnibus ex voto factum esset satis. Notat Tirinus, hanc dem vrbem, quæ hîc vocatur *Thamnath-Saraa*, vel Serech, vt est in Hebræo, postea, vt patet . 2. Judicum v. 9. trajectis retrogade literis, in honorem Josue vocatam fuisse *Thamnath-Che-* (sic enim est in Hebræo) id est, *imago solis*: quia Israelitæ super monumento Josue imagi- solis collocarant, vt *solstitij* ejus apud posteros jugis esset memoria. Posterioribus tempo-s videtur locus celebrior redditus, imò ex celeberrimis totius Palæstinæ: nam cum in de- Toparchias Judæam totam dividerent Romani, ab hac vrbe vnam legimus, teste Plinio l. 5. 4. nominatam fuisse *Thamniticam*.

Josue hæreditas.

III. *Cujus figura erat Josue in hujus suæ hæreditatis delectione?* ℟. Veri JEsu Domini Salvatoris nostri. Cùm esset is Rex Regum & Dominus Dominantium, formam servi ele-Philipp. 2. despectus & novissimus virorum Isa. 53. Quid mundus iste aliud est quam Tham- Sarach, in qua superfluitas, marcor, & fœtor tantus, in qua similitudinem peccati nostri, ginem luxuriantis carnis nostræ, plenissimum mortalitatis nostræ numerum assumpsit DEI s. Neq; hic sibi elegit fortia, opulenta, sublimia, splendida: sed Bethleem, stabulum, præ-, pauperculum item fabrum: pauperculam huic desponsatam virginem, quibus in diversorio s nullus. In monte *Gaas* fuit, qui non venit pacem, sed gladium contra impietatem, ejusq; istros ac satellites omnes mittere, qui tot, tantisq; paupertatis, persecutionum, contumelia-, cruciamentorum, mortis demum acerbissimæ tempestates excepit. In medio Ephraim, tri-umq; suorum habitavit, qui factus est *Emmanuel*, id est, nobiscum DEus, qui medius no-n stetit, & quasi è vulgo vnus habitus est.

Josue in hæreditate cujus figura

CAPUT XX.

Sex designantur civitates refugij cis & trans Jordanem, & privile- eò confugientium.

QUæstio I. *Quos apud Israelitas vrbes refugij tutabantur, & cur?* ℟. Non omnibus qui in has vrbes se recepissent, tutum ac securum erat perfugium: sed ijs tantùm, quos tutos ibi jussisset Dominus. Ii autem erant, in quos cadit hîc v. 3. *quicumq; animam per-cusserit nescius.* Ubi anima per Synecdochen ponitur pro homine, & percussio non pro libet verberatione aut vulneratione, sed pro cæde ac homicidio, vel pro tali percussione, ex si nondum contigisset, attamen certè proxima videtur & certa mors. Non omni tamen percussori tutum in has vrbes confugium erat, sed ei, qui percussit *nescius*, seu vt in Hebræo est, *per errorem & absq; scientia*, hinc enim fit, vt involuntariè percusserit. Nullus ergo huc aditus, a securitas fuit concessa voluntarijs homicidis, nulla ijs, qui adulterium admisissent, stuprum lissent, scelus aliud patrassent. His enim omnibus debita erant constituta supplicia, è quibus ; vrbes, neq; locus, aut res alia vlla per asylum eripere poterat. Exodi 21. v. 12. & 14. *Si quis per industriam occiderit proximum suum, vel per insidias, ab altari meo evelles eum, vt moriatur.* Se siquis aliquem voluntariè occidisset, at se ipsum defendens, vim viq; repellens? Hunc rece-pt bant refugij vrbes, & ex ijs, quò libuisset, abire poterat, posteaquam judicum sententijs abso-lu s fuisset, ita Tost. q. 5. sunt enim privilegia dilatanda. Si quis verò in ipsis refugij vrbibus ca em fecisset, refugio isto non gaudebat. Idem Tost. q. 19. 20. Concessæ verò fuerunt istius m di vrbes, imò vt innocentiæ aliquod esset auxilium & præsidium. 2. vt quàm seriò in homi-ci um inquirendum & animadvertendum esset, monstraret Dominus. 3. vt ejus, qui peremptus, pr quinquorum iræ, dolori ac vindictæ subtraheretur materia. 4. Ut novarum rixarum aut ca ium subtraheretur materia. 5. Ut pœnitentiæ figura esset.

Urbes refugij quos tutabantur.

II. *Quomodo confugam aliquem tutabantur asylæ vrbes?* ℟ Cùm aliquem aliquis inscius a nvoluntarius occidisset, si vitam suam conservare vellet, necesse fuit sese in pedes dare, sta-ti q, ad vrbium istarum aliquam fugere, quia, divino permissu, fas erat ejus, qui occisus esset, p pinquis, illum qui cædem fecisset interimere, vbicumq; locorum eum vel in vrbibus, vel in a is, vijs ac montibus invenissent extra hasce asylas vrbes. Sic Num. 35. v. 26. *Si interfector* (voluntarius, de quo hic sermo est) *extra fines vrbium, quæ exulibus deputatæ sunt, fuerit in-*

Asylum quale?

ventus

ventus & percussus ab eo, qui vltor est sanguinis, absq; noxa erit, qui eum occiderit. Jam verò,
ad vrbium istarum aliquam accessisset occisor, debebat in celebriori vrbis porta, vbi apu
teres Israelitas Iudicum tribunal & consessus erat, subsistere, ibidemq; narrare cædis adr
casum, ac innocentiam indicare suam, & sic in vrbem illam recipiebatur, ibidemq; liber ac
munis tantisper erat, quoad accuratiùs ejus causa, auditis ejus accusatoribus, expensaq; i
defensione, disceptata esset. Hoc enim vnum liquidò perspiciendum erat, an verè in homic
isto, ignarus, involuntarius ac innocens fuisset, an verò id ipsum falsò diceret.

Urbs Sacrarij non dabat asylum.

III. *An vrbs Sacrarij vel Sacrarium ipsum asylum fuerit?* ℟. Nullibi disertè scriptum,
Sacrarij vrbem, aut Sacrarium & altare cuiquam sit refugium. Ad altare tamen ipsum f
refugium, potest è scripturis colligi *imò* quia Exodi 21. v. 14. scribitur: *si quis per indust
occiderit proximum suum & per insidias, ab altari meo avelles eum, vt moriatur.* At si nu
apud altare cuiquam refugium fuisset, cur ab eo sons homicida avelli juberetur? cur de s
potiùs quàm de insonte caveretur, cùm & iste posset extra refugij locum occidi? an si se a
tare applicuisset, idq; teneret innocens homicida, deduci abstrahiq; ab illo posset? Videtur
fectò ista de insidiatoribus, aliisq; homicidij voluntarij reis exceptio, alijs refugium illic
quod fuisse. Deinde fugit Joab in tabernaculum Domini, & apprehendit cornu altaris 3.
c. 2. v. 28. Id verò videtur fecisse, quia id usitatum erat. Et cùm illum occidere jussus à S
mone Rege fuisse Banajas, morem ei gerere eo loco iste non est ausus, quia tamen erat ille
micida voluntarius, improbusq; insidiator, ei ex Domini jam citata lege Exodi 21. prodesse
lum non poterat; dixit enim Salomon v. 31. Interfice eum &c. Ascendit itaq; Banaias v
& aggressus eum interfecit. Demetrius quoq; Rex vt Judæorum sibi animos adjungeret, *quicu*
ait, 1. Machab. c. 10. *confugerint, in templum, quod est Jerosolymis, & in omnibus finibus
obnoxij Regi in omni negotio dimittantur.* Cur hoc privilegij alienigena Rex Israelitis co
dit, nisi quia sciebat, id veteris apud illos moris fuisse, ipsisq; illud idem esse, quàm opta
mum. Reliqua, quæ de asylis dici possent, vide relata Num. 35.

CAPUT XXI.

*Levitis assignantur 48. civitates cum suburbanis earum, & com
DEus, quidquid olim patriarchis promiserat, pace & plena quiete v
concessa Israeli.*

Urbes refugij quando determinatæ.

QUæstio I. *Priùsne sex urbes refugij decretæ, de quibus c. præced. an 48. sacerdo
datæ, & ex ijs priores illæ designatæ?* ℟. Josephus l. 5. Antiquit. c. 1. & cum eo
status hoc posterius tenet, quo admisso fatendum erit, narrationes hujus & præce
tis capitis transpositas esse. Prius defendit Masius & Serarius, & capitum ordin
ordini rei gestæ correspondere dicunt. Etsi objicitur, quod Num. 35 inversus legatur or
℟dent: faciliùs admitti posse duarum periodorum transpositionem in eodem capite, quàm
rum capitum inter se; probant id ex initio c. 20. ubi filij Israel jubentur dare vrbes refug
verò tribus Levi suas jam accepisset vrbes, & ex post earum 6. in refugia fuissent design
sola Levitica, & non aliæ eas dedisset. Ast quia ibi jubentur filij Israel separare vrbes refu
poterant hanc illi separationem facere, etiam postquam Levitis tradiderant vrbes, quia
negotium propriè ad illos spectabat.

Misor quid significat.

II. *Quomodo v. 36 de tribu Juda dicuntur datæ civitates 4. cùm eodem versu numeren
5. Bosor Misor, & Jaser, & Jethson, & Mephaath?* ℟det de la Haye: *Misor* hic non esse
men civitatis, sed vel nomen proprium illius solitudinis, in qua sita dicitur *Bosor*, vel appe
tivum, cum eadem tamen voce præcedenti ita conjungendum, vt commate non dividan
Porrò *Misor* si appellative sumatur, Hebraicè planitiem, seu campestrem locum significa
proinde solitudo *Misor* idem sit, quod solitudo plena.

Terrã omnẽ quomodo DEus dedit Hebræis.

III. *Quomodo dicitur v. 41. Deditq; Dominus DEus Israel omnem terram, quam trad
rum se patribus eorum juraverat, & possederunt illam atq; habitaverunt in ea, cùm tamen J
cum 1. dicatur, Hebræos non potuisse exterminare Jebusæos & Chananæos?* ℟det S. Aug. l. 6
Josue q. 21. totam terram promissam Hebræis à DEo datam esse, quia etiam illæ portiones, q
ipsi non possederunt, datæ sunt eis ad quamdam exercitationis vtilitatem, vt scilicet disce
cum hostibus confligere. Aliter ℟det Cajetanus: Solutio est, inquit, quòd sententia hæc verif
tur secundùm formam promissionis divinæ: Modus enim & forma promissionis fuit, vt non
mul, sed temporibus congruis daret DEus omnem terram promissionis. Expressè enim scr
tur Exodi 23. iste modus: & assignatur ratio: quia si in principio DEus daret vniversam terr
illam, cùm ipsi non sufficerent ad habitandum & colendum eam, multiplicarentur agrestia a
malia adversùs eos. Quia itaq; DEus defacto dedit tempore Josue terram sufficientem pop
Israel pro tunc, ideo verificatur, quòd dedit Israel omnem terram, quam juravit se daturum: s
intelligitur enim secundùm formam & modum promissionis. Ita Cajet, Responsum hoc eti
admittit Masius, Corn. à Lap. Naxera & alij.

IV.

IV. *An penes Levitas fuerit jus & dominium in has civitates?* ℞det Tirinus fuisse penes
s jus & dominium vtile, statuebant ibi magistratus & alios officiales. Sed dominium supre-
m directum mansisse penes singulas tribus, vnde vrbes illæ decerptæ erant, Quibus proinde
ebant portoria, vectigalia, & alia Regalia, quæ vocant.

Levitæ quale dominiũ habuerunt in civitates refugij.

V. *Cur tribui Levi, quæ numero erat omnium penè minima, dandæ fuerant 48. vrbes, id
duplo vel triplo plures, quàm quibusdam alijs tribubus longè numerosioribus obvenerant?* ℞det
m Tirinus *imò*, quia divinam benignitatem decebat, erga ministros suos, sacrorumq; anti-
es in rebus ad victum habitationemq; necessarijs subministrandis esse liberalem: vt illi exem-
& liberati importuna earum rerum curâ, se totos in DEi cultum, ceremonias & obsequium
enderent. *2dò* quia alijs tribubus, etsi pauciores quibusdam obvenissent vrbes, obvenerant
en plurimi quoq; pagi & vici, quorum nullos acceperunt Levitæ, sed solis subvrbanis ad
le passus, seu bis mille cubitos circum singulas vrbes contenti esse debebant, vt dicitur Num.
v. 4. & 5. Ita Abul. Sed aliam hîc notare est divini Numinis providentiam simul & clemen-
n. Gen. 49. in pœnam eversæ tyrannicè Sichem patriarcha Jacob irrogârat filio suo Levi
am dispersionis inter fratres suos. Sed DEus ob merita posterorum, & præsertim Mosis,
onis & Phinees hanc ipsam pœnam convertit in laudem & præmium, effecitq; vt qui disper-
di erant per omnes tribus, honorifico sacerdotij & sacri ministerij titulo dispergerentur, neq;
ro id illis esset, sed summo honori. Unde & hoc consequebatur commodi, quòd dispersis
omnia loca Sacerdotibus ac Levitis, omnes reliquæ tribus faciliùs ab ipsis sanæ doctrinæ mo-
q; præcepta haurirent: nam ipsorum erat, vtpote legis peritorum docere & erudire fratres
. Deniq; & hoc notandum, divinâ providentiâ factum, quòd ex omnibus Leviticis vrbibus
Palæstina dispersis eæ sacerdotibus sorte obvenerint, quæ tabernaculo ac templo adeoq; &
ræ vrbi regiæ, putà Jerosolymæ, proximæ essent, vt sic commodiùs cum Judaica tribu con-
ia inire possent. Nam, vt inquit Theodor. hîc q. 18. has duas tribus permisit misceri Domi-
eò quòd Christus, qui è tribu Juda nasci debebat non rex solùm, sed & Pontifex erat futurus.

Levi tribui cur tot civitates datæ.

VI. *An in vrbibus Levitarum etiam alij non Levitæ habitarunt?* ℞ id videtur negari non
e, quia in vrbibus varios opifices habitare convenit, qui ad vsum necessaria parent: vt sunt
res, fabri, sutores, sartores & alij quamvis enim non negaverim, has opificum occupatio-
& artes, vt vocant, illiberales, homine sacrato & honorato per se indignas non esse; vulga-
men hominum judicio viles, & hominem honoratæ conditionis dedecere censentur. Quam-
gitur Levitæ aliquid hujuscemodi operum tractarunt, illud tamen nec assiduè, nec cupidine
i, sed ad proprios fortè vsus fecerunt. Si enim inferioris status hominibus ceu mercenarij
ervijssent, derogassent suæ eminenti præ alijs conditioni & minùs quietè suo incumbere
eri sacro potuissent.

In Levitarũ vrbibus etiã non Levitæ habitarunt.

CAPUT XXII.

*Ramissæ ad suam possessionem trans Jordanem tribus Ruben, Gad &
idia Manasse, exstructo ad Jordanem altari suspicionem novi cri-
is incurrunt, sed causis sui consilij expositis innoxij declarantur.*

QUæstio I. *An v. 8. divisio prædæ æquitati consentanea fuit, vt nimirum tantùm de spo-
lijs acciperent, qui domi remanserant, cum ijs, qui difficillimis belli laboribus perfuncti
fuerant?* ℞ Æqua omnino fuit hæc divisio, quia qui remanserant bellatorum familias
ab hostium incursibus, si qui fortè fierent, defendere consilio, & opera adesse, rus cole-
& alia domestica negotia peragere debebant; tum quia in hoc dimidio plus cessit ijs, qui ad
nam exierant, quàm ijs qui in Galaadite remanserunt; nam pauci erant, qui exierant, mul-
i remanserant. Exierant enim duntaxat 40. millia; manserant ad 80. millia. Multò mino-
igitur portionem acceperunt singula capita eorum, qui remanserant, quàm qui pugnarant.

Divisio prædæ an æqua.

II. *Qui sunt tumuli, ad quos extructa est ara?* ℞ Hi tumuli erant aggeres in ipsa Jorda-
ripa constructi, vt exundantes alveos continerent, & ibi exstruxerunt aram, & hoc non in
adite, sed in Chanaan, hoc est in ripa citeriore Jordanis, quæ pertinebat ad Chanaan, non
in ripa vlteriore, quæ spectabat ad Galaatidem. Ratio erat, quia hoc altari testari volebant
uum pristinum, quod habebant in Chanaan, præsertim ad sacrificandum in altari templi
ris novem tribubus communi. Ita Corn. à Lap.

Ad quos tumulos extructa ara?

III. *Quid discendum ab altari à Transjordaninis erecto?* ℞ quia hoc altare non erat ve-
altare, sed quòd typum & formam haberet veri altaris, vt loquitur hom 3. in hunc librum
. discimus posse imagines & statuas fieri, quæ Christi Domini, sanctorum, divinarumq; re-
memoriam conservent, fidem accendant, oblivionem eximant: Id hoc loco contra Calvi-
s notant Catholicus Masius & Lutheranus Chytræus, cujus verba hæc sunt [Iconomachi
iosè in suo theatro Ecclesias harum regionum accusant, quòd contra expressam prohibitio-
, primi & secundi præcepti imagines & statuas in suis templis tolerent. His, vt Rubenitæ

Altare trãs Jordanem.

Legatis 10. tribuum respondemus. Non adorari nec coli imagines, nec vllam earum ador
nem aut cultum tolerari in nostris templis: sed picturas passionis, & resurrectionis Christi &
tyrum Sanctorum velut monumenta historiarum retineri, quibus ad veram pietatem, fidem,
stantiam, & cæteras virtutes Sanctorum, pro nostro modo, imitandas excitamur. Qui finis
ginum in verbo DEi nequaquam prohibitus est.]

Altaris erectio non fuit peccaminosa.

IV. *An Transjordanini peccarunt erigendo altare?* ℞det Calvinus: *non leviter pecc*
tribus Ruben, Gad, & Manasse, quod præterito summo sacerdote, inconsultis fratribus re
vam aggressi sunt: deinde, quòd forma ipsa testimonij in sinistram partem trahi poterat. S
vtrumq; hoc tam grave peccatum fuit, quomodo tantùm de vtroq; in textu silentium? qu
do neutrum abjicit Phinees? quomodo posteaquam de altaris sui fine, respondissent illi, no
get iste violatam Pontificis maximi auctoritatem: residuam ipsius facti speciem, quæ suspic
bus & sermonibus obnoxia fuerit? Neutrum sanè peccatum fuit, vel omnino perleve.
quam enim prohibitum erat, ne quis, quod bonum judicaret, facere posset, summo sace
inconsulto. Nusquam præceptum, vt totæ tribus, si quod sponte sua, divinorum in se ben
orum testimonium vellent statuere, id ad tribus omnes alias deberent referre. Licuit hoc i
privatis & singulis, vti Jacob Gen. 28. v. 8. Quomodo igitur totis non licuisset tribubu
verò meditatè magnoq; consilio aram hanc ab illis erectam perspicuè monstratur hoc ipso
à v. 23 ad 29. Nec refert potuisse factum hoc in sinistram trahi partem. Quid enim trah
potest? Quid à Catholicis boni fit, quod sinisterrimè non interpretentur Lutherani & Calvi

CAPUT XXIII.

Josue senex, jamq; moribundus, hortatur filios Israel ad seruanda
ligiosè divina præcepta, nominatim, de cavenda societate cum Gentili

Josue monita.

QUæstio I. *Quæ monita Josue morti vicinus dedit suis contribulibus?* ℞. dehortat
eos, ne cum gentilibus connubia misceant, & amicitias copulent v. 12. vt improb
xuriæ commercia & libidinosa connubia caveant, & si aliter agant, quid mali
eveniet, prædicit, nempe quod gentes illas, vtpote acerrimos Israelitarum hostes I
non sit deleturus, quin potiùs confortabit, vt contra eos invalescant, ita vt ipsis futuri sint in
am ac laqueum, & offendiculum ex latere & sudes in oculis &c. Donec eos auferat, atq; disp
terra v. 13. Ecce ab illis ipsis gentibus exscindentur Israelitæ, cum quibus illicita luxuriæ h
bunt commercia. Ab illis patientur interitum, & miserabile excidium, ad quos fovebun
dæ libidinis desiderium. Inferent strages & neces, à quibus sperabunt carnis voluptates.
decipit fraudulenta libido, semper damnosa est: suadet amicitias, sed quæ degenerant i
numeras miserias. Sic vt Balac Rex Moabitarum florentissimam Israelitarum everteret R
impium prophetam Balaam in consilium vocat, pessimus mali consilij artifex suadet, vt
missis formosis scortis Israelitas ad luxuriam proritent, quam Reip. interitus brevi subsequ
nouerat enim nequissimus Ariolus, quam irreparabilia damna inferat in Remp. detestand
xuria. De hoc S. Chrysost. hom. 14 ad pop. *Scientes Madianæi, & cognoscentes, quòd gens*
inexpugnabilis est, & machæris quidem & armis expugnari non potest, peccato verò tantùm i
capere facilè, virgines speciosas ornantes, & ante castra statuentes, in lasciuiam milites e
bant.

Josue memor mortis

II. *Quomodo verum est, quod Iosue dixit* v. 14: EN EGO HODIE INGREDIOR VI
UNIVERSÆ CARNIS, vtiq; non eodem die mortuus est, quia quæ c. seq. narrantur priù
cta & dicta sunt. Aliam difficultatem textus hujus affert lectio S. Augustini, qui q. 24. in J
legit: *Ego autem recurro jam,* se viam mortis recurrere ait, an ergo jam semel & iterum e
dem viam cucurrit? Recurrere enim est, eamdem viam cursu repetere, & sic Josue pluries
isset mortuus. ℞det S. Aug. hoc intelligendum esse de his, *qui sic vixerunt, ut ad DEum r*
re mereantur, tamquam ad auctorem, à quo creati sunt &c. Justi viam mortis recurrunt
ries, dum eam meditantur indies, & sic quam frequenter in vita ambulaverunt, repetun
morte, & hoc sensu recurrit Josue viam mortis, & eodem sensu ait: *bodie ingredior,* quot
enim sibi præsentem statuit mortem, & omnem credidit sibi diem diluxisse supremum, inter
ardua negotia, semper mortis memor fuit, quod justi agere consueverunt, viam mortis s
recurrunt, & indies sibi persuasum habent: *bodie ingredior.*

III. Cur Josue de instante sibi morte loquitur ad populum? potuisset enim secum tac
de morte sua ratiocinari, ejusq; se memorem reddere? quo fine auditoribus suis de morte
differit? ℞det Tostatus q. 1. in c. 24. Josue. *Ut admonitio esset apud mortem, congregauit*
rum totum Israel, & protulit, quæ habet: Causa autem quare admonitiones istæ efficacius qu
tum ad salutem admonitorum fiunt, apud mortem admonitoru est, quia omnia quæ tunc dic
tur efficaciùs in memoria manent, & celebriora sunt. Prolixo sermone & severa seriaq; adh
tatione alloquitur Josue Principes & plebem tum hoc, tum seq. cap. quæ exhortatio vt effic

or es

esset, eam à commemoratione mortis suæ inchoat, noverat enim dux prudentissimus non suadere verba efficaciùs, quàm si memoriam mortis prævie refricant auditoribus. Veniunt giosæ mulieres ad monumentum Christi, vt ungerent corpus, quod autem non reperiunt, Angelum, qui eis denuntiat Christi resurrectionem. *Non est hîc*, inquit, *surrexit enim sicut it, venite & videte locum, ubi positus erat Dominus.* Matt. 28. v. 6. Ad quid Angelus locum, mortuus Christus jacuit, aspiciendum præbet, numquid non sufficiens fuit testimonium vere Angeli de resurrectione? ℞. det S. Chrysologus Serm. 77. *Mulieres vocat Angelus, ad vidum, vt sacri corporis locus mundaret oculos, quos diabolo claudente vetitæ arboris maculat aspectus.* Sepulchra prout sunt mortuorum reconditoria, ita omnibus secuturæ mortis t monitoria. Locum igitur sepulchri ostendit Angelus mulieribus, vt ex ejus intuitu movetur ad habendam fidem suis de resurrectione Dominica verbis, & sic locus iste mundaret los, vt qui ex delicto primorum parentum erant clausi, & ad credendum hebetes, redderetur lumine fidei illustrati, & ad assentiendum Angelo parati, excitante & commovente o sepulchri conspecto, & mortis memoriam ingerente.

CAPUT XXIV.

Renouat Josue Israelitis memoriam beneficiorum à DEO acceptorum, foedus populi cum DEO. Moritur Josue 110. annorum. Moritur Eleazar Pontifex. Ossa quoq; Josephi Patriarchæ ex Ægypto eue- sepeliuntur in Sichem.

QUæstio I. *In quo loco habitus est conventus, fœdusq; renovatum, de quibus hoc capite?* Versiones omnes habent in Sichem, excepta LXX. Romana & Arabica, quæ habent in Silo, insuper hoc fœdus dicitur factum coram Domino, hoc est, coram arca, hæc autem erat in Silo. Serarius & Tirinus ajunt: Silo sitam esse in agro Sichem, & sic vtrumq; um esse. Sed quia S. Hieron. in locis hebraicis testatur, quòd Sichem 10. milliaribus distet à S, hinc dicunt alij conventum esse celebratum in Sichem, & illuc arcam, cum tabernaculo translatam esse, constat enim similes translationes ex certis causis non semel factas esse, qualis illa 1. Reg 4. facta à filijs Heli. Item illa l, 2. Reg. 15. à Davide fugiente Absalonem. Quod sionem LXX. & Arabicam attinet mendum irrepsit, positumq; Silo pro Sichem, Ita Masius, xera, Corn. à Lap. qui rationem reddit, cur hic conventus in Sichem celebratus, & fœdus ovatum fuerit, quia nimirum DEus per Mosem jusserat in Sichem ad Garizim & Hebal monsanciri hoc fœdus, repetiq; primum fœdus initum in Sina Exod. 19. Idq; Iosue executus c. 8, v. 30 Ibidem ergo hoc fœdus renovat, vt vbi Abraham hæres Chananææ à DEo inutus est Deut. 12, ibi posteri ejus, hæreditate ejus adita, in DEi legem solemniter jurarent, ; æternum religionis & juramenti sui haberent monumentum. *Conventus ubi habitus & fœdus renovatum.*

II. *An temporibus Josue inter Israelitas fuerunt Idololatræ?* ℞. in vtramq; disputari tem. Fuisse aliquot Idololatras suadent illa verba v. 14. *Auferte Deos, quibus servierunt res vestri.* & v. 23. *Nunc auferte Deos alienos de medio vestri.* Non potuissent juberi auferi eos non habuissent, si verò habuerunt, vtiq; non alio fine, quàm vt eos colerent. Ad hoc pondet S. Aug. hîc q. 29. per deos alienos intelligi pravas & erroneas de DEo cogitationes, n cogitatur talis, qualis non erat. Verba ejus hæc sunt: Propheta sanctus in cordibus eon esse cernebat cogitationes de DEo, à DEo alienas, & ipsas monebat auferri. *Quisquis enim itat DEum, qualis non est DEus, alienum utiq; DEum & falsum in cogitatione portat.* Sed a vbiq; allata illa Scripturæ phrasis de auferendis Dijs alienis, pro actuali remotione simulrorum accipitur, vt videre est Gen. 35. & 1 Reg. 7. cur hoc vnico loco acciperetur improè? Deinde omnes homines haberent in mente sua Deos alienos, nullius enim cogitationes nes, de DEo tales sunt, qualis est ille, quia omnes in speculo & in ænigmate DEum videmus Cor. 13. prout ipsemet S Aug. hoc loco fatetur: *quis est*, inquit, *qui sic cogitet DEum, quemnodum ille est.* Serarius vtramq; sententiam sic conciliat. 1. Nullum tunc fuisse publicum idoli cujus in Israelitico populo cultum. 2. Non affirmare Josue falsos esse in populo Deos, sed m esset populi Dux & Imperator, eosq; officij monere vellet, timuisse, ne fortè Dij adhuc aui apud aliquos laterent: sicq; quod ei, tamquam principi, timere ac suspicari licebat, moisse. 3 Verosimile esse, fuisse aliquos quamvis paucos, qui quædam adhuc idola retinerent, occultè colerent, in magna enim multitudine etiam Sanctissimorum semper improbi & neam aliqui inveniuntur. 4. Josue neq; divino neq; humano indicio istos rescivisse, alioqui è in eos, prout improbitas tanta merebatur, sine dubio gravissimè animadvertisset. *Idololatræ inter Israelitas an tempore Iosue fuerint.*

III. *Verósne crabrones ante Israelitas, contra hostes eorum immisit Dominus?* ℞. S. Aug. q. 27. putat fuisse *Metaphoricos*, quia veros divinitus immissos numquam legimus, *neq;* ait, *si temporibus, neq; sub JEsu Naue, neq; sub Judicibus neq; sub regibus.* Alij veros interpre- *Crabrones quales immissi in hostes.*

tantur crabones, quod ex Sap. c. 12. v. 8. 9. & 10. apertiùs videre est. Est insuper alibi data ip-met S. Augustini regula, proprietatem verborum in Scripturis constanter tenendam esse, [ni]hil absurdi sequatur, tale autem nihil sequitur, si dicamus DEum crabronibus afflixisse Ch[a]naeos, sicut olim muscis Ægyptios Exod. 8. v. 24, & sicut promiserat DEus Exod. 23. v. 28. I[...] 7. v. 8. se bestiolas ante agmina Israelitarum in hostes immissurum, vt eos vexent & fatig[ent] quo facilior contra eos esset victoria. Immissos autem hos crabrones crediderim, cùm p[...]lus esset in limitibus Chananææ, vt eos inquietarent, turbarentq;, vt haberent, quod cum [...] domesticis hostibus agerent, hoc prælium exercentes cum quotidiana inquietudine de adv[entu] Israelitarum minùs fierent anxij, deq; ijs maturè repellendis incurij & distracti. & cùm ad i[...]perventum fuerit conflictum cum Israelitis, essent debilitati, & in abigendis istis animal[ibus] ad fortiter pugnandum præpediti.

Quercus juxta Sanctuarium.

IV. *Quo jure passi sunt Iudæi quercum illam v. 26. juxta Sanctuarium, cùm Deut. 16.* [...] *severè inhibeatur*, ne *lucus* sit *& omnis arbor juxta Domini altare?* ℟. Non vetari istic v[...] vel alterius arboris seu plantationem seu conservationem, sed eas solas arbores, quæ pars [...] vel siluulæ sint.

Josue cælebs.

V. *Quid de filijs & posteris Iosue sentiendum?* ℟. de his nulla usquam mentio vel in S[cri]pturis vel in SS. Patribus, vel probatis Rabbinis. Unde omnino videtur dicendum, liberos [nul]los reliquisse, sed tota vita cælibem mansisse, vt propriorem veri JESU nobis imaginem [re]ferret. Ita S. Ignatius Martyr, Hieron. Chrysost. & alij.

Mors Iosue quando contigit.

VI. *Quoto anno post transitum Iordanis mortuus est Iosue?* ℟. non constat. Commu[nis] sententia ipsi tribuit 17. annos, ita docent Salianus, Ven. Beda, Arias Montanus & plures [...] His 17. annis adde 40. annos, quibus per solitudinem peregrinatus est, igitur ad completio[nem] annorum 110. remanent anni 53, quos vixit in Ægypto ante egressum, & ita primos vitæ [an]nos exegit in servitute, secundos in peregrinatione, & tertios in ducatu, quorum priore[s se]ptem impendit bello, posteriores decem vixit in pace & quiete.



QUÆSTIONES EXEGETICÆ IN LIBRUM JUDICUM.

CAPUT I.

Tribus Juda cum tribu Simeon plurimas Gentium vrbes expugnant. [Ot]honiel obtenta Cariath Sepher, in præmium accipit Axam filiam Caleb. [Ch]ananæi plurimis locis contra DEI decretum non expelluntur, sed tri[but]arij conseruantur.



QUæstio I. *Quis successit post mortem Josue in regimine Israelitarum, ut generalis Dux?* ℞. Non successit vnus aliquis Dux, cui omnes tribus parerent, sed juxta Serarium tota resp. à publico illo LXX. Seniorum Concilio (de quo Num. 11. 16. 24.) quod Synedrium dictum est, fuit administrata. In singulis verò tribubus præfuerunt eorum Principes & magistratus, quorum institutio habetur Exod. 18 21. 25. *Successor Iosue.*

II. *Quomodo hîc Israelitis consulentibus Dominum:* QUIS ASCENDET ANTE NOS CONTRA CHANANÆUM ET ERIT DUX BELLI? *dicitur:* JUDAS ASCENDET? ℞. Judas (sicut & Simeon) non est hîc proprium alicujus nomen, sed sumitur pro tota tribu Judæ, qu[a]m DEus voluit primam ascendere, primamq; occupari in Chananæorum reliquijs delendis, [a]c [p]rimam in illos invadere, sicut juxta Rabbinos prima fuit, quæ ausa est mare rubrum transire. *Judas pro tribu Judæ.*

III. *Cur DEus voluit hanc tribum bello initium dare?* ℞. vt ei sicut jam pridem institue[ra]t Gen. 49. auctoritatem & principatum deferret. Secundò, quia in tabernaculi custodia pri[mu]m jam locum, primumq; vexillum consecuta fuerat Num. 3. v. 3. Deinde hæc est tribus, è qu[a] Chananæorum spiritualium omnium, id est, vitiorum, dæmonumq; domitor & triumpha[tor] nasci debebat Christus JESUS. Hæc etiam tribus in Chananææ principio & quasi fronte [se]dem acceperat, omniumq; erat populosissima & robustissima. Deinde major huic tribui, Ca[leb]o vivente, exhortante, inerat religio & pietas, vt quæ DEus præcepisset de Chananæis stirpi[tu]s evellendis perficere valde optaret. Deniq; voluit DEus Calebi meritorum fructum in to[ta]m tribum derivare, vt *viderent omnes filij Israel* (vt ait Eccles. c. 46. v. 12.) *quia bonum e[st] obsequi sancto Deo.* *Tribus Iuda bello initium dat.*

IV. *Quæ fuit Judicum dignitas?* ℞. non solis præfuerunt judiciorum controversijs, sed su[m]mi erant istis temporibus in Hebræorum rep. magistratus, licet neq; duces, neq; gubernato[re]s, neq; principes ordinariè dicti fuerint. Judiciorum tamen, consiliorum & bellorum princi[pa]tum tenuerunt. Ex quo patet, hoc nomen Mosi & Josue tribui potuisse. Verùm ille titulo L[eg]islatoris illustrior est, iste parto Chananitidis imperio gloriosior. Quod ad potestatem eoru[m] attinet, ea faciliùs ex dissimilitudine cum regia intelligitur. Principio ergo reges à DEo el[ec]ti regnum ad filios ac nepotes hæreditario jure transmittebant, Judices non item; hæc enim p[ot]estas modò in hac, modò in illa familia & tribu fuit. 2dò jus vitæ & necis in judicando, non li[be]rum, siue regium, sed legitimum ex legum præscripto habuerunt. 3tiò ita belli gerendi pote[st]atem habuerunt, vt illud pro arbitrio, quod reges solent, non susciperent, sed prout à DEo su[sc]itabantur, aut à populo vocabantur, vt Jephte. 4tò tributa populo, sicut reges non impon[eb]ant. 5tò liber erat in eligendo populus, vt vno defuncto, alterum posset non eligere. Et reve[r]a sæpe multi anni inter duos judices interjecti sunt, etsi ad tempus gubernationis ejus refera[n]tur. Reges autem sibi mutuò succedunt. 6tò diademate, aut sceptro alijsq; regum insignib[us] non vtebantur. Deniq; jus legum condendarum non habebant, sed ex Mosaicis tantùm leg[ib]us populum gubernabant. In aliquibus tamen regibus non fuerunt dissimiles. Primò, q[ui]a non ad certum tempus pacis aut belli creabantur, vt dictatores & consules, sed in totam v[it]am, vt Ecclesiæ præsules. Deinde quia cum suprema potestate & soli reip. præerant, vt eis n[u]llus omninò par esset, vt propterea Josephus hunc statum monarchicum appellarit. *Judicum potestas.* *Regum dissimilis.* *In quibus similis.*

V. *Quæ fuit prima expeditio & victoria tribus Iudæ?* ℞. adversùs vrbem *Bezec*, quæ fulg[u]r & coruscationem significat. Cujus regem seu Dominum, Adonibêzec ex fuga retractum, q[u]o alios ipse olim mulctarat infami supplicio, ipsum quoq; jam mulctant Judæi. Nam 70. r[eg]es seu regulos diversarum provinciarum vel vrbium, diversis bellis sibi subjugatos, ad o- *Tribûs Iudæ prima expeditio.*

stenta-

ſtentationem potentiæ, victoriarumq; ſuarum, ſimul & ad oblectationem crudelis animi ſui
rumq; convivarum, cōegerat ille ſub menſa ſua, præciſis antè pedum, manuumq; ſupremis
gitis, inſtar canum decidua fragmenta ore colligere, atq; ita convivantibus ludos dare.
crudeli tyranno juſtam hîc DEus talionem reddit, cum ſummæ illi manus, pedesq; abſciſſi
Quo ille modo deformatus; divinam in ſe juſtitiam agnovit, ac prædicavit dicens: *Sicut*
ita reddidit mihi DEus. Serarius putat hac ratione eum reſipuiſſe, & veram DEi fidem am
xum eſſe. Sed nimio animi dolore ex tanta fortunæ mutatione mortem citò oppetijt, in
dione vrbis Jeroſolymitanæ paulò pòſt à Judæis vi captæ, & ob nuperam defectionem (
capta ſemel fuerat à Joſue ſub initium ingreſſûs in terram ſanctam Joſue 12. v. 10) promi
omnium incolarum cæde atq; incendio peſſimè mulctatæ. Quod intellige non de arce Jer
lymitana in monte Sion (nam hæc ante tempora Davidis nunquam potuit Jebuſæis extor
ri 2. Reg. 5. v. 7.) Sed de inferiore vrbe. Habuit vrbs Jeruſalem duas partes. Unam ſept
trionalem, quæ propriè quondam *Salem* dicta, ad tribum Benjamin pertinebat. Alteram
ſtralem, quæ olim *Jebus*, ad Judæam. Tertia pars vrbis Nophet Manaſſe tribui aſſigna
Cùm igitur partem ſuam, quæ munitiſſima erat, obtinere vellet Judas, neceſſe fuit, vt alte
etiam oppugnaret, idq; non bonâ tantùm Benjamitarum veniâ. ſed voto etiam, qui aliàs p
ſua potiri vix poterant.

Hieroſolyma vaſtata

VI. *Cur Judæi adeo vaſtarunt Hieroſolymam cædibus & flammis*? ℞ quia in turpem ea
rebellionem devenerat. Jam enim tempore Joſue ſub Iſraelitarum ditionem fuerat redacta
ſue 15. ſed poſt mortem ejus ab illis deſciuit, ideoq; iterum nunc vi capta & ob rebellio
cæde ac incendio peſſimè eſt mulctata.

VII. *Si Judæi omnes Jebuſæos interfecerunt, vrbemq; combuſſerunt, quomodo Judæi di*
tur habitaſſe cum Jebuſæis Joſue 15. 63. & Benjaminis hîc v. 21 ? ℞ det Theodoretus q. 1.
bem paulatim eſſe reſtauratam, præſertim, cùm, vt dictum eſt, non tota capta fuerit, & ſ
riorem Hieroſolymam arcemq; ſemper tenuerint Jebuſæi.

Ciuitas literarum.

VIII. *Cur Dabir vocatur Cariath Sepher, id eſt, civitas literarum* v. 11. ? ℞ Sic voc
tur, quòd in ea, tamquam in celebri Academia literæ egregiè tractarentur, inquit Lyran.
Abulens. Addit Arias, ibi publicam fuiſſe bibliothecam. Maſius, etiam archivum veteru
diluvio monumentorum. Sic celeberrima Regum Hiſpaniæ ſedes, quæ olim Mantua diceba
Arabico nomine vocatur *Madrid* id eſt, *mater ſcientiæ*, quia Mauri ibi olim celeberrimas
bebant ſcholas. Ita Franc. Lopez.

Axa filia Caleb.

IX. *An non minùs conſultè egerit Caleb, promittendo Axam filiam ſuam vxorem ei,* (
PERCUSSERIT CARIATH SEPHER *vel ceperit*? ℞ negativè, ſicut nec Saulis promiſſio d
nanda imprudentiæ, vt quidam Rabbini putarunt, quaſi rem tanti momenti temeritati com
ſerint. Voluit enim vterq, in illa promiſſione incluſas conditiones, quas recta ratio, honeſt
præſcribunt. In quibus illa maximè intelligebatur, ſi eum mulier habere vellet in virum: c
matrimonium libere contrahi debuit, neq; ad id illam pater rectè compellere potuiſſet. I
quoq; Caleb, qui in hac denuntiatione ſuum jam conſenſum in matrimonium filiæ ſpondeb
bene de divina providentia ſperabat, fore, vt neq; ſe, neq; filiâ ſuâ indignum potiri vrbe ſi
ret. Factus eſt Victor Othoniel, & Caleb voti reus, & conſentiente Axa contractum eſt r
trimonium, quamvis patruum inter & neptem, cujus jam pridem exemplum in Abrahamo
Sara ipſius nepte præceſſerat.

Axa quid petit à parente.

X. *Quid Axa petijt à parente ſuo* v. 15. ? ℞ petijt duo. 1. Benedictionem, quæ fortè
cui videatur fauſta eſſe precatio, qua digredientes, peregreq; abeuntes liberos boni paren
ſolent proſequi, vt Gen. 28. 1. 2. 3. Videtur tamen potiùs generatim eſſe donum ſeu munus, n
ſimpliciter quodcunq; ſed majus & cumulatius, cujuſmodi ferè eſſe ſolent fauſtarum precati
num effecta, vt Gen. 27 v. 35. & ſeq. 2dò Speciatim petijt aquarum ſcaturigines, ad ſoli qu
acceperat, ſiccioris irrigationem. Seu petijt certum quemdam agrum ad ſeptemtrionem, aq
irriguum, cùm priùs arentem ad meridiem accepiſſet. Pater flexus precibus filiæ, dedit eti
amplius, quàm poſtulabat, terram ſcilicet, quæ infra ſupraq; rigabatur.

Cinæorum Coloniæ.

XI. *Cur filij Cinæi cognati Moſis aſcenderunt de civitate palmarum* (id eſt *ex agro Ieri*
Deut. 34. v. 3.) *in deſertum* v. 16. *ex amœnis palmetis & agro fœcundo in ſolitudinem*? ℞ F
tat Serarius eos divinitus ſolitudinis deſiderio motos, monaſticæ vitæ, atq; anachoreticæ ru
quædam fundamenta jeciſſe, quæ deinde in Rechabitis propagata ſit, de quibus Jer. 35 6. U
inter alia in tabernaculis, ſine domo habitaſſe dicuntur. Quod de Haber Cinæo c. 4. hîc ſc
ptum eſt. Itaq; jam ab adventu Iſraelitarum in agro Jerichuntino habitarunt. Nec dicunt
omnes inde profecti Jud. 4. 11. apparet potiùs inde quaſi ex quodam Seminario varia colleg
eſſe profecta. Quidam enim in deſerto Judæ ſedes fixerunt: alij tribum Nephtalim adieru
& in valle Sennim, juxta Cades tabernacula ſua collocarunt, in quibus celebratur Haber Cinæ
vir Jahelis, quæ occidit Siſaram; alij in medio Amalecitarum habitarunt 1. Reg. 15. 6. qu
poſtea Saul inde migrare juſſit, ne cum Amalecitis morti divinitus addictis perirent.

XII. *Quomodo verum est, quòd Judas ceperit Gazam cum finibus suis, & Ascalonem atq; caron cum terminis suis* v. 18, cum hîc c 3. v. 3. dicatur Deum dereliquisse septem Satrapias ilistinorum non devictas, vt exerceret & probaret Israelitas? ℟. Verè has vrbes in Judæ ac ncoois venisse potestatem, sed non diu permansisse, Philistæis non multò post eas recipientus, vt testatur Josephus l. 5. c. 2. Itaq; si LXX. negant à Judæis captas aut possessas, vt revera quibusdam codicibus negant, explicandi sunt reputare non captas, quæ quamprimum amisiunt, nec possessæ diu.

Satrapiæ Philistinorũ an, & quomodo captæ

CAPUT II.

Angelus diuina beneficia Israeli commemorat. Flet populus, eumq; nitet ingratitudinis. Sed à morte Josue & singulorum Judicum reitur semper in pejora.

QUæstio I. *Quomodo de Dijs Chananæorum dicitur* v. 3. *Israelitis futuri in ruinam?* ℟. LXX. legunt *in scandalum*, quod Aug. q. 13. ipsum scandali peccatum intellexit, vt sit sensus: facturos Deos illos, vt in Deo suo Israelitæ scandalizentur, eoq; offenso vivant, & inde colligit *nonnulla de ira Dei venire peccata.* Interim scandalum quandoq; itur pro incommodo & gravi calamitate, vel ejus quapiam occasione, vt Exod. 10. Esther 5. h. 1. quandoq; verò pro spirituali lapsu vel ejus occasione prout Iudith. 5. Hic autem scanm vtroq; modo potest sumi. Sed posteriore modo dicuntur Dij illi quædam tantùm pecdi occasio & illecebra. Nihil autem absurdi est, ait Serarius à DEo præsertim irato, nonas peccatorum ansas relinqui peccatoribus, quibus tamen cum ipsius gratia & libertate arij, possent, si vellent, non irretiri. Deinde etiamsi per scandalum intelligeretur ipsum pecum, nihil adhuc absurdi statueretur, quia latinum istud *ut*, accipi debet consecutivè, prout nuit Abul. & patet ex Hebræo, Chaldæo, Græcis, apud quos legitur *Et*

Dij Israelitis scandalũ

II. *Verúsne fuit Angelus, qui hîc locutus est Israelitis?* ℟. verum fuisse asserunt Cajet Ly- Abul. q. 2. quia quoties *Angelus Domini* simpliciter dicitur, nisi circumstantiæ aliud urgenominis proprietas retinenda est, verusq; Angelus intelligendus, vt exempla passim occurrunt. la verò hic circumstantia est, quæ aliud urgeat. Quòd enim de Galgalis ascendisse dicisignificat ex illis partibus, quæ magis erant versùs ortum, & in locis planioribus illum adisse, & se, licèt è cælo descenderet, illic primùm aspectabilem fecisse, quemadmodum A- 2. Cur autem illinc apparere & ascendere voluerit, causam dat Theod. q 6, vt tot & tanm beneficiorum illic acceptorum, & renovati per circumcisionem fœderis memoria reretur.

Angelus verus.

III. *Quando facta est hæc Angelica reprehensio?* ℟. Abul. q. 1. putat eam accidisse Josue uc vivente: eodem verò mortuo & seniorum tempore Cajet. De vtroq; dubitat S. Aug q. 12. cùm non nisi Josue mortuo, Chananæis malè parcitum sit, etiam hæc reprehensio non nisi illius mortem esse potuit. Mors autem ista, & alia quædam hîc à v. 6 usq; ad 10. per erologiam & Josue c. 24. repetitur, vt notat Procopius, & Aug. q. 14. *hæc ait per recapitionem iterari nulla dubitatio.*

Angelica reprehensio,

IV. *Quo eventu eadem ab Angelo facta reprehensio?* ℟. Omnium animi vehementer comi sunt, duoq; in ijs bona excitata, fletus nimirum tantus, vt nomen loci illius, vocatum sit *flentium.* Deinde ad propitiandum DEum sacrificia, ita vt sacrificia ista ex eo genere fuequæ *pro peccato* in scriptura dicuntur. Per istorum fletus significatur ingens animi dolor & ritio, quam pro peccatis, quorum ab angelo arcessebantur, quæq; agnoscebant & fatebantur conceperunt. Ad satisfactionem verò aliquam spectant sacrificia, sicq; pœnitentiæ nobis od hic exemplum proponitur. Et ad hanc tam sæpe nos divina invitant oracula. Lacryin Davide ps. 6. & 118. perutiles videmus: In Ninivitis apud Ionam c. 3 in B. Magdalena 6. in S. Petro Matt. 26. in alijs Ezech. 8. Joelis 1. ps. 94. 125. Sacrificia verò, quæ sacrifius ipsi nos (vt de summo Christi in cruce sacrificio cruento sileam) duplicia nobis præsto ; *proprium & metaphoricum.* Illud vnicum est, sacrosanctum Missæ sacrificium, quod Christo Domino, summo sacerdote nostro, sacrificant, & velut ejus ministri offerunt per sos quidem sacerdotes, per sacerdotes verò Christiani omnes. Est enim & sacrificium hoc itiatorium, vti copiosè monstrat Bellarminus l. 2. de Missa c. 2. Metaphoricum verò mulx est, vt oratio, eleemosyna, piaq; alia opera quàm plurima. Rom. 12. v. 1. c. 15. v. 16. . 13. v. 15. & 16. Ps. 50. v. 19.

Reprehensionis effectus

CAPUT III.

Israëlitæ associati gentibus, quibus pepercerant, earumdem sceleribus taminantur, & etiam per easdem affliguntur. Sed resipiscentes seл iterumq; per Othoniel, & Aod ac Samgar liberantur.

Chananai relicti.

QUæstio I. *Quæ sunt causæ relictorum à Josue Chananæorum?* ℞. Hîc v. 1. *Ut erud in eis Israëlem, & omnes, qui non noverant bella Chananæorum.* Pro *erudire* in l bræo & Græco est *tentare*, ita vt causa ista sit eadem illa, quæ c. 2. v. 22. *Non dele quos dimisit Iosue & mortuus est, ut in ipsis experiar, utrum custodiant viam Domini ambulent in ea &c.* Et hoc c. 3. v. 4. *Dimisit eos, ut in ipsis experiretur Israelem, utrum audir mandata Domini &c.*

Tentare DEi.

II. *Nonne DEus intentator malorum est* Jac. 1. v. 13.? *nonne ipse novit omnia, ut aliq noscendum nulla ei vel necessaria, vel utilis experientia, tentatio & exploratio sit?* ℞. Quon do tentare dicatur DEus dictum est Gen. 22. q. 1. Metaphoricè id sumendum & quoad effectu quia ita se gerit, quasi tentaret, ac ignotum quidpiam exquireret, & quod per seipsum opti noscit, id vt alijs quoq; innotescat, efficit. Ut igitur perspicuum fieret non ipsi Deo, sed h minibus, & ijs, qui tum erant, & ijs, qui unquam futuri, quæ Israelitarum erga DEum, eju leges, atq; cæremonias esset religio, & observantia & constantia, noluit Dominus per Io omnes penitus exscindi Chananæos, sed residere aliquos, eosq; idololatras & potentes, quor armis non terrerentur Israëlitæ, non eorum aliqua prosperitate ac felicitate ad ipsorum sa & Deos illicerentur, non eorum institutis & moribus ad ipsorum amicitias, familiaritates, co jugiaq; inescarentur, tum verò ipsi ab omnibus celebrarentur ac laudarentur, tamquam v DEi cultores, sanctissimarum legum custodes, patrumq; suorum imitatores. Sin verò secus cerent, sequior etiam omnium de ijs sententia ac sermo. Sicq; ista tentatio Israëlitas, vt omnibus malis declinarent, DEoq; suo quàm tenacissimè adhærerent, erudiebat luculentissi Alia causa, cur aliquibus Chananæis & vita & possessio fuerit relicta, datur Exod. 23 v. 29. N *ejiciam eos* (Chananæos) *à facie tua uno anno, ne terra in solitudinem redigatur, & cresc contra te bestiæ.*

Iudices Israelitarum quot?

III. *Quot numero fuerunt Iudices apud Israelitas?* ℞. Ab aliquibus plures, ab alijs p ciores numerantur. Nomina quidem Judicum vel quasi judicum in hoc libro sequentia rec sentur. Othoniel, Aod, Samgar, Debbora, Barac, Gedeon, Abimelech, Thola, Jair, Jepht Abesan, Elon, Habdon, Samson. Sed de quibusdam ferè certum est, duos ad vnum spect principatum, ideoq; velut vnum censeri Judicem, Debboram & Barac. De vno autem Samg dubium est, judex ne fuerit, an prioris tantùm judicis assecla, de Abimilech verò, an Rex Tyrannus potiùs, quàm judex?

Iudices hi an omnes sancti,

IV. *Suntne omnes hi judices sancti ac beati?* ℞. Sanctos ac beatos videtur astruere sc ptura. Nam Heb. 11. v. 32. Nulla habita ordinis ratione, deliguntur ex ijs, quorum fides feli tasq; commendetur, hi quatuor, Gedeon, Barac, Samson & Jephte, vt per hos idem de resid alijs significetur. Cur enim potissimùm numerantur? Nonne quia de eorum quibusdam culpis, vel erratis major, quàm de alijs suspicandi erat occasio? si ergo, qui peccasse viden maximè, sancti tamen salvi, ac beati sunt, quid de alijs censendum? Sed omnem tollit sc pulum Ecclesiasticus c. 46. v. 13. dicens: *Et judices singuli suo nomine,* scilicet laudandi su & cum viris gloriosis ac sanctis habendi ac deprædicandi. Addit: *quorum non est corruptum c Qui non sunt aversi à Domino, ut sit memoria illorum in benedictione: ossa eorum pullulent de l suo, & nomen eorum permaneat in æternum, permanens ad filios eorum sanctorum virorum g ria.* Quæ tamen aliquorum ex istis judicibus gloriam obscurare videntur, suis locis discutient

Othoniel quis?

V. *Quis fuit Othoniel primus judex Israëlitarum?* ℞. Fuit Cenezi filius, Calebi frat seu potiùs, Calebi ex fratre nepos, ejusdemq; ob Axam vxorem, Gener, qui forti, heroicoq; i petu vrbem Dabiram primus occupavit.

Israelitarũ liberatio.

VI. *Quid movit DEum, ut è durissima Cusanis Mesopotamiæ Regis servitute Israelitas eri ret, ijsq; ducem ac salvatorem mitteret?* ℞. Clamor, *clamaverunt ad Dominum* v. 9. quo sig ficatur Imò quidem intima cordis ipsorum pœnitentia, & à præteritis peccatis vera ad DE conversio, sine qua foret clamor omnis cassus & inanis, vti Isa. 1. v. 15. & Prov. 1. v. 18. testat Dominus. *2dò* exterior pœnitentiæ actio, per ardentes ac intensas ad DEum preces, clamosa lacrymas & gemitus. Non se magnus animi ardor continet, maximè in tanta multitudine, qu foras erumpat. *Corde creditur ad justitiam, ore autem fit confessio ad salutem.* Rom. 10. v. *Clamaverunt ad Dominum, cùm tribularemur, & de necessitatibus eorum liberavit eos, & edu eos de tenebris, & umbra mortis, & vincula eorum dirupit.* Ps. 107.

Othoniel salutem attulit.

VII. *Quomodo Othoniel salutem Israelitis attulit?* ℞. *1mò. Fuit in eo spiritus Domini.* P mas in salute semper DEo dare oportet. Hic ad pœnitentiam & clamorem populum excitav hic Othonielem suo spiritu complevit, & ad oppressos liberandos exsuscitavit. *2. Judica Israel,* primò quidem per vindicationem à Mesopotamij Cusanis tyrannide, postea verò per b nam sanctamq; gubernationem ac imperium. *3. Egressus est ad pugnam,* divino scilicet spiri plenus. Ita nec sine DEo quidquam, & cum DEo feliciter omnia facit homo. Neq; tamen mnino nihil agere nos ille vult, sed cùm suum largitur spiritum, manum à nobis quoq; m veri, nos ad pugnam egredi, laborare ac præliari vult. *4. Et tradidit Dominus in manus ej Chusan,* vnà cum exercitu.

VIII. Q

VIII. *Quis fuit effectus hujus victoriæ?* ℞. det scriptura: *quievitq; terra annis 40.* In hac *Victoria effectus.*
q ete continetur cessatio à servitute & armis, restauratio religionis, divinarum legum vigor,
tr aquillus ac florens reip. status. Motui enim opponitur quies. Magnus verò motus est servi-
tu, bellum, idolorum adoratio, veterum Institutorum perturbatio, populiq; oppressio & ruina.

IX. *Quomodo DEus confortavit adversùs Israelitas Eglon regem Moab* v. 12.? ℞. non ju- *Eglon confortatus.*
b ido, suadendo, impellendo, aut simili modo incitando ad injustum bellum, vt volunt Cal-
v istæ; sed primò, augebat illi vires, animos, consilium, arma, socios, milites, & alia, quibus
a quin inferior erat Hebræis. 2dò minuebat ex altera parte vires & animos Hebræorum, eisq;
te orem ac formidinem immittebat, & fortè hoc ipsum innotescere fecit Regi Moab. 3tiò Sub-
t vebat impedimenta omnia, quæ à bello Hebræis inferendo Maobitas remorari potuissent,
at prosperos belli successus, destituendo Hebræos solita cælesti ope &c. Quæ omnia justis
caulis, & in bonum finem faciebat DEus: & erant ex se indifferentia, poteratq; & benè &
è ijs vti rex Moab. Et licèt prævideret DEus, illum pro mala sua voluntate & alieni imperij
pitu malè vsurum, ad bellum Hebræis inferendum injustè; voluit tamen eum sibi suæq; ma-
e relinquere, vt hac via Hebræi debitas luerent pœnas. Potuisset quoq; DEus apertè ac di-
è illi tamquam tortori vel militi suo præcipere, vt bellum Hebræis inferret, eosq; puniret:
tunc debuisset ei hanc suam voluntatem indicare, neq; fuisset bellum istud injustum. Ita
T inus, & Abul. de Nabuchodonosore ex S. Aug. & S. Thoma.

X. *Qualiter Aod secundus Hebræorum Judex Eglonem Moabitarum regem occidit?* ℞. Ve- *Aod interfector Eglonis.*
ni ad hunc populi nomine legatus, cum sociorum ac familiari comitatu, quæq; publicè mit-
te ntur seu tributa seu dona, in conventu procerum, regi tradit. Perfunctus officiò regiq; jam,
is de causis, multò quàm ante commendatior, præsidij munitiones diligenter perlustrat, ad-
antis potiùs quàm explorantis more. Remensus item cum socijs, vbi pervenit in Galgala, vr-
vt religione olim inclytam; ita nunc Deorum sculptilium similacris publicis impletam,
suapte pietate, tum incitamento Numinis incensus, statuit ea evertere. Cunctis igitur, qui
itabantur dimissis, vel non nisi cum puero pedissequo in castellum Jerichuntis, & ad re-
revertitur, gladiolum suum occultè portans. Postulat intromitti, tamquam secreti magni
lus; cujus cum rege communicandi necessitas eum à medio cursu itineris revocasset. Fa-
m, remotis cunctis arbitris reperit aditum. Non tantùm Optimates, sed etiam soliti corpo-
custodes, longiùs se, quàm pro consuetudine, segregarant: & incustoditum regem relique-
. Introductus igitur Aod, ac reductis post se foribus, adoratoq; rege, professus, à Galgalo-
delubris, ad quæ divertisset ex via, redeuntem afferre se divinum, & ad regis caput pertinens
num; permovit virum superstitiosum, vt tamquam Deorum suorum excepturus oraculum, eo-
honoribus assurgeret: qui sedens hucusq; de solio legatum excepisset. Eum igitur hoc ere-
re corporis situ nactus Aod, inobservatus aggreditur, ac raptam è femore dextro sicam læva
u, ventri surgentis infigit, tam valido impetu vulneris, vt non mucro tantùm extremus,
nedia ferri lamina, sed planè capulus ipse pinguissimam aluum intraret, cum parte ferien-
nanûs. Confestim diffluxit anima. Aod relicto ferro in vulnere statim in pedes se conjecit,
ratis cœnaculi foribus. Elapsus mox belli Moabitici classicum insonat; ingentem Hebræi
uli collectam multitudinem in Moabitas ducit, & primò quidem in locum, vbi cædes regis
facta. Interim Eglonis satellites diutissimè foris stantes & aliud quidpiam eum agere su-
antes, tandem inserta clavi cœnaculi fores aperiunt, Eglonem mortuum inveniunt ac de-
ant: Aod improviso cum suis eos opprimit: & reliquos ad Jordanem usq; persequitur. Ibi
a & atrocior pugna cum Moabitis, qui transire Iordanem amnem conabantur, ijs locis,
bus erat siccus; sed cædente terga fugientium Aodo, vada verò tentaturos barbaros Ephræ-
milite, custode fluminis, prohibente, hostium decem millia cæsa sunt. Ita pacata Palæsti-
soluta servitus Moabitica: Iudex, ac tribuum Hebræarum prætor, Aod declaratus: vt idem,
bellorum fuisset, etiam æquitatis esset vindex, in vtramq; lancem *ambidexter*.

XI. *Cur, quot, & quomodo Samgar occidit Philisthæos?* ℞. Ubi apud vicinas gentes incre- *Samgar occidit 600. Philisthæos.*
mors Aodi fortissimi Principis, Philisthæi excurrerunt in terram Israelitarum, more latroci-
tium ad prædas abigendas, hominesq; in servitutem abducendos. Nemo tum securè facie-
iter, passim vias insidentibus prædatoribus, & omnia intuta reddentibus. Agrum fortè co-
t Samgar, junctis aratro bobus, cùm derepente prædatoria Philisthinorum manus, sese in
spectum dat; exspoliat villas, & pagos, & in Samgarem facto impetu conatur boves eri-
, ipsum in servitutem abstrahere. Vim & iram suscitavit injuria, furor arma ministravit;
enim telum aliud ad manum non esset, arrepto dentali, cum vomere, quo terram proscin-
at, prosilit in pugnam, strenuéq; circumductô in omnem partem ferrô, plagas, vulnera,
ra, dividit, nec ante cædendo absistit, quàm Philisthæorum omnino sexcentos straverit; v-
facinore memorando, Samsoniæq; maxillæ præludente. Ita repressa latrunculorum auda-
restituta viarum libertas; commeantibus securitas; vrbibus & agris quies.

CAPUT IV.

Debbora prophetissa & Barac adversùs Sisaram principem mil
Jabin Chanaan feliciter dimicant. Profugum Sisaram occidit Jabel v:
Haber Cinæi.

Debbora prophetissa.

QUæstio I. *An Debbora de numero Judicum fuerit, cùm dicatur v. 4. judicabat p*
um? Affirmant SS. Hieronymus & Amb. Cajetanus, Genebrardus & alij. Sed ℞
jus quidem populo dixisse, sed absq; jurisdictione seu potestate judiciaria. Non e
princeps erat aut Domina populi, sed solùm prophetissa: quo nomine plurimi ab
responsa quærebant, & litium suarum compositionem: eoq; magis, quòd reliquos Israelita
judices solijs suis deturbassent Jabin & Sisara tyranni, fœminam verò eamq; simplicem &
datam facile tolerabant. Ita Rabbini, Abul, Serarius, Tirinus & alij.

Fœminis an imperare fas?

II. *An fœminis judicare, imperare, ac in Ecclesia loqui fas?* ℞. Si quam DEus fœmi
judicijs, populis, imperijsq; præficeret, ac in Ecclesia loqui vellet, idq; certò aliunde consta
fas omnino foret, fœminam judicare, præesse, imperare, in Ecclesia loqui. Debboram prop
tico spiritu insignierat Dominus, si eamdem Israelitis optatam afferre libertatem voluisset,
virili quodam animo aciem ducere, cum Sisara congredi, eum vincere, rem dehinc publi
gerere, quis contra hisceret? quis non justissimum diceret? Deinde possunt in quibusdam fœ
nis ea naturaliter esse prudentiæ, consilij, fortitudinis, auctoritatisq; præsidia, vt rectè ipsis
pulorum possint committi habenæ. Ordinariè tamen secus res habet, ideoq; ordinariè civili
reip. muneribus, præfecturis, ac dignitatibus exclusæ sunt. Par de sermone in Ecclesia ra
Nam cùm ijs in hac silentium indicat Apostolus 1. Cor. 14. 35. & 1. Timoth. 2. 11. & 12. extrao
nariè tamen aliquando secus posse obtingere innuit 1. Cor. 11. 5. dicens: oportere *mulierem*
tantùm *orantem* sed & *prophetantem velato* esse *capite*.

Debbora sedet sub palma.

III. *Ubi judicia exercuit, & consulentibus respondit Debbora?* ℞det v. 5. *Sedebat sub*
ma, quæ nomine illius vocabatur. Sedere hîc sumi potest pro habitare, scilicet habitabat
palma. Potest etiam accipi pro ipso situ, quem in judicando tenebat. Nam judices sedendo
è solio ferunt sententiam. Palma verò, sub qua sedebat, vel habitabat ex eo tempore dicta
palma Debboræ. Cajetanus putat non vnam tantùm ex eo genere arborem fuisse, sed mul
adeoq; palmetum totum. Si quæras, quomodo ergo sub tot palmis, seu palmeto illo Debb
sedere potuit? respondet significari eam in loco inferiore sedisse, ita vt in monte aut colle
rit palmetum, ipsa verò in valle sederit. Sed non est opus tali tropo. Quando subter querc
altera Debbora sepulta est Gen. 35. 8. Quando Absolon subter quercum mulo transire voluit
ex ea pependit. Quando sub ficu Nathanaelem vidit Dominus Joan. 1. an quercetum semper
ficetum intelligemus? Aut si non ibi cur hîc?

IV. *Fuitne vidua Debbora, cùm ibi judicaret an adhuc conjugata?* ℞ S. Amb. asserit
duam fuisse, S. Hieron. id negat. Quid si dicamus, inquit Serarius, fuisse tum à viri thoro
junctam? Sic quo ad vinculum matrimonij verè fuisset vxor: quo ad vsum potiùs fuisset vid

Barac quis?

V. *Quis fuit Barac?* ℞ Nangiacus ex Rabbinis, & compilator historiæ Ecclesiasticæ
tant fuisse maritum Debboræ. Genebrardus *patrem*; S. Amb. *filium* Debboræ facit, Sed fa
hi omnes refelluntur, quòd Barac *Nephthalita* fuerit: *Debbora* verò *Ephramitis*, vt hîc dici
v. 5 & 6. & cur rem tantam tacuisset scriptura? Virum privatum fuisse, nec magnæ poten
affirmat Abulensis: crediderim etiam pium fuisse. Sed an sat forti animo, ferè dubitem,
ximè cùm videam adversùs divinum imperium per Debboram ipsi expositum non nihil hæsi
se, & fortè ex nimia prudentia humana in obediendo cunctatum esse. Unde meritò etiam à D
bora reprehenditur, & magna gloriæ suæ parte ad fœminam Jahelem devolvenda punien
prædicitur. Sed hanc qualemcunq;, certè levem, culpam facilè mox abolevit, tot alijs insig
bus obedientiæ, fortitudinisq; actibus, qui hoc & sequenti capite commemorantur.

Fœmina gloriæ data

VI. *Quæ est fœmina, cui & Sisara, & de ipso gloria divinitus est data?* ℞. potest
eam intelligi & Debbora & Jahel, quæ Sisaram interfecit. Potest enim v. 9. *in manu muli*
tradetur Sisara, intelligi non definitè de vna tantùm fœmina, sed indefinitè de vtraq;. N
Debbora, quia in castris bello præsens adfuit, prælij tempus & opportunitatem quasi dig
monstravit, Sisaram ipsum quodam modo vincere videtur, magnamq; victoriæ laudem a
traducere. S. Hieron. ep. ad Principiam: *Si Barac ire ad prælium voluisset, Debbora de host*
non triumphasset. Jahel etiam, quia ipsum hostium ducem magnitudine animi plusquam fœ
nea mirabiliter obtruncavit, in victoriæ, gloriæq; societatem venit, ferè quod in ea optim
& maximum est, delibat. Quàm enim magnum & excellens, adversariorum ducem & cap
è quo vno pendent omnia, tollere? ad harum igitur vtramq; magna gloriæ pars pervenit.

Pax inter Jabin & Haber.

VII. *Unde pax inter Jabin regem barbarum & impium, & domum Haber Cinæi v. 17.?*
Venerabatur rex tantam religiosæ hujus familiæ virtutem, morum innocentiam animi in adv
sis tranquillitatem. Et vel sic ostendere voluit DEus, vnde Israelitis tot tantæq; adversita

& p

&lagæ, cùm proximi tyranno Cinæi, quòd à cultu DEi non recessissent, plena pàce, magnoq; is favore atq; amicitia florerent; Israelitæ verò etsi à tyranno remotiores, quia tamen à di-is legibus avulsi essent, durissimo tyranni jugo & mille injurijs opprimebantur.

VIII. *Cur v. 18. nominatur potiùs tabernaculum Jabelu quàm Haberi, fœmina quàm viri* ùm tamen vir & domûs & mulieris caput sit 1. Cor. 11. & ideo ab illo potiùs, quàm ab hac du-plet nomen? ℞ Variæ à varijs assignantur causæ. Alij dicunt quòd Haber tunc absens fue-solaq; tum domi vxor, alij, quòd ob eximiam hujus fœminæ virtutem, tentorium hoc po-ab ejus, quàm à viri nomine debuerit denominari. Quòd vir fuerit absens, argumento videtur, quòd neq; ad Sisaram excipiendum, alloquendum, occultandum, adfuisse vnquam tur, neq; in ejusdem morte, aut consultor, aut adjutor. Neq; demum post ejus mortem vocatus ad cadaver spectator, aut ad Baracum progressus nunciator. Et tamen si in illo rnaculo & loco fuisset, vtiq; aliquid horum fecisset? Ut vt sit, aliam adhuc dat rationem rius: hoc tentorium, quod intravit Sisara, non viri sed mulieris erat, non Haberis sed Jahe-Mos enim erat priscis illis temporibus, vt licet non admodum dissita, diversa tamen à viris erent mulieres tabernacula. Hinc enim Sara in suo, non in Abrahami tentorio fuit, cùm illi ab eo hospitaliter accepti convivæ prolem ei promitterent Gen. 18. si paulò pressiùs He-a verba inspiciantur v. 9. & 10. & disertè tabernaculum Saræ nominatur Gen. 24. 67. in d etiam ingressus, vt mortuam illam lugeret, notatur c. 23. 2. Sicq; Jacobi, Liæ & Rachelis rsa indicantur tentoria Gen. 31. v. 33. 34. Quod si quæras, cur in fœminæ quàm viri malu-ingredi tentorium Sisara? ratio in promptu est, quia blandè, comiterq; admodum ab Jahele tatus fuit. Homini verò trepidanti, horrenti, fugienti omne latibulum tantò est gratius, ntò citiùs occurrit.

Tabernaculum Iahelis

IX. *Cur Sisaræ petenti aquam, Jabel lac dedit?* ℞ Inter alias rationes, hanc dat Serarius, essum de via, & fuga, sudore totum perfusum, formidine fractum ac debilitatum somno quàm rrimo & altissimo confestim obrueret. Cum enim lactis natura sit humidior, crassior & fu-ior, solet, vini instar, caput petere, spirituq; ac fumo densiore oppletum soporare. Unde tis dolore, aut vertigine laborantibus id à Medicis negatur, vt apud Plinium est l. 28. c. 4. q; biliosis & febricitantibus, apud Hippocratem in Aphorismis.

Jabel lac dedit Sisaræ

X. *Licuitne Jabeli Sisaram occidere, hominem fœderatum, amicum, hospitem, gravissima mitate oppressum, dormientem, & quidem, vltro comiter invitanti, dataq; fide securitatem pro-enti? Nonne hoc erat jus gentium infringere? pacta conventa, jurata violare?* ℞. pactum Jabinum, & Cinæos initum, vel fuisse metu extortum; vel invalidum eo tempore, quô à eis Hebrææ genti sanguinitate junctis, tamquam à Reip. membro, communis & publicus is, imò re ipsa invasor, proclamatus, & proscriptus, erat arcendus & tollendus, seu per mar-apertum, seu per insidias, & artem occultam. Et quidni dicamus, qualecunq; fœdus illud erit, fuisse à DEo dissolutum, idq; per propheti dem Debboram declaratum, Jaheliq; divi-nspiratione insinuatum. Cur enim DEum impulsorem, jussoremq; cædis non confiteamur, ustissimis exigendis pœnis de Sisara, jurato religionis hoste; superstitionum & impietatis pro-tore sacrilego; Jabbinicæ tyrannidis stimulo; bellicæ flammæ folle; expeditionum cruenta-classico; tot injustarum cædium instrumento.

Iabeli licuit Sisaram occidere.

CAPUT V.

Canticum triumphale & gratiarum actionis Debboræ & Barac post victoriam.

QUæstio I. *An sola Debbora hoc canticum cecinerit?* ℞. Poetria seu effectrix hujus carmi-nis videtur fuisse prophetis Debbora, item cantatrix ejusdem jam confecti, sed vnà cum Barac, quia initio hujus capitis dicitur: Cecinerunt Debbora & Barac filius Abinoem in illo die dicentes, ita vt, quia prius nominatur, videatur carminis effectrix Debbora, uia ei adjungitur Barac, fuisse ipsius concentor. Nam si eodem simul efflati spiritu idem ef-ssent, & concinuissent ambo carmen, cur illa jam præponeretur? cur ferè ab omnibus Debbo-armen semper vocaretur?

Debbora effectrix cantici.

II *Quis sensus est verborum v. 4* DOMINE CUM EXIRES DE SEIR, ET TRANSIRES REGIONES EDOM, TERRA MOTA EST, CÆLIQUE AC NUBES DISTILLAVERUNT UIS? ℞. q. d. Quando tu DEus insidens arcæ quasi throno tuo nobiscum ambulabas in erto, cui Idumæa adjacet, statim ad conspectum tuum tantus passim metus ac tremor omni-incussus est, vt non homines modò, sed & cœli, & nubes, & ipsi montes, ac præ omnibus ns SINAI, metu tui tremuerint, dissoluti ac liquefacti sint. Vide Exodi 19.

III. *Quomodo v. 6. dicuntur semitæ quievisse temporibus Samgar & Jabel?* ℞. Itinera nia fuere cædibus ac latrocinijs infesta, ita vt rectæ, regiæq; viæ teneri non possent, neq; æ tritæ teri semitæ: sed quærendæ essent viæ inviæ, occultæ ac tortuosæ. Vide hic c. 3. q. 11. ritualiter intelligi potest: viæ mandatorum DEi rectæ, in quibus immaculatè, feliciterq; ambula-

Semitarum quies?

ambulatur, quieverunt, intermissæ sunt, & cessarunt, dum ad alienos DEos, aliaq́; peccata Israel, & qui per justitiæ ac sanctitatis semitas ingredi solebant, per devios ac tortuosos ic latriæ variorumq́; vitiorum calles ambulaverunt. Vel etiam dici potest: discessum est à leg vina, ejusq́; viæ intermissæ, ideo statim ea pœna secuta est, vt itinera plena essent latrocin um, & qui planis antea, tritisq́;, quocunq́; vellent, incedere poterant semitis, diverticula, quasq́; & latentes indagare vias deberent.

Dies Samgar & Jabel.

IV. *Cur conjunxit dies Samgar cum diebus Jabel v. 6?* ℞ Voluit prophetis Debbora tum illud tempus indicare, quod sub vel post Aod finem fuerat, vsq́; ad hanc victoriam. I go describit à duorum, qui in vtroq́; tum sexu fuerunt, præstantissimorum diebus. Illorun ter fuit Samgar, altera Jahel, sicq́; hanc illi conjunxit, præstantiæ tantùm & celebritatis, magnam cum Samgare similitudinem habebat, causa.

Debbora mater in Israel.

V. *Cur Debbora v. 7. vocabatur mater in Israel?* ℞ Non quòd verè Baracum genu sed quòd populo toti salutem, & Salvatorem per vocabuli translationem genuerit, imò & ip quodammodo Israeliticum populum ad libertatem vitamq́; veluti novam genuerit, sicut quidam dicebantur *patres patriæ.* Et verè hoc titulo ac laude multò dignior, quàm quæ Trebellium Pollionem l. de triginta Tyrannis, olim *mater castrorum* nuncupabatur, *Victo* seu *Victoria.*

VI. *Quomodo intelligendus versus 8.* CLYPEUS ET HASTA SI APPARUERINT IN MILLIBUS? ℞ Est Hebraismus, pro, *non apparuerunt* q. d. vsq́; eò nos oppresserat tyra Jabin, vt *in 40 millibus Israelitarum,* qui partim è tribu Nephthali & Zabulon collecti era Barac, partim ex reliquis tribubus vix invenire esset clypeum aut hastam: sed debuerint ar ri fustibus, ligonibus, vomeribus, & quasi inermes adversùm Sisaram prodire. Unde & DEo, quo duce ille profligatus est, omnis victoria & triumphus debetur.

Ruben inter duos terminos.

VII. *Quomodo dicitur Ruben v. 16. habitare* INTER DUOS TERMINOS? ℞ Chal cè habetur, quare medius hærebas & dubius inter terminos hostium & Israelitarum, exspec belli euentum; vt si vinceret Sisara, te illi conjungeres: sin Barac, illi adhæreres? Nempe di seu dissensio fuit inter principes tuos: magnanimos scilicet illos, qui *sibilos* & balatus gre suorum audire maluerunt, quàm sonitum buccinæ Barac.

Stellæ contra Sisaram pugnarunt.

VIII. *Quomodo de cœlo & à stellis contra Sisaram dimicatum?* ℞ det scriptura hîc v *Stellæ manentes in ordine & cursu suo adversùs Sisaram pugnaverunt.* id est, non turbatæ nuper imperante ijs stationem Josue, sed prosequentes ordinarium cursum suum, causarunt tas tempestates, ac procellas grandinum, ventorum, fulgetrorum, vt omnes copiæ hostiles barentur, frangerentur ac contererentur: DEo interim & Angelis, quorum operâ hæ tempest ciebantur, Judæos vbiq́; protegentibus, & in hostem animantibus. Simile habes sub Sam 1. Reg. 7. & Imp. Theodosio contra Eugenium & Maximum tyrannos pugnante, teste Eus

Meroz vrbs maledicta.

IX. *Cur maledicitur terra Meroz?* ℞ Urbs erat prælij loco vicina, fortissimis viris pl quibus, quia ad sacrum hoc bellum juvare noluerunt, dira jubet ab omnibus imprecari: ju inquam, non sua, sed Angeli Domini auctoritate, qui Debboram ipsam afflabat, & cantici jus auctor & dictator erat, inquit Arias. Abul. S. Michaëlem intelligit, qui toti populo quam princeps præfuit, & hostes continuit, & jam maledicta jacit in eos, qui juvare debuer sed metu & malitiâ detrectarant. Hujus verò maledictionis effectus nullus quidem memo proditus est: sed videtur locus ingratitudine tanta infamis, vel stirpitus excisus, vel saltem æ na oblivione sepultus fuisse: nam nulla deinceps vel in sacris, vel in profanis historijs m tio fit vrbis Meroz, aut Merositarum; vt videantur simul cum suo scelere sepulti fuisse. Tirinus.

CAPUT VI.

Relapsis in priora scelera Israelitis, & jam à Madian oppressis, G deon varijs signis à DEo decernitur liberator: qui ob destructam ara Baal, nomen inde Jerobaal sortitur.

Gedeon.

QUæstio I. *Quis fuit Gedeon?* ℞ Quintus judex Hebræorum à *Gadba,* quod est fran re, omen in nomine habens, quòd fracturus esset idolum & lucum Baal, fuit filius J de tribu Manasse, & de familia Ezritarum, in qua primatum habuit Joas, id enim gnificat scriptura, cùm ait hic v. 11. fuisse Joas patrem, id est, principem familiæ E Abul. Erat, inquit, vir honorabilior in tota familia Ezritarum, & fortè descendebat directè Ezri per primogenitorum lineam, & ob hoc principatus familiæ pertinebat ad eum. Sic Ab Natus est Gedeon in oppido Ephra circa Jordanem. Qua ætate electus in judicem, siue Prin pem populi, ignotum. Apparuit quidem illi Angelus sub specie viri, ac divinam electione enuncians, appellavit virorum fortissimum hîc v. 12. At virilis ætas eò maximè tempore, & ea virium præstantia, quam Angelus indicat in septuagenarijs, ac in octogenarijs etiam repe ebatur, vt patet in Mose, qui 80. annos agens electus est ad liberandum populum de capti

Ægyptiaca. Demus ergo minimùm, fuiſſe tunc Gedeonem ſexagenarium, certè cùm 40. ɔs judicaverit, colligi poteſt eum centum annis vixiſſe.

II. *An Pater Gedeonis Joas, & ipſe Gedeon fuerint idololatræ?* ℞ Patrem fuiſſe idololacertum videtur. Conſtat enim hîc v. 25, Aram Baal, & lucum vicinum fuiſſe Joas patris Conſtat etiam ex v. 27. Gedeonem ea deſtructurum ex mandato DEi, timuiſſe patrem, & noctu rem aggreſſum. De Gedeone dicendum, fuiſſe non modò fidelem, ſed pium ac um, vnde amiciſſimè ſalutatur ab Angelo, & eligitur in liberatorem ac judicem. Quare ɔdor. q. 12. Memor erat, inquit, Gedeon mirabilium DEi firmamq; de eo tenebat opinionem, eruit, vt audiret ab Angelo: proficiſcere in robore fidei hujus & vinces. *Joas pater Gedeonis idololatra.*

III. *Quis fuit Propheta, quem ad Iſraelitas miſit Dominus* v. 8.? ℞ malo dicere, ignotum quis fuerit, quàm fuiſſe Angelum, qui ſub quercu apparuit v. 11. vt credidit Aug. q. 31. hîc. mq; appellatione ipſa Angeli diverſus eſt: & certè in ſcriptura numquam Angelus appellaropheta, vt fatetur idem Aug. l. c. Sed mallem nihilominus cum Auguſtino credere Angequàm cum Rabbinis & Lyrano Phineem, qui multò antè deceſſerat; nam ſi fuiſſet ſuperſtes, foret, qui miſſus eſt, profectò, cùm vir eſſet famoſus, nominaretur. Potiùs ergo dicendum, vnum è viris, qui ad populum concionabantur, & ſpiritu prophetiæ interdum agebantur: pro ea tantùm vice fuiſſe actum eo dono, non eſt credibile, oportebat enim auctoritate præſtare apud populum.

IV. *Quis, qui ad Gedeonem venit, Angelus* v. 11.? ℞ Probabile eſt fuiſſe Michaëlem de quo c. 2. qui Eccleſiam in eo populo incluſam cuſtodiebat: opportunè verò adfuiſſe periclitan- Gedeonem vindicem deſignaſſe; quare non eſt opus, vt fuerit divinum Verbum, quod ſemel hîc appelletur proprio DEi nomine Jehovah: Nam Angelis, quatenus DEi legati, minis tribui, non ſemel vſurpatum in ſacris literis. Notum illud Exod 23. 21. Ubi DEus nendat populo, revereatur Angelum (non quidem Joſue, vt perperam aliqui interpretanſed verum Angelum, quem illi ad cuſtodiam deſtinaverat. *Obſerva,* inquit, *eum, & audi ejus, nec contemnendum putes, quia non dimittet, cùm peccaveris, & eſt nomen meum in* *Angelus ad Gedeonem.*

V. *An Gedeon peccaverit fabricando Ephod? cùm Scriptura hic* c. 8. v. 27. *dicat:* FORNI-USQUE EST OMNIS ISRAEL IN EO, ET FACTUM EST GEDEONI, ET OMNI DO-EIUS IN RUINAM? ℞. Ephod hîc univerſaliter ſumitur pro omni eo, quod ad cultum dotalem ſpectat; nam etſi ſtrictim ſumpta vox ſumatur pro vno è ſacerdotalibus ornais, quod erat veſtis linea 1. Reg. 2. 18, tamen Ephod à Gedeone factum complectitur appa- cæterum ornamentorum ſacerdotalium, quod piè Gedeon fieri curavit, in cultum alta-Ei à ſe erecti, vt putat S. Aug. q. 42 hîc, & hiſtoria Scholaſtica. In eo autem non peccaſ-deonem credi par eſt; primùm, quia horum ornamentorum vſum extra tabernaculum lex damnabat, ſicut nec altarium, in quibus non ſacrificaretur. Joſue 22. Deinde cùm on antè initum prælium juſſus à DEo fuerit tamquam extraordinarius ſacerdos ſacrificare tari à ſe exſtructo, potuit piè credere, ſe aliquando rurſum aſſumendum ad ſacrificandum m, ac ideo religiosè curaſſe ornamenta ad id ſacerdotalia præparare. Quod ergo dicitur fornicatus in Ephod, intelligendum poſt mortem Gedeon, absq; vlla noxa ſua: ſicut in nte æneo, quem juſſu DEi fabricavit Moſes fornicatus eſt poſtea Iſraël 4. Reg. 18. 4. nulla n Moſis interveniente culpa. Factum ergo eſt Ephod in ruinam Gedeoni, & domui ejus, iam altare illud, ac ornamenta ſacra verterunt poſteri in cultum Baal, quod illis in ruinam ccatum fuit, Gedeoni quoq; in aliquam infortunij notam, quòd tam impiorum parens terit. Itaq; is ipſe ſanctus in ſe, opinione hominum, quoquomodo infelix haberi potuit, pertinet ad quamdam veluti ruinam ex culmine felicitatis apud mortales in pretio habit bonorum quis filiorum parens ſit. Nam ideo Eccleſ. 2. 18. deteſtatur ſapiens omnes ſuas tates & induſtrias, habiturus fortè poſt ſe hæredem ſtultum. Ita Fernandius. *Iſrael fornicatus in Ephod.*

VI. *An Gedeon ſacrificaverit* v. 18.? ℞. eum non ſacrificaſſe, ſed tantùm miniſtrum egiſ-ferendo & componendo victimam in altari ex imperio, & præſcripto Angeli, qui ſcipione gnem è petra educens, vltimam proximamq; operam ſacrificio impendit. Ac proinde ſaɔtis partes hîc egit Angelus, DEo omnium Domino ſic jubente. Unde quòd hîc Gedeon , ſe ſacrificium allaturum & oblaturum Angelo, non niſi materialiter accipi poteſt: nam aliter afferebat illud Gedeon pro munere convivali, quod ex intentione Gedeonis ſerviɔro prandio, ſed voluntate Angeli converſum fuit in ſacrificium. Ita Theodor. Cajet. Sera- Nota tamen cùm nocte ſequenti juſſit DEus Gedeoni, vt taurum ſibi in eadem petra imret v. 25. & 26. cum ipſo etiam Gedeone diſpenſaſſe, vt ſacerdotij munere fungeretur, oftq; holocauſtum procul à loco tabernaculi, ſicut poſtea diſpenſavit cum Samuele 1. Reg. 9. . Elia 3. Reg. 18. & alijs quibusdam. Nam vt optimè notat S. Aug. *Ita DEus legitima illa ficiorum conſtituit, ut leges non ſibi, ſed hominibus daret.* vnde poterat, quandocumq; pla-, extra legis ſuæ limites, jus ſacrificandi dare, quibus vellet, ſeu hominibus ſeu Angelis, & umq; loco, aut tempore aut modo vellet. *Gedeon an ſacrificavit*

Signa velleris cur petit Gedeon.

VII. *Cur Gedeon, accepta jam à DEO promissione victoriæ, insuper signa petit in vel* ℞ det Orig. hom. 8. Credebat quidem DEum & posse & velle, quæ prædixisset, facere on sed fidem suam augeri, omniq; adversùs angelos tenebrarum, qui se in lucis angelos ali do transformant 2. Cor. 11. cautione se communiri optabat. Et addi potest, voluisse hinc critatem suam incitari magis. Si Apostolis Luc. 17. licuit dicere, Domine adauge nobis fide non Gedeoni liceat? Huic verò facto simile est, quod in S. Arnulpho Metensi Episcopo de annulo narrat, ex Caroli M. ore, Paulus Diaconus, citans hoc ipsum Gedeonis signum apu rium tom. 4. S. Arnulphus cùm pœnitentiam pro aliquibus excessibus ageret, contigit, v Mosellæ fluminis pontem transiret. Cumq; subterfluentium aquarum profundos, nec vi netrabiles gurgites cerneret, non dubiæ spei fiduciam mente gerens, extractum digito ann in illam aquarum profunditatem projecit: tunc, inquiens, me putabo culparum nexibus lutum, quando istum, quem projicio, recepero annulum. Post aliquot verò annos, cùm piscopatûs ascendisset officium, ei die quadam piscator quidam piscem attulit: quem ill quia carnibus abstinebat, ad refectionem vespertinam jussit præparari. Cumq; ejus mi officij more eum exenterasset, eumdem annulum intra ipsius piscis intestinum reperit. Il ctum admiratus, sed rem nesciens, beato Arnulpho detulit. Quem ille, vt vidit, cogn ac DEO omnipotenti, jam de remissione peccatorum fidus, gratias detulit: ac dei non remissiùs vitam duxit, sed majori se potiùs abstinentiâ coarctavit. Nec dissimilite ter hic venerabilis, quàm olim Gedeon ille signum à Domino poposcit. Ille etenim cium per vellus in area positum capere voluit, vtrum in bello victoriam de inimicis h potuisset; iste annulum in profundissimum fluminis gurgitem projiciens, experiri cupit, v de inimicis jam victoriam cepisset. Fortes quidem erant, quos ille devicerat: sed hi, quo superaverat, fortiores.

Annulus in pisce.

Velleris miracula.

VIII. *Quid bina significant velleris miracula?* ℞. allegoricè significant rorem cælesti ctrinæ, electionis ac gratiæ, quæ priùs solùm vellus Iudaicæ synagogæ humectârat, poste siccatis & reprobatis Judæis humectavit fœcundavitq; universam gentilitatis terram. Ita Hieron. Amb. Aug. & Theodor. Aliter S. Amb. Rup. & Procopius conformiter ps. 71. Ros in vellere, est Christus in vterum Virginis sine hujus corruptione aut dolore silenter & quillè Spiritu sancto irrorante delapsus. Ipsa beatissima Virgo vellus est, quod in priore culo, sanctissima illa cælitus delapso rore permaduit, dum vtero suo illum concepit, gesta fovit. Alibi enim terrarum, secundùm humanitatem, nusquam erat divinus ille ros, om solum cælestium penuriâ imbrium siccum pœneq; torridum arebat. In posteriori verò mi lo, fuit post partum purissimus idem beatissimæ Virginis vterus roris ejusdem inanis ac v us, totusq; ab omni etiam virili siccus semine; alibi verò tum jam versabatur Christus D nus, terramq; vel exemplo vel merito, vel doctrina & evangelio suo totam humectaba diesq; humectat. Hinc non à Marianis tantùm Litanijs appellatur B. Virgo, Gedeonis v sed à S. etiam Ephrem tom. 3. pag. 207. Serm. de B. Virgine. Hinc S. Hieron. in epitaphio læ: *Pastores nocte vigilantes audire meruerunt Gloria in excelsis DEo, & super terram pax minibus bonæ voluntatis. Dumq; servant oves, invenerunt agnum DEi puro & mundissimo vel quod in ariditate totius terræ cælesti rore completum est.* Hinc S. Bern. Serm. 2. super Missu Quid, ait, Gedeonis vellus significat, quod utiq; de carne tonsum, sed sine vulnere carni area ponitur, & nunc quidem lana, nunc verò area rore perfunditur, nisi carnem assumpta carne Virginis, absq; detrimento virginitatis? cui vtiq; distillantibus cælis tota se infudit nitudo divinitatis: adeò vt ex hac plenitudine omnes accepimus, qui verè sinè illa non quàm terra arida sumus. Huic quoq; Gedeonico facto propheticum dictum pulchrè satis venire videtur, vbi legitur: *descendet sicut pluvia in vellus.* Nam per hoc, quod sequitur, *& stillicidia stillantia super terram*, idem datur intelligi, quod per inventam rore madidam am. Pluvia quippe voluntaria, quam segregavit DEus hæreditati suæ, placidè prius & a strepitu operationis humanæ suo se quietissimo illapsu virgineum dimisit in vterum: postmo verò vbiq; terrarum diffusa est per ora prædicatorum, non jam sicut pluvia in vellus, sed stillicidia stillantia super terram, cum quodam vtiq; strepitu verborum, ac sonitu miraculor Siquidem recordatæ sunt nubes illæ, quæ portabant pluviam, præceptum sibi fuisse, cùm terentur: *quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditis, prædicate s tecta.* Quod & fecerunt. Etenim *in omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis t verba eorum.* & Serm. in Nativ. Mariæ: intuêre ô homo consilium DEi, agnosce consilium pientiæ, consilium pietatis. Cælesti rore aream rigaturus, totum vellus priùs infudit. Red pturus humanum genus, pretium universum contulit in Mariam. Ecclesia deniq; in ipsa pri rum Circumcisionis vesperarum Antiphona secunda: *Quando natus es ineffabiliter ex Virg tunc impletæ sunt scripturæ; sicut pluvia in vellus descendisti, vt saluum faceres genus hu num.*

CAPU

CAPUT VII.

Probatis ad aquas militibus, cum quibus ad bellum progrederetur, Ge-on omine bono ex Madinitæ cujusdam somnio animatus, noctu irruit confertos hostes, non nisi trecentis socijs comitatus, solisq; tubis, lagenis lucernis armatus: fugat omnes mutuis se vulneribus conficientes: duos incipes Oreb & Zeb captos interficit.

Judæa vastatur.

QUæstio I. *Quæ est epitome historiæ de Victoria Gedeonis?* ℞. Describit illam Pexenfelder in suo Floro Biblico. Post Debboræ Baracíq; mortem gens Hebræa more ad sacrilegam Deorum superstitionem est devoluta, erectis Jovi Belo aris, lucis, simulacris. Offensus populi perfidiâ DEus, immisit in eos Madianitas, Ammonitas, Moabitas, Ama-as, aliosq; populos; qui transito Jordane maxima peditum, equitum, jumentorum assum-multitudine, brevi omnem Hebræorum regionem, sui juris fecerunt, impune cuncta feren-agentesq;. Ibat calamitas hæc in orbem ac redibat; cùm simul ac frugum & vinearum ma-ás anniversaria revertisset, reverterentur & hostes: demessisq; vitæ subsidijs, & oleô, vinóq; ectis, cætera camelorum & hominum, equorumq; pedibus proculcarent. Ita locustis & nu-o similes, & ingluuie, campis & collibus evastatis, vnde venerant, eodem reuolabant. Cùm rim Hebræi delitescentes in speluncis ac scopulis ad sui dispoliationem, ne hiscere quidem erent. Deniq; septenniô sic attriti clamaverunt ad Dominum postulantes auxilium contra lianitas, nec distulit DEus suppetias, cælo demissus Angelus (Michaël fuisse creditur) ju-lem induit speciem, baculumq; gestans viatorium, Gedeonem in torculari suburbano, ex-endo fortè & repurgando frumento occupatum, humaniter allocutus, virum fortissimum pellando, salvere jussit; spem & animum concipere meliorem rebus in afflictis, quippe qui uli dirè vexati futurus esset liberator. Cunctantem, tergiversantemq; confirmat tergemino stium operum ostentô.

Michael Archang. Gedeonem in hostes animat prodigijs.

Nam & prandium (carnes erant hœdinæ cum azymis panibus) ap-atum à Gedeone sibi, superq; scopulum vicinum, appositum, baculi supremi contactu ver-n sacrificium, erumpente de saxô, subitâ flammâ, cibosq; consumente. Præterea Gedeon us ovillum in area duabus continuis expansum noctibus; conditionibus mutatis, altera lem *roscidum* invenit, omni circumquaq; reliquo campo retinente siccitatem: alterâ verò, *m* sustulit; terrâ reliquâ cunctâ rore tinctâ.

Prandium cælitus inflammatur

Velleris humiditas & ficcitas.

Sed inter hæc Gedeon, priusquam cum Madi-is manus consereret; bellum simulacris Deorum inferre jussus: expugnandi principium ab is patris sui *Joas* sumpsit. Horum aram, nocturni temporis vsus commoditate, subvertit: us aræ circumpositum, decem servorum adjutus operâ, succidit. E contra autem, super eam-petram illam, in cujus vertice prodigiosa flamma cibos in sacrificium, atq; cinerem con-erat, aram Numini verò suscitavit. In ea patris sui tauros duos immolat; frendentibus lem, cum patre, domesticis: & ad necem deposcentibus autorem facinoris oppidanis, E-m inhabitantibus, quippe qui diluculò stratum idolum, eversam Baalis aram, excisum lu-, & bovem alterum super altari novo semiustum invenissent. Sed nihil indignatione sua ficiebant; nam qui superstitionis illius stragem Gedeoni mandârat DEus: idem & ora mi-j; querulorum, injecto mentibus eorum metu, compescebat, ne quam ei vim adferrent. Igi-& oderant eum pariter, & reverebantur Ephræi cives, donec tempus incidit, cujus iniqui-per Gedeonem fortiter expediti, vertere metum in amorem, odium in virtutis admiratio-cœperunt.

Gedeon aras idolorum evertit.

Bellum Madianiticum

Id tempus belli fuit Madianitici; more suo recurrentibus in Palæstinam eva-oribus illius, populis trans Jordanem habitantibus. Centum & 30. millia bellatorum erant, omnium barbarorum delectu conglobata. Ductores suorum quisq; populorum, & agminum, *bus* ac *Zebus*, reguli Madianitidis: & Zebeas, Salmanasarq;, gentis ejusdem principes, Ge-n evulgatô velleris prodigiô, tamquam secundo victoriæ omine, Hebræorum 32. millia con-it, quos latè circùm *Araai* fontis crepidinem collocavit: diverso tamen in exspectationem lij, animorum habitu comparatas. Ast DEus in paucis voluit ostendere vim suæ potentiæ, e præcepit Gedeoni, vt trepidis militiam remitteret, eosq; sacramento relaxaret. Qua dis-ionis copiâ factâ, castris excessêre 22 millia militum. Post horum discessum, cùm 10. solùm lia Gedeoni superessent, quæ centum & triginta hostium millibus opponerentur, etiam hæc paucitas, nimia DEo visa, redigi jubetur ad numerum multò contractiorem. Experimen-autem, quinam Madianitis delendis idonei, capitur è diverso bibendi ritu. Ducuntur sub idiem ad Aradum fontem universi. Pleriq; poplitibus inflexis & in fontem ore, corporeq; proni frigidum intemperanter hauserunt. Trecentorum verò solorum ea fuit sitis sedandæ deratio, vt haustum volâ fontanam applicantes ori, canina potiùs consuetudine lambere, m more boum glutire deprehenderentur, & hos trecentos solos pronuntiavit DEus, vsui si-Gedeoniq; futuros ad victoriam parandam. Dimissis ergo reliquis, id solùm ab eis postu-t, vt retentis ad incerta periculorum armis, lagenas fictiles, tœdas cerâ compactas, cornici-

Gedeon jubetur copias imminuere.

Ex 30000. militum tantùm 300 Gedeon retinet.

num tubas ſibi relinquerent, id quod ab eis facilè impetravit, faculas ac hydrias ſingulas ſi
lis è trecentis ſuis, cum tubis corneis ferendas dedit; quos inſuper animavit omine, quod c
de nocte captavit cum armigero ſuo *Phara*, cùm proximus ſtationibus hoſtium audijt na
à quodam excubitorum de maſſa panis hordeacei è monte *Gelonæo* in caſtra Madianitarum
voluta, cum ſtrage tabernaculi prætoriani, quo hoſtilis exercitûs clades, fuga & interitus
tendebatur.

Cum eo, quem dixi manipulo, in tres centurias diviſo, de nocte adversùs hoſtem pr
ctus eſt, omiſſis, vt imperatum erat, gladijs, ſuam quolibet lagenam ſemi apertam, cum
ardente, manu læva, tubam altera manu capiente, ac præeunte Gedeone. Qui nocte int
peſta, diſpoſitis tribus circa hoſtium caſtra, à lateribus, tergoq; centurijs, vbi ſilentium pa
altum, & tam ſuorum, quàm hoſtium quietem immotam Dux animadvertit, primus ipſe bu
na pro fronte caſtrorum claſſicum inchoat, & obliquè, lucidéq; rutilantem ex hydria fac
Madianitis obvertit. Sequuntur trecenti per caſtrorum ambitum tubis horrendum clang
tes: tædas ſemitectas hoſtilibus oculis ingerentes, ac ingeminantes *Gladium Domini, gladiu
Gedeonis*. Excitati re ſubita Madianitæ, cùm inter denſas tenebras, maligno tamen lumine
diq; tabernaculis intermicante, nemini de Gedeone pugnam auſuro veniret in mentem:
ſtantibus ſine fine, modoq; tubis, clamoribus, tædis, totis caſtris trepidatur, ſemiſomnes,
miq; nudi diſcurrunt; pars ad arma, jumentaq;; pars ad imperia capienda; quæ tamen ne

Horrenda clades.

dabat; nemo ſi darentur, præ tubarum ſonitu audiebat. Poſtquam & hydriæ ſingulorum
Gedeonis exemplum, ſub vnum temporis articulum, toto caſtrorum ambitum confringi
cœptæ, tum enim verò caſtris ſe ſe ejiciunt. In ipſa multitudine feſtinantium, inter ſe comp
ſi, ad certamen tandem & arma verſi, quæ debuerant in Hebræos, hæc in ſeipſos tela vulner
DEi impulſu, denſant: alternaq; ſe cæde, medijs adhuc in caſtris, conficere non cunctan
Qui fugâ evaſerant, inciderunt in manus eorum, qui nuper à Gedeone miſſionem accepera
& Gedeon cum ſuis, hoſtium obvijs inſtructus armis, fugientium cædere dorſa cœpit ac pe
qui. Ita factum, vt quidquid obvium eſſet Madianitarum, contrucidaretur. Inter quos fuer
Orebus & *Zebus*; quorum alter in petra latitans, alter in torculari deprehenſus, jugulati.
beas quoq; & *Salmana* devia petentes, Gedeon aſſecutus, fratrum ſuorum, præteritis an
intra Thaboris montis latibula ſe tenentium, interfectores, præciſis latronum ſuo gladio cer
cibus, & publico ſatisfecit, & privato dolori, nemine ſuorum amiſſo, nemine hoſtium ſerva
Tam immenſa nimirum ſtrage contuderunt Orientis opes, trecentæ confractæ teſtæ.

Lambere aquam.

II. *Cur DEus in trecentis, qui lambebant aquas voluit liberare Iſrael?* ℞. Duo ſu
modi e fluentibus aquis bibendi: vnus, vt commodè in genua procumbat bibiturus, & proſtr
corpore caput in ipſas aquas inclinet, inſtar bovis, vno quaſi ſpiritu, quantum libuerit, pot
alter vt pedibus erectis, ſed corpore incurvato bibiturus, volâ manûs quantum poteſt, aq
hauriat, & id ſurſum ad os ferat, linguâ inſtar canis tunc lambebant. Certum eſt, qui poſter
re hoc modo bibunt, fortiores ſeſe magis temperantes præbere, eò quòd in defatigatione & ſ
qua non minus quàm alij torquentur, ne hoc quidem ſibi pauxillulæ quietis aut refocillatio
indulgere velint, vt genibus inflexis, & ore propiùs admoto aquas commodiùs, quietiùs &
bundantiùs hauriant. Ita Lyran. Arias, Serarius. Qui etiam addit, oſtendere voluit Domi
non timiditatem modò, ſed verè mollitiem etiam corporiſq; indulgentiam & intemperanti
à bonis abeſſe oportere bellatoribus, quòd ambæ victoriarum impedimenta magna ſint, mag
item caſtrorum peſtes. Sic igitur ſe maxima pars proſtravit, minima verò ſtetit, ſtanſq; bib
& hi tamquam optimi, qui non fortes modò per examen prius, ſed temperantes etiam, co
pusq;, cùm ejus tamen neceſſitati, vt oportet, cederent, nimis molliter ac indulgenter habe
tes per poſterius examen probati ſunt: alij verò velut intemperantiores, corporeiſq; cupidita
bus nimiùm ſervientes improbati.

Panis ſubcinericeus.

III. *Eſtne aliqua ſimilitudo inter panem ſubcinericeum & Gedeonem, eò quòd ſomnia
dicat:* NON EST HOC ALIUD NISI GLADIUS GEDEONIS v. 14.? ℞det Arias eſ
nam vt panis hordaceus, qui ex vilioribus eſt, ſub cinere verò coctus, viſus eſt è terra,
ſtatione Iſraelitarum ſublime raptim tolli, voluiq; identidem ac revolui, tandemq; in Madi
nitarum caſtra devolui, regium tabernaculum petere, ferire, proſternere: ita Gedeon in ſpecie
abjectus, & vix de nomine notus, ſubitò & tumultuariè pauculis in vnum coactis copijs exiti
certiſſimo Madianitis futurus prænuntiatur. Et Hebræi, qui hactenus fuerunt quaſi panis
eſca Madianitarum, deinceps gladius eorumdem & exitium devorantium, ſe futuri dicunt
Ita S. Auguſtinus Abul. & Lyran.

Magna opera per paucos.

IV. *Cur à Gedeone dimitti tam multos, retineri tam paucos voluit Dominus?* è 3200
millibus ſolùm trecentos? ℞ cauſa datur v. 2. *Ne glorietur contra me Iſrael: & dicat meis viri
bus liberatus ſum.* Pulchre Salianus l. 7. de Providentia: Evidenter ait, DEus intelligi volui
magna opera ſæpe patrari per paucos. Ita per infirmos res acta eſt, ne opus cœleſtis dexter
virtuti aſſignetur humanæ, ſed divinæ. Siquidem & dux Siſara, quem Hebræus timebat exerci
tus, à muliere proſtratus eſt. Et Abimelech civitatum expugnatorem fœminæa manus perculi

& ferra

rratæ Aſſyriorum acies vidua opitulante ceciderunt. Et ne de ſolis fœminis tantùm loquar, dab Regem Syriæ, cui præter innumera populi ſui millia, & triginta duo reges exercitusq; lem numeri ſerviebant, nónne ideo à paucis principum pediſſequis Dominus vinci voluit, i eſſet Auctor talis victoriæ, noſceretur? contra Madianitas quoq;, qui, vt liber Judicum t, inſtar locuſtarum cuncta compleverant: Gedeon jubetur pugnare cum paucis, non quia s in exercitu non haberet, ſed vetatur multos ad bellum ducere, ne multitudo ſibi poſſet ali- de victoria vſurpare. Unde cùm triginta millia armatorum congregaſſet, ſic ad eum Domi- ocutus eſt: multus eſt tecum populus, nec tradetur Madian in manus ejus. Et quid poſtea? ini adverſùm innumera barbarorum millia pugnaturo trecentos tantum modo viros reli- In eam quippe exiguitatem redigi agmen militum juſſit, vt ſibi de patrato divinitus belli paucitas vſurpare non poſſet. Deniq; cur hoc Dominus faceret, ita ipſe evidentiſſimè de- vit, dicens; Ne glorietur contra me Iſrael, & dicat: meis viribus liberatus ſum. Audiant, am, omnes contraria & blaſphema jactantes, audiant hæc ſpem ſuam in homine ponentes, vniverſos adverſùm ſe DEus dicit, qui liberari ſe viribus ſuis poſſe præſumunt. *Et paulò* Si quando nobis proſperi aliquid præter ſpem noſtram & meritum DEus tribuit, alius ad- t hoc fortunæ, & alius eventui, alius ordinationi ducum, alius conſilio, alius magiſtro, patrocinio, nullus DEo. Et miramur, ſi nobis cœleſtis manus aliqua non præſtet, cui quid- præſtiterit, derogamus? quid enim aliud facimus, cùm bona, quæ præſtat, nos vel eventi- aſuum, vel virtutibus ducum, vel quibuſcumq; alijs rebus frivolis deputamus. Hæc Salvianus.

V. *Quomodo immiſit Dominus gladium in omnibus caſtris v. 22.?* ℞. Hebraicè habetur: *ſit gladium vniuſcujusq; in proximum ſuum, in totis caſtris.* Madianitæ enim putantes jam æos in medijs caſtris graſſari, præ pavore & ira quisq; ſibi vicinum hoſtem eſſe exiſtimans o aut haſtâ trajiciebat, & qui fugiebant, alios quoq; ſequentes fugientes arbitrabantur ho- ſſe, ſuoq; jugulo imminere. Inſequebantur enim Hebræi continuo tubarum vndiq; perſo- ium clangore & ignium collucentium fulgore & conclamantium ex omni parte ſtrepitu: vllum turbatis Madianitis aut diſquirendi, aut quid agendum eſſet, ſtatuendi ſpatium da- . Simili penè ſtratagemate narrat Dio l. 36. Pompejum in nocturna cum hoſte formido- imo Mithridate pugna, innumerabiles illius copias turbaſſe, fugaſſe, contriviſſe. Ita Tirinus. *Clades Madianitarum*

VI. *Quid myſticè ſignificat pugna & victoria Gedeon?* ℞. eleganter hæc explicat S. Greg. in Job c. 17. Inuſitatus fuit ordo præliandi. Cecinerunt tubis, & ſiniſtris lagenæ teneban- ntra lagenas autem ſunt miſſæ lampades, confractis verò lagenis lampades oſtenſæ ſunt, um coruſcante luce, hoſtes territi in fugam vertuntur. Deſignatur itaq; in tubis clamor icantium, in lampadibus claritas miraculorum, in lagenis fragilitas corporum. Tales quip- cum dux noſter prædicationis in prælium duxit, qui deſpecta ſalute corporum, hoſtes ſuos endo proſternerent: eorumq; gladios non armis, non gladijs, ſed patientiâ ſuperarent. ati enim venerunt ſub duce ſuo ad prælium Martyres noſtri: ſed tubis, ſed lagenis, ſed lam- bus. Qui ſonuerunt tubis, dum prædicant: confregerunt lagenas, dum ſoluenda in paſſione orpora hoſtilibus gladijs ſupponunt, reſplenduerunt lampadibus, dum poſt ſolutionem cor- m, miraculis coruſcarunt. Moxq; hoſtes in fugam converſi ſunt, quia dum mortuorum tyrum corpora miraculis coruſcare conſpiciunt, luce veritatis fracti quod impugnaverunt, derunt. Cecinerunt ergo tubis, vt lagenæ frangerentur, lagenæ fractæ ſunt, vt lampades rerent, apparuerunt lampades, vt hoſtes in fugam verterent, id eſt, prædicaverunt Mar- , donec eorum corpora in morte ſolverentur, corpora eorum in morte ſoluta ſunt, vt mi- lis coruſcarent, coruſcaverunt miraculis, vt hoſtes ſuos ex divina luce proſternerent: qua- s nequaquam DEo erecti reſiſterent, ſed eum ſubditi formidarent. Et notandum, quòd ſte- nt hoſtes ante lagenas, fugerunt ante lampades, quia nimirum perſecutores Sanctæ Eccleſiæ prædicatoribus adhuc in corpore poſitis reſtiterunt, poſt ſolutionem verò corporum appa- ibus miraculis in fugam verſi ſunt, quia pavore perterriti à fidelium perſecutione ceſſaverunt. dicatione ſcilicet tubarum, fractis lagenis corporum, viſis timuerunt lampadibus miraculo- . Intuendum eſt etiam id, quod illic ſcriptum eſt: quia in dextra tubas, lagenas autem in ſi- a tenuerunt. Pro dextero enim habere dicimur, quidquid pro magno penſamus, per ſiniſtro , quod pro nihilo dicimus. Bene ergo illic ſcriptum eſt, quòd in dextera tubas, lagenas au- in ſiniſtra tenuerunt, quia Chriſti Martyres pro magno habent prædicationis gratiam, cor- um verò vtilitatem pro minimo. Quisquis enim plus facit vtilitatem corporis, quàm gra- prædicationis, in ſiniſtra tubam, atq; in dextra lagenam tenet. Si enim priori loco gratia dicationis attenditur, & poſteriori vtilitas corporis, certum eſt, quia in dextris tubæ, & ſi- ris lagenæ teneantur. Hæc S. Greg. *Gedeon pugna & victoria.*

CAPUT VIII.

Tribum Ephraim in Gedeon insurgentem, blandis ipse verbis compe[s] Incolas Soccoth & Phanuel sibi insultantes malè perdit. Conflat Ep[h] aureum. Generat filios 70. ex diversis vxoribus: & vnum Abimel[ech] ex concubina. Relabitur Israel in idololatriam.

Jurgia compescuit Gedeon.

QUæstio I *Quomodo Gedeon compescuit jurgia Ephraimitarum?* ℞ Evocaverat Ge[de]on c. 6. v. 35 ad belli hujus societatem & auxilium tribus 4. omiseratq; tum alias, etiam Ephraimiticam. De hoc ista jam queritur ac tumultuatur, quia id in sui cont[em]ptum à Gedeone factum interpretabatur: quasi vel eum honorem Ephraimitis invidi[sset,] vel totum sibi, suæq; Manasseæ tribui attributum voluisset. Gedeon verò blandè & humil[iter] eos sedavit illis verbis v. 2. *Quid enim tale facere potui, quale vos fecistu? Nonne melior [est] racemus Ephraim, vindemijs Abiezer? in manus vestras Dominus tradidit principes Madian [Oreb] & Zeb: quid tale facere potui, quale vos fecistis.* Id est, pauculæ personæ, putà *Oreb & [Zeb,]* reges Madianitarum, nonne jure merito pluris æstimandæ sunt, quàm omnes reliqui Madi[ani]tæ, quos ego cum meis contribulibus cecidi? ita Abul. & Arias. Igitur blandè, humiliter [&] modestè se, suosq; deprimens vir sapientissimus æquè ac fortissimus, & quiritatores rixator[es] illos extollens, sedavit iras, compescuit jurgia, conciliavit offensos. Hic modus iratos & q[uiri]tantes placandi: hæc via & ratio infensos ac tumultuantes sedandi. Quisquis cædit, eo, quo [ce]quunt alij, accedit. Qui se suaq; dejicit, alios alienaq; effert, ei meritò aut diu iratus esse [po]test nemo. Blanda hæc & suavis ac mansueta Gedeonis ad Ephraimitas allocutio (inquit [Jo]sephus l. 5. c. 8) plus profuit, quàm Madianitica ipsa victoria.

Gedeon commeatũ petit.

II. *Quæ fuerunt vrbes, à quibus commeatum petijt Gedeon, quidue petierit?* ℞ Erant duæ civitates trans Jordanem in tribu Gad. Prior *Socoth*, id est, *tabernacula* vocabatur, q[uod] Jacob è Mesopotamia rediens, suiq; fratris Esau gratiam quærens tabernacula ibi fixisset, G[en.] 33. v. 17. Posterior *Phanuel*, id est, *videns DEum*, quod idem *Jacob* ibidem Dominum vidi[sset,] cum eoq; luctatus fuisset, Gen. 32. v. 30. In hac autem erat turris altior & munitior, cui ci[ves] plurimùm confidebant. v. 9. & 17. Petijt verò à civibus istis solùm panem, qui trecentis viris [fa]mem lassitudinemq; si non adimeret, minueret tantummodo.

Commeatus ei negatur.

III. *Quomodo petitum panem negarunt Socothani & Phanuelitæ?* ℞. Negarunt, & in[su]per amaro Sarcasmo ridebant ducem, quasi obtentâ jam victoriâ, & quidquid antè fecisset, [ni]hil aut leve foret: quod verò adhuc tenebat, nempe assequi & capere duces Madianitarum [fu]gitivos, inane ac ridiculum esset. dicebant enim: *forsitan palma manuum Zebee & Salm[ana] in manu tua sunt, & idcirco postulas, vt demus exercitui tuo panes.* q. d. Non damus tibi qu[id]quam. Non enim capere poteris reges istos, & de ijs tamen loqueris, quasi in tua essent po[te]state. Ob eos non secus rogas, quàm si manu tua eorum jam manum comprehendisses, qu[od] neq; est, neq; futurum est: vult verò Arias in his etiam includi significationem timoris, qu[em] obtenderent illi, periculum esse, ne, si panes illi darent, malè à regibus illis postea tractarent[ur.] Certum siquidem esset, illos à Gedeone capi non posse: sed copias restauraturos, & omni[bus] qui commeatum, opisq; illis aliquid dedissent, damna illaturos maxima, extremamq; pernicie[m.] Solent enim ferè improbi, aliquem factis suis omnibus colorem quærere.

Soçothani in quem peccarunt.

IV. *In quem peccarunt Socothani & Phanuelitæ?* ℞ in Gedeonem ejusq; milites, [in] Remp. & DEum ipsum. *In Gedeonem* inquit Serarius imò quidem, quia justa petenti demiss[è] obsecranti, & ob bonas petitionis causas dare quidquam abnuerunt. 2. quia eum vilipenderu[nt] & irriserunt valde. 3. quia vanitatis eum ac temeritatis damnaverunt. Istaq; omnia signific[at] infra Gedeon dicens v. 15. *exprobrastis mihi.* 4. quia quantum in se fuit, eum à proposi[to] bono, victoriæq; Israelitis omnibus vtilissimæ integritate deterruerunt, ac impedierunt. In ej[us] item peccarunt *milites*, quia fratres Israelitas, fessos ac famelicos, misericordiâ, quæ omnib[us] debetur hominibus, nullâ dignati sunt. 2. quia eos similiter contempserunt & irriserunt. 3. qu[ia] valde ipsorum auxerunt molestiam ac laborem. Non enim solùm, qui cùm possit, egentib[us] non subvenit, sed multò etiam magis, qui eos spernit ac subsannat, generosos incredibilit[er] vrit, ac discruciat animos. 4. quia in eos ducis sui tantopere contempti ac irrisi redundab[at] contumelia. 5. quia his tamquam Reip. militibus commeatus ac stipendia debebantur; eaq; [in] in necessitate suppeditari ab Israelitis omnibus, præsertim cùm rogarentur, debebant. 6. qu[ia] & hos omnes ab vtilissima prorsusq; necessaria Regum persecutione avocare ac abstrahere cona[ti] sunt. *In Rempublicam* verò peccabant similiter ob indicatam jam causam, quia pro Israelitic[a] gente tota, communiq; tribuum omnium bono & Gedeon dux, & isti ejus milites omnes bel[lum] gerebant, in gravissimum sese periculum obtulerunt, sitis, famis, vigiliæ, laboris, & ærumn[as] pertulerant plurimum, eo in cursu ac itinere erant adhuc, è quo omnium pendebat salus ac in[co]lumitas. *In DEum* verò dictis jam causis & modis omnibus peccabant, & maximè quia a[b]

ipsi

ò datus erat iste dux & Salvator: quia clarissimè patebat omnibus, ab eodem Domino esse ctoriam: hosq; illius nutu, favore ac adjutorio rem tantam cœpisse, magna ex parte jam egisse: odq; restabat adhuc, peragere omnino velle ac niti. Hæc autem omnia è diametro contra omn humanitatem, justitiam & pietatem ac religionem sunt, ideoq; & gravissima.

V: *An rectè animadvertit Gedeon in Socothaos & Phanuelitas v. 16. vt minatus fuerat v. 7.* ℟ rectè. Merito tam diro & exotico cruciatu occisi sunt, qui erga fratres propugnatores, ratoresq; suos tam diri, humanæq; sortis ac misericordiæ obliti fuissent. Imò & in se ipsos i sæviq; fuerunt. Cùm enim abesset Gedeon, vel certè cùm victoria nova, novaq; captorum um gloria triumphans reverteretur, poterant ac debebant meritò se ipsos colligere, pristinam barieni suam damnare, suiq; misereri, illi supplices fieri, veniamq; petere, quam vtiq; facile enissent apud eum, qui cum Ephraimitis indignantibus ac ferocientibus tam facilis, plaus, humanusq; antea fuisset. At qui in alios tam duro crudeliq; animo fuerunt, sui etiam orum miserti non sunt,

VI. *Qualis ab Israelitis delatus Gedeoni principatus v. 22. quemq; negat se suscepturum?* ℟ Negat se admissurum dominatum regium, quem illi in tertiam vsq; stirpem offerebant. Judex ergo esse non recusabat Gedeon, imò mansit totâ vitâ. Sed hujus erant limitata jura: neq; m quidquam publicum (si bellum excipias) suo solius arbitratu, sine consensu Synedrij agere u decernere poterat judex. At qui dominium habet absolutum, quale hic deferebat populus Gedeoni, nullis nisi divinis adstrictus, quidquid collibitum esset, immensâ quâdam licentiâ staat ac faciebat. Sed maluit princeps prudentissimus, jus & imperium divinum in populo D inviolatum illibatumq; servare & odiosum regni munus, quod jam tum à nonnullis appe-ortè cœperat, & Samuelis tempore 1. Reg. 6. & 8. palàm postulatum fuit, magno excelsoq; mo repudiare; major sanè repudiato diademate, quàm arrepto vel admisso evadere potuisset. E notat prudenter Plato *in Politia sua vbi viri boni sunt, non secus illic pugnari, ne quis princeps quàm alibi vt quis fiat.* — *Gedeonis principatus*

VII. *Qualis fuit Ephod, quem fecit Gedeon v. 27.?* ℟ cum Cajetano: fuisse Loricam ex o ductilem, vt signum esset militiæ, pugnæ & victoriæ. Lorica enim humeros & pectus tegit munitq; æquè ac Ephod, siue superhumerale. Huic sententiæ favent Hebræa, quæ habent: *fecit illud in Ephod, & statuit in Ephra.* Quæ verba innuunt, ex auro spoliorum factum esse hoc Ephod, ideoq; fuisse quasi loricam auream, quam proinde posteri quasi idolum coluerunt. Hæc sententia omnem præscindit difficultatem de peccato, cujus Gedeonem aliqui incusant. Est hoc oribus non infrequens, quòd arma, vel armorum simulacra aut asserunt in perpetuum moentum, aut in Ecclesijs appendant in anathemata. David arma, quibus devicit Goliath appdit in tabernaculo: *arma verò ejus posuit in tabernaculo suo* 1. Reg. 17. v. 54. de quo S. Hieron in quæst. Hebraicis scribit: *non est intelligendum, quod in suo posuit tabernaculo. sed in tabernaculo Domini, de quo tabernaculo postea illum ab Abimelech Sacerdote suscepit* Et tale quid Gedeon, dum fabricavit hanc loricam, quòd autem in eo fornicatus est populus, citra em ejus culpam factum est, hoc enim nec prævidit, nec intendit. — *Gedeonis Ephod.*

VIII. *Quomodo Gedeon dicitur in senectute bona, & quæ senectus bona?* ℟ Est ea ad quam no bene vivendo pervenit. Ita S. Amb. l. *de Jacob & vita beata* c. 10. *Senectus non annis honoribus veneranda superioris vitæ portus debet esse, non vitæ superioris naufragium.* Idem ep. 6. Verè senectus illa venerabilis est, quæ non canis sed meritis albescit. Idem l. 2. de Abel c. 1. est bona animæ senectus, quam nulla perfidiæ inquinamenta macularint. Guerricus serm. in Purif. B. V. Non magnum est, imò magis malum est multis vixisse diebus, si non senueris virtutibus, cùm puer centum annorum sit moriturus, & peccator centum annorum maledicendus Isa. 65. v. 20. His plura aliorum SS. Patrum extant oracula, quibus damnant eam senectutem, quæ fœcundior est annis, quàm meritis, eam verò vnanimi calculo approbant, quæ annorum numero inferior est meritorum cumulo. Quis eam non improbet senectam, quæ claudicat, qui in juventute non rectè incessit. Quæ lento & difficili prorepit gressu, quia juventus petulanter exilijt, quia immodicè saltavit extra rhombum? quæ curva est, & depressa? quiâ eam gravant delicta juventutis. Quæ graviter audit, quia olim malè audijt. Cui caligant oculi, quia curiosè fuerunt vagi. Quæ lippit, vt defleat juveniles risus. Quæ evanida est, quia mundi vanitatem secuta. Quæ pallet in vultu, & trepidat toto corpore, quia præ foribus est anteriorum criminum severissimus judex, quia senectus mortis præludium est, inquit Theodor. de provid. D serm. 8. Quin imò mala senectus, non senectutis, sed feræ infirmitatis nomen meretur, quod illud canam dignitatem, & ob præmissa bene gesta, omni veneratione dignam in multos annos deductam sonet ætatem. — *Senectus ex meritis.*

Inspice Bibliorum concordantias, inquire verbum *senex*, & omnibus alijs, qui senes in scriptura dicuntur, antestat Abraham & Sara. Erant autem ambo senes provectæq; ætatis Gen. 18. v. 11. Verùm nonne plures alij, qui conjuges hos præcesserunt, senes fuerunt? imò seniores? Nunquid senior Adam? senior Seth? senior Enos? senior Cainan? &c. Qui aliquot sæculis longiores fuerunt Abrahamo, cur ergo hic primus est, quem Sacræ Scripturæ senis appellatione

condecorant. Hoc dubium movet Alvarez Illuſt. 287. & ſic ſolvit: *An non Adam &c. ſeni*
res? Primus tamen ſenex vocatur Abraham: quia primus virtuti à pueritia vacaverat. In D
catalogo non numerantur, ſed ponderantur. Fuerunt ante Abraham viri ſenes, pij, & religio
ſolus tamen Abraham prærogativam habet, quòd primus ſit, qui ſenex in ſacris literis vocatu
quia è primo ſtatim juventutis flore virtutum ſtudio ſe dedit. Eò autem quis ſenior eſt, qu
junior bene vivere cœpit. Otioſi anni annorum numero non computantur.

Iſaiæ vaticinium eſt: Dominus ad judicandum veniet cum ſenioribus populi ſui Iſa. 3. 1
Sanctorum numerus non ex ſolis conſtat ſenibus, plures eorum ſunt juvenes, cur ergo ſolis ſ
nibus conceditur à DEo ſecum conſedendi ad judicium honor? vbi homines judicia exercen
aſſidere conſueuerunt ſenes, in quibus maturum eſt judicium, expeditior prudentia, hauſta p
diuturniorem experientiam, vt judicem ſuis conſilijs adjuvent. At DEus judex eſt omniſciu
& ſapientiſſimus, qui nullius eget conſilio, ad quid ergo ſenes præ reliquis ad ſuum judicium a
ſumit ℞det S. Vincentius Ferrerius ſerm. fer. 6. poſt Aſcenſ. Dom. *Cum ſenioribus, id e,*
ſanctis: quia licet multi eorum juvenes fuerunt; tamen gubernarant ſe vt ſenes. Senes appella
non qui diu, ſed qui bene in terris vixerunt, quorum DEus vitam non metitus eſt à longæu
tate, ſed à meritorum multitudine. Satis ergo diu vives, ſi bene.

CAPUT IX.

Abimelech occiſis 70. fratribus ſuis, imperium ſibi tyrannicè vind cat, ſed in expugnanda turri Sichem, à muliere fragmine molæ opprimitu

Abimelech.

QUæſtio I. *Quis fuit Abimelech?* ℞. Fuit Jerobaalis, ſeu Gedeonis filius, non ex p
maria aliqua vxore, ſed ſecundaria, quæ aliàs concubinæ appellabantur, quam Jo
phus Drumam vocat. Quia enim Gedeon vi officij ſui ſæpiùs ab Ephra, vrbe ſua,
qua primariæ ejus vxores erant, aberat, & in Sichimis morabatur, etiam hoc loco vx
rem quamdam habebat, quæ ipſi eo tempore inſerviret, quo ibi ſubſiſtebat, ibiq; parentes, fr
tres & propinqui ejus habitabant.

Solus vult dominari.

II. *Utrum omnes fratres Abimelechi Iudices eſſe voluerunt, quia dicit meliùs eſſe, vt i*
ſolus, quàm 70. fratres dominentur? ℞det Cornelius: fingit tyrannus omnes 70. fratres ſu
ambire regnum, ac fore inter eos de regno continuam concertationem, vt ſibi vni illud attr
buant. Nam filij Judicum parentibus in principatu non ſuccedebant, ſed vno mortuo ali
ex familia à DEo vel populo eligebatur. Et eſto aliquis filiorum Gedeonis ei ſucceſſiſſet,
fuiſſet vnicus, ſcilicet primogenitus, non 70. Unde patet Abimelech hæc fingere & menti
vt ſibi vni regnum deferatur. Hæc ille. Reſpondet Eſtius: hoc Abimelech illis verbis vol
iſſe, ac ſi diceret; etiamſi vnum ex illis faciatis Judicem, ac Principem veſtrum, tamen c
teri quoq;, quia genere pares ſunt, etiam principatum & poteſtatem ſibi in vos vendicabur
omnes erunt veſtri Domini, itaq; erunt vobis graves & oppriment vos. Quare meliùs eſt,
ijs omnibus è medio ſublatis, me vnum eligatis vobis in principem, qui ſum os & caro veſtr
id eſt propinquus veſter. Nempe ad Sichimitas loquitur.

Abimelech judexne an Rex.

III. *An Abimelech Iudex dicendus, an verò Rex?* ℞. meritò dubitatur: Nam Judices ſ
lebant populum è ſervitute & malis eripere, & ideo ijdem Judices Salvatores dicebantur. Ab
melech verò è nulla ſervitute, nulloq; malo populum liberavit. Statim enim Gedeone pat
mortuo, principatum, qui multis jam annis quietus fuerat, & adhuc erat, inijt. Deinde à DE
excitari, vel à populo divinitus excitato deligi ſolebant judices, Abimelech verò nec à DE
excitatus, neq; à populo divinitus monito electus eſt. Nec rex propriè dici poteſt, quia ej
principium fuit peſſimum, ab inſigni ſcilicet ac intemperantiſſima profectum ambitione, ina
ditoq; parricidio, progreſſus pariter impius, crudelis & turbulentus, nec ſub ditionem ejus v
quam totus Iſrael venit. Si quis dicat, fuiſſe etiam in Juda & Iſrael, qui regnum cœperint, t
nuerintq; peſſimè, reges tamen eos appellatos; reſpondetur, eos, quales quales fuerint, ſuu
tamen à DEo initium aliquomodo habuiſſe: quatenus nimirum regius ille gubernandi mod
ab illo ſummo principe ac Domino erat Iſraelitico populo conceſſus & admiſſus 1. Reg. 8. Nu
verò non erat; ſed eum præcipiti ſtultitiâ, & audaciâ tam populus quàm Abimelech vſurpavi
Deinde inchoato huic maleq; auſpicato regno & regi finem attulit Dominus, quàm celerrimu
vt videatur, ne memoriam quidem ejus vllam extare debere: ideoq; nec Judæorum Regum pr
mum nominandum Abimelech. Propriè tyrannus fuit, impropriè Judex & Rex, niſi regem o
mninò barbarum, ſuoq; quod libitum eſſet, agentem nutu quidlibet, accipiamus. Rex tali
merus tyrannus. Quia tamen iſta ejus tyrannis ac juſtitium in Judiciariam Reip. gubernatio
nem incidit, ipſeq; antecedentes ac conſequentes habet judices, his annumerari ſolet, partim
vt tempora computentur faciliùs, partim vt à bonis, tam qui ante, quàm qui pone ſunt; bo
adhuc aliquid conſequatur malus. Sicq; non Iſraelitarum Rex primus, ſed judex ſextus voca
tur. Quòd autem v. 22. dicitur regnaſſe, id fit, quia Rex conſtitutus fuerat, & quia ejus princ
patus, non vt aliorum hactenus judiciarius, ſed regius fuit.

IV

IV. *Quis fuit lapis, super quo Abimelech occidit 70. filios Gedeonis?* ℞. Arias putat fuisse n ab Abimelech tyranno ad cultum Baal dedicatam eodem loco, vbi prius Gedeon, de- ctâ arâ Baalis, vero DEo aram erexerat, & sacrificium obtulerat. Unde tyrannum quasi ad andum idolum super priori injuriâ ipsi à Gedeone illata, 70. Gedeonis filios tamquam pa- i sacrilegij reos eo loco jugulatos, ceu totidem victimas immolasse. Censet etiam Tirinus 70. argenti pondo (aliqui putant fuisse talenta) ex idoli thesauro tyrannum accepisse, vt pro quolibet capite detruncando talentum vel libra appenderetur. Aliter sentit Tostatus: nimirum lapidem, pro loco supplicij electum, quia Abimelech non hostis, sed judicis per- m sustinere voluit, atq; ita tamquam facinorosos criminis alicujus compertos in loco sup- j mactari jussit.

Lapis Abimelech.

V. *Quid Joatham significare voluit per Apologum, quem Sichimitis proposuit?* ℞. Vo- ignificare, quàm stultè egerint Sichimitæ, cùm sceptrum regium, quod pij prudentesq; o- hucusq; meritò recusarunt, in impium parricidam contulerunt, à quo nihil præter spi- & flammas, & extremum interitum exspectare possint. Arias, Cornelius, Tirinus, arbo- hîc esse hominem, sed inversam & consilij ac rationis capacem. Oliva, ficus, vitis, inter s, laudatasq; arbores omnium præstantissimæ ac fœcundissimæ, designant homines impe- omni ex parte dignos, sed qui zelo perfectioris cultus DEi, & studio propriæ salutis illud emnunt, sibi vacare præoptant. Rhamnus verò, qui vix lignum est, sed spinæ tantùm exi- pungentes, significat imperio ineptos, sed superbiâ ac sævitiâ plenos tyrannos: qui cùm norint, nisi pungere, stimulare & affligere subditos, simulant tamen se velle suâ umbrâ rotegere, solari ac refocillare. Quòd si quis vel tantillum contrà mutiat, subitò flammas antur & ignes, etiam in cedros Libani, id est, in nobilissimos, in potentissimos, in opti- quosq;. Sed ferè tum contingit, vt tyranni eodem, quod in suos excitant, incendio, eti- psi afflentur & pereant. vti hîc Abimelech & Sichimitis eventurum Joatham ominatur & tur. Ita Tirinus.

Apologus de lignis.

VI. *Quis spiritus pessimus, quem misit Dominus inter Abimelech & habitatores Sichem* v. 23. ℞. liqui cùm S. Aug. per eum intelligunt diabolum, quem DEus misit *positiuè*, velut licto- suum, vt & Abimelecho regnum eriperet, & vitam, simulq; Sichimitas debitis pœnis ple- t. *Permissiuè*, non obsistens sed permittens, vt diabolus inter Abimelech & Sichimitas seminaret, & dissensiones. Expositio hæc fundamentum habet in verbis illis: Misit Do- s in eos iram indignationis suæ, immissiones per Augelos malos ps. 77. v. 49. Alij cum to per spiritum pessimum intelligunt spiritum discordiæ, odij, aversionis, & diffidentiæ, DEus non permissiuè tantùm, sed & positiuè, hoc scilicet modo immisit: fecit eos agnos- quàm pessimè egerint, sceleratissimum fratricidam sibi in regem eligendo, & hinc cœpe- eum aversari & detestari. Hoc vt vidit Abimelech, cœpit vicissim eos detestari, & sic or- mutuum inter ipsos bellum & dissensio.

Spiritus pessimus quis?

VII. *Quibus rationibus Gaal concitauit Sichimitas contra Abimelech?* ℞ Corn. in v. 28. uor observat. 1ma est, *Quis est Abimelech*? q. d. Abimelech est vilissimus Sichimitarum, e filius concubinæ, parricida, tyrannus. Ergo indignum est pati, vt ipse Sichimitis & i dominetur. 2da. *Quæ est Sichem*? q. d. Sichem est nobilis, antiqua, potens, divesq; civitas, a sunt multi sapientes, & præstantes viri digni imperio. Quis ergo ferat infamem Abi- h illi dominari? 3tia. *Numquid non est filius Jerobaal*, id est, Gedeonis, qui vestrum DE- aal profanavit, ejusq; aram evertit? numquid filius non similia faciet, Baal & Vestra nu- pessumdabit? 4ta. *Et constituit Principem Zebul seruum suum super viros Emor patris m*, eò quòd cives essent vrbis Sichem, in qua ante 500. annos regnarat celebris ille in Ge- Princeps Emur, pater Sichem, qui nomen suum dedit vrbi Gen. 33. & 34. Unde Sichimæ itas & dignitas æstimari potest, vt non ferendum sit Zebul vile mancipium illam rege- gubernare.

Gaal concitavit Sichimitas.

VIII. *Quis interitus Abimelechi?* ℞ Expugnavit vrbem Sichem, & fraude *Zebulis* vrbis cti, captam incendit, omnesq; incolas in ea repertos, nullo sexûs ætatisq; discrimine occi- alem per ruinas & rudera spargendum mandavit, vt Sichima, ne fundus quidem aliquando is fieri posset. Confugerat magna pars hominum in arcem turritam, & propugnaculis unitam, cui tyrannus circumpositis in orbem ingentium frondium acervis, primus ipse sub- cœpit facem, exemplum Imperatoris strenuè sequentibus cæteris, vnde incendio arx & comprehensa & absumpta. Hunc in modum Sichimitæ meritas DEo, & Gedeoni dede- pœnas; nec sua diu tyrannum fata morata sunt. Nam annô pòst tertiô, *Theben* oppidum, nitarum fugientium receptaculum occupare adortus; occupavit, & diripuit. Urbe in pote- redacta, plurimi mortalium in turrim se receperant, sitam in medio civitatis, & propter ia propugnacula, arcis nomine insignitam. Cujus oppugnatione cùm non proficeret elechus, ad incendiarias suas conversus artes, propius portæ succedit arcis, aggestisq; vir- , subdere facem conatur, ad turrim vnò cum insessoribus inflammandam. Hæc molien- vna ex propugnatricibus conspicata, fragmen molæ lapideum dejicit, hominem craniô

Abimelech interitus.

confra-

confractô proſternit. Ille cerebro defluente, ſanguinem defluentem advertens, nec aucto
vulneris ignorans, in ea mortis neceſſitate, mandat ex armigeris vni proximè ſtanti, vt ſe f
conficiat, mortemq; jam cœptam abſoluat, ne cædis gloria manui muliebri tribueretur. Ita m
tis dedecus parricidio proprio geminavit, & fœdam animam tartaro tranſmiſit, adeoq; vt
ranus ait, *plus formidavit opprobrium etiam poſt mortem, quàm animæ damnationem.* Eſt
infauſtus exitus impij fratricidæ Abimelech, qui regnum doloſè invaſit, illud tyrannicè ad
niſtravit, & tandem dedecoroſa morte occubuit, vt in eo verificatam fuerit illud: *ingreſſus
vt vulpes, regnavit vt Leo, mortuus eſt vt canis,* non baculo, ſed lapide à fœmina percuſſu

CAPUT X.

*Proponitur Judex ſeptimus Thola, octavus Jair. Item iterata Iſr
litarum ad idololatriam prolapſio ac pœnitentia.*

Thola Dux.

QUæſtio I. *Quis ſenſus verborum* v. 1. POST ABIMELECH SURREXIT DUX
ISRAEL THOLA? ℟. Cùm Thola ſucceſſor Abimelech ponitur, & quidem per
bum *ſurrexit*, ad judiciariam poteſtatem veniſſe ſcribitur, vocaturq; non judex ſed
videri poſſet, quaſi ad exemplum Abimelech, vi & dolo principatum obtinuerit, ſed
ſe aliter habet, vel enim à DEo excitatus, vel à populo electus fuit, quiq; non tyrannus, ſ
Abimelech, ſed judex fuit, quia vbi noſter habet: *Dux*, alij habent: *vt ſalvum faceret popul*
Dicitur ſucceſſiſſe Abimelecho, non quia ſimili tyrannide & fraude principatum invaſit, ſed
ſcandalum, & alia ſcelera ejus ſuſtulit, & cavit, nequis deinceps ſceleribus ab Abimelech di
minatis inhæreret. *Surrexit*, ſiue ad dignitatem Judiciariam conſcendit, non vi aut ſponte
ſed populi electione.

Thola à quo hoſte ſalvavit populum

II. *Si Judex fuit, à quo hoſte liberavit ſalvavitq; Iſraelem, cùm de nullo, quod geſſerit,
lio, ſcriptura aliquid memoret?* ℟ 1. Liberavit eum à tyrannide & idololatria, quam inv
rat Abimelech, quæ cauſa eſt, quòd tam nominatim ejus dicatur ſucceſſor. 2. inteſtinos tu
tus & ſeditiones ſedavit, & eos, qui adhærendo Abimelech, mali aliquid moliebantur, com
cuit. 3. populum in DEi cultu continuit, lites diremit, ſontes plexit. 4. defendit populum
hoſtibus, eoſq; arcuit, licet ſcriptura non commemoret, quòd pugnæ non fuerint adeo cele
Ita Bonfrerius, Menochius, Cornelius.

Thola quis?

III. *Quis fuit Thola?* ℟. fuit filius Phua conſobrinus Abimelech, qui Phua fuit fr
Gedeonis. Fuit Gedeon de populo optimè meritus, cujus, quia filij omnes ab Abimelech er
occiſi; volebant tamen ex ejus proſapia parere judici, vt ſe gratos oſtenderent, hinc in filio
defectu filium fratris ejus ſibi judicem fecerunt.

IV. *Gedeon fuit de tribu Manaſſe, quomodo ergo Phua, frater Gedeonis, potuit eſſe de t
Iſſachar* v. 1. ℟det S. Aug. q. 47. *Potuerunt Gedeon & Phua vnam habere matrem, ex qua
verſis patribus naſcerentur, & fratres eſſent vnius matris filij non vnius patris.* Poterant e
fœminæ nubere viro alterius tribus, quando ea occaſione hæreditates non transferebantur in
teram tribum. Unde & Saul cùm eſſet de tribu Benjamin, dedit filiam ſuam David homini
tribu Juda. Hinc factum eſt, vt Elizabeth & Mariam cognatas legamus in evangelio, cùm
erit Elizabeth de filiabus Aaron, ex quo intelligitur de tribu Levi, & filiabus Aaron, aliqu
nupſiſſe in tribum Juda, vnde ita fieret inter ambas illas cognatio, vt Domini caro non ſol
de regia, verùm etiam de ſacerdotali ſtirpe propagaretur.

Aſini in uſu apud Hebraos.

V. *Quis fuit Jair, & filij ejus?* ℟ Jair octavus Judex fuit ex tribu Manaſſe, ad h
enim pertinebat Galaad, vnde dictus eſt Galaadites, *habuit 30. filios ſedentes ſuper 30. pu
aſinarum.* Aſinis equitabant, eoſq; habebant in delitijs antiqui Hebræi, vel quia eorum m
liſſimus eſt inceſſus, vel quia (quod S. Hieronymo placet) equi Hebræis vetiti erant. Sedeb
in pullis ſeu junioribus aſinis, qui vegetiores, animoſiores & pulchriores ſunt, quales dec
principum filios.

Dij ſeptemplices.

VI. *In quæ relapſi ſunt Iſraelitæ peccata?* ℟ In idololatriam longè fœdiſſimam. E
merantur autem hìc ſeptemplices dij, quorum ſe nefario cultui manciparunt. Ac 1. quidem
neratim ſunt *Baalim*, id eſt Dij. 2. Aſtaroth, id eſt Deæ. 3. Dij Syriæ. 4. Sidonis Aſtarthe 3. R
11. v. 5. & 33. 5to Moabitarum Chamos. 3. Reg. 11. v. 5. Num. 21. 29. 6to Ammonitarum M
loch & Chamos. 7mo Philiſtæorum Dagon infra c. 16. 33.

Idololatriæ pœna.

VII. *Quæ vltio DEi ob hanc idololatriam ſecuta?* ℟ nova ſervitus & calamitas, cu
magnitudo ex 4. intelligitur, imo ex amplitudine. Nam ab Occidenti & oriente hæc ſervi
Iſraelitas comprehendit. Ab occidente quidem, *quia in manus Philiſtiim tradidit eos Domin*
Ab Oriente autem quia in manus Ammonitarum, qui primò quidem ſibi viciniores trans J
danem in Galaatide Iſraelitas vexarent. Deinde verò alios cis Jordanem aggrederentur, & q
dem eos, qui è tribus erant tribubus potentiſſimis, Judaica, Benjaminia, Ephraimica. Belli
rò & quam inferebant calamitatis cauſam præſeferebant jus, quod in Galaadiam region

habeba

…ebant, vt infra c. 11. v. 13. dicitur. *2dò* ex gravitate. Nam *afflicti sunt & vehementer oppressi.* … Hebraicè, isti jam dicti hostes *confregerunt & conquassarunt* Israelitas. *3tiò* ex duratio… quæ fuit annorum 18. v. 8. *4tò* quia in servitutis hujus impetranda liberatione solitò diffici…em & inexorabiliorem se præbuit DEus.

VIII. *Quæ afflictorum Israelitarum pœnitentia, DEiq; placatio?* ℟. Multis, magnis ac in…is ad DEum precibus vacarunt, easq; magno cum clamore palàm ac publicè fuderunt v. … Deinde peccata sua similiter confessi sunt & Baalicam idololatriam vt supra c. 3. 9. c. 4. 3. … 6. Sed citiùs tunc quàm modò eos exaudijt Dominus. Nam illic ferè semper illicò post …averunt, sequitur *& suscitavit eis salvatorem.* At c. 6. v. 8. & 9. jam aliquantulum quidem …stari, & Propheta misso ingratitudinem ijs ac levitatem exprobrare cœpit: sed ita vt absq; …iore increpatione & mora vlla diuturniore Gedeonem excitarit Salvatorem. Nunc verò 1. …cunctatur. 2. vehementissimè ipsis acceptorum beneficiorum, pluriumq; liberationum obli…ionem, divini sui cultus desertionem, alieni & idololatrici susceptionem objectat v. 11. & seq. …egat se eorum preces audire ac eos liberare velle. 4. eos ad inanes Deos, infirmos, nulliusq; …ntiæ adjutores ablegat v. 14.

Placatio DEi difficilis.

IX. *Quomodo intelligenda verba v.* 13. NON ADDAM, UT ULTRA VOS LIBEREM? Non simpliciter & assertoriè accipienda esse, nam postea ope divina sæpe liberati sunt. Sed comminantis sunt verba, vel (vt ait Abul. q. 27) sub conditione, quamdiu scilicet non ma…n de præteritis peccatis dolorem concipitis: quamdiu majori erga veterem disciplinam stu…non flagratis, non majores pœnitentiæ fructus editis. Sic boni quandoq; medici ægris qui …præscriptam diætam non servant, aut minus quàm ijs conducibile, amarioris alicujus potio…hauriunt; dicere ad summam illorum vtilitatem solent: non redibo ad te ampliùs. Num…m curabere.

X. *Quomodo intelligenda verba v.* 14. ITE ET INVOCATE DEOS, QUOS ELEGISTIS? Sunt verba non præcipientis, neq; permittentis, sed exprobrantis cum quadam irrisione, …l schema sermonis dicitur sarcasmus; sæpe enim scriptura DEum inducit loquentem huma…nore, & vtentem figuris inter homines vsitatis. Sensus igitur est: nunc re ipsa experimini, …n infimos Deos elegeritis ad colendum, qui vos scilicet de præsenti afflictione eripere non …unt, vt exponit Estius cum Tostato, Serario, Menochio & alijs.

Sarcasmus

CAPUT XI.

Jephte Judex. Hic legatione missa ad Regem Ammonitarum, cona…tu varijs rationibus ab injusto bello eum deterrere: sed cum frustra id …et, armis eum aggreditur & superat. Mox voti reus, filiam suam …cam DEO sacrificat.

QUæstio I. *An Jephte fuit spurius, cùm dicatur v. 1. fuisse filius meretricis?* ℟. Montanus negat fuisse nothum seu spurium, sed de secundaria vxore natum, quæ olim concubinæ vocabantur, quia absq; solemnitate ducebantur, erantq; potiùs ancillæ, quàm Dominæ, qualis fuit Agar Gen. 21. Cujus filius Ismael domo Abrahæ ejectus fuit, pro…phte quia tales filij non habebant jus ad paternam hæreditatem, & minùs aliquid eis da…r & dimittebantur. Attamen Serarius, Menochius, Tirinus, Cornelius putant, quòd Jephte …t spurius, nihilominus ad Israëlitici populi jura & regimen admissus, quod quidem veti…erat in lege Deut: 23. v. 2. quæ sancit, ne manzer, id est spurius, admittatur in Ecclesiam … & ad jura populi Israël, in ea tamen à DEo dispensatum fuerit, quia id merebatur pietas … & morum probitas, animi magnitudo, rerum gerendarum industria, & qua præ omnibus egebant Israëlitæ, bellandi peritia, & sic natalium vitium egregijs animi virtutibus cor…

Jephte spurius.

II. *An Jephte fuerit latro cùm v.* 3. *dicatur:* CONGREGATIQUE SUNT AD EUM … INOPES ET LATROCINANTES, ET QUASI PRINCIPEM SEQUEBANTUR? ℟. Jeph…trocinia propriè sic dicta non exercuisse, sed id solùm egisse, quod 1. Reg. c. 22. de David …scriptura: convenisse ad eum omnes, quia erant in angustia constituti, & oppressi ære ali… & amaro animo, & ipsum factum esse eorum principem. Cùm enim Hebræi ab Ammo… duriùs premerentur, eorumq; plures ad extremam redacti essent paupertatem, desperatio… quadam specie congregati, ducem sibi elegerant Jephte, qui & ipse è paterna domo (non …en Rep. Hebræa) pulsus erat, vt verò famem levarent, & in extrema se solarentur inopia, …uentes fecerunt incursiones in terras hostium, reportantes spolia, interveniente crebra sang…s fusione, & necibus, & quia hoc non fiebat publica auctoritate, *latrocinantes* fuisse di…tur, quæ vox olim non accipiebatur in malam partem, latronis enim nomine, milites intel…bantur, vt idem fuerit latrocinari, quod militare. Vnde ait Paulus: *Latronatus annos decem …tedem accipio.* Vocem hanc *latrocinantes* Hebræa, Chaldæa, & Græca omittunt, Fuit er…Jephte dux manipuli palantis, quos excursores vocamus.

Jephte an latro.

III. *An*

Spurij non omnes improbi.

III. *An Jepthe, quia ſpurius, etiam improbus fuit?* ℞. Putant aliqui omnes ſpurios
nequam & improbos, quia tales plerumq; peſſimè educantur. Nam vel cum meretricanti
matribus manent, vel in alia neſcio, quæ loca transferuntur, & abduntur. Si prius; qu
ſcorto poteſt eſſe bona educatio? quod in meretricia domo virtutis exemplum? quales
ſeruuli aut ancillæ? & horum omnium ſermo, riſus, procacitas, & licentia mirum quàm
de, quàm citò puerorum inficit animos: dociles imitandis turpibus ac pravis omnes ſumus
quit Juvenalis Satyra 14. Si verò in alia loca transferantur ac recondantur, etiam tunc e
catio vel erit priori ſimilis, vel certè neglectior. Apud quos enim tales occuluntur infant
vel flagitiorum illorum participes & conſcij ſunt, vel certè tenuioris, apud eos lucelli aliq
pluris valet, quàm honeſtas & virtus. Deinde vbi modicum adoleverint ejuſmodi pueri, ex
ſita naturæ pravitate, dæmonisq; ac mundi lenocinijs ac vafritie ad vitia nonnihil cœper
exſtimulari, tum paterna ſubeunt exempla, tum facilè in libidinem, ebrietatem, aliaq; vitia
dant. Nihilominus etſi hæc de plerisq; vera ſunt, non tamen de omnibus. Neq; verò v
vel ideo damnandus vel improbus eſt, quia per vetitam genitus ſcortationem & ſpurius
Libertati humanæ nullam vim mortales aut mortalia vlla afferre poſſunt, vnde nec paren
nec eorum peccatum. Deinde Chriſtus Dominus pro omnibus mortuus eſt, omnesq; vult
vos fieri. Si ergo parvulis ſacer applicetur baptiſmus; adulti verò eumdem, aut pœnitenti
ſuſcipiant, ijs, etiamſi ſpurij ſint, hæc divinæ gratiæ inſtrumenta proderunt. Præterea m
ti, qui aliquando ſcortati, ſancti ſunt & ſalvi, cur ergo & filij eorum nequeant eſſe ſan
Deniq; mala educatio, prauumq; exemplum parentum, maxima quidem ad filios in flagit
rum, inferorumq; barathrum impellendi, præcipitesq; agendi machina eſt; rationis tamen l
conſcientiæ aculeus, DEi auxilium, Angelorum cuſtodia, ſacramentorum vis, ſimiliaq; alia
turæ & gratiæ ſubſidia ſpurijs non minus quàm alijs ordinariè præſto ſunt. Quomodo igi
in viros, ſiquidem velint, probos, caſtos, & ſanctos non evadant. *Naſci de adulteris* inqui
Hieron. ep. ad Pammachium, *non eſt ejus culpa, qui naſcitur, ſed illius, qui generat.* &c Jep
inter viros Sanctos Apoſtoli voce Heb. 11. numeratus, meretricis eſt filius.

Spurij ab hæreditate excluſi.

IV. *An Jephte, quia ſpurius, rectè ab hæreditate, excluſus ſit?* ℞ Ab hæreditate pat
na non fuit injuſtè excluſus. Licet enim filijs omnibus ſiue legitimi, ſiue ſpurij ſint, naturali
re videtur poſſe relinqui hæreditas, vt oſtendit Alciatus 4. conſil. 8. & l. 15. conſ. 53. eidem
men juri maximè conſentaneum eſt, vt ij filij potioris ſint conditionis, plusq; ijs à paren
bus tribuatur, qui ex legitimo matrimonio nati ſunt. Extra matrimonium natis infantibus
parvulis neceſſaria debet procurari alimonia, ac ejuſmodi educatio, vt quo ad corpus & animu
bene honeſteq; poſtea, ſiquidem vellent, poſſent vivere, id eſt, eas vel artes vel diſciplinas ed
cerentur, vt convenientem rectæ rationi vitam agere, eamdemq; manuum labore, aut alia q
piam exercitatione non improba tolerare poſſent. Filijs alioqui legitimis, ſed è minoris dig
tatis vxoribus, *munera* tantummodo dedit Abraham Gen. 25. 6. Illegitimis ergo & ſpurijs
ri minus poteſt. Ideoq; ab hæreditate paterna non iniquè ſecundùm naturæ legem depulera
Jephte ſpurium legitimi Galandis filij. Quin verò juxta Moſis legem, qua iſti omnes obſtri
gebantur, nulla ei hæreditatis paternæ portio debuit attribui. Nam Deut. 23. 2. ait Domin
non ingredietur *mamzer, hoc eſt de ſcorto natus in Eccleſiam Domini, vſq; ad decimam gener*
tionem. Eccleſia enim DEi hoc loco eſt congregatio & cœtus Iſraelitici populi, vt Lev. 16.
in quem ſanè ingrediebatur, quisquis id aliquam hæreditatis partem veniebat. Videtur itaq; ta
naturali quam Moſaico jure, nullam injuriam à fratribus accepiſſe Jephte mamzer, dum à pater
hæreditate prohibitus, Idq; ſatis ex eo confirmari poteſt, quòd cùm de injuria, qua fuerat af
ctus, infra v. 7. queratur, nullum omnino de hæreditate verbum faciat.

Jephte ex domo paterna ejectus.

V. *An idem Jephte juſtè ex domo paterna exturbatus ſit?* ℞ videtur injuſtè, quia
hoc queritur, v. 7. Quomodo autem hac in re ipſi injuria facta ſit à fratribus, non conſta
Fieri potuit 1. quòd Pater ei abſq; vllo, quod quidem alicujus momenti eſſe poſſet, german
rum hæredum detrimento, vel ad certos annos, vel in perpetuum donaſſet aliquem, vnde
ſuſtentaret, fructum, aliquamue in aliqua domo ſua vel domûs parte, habitationem, 2. quò
cùm ejiceretur, ætate adhuc junior, neq; ad vitam idoneè agendam ſatis inſtructus fuerit.
quòd iniquis & falſis eum calumnijs, quaſi hæreditatem occupare vellet, legitimis filijs moleſt
eſſet, eos verbis aut factis vexaret, ijſq; inſidias moliretur, apud omnes oneratus ſit, cùm ali
qui modeſtiſſimè innocentiſſimèq; cum ijs ageret, ejusq; rei judices quoslibet, imprimis ver
eos, quorum id eſſet officij, requireret. Videntur hæc poſſe colligi partim ex v. 7. vbi cu
ejectione jungitur odium, quod ad hanc fratres excitarit: partim ex Joſepho, apud quem qu
ritur, ſibi à magiſtratibus contra iniquam fratrum expulſionem opis nihil datum. Ejecit qu
dem legitimam cum matre prolem. Abraham Gen. 21. Iſmaelem, ſed DEi juſſu, & quia ver
hæredi Iſaaco ab illius audacia & feritate impendebat periculum.

Jephte votum.

VI. *Quam victimam vovit Jephte?* ℞ Vovit, ſi victor ex prælio contra Ammonitas re
dierit, in holocauſtum oblaturum, quod reduci primum è domo ſua egreſſum obviàm veneri
Quæ autem intentio ejus fuerit, variant Auctores. S. Aug. putat, quòd intentionem ſuam

primum

m hominem ſibi occurſurum direxerit, excluſis alijs animalibus, voluit enim ad tantam
iam impetrandam magnum aliquid vovere, Deinde quia ſoli homines alicui redeunti ob-
procedere dicuntur, non autem animalia. Toſtatus & Rabbini putant Jephte voventis
ionem fuiſſe immolandi animal immolabile primò occurrens, ſiue fuerit bos, ſiue vitulus,
; aut aries, ſucceſſu autem temporis ei memoriâ excidiſſe, quam habuerit intentionem,
n etiam hominem illâ comprehenderit. Et cum ſic dubius pergeret, obviàm ſibi factam
. Ille interpretatus verba in ſenſu generico, ratus eſt, ſe obligari ad immolandam filiam.
xiſtimant fuiſſe voventis intentionem, rem quæ occurret, ſub diſtinctione vel conſecran-
mino, vel in holocauſtum offerendi, pro conditione ſcilicet rei occurrentis, Unde negant
filiam fuiſſe immolatam, ſed perpetuæ virginitati in DEI ſervitio addictam Deniq; ali-
ıtant, quòd Jephte intenderit primum vivens, quale demum illud eſſet, DEo immolare.
gatur huic ſententiæ Hebræus & Chaldæus, qui teſte Vatablo, Pagnino & alijs in genere
habet. *Quodcunq;*, puta animal.

VII. *Fuitne Jephte votum licitum & religioſum, an illicitum & impium?* ℟. Lyranus, *Jephte votum an licitum.*
na, Eſtius liberant Jephte ab omni culpa, aſſerentes eum immolare voluiſſe primum ſibi
rens, ſi, & quomodo fieri poſſet, occurrens autem filia immolari potuit, vnde eam obtulit
, non inferendo mortem corporalem, ſed quo id licuit modo, nempe vt filia perpetu-
rginitatem ſervaret, quod viro Principi de filia vnica valde erat durum, vnde ſcidit veſti-
ſua lamentans: *Heu me, filia mea, decepiſti me & ipſa decepta es.* Probatur: quia filia pe-
atium, deflendi non mortem, ſed virginitatem ſuam. Item: quia vbi nos habemus: quod
iebant, quotannis filij Iſrael, vt plangerent filiam Jephte. Ex Hebræo vertitur à multis:
oquerentur, vel, vt conſolarentur filiam Jephte. Adde, ſi Saul prohibitus fuit à populo I.
14. ne occideret filium ſuum Jonathan, mirum, quomodo duorum menſium ſpatio, aut
ıon fuiſſet manibus patris à populo erepta, vel pater aliter perſuaſus.

S. Anſelmus, Serarius, Salianus, Menochius, Tirinus approbant votum Jephte ceu pium
nctum, ajuntq; eum nequaquam peccaſſe, ſed inſtinctu Spiritus Sancti votum edidiſſe &
leviſſe. Victoria quoq; tam illuſtris intuitu & merito hujus voti cœlitus conceſſa, indicio
tum iſtud DEo ſingulariter placuiſſe. Ob eaſdem cauſas, inquit Tirinus, & quia nemo
ſit, nemo ſeſe oppoſuit, nemo contradixit, imò S. Paulus ad Heb. II probat & laudat, vi-
DEo eximiè placuiſſe ipſa etiam expletio voti, & realis immolatio filiæ, quam fecit parens
nem. Præterea voluit DEus auctor & Dominus vitæ omnium etiam extare in re diffi-
a exemplum plenæ obedientiæ, & quidem in ſexu fragiliore, non ſolùm quo ad volunta-
& reſignationem animi, vt fuerat illud Iſaaci, ſed etiam reipſa & quo ad executionem.
t item Chriſto filio ſuo, non ſolo affectu, ſed & reipſa morituro, præire typum, in quo re-
: vltroneæ mortis tolerantia, omnibus conſpicua & illuſtris eſſet.

S. Hieronymus, Toſtatus, quibus favet Serarius & Corn. damnant votum Jephte velut il-
m & impium, eò quòd per hoc hominem, imò filiam DEo mactarit, quod omni jure na-
divino & humano eſt vetitum. Jephte tamen excuſari vel à toto, vel à parte per ignoran-
& religigionis zelum, quòd ſimplici, candido & pio animo putaret ſe hoc voto obligari
iam immolandam, eò quòd ipſa primò ſibi occurriſſet. Erat enim rude hoc ſæculum, &
m conſcientiæ ignarum. Si tamen aliquod Jephte peccatum fuit, illud Serarius ita exte-
1. quia cum DEi veri cultus tam ſæpe, & tamdiu collapſus eſſet, ea jam apud Iſraëlitas
uerat opinio, e gentilium erroribus petita, DEo tale ſacrificium gratum eſſe, vt indicat
q. 48. *2do* aſpiciebat exemplum Abrahami, putabatq; ſe illum rectè imitari, & fortè,
dicat S. Aug. ſperabat, ſi ſacrificium DEo non gratum eſſet, impeditum iri. *3tio* Erat amans
publici, ideoq; verebatur, ne ſi votum non expleret, indignaretur Dominus, ſe populumq;
n aliqua calamitate afficeret.

VIII. *Cur DEus permiſit ſibi immolari filiam Jephte?* ℟. 1. Ut eſſet figura clariſſima Chri- *Immolatio*
ro nobis necem ſubituri. 2. Ut magis appareret Jephte fides, & ſumma erga DEum reli- *filiæ Jephte*
3. Ut pariter virguriculæ tenerrimæ in patrem, patriam, DEumq; pietas, & animi magni- *cur per-*
, velut ſpeculum orbi terrarum præluceret. 4. Ut omnes intelligerent, quàm accuratè, di- *miſſa.*
ter, inviolatè, quæcumq; vel conſilio bono, vel divino monitu & inſtinctu eſſent vota DEo
enda. 5. Ut declararet DEus, ſe velut ſupremum rerum omnium Dominum, non admit-
ſolùm, ſed & præcipere poſſe, vt ſibi immolentur homines, miſericordiæ tamen ejus, &
itæ bonitatis argumentum eſſe, quòd hominibus parcat, & ſolis animalibus contentus ſit.
ogenitos quidem ſibi offerri præcepit, ſed legem mitigavit, vt hominis loco ſubſtituatur
s.

IX. *An filia Jephte annuendo patri peccârit?* ℟. det Serarius, non ſolùm eam non peccâſ- *Filia Jephte*
ed ſumma etiam excelluiſſe virtute. Quanta enim religio fuit, in DEI honorem velle ſa- *non peccavit*
& incolumem mactari? quanta in patrem reverentia, ob vnum ejus verbum, filiolam æta- *morti ſe*
orentem, non invito jugulo excipere gladium? quanta in patriam pietas, pro felici ejus *offerens.*
oſtibus liberatione, virgunculam ſuum libenter libare DEO ſanguinem? quanta animi ex-

celsitas, puellam, cùm de sua ipsius morte jam jam instante audit, subitò nihil terreri, non pallescere, non deprecari? quàm admirabilis constantia, denuntiante mortem patre, & r tem quidem violentam, & ab ipsomet patre accersitam & procuratam, non reclamare? r excusare, nullos ore questus, nullas oris lacrymas, nullos manu ac pectore plangores ac l fundere? quin verò patri, quid patri? imò dico mortis nuntio, & auctori pæne etiam dixe carnifici, tam benignum dare responsum? eum ad explendam cædem hortari? ne à cœpto sisteret, voti religione, votiq; ipsius causa, divino inquam beneficio, & grata victoriæ divin concessæ memoria incitare? Etiam aliqui ex ijs, qui patris in vovendo temeritatem, impru tiamq; vituperant, puellam istam excusant 1, quia voluntarium Isaaci ad mortem euntis ex plum sequi se putabat. 2. se ad patri, etiam in ista re, obediendum teneri. 3. rem istam D videri gratam, cùm tam nobilis subsecuta esset victoria. 4. Grates DEO pro hac per tam ir nem victimam agi & referri. 5. Si mortem recusaret, fore vt violati voti pœna in patris ca totiusq; fortè populi exitium recideret.

Jephte filia cur plangit virginitatē.

X. *Cur Jephte filia voluit plangere virginitatem suam?* ℞. Virginitatem plangere, est, vel corporis pulchritudinem, vel veneream voluptatem amissam dolere ac deflere, sed tem suam nuptijs maturam patris voto præpeditam; quo sibi præcisa esset omnis prolis & redis spes, illo enim ævo magna erat calamitas, quin & dedecorosum, esse sterilem, prout cunditas censebatur honorifica, & insigne DEi beneficium, cùm DEo gratissimum existimar multa illum populum augere sobole, vt Abrahæ semen, instar stellarum, multiplicaretur, div laus & cultus magis magisq; increscerer, ex eaq; posteritate verus tandem nasceretur mu Salvator, ac Messias Christus JESUS. Et ideo in Hebræo est, *flere ob virginitatem*, scilicet a prole vlla conseruatam, absq; liberis vllis sterilem ac infœcundam.

CAPUT XII.

Ephraimitæ injustè adversus Jephte tumultuantes ad 42. millia duntur. Vitâ functo succedunt Abesan, Elon & Abdon.

Seditio contra Iephtē.

QUæstio I. *Quæ fuit causa seditionis Israelitarum contra Jephten?* ℞. Eamdem fui quæ fuit eorumdem tumultûs c. 8. contra Gedeonem, scilicet nimia gloriæ cupidi & invidia rerum bene à Galaaditis gestarum, & quia vix vnum peccatum solum, c festim turpe illi addiderunt mendacium, dum dixerunt, se ad Ammoniticum bell non vocatos, cùm tamen vocati fuerint v. 2.

Seditiosos vincit Iephte.

II. *Quid seditiosis respondit Jephte?* ℞ imò falsam eorum seditionis causam ostend vocatos ait eos, & venire noluisse. 2, se ab illis desertum in magno vitæ periculo fuisse, & men illud pro populi salute adijsse refert v. 3. *posui*, ait, *animam meam in manibus meis*, qu est, meam in discrimen vitam dedi, periculo me exposui, vt 1. Reg 28. 21. *posui animam me in manu mea.* & Job 13. 14. *animam meam porto in manibus meis.* DEo auctore pugnam ha aggressum se probat, quia eam is fortunavit, hostes depressit, victoriam dedit. 4. conclu eos injustè, & citra vllam causam contra se tumultuari, bellum moliri. Cùm responso is non frangeretur eorum superbia, nec mansuesceret ferocitas, coactus tandem Jephte suos col git Galaaditas, manusq; cum Ephraimitis conseruit, & eos devicit v. 4.

III *Quis sensus convicij illius* v. 4. FUGITIVUS EST GALAAD DE EPHRAIM ET H BITABAT IN MEDIO EPHRAIM ET MANASSE? ℞ Galaaditæ fugitiui sunt ab Ephraim tis, eorum vim & impetum sustinere non possunt: viles, ignavi, nulliusq; aut animi aut rob ris sunt, vt Ephraimitis possint resistere, maximè cùm inter duas fratrum duorum, Josephi Manasse tribus inclusi sint.

Schibboleth

IV. *Quo signo Ephraimitæ ad Jordanis vada agniti sunt?* ℞. Ephraimitæ optabant è G laaditide fugientes redire in patriam, hoc cùm scirent Galaaditæ, fluuij qui inter illam & ha interjectus erat, *vada occuparant* v. 5. Quilibet ergo eorum, qui ex prælio evaserat, cùm ad is venisset, transireq; vellet, jubebatur à Galaaditis pronuntiare vocem *Schibboleth* (spicam sign ficat) ut ex pronuntiationis modo internosci posset, Ephraimitáne an Galaadita esset, illi ver pronunciabant Sibboleth, sicq; agnoscebantur, & jugulabantur omnes. Occisa verò sunt ta in loco prælij quàm ad hæc Jordanis vada Ephraimitarum 42. millia v. 6. Olim Gedeon c. arrogantes eorum spiritus leni responso represserat; nunc verò quia eodem iterum arroganti fastu intumescunt, perpetuoq; in fermento esse volunt, noluit Dominus ijs à Jephte tam leni ter responderi, sed potiùs gravi malo eorum retundi audaciam & deprimi superbiam. Poste riores enim culpæ prioribus deteriores sunt.

In baptismo profitemur fidem.

V. *Quis horum est sensus mysticus?* ℞. Jordanis fluuius, antequam Christus in eo baptisatus es fuit figura baptismi! Schibboleth quod interpretatur: *spica*, fidem significat, quam in baptismo pro fitemur. Ita S. Petrus Damianus serm. 19. de S. Anthimo: *Quid enim*, inquit, *per Iordanem, in qu Salvator noster baptizari dignatus est, intelligitur, nisi baptismus? Quid verò per Schibboleth, quæ in terpretatur spica nisi fides est intelligenda.* Spica plena est gravis, & fides Christiani non sit vacu

boni

s operibus. Ephraimitæ, qui non poterant ad Jordanis vada pronuntiare *Schibboleth*, seu spicam turgentem granis, sed solùm *sibboleth*, hoc est, spicam vacuam, trucidabantur omnes, sic qui ad baptismi aquas, fidei professionem faciunt, quæ autem non Schibboleth, sed Sibboleth, scilicet spica sine granis, seu fides sine operibus est, mortem incurrunt sempiternam. See S. Chrysost. hom. 4. in cap. 1. Matth. *Non quia sacrati fontis aquas ingressus, fidelis quisquam esse agnoscitur; sed à moribus, sed ab aspectu, sed ab incessu, à sermone, à comitibus.* q. d. Ille in veritate Christianus est, qui se talem exhibet in opere. Si aspectus, si incessus, si vestitus, si status Christianam spirat modestiam, patientiam, castimoniam, temperantiam, tunc veri Christiani intulit personam, & in hoc laudat Apostolus Galatas c. 3. v. 27: *quicumq; enim in Christo baptizati estis, Christum induistis.* hoc est, Christi mansuetudinem, innocentiam, charitatem & reliquas in Christo expressas virtutes. Has qui baptizatus est, virtutes assequi conetur, sine quibus nominetenus solùm Christianus est. Quia vt rectè S. Aug. tr. 10. in Ioan. ait: *Quomodo Christianus dicetur ille, in quo actus Christiani non apparent? Christianus castitatis & veritatis est nomen.* Ergo qui non est castus, qui non est integer vitæ scelerisq; purus, non est verus Christianus.

CAPUT XIII.

Israelitæ rursus in idololatriam lapsi, Philisthæis servi fiunt. Samson nascitur, viuit Nazaræus, & incipit ulcisci injurias illatas Israëli.

QUæstio I. *Quomodo Samson dicitur* NAZARÆUS DEI EX UTERO MATRIS v. 5.? ℟. non ideo quasi in utero matris sanctificatus fuerit ea sanctificatione, quæ in justitia coram DEO & peccatorum remissione consistit, sed tantùm significatur, eum jussu diuino, à parentibus statim, vt natus est, tamquam Nazaræum DEO oblatum & consecratum fuisse, deinde verò octavo die per circumcisionem peccati remissionem recepisse, sicut cæteros Judæos. Ita Estius. *Samson Nazaræus.*

II. *Quotuplices sunt Nazaræi?* ℟. Dupliciter nominantur, *propriè & impropriè.* Propriè Nazaræi sunt ij, qui describuntur Num. 6, & in veteri testamento sæpe laudantur, & hi apud Judæos quondam erant quadruplices, aut viri erant, aut fœminæ. Num. 6. 2. *2do* vel adulti erant, vel paruuli. vt Samuel 1. Reg. 2. & juvenes, Amos 2. 11. *3tio* vel temporarij, seu ad certum tantùm tempus erant. Num. 6. 13. 21. vel perpetui, quoad viverent, vt Samuel 1. Reg. 1. 11. *4to* vel voluntarij erant absq; præcepto vllo Num. 6. 2. & 21. vel jussi, & cum præcepto alio, vt Samson hic v. 5. Ex omnibus autem tribubus esse poterant; neq, ad vllam Sacerdotalem aut Leviticam functionem, hujus quidem sanctificationis & voti causâ obligabantur, ita t, quod l. 1. de sacro altaris mysterio c. 6. scripsit Innocentius, verum haud videatur; *minor sacerdotes communiter appellatos Nazaræos.* nisi forte per aliquam similitudinem, quia & is, ministerij sui tempore, à vino abstinendum erat Lev. 10. Impropriè verò fuerunt duplices boni scilicet & mali. Boni ante & post Christum fuerunt, quotquot se DEO ad majorem ipsius gloriam, majoremq; virtutis suæ absolutionem voverunt & dedicarunt, vt Rechabitæ & Essæi, hodieq; tales in Ecclesia Catholica Religiosi ordines. Mali verò & improbi ante & post Christum, *hæretici.* *Nazaræi qui?*

III. *Quod erat institutum Nazaræorum?* ℟. Potest ad 5. capita revocari. 1mum est de potum & ciborum discrimine, nullus enim eis potus ex vino & sicera concessus erat, adeo vt velut peccatum magnum Israëlitis objiciat Dominus Amos 2. v. 12, quòd Nazaræis vinum bibendum proposuerint, V. dicta Num. 6. *2dum* de capillo, neq; radi neq; tonderi eos oportebat. Hoc enim significat Num. 6. v. 5. *Nouacula non transibit per caput ejus.* idq; patet, quia non rasura Judæis omnibus erat commune Lev. 19. Ezech 44, siquidem alioqui sani essent, communemq; vitam retinerent, quod addo propter leprosos Lev. 14, & propter eos, qui Leuitico initiantur ministerio Num. 8. *3tium* de mortuorum immunditia. *Ad mortui nullius cadaver, ne patris quidem aut matris, fratris aut sororis accedat Nazaræus.* V. plura cit. c. Num. *4tum* De fine seu Nazaræatûs complemento. Qui Nazaræatui finem impositurus est, offerre ad tabernaculum H. tium debet victimas tres. 1. agnum anniculum in holocaustum. 2. agnam anniculam in sacrificium pro peccato. 3. Arietem in sacrificium actionis gratiarum seu eucharisticum Num. 6. 13. 14. &c. v. 15. *5tum* Hisce sacrificijs & pietatis actionibus licebat ijs, qui per opes possent, aut per pietatem religionemq; majorem vellent, addere aliquid. Hoc enim est, quod v. 21. ibidem dicitur; *exceptis his, quæ invenerit manus ejus,* id est, præter id, quod sponte vovere, quod in manu ac potestate habuerit, ideoq; subditur: *juxta quod mente deuouerat, ita faciet ad perfectionem sanctificationis suæ.* *Nazaræorũ institutum.*

IV. *Cur Angelus dicit nomen suum esse mirabile,* siue vt Chaldæus vertit: arcanum v. 18.? ℟. Ob 4. rationes. 1. quia nomina Angelorum, sicut & loquela, sunt purè mentalia & spiritualia ideoq; homini, qui signis corporeis vtitur, incognita, ac nova, adeoq; mirabilia. Nam & Nomina Michaëlis, Raphaëlis &c. quibus appellantur, non sic ab ipsis assumuntur tamquam *Angeli nomen mirabile.*

ipsis propria, eorumq; naturam exprimentia, sed à quibusdam ministerijs assumpta, quibus
minibus innotescant, ab ijsq; vocari & invocari possunt. *2do:* Nomen Angeli significati
mirabile dici potest, quia per illud significatur Angeli sublimis natura, quæ captum hom
excedit. *3tio* Angeli nomen dicitur mirabile efficaciâ in liberandis Israëlitis á servitute Pl
sthæorum. *4to:* fuit mirabile repræsentatione, qua repræsentabat ipsum Deum, qui facit m
bilia, estq; vndequaq; non tantùm in suis operibus, sed etiam natura, perfectione, attrib
mirabilis. Unde de ipso dicitur ps. 8. *Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen*
um in uniuersa terra? Porrò hunc Angelum fuisse Michaëlem, sicut & illum, qui Jacobo, M
Josue, Gedeoni apparuit tamquam synagogæ Principem, & Protectorem Hebræorum Sera
existimat, cujus nomen originem ducit à pugna cum Lucifero quondam inita, cui Deitatis
lium affectanti humilitatis plena verba opposuit: *Quis sicut DEus*, ex quibus Michaëlis no
conflatur, nam apud Hebræos *Mi* quis, *cha* sicut, *El* Deus significat. Ita P. Mezger succin
quod Serarius & Cornel. tractant prolixè.

V. *Quæ mirabilia fecit Angelus circa oblationem Manue?* ℟ imò Angeli ministe
inquit Cajet. & scipionis contactu, inquit Josephus, erupit è saxo ignis vehemens, & abs
psit hœdum & libamina apposita. 2dò qui homo putabatur subitò sursum in cœlum ascen
dere visus est. 3tiò. Cum voraci flamma ex saxo sursum elata simul in cœlum illæsus ascen
4tò: abjecto, quod assumpserat, corpore, vel in elementa, è quibus illud compegerat, resolu
intuentium oculis se subtraxit, re ipsa indicans se sacrificium illorum piorum conjugum
cœlum quasi secum deferre, vt DEo, cujus vnius honori oblatum fuerat, repræsentaret.

CAPUT XIV.

Samson vxorem ducit Philisthæam: leonem dilacerat: in cujus ore po
modum reperto melle fingit ex eo ænigma, quod in nuptijs proponit Sod
libus. Hi solutionem expiscantur ex vxore Samsonis, qui ausam inde a
ripit hostilitatis exinceps in Philisthæos exercendæ.

Samson ducit fœminam alienigenam.

QUæstio I. *An Samson peccavit ducendo fœminam alienigenam?* ℟ Communior se
tentia eum à peccato immunem facit. Vel, quia nolebat vxorem illam ducere, n
fieret proselyta. Vel, quod verius videtur, didicit Samson, vel monitu Angeli, vel fo
ti instinctu divino, DEi esse voluntatem, vt hanc duceret in vxorem, & petita vxo
à Philistæis ipsi deinceps benigniores fierent Hebræis, si illam concessissent, sin verò negasse
aut aliquam offensam intulissent, occasionem haberet, ipsos invadendi, prout monstravit eve
tus, qui instinctus & revelatio cùm parentes latuisset, non est mirum, illos initio in dando co
sensu fuisse difficiles. Uti exponit S. Amb. ep. 24.

Samson discerpit Leonem.

II. *Qua est historia de occiso à Samsone Leone?* ℟ Descendit Samson cum parentibus
Thamnata civitatem ad celebranda ibi sponsalia. Sed inter eundum contigit res mira. Cù
enim ventum esset ad vineas oppidi, & Samson paululum à via & parentibus aliqua occasio
secessisset, apparuit catulus leonis sævus ac rugiens, prædæ scilicet avidus, & ad invadendu
paratus. Irruit autem Spiritus Domini in Samson & dilaceravit leonem, quasi hœdum in fru
discerpens, nihil omnino habens in manu. Præclaro & roboris & fortitudinis exemplo, quò
tanto tamq; improviso discrimine non expaverit: imò leonem ipsum invaserit, atq; discerp
rit, sine clava, sine gladio, alijsuè armis, ad invadendum aut protegendum opportunis. Add
scriptor sacer, Samsonem noluisse tam egregium facinus parentibus indicare. Oportuit erg
illos multo spatio antegressos vel subsecutos, vt ne rugitum quidem audirent, aut si audiren
nihil ad se pertinere arbitrarentur. Siluit autem ob destinatam ænigmatis materiam. Sed illu
ipsum silentium animi virtutem fortasse non minorem prædicat, quàm facinus ipsum corpor
vires. Quòd enim adolescens, quòd inermis, quòd solus ferocem belluam, non dormiente
confecerit, sed irruentem exceperit, audaces in os manus injecerit, maxillas distraxerit, & a
ipsum vsq; pectus dilaceraverit, & tamen calente adhuc corpore animoq; silere potuerit, id de
mum gloriosum & palmarium: id singulari modestiæ tribuendum est.

Apes in ore Leonis.

III. *Quomodo apes os leonis insederunt*, cùm experientiâ sciamus, verum esse quod scribi
Columella l. 9. c. 5. Apes delectari munditie, & fœtorem fugere. De Leone autem testatu
Plinius l. 8. c. 16. quòd ipsi gravis odor & halitus sit, non solùm vivo, sed maximè mortuo
quando putrefacta intestina intolerabilem halant fœtorem? ℟det Helbius Leonis cadaver de
nudatum fuisse omni carne, & solam compagem osseam superstitem, nihil prorsus fœtoris emi
sisse sed pluvijs & ventis exsiccatam & aridam, in faucibus & cranio caveam quamdam ossean
apibus ad construendum favum aptam exhibuisse. Nec videatur hoc absonum, quia vt testa-
tur Herodotus, in cranio defuncti Onesili, Regis Cypri apes nidificarunt, congesseruntq; mel
In sepulchro ad ossa Hypocratis apes mellificasse produnt vitæ ejus Scriptores. Augustus Gal-

lus è Bre-

Brescia in lib. de agricultura narrat. Veronæ in Ecclesia ad S. Crucem, in sepulchrum ...rum Virginum sororum Bartholomæi Vitalis filiarum, per foramen muri ingentem copiam ...is contulisse, & inter lipsana favum confecisse, qui inventus est, cùm ictu tonitrui discussum ...pertum est sepulchrum. Nihil itaq; novi est, apes se colligere & mellificare in cadaveribus, ...n proinde fieri potuit in cadavere leonis à Samsone enecti. Solùm restat difficultas. An ...um temporis inter occisionem leonis & inventionem mellis intercesserit, vt interim om... ...aro & cutis leonis per pluvias, ventum & solis ardorem fuerit corrupta, vt arida solùm ossa ...anserint? Hoc omnino dicendum est. Dicitur in textu: *post aliquos dies* regressum esse ...sonem ad leonem à se occisum. Quale tempus per aliquot dies accipiendum est? ℞ deo: ...um, vt crediderit Samson nullam amplius carnem hærere ossibus leonis. Si enim putrida ...ıc caro compacta fuisset ossibus, vtiq; putuisset, quem fœtorem Samson potiùs aversatus ...inasset, quàm exquisivisset. Hebræi & cum eis Arias contendunt interfluxisse integrum ...um. Sed inconsultò certum definitur tempus, cum scriptura ipsa indefinitè loquatur, *post ...uot dies*, quot verò horum fuerint, non assignat, plures tamen concedendi sunt, ne dicendum ...amsonem petulanter incidere voluisse in olidum cadaver.

IV. *Quod Samsonis problema, quodue ipsius gnaro præmium, ignaro pœna?* ℞ *De come... ...e exivit cibus, & de forti egressa est dulcedo.* q. d. Quidnam hoc est, is, qui comedit & ...orat alios, ijs ipse cibum præbet, ex se ipso ijs escam dat: & ex forti seu robusto ac duro egres... ...est, quod dulcissimum est. Præmium verò fuit duplex. 1mò syndones 30. singulis nimirum ...n. 2dò tunicæ totidem. Pœna, si solui non potuisset ænigma, fuit similiter duplex, vt Sam... similiter ab illis darentur syndones 30. & 30. tunicæ. Nam hi omnes vnius instar, contra ...n Samsonem, sic vt in hoc vno totum resideret vel commodum ac lucrum, vel incommo... ac detrimentum: In illos verò singillatim divideretur vtrumq;. *Ænigma Samsonis.*

V. *Quis sensus verborum,* SI NON ARASSETIS IN VITULA MEA v. 18.? ℞ Si non ...stigassetis astutiâ & dolo explicationem ænigmatis mei ex vxore mea, quæ juvenili lasciuia, ...udentiâ & inconstantiâ suâ, secretum vt proderetur, effecit, numquam id assecuti fuissetis. ...dagialis locutio, qua dicitur in aliena vitula arare, qui rebus alienis ad suum commodum ...r. Arare hic significat vestigare, rimari, scrutari, quia sicut arando aperitur tecta terra, ...imando aperitur & invenitur rei occultæ veritas. *Arare in vitula.*

VI. *An justè & cur Samson cadem intulit Ascalonitis?* ℞ justè quia erat judex Israelis ...Eo constitutus, sicut justum ei fuit hostibus bellum inferre, sensitq; ad hoc DEi impulsum. ...gem autem hanc potiùs fecit Ascalone quàm alibi, fortè quia ibi solemnitas aliqua perage...r, adeoq; homines in vestibus novis & splendidioribus apparebant. Talibus enim vestibus ...son egebat. Cur autem cæde hac admissa Ascalonitæ Samsonem non sunt persecuti, aut ...nmodo spolijs onustus ausus est Thamnatam, alterum Philisthinorum oppidum redire? ℞ omnia ad DEi providentiam & tutelam referenda sunt, qui vel Philisthæis pavorem incus... ...e persequi auderent, vel non permisit Samsonem cædis auctorem à Philisthæis cognosci. ...d non difficile illi videbitur, qui aut naturam DEi, divinæq; providentiæ, aut varia id ge... exempla Gen. 19. v. 11. & 35. v. 5. & alibi expenderit; aut quanto terrore tam audax fa... ...s omnes perculerit, vt singuli de sua salute soliciti ad ipsum persequendum animos mi... ...è adhibuerint. *Samson cædit Ascalonitas.*

VII. *An solas tunicas Samson dederit solventibus ænigma?* ℞ v. 19. solarum quidem ...carum facit mentionem, attamen vel per tunicas intelliguntur etiam syndones, per synec... ...en, neq; enim scriptura minutè omnia exprimit: vel Samson detraxit eis alterum, ac pri... ...ræmium, quia non suo marte & ingenio acumen evolverant, vel exuvias eas vendidit, & ...ecuniâ vestes mutatorias comparavit, quas dedit socijs suis.

VIII. *An Samson occisorum à se corpora tangere potuerit ad extrahendum eis vestes, quin ...ge Num. 6. hoc vetante contraxerit immunditiam?* ℞ Potuit eodem privilegio, quo leonis ...aver tetigit, ad sumendum mel nempe ex inspiratione divina.

CAPUT XV.

Trecentis vulpibus & faculis Samson Philisthæorum segetes succendit, ...m ligatus traditur Philisthæis, ruptis funibus, solâ asini maxillâ mille ...os prosternit in loco. Sitienti dens maxillæ copiosam aquam subminis...at.

QUæstio I. *Quod genus vltionis excogitavit Samson contra Philisthæos ob datam alteri vxorem suam?* ℞ Captis 300. vulpibus, centum etiam, & 50. præparavit faces, & binis quibusq; ad caudæ initium colligatis longo fune, ne se facile mutuò in cursu impedirent, mediam alligavit facem tenacem, sicq; dimisit. Quæ dum insano cursu im... ...entem ignem vitare cupiunt, funeq; liberari, calamitatem quàm latissimè spargunt; à se... *Samson per vulpes incendit segetes.*

getibus. nam triticea messis instabat, ad vineas, à vineis ad oliveta, donec partim incen quod circumferebant, periêre, partim adusto fune, caudaq; semiustulatæ evasêre, partim à listæis captæ & interemptæ sunt; nec tamen tam properè, vt hujusmodi incendio, non fru solùm omnes; sed vineæ quoq; & oliveta in plures fortassis annos consumpta fuerint. Pl stæi accepta tanta clade ab incendiarijs hisce vulpibus, cùm causam inquirendo didicissent, missi à Samsone incendij, ascenderunt de maritimis ac declivioribus locis, in quæ hæc p incubuerat, ad expetendam tam de socero, qui cladi causam dederat, vltionem, quàm de g ro, qui sine vllo juris ordine, sontes, insontesq; propria auctoritate puniverat: & combu runt tam mulierem, quàm patrem ejus, flammis videlicet in domum ejus injectis, exituq; terclusо. Atq; ita non evitavit infelix mulier incendium, quod timebat, dum Samsonis se tum prodidit. Sed neq; illud vitavit Pater cum tota domo sua, cui quoq; illa metuebat.

Vulpium captura. II. *Quomodo fieri potuit tot vulpium captura?* ℞. Facile fuit, in regione vulpium f cissima, commodissimo anni tempore, à juvene robustissimo, & venandi peritissimo, junctis ciorum operis, vno alteróue die trecentas capere vulpes. Si potuit Julius Cæsar Romæ in ctaculum dare leones 400. Pompeius 600. Probus Imp. mille struthiones, mille damas, m cervos, mille apros, mille ibices, mille oves feras, tot vrsos, tot leones, leænas, Leopardos bicos, Syriacos, & tot alia monstra. Si ad vnius Heliogabali monstrosas delicias ex vna Roma brevissimo tempore colligi potuerunt decem millia pondo aranearum & muscarum, cem millia murium, mille mustelæ, mille sorices, teste Lampridio, Plinio & Vopisco; diffi fuerit Samsoni cogere trecentas vulpes?

Vulpibus vtitur Samson ad nocendum. III. *Cur Samson tædiferis vulpibus vsus est ad nocendum Philistæis?* ℞. Habuit quid Samson alios modos perdendi segetes Philistæorum. Potuisset ipse cum socijs in diversis l ignem injicere, prout Absolon per servos suos succendit agrum Joabi habentem messem hor 2. Reg. 14. v. 30. Nec hoc operosiùs, quin imò faciliùs fuisset, quàm vulpes capere, tædas rare, caudas colligare, eisq; faces innectere, & tandem in varijs locis eas in segetes immitt Quia tamen Samson erat exhilarati animi, facetus & jucundus, voluit Philisthæis ludibund nocere. Facetum fuisse constat ex omnibus, quæ in hoc libro Judicum de eo prodita sunt. Q facetius, quàm cùm in convivio nuptiali ænigma proposuit? cùm 30. viros vitâ & vesti exuit, vt 30. alios vestiret? Cùm passus est se vinciri, vt disruptis funibus mandibulâ asini morum loco mille percuteret Philisthæos, cùm vrbis portas detulit ad montem, cùm iter imposuit Dalilæ, vt se vinciret. Similiter vsus est tædiferis vulpibus, vt sibi & suis gentili gratum exhiberet spectaculum, hostibus excitaret triste nocumentum. Deinde cùm vindict sumere vellet de Philisthæis voluit etiam genti suæ commodum præstare, & incommod avertere. Palæstina abundabat vulpibus, quæ vineis, olivetis, sementi &c. noxiæ erant, qu queritur sponsa Cant. 2. v. 15. *Capite nobis vulpeculas parvulas, quæ demoliuntur vineas.* Har trecentas amolitus est, & sic patriam suam à nocivis bestijs expurgavit, sed simul ad perni em hostium. Eodem nimirum stratagemate hostibus nocuit, & genti suæ profuit. Ex omn bus autem bestijs elegit vulpes 1. quia caudis ad ferendas faces sunt instructissimæ, igniumq; mul metuentissimæ & pedibus velocissimæ. 2. quia ijs locis numerosissimæ. 3. quia magi cum regionis emolumento capiebantur, minimo cum Samsonis detrimento amittebantur.

CAPUT XVI.

Portas vrbis Gazæ Samson suis humeris in montem defert: à Dalil proditur, excæcatur, illuditur: sed injuriam hanc moriturus vlciscitu morte 3000. Philisthæorum.

Samson hostium vrbē intrat. QUæstio I. *Cur Samson ausus est intrare in vrbem munitam hostium suorum, in qua fac le capi & occidi potuisset?* ℞. Josephus ait: quòd hoc ex Philisthæorum contempt fecerit, suis præfidens viribus eos despiciens. Tostatus q. 2. hunc ingressum ejus juve nili petulantiæ & lascivo amori adscribit. Fieri potuit, inquit Serarius, vt negotij ali quid inibi haberet, vel vt panegyris aliqua ibi ageretur, in qua majoribus Philisthæos affic endi malis occasionem captaret. Sic enim Thamnatæ factum c. 14, & panegyreon istiusmod apud Philisthæos frequentiam indicat hoc caput 16. v. 23.

Scortatiọ Samsonis. II. *An ex verbis* v. 1. VIDIT IBI MULIEREM MERETRICEM, INGRESSUSQUE EST AD EAM, INFERRI POTEST, SAMSONEM CUM EA PECCASSE? ℞. Verbum ingredi e sua significatione nec ad malam nec ad bonam partem trahendum est, nisi aliud sentire exi gat vox adjacens, vel ipsa narrationis materia. Hoc loco significatur ingressus ad scortandum additur enim: *ad eam.* Est autem scripturæ phrasis, concubitum siue licitum siue illicitum sig nificare per ingressum ad mulierem, Gen. 16. v. 2. *ingredere ad ancillam meam, si fortè salten ex illa suscipiam filios.* 2. Reg. 3. v. 7. *Cur ingressus es ad concubinam patris mei.* & in titulo psal mi 50. quando intravit David ad Bethsabee.

III. Cur

III. *Cur Gazitæ Samſonem non ſunt aggreſſi in domo & dormientem?* ℞. Imò quia ſecundum legem terræ debebat ſecuritatem habere in loco hoſpitij. *2do* Si villa non habuiſſet muro eum intra domum capere conati fuiſſent: Jam verò clauſis portis volebant egredientem capere. *3tio* Poterant quidem domum vel diruere vel incendere, ſed volebant viuum capere, & ludibria in eum exercere, ſicut poſtea fecerunt. Ita Toſtatus. *4to* non ſunt auſi aperta vi eum etiam dormientem aggredi, quia jam fuerunt experti, apertam vim ſibi malè ceſſiſſe. *5to* anguſtior fuit domus, quàm vt irruentes in eam omnes caperet, ſi pauci irruiſſent, à Samſone nuda manu facile fuiſſent perempti, qua Leonem ſuffocare potuit.

Samſonem non aggrediuntur domi.

IV. *Cur eum foris, ſiue ante ædes non ſunt præſtolati, ut in exeuntem irruerent?* ℞. Hoc Samſon citò advertiſſet, & facilè in domo reperiſſet ſtipitem aut contum, quo quaſſaſſet tot capita, quot eorum fuiſſent in platea, quæ vix mille viros capere poterat, mille autem eorum vna mandibulâ jam antè percuſſit.

nec ante ædes.

V. *Quid egerunt excubiæ ad portam, quòd media nocte aduentantem non comprehenderint?* ℞. Accubabant portæ cum ſilentio, ne vllum ſui darent indicium, dormiebant ergo ſecuri quia ante diluculum, quo vrbis portæ aperiri ſolent, adventum ejus non ſuſpicabantur. Vel ab inopinato ejus adventu attoniti, & panico timore correpti, ſomnolenti & imparati fugam capiebant. Vel cùm non ad ipſam portam, vel ſupra ipſam, aut ad alterutrum portæ latus excubarent, non ſatis ſciverint, quid fieret, tenebris etiam adjuvantibus, donec Samſon longiùs proceſſiſſet; quem tamen auſi non ſunt inſequi, ne ab eo malè mulctati recederent.

Excubiæ ad portam.

VI. *Cur Samſon aſportauit portas urbis Gazæ magni utiq; ponderis?* ℞. *imò* ad oſtentandum robur ſuum. *2dò* vt oſtenderet ſe non timere Philiſthæos, quia non fugiebat, ſed lento gradu movebatur. *3tiò* in opprobrium Philiſthinorum, inſigne enim fuit dedecus vrbi ampliſſimæ ab vno concluſo, jam jam captivando portas è cardinibus revulſas, ac velut mercium ſarcinam humeris impoſitas, aliumq; in locum tranſlatas. Sic etiam, inquit Abul. q. 5. cum Hiſpania propter peccata vetera ab Afris de ſecta Machometica vaſtaretur, pervenit quidam rex potentiſſimus eorum usq; Compoſtellam in finibus Galletiæ, vbi B Jacobi Apoſtoli corpus tumulatum jacet, & portas, majoris Eccleſiæ inde tulit, ferens ad vrbem Cordubam longè inde diſtantem ad inſigne gloriæ ſuæ, & magnam ignominiam Hiſpanorum. Unde vsq; hodie porta major Eccleſiæ ſine valvis manet in Eccleſia Jacobitana. Volebat inſuper Samſon Gazitas inquietos ſemper & anxios ſuſpendere, vt vsq; ad confectionem novæ portæ continuis vigilijs afflictarentur, timentes ne noctu obrueret dormientes, ingreſſus per apertum oſtium, ſtragemq; faceret nocturnam truculentiorem nuperâ diurnâ.

Samſon aſportat portas vrbis.

VII. *An mulier quam amauit Samſon* v. 4. *in valle Sorec nomine Dalila fuerit uxor Samſonis an verò meretrix?* ℞. S. Chryſoſt. Caſſianus, S. Ephrem, Pererius dicunt eam fuiſſe vxorem Samſonis. Aſt Joſephus, Amb. Hieron. Abbas Joachim, Abul. Serarius, Tirinus & alij putant fuiſſe meretricem. Quomodo enim auſi fuiſſent Philiſthæi Principes tam fidenter, & primo aggreſſu, & ſola ſpe lucelli ſolicitare vxorem ad prodendum maritum, & talem tantumq; maritum? quomodo toties & tamdiu latuiſſent tot armati, in domo propria Samſonis, nec ipſo, nec vllo familiarium aut famulorum conſcio? quare ad illam excurreret Samſon, & non potiùs illam ad ſe domum ſuam traduceret tantus princeps? Hæ & aliæ rationes convincere videntur, non vxorem fuiſſe ſed meretricem, & quidem è pauperioribus, quæ communiter meretricio quæſtui dant operam, & quidem vt ijdem auctores ob eaſdem rationes putant, natione non Judæam, ſed Philiſthæam.

Dalila meretrix.

VIII. *Cur Dalila Samſonem dormientem non occidit, ſicut Iahel Siſaram, & Judith Holofernem?* ℞. Siſara & Holofernes erant hoſtes impij Iſraëlitarum, quos vt è vita tollerent, religioſas has fœminas, DEus elegit, & ad hoc facinus confortauit, vt Iſraëlis ſalutem & libertatem per eas operaretur. Samſon autem erat Iſraëlita, imò Iſraëlitarum judex, quem DEus ad ſalvandum populum ſuum deſtinavit. Dadila verò Philiſthæa erat, hoſtis populi electi, & à Philiſthæis ad perdendum Samſonem conducta, non ergo ad impiam Samſonis necem, à DEO confortabatur, quin potiùs deterrebatur.

Dalila cur non occidit Samſonem.

XI. *Cur Samſon ſe toties credit Dalilæ?* ℞. Valde proclivis fuit in libidinem, & quidem erga mulierculas Philiſthæas, præcipuè erga Dalilam inſano quodam ferebatur amore, quam vt ſibi benevolam ſeruaret, magisq; devinciret, blandimentis ejus dementatus, ipſi quidem impoſuit, ſe tamen conſtringi permiſit, aliquid ipſi mentitus, vt acquieſceret. Confiſus interim in ſua maxima fortitudine, credebat ſe facile poſſe vinculis extricare, hinc nihil eſſe, quod metueret. Libidine ergo victus & vinctus fuit, viribus autem ſolutus, & quem amor ligauit, robur exſolvit.

Samſon credit ſe Dalilæ.

X. *Cur Samſon fortitudinis ſuæ arcanum Dalilæ manifeſtauit?* ℞. Non putauit Samſon, fore vt raſis capillis perderet omnem fortitudinem. Sciverat quidem intuitu Nazaræatûs inſolitum virium robur ſibi datum. Cùm autem non omnem depoſuiſſet Nazaræatum, ſola capillorum amiſſione, non judicabat ſe omnimodè extraordinariam illam fortitudinem amiſſurum patet ex v. 20. Cùm ita dubius hæret, mavult ſubire diſcrimen, quàm offendere meretricem.

Samſon raſis capillis amittit robur.

tricem. Deinde abrasio capillorum longâ morâ peragitur, & vix peragi poteſt, quin expe
ſiat, etiam profundo ſomno immerſus. Credidit proinde Samſon, ſe tonderi non poſſe,
expergiſcatur, præpediatq; amiſſionem tum capillorum, tum roboris. Cauſa tamen præcipua
dementia Samſonis ex amore ejus orta, cùm enim omnis amans ſit amens, quò quis aman
eò eſt amentior. In vtroq; ad immoderatum exceſſum devolutus eſt Samſon. Non itaq;
rum eſt, quòd corpus & robur vitamq; ſuam conſecraverit mulierculæ, cui toto corde & m
compactus fuit. Potuit Dalila, quod plerumq; poſſunt meretrices eripere ſcortatoribus ſuis
& rationem, vt nec velint, nec ſciant agere, quod ſibi conſultum, evitare, quod periculo
eſt, ſed velut ſubjectiſſima mancipia in omnibus viliſſimis operibus exequendis colla ſubmitt
De hac Samſonis ſtultitia ait S. Hieron. ep. 22. ad Euſtach. Samſon leone fortior, & ſaxo
rior, qui & vnus & nudus mille perſecutus eſt armatos, in Dalilæ molleſcit amplexibus.
Amb. Apolog. 2. David c. 3 Samſon, inquit, validus & fortis leonem ſuffocavit: ſed amo
ſuum ſuffocare non potuit. Vincula ſoluit hoſtium: ſed ſuarum non ſoluit nexus cupiditat
Meſſes incendit alienas, & vnius ipſe mulieris accenſus igniculo, meſſem ſuæ virtutis amiſit.
vit huc illud Apoc. 9. v. 2. *Et aperuit puteum abyſſi, & aſcendit fumus putei, ſicut fumus for-
cis magnæ, & obſcuratus eſt ſol & aër de fumo putei.* Quis iſte eſt puteus, ex quo tantus er
fumus, vt ipſum etiam ſolem obnubilârit. Fumus indicium eſt ignis, puteus verò non ign
ſed aquam continere ſolet. Qualis ergo iſte puteus eſt, cui injectus ignis, exuſſit aquas? Reſp
det Rupertus, eſſe cor hominis obſcœni, in quo carnalis concupiſcentia, velut flagrantiſſi
ignis exæſtuat, vnde tam fœdus & denſus conſcendit fumus, vt intellectum, qui in hom
ſol eſt, obſcuret, quæ obſcuratio illa dementia eſt, quæ hominem libidinoſum occupat. [
videlicet, ait Rupertus, ſicut fumus non niſi ex ſubjacente igne fit, ſic non niſi ex præced
cauſa cupiditatis ſuæ concupiſcentiæ naſcitur cœcitas mentis ſeu obſcuratio cordis ſapient]
Nimirum fumus oculos, & Venus obtenebrat mentem. Talis fumans puteus fuit cor Samſ
in quo ardentiſſimè flagravit amor erga Dalilam, ex quo teterrimus ille fumus erupit, qui m
tem ejus obfuſcavit & dementavit. Cui ſimiles ſunt de quibus Apoſt. Rom. 1. v. 22. ait: *St
facti ſunt, & mutaverunt gloriam incorruptibilis DEi in ſimilitudinem imaginum corrupti
hominis.* De mundi hujus ſapientibus ingenio & eruditione conſpicuis loquitur. Unde au
fieri potuit, quòd perſpicaciſſima hæc ingenia in tantam devenerint dementiam, vt gloriam
immortalis in imaginem ac figuram hominis corruptibilis mutarent, & adorarent vt ſuprem
Majeſtatem? ℞det idem Apoſt. *Tradidit illos DEus in deſideria cordis eorum in immundit*
v. 24. In peccatorum pœnam permiſit DEus, vt juxta concupiſcentias ambularent, & ſeque
tur cordis deſideria, quæ ſunt fumigera amoris incendia, & fuligine obduxerunt acutiſſim
perſpicaciſſima eorum ingenia, vt tandem propudioſè delirarint. Ita Rupertus vbi ſupra:
*cendit fumus, ait, vſq; ad ſapientes ſæculi, quos obſcuravit; de quibus Apoſtolus dicit: ſed evan
runt in cogitationibus ſuis: & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: dicentes enim ſe eſſe ſapien
ſtulti facti ſunt, & tunc fumus ejuſmodi, ſicut fumus dicitur fornacis magnæ, obſcuratus eſt
de fumo putei.*

Fortitudo in crinibus Samſonis.

XI. *Qualiter in crinibus Samſonis fuit ejus fortitudo?* ℞ Non fuit in illis ſicut in ſubje
Manus enim, lacerti, dorſum, pedes &c. ſunt ſubjecta, quæ recipiunt fortitudinem, eamq;
runt. Capilli verò excrementum & ornamentum, non verò membrum ſunt humani corpo
Nec fuit in illis velut in cauſa, quæ vires diffuderit per reliquum corpus, aliàs enim ele
fuiſſent crines ſupernaturaliter ad producendum effectum extraordinarium & indebitum, q
parum convenit regulis Theologiæ. Dico ergo, fortitudinem Samſonis fuiſſe in ejus capillis,
lut in ſigno aut ſymbolo mutui fœderis inter DEum & Samſonem. Voluit nimirum DEus,
Samſon ſibi eſſet fidelis ſervus & Nazaræus, ſervaretq; leges Nazaræatûs, hancq; religioſam
vitutem & cultum profiteretur exteriori indicio ſervatorum prolixorumq; crinium, quod q
vſq; retineret, fortitudinis gratiam gratis datam in ipſo conſervaret. Divino igitur decr
tam diu ipſi vigebant vires, quamdiu retinebat Nazaræatûs crines. His verò culpabiliter dep
ditis, retraxit DEus concurſum ſuum ad confortandum vires.

XII. Si Samſoni abſq; ſua culpa per vim, vel per mortem invito & nolenti crines ade
pti fuiſſent, an DEus robur illud ſupernaturale membris ejus ſubtraxiſſet? ℞ Negativè. C
enim crines in Nazaræis non niſi exterior DEi cultus eſſent (vt inquit Tirinus) & interio
cultus, devotionis, & conſecrationis nudum indicium, ac ſignum; quamdiu interiora illa perſ
bant integra, non auferebantur dona ea, quæ propter interiora illa potiſſimùm dabantur. C
igitur non propter ſignum, ſed propter rem ſignatam, non propter capillos, ſed propter inte
orem animi religionem ac cultum, datæ Samſoni vires fuerint, manſiſſent illæ ſaluæ, ſi ab
illius aſſenſu & peccato ablati fuiſſent capilli, & ipſe animo conſtans in cultu Nazaræatûs p
ſtitiſſet, quod quia miſer meretricijs inductus blanditijs non præſtitit, meritò viribus illis ſp
liatus eſt. Ita Cajet. Abul. & alij.

Samſon non peccavit ſibi mortẽ conſciſcendo.

XIII. *An Samſon peccavit, ſe ruinæ exponendo, ſibiq; mortem conſciſcendo?* ℞ Negativè. N
S. Paulus Heb. 11. eum inter eos, qui fide ſalvi facti ſunt, collocat. Sed ſi ſe ruinâ dom
obruen

cruendo peccasset, in mortali culpa mortem obijsset, maximè subita. S. Aug. l. 1. de civit. c. 2. Samsonem, ait hoc fecisse non humanitus deceptum, sed divinitus jussum; nec errantem, sed obedientem, nec de eo nobis aliud fas credere. *Cum autem*, inquit idem, *DEus jubet, se jubere, sine vllis ambagibus intimat, quis obedientiam in crimen vocet? quis obsequium pietatis accuset?* &c. 21. *Nec Samson aliter excusatur, quòd se ipsum cum hostibus ruinâ domûs oppressit, nisi quia Spiritus latenter hoc jusserat, qui per illum miracula faciebat.* Præterea non propriè & directè se occidit: sed solùm indirectè & permissiuè; eadem clade, quam justè inferebat hostibus, & ipse evadere non poterat, sese involui permittendo. Ita Cajet. Lyran. Lessius, Serarius & alij. Addit cit. S. Aug. ipsum speciali DEi instinctu id fecisse, vt colligitur ex pristino supernaturali robore hunc in finem jam pœnitenti cœlitus restituto. Quin & Martyrem facit Sanctus & vetus Author Bachiarius ep. ad Januarium de recipiendis lapsis, probatq; Serarius hic q. 32.

CAPUT XVII.

Mater Michæ conflat filio idolum: cui ille primò filium suum, deinde Leuitem Bethlehemiticum præficit sacerdotem.

QUæstio I. *Quæ & qualis fuit mulier, de qua hoc capite?* ℞. Rabbini quidam putant fuisse meretricem illam Dalilam, de qua c. 16. quia narratur hîc de filio ejus & nepotibus, nulla autem fit mentio mariti. Communiter autem dicitur fuisse aliqua vidua, & hoc multò verius, 1. quia hæc Israelitica & Ephraimitica erat mulier, illa Philisthæa & Sorekitana c. 16. 2dò quia verisimile non est, virum ei adhuc vivum fuisse, neq; vllam ejus in re tam memorabili mentionem fieri. Mulier hæc superstitiosa & idololatrica fuit. Patet ex sculptili & effectis. Dives fuit hæc mulier, vt ex pecuniæ, quam idolorum cultui devovit, summa patet, ac multò magis ex filij potentia, qui & domos plures habuit, c. 18 v. 14. ac 22, & sacerdotem domi suæ proprium alere, vestire ac munerari voluit hîc v. 10. Impia etiam fuit, iracunda & maledica. Nam superstitionem secuta, idolorum fabricationi ac venerationi pecuniam dicavit v. 5. Cum ei ablata esset pecunia, vehementer exarsit, & in maledicta, execrationesq; diras prorupit. *Mater Michæ quæ?*

II. *Quo tempore acciderunt, quæ hoc capite narrantur?* ℞ Aliqui censent, hæc contigisse post mortem Samsonis. Ast adversatur caput sequens, cujus historia anteponenda est tempori Samsonis, vbi dicitur v. 1. quòd tribus Dan sortem suam inter Israelitas nondum obtinuerit, ideoq;, quia Danitæ ab Amorrhæis arctabantur in montibus, novas sedes quærebant in Lais. At si vivente Samsone hæc tribus sortem suam nondum accepisset, Samson, qui de hac tribu erat, non destitisset, quo vsq; eam planè in ejus possessionem immisisset, erat enim Judex populi, vir bellicosus & fortissimus. Deinde: hæc acta sunt tempore Joathan, quem sibi Michas fecit sacerdotem idoli sui, qui fuit nepos Mosis, & filius Gersam. Non potuit igitur Joathan ille post Samsonis mortem vivere, nisi esset 250. annorum, cùm tamen v. 7. adolescens dicatur. Quare meliùs sentiunt, qui dicunt, hanc historiam accidisse ante vel post tempora Othonielis, de quo cap. tertio hujus libri. Cur autem hanc & illas historias quæ narrantur c. 19. & 20. Scriptor in hunc locum rejecit? ℞ Ne Judicum gesta, quæ sibi sumpserat scribenda interrumperet.

III. Quem mulier intelligit Dominum v. 2. *Benedictus filius meus Domino*? ℞det Corn. intelligit DEum, non Israelis verum, sed falsum fictumq;, cui mox paravit idolum. Hic enim in ipsius sensu erat *Jehova*, vt habetur in Hebræo. Nomen enim *Jehova* datur non tantùm Deo vero, sed & falso: quem scilicet idololatræ habent, coluntq; vt suum DEum, ideoq; nuncupant *Jehova*, id est DEum verum, vt patet ex multis scripturæ locis. Nisi quis dicat mulierem hanc simul coluisse DEum verum Israelis, & idolum gentium, vti fecerunt Cuthæi siue Samaritæ 3. Reg. 17. aut in honorem DEi veri fabricasse suum idolum, quasi minorem DEum; nimirum re ipsa jungens DEum Dæmoni, volensq; per cultum Dæmonis honorare DEum: qui crudelius & blasphemus fuit error, sed prius, quod dixi, est verius. *Idolum.*

IV. *Quid sculptile, conflatilè, Ephod, ac Theraphim?* ℞ Duæ statuæ argenteæ, vna sculpta & dolata. altera opere fusili conflata. Ephod est vestis sacerdotalis, sub qua comprehenduntur omnes aliæ vestes sacræ & supellectilia ad sacrificium necessaria. Theraphim, id est, idola, è quibus divinatio & futurorum prænotio petebatur. Colligitur ex v. 5. cap. seq. & Ezech. 21. v. 21. Zach. 10 v. 2. & Rabbini passim explicant, Theraphim esse imagines futura prænuntiantes. Ita Serarius. *Ephod.* *Theraphim*

V. *Quid significat in scriptura manus implere? & quorum manus implevit Michas?* ℞ Implere alicujus manus est sacerdotio initiare, sed cur ita dicitur quæstio est, sæpe, inquit Cajet. legitur actus iste implendi manum ad constituendum sacerdotem: sed adhuc non comperi quid esset. Duas tamen subjungit res, quibus illas compleri suspicatur. Una est *oleum*, quo aliquorum vngerentur manus, sacerdotesq; consecrarentur. Altera est *victima vel oblatio* quam dum manu quis apprehenderet, DEoq; offerret, sacerdos fieret. Utraq; completio *Manus implere quid?*

ſcripturis conſentanea eſt. Lev. 8. 24. & 27. c. 9. 3. 9. 13. & vtraq; ſimul jungenda, vt ſig cetur quis ſacerdotio initiatus. Duorum verò manus implevit, ſeu ſacerdotes duos creavit chas, 1. vnum filiorum ſuorum v. 5. quem Abul. & Serarius exiſtimant primogenitum fi quia hæc erat vetus, & quaſi à naturæ fontibus mundiq; primordijs ducta primogenito prærogativa. 2dum, quem ad idem munus pretio conduxit Levitam quemdam nomine Jonath habitatione Bethlemitam, ex cognatione Juda, nam maternum genus trahebat ex tribu J Eratq; hic Jonathan nepos Moſis, filius Gerſam Exod. 18. v. 3 primogeniti filij Moſis, vt Exod. 2. v. 22. nobiliſſimi ac Sanctiſſimi ducis impius ac degener nepos, vt ſolent ſummo quandoq; virorum filij aut nepotes evadere perditiſſimi. Mirum eſt hominem Laïcum & fanum ad hujuſmodi conſecrationem proſilire; ſed quid mirum, ſi qui Deos ſibi fingit, ide ſacerdotes cudat? Sed quales Dij, talis conſecratio, tales & ſacerdotes.

Micha ſacerdos. VI. *An Michas v. vlt. rectè ſibi promiſit omnia felicia ob ſacerdotem iſtum Levitam* contrarium potiùs ipſi extimeſcendum, & à DEo ſupplicium, ærumnaq; potiùs quàm præm & fauſtitas exſpectanda. Tria enim hîc graviſſima peccatorum admiſſa genera 1. idolola 2. ad eam peregrini, pauperis & adoleſcentis invitatio ac perſuaſio. 3. ſacerdotij viol eaq; tripartita. 1. enim ſacerdotij capax non erat Levita, qui ex Aaronis ſtirpe ortum non ceret Lev. 8. & 9. Num. 8. & 17. Iſte verò non ex Aarone, ſed ex Moſe erat. 2. Nullum mini Ephraimitæ conſecrandorum ſacerdotum jus fuit: erat hoc Aaronis ejusq; ſucceſſo Pontificum munus, vt ex ijsdem ſcripturæ locis manifeſtum. Quomodo igitur Levitæ m implere Michas, quomodo Sacerdotem inaugurare auſus eſt? 3. Indigna Sacerdotis ad id rum cultum traductio. Soli enim DEo, aræ, ſacrificia & Sacerdotes debentur non Angelis, creaturis vllis, quantumlibet eximijs ac præſtantibus, quanto minus idolis ac Dæmonibus? tot igitur & tam gravia in divinam majeſtatem, contra omnem religionis ſanctitatem, cha tis ac juſtitiæ officium, ſacerdotalis muneris deſcriptionem, Pontificalis auctoritatis poteſta ſuſcepta crimina, quid niſi divina vindicta, pœna graviſſima, calamitas maxima deberi Mi potuit? Et luculentum hujus initium videbitur cap. ſeq. dum ſculptilibus ſuis, fuſilibus, th phimq;, & ſuo etiam ipſo Sacerdote ac Levita invitus, multumq; fruſtra reclamans ſpolia idem Michas.

CAPUT XVIII.

Sexcenti viri de tribu Dan, dum ſua dilatatum eunt pomæria, ex nere ſuum Michæ idolum cum Sacerdote eripiunt, & in captam rec vrbem Lais transferunt.

Sors non ſit ampla. QUæſtio I. *Quomodo verum eſt, quod v. 1. dicitur de tribu Dan:* AD ILLAM D INTER CÆTERAS TRIBUS SORTEM NON ACCEPERAT? ℞ Extra omnem bitationem eſſe videtur, poſt Joſue, hanc accidiſſe hiſtoriam ex cap. præced. q. 2 Joſue 19. v. 40. & ſeqq. inter cæteras Iſraelis tribus ſuam etiam ſortem acceperunt nitæ. Deinde mentio diſertè fit v. 2. 8. & 11. Saraæ & Eſtaolis, quæ in Daniticæ tribus eſſe tijs conſtat ex eodem Joſue c. 19. Cum igitur jam ſortem ſuam in terra promiſſa habue Danitæ, hinc omnes hunc locum intelligunt, non accepiſſe illos ſortem ſatis amplam, tantæ piendæ multitudini ſatis idoneam, inſuper ab Amorrhæis coarctabantur, vt dicitur c. ſeq 40. ideo compulſi ſunt, alibi & extra ſortem ſuam ſedes quærere.

Lais civitas II. *Quæ erat civitas Lais, & cur populus ejus dicitur ſeparatus à cunctis hominibus* v. ℞ Lais, Joſue 19. v. 47. dicitur *Leſem*, cùm verò à Danitis occupata eſt, ab ipſis dicta Dan hîc v. 29. Poſterioribus temporibus à fonte *Paneade* vocata fuit *Paneas*; à Philippo H dis Aſcalonitæ filio, qui illam amplificavit & exornavit, in Tiberij Cæſaris honorem appel eſt: *Cæſarea Philippi*; paulò pòſt è rege Agrippa cùm & ipſe illius proferret pomæria, in ronis honorem dicta fuit *Neronia*, & Nerodias, teſte Joſepho & S. Hieron hodie à Turcis cari ſolet *Belina* vel *Belinas*, inquit Adrichom. Eſtq; eadem vrbs, in qua ab Hæmorrhoiſſa ctu fimbriæ Chriſti curata Matt. 9. in ejus beneficij memoriam excitata fuit Chriſti ſtatua, poſtmodum nobilitata miraculis, quæ narrat Euſebius l. 7. Hiſt. c. 14. Niceph. l. 7. c. 15. dici hic *populus à cunctis hominibus ſeparatus*, ſeu nihil cum alijs populis negotij aut comme habuiſſe, cùm omnibus carere poſſet, quod extremæ felicitatis indicium eſt.

Idolorum ablatio. III. *Quid Danitæ fecerunt in domo Michæ?* ℞. Abſtulerunt *ſculptile*, *theraphim*, con tile & ephod. Senſit furtum Sacerdos, vel domeſtici alicujus admonitu, vel ſuorum ipſius o lorum conjectu, viſuq; aliquo. Cùm verò is diceret: *Quid facitis*? ei perſuaſerunt, non vt ceret tantùm, ſed vt ſecum etiam proficiſceretur. Argumenta fuerunt ab lucro & quæſtu, h nore ac dignitate majore. Illis igitur acquievit inconſtans & ambitioſus Leuita, cum profana illa ſacra ferre ac proficiſci cœpit. Furtum fraudemq; ſibi factam intellexit Mich illos, cum aliqua domeſticorum & fortè vicinorum ſuorum manu & clamore, inſecutus

cùm reclamarent illi, ac ei minarentur, ipſe illis & numero & robore imparem ſe videns, dnum mœſtus regreſſus eſt. Peccarunt illi quidem rem alienam rapiendo, invitaq; Domini vuntate retinendo: interim tamen Michæ hujus plexa impietas & vecordia eſt, vt dixi c. 17. q. 6.

IV. *Quid in urbe Lau fecerunt Danitæ?* ℞. Urbem illam magnam & opulentam occupunt, incenderunt, incolarum cædibus compleverunt, magna quidem erat civium multitudo, longa pace ad arma parum inſtructi, ſecuritate maxima torpentes, rerum affluentiâ delicijsq; nijs enervati. Incenſam, deformatamq; *Lau* reſtaurarunt, incoluerunt, & à ſuæ tribus Patriaha, Dan appellarunt. In eadem vrbe idololatriam ijdem Danitæ excitarunt, colentes Michæ dla, ipſiusq; Levitam idololatricum Sacerdotem & impiam ejusdem ſobolem ſacrilego eon fungentem ſacerdotio retinentes v. 30.

Danitarũ geſta in Lais

V. *Quamdiu in urbe ac tribu Dan ſtetit idololatria?* ℞. Multi intelligunt captivitatem em tribuum ſub rege Aſſyriorum. Verùm non eſt veriſimile tribum Dan, tanto tempore pereraſſe in idololatria, tum quia 1. Reg. 7. dicitur: *quòd omnis Iſrael requieſceret poſt Dominum, ſerviret Deo ſoli.* Et tempore Samuelis, Saulis, Davidis & Salomonis nusquam legitur, aliqua us coluiſſe idola, donec 3. Reg. 12. leguntur per Jeroboam erecti vituli aurei in Dan & Berſe. Itaq; alij per diem captivitatis intelligunt captivitatem arcæ per Philiſthæos 1. Reg. 4. ndo veriſimile eſt, multos Iſraëlitas ductos captivos, & maximè ex tribu Dan, cujus agri viſſimi erant Philiſthæis, vt patet ex hiſtoria Samſonis & aliunde. Ita Eſtius.

Idolatria Danitarũ

CAPUT XIX.

Uxoris Leuitæ Ephratæi à Gabaanitis, qui erant tribus Benjamin, digioſa libidine exſtinctæ maritus, cadauere in 12. partes diſſecto, reuas omnes tribus euocat ad infandum facinus ulciſcendum.

QUæſtio I. *Quis iſte Leuita? num cum ſuperiore idem?* ℞. non fuit idem, nam 1. iſte DEum timebat, ideoq; ne Gentilium quidem hoſpitio vti volebat v. 12. At ſuperior ille idola etiam colebat. 2. Iſte ad Phinees Pontificem venit, & cum eo egit c. 20. v. 28. At ſceleratus ille Apoſtata in zeloſi Phineæ conſpectum venire auſus numquam fuiſſet, ni ſi fortè ſcelerum ſuorum pœnitentiam egiſſet. 3. ob Apoſtatam, idololatramq; homulum vel tæ tragœdiæ ab Iſraëlitis omnibus cœptæ non fuiſſent, vel tantæ à DEO cædes non conceſſæ vel certè omnium primò expiata fuiſſet impij illius idololatria ex Deuteronomij præſcripto c. v. 2. & ſeqq.

Levita hic quis?

II. *Quam mulierem accepit hic Leuita de Bethlehem?* ℞. Veram fuiſſe ipſius vxorem, quia nc defuit ijs matrimonium, ſed potiùs poſt matrimonium aliqua inter eos orta fuit offenſio, ac diſſenſio. Illa enim confidenter in Patris ſui domum redijt, Leuita autem non tam de patre, qum de ipſa ſibi concilianda laborabat. Nam v. 3. dicitur in Hebræo, *iuit poſt eam ut loqueretur ad illius cor*, ſeu vt noſter Interpres, *volens reconciliari ei, atq; blandiri & ſecum reducere* ſeu blandis eam verbis ad priſtinum revocare conjugium. Deinde antequam egiſſet cum eo pullæ pater, vocatur v. 3. ſocer, illumq; velut generum lætus videt, excipit, amplexatur. N: nuptiarum novarum tunc in textu vlla fit mentio, ſed reconciliationis tantùm animorum. Nec obeſt, quod vocetur concubina, conſtat enim ex Geneſi de Abrahæ & aliorum concubinis, has olim veras fuiſſe vxores, ſed ſecundarias, minusq; honoratas, & rerum omnium conſortes, quæ ob thorum & concubitum legitimum tamen, concubinæ vocabantur.

Levitæ vxor.

III. *Quæ fuit cauſa abitus mulieris à Leuita?* ℞. Toſtatus q. 5. putat: Eam matrimonij fidem fallendo, maritum reliquiſſe. Lyranus ait ejectam à marito ob compertum flagitium, aut ipſam cum adultero, marito interim totius rei ignaro, profugiſſe. Arias cenſet non fuiſſe mœchatam, ſed diſceſſiſſe, vt ſuo viveret arbitratu. Joſephus ait, eam ob eximiam pulchritudinem adamatam à marito, adeo vt in eam ſemper eſſet intentus, viciſſim verò illam parum virum dilexiſſe, inde ortas vtrinq; ſuſpiciones & offenſiones, quæ diſceſſui cauſam dederunt. Sed rectius alij dicunt, quòd inter hos neo-conjuges ſimultas quædam & rixa exorta ſit, ideo deſerto marito, vxor confugerit ad parentes. Eſt hoc neo-nuptis ſæpiùs in vſu, maximè cùm à parentibus per connubium remotiùs abſtracti ſunt, vt leviter offenſæ recurrant ad parentes. Nam ſi adulterij cauſa intervenisſet, hoc nec manſiſſet occultum, nec inultum, nec maritus tanto ſtudio quæſiviſſet ipſi reconciliari, eamq; reducere.

Abitus vxoris à Levita

IV. *An rectè fecit Leuita reconciliando ſibi vxorem?* ℞det Serarius: Si facto ipſo adulterium conſummaſſet mulier, ſicq; à viro diſceſſiſſet, poteſt Levitæ hujus in illam clementia examinari quadrupliciter, *imò* ſecundùm legem Moſis, & ſic cenſet Arias malè ipſum feciſſe, quia Deut. 24. v. 3. & 4. vetat lex, eam, quæ à marito priore ad alium diſceſſerit, ab illo iterum poſtea recipi, ſiue vivus adhuc ſit iſte alius poſterior ſiue mortuus. 2dò *ſecundùm leges civiles*, & hæ dupliciter 1. vetuſtiores quædam reconciliationem hujuſmodi ſeveriſſimè prohibent, ſic vt qui adulterij damnatam receperit vxorem, in lenocinij vel adulterij pronuntient crimen incur-

Levita reconciliatur vxor.

rere

tere L. *Castitati*, C. *ad legem Juliam de adult.* L. *Crimen videtur*, eodem tit. 2. Justinianus e. tò in authenticis, cùm *adulteram verberari, & in monasterium concludi* jubet, viro tame *velit, eam intra biennium repetendi*, facit potestatem, reconciliandi viam sternit apertissim n. 3tiò *secundùm Canones*, omnino virorum cum vxoribus approbatur, laudatur & suadetur e. conciliatio 32. q. 1. vbi citantur quidem nonnulla S. Hieronymi & Chrysostomi verba, repugnare videantur, non tamen repugnant, vt ibidem explicantur. 4tò deniq; *secundùm tionis præscriptum*, cui profectò consentanea pristini amoris redintegratio. Si enim animo dìremptio mala, bona utiq; unitio. Si honestorum contractuum dissolutio inhonesta, hon vtiq; connexio. Si scelerata fœderum, omniumq; promissorum, quæ quidem bene riteq; fa violatio: Sancta vtiq; illorum restauratio. Et quod à DEo ipso fit, nonne optimum, h stissimum, sanctissimum? Et tamen sponsæ suæ adulteræ, siue illa vetus synagoga, siue an quælibet peccatrix sit, & olim, & nunc sæpissimè reconciliationem expetit, ad eamq; inv præsertim Jer. c. 3. v. 2. *Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen revertere ad dicit Dominus &c.* Suam certè Micholem nouo Phaltieli junctam conjugio repetijt, sibiq; sus adjunxit David 2. Reg. 3. 14. 15. c. 6. 16. & 20. Nec obest Deuteronomij opposita lex, quia (vt id quod de repudij libello præit) permissio tantùm est: vel jussio quidem est, sec duos tantùm restricta casus, ibi positos, idq; ne spe facilis ad priorem maritum reditus, ni repudiorum esset facilitas, & ne interimendorum posterorum virorum ansa daretur vlla. S ergo eò lasciviæ ista mulier devenisset, vt adulterium commisisset, bene tamen ad pœnitenti officium, pristinumq; connubium eam revocasset Leuita. Sed adulterium non intervenisse q. præced. Ideoq; optimè fecit Leuita, qui tam studiosè, clementer, ac solicitè vxorem plac in pristinumq; amoris & conjugij gradum eam reponere studuit.

V. *Quomodo Jerusalem dicitur oppidum gentis alienæ* v. 12. *cùm à Caleb expugnata erat* Jud. 1. v. 8.? ℞. licet expugnata esset à Caleb, eam tamen postea recuperarunt Jebu aut potiùs Caleb expugnauit vrbem Jerusalem, non arcem Sion; quare Jebusæi tenentes ar dominabantur vrbi, in qua mixtim cum Judæis habitabant. Hac ergo de causa Leuita hic luit pernoctare, ne cum Jebusæis idololatris versari cogeretur.

Gabaenorũ scelera.

VI. *Quod & quantum scelus admissum à Gabaenis*? ℞. Cùm hospitem & peregrinum uitam hospitio bonus senex excepisset eumq; ea nocte hospitaliter, honesteq; cibo & potu ctaret, illi circumdantes domum senis fores pulsare cœperunt, clamantes ad Dominum do & dicentes: *educ virum, qui ingressus est domum tuam, ut abutamur eo.* En Sodomiticum sc en eædem voces, quibus ad sanctum Loth nefarij vsi Sodomitæ Gen. 19. 5. Sed tantum lib nis furorem & insaniam, vt novus in Gabaa Loth compesceret, fecit pænè omnia, quæ a quior ille, Sodomis fecerat, sed cùm nihil efficeret, vnius viri loco, eorum libidini duas missurum se dixit fœminas vnam quidem propriam suam filiam, eamq; virginem, alteram Leuitæ ipsius concubinam, seu, vt dixi, vxorem. At ne sic quidem cœci & amentes illi ac escere voluerunt. Post magnam altercationem petulci illi olidiq; hirci sola Leuitæ vxore c tenti tota nocte ea abusi, dimiserunt eam manè, quæ ante senis ostium corruens, expansis nibus mortua est. Sicq; isti non adulteri tantùm, & Sodomitæ, sed etiam homicidæ fuerunt

Stupru causa mortis.

VII. *Quæ mortis istius causa*? ℞. Duplicem assignat Josephus. ıma summus dolor, qu in nocturna fatigatione ab indomitis tauris & hircis passa erat, ab vno ad alterum raptata, nec quisq; spurcus constuprator suam exsatiauit libidinem. Altera causa erat pudor, erubesce enim tam turpiter prostituta, coram viro & alijs comparere. Accessit ingens animi mœr nocturnus horror, & quidem in loco alieno, & fortassis numquam viso.

VIII. *An peccarunt senex & Leuita, dum vxorem & filiam Gabaitarum obtulerunt cup tati?* ℞. non peccasse. Optima videtur ratio eos à culpa eximendi, si dicatur excusari ig rantiâ, quæ in sene illo viro agricola, vt patet ex num. 16. hujus capitis, est valde probabi vt etiam in juvene isto Leuita. Alioqui enim nullo jure poterat filiam & hospitam, de qui illi non cogitabant, illorum libidini exponere, etiamsi id eo facerent consilio, vt majus p catum vitaretur. Adde fieri potuisse, vt vtriq, notum esset, Lothi factum, ex eo erroris oc sionem acceperint.

Nox subseruit Veneri.

IX. *Cur Gabaitæ Leuitam & vxorem ejus imprudenter non sunt adorti, cùm sedebant in p tea ciuitatis, & nullus eos recipere voluit hospitio* v. 15.? ℞. Sub crepusculum hospitio exce sunt, advenerunt ergo, cùm adhuc dies esset, quantumcunq; autem Gabaaitæ lasciviebant, t impudentes tamen non erant, vt clara die auderent tam nefandum scelus patrare, sed teneb rum velamen exspectabant Hominibus perditissimæ etiam vitæ, lux ruborem injicit, ne n nifestè obscœni esse præsumant, sed noctem suis improbitatibus destinant. Nam teste Jobo v. 15. *Oculus adulteri obseruat caliginem dicens: non me videbit oculus.* Vellem hæc sibi di agnoscerent parentes, & à nocturnis excursionibus præpedirent suos liberos, essentq; eorum stodes noctu, quorum lux solis est custos interdiu. Filiæ si sub eodem cum parentibus cubar tecto, non desinerent esse virgines. Et si filij alienas ædes non subirent in tenebris, non ob scarent suam innocentiam. Nox est, quæ juvenibus decerpit virginitatis florem.

X.

Cadaver dissectum.

X. *An Leuita peccauit, Cadauer vxoris in 12. partes concidens?* ℞. Negatiuè. Non enim fecit ad dehonestandum corpus, sed ad honorem defunctæ resarciendum, nempe vt hac via ocaret 12. tribus ad tanti sceleris vindictam, scilicet cuiq; tribui vnam partem, adeoq; etinam partem tribui Benjamin, quia non tota tribus peccaverat, sed vna tantùm vrbs, ideoq; rat & ipsa tribus ad noxij putridiq; membri sui mentionem invitari. Vel duas partes mi- l tribum Manasse, vnam cis- & alteram trans Jordanem. Nuntijs, quos misit, rei gestæ m, vt tribubus alijs narrarent, traderentq; singulis singulas dissecti corporis partes, vt ipsa ri corporis inspectione ad turpissimum facinus vindicandum magis exstimularentur.

CAPUT XX.

nfandum scelus vlcisci volentes 11. tribus à Benjamitis semel iterumq; untur, fuganturq; sed tertiò committentes prælium, tribum Benjaiam penitus exscindunt, solis sexcentis reliquis, qui in solitudinem ugerant.

Maspha urbs quæ?

QUæstio I. *Quæ fuit Maspha, ad quam congregati sunt filij Israel?* ℞. Tostatus notat fuisse 4. vrbes in Judæa, quæ dicebantur Maspha, & hîc vult intelligi Galaaditicam. Serarius, Corn. Tirinus eam hoc loco accipiendam esse censent, quæ erat in confinio tribus Judæ & Benjamin; hæc enim erat vicina Gabaæ, quam punire volebant, æquè bi Silo, vbi erat tabernaculum fœderis cum arca, quod ex Maspha videri poterat. Erat pha in loco alto, quasi specula, vnde ibidem dicuntur: *congregati ad Dominum*, eminus in naculo supra arcam residentem. Adde in tota synagoga simul collecta ad causam piam, vt rat, DEus aderat illiq; præerat, vnde ad eam convenientes dicebantur *congregati ad Dominum.*

Anguli populorum qui?

II. *Quid intelligitur per illa verba* v. 2. OMNESQUE ANGULI POPULORUM? ℞. es populi Hebræi, etiam qui habitabant in extremis terræ angulis de Dan usq; Bersabee, quæ erant extremi termini à septemtrione & meridie. Alij per angulos intelligunt Primores um & Proceres. Sicut enim in angulis majores & firmiores constituuntur lapides, qui n sustineant firmentq; ædificium; ita Primores populi Remp. sua auctoritate fulciunt & ad um lapidum angularium firmam inconcussam sustinent. Ob hanc metaphoram frequenter riptura primates appellantur Anguli. Sic Christus dicitur, *factus in caput Anguli*, & esse *angularis*, id est, columna, basis & princeps Ecclesiæ ps. 117. v. 22. & Matt. 21. v. 42. & Isaias ait c. 19. v. 13. *Deceperunt Ægyptum angulum* (id est principem) *populorum.* Et Zach. v. 4. *Ex ipso angulus*, hoc est, ex Juda prodibit princeps, puta Judas Machabæus.

Strages Israelitarum

III. *Cur DEus permisit Israelitas tantam stragem pati, vt prima vice viginti duo millia, al- die iterum consulto Domino decem & octo millia virorum occisa sint, cùm tamen justa illorum causa?* ℞ Serarius 4. dat causas & ex eo alij recentiores. 1ma est, vt scelera, quibus variè jam aminati erant, priùs expiarentur. Inter alia etiam idololatria, non illa Michæ tantùm c. 17. sed longè vulgatior & plurium sup. c. 2. & 3. explicata. 2da quia filij Israel sua fortitudi- numero nimis confidebant, vt hic dicitur v. 22. quo eodem & tertia indicatur causa nemmeritas maxima, dum contempto hoste, & neglecta disciplina militari, locum ad pugnam tum eligunt, vtpote inferiorem ipsa Gabaa vrbe, & sequenti nihilominus die in eodem loco à vel audaciâ vel contumaciâ pugnare voluerunt. 4ta deniq; indicatur v. 26. & seqq. vt ma- n populo excitaretur erga DEum religio, pietas & animi demissio, quod notant etiam ipsi Rabini, & luculentè comprobavit eventus.

Benjamitæ superstites

IV, *Cur aliquot Benjamitarum evaserunt superstites?* ℞ Varias esse causas, 1. Ne integra ex Israele tribus auferretur, si enim desineret ex 12. tribubus vna, debuisset quoq; desinere en Israel, & invocatio DEi Israel, quia Israelis 12. erant filij & 12. tribus, ita vt hic servari ret numerus, qui aliquam nobis subindicat figuram duodenarij Apostolorum numeri, qui Judæ proditoris scelere violatus ac imminutus esset, restaurari debuit, vt disputat S. Petrus Ac 1. 21. 2da Ut justitiæ & misericondiæ divinæ vivum superesset monimentum. 3tia Prædictu erat ab Jacobo Patriarcha Gen. 49. 27. *Benjamin lupus rapax, manè comedet prædam, & vespere dividet spolia.* Vesper, ad quem vsq;, sui soli, suæq; prædæ tenax lupus, cum Leone Juda ibidem v. 9. futurus erat; est ipse Silo, seu Messiæ adventus ibidem v. 10. Ante hunc igitur, Benjaminiam tribum exscindi non oportuit. 4ta Ut justitiæ misericordiæq; divinæ ipso Messiæ adventus tempore, præco summus esset, spoliaq; sua vespere isto divideret S. Paulus Apostolus Benjamita Rom. 11. v. 1 *In Gabaa* inquit S. Hieronymus in Epithaphio Paulæ, *vrbe vsq; ad solum diruta subsistit Paula: recordata peccati ejus & concubinæ in frusta divisæ: & tribus Benjamin 600. viros propter Paulum Apostolum reseruatos.* Nasci vt posset Benjaminius Apostolus, non omnes Benjaminios abstulit vna ista fatalis & funesta dies, sicut *non omnes Fabios abstulit vna dies.*

CAPUT XXI.

Ne prorsus interiret tribus Benjamin, instaurari jubetur ex 400. ginibus in cæde civium Jabes Galaad reservatis, & ex alijs ducentis ginibus Siluntinis.

Altare in & extra tabernaculum.

QUæstio I. *Quo jure Israel v. 4. exstruxerunt altare, cùm ex Lev. 16. & Josue 22. c non licuisse aras erigere & sacrificare extra locum tabernaculi fœderis?* ℟ Hoc in ipso tabernaculi loco erectum fuit. Et hoc licuisse, rectè docet Abul. Poterant etiam ordinariè plura altaria in loco tabernaculi erigi, si victimarum numerus i egisset. Uti legitur fecisse Salomon 3. Reg. 8. v. 64. Extra verò locum illum non licui ex privilegio, & speciali dispensatione, qua subinde viris sanctitate & prophetia spectatissi indultum legimus, vt Gedæoni Jud. 6. Manue Jud, 13. Samueli in Ramatha, Galgala, in lehem 1. Reg. 7. 11 & 16. Davidi in area Ornan Jebuzæi 2. Reg. 24. Eliæ in Carmelo m Reg. 18. & alijs, in quibus locum non habebat ratio legis vetantis, putà periculum idolol cùm essent viri sanctitate ac prophetiâ spectatissimi. Ita Abul. Cajetan. Serarius. Alij vnum tantùm altare præceptum fuisse, quando populus per desertum peregrinabatur, post rò cùm Israelitæ quietam sedem habebant, plura excitari potuisse. Ita Menochius.

Juramentum de non dandis filiabus in matrimonium.

II. *An juramentum Israelitarum, quo jurarunt se non daturos filijs Benjamin de f suis vxorem, fuerit honestum & obligans?* ℟ Ante hoc jus jurandum non poterant dare suas ii, qui erant vnius tribus alijs, qui erant alterius, nisi filiæ essent, quæ hæreditatis essent participes. Num. 27. & 36. *2dò* post jus, jurandum; etiam has quæ hæreditatis participes, potuissent, cùm exegisset necessitas, dare tribubus alijs, 1. quia vel quædam ali poneretur scortandi necessitas, vel gentiles accipiendi fœminas. Nulla verò solet obligare tio, quando in pejorem tendit exitum: & tum perpetui cœlibatus cura & amor quis? 2. verisimile non est, juratum esse de tali necessitatis casu. Ea verò quæ in jurantis cogitati non cadunt, jurisjurandi obligatione carent. *3tiò* Quando non obligat præceptum aliquod, gare tamen putatur, seruandum est, quia alioqui contra conscientiam peccaretur Rom. 1 Hinc patet, hoc jusjurandum fuisse honestum & obligans 1. quia quo ad filias hæreditatis sortes honestè obligabat, cùm novo vinculo possit se homo ad id ad quod aliàs tenetur, ol re, v. g. possit voto se quis adstringere ad rem, ad quam lege obligatur. *Quo ad alias* verò tò magis, quia res erat adiaphora. 2. in casu necessitatis, re ipsa erant ab hac obligatione rati Israelitæ: quo ad errantem tamen conscientiam obligabantur, quia se adhuc jurejurand neri, è nimia simplicitate, ac imperitia, opinabantur. Ita Serarius.

Raptus virginum.

III. *An Siluntinarum Virginum raptus rectè suasus & perfectus?* ℟ rectè suasus, non jurarunt non daturos se Benjamitis communi decreto filias aliorum (sed solùm si proprias) aut non permissuros, vel non suasuros, vt vi vel dolo rapiant. Hinc nec Benja peccarunt per hunc raptum, partim quia consilio vel decreto superiorum ob finem hone factus est, partim quia non valde invitis filiabus aut illarum parentibus contigit. Quin modò inviti fuissent, si perjurij periculum abesse scivissent, vti revera aberat. Ut dixi q. pra Nota raptum Siluntinarum præcessisse raptum Sabinarum à Romanis annos circiter 700. scilicet ab Othoniele primo Judice effluxerunt vsq; ad Romulum, cujus tempore Sabinas erunt Romani. Et videtur vterq; raptus contigisse paulò ante æquinoctium autumnale: narum 14. Kalendas Septembris, vt tradit Livius & Plutarchus: Siluntinarum verò in sc pegijs mense quoq; Septembri: nam tum temporis commodum erat propter latas frondes *latitare in vineis*, quod hîc v. 20. raptoribus præscribitur.



QUÆSTIONES EXEGETICÆ IN LIBRUM RUTH.

CAPUT I.

Elimelech Bethlemita vrgente fame cum vxore Noemi, & duobus fi- li in terram Moab pergit. Eo mortuo cum vtroq; filio vidua Noemi n Ruth nuru sua in Bethleem remigrat.



Uæstio I. *Sub quo Judice facta est fames, cujus meminit v. 1.?* ℞ Meræ conjecturæ sunt, quas Interpretes afferunt pro solutione hujus quæstionis, consultiusq; alij duxerunt abstinere ab abstrusa hac quæstione, quàm conjecturis se fatigare, ignorantiam præstat fateri in re obscurissima, quàm incerta proferre, cùm id neq; ex scriptura neq; ex traditione constet.

II. *Cur scriptura nomen Judicis non exprimit, sed indefinitè dicit:* IIUS JUDICIS? ℞ Vel quia parum interest nosse quis ille Judex fuerit. Vel hoc vulgata cidit, cùm lectiones aliæ non habeant, vt famis durationem tempus vnius Judicis non exe sse indicaret, quod aliquis cogitare potuisset, si pluralis solùm *quando Judices præerant*, ntus fuisset. Vel etiam reticuit scriptura nomen Judicis, ne malè de eo quis suspicaretur, d famis hujus causa extiterit, quam in peccati pœnam DEus immisit, quo docemur cauti esse xprimendis aliorum nominibus, vbi de rebus sermo est, quæ alteri in detrimentum famæ c:re possunt. ***Famis tempus.***

III. *Qua & quanta fuit hac fames?* ℞ Fames hæc potest considerari, *quo ad intensionem. & xtensionem.* Intensa verò sœuaq; admodum fuisse videtur, cùm ejus declinandæ causa, vir al qui dives, atq; apud suos in optimatum numero ordineq; virorum non contemnendus, aliò m rare, peregrinumq; solium ac solatium quærere debuerit. Famis præterea ejusdem magnitu o colligitur ex eo, quòd frumento alioquin & pane Bethlemiticus abundaret ager, adeo, vt e nde duplex suum nomen adepta sit. Nam *Bethlehem* domus panis est, *Ephratah* verò, vber, fe x, frugifera. Nisi igitur esset fames magna, quomodo in domo panis, nullus panis? quomodo in agro vberi, feraci, ac frugifero, fruges nullæ? Calamitatis verò ejusdem *extensio* potest ui loci aut temporis spatio spectari. Ac de loco quidem disputat Abulensis q. 5. an fames ista vniv alis fuerit, an particularis potiùs? recteq; respondet, particularem fuisse, quæ Israeliticam solù terram divexaret. Nam si Moabitidem, aliasq; regiones infestaret, cur in illam se contulisset E nelech? Tempus porrò, quo hæc in Israelitide viguit penuria, totum fuisse decennium, puta Serarius, & fortè ampliùs. Cùm enim verisimile sit, non statim nascentis famis initio Elimlechum profugisse, sed postea cùm increscere illam, in diesq; magis ac magis intendi sentire nihilominus tamen, non nisi post decennium, hanc desijsse inaudierit Noemi v. 5. & 8. sati apparet, fuisse plus quàm decennalem hanc famem. Alij tamen negant tam diuturnam fuisse famem, quia aliàs scriptura eam non subticuisset Deinde si eam vir opulentus non nisi fugâ e dere potuit, tandem tota illa Regio exhausta fuisset hominibus partim fugâ partim morte. Nc putandum est, toto illo decennio absentiæ Noemi perdurasse famem, quia cessante fame p uerunt etiam alia obstacula fuisse, quæ reditum prorogarunt. Noluit fortè Mater avelli à fi s, filij ab vxoribus, vxores à parentibus. Potuerunt etiam incommoda familiæ ab abitu eam d erruisse. Mortuis deinde filijs, cùm nihil superesset, quod eam detineret, regressa est. ***Fames magna.***

IV. *An Elimelech cum suis in Moabitide idololatriæ dedita salvâ conscientiâ morari potuerit?* ℞ Negat Tostatus q. 6. & 7. id fieri potuisse in perpetuum & animo figendi ibi domic um, & propter idololatriæ periculum, & ob legis ac cæremoniarum oblivionem, tum etiam c la ter in anno, maximè in festo Paschæ singuli masculi tenebantur ad templum ascendere: q od præceptum extra patriam ob loci longinquitatem implere non poterant. Bonfrerius cont rium censet: licuisse nimirum Hebræis morari inter exteras gentes & solum contubernium c m Chananæis vetitum fuisse, qui in medio terræ promissionis habitabant, quos DEus exterminandos voluit, & Judæos nihil cum eis habere commercij, quod cum alijs idololatris passim s scebant, & toto orbe inter illos habitabant post transmigrationem Babylonis, quin reprehe ntur, in exteris autem nationibus suas Judæi habebant synagogas, ne legis oblivio irrepe r. In Trina peregrinatione quotannis in Jerusalem justa de causa dispensari poterat. ***Judæi inter idololatras.***

Judaeorum connubia cum Ethnicis.

V. *An filij Elimelech licitè & absq; peccato ducere potuerint Moabitidas?* ℞ Negat
ctius & Bonfrerius, eò quòd tali connubio obstet lex divina Deut. 7. v. 3 quia talia con
habent periculum defectionis à vera religione, quod damno suo expertus est Salomon.
sentit Serarius, quia aliquando potest hoc periculum abesse, si personarum, quæ matrimo
ineunt virtus, & temporum ac rerum circumstantiæ spectentur. Sic Esther potuit Ethnico
ro nubere Esth. 2. v. 16. & Tobiæ 3. c. 8. in Rages civitate Medorum Sara Raguelis filia,
bitate laudatissima, à pio patre locatur septem successiuè viris. Hanc sententiam ample
Rupertus l. 1. in Matt. Corn. Tirinus, Celada, quia lex illa eos solùm Ethnicos ab Hebræ
connubijs excludebat, qui intra limites terræ promissæ habitabant, vt notat Bellarm. l.
Matrimonio c. 2. Juxta Celadam necessitas eos excusare potuit. Mahalon & Chelion ju
erant, ætatis feruor exstimulabat ad nuptias; ibi nullæ aderant Hebrææ fœminæ; & fam
huc sæviens reditum in patrium solum intercludebat; cælibatus in Moabitide erat insole
Judæa aut perrarus, aut nullus. Necessitas ergo nuptias persuasit. Cornelius has nuptias ex e
honestat, quòd Noemi horum juvenum Mater, & pia quidem fœmina, videtur filios ad con
um direxisse ex aliquo DEi instinctu, qui per Ruth destinabat nasci Davidem, & ex eo Chri

Respicere Dei quid?

VI. *Quid significat* RESPICERE DEI. AUDIERAT ENIM, QUOD RESPEXISSET
MINUS POPULUM SUUM? ℞ Est phrasis in scripturis frequens, favoris & benevolenti
gnificativa, vt patet ex c. 4. Gen. vbi dicitur: *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eju
Cain autem non respexit.* Respicit enim DEus, siue quando consolatur, siue quando sibi
placet in aliquo, siue quando beneficijs prosequitur, metaphorâ sumptâ ab ijs, qui avertunt
los ab eis, quos oderunt. Hucusq; DEus ab Hebræis avertit oculos odio persequens, &
fame puniens eorum scelera, eorum verò pœnitentiâ placatus eos benignè iterum respexi
giendo escas, quia vt S. Chrysost. tom. 5. hom. 34. ait: *Respicere idem esse, quod porriger
num, præbere gratias cum largitate.* Clariùs hac de re dixit S. Aug. tom 9. in Comm.
Magnificat: Respectus, inquit, DEi tribus modis accipi solent, scilicet secundùm cognitio
secundùm gratiam, secundùm judicium. De primo dixit Apostolus: *Omnia nuda & a
sunt oculis ejus*; de secundo autem clarum est, DEum omnia respicere; *quia oculi Domin
per justos*; de tertio in fine dicetur: *nescio vos.* DEum igitur videre per cognitionem, est,
eorum, quæ sunt, ignorare; videre per gratiam, est dona misericordiæ impendere; videre a
per judicium, est tantùm merita vel demerita judicare: Respicere igitur, inquit Aug. per g
am, plus aliquid est, quàm videre per gratiam. Namq; ita respicere, est priùs abjectos &
relictos visitare, atq; ea bona, quæ ablata fuerant, restituere, & ad eos se convertere per
tiam, à quibus recesserat. Hæc ille. Respexit DEus Hebræos & quæ ipsis bona in pœnam
cati abstulit, ex pœnitentiæ merito restituit.

Noemi ablegat nurum ad Deos alienos.

VII. *Nonne peccavit Noemi ablegans nurum ad Deos alienos & cultum idololatricum
cens* v. 15. EN REVERSA EST COGNATA TUA AD POPULUM SUUM, ET AD DEOS
OS, VADE CUM EA? ℞ Propositio est bimembris, ait Orpham regredi ad populum, &
gredi ad Deos suos; jubet deinde, vt Ruth cum ea vadat, non ad Deos, sed ad populum.
tur Noemi per hæc verba: *vade cum ea*, solùm reditum jussisse, mentem non reflectens,
regressa demum ageret, cui se sociaret, & quales Deos coleret, solùm ad hoc intenta, vt
consortio Ruth molesto eximeret. Alij censent eam hoc dixisse, non vt eam seriò ad Deo
cultum remitteret, sed vt animum & fidem ejus exploraret, q. d. Orpha ad populum, & ad
os suos remigrat, meliùs est, vt eam sequaris, quàm vt mecum pergas in Judæam, ibi enim
rus Israelis DEus colendus est, nolo autem, vt mei solius causa religionem amplectaris, sub
autem, cùm tibi multæ evenient molestiæ & calamitates, pœnitentiâ ducaris, & à religion
silire volens, mihi planctum, alijs scandalum, tibi verò præpares exitium.

CAPUT II.

*Ruth pressa egestate spicas in agro Booz affinis sui colligens grati
apud eum invenit: & læta vesperi ad socrum reversa frumentum &
liquias ciborum ei affert.*

Spica in messe.

QUæstio I. *An necessarium fuit in messe spicas relinquere?* ℞ Necessitas hac in re
plex considerari potest. Una extrinseca, altera intrinseca, vt loquitur Serarius, P
est à præcepto aliquo, & sic debebant Judæi in messe, aliquas spicas relinquere. L
19. 9. & 23. 22 Deut. 24. 19. Posterior est ab ipsa humanæ naturæ infirmitate. L
enim simus in aliquam rem intentissimi, ferè tamen semper fieri solet, vt aliquid peccem
aliquid eorum, quæ facere volumus, omittamus, aut minùs certè sedulò perfecteq; facian
Et hæc apud gentes, hominesq; omnes necessitas communiter invenitur: quæ etiam faci
apud omnes veniam ijs, qui ejusmodi aliquid aut prætermittunt, aut peccant, pridem impe
vit. Nemo ait Varro l. 6. reprehensus, qui è segete ad spicilegium reliquit stipulam. Fieri eti

vix

potest, vt vinum, poma, fructusq; alios legentium diligentia tanta sit, vt eorum aut oculos manus nullus effugiat botrus, pomum aut spica. Quodsi verò vel tam parvus esset ager, tanta alicujus diligentia, vt ne vna quidem spica ex ejus falce effugeret, an studio tamen quid relinquendum? Videtur relinquendum ex illo Lev. c. 19 Sicq; tacitè monet lex, ne tanamq; avara sit in segetibus, vuis, olivis, alijsve fructibus colligendis hominum diligentia, ; ob pauperum vtilitatem ac solatium, vt ibidem subditur Hanc tamen, nisi quatenus alium in egentes, ac viatores & peregrinos humanitatem suadet, legem non retinet Christiana isuetudo: cùm è Mosaica lege sola nos obligent moralia, vt in 1. 2. ostendit S. Thom. q. 103, . 105. & in istius art. 2. agit de spicilegij hujus præcepto.

II. *An relictarum in agro spicarum cuilibet concessum spicilegium?* ℞ *1mò* Apud Judæos cessum non erat spicilegium ipsis agrorum Dominis, vt præc. patuit q. quia sola eos messe tentos esse jubebat Dominus, & non casu tantùm, sed etiam studio dataq; operâ spicas alis relinquere debebant, vt ex Lev. 19 & 23. probatum. *2dò* Apud eosdem Judæos, non erat ilegium concessum ditioribus, quia spicas illas egentioribus & peregrinis relinqui jusserat minus, ita vt si eas legeret locupletior, is bona pauperum invaderet, ipsorumq; veluti messem egeret. *3tiò* egentioribus omnibus tam indigenis quàm advenis apud eosdem Judæos conum erat spicilegium, quia eorum gratiâ, vt jam dictum, hæ spicarum in agro reservari deant reliquiæ, S. Thom. 1. 2. q. 105. a. 2. *4tò* Licet generatim essent pauperum, quæ in demessis s vel eorum partibus reliquæ aut stabant, aut jacebant spicæ, ab eorum tamen nullo, nisi eas upasset, possidebantur, fiebantq; pauperis illius, qui eas primus occupasset, pro vt de mism jactu tradunt jurisconsulti Instit, l. 2, tit. 1. *de rerum divisione & acquirendo earum Domio § hoc amplius.* *5tò* apud nos verò quia neq; agrorum Dominis spicilegium vetitum, ; vlla spicarum jussa relictio, possunt illud & Domini facere, & sine cujusquam injuria, quit alius. Videntur enim esse res, quæ pro derelictis habeantur, quæ cujuslibet, siue opulenti, pauperis, primò eas capientis fiant l. 2. Institut. tit. 1. § qua ratione. Sed peccaret nihilous dives, qui in alieno agro spicas legeret. 1. nimio habendi studio. 2. suam ipsius famam rmando, cùm plus quàm Euclio videretur, qui hoc faceret, omnium sannis irrideretur. assis etiam humanitatem & beneficentiam lædendo, dum perexiguum illud solatiolum teoribus præriperet. In suis autem ipsorum agris, qui diligentiam istam adhiberet, minus ille lem famæ suæ noceret, benignitati tamen, quæ in pauperes vigere debet, aut peregrinos, fet, nisi alia id compensaret ratione. Posset enim suis in reditibus, messibus, ac vindemijs aliquis persedulus, & peraccuratus, idemq; tamen in pauperes perbenignus & munificus

Spicilegiū cui concessum.

III *Cur spicilegium elegit Ruth?* ℞ *1mò* vrsit necessitas. Nam in socrûs domo rerum ad m necessariarum summa erat inopia. *E syluis*, vt dici solet, *etiam lupos excitat fames.* *2dò* opus invitabat, messis enim erat. Occasio autem prudentibus non negligenda, ei alioqui es pœnitentia. *3tiò* Spicilegium istud erat quidem inopiæ argumentum, honestum tamen, imeq, probrosum, quia laboriosum, sicut enim messores, ita spicilegos oportebat æstum e, seq; incurvare plurimùm. At qui labore vitam tueri ac sustentare satagunt, nullo in prosunt, cui alioquin ignavi, segnes ac pigri obnoxij sunt. Sicq; ipsius quidem Ruth egestas lligitur, sed simul etiam prudentia, & industria, quæ dum vires, anniq; sinunt, omnis adhida, priusquam ad mendicandum sese accingat egenus & pauper.

Spicilegiū elegit Ruth

IV. *Cur Messoribus præfectum rogauit Ruth, ut sibi liceret colligere spicas, cùm hæ diuino jure relinquerentur pauperibus?* ℞det Abul. q. 6. *1mò* diuinæ istius legis ignaram fuisse Ruth, non multis ante diebus proselyta facta esset. *2dò* Judæos tunc quidem obligatos fuisse lege relinquendas spicas egentibus, sed eam legem, vt alias nonnullas, privato suo posthabuisse modo. At licet horum vtrumq; verum esse possit, preces tamen istas à singulari ipsius Ruth missione ac modestia profectas existimem. Qui enim animo dimissiore sunt, in ijs etiam, quæ jus aliquod habent, preces non illibenter adhibent, duplici de causa. 1. quia in omni, quæ sibi dantur, beneficium aliquod & liberalitatem agnoscunt. 2. quia sciunt, si ad obligonem accedat aliquid, quo hominum natura nonnihil pelliciatur, eam magis incitari, vt facere alioqui debet, multò faciat promptiùs & profusiùs. Accedit, quòd ijs etiam diuiti, qui ex diuinæ legis vi & obligatione, spicas aliquas in pauperum vsus relinquere debebant, hoc ipso benignitatis locus duplex relictus erat. 1. vt eo statim tempore, quo in agro suam uc messem, messoresq; habebant, pauperes admitterent. Nam poterant in aliud eos temdifferre, ne fortè suâ præsentiâ messores impedirent. 2, vt possent, cùm extrema non vrgepauperes necessitas, quem in suo agro legere sinerent, ex ijs eligere, alijs anteponere, præim illo tempore, quo messis adhuc fieret. Nam & in eleemosynis ea est facultas, vt necesis casu remoto, liberum diuitibus sit, vt vni potiùs, quàm alteri dent,

CAPUT III.

Ruth obsecuta socrus suæ consilio, ad pedes affinis sui Booz dormie[ntis] recumbit, & nuptias verecundè postulat: lætoq; responso accepto, modios hordei ad socrum defert.

Ruth ad pedes Boozi jacens.

QUæstio I. *An Noemi suadens, ut Ruth Boozi dormientis pallium discooperiret, seq[ue ad] pedes ejus projiceret, ibiq; jaceret, peccaverit, item an Ruth obsequens?* ℞. Tostat[us &] Serarius ambas à culpa absoluunt, Celada ostendit, quòd nec in re nec in modo [de]querint. Non in re; nam expetebat conjugium, & conjugalem copulam ad susci[tan]dum semen propinquo Mahaloni nuper defuncto, quod non modò licitum erat, sed & ad il[lud] ipsa Rutha jus aliquod de diuina lege habebat, & in Boozo nonnulla erat vicissim oblig[atio,] quin & hoc ipsum eo tempore eximia erga defunctum charitas, & misericordia censebatur[,] quod ipse Boozus v. 10. laudavit. Si dicas: Propinquior alter cognatus erat, cui antè jus ad hæreditatem, & ad suscitandum semen obligatio, ac proinde prior erat rogandus. ℞. C[um] Serarius, Bonfrerius, Salianus, fieri potuisse, vt ipsa quoq; Noemi ignoraret esse alium pro[pin]quiorem, qui prior ad suscitandum semen Mahaloni, lege obligaretur; aut in decennali p[ere]grinatione, & tanta rerum perturbatione oblitam fuisse. Sed esto, id Noemi sciuerit, & ad[ver]terit; fortè de flectendo alterius propinqui animo ad istiusmodi cum Moabitide ac pauper[e] muliere conjugium desperauit, prænoscens aut illius duritiem, aut fastum, quod eventus p[ost] probauit. Neq; prorsus nulla erat in Boozo ad istiusmodi conjugium obligatio, ad quod t[ene]batur altero propinquiore renuente. Quare sapienter Noëmi rem totam permittit prude[ntiæ] ac consilio Boozi, quem virum justum, pium & prudentem sciebat, & in suam Rutham v[alde] inclinatum, quod indicant illa verba: *ipse autem dicet tibi, quid agere debeas.*

Modus verò etsi videatur insolens, & fornicationis periculo obnoxius, cùm Ruth a[d] Boozum irrepit solitò lautior, & ornatior, & clam penè lenocinantibus stupro tenebris, sol[a] solum, ipsumq; cubantem, & vespertinâ cœnâ, largioriq; potu exhilaratum, & conjugium [ac] copulam postulatura; potuit tamen totum hoc absq; periculo fieri. Sanè grandæuus erat Bo[oz,] ejus honestos mores, & probatam diu virtutem ac probitatem Noëmi noverat, cui meritò fi[dere] poterat, nihil præter jus fasq; attenturum fore. Exploratam etiam habebat suæ Ruthæ hone[sta]tem, quæ citra conjugium nihil permitteret non pudicum. Ipsa enim disertè nuptias post[ula]vit, ajens v. 9. *Expande pallium tuum super famulam tuam, quia propinquus es.* Quare c[um] Hebrææ genti non essent vetita clandestina conjugia, ritè illo ipso temporis articulo legit[ima] potuerunt iniri connubia, vel ipsâ copulâ affectu maritali habitâ, quod tantummodo Ru[th] expetebat. Itaq; id totum, quod fuisse re innoxium probavit eventus, rectè Noëmi sperare [po]tuit, cui vtriusq; probitas, honestas, maturitas diu explorata & approbata fuerat.

Booz unde hilarior factus.

II. *Unde Booz factus hilarior* v. 7.? ℞. Non quia in potu excessum commisit, & ex c[ra]pula vel ebrietate exhilaratus fuit, patet ex omnibus factis ejus & dictis, quibus ea nocte om[nem] modestiam, prudentiam & cautelam præsetulit. Sed quia per diem famulis laborantibus [inter]fuit, agenda jussit, obivit, & diligenter curavit, in cœna se escis, potu, & cessatione à curis [re]fecit, & diurni laboris bene peracti complacentia hilarior factus est.

Booz expavit.

III. *Quæ causa, cur Booz media jam nocte expaverit, & conturbatus fuerit?* ℞. T[ostatus] q. 18. quòd Rutha excitaverit Booz à somno, vel attactu, vel corporis sui motu, aut inqu[ieta] agitatione, pertæsa moræ, volens tandem videre, quis foret eventus, eam enim exsomn[em] mansisse pronum est arbitrari, quia cura futuri eventus eam anxiam reddidit. Sanè si [Booz] sponte evigilasset, non fuisset, cur expavesceret & conturbaretur. Fortè inter dormiendum in alterum latus vertens, & pedes latius extendens, tetigit accubantem, quod sentiens expa[vit,] quia neminem secum ad stratum admiserat. Solent autem à somno excitati pavere & cont[ur]bari, si quid novi & inopinati advertunt.

Ruth petit sponsalia.

IV. *Quid Ruth per petitam expansionem pallii dicere & intendere voluit?* v. 9. ℞. Ni[hil] aliud petijsse, quàm vt se in vxorem ducat, satis ostendit illa illatio: *quia propinquus es.* M[o]ris enim erat Judæis, vt refert Lyranus, quòd sponsus contrahens sponsalia ponebat extrem[um] vestis suæ super sponsam. Nihil igitur aliud petijt Ruth, quàm sponsalia, q. d. *quia propinq[uus] es*, lege teneris, me in vxorem ducere & propinqui defuncti (mariti mei) suscitare semen, [ex]pande igitur in signum sponsaliorum pallium tuum super me, tui deinde arbitrij erit, consu[m]mare, siue non. Hujus pallij expansio, etiamnum apud Judæos vestigium habet, cùm enim nu[p]tias suas celebrant, ambo, sponsus nimirum, & sponsa teguntur vno velamine. Alij legunt: *[ex]pande alam tuam*, quòd metaphoricè volunt dici, pro recipe me in tuam fidem & protecti[o]nem, nam aves alis protegunt pullos suos, vt homines pallio, quos tutari volunt. Promi[ttit] itaq; sponsus hac pallij impositione defensionem & tutelam, quam maritus debet vxori.

CAPU[T]

CAPUT IV.

Booz coram judicibus ciuitatis, euocato altero affine propinquiore, sed juri propinquitatis renuntiante, adit possessionem Elimelechi defuncti, Ruth nurum illius accipit in vxorem, ex qua gignit Obed auum Da- is Regis.

QUæstio I. *Quare Booz ascendit ad portam ciuitatis Bethlemiticæ?* ℞. vt causam de ducenda Ruth coram Judicibus componeret, nullus enim contractus erat ratus, validus & authenticus, nisi in hoc loco & præsentia Judicum firmaretur, quod fiebat ad præscindendum lites. In porta autem vrbis conveniebant judices ad exercenda judi- sua, erat enim in vnaquaq; Iudæorum vrbe porta vna, eaq; cæteris celebrior, in qua con- ebant Iudices pro jure dicundo, quæ Deut. 21. v. 19. porta judicij nominatur. Quando au- Deut. 16. v. 18. præcipitur: *Judices & magistros constitues in omnibus portis tuis*, sensus est, ualibet vrbe constituendam aliquam portam, vbi judicia exerceantur. *Booz ad portam ciuitatis.*

II. *Cur sacer Historiographus nomen propinqui Ruthæ reticuit, quem tamen Booz vocauit ine suo v. 1.?* ℞. quia indignus fuit, vt nomen ejus innotesceret, quia propinqui semen itare renuit, & quidem cum lectissima vidua, juvene, venusta & virtuosa, quam quia con- psit, sacer scriptor nomen ejus obliteratum esse voluit. *Ruthæ propinqui nomen tacetur*

III. *An agrum Elimechi vendere potuerit Noemi, videtur enim totum hujus possessionis jus tunc fuisse propinqui illius, ex lege, qua possessiones semper in tribubus & familijs permane- ?* ℞. Possessionum talium proprietas quædam erat proximi propinqui, earum autem vsus tus erat viduæ, vxoris defuncti, dum viveret, nisi denuò extra familiam nuberet: & hoc sus fructus Noemi & Ruth vendere poterant. Nominatur autem hic sola Nòëmi, ne pro- o suboleret matrimonij necessitas, deinde quia Ruth Nòëmi consilijs regebatur. *Nœmi vendit agrum Elimelch.*

IV. *Quis peregrinante Emilecho in Moabitide, agrum illum tenebat, colebat, metebat?* ℞ empore famis & sterilitatis jacuit incultus, cùm operæ pretium non esset expensas face- laborem impendere, nullos autem, vel modicos recipere fructus. Censent quidem To- s, Serar. Corn. Tirinus, Celada agrum alicui elocatum fuisse, qui quotannis ex ejus fru- s annuum censum persolveret, vel in Moabitidem mittendo, vel ijs certè numerando, aut mitterent, aut perferrent. Ast si ager cultus fuisset, tot saltem fruges percepisset Noe- vt ad eam extremam pauperiem non pervenisset, cui sublevandæ oportuit spicas legere, perinde fuit ac mendicare. Ager, inquis, angustus fuit, & modicus ex eo census daba- Ast amplum & spatiosum fuisse patet ex eo, quia Elimelech vir nobilis & dives fuit. lectus ergo jacuit & absq; cultura.

V. *Booz & propinquus iste erant ex stirpe Phares nobili & præpotente, quomodo ergo fa- est, quod tota stirps excisa sit, vt duo solùm essent superstites?* ℞ det Lyranus: duos tantùm e, qui vænalem agrum, propinquitatis jure possent emere seu vindicare: licet cognati essent es alij posteriores, nemo tamen ad emendi jus prior propiorq; erat illis duobus. Aliter re- det Tostatus q. 28. Simpliciter duos tantummodo fuisse, quibus hoc emptionis seu vindi- m jus esset: quamquam alij multi essent propinqui. Hanc enim apud Judæos fuisse consue- nem, vt fratribus quidem omnibus hoc vindicandi jus esset: deinde, si suo illi jure vti nol- ; propinquis, non tamen omnibus, sed propinquioribus, & quidem, quos certa divinæ le- explicatio & vsus jam definijsset. Qui autem & quoto in gradu hi essent propinqui non icat Tostatus. Serarius duplices censet esse statuendos propinquos seu cognatos, alios sim- ter ratione *sanguinis* & *naturæ*, alios ratione legis vindicias concedentis. Priore modo unt esse quàm plurimi, posteriore, pauciores. Sicut apud nos, si matrimonij jus considere- Nam propinquitatis gradus multi sunt, solùm tamen 4. sunt, quibus inter eos negatum ugij jus. *Noemi propinqui.*

VI. *An licuit Booz ducere Rutham Moabitidem, cùm Deut. 23. Moabitis in æternum nege- aditus in Ecclesiam DEi?* ℞ Legem illam non de fœminis, sed de solis viris ita statuisse. n solorum virorum, inquit S. Aug. culpa fuerat, ob quam pœna ista Moabitis inflicta esset, olligit ex Num. 22. Tostatus aliam causam addit, nempe: Quòd nati ex matre Moabitide, patre Judæo, non erant, nec censebantur Moabitidæ, sed Judæi; nam filij referri solent ad us & stirpem patrum, non verò matrum suarum. *Boozo licuit ducere Moabitidem.*

VII. *Quid denotat soluere calceamentum?* ℞ præter excalceationem religiosam, qualem cepit Angelus Moysi ad rubum Exod. 3. & Josue prope Jericho, Josue 5. duplex reperitur in turis *excalceatio politica*. Una in pœnam, quæ describitur Deut. 25. quæ lege præscripta , cùm nollet frater Germanus fratri defuncto semen suscitare: nam inter solos fratres pro- dictos locum habebat: fiebatq; etiam invito, & cum consputatione faciei, & erat valde pro- sa. Altera non in pœnam aut probrum, sed in contractus solemnitatem, aut firmamentum *Excalceatio.*

adhibebatur, vt apud nos *clauium traditio.* Et talis fuit hæc propinqui Booz excalceatio, a confirmanda hæc sua pacta conventa. Neq; fiebat hæc ex legis præscripto, sed ex sola consue tudine, vt hîc dicitur.

VIII. *Quomodo verum est illud* v. 10: UT SUSCITEM NOMEN DEFUNCTI IN HÆREDITATE SUA, NE VOCABULUM EJUS DE FAMILIA SUA, AC FRATRIBUS, AC POPULO DELEATUR. *Cum Obed ex hoc conjugio natus, non fuerit vocatus filius* MAHALON ve ELIMELECH sed *Booz, tum hic tum* Matt, 1, v. 5. ℞ Booz satisfecit legi, quantum in ipso erat non prohibuit filium ex Ruth susceptum vocari filium *Mahalon*, imò curavit Booz, vt initio vocaretur filius *Mahalon*, vt indicat v. 14. Invaluit tamen postea Booz nomen, siue quòd is potentiâ, opibus, virtute, Mahalonem longè præcelleret, siue quòd DEi providentia id effecerit, v insignem in hoc facto ejus pietatem remuneraretur, idemq́, hac ratione in Christi progenitoribus censeretur, præsertim cùm satiùs esset in Christi genealogia naturales progenitores censeri quàm legales.

Boozi matrimonium felix.

IX. *Unde Matrimonij Booz cum Ruth tanta felicitas & fœcunditas*? ℞det imò Auctor Operis Imperfecti hom. 1. Booz duxit Rutham, vt satisfaceret legi divinæ, quæ Deut. 25. v. 7. præcipit, vt frater & propinquus defuncti fratris vxorem ducat, ipsiq́; ex ea semen suscitet, si mortuus est illiberis. Booz non animo libidinoso, alióue respectu & consilio, sed amore legis divinæ duxit Rutham, quam DEus remuneravit fœcunditate. Eâdem legis obseruantiâ Ruth inducta fuit, vt inierit conjugium cum Boozo. Pientissimi hi conjuges nihil aliud spectarunt in conjugio, quam vt satisfacerent DEi Præcepto. Hæc pia intentio compensata fuit fœcundo conjugio, ita quidem, vt non qualemcumq́;, sed morigerum, disciplinatum & obsequiosum à DEO obtinuerint filium. Deinde Ruthæ zelus religionis eam fecit fœcundam matrem præclaræ prolis. Ut ad eam religionem transiret, patriam omnemq́; parentelam dimisit, & in Palæstinam migravit. Cum enim Noemi eam ad patriam domum redire juberet, renuit illa, & se à socru sua avelli passa non est, sed comitata ad DEi populum ejusq́; verum cultum, dicebat enim ad socrum: *populus tuus, populus meus, DEus tuus, DEus meus*. Ita docet S. Hieron. de vera Circumcis. *Cur tantùm peregrina conceditur, vt suo vtero destinatæ benedictionis semen accipiat, & Israeli non Israelita pariat dignitatem? vnde istud, oro, promeruit? Credo, quia dixit socrui sua: populus tuus, populus meus, DEus tuus, DEus meus.* Præterea Isaiæ de Christo vaticinium est: *Emitte agnum Domine Dominatorem terræ de petra deserti ad montem filiæ Sion* Isa. 16. v. 1. Ruth ex vrbe Moabitica, quæ *petra deserti* vocabatur, orta fuit. Ut ergo adimpleretur hæc prophetia, Ruth divino instinctu ducta fuit ex Moabitica *petra deserti*, vt in Palæstina Christus agnus DEi velut ex Avia emitteretur in montem Sion seu Jerusalem. Deniq́; dubium oriri poterat, vtrum Booz rectè ageret, Rutham ducendo in vxorem? Ex vna enim parte videtur violasse DEi præceptum Deut. 23 v. 3. quæ prohibet ducere fœminas Moabiticas, Ruth verò Moabitis erat. Ex altera parte lex illa suscitandi semen defuncti fratris obligare videbatur Booz ducere Rutham. Hoc ille fecit, multis itaq́; dubium esse poterat, vtrum rectè? DEus itaq́; vt omne omnibus eximeret dubium, steriles fœcundavit in prole, quo declararet Boozi innocentiam. Ita DEus tueri solet famulos suos pios & justos, vt vbi eorum innocentia periclitatur, insigni quodam beneficio, aut mirabili eventu testatam facit.



QUÆ-

QUÆSTIONES EXEGETICÆ
In Libros Regum.
LIBER Imus REGUM.

Continet stirpem, gesta, & mortem Prophetæ Samuelis, & Regis Saulis, & pleraq; Dauidis.

CAPUT I.

Stirps Samuelis, quem Anna Mater voto & precibus obtinet à DEo: & ablactatum offert Pontifici Heli in Silo, vt seruiat æternùm Domino.



Uæstio I. *Quomodo Elcana v. 2. dicitur habuisse duas vxores?* ℞. Superioribus sæculis permissam fuisse polygamiam, probant sanctorum virorum exempla, vt Abraham, Jacob, David; qui numquam multis se conjugijs implicuissent, nisi id foret à DEO permissum. Est autem verisimile, ideo Elcanam accepisse Phenennam, secundariam nimirum & quasi proletariam vxorem: quia Annam, quæ mater erat familias, & instar Reginæ, jam longo vsu sterilem esse cognoverat. Vnde sicut Abraham, vxore non invita, cui jam desierant fieri muliebria, Agar ancillam superinduxit, quæ quòd filium concepisset Ismaelem, Dominam suam Saram, eò quòd infœcun[d]am haberet vulvam, despicatui habuit. Sic etiam Elcana Phenennam duxit, non tam famil[i]æ, reiq; domesticæ, quàm tori sociam, quia ex Anna parentem se fore non sperabat. *Elcana habuit duas vxores.*

II. *An in lege veteri sacerdotes & Leuitæ licitè contrahebant matrimonium?* ℞. affirmat[i]uè. Patet in Mose, Aarone, Eleazaro, Phinee, Heli, Elcana, Samuele, Zacharia, & pluribus [a]lijs, qui Sacerdotes, aut Levitæ fuerunt, & tamen conjugati. Ratio hujus permissionis triplex [e]sse potest vna ad humanum genus propagandum, & in gratiam futuri Messiæ, qui ex illo po[p]ulo nasciturus sperabatur. Altera, quia sicut ministeria veterum sacerdotum & Levitarum non [e]rant adeo sancta, vt in lege nova; ita etiam tantam non requirebant in ministris sanctitatem. [T]ertia juxta S. Amb. in 1. ad Tim. 3. in hoc consistit, quòd veteres Sacerdotes diu feriabantur [à] sacris, erat enim magna eorum copia, & munia per vices obibant: novi autem sacris quotidie [o]perantur. Unde illis licebat munditiem ad sacra ministeria requisitam alternare: hi verò te[n]entur eamdem jugiter retinere. *Sacerdotes & Leuitæ veteris legis uxorati.*

III. *An in lege gratiæ continentia matrimonium excludens annexa sit sacris ordinibus ex [i]ure diuino, an verò Ecclesiastico. Item an obligatio continendi, ratione voti, an præcepti Ecclesia[s]tici exurgat?* ℞. ad primum esse annexam ex solo jure Ecclesiastico; cùm nullum de hac re [p]ræceptum divinum, sed solum Apostolicum in novo testamento inveniatur. ad 2dum ℞, ta[l]em obligationem ratione voti immediatè consurgere; ita vt Ecclesia obliget initiandos ad [v]otum continentiæ: deinde ex hoc voto obligatio continendi oriatur. Unde fit, vt quamvis solum jus Ecclesiasticum sacris ordinibus continentiam annectat, obligando ad votum: nihilominus ordinati supposito voto ex jure naturali ad continentiam teneantur. Sed mitto hæc Scholasticis Theologis, quorum propria sunt. *Ordines sacri habent annexum votum continentiæ.*

IV. *An in Sacerdotibus antiquis requirebatur aliqua castimonia conjugalis?* ℞. per triduum, antequam ad sacra ministeria accederent, sanctificari jubebantur, & ab omni consortio conjugali abstinere, juxta illud: *Estote parati in diem tertium, & ne appropinquetis uxoribus vestris* Exod. 19. 15. Quod præceptum non solùm ad laicos, sed peculiari ratione ad sacerdotes spectabat. Et propterea statim additur: *Sacerdotes quoq; qui accedunt ad Dominum, sanctificentur, ne percutiat eos* ibid. v. 22. ubi vides sacerdotibus imperari sanctificationem sub comminatione gravis pœnæ, cùm tamen laicis sine vllis minis imperetur, perinde ac si major sacerdotibus, quàm laicis sanctificationis gratia imponatur. Tres igitur dies etiam à licito conjugio abstinere sacerdotes veteres tenebantur, antequam ad sacra ministeria admitterentur. Unde nisi David 1. Reg. 21. se suosq; omnes ab heri & nudius tertius, hoc est, toto triduo mundos esse fateretur, numquam à sacerdote Abimelech panes propositionis DEO dicatos impetraret. Præterea fungentes officijs suis sacerdotes per vices toto octiduo morabantur in templo, nec li- *Castimonia conjugalis in Sacerdotibus veteris legis.*

cebat

cebat illis proprias domos frequentare, vt eo tempore nulla animum labes ex ingressu do
rum suarum & conjugalibus negotijs macularet.

Sterilitas Annæ non Phenennæ imposita.

V. *Cur sterilitas Annæ potiùs quàm Phenennæ imponitur?* ℟. *imo* Ut meritum A
quæ justior erat, augeretur. Sanctiores enim fœminas, vt Saram, Rebeccam, Rachelem,
trem Samsonis, Elisabetham, solebat DEus sterilitate mulctare, vt ampliore sanctitate, ex
afflictione locupletaret. 2. Ut nativitas Samuelis ex matre sterili, Nativitatem Christi Do
ex Matre Virgine antecederet, & minus miraculum majori præluderet. Voluit enim DEus
latim emollire incredulitatem Judæorum, & à minoribus miraculis ad majora credenda v
manuducere. *3tio* Ut magna existimatio de sanctitate Samuelis haberetur. Nam qui ex steril
magno miraculo nati sunt, insignes omni virtutum genere evaserunt; vt patet in Isaac, ex S
in Iacobo, ex Rebecca; in Ioseph, ex Rachele; in Baptista, ex Elisabetha.

Ascensus ad templum quando fiebat.

VI. *Quæ erant tempora, quibus omnes ad templum seu tabernaculum ascendere ex di
lege tenebantur?* ℟. tria erant: nimirum Pascha, in memoriam liberationis ex Ægypto E
12. Pentecostes in memoriam legis datæ Deut. 16. Scenopegia, seu festum tabernaculorum
memoriam habitationis in deserto per 40. annos. Lev. 23. Ex his festis omnium celeberrim
erat Pascha. Unde per antonomasiam dicitur dies solemnis Luc. 2. & dies magnus Ioan. 19
quo proinde ab ascensu in templum nemo excusabatur, quamvis in alijs duobus festis pro
legitimas causas faciliùs excusaretur. Alij festum Pentecostes dicunt institutum in gratia
actionem pro novis frugibus.

Elcana quomodo dicitur sacrificasse.

VII. *Quomodo de Elcana dicitur*, v. 3. quòd ascenderit, UT ADORARET, ET SAC
FICARET, *cùm non esset sacerdos sed simplex Leuita?* ℟. ut sacrificaret, non per se, sed per
cerdotes, offerendo illis victimas, quas ipsi DEO immolarent. Sic Absolon 2. Reg. 15. v. 8.
Salomon 3. Reg. 8. v. 63. David 1. Paral. 21. v. 26. dicuntur immolasse; non quidem per se,
non essent de tribu sacerdotali; sed per sacerdotes, quibus victimas DEO sacrificandas offereb

Elcana quid immolauit.

VIII. *Quid immolauit Elcana* v. 4. ℟. hostiam pacificam: nam ex ea sola redibat
ad offerentem. In holocausto totum igni absumebatur: *hostiam pro peccato* totam sibi sace
tes ex lege vendicabant: ex *pacifica* verò solus adeps DEO adurebatur, armus & pectuscu
sacerdoti cedebat, quidquid erat reliquum, reddebatur offerentibus, vt ex eo epularentur,
quibus vellent, dummodo in vrbe sacra, & loco mundo. Ex his victimis pro numero capi
divisis distribuebat paterfamilias cuiq; convivæ partem seu portionem suam. Sed hanc p
onem suam Anna, licet primaria vxor Elcanæ, & Domina familias, quia à Phenenna secun
ria vxore, & perpetua æmula ob sterilitatem amaris probris lacessita, animo indignante,
macho fastidiente capere non poterat.

Sacrificium extra tabernaculum.

IX. *An olim licuit extra tabernaculum sacrificare?* ℟. Constat apud Hebræos tan
vnum fuisse locum, quem DEus elegerat, vt in eo sacrificia offerrentur. Hic autem locus
tio à tempore Moysis usq; ad templum Salomonis fuit tabernaculum. Unde Lev. 17. capi
supplicium statuitur in eos, qui extra tabernaculum immolarent. Postea verò fuit templum S
monis. Cùm enim hoc templum tabernaculo successerit, extra illud similiter, atq; extra ta
naculum, sacrificare non licebat, juxta illud DEi ad Salomonem 2. Paralip. 7. v. 12. *Elegi lo
istum mihi in domum sacrificij* vt nimirum nullus alius locus sacrificijs destinaretur. V
Samaritani, qui in monte Garizim templum condiderunt, ad quod sacrificaturi ascendeb
hæretici censebantur. In hac tamen lege sæpe à DEO cum antiquis Patribus dispensatum
vt licitè possent extra illum locum sanctuarij DEO immolare. Sic filij Israël sacrificarun
Galgalis extra sanctuarium Jud. 5. Gedeon in Ephra. Jud. 6. v. 26 Manue in agro Jud. 13. v
Samuel in Masphath, & in Ramatha 1. Reg. 7. v. 9. & 17. Rursum in Galgala 1. Reg. 11. 15. I
in Bethlehem 1. Reg. 16. David in area Areuna Jebusæi 2. Reg. 24. Elias in monte Carm
3. Reg. 18. & sic de alijs.

Sacrificium in uno loco.

X. *Cur olim oportuit in uno tantùm loco sacrificare?* ℟. Imo ex Iosepho l. 4. Antiq. c. 6
charitas & fraterna communicatio inter omnes conservaretur: dum omnes ter in anno
vnum locum convenire cogerentur. Nihil enim magis fovet amicitias, quàm frequens con
tudo. Nam Prov. 27. 10. *Melior est vicinus juxta, quàm frater procul.* *2do* ex Theodoreto
sacrificia vno tantùm in loco præstita vnum Deum testarentur. *3tio* Ex S. Chrysost. vt om
idololatriæ occasio Iudæis amputaretur. Nam in ps 95. ad illa verba: *Cantate Domino ca
cum novum, cantate Domino omnis terra*, inquirens, cur modò diuinæ laudes toto orbe
cantentur, cùm tamen olim canticum Domini in terra aliena decantare non liceret? sic p
losophatur: *Quoniam*, inquit, *populus ille segnis erat, & incredulus, ut facile gentium abomin
onibus seductus se submitteret, vno loco septus est, quo posset solus apud se exercere pietatis leg*

Heli judex.

XI. *An Heli fuerit Judex, & cur nomen ejus in censu Judicum non reperitur?* ℟. C
stat inter omnes Heli Sacerdotem in administranda rep. successisse Samsoni, illamq; 40. an
fuisse moderatum, & hoc posterius constat ex l. 1. Reg. c. 4. v. 18. Cur autem nomen ejus in
bro Judicum non legatur, causa esse potest, quia cùm Samuel, qui libros Judicum scripsit, v
communior Interpretum opinio, librum quoq; Regum primum esset scripturus, non mem

H

[...]li in priori, quia in posteriori statuerat de illius præfectura ac vita agere copiosiùs. Porrò [...]li non solùm administrationi profanæ ac publicæ vt judex; sed vt Sacerdos Summus rei sa[...]ræ ac tabernaculo præfectus erat. Fuit autem primus, qui ex familia Ithamar summum inijt [sac]erdotium, cùm ad illud vsq; tempus, qui ex genere erant Eleazari, Aaroni parenti in sacer[do]tio successissent. Ita Josephus l. 5. Antiquit. c. 12. Aaroni successit Eleazar Num. 20. & huic [Ph]inees Num. 25. cui Dominus perpetuam concessit sacerdotij gloriam, attamen cùm post ali[qu]ot sæcula Eleazari filij sacrum illud munus obirent negligenter, & res divina illorum incuriâ [qu]otidie aliquid detrimenti caperet, translatum est sacerdotium ad posteros Ithamar, è quorum [nu]mero fuit Heli. Sed cùm Heli suum quoq; munus minùs tractaret diligenter, quàm tanti [ne]gotij gravitas, atq; religio postulabat, ablatum est illius quoq; posteritati sacerdotium à Salo[mo]ne, & expulso Abjathar, qui ad Adoniam, qui regnare pro Davide parente cupiebat, decli[na]rat, redijt ad Eleazari genus sacra illa atq; suprema dignitas, assumpto Sadoc, qui redivivum [s]ua familia sacerdotium primus obtinuit.

XII. *Quomodo Anna potuit vovere, se daturam filium nasciturum Domino, cùm Levitæ, [fi]lius erat futurus, quicumq; nasceretur Annæ masculus, de jure addicti erant ministerio Domi[ni] vt sacerdotibus ministrarent in templo?* ℞ Hæc eorum erat obligatio à 25. ætatis anno vsq; 50. vt expresè decernitur Num. 4. & 8. Anna verò filium suum æterno servitio templi de[vo]vet, seu *omnibus diebus vitæ ejus.* Insuper addit: novacula non ascendet super caput ejus, [id] est, perpetuò erit Nazaræus instar alterius Samsonis Jud. 13. Porrò Anna potuit suo voto [per]petuam sibi necessitatem imponere, numquam filium à templi servitio vel Nazaræatu revo[can]di: sed non potuit cogere filium, ne, cùm plenum habuerit rationis vsum, si vellet, aliter [vi]ve, vitæq; modo statuere posset. Neq; enim filij tenentur vota parentum, quæ personalia [dic]untur, implere. Unde prudens Mater infra v. 28. dicit, se *eum commodasse*, seu dedisse *Do[mi]no cunctis diebus, quibus fuerit commodatus*, id est, quamdiu vita & voluntas ejus tulerit. [...] Tirinus. *Anna votū de filio.*

XIII. *Quid denotat Samuel?* ℞ quasi Sam on El, id est, *posuit ipsum DEus*, scilicet in [eu]m natura, & quasi genuit, cùm nempe fœcundam reddidit Annæ vulvam antè prorsus [ster]ilem, vocavit autem eum hoc nomine mater, *eò quòd à Domino postulasset eum*, & consequen[ter] *impetrasset eum*, q. d. eò quòd nullo humano sed solo divino beneficio sibi obtigisset. Simulq; [int]endebat pia mater, vt Samuel, quoties suum hoc audiret nomen, recordaretur se DEo tam[qua]m præcipuo parenti debere, & quòd viveret, atq; ita libentiùs perpetuas Nazaræi status [mo]lestias sustineret. *Samuel quid denotat.*

XIV. *Quam hostiam immolaturus ascendit Elcana* v. 21.? ℞ Non hostiam in die purifi[ca]tionis offerri solitam, quia hæc ab ipsa matre pro sui purificatione offerebatur Lev. 12. v. 6. [hæ]c autem, matre domi remanente, à viro, cæteraq; familia offertur. Deinde hostia purifica[tion]is non obligabat Levitas, de quorum numero erat Elcana. Nec hostiam ad natalem diem [S]amuelis celebrandum, quia veteres Patriarchæ non solebant natalitios dies vilis epulis, aut sa[cr]ificijs celebrare. Unde Org. hom. 8. in Lev. Nemo, inquit, ex omnibus sanctis invenitur di[em] festum vel convivium magnum egisse in die natalis sui: nemo invenitur habuisse lætitiam [in d]ie natalis filij aut filiæ suæ, soli peccatores super hujusmodi nativitate lætantur. Invenimus [eni]m in veteri testamento Pharaonem Regem Ægypti diem natalis sui cum festivitate cele[bra]ntem. In novo verò testamento Herodem. Uterq; tamen eorum ipsam festivitatem natalis [su]profusione sanguinis cruentavit. Ille præpositum pistorum, hic sanctum prophetam obtrun[cav]it in carcere.] Unde Abraham non in die natalis filij sui Isaac, sed in die ablactationis ejus [con]vivium fecit Gen. 21. Fuit potiùs hostia aliqua ex ijs, quæ tribus anni celebritatibus offerri [ex] divina lege consueuerant. *Hostia Elcana.*

XV. *Quod votum oblaturus ascendit Elcana?* ℞ Non illud de offerendo filio in ministerium ta[ber]naculi, nam illud hîc non persolvitur, cum puer domi relinquatur. Non illud de puero in Naza[ræ]um consecrando. Ad hoc enim tabernaculum ascendere non oportebat, vt patet ex ritu Naza[ræa]tûs Num. 6. v. 12. Ubi non inchoantes sed absolventes sui Nazaræatûs tempus ad taber[nac]ulum sistebantur. Fuit potiùs votum, quod vovit Elcana, si filium à DEo impetraret. Et licet [in s]uperioribus nulla fiat mentio talis voti, tamen ex hoc loco satis intelligitur fuisse emissum. *Votum quale offert Elcana.*

XVI. *An Anna non peccavit, non ascendendo cum Elcana ad solennitatem, cum fuerit vna [e] tribus celebritatibus?* ℞ Non. quia fœminæ hac lege non tenebantur, lex enim solis maribus [im]ponebat hoc onus. *Tribus*, inquit, temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in [c]onspectu omnipotentis DEi Israel Exod. 34. v. 23. Si autem quæras, cur fœminæ, ad hanc le[ge]m non cogerentur, tripliciter respondet Oleaster, DEum alloquendo. *imò tamquam pius*, [f]uit, & misericors hoc fieri voluisti, ne scilicet sexus infirmior longo itinere gravaretur. *2dò*, [A]t quia non ignorabas, devotum sexum hoc fine præcepto facturum. *3tiò*. Fœmineum genus [d]ecet non hinc inde discurrere, etiam pietatis aut religionis prætextu. Amat hoc genus exire, [&] at hinc inde discurrere, & quia à viris suis sæpius arcentur; causam religionis aut pietatis [i]nntiuntur: vt ergo licentiosum genus teneret in officio, occasiones vagandi præclusit. *Fœmina nō tenebantur ad legem de ascensu ad tabernaculum.*

XVII.

Anna non obligabatur adire tabernaculum.

XVII. *An Anna non obligabatur adire tabernaculum post mensem à partu, quo tempore*
nes primogeniti in tabernaculo offerri, & quinq; siclorum pretio redimi jubebantur Exod. 13. v
& Num. 18. v. 15. *Item post dies 40. purificationis, quo tempore matribus deferendi certam h*
am ad tabernaculum incumbebat Lev. 12. v. 2. ℟ Anna neutra lege obligabatur. Nam p
illa lex de primogenitis offerendis & redimendis Levitas, qualis fuit Samuel, non compreh
debat, cùm Levitæ perpetuam in tabernaculo servitutem suis saltem temporibus servire tene
tur, neq; ab illa vnquam eximi aut liberari possent: vnde nullum pro illis redimendis preti
offerebatur. Posterior verò fœminas de tribu Levitica, qualis fuit Anna, pariter non obliga
cùm enim munera, quæ in tabernaculo offerebantur, cederent in vtilitatem Levitarum, & i
rum jura dicerentur, vt ex cap. 3. & 18. Num. constat, non debebant ab ipsis Levitis perso
ne ijdem sibi ipsis forent debitores. Igitur Anna nullius criminis rea potuit vtriusq; legis ob
vantiam præterire.

Ablactatio triplex.

XVIII. *Quando fiebat ablactatio?* ℟ Triplicem aliqui distingvunt ablactationem. Un
à lacte mammillæ, quæ fit tertio anno; alteram à lacte infantiæ, quæ fit septimo anno; terti
quæ fit à lacte pueritiæ, quæ fit 12. anno. In 1ma amovetur infans à nutrice, in 2da puer à
dagogo, in 3tia adolescens à tutore. Leges civiles *Cod. de patria potestate*, Leg. pen. cum g
sa matrem obligant lactare filium per triennium.

Ablactatio Samuelis.

XIX. *Qualis ablactatio Samuelis hîc intelligenda est?* ℟ Probalius hic locus intelligi
bet de priori ablactatione. Ut enim Anna filium suum DEo sisteret, nihil amplius exspe
vit, quàm vt eum à lacte depelleret. Ita sentit S. Greg. Theod. Procop. Hugo Card. A
Cajet. Ratio est, quia verbum ablactandi cùm propriè sumi possit, non est cur ad improp
sensus detorqueatur. Deinde expresè dicitur Anna mansisse domi, donec *amoveret eum à*
cte. Præterea quia Samuel v. 24. dicitur fuisse *adductus*, quasi non proprijs pedibus, sed ali
vlnis portaretur. Nec solùm Samuel oblatus est, vt operaretur, sed præcipuè, vt sanctificare
vt patet ex illis verbis: *vt appareat ante conspectum Domini, & maneat ibi jugiter.* Ubi sola p
sentia ab eo exigitur, non operatio, præsertim quando erat per naturæ vires impossibilis.

XX. *Cur Samuel non est ductus in tabernaculum ante primam ablactationem?* ℟. Q
ibi non poterat lactari: cùm nullæ in tabernaculo fuerint fœminæ nutrices. Quod si quis
cat, potuisse in tabernaculum duci, ibiq; Domino offerri, & postea in domum propriam nu
endum revocari. ℟. hoc ipsum nullo modo Annæ placuisse, quæ volebat vt filius sacros la
semel attingens, numquam ampliùs ad patrios remearet, sed maneret ibi jugiter. Myst
per hoc significatur, non esse diuino obsequio idoneos, neq; cælesti doctrinæ auscultandæ
biles, qui non priùs à lacte, terrenarum voluptatum abducuntur, juxta illud Isaiæ 28. v. 9: *Qu*
docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, avulsos ab uberi
Hoc est, vt exponit Lyran. *segregatos à delectationibus carnalibus.* Unde etiam Lev. 22. v.
in primo septiduo fœtus à sacrificijs excluditur, quia est nimis mollis & imperfectus. Quæ m
lities & imperfectio multò magis est in hominibus detestanda.

Anna cur lactavit Samuelem.

XXI. *Cur Anna per se lactauit Samuelem, non nutrici tradidit lactandum?* ℟. vt r
raculi fides certior esset, ideo Sara filium suum Isaac lactavit, *quis auditurum crederet Ab*
bam, quòd Sara lactaret filium? Gen. 21. v. 7. Ubi S. Chrysost. hom. 45. Propter hoc, inq
ei lactis fontes concessi sunt, vt partum magis credibilem faciant; & ne quis suppositum e
putet puerum. Fontes enim lactis omnibus prædicabant, præter humanam exspectationem h
evenisse. Et hom. 46. Non sic, inquit, admirabile fuit, quòd ex petra in deserto scaturieri
fontes aquarum, quando illam Moyses virga percussit Exod. 17. v. 10. Sicut de vulva jam em
tua puerum nasci, & lactis fontes scaturire. 2do ut majorem erga filium amorem testaret
Nam vt bene Clemens Alexand. l. 1. Pædag. c. 6. *aluisse*, inquit, *inter homines, sæpe affert plu*
amoris incitamenta, quàm procreasse. 3tio ut eum sibi redderet similiorem. Nam alumni sæ
similiores nutricibus evadunt, quàm filij parentibus. Unde Guilielmus Abb. l. 1. de vita Be
nardi c. 1. locutus de illius matre. *Alienis*, inquit, *uberibus nutriendos filios committere illust*
fœmina refugiebat; quasi eum lacte materno materni quodammodo boni infundens eis natura

CAPUT II.

Annæ canticum in gratiarum actionem: quæ tres alios filios, & du
filias generat. Heli Pontifici ob scelera filiorum, nimiamq; ipsius indu
gentiam prædicitur excidium domûs, & pontificatûs amissio.

Cornu in scriptura quid?

QUæstio I. *Quid intelligit Anna per verba illa*: EXALTATUM EST CORNU MEU
℟. Cornu in scriptura, præter alias significationes, quas multas habet, duo præcip
significat, potentiam & gloriam, & metaphora sumitur ab animalibus cornigeris, q
bus tota vis ad pugnandum est in cornibus, de quibus proinde, tamquam de singul
suo præsidio, gloriantur. Igitur Anna, vt Hugo Card. interpretatur, suum filium recens natu
suu

… cornu, id eſt, ſuam potentiam, & gloriam appellat, ſed parum literaliter, cùm Samuelis potentia & gloria, nondum fuerit exaltata, imò re manifeſtata quidem. Potiùs ergo credidem Annam locutam fuiſſe de ſeipſa, ſeu de ſua potentia & gloria, quam per filium acquirebat, cùm poſt ſterilitatem, hoc eſt, infirmitatem, & ignobilitatem ſuam, genuerit Samuelem, potentior ſibi ex eo partu & glorioſior videbatur, cùm filij ſoleant potentiam & gloriam parentibus conciliare: potentiam quidem juxta illud Iacobi ad Ruben Gen. 49: *tu fortitudo mea.* Gloriam verò juxta illud Malach. 1. v. 6. *Si pater ego ſum, ubi eſt honor meus?* dicturus erat prophetice, vbi eſt filius meus? dixit *honor meus:* quia filius eſt honor patris.

Os dilatare quid ſignificat.

II. *Quomodo dixit Anna:* DILATATUM EST OS MEUM SUPER INIMICOS MEOS? R. Dilatare os aliquando in malam partem ſumitur, pro conviciari, adulari, & artificioſè ac malitioſè loquendo inſidiari. *Super quem luſiſtis? ſuper quem dilataſtis os? & ejeciſtis linguam?* Isa. 57. v. 4. Aſt hoc loco ſumitur in bonam, *imò* ad prophetandum. Cùm enim Anna prolem conceperit, prophetavit poſt partum· & quæ antea etiam ad vulgares ſermones, os habebat clauſum, poſtea etiam in propheticos habuit dilatatum, & quidem ſuper inimicos ſuos, quorum infortunia, vt patet ex toto cantico, prædixit. *2dò* ad DEum pro ſingulari beneficio laudandum. Cùm enim ex abundantia cordis os loquatur, & cor Annæ in Domino exultaret, æquum erat, vt etiam in divinas laudes, ejus os dilataretur, ſuper inimicos quidem ſuos, hoc eſt, *de juſta eorum dejectione,* interprete Carthuſ. vel etiam eodem auctore, *plusquàm os inimicorum ſuorum:* quia plus Anna ad benedicendum DEum, quàm Phenenna ad maledicendum Annæ, os ſuum dilatavit. *3tiò* Ad ſatisfaciendum illis, qui calumnias ingerebant. q. d. hactenus non habebam quid Phenennæ calumnijs reſponderem: nunc autem nato mihi filio, facilè eas poſſum retorquere, opponendo contra ſterilitatis convicia, fœcunditatis beneficia, mihi divinitus collata. Sic Theodor. Rup. Cajet. Abul. & alij.

Arcus fortium ſuperatus.

III. *Quis ſenſus verborum* v. 4. ARCUS FORTIUM SUPERATUS EST, ET INFIRMI ACCINCTI SUNT ROBORE? R. Apud profanos æquè ac ſacros ſcriptores vſitatum eſt, vt participium præteriti temporis, pro nominibus in *bilis* vſurpetur, id eſt, vt factum dicatur, quod fieri poteſt, facultatem habet, quod Phyſici dicunt *ſecundum actum adhiberi pro primo,* quomodo inacceſſus dicitur locus pro inacceſſibili, invictus animus pro invincibili, & apud ſacros illud Iſa. 54. v. 13. *univerſos filios tuos doctos à Domino,* Chriſtus Luc. 6. v. 45. per *Docibiles* expoſuit: *ſcriptum eſt in prophetis: & erunt omnes docibiles Dei.* Juxta hæc, dicenda hoc capite, intelligenda ſunt, vt quæ per præteritum tempus enunciantur, per habitudinem aut facultatem ad futurum opus explicanda ſint. Quaſi rerum natura ita ſit Creatori ſubjecta, vt attolli poſſit ac deprimi, & varias ſubire rerum viciſſitudines. Exemplum hic primum adhibetur in re bellica, in qua magnas repente fieri videmus rerum converſiones; cùm ille, qui & viribus pollebat, & omni ad victoriam apparatu erat inſtructus, ab imbelli atq; inermi manu ſuperatus ignominioſè cadat. Unus Goliath potens viribus & munitus armis exemplo eſſe poteſt, qui ab inermi adoleſcentulo, & qui tunc primùm aggreſſus eſt, aut fortaſſe vidit inimicas acies, ſuperatus eſt. Tunc verè dici potuit confractus arcus, & nudatus vir bellator ab armis; & qui ætate & bellandi imperitia videri poterat infirmus, accinctus armis, & confirmatus robore, vt cum illa gigantea mole congreſſus, ſuperior evaderet. Pariter intelligitur v. ſequens: *repleti prius, pro panibus ſe locaverunt, & famelici ſaturati ſunt.* Qui priùs repleti erant opibus, & proinde etiam repleti panibus, qui deeſſe non ſolent illis, quos circumdat & fovet rerum abundantia, eò adacti ſunt neceſſitatis, vt pro modico pane, qui famem magis exacuat, quàm expleat, mercenariam operam locent alienis. Quod fecerunt Judæi, quorum antè fuerat domus à frumento feli; cùm ab hoſte Chaldæo ſuperati, ex ſuis ſedibus ad alienas extorres abierunt Thren. 5. *Ægypto dedimus manus & Aſſyrijs, ut ſaturaremur panibus.* Quàm verò qui priùs fame laboraverant, ſubitò ſaturati fuerint, probat illa anguſtia, & longa Samaritanorum obſidio, quæ eo neceſſitatis adegit obſeſſos, vt venundaretur caput aſini 80. argenteis, & quarta pars cabi ſtercoris columbarum quinq; argenteis 4. Reg. 6. Sequenti verò die tanta alimentorum conſecuta eſt vilitas, *ut uno ſtatere modius veniret ſimilæ, & duo modij hordei ſtatere uno in porta Samariæ.*

Donec particula quid ſignificet.

IV. *Quid ſignificat illa particula donec* v. 5. DONEC STERILIS PEPERIT PLURIMOS? Abul. Cajet. Vatab. & Rupertus tribuunt huic particulæ vim exaggerandi in hunc ſenſum, uſq; adeò certum eſt, quòd DEus prædictarum viciſſitudinum auctor ſit, vt etiam difficiliorem induxit, nempe vt ſterilis pariat plurimos. Sanctius hîc ſic exponit: omnia DEo explorata ſunt; omnia illius potentiæ aut voluntati ſubjecta. Ille fortes debilitat ac frangit, confirmat & roborat infirmos, eſurientes ſatiat, & eos, qui panibus abundabant, conficit inediâ. Quid plura? etiam quod difficilius videtur factu, ſterilem cumulat numeroſa prole, & vulvam exhaurit antè fœcundam, & matrem affluentem filijs orbam relinquit.

Cardines terræ.

V. *Qui ſunt cardines terræ, ſuper quos Deus poſuit orbem* v. 8. R. Videt Sanctius ſermonem eſſe proverbialem, & in eo ſummam alicujus ſignificari potentiam, ſicut etiam in clavibus, quæ portarum alicui, & totius domus poteſtatem faciunt. Sunt autem cardines cœlorum duo poli, ſuper quibus tota voluitur cœleſtis machina, quo vario perpetuoq; rotatu, abſq; vlla difficultate

modò elevat, quæ proximè depressa fuerant, modò deprimit, quæ supremum in ipsa cœl
abside locum obtinebant. Ad hujus similitudinem suos quoq; cardines habet terra, lice
sua se mole immobilem contineat, super quos tota existimatur, & volubilitate perpetua, q
cum circumfert, omnia nunc sursum attollere nunc etiam deprimere deorsum. Cùm ergò
Anna *terra cardines domi esse*; id vtiq; affirmat ab illius potentia sic omnia gubernari ac
vt ea facilitate rei humanæ susq; deq; ferantur, & varias subeant vicissitudines, quo illa,
in cœlo sunt, facillimo negotio convertuntur. Hic porrò subintelligenda est similitudinis
in hunc modum: quemadmodum quia DEus Dominus est cardinum cœli, quæ in cœlo fixa
astra, perpetuo rotatu circumfert & voluit; quæ nunc attollit, nunc deorsum corripit & d
mit, sic etiam in terra suos videtur habere cardines, super quos humana sine vllo negotio, q
cumq; in partem velit, rapit & versat.

Pedes Sanctorum.

VI. *Quid pedum nomine intelligitur* v. 9. PEDES SANCTORUM SUORUM SERVA
℟ Loquitur Anna de sanctis & justis, quos impij deprimere, & ad terram allidere conten
quasi victores: & revera homines in hac vita, in via sunt, quam latrones obsident, & inin
rum occupant insidiæ, & vbiq; occurrit, ad quod offendat. In via verò præcipuè laboran
des, quia atteruntur ipso incessu, etiamsi nihil aliud adversi accidat, titubant in loco scop
& arduo, & labantur interdum ac in præceps ruunt. Quare qui pedes servaverit, ac rexerit
tum servabit hominem, efficietq; vt secundo progressu iter absoluat, & ad destinatum finen
tus & absq; vlla offensione perveniat. Quare frequenter in scriptura viri sancti à DEo pe
vt gressus dirigat. Sic ps. 16. v. 5. *Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moveantur v*
gia mea. Et ps. 55. gratias agit David, quòd ipsius pedes Dominus servaverit à lapsu. I
fit, vt pedum vel offensione, vel felici gressu significetur quodcumq; siue infortunium, siue
tunatus eventus. Thren. 4. v. 18. ingressu titubante ac lubricoso infelix Judæorum fortuna
primitur: *lubricaverunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum: appropinquavit finis n*

Samuel triennis minister.

VII. *Quo pacto minister esse poterat Samuel infans triennis* v. 11.? ℟ S. Chrysost. to
hom. de Samuele, non exiguam indicat à triennali puero datam operam Sacerdoti. Opus
mirum sacerdotis est, alios ad bonam mentem, & pietatis studium instituere, vnde qui ad h
finem aliquid confert operæ, siue exemplo, siue labore suo, ille sanè cum sacerdote facit, &
qua illum solicitudine allevat, quomodo verò id fecerit Samuel, indicat S. Chrysost. seq. ve
Quanquam puero, inquit, ætas erat immatura; virtus tamen aderat matura, nam ascendent
in templum omnibus multæ religionis ac pietatis magister factus est. Siquidem illi, dum in
runt, discuntq; nativitatis illius modum, abunde magnum solatium accipiebant spei, quæ est
ga DEum. Neq; quisquam viso puero tacitus descendebat, sed omnes glorificabant illum
quo præter spem datus erat. Hæc ille. Addo, ministrare Samuelem DEo coram Heli, cùm
destiam docet in templo seruari, cùm tantillus in conspectu Domini genibus insistit, cùm
& silet: quòd in ætatula illa triennali perrarum est: cùm vix dum natus, jam se totum DEo,
bitu ipso, siquis erat Nazaræis peculiaris cultus, consecratum esse fatebatur, sanè ephod illud
neum, quod singulis annis accipiebat à matre, aliquid indicabat divino destinatum cultui;
res erat ad pietatis studium perquam gravis, vide infantem illi jam ordini devotum, in quo m
ta inveniebantur humanæ commoditati contraria. Nazaræus enim neq; cæsariem tonsione
ponit, neq; vinum, & quod ex uva nascitur, gustare permittitur. Hæc verò populo, qui delic
captat & voluptarijs sensibus impensè blanditur, magno ad temperantiam incitamento sunt.

Permitit DEus peccare.

VIII. *Quis sensus verborum* v. 25 ET NON AUDIERUNT VOCEM PATRIS SUI, Q
VOLUIT DEUS OCCIDERE EOS? ℟ Statuerat DEus propter grandia flagitia sceleratos f
os sacerdotis interficere, atq; ideo permisit, auxilium illis efficax negando, ne paternis man
tis obsecuti à rapina, & à conculcando & pervertendo legitimo victimarum ritu, à sacrile
concubitu, propter quæ jam dudum in suum caput supplicium aliquod immane conflavera
Dicitur autem DEus eos voluisse interficere, & ideo eos paternum respuisse consilium, quia D
us illis extraordinaria gratiæ auxilia non præbuit, vnde non impulit in peccatum, sed tant
illos peccare permisit. Fortè etiam *quia* non est particula causalis, sed idem valet, quod *id*
quod aliquando in sacra scriptura contingit, & erit sensus, duos illos filios non curasse, quid p
ter admoneret, & ideo DEum eos occidere voluisse. Sic illud Oseæ c. 9. v. 15. *Omnes nequi*
eorum in Galgal, quia ibi exosos habui eos, in hunc modum exponit Emmanuel Sa.

Brachium præscindendum.

IX. *Quod illud brachium, quod se præcisurum minatur DEus* v. 31.? ℟ aliqui cum Ab
per hoc brachium intelligunt filios Heli, & posteros illius familiæ. Nam brachium in script
ra fortitudinem significat: filij verò non solùm primogeniti sed etiam deinceps geniti, robur
fortitudo patris dici solent, juxta illud Jacobi ad Ruben: *Principium doloris mei* Gen. 49. v.
Hebraicè: *tu principium fortitudinis meæ.* Vocantur filij, patris fortitudo, tum quia patris vi
generativam indicant, tum quia patris senescentis infirmitatem sustentant; tum quia patris d
mortui memoriam; tamquam firma quædam monumenta conseruant. Juxta hunc sensum; *pr*
cidam inquit DEus *brachium tuum, & brachium domus patris tui.* Hoc est & filios tuos, q
sunt brachium & fortitudo tua, & te ipsum, qui es brachium, seu fortitudo patris tui, interficiar

Quo

d impletum est c. 4. cùm & filij Heli in prælio, & ipse Heli prælij nuntio perierunt. Neq; m in his, sed etiam in eorum posteris divina comminatio suum effectum sortita est: cùm ex erio Saulis 85. sacerdotes de familia Heli interfecti sunt 1. Reg. 22. v. 18.

X. *Quis Sacerdos v. 35. fidelis nomine intelligitur?* ℟ Sadoc. Ita interpretes communiter sacerdos, de quo hic agitur, ad literam ille est, qui posteros Heli à summo sacerdotio exclu- & summum sacerdotium ad domum Phineæ revocavit, ac deniq; cui omnia conveniunt, quæ versu prædicuntur. Hic autem est Sadoc; nam hic in primis exclusit à summo sacerdotio eros Heli in eorum locum à Salomone subrogatus, juxta illud de Salomone: Sadoc sacerdo- posuit pro Abiathar 3. Reg. 2. v. 35. Hic fuit sacerdos fidelis. Hic fuit fidelis erga Salomo-. Nam Abiathar de posteris Heli, Adoniam Salomonis fratrem, tumultuantem & regnum ipere molientem adjuvabat; at verò Sadoc à Salomone non recedebat, ejusq; partes fideli- uebatur vt ex 3. Reg. 1. n. 7. constat. Fidelis etiam fuit erga DEum. Licet enim filij Heli à fideles essent, quia mysterijs revelatis assentiebantur; non tamen à fidelitate, quæ cernitur romissis seruandis, & obligationibus implendis, quas illi contemnebant. At verò Sadoc munus fideliter exequebatur. *Sadoc sacerdos fidelis.*

XI. *Quid per cor & animam DEi intelligitur v. 35.?* ℟ intelligitur tropicè divina volun- cui Sadoc in omnibus erat pariturus; sicut enim Heli & ejus filij in divina voluntate con- nenda maximè reprehensibiles fuerunt; ita par erat, vt his exclusis, sacerdotes in eadem vo- ate obseruanda & exequenda maximè laudabiles in eorum loco reponerentur: vt ex bono- cura & vigilantia, malorum confunderetur negligentia & ignavia. *Cor & anima DEi.*

XII. *Qualem domum promittit DEus se ædificaturum sacerdoti fideli v. 35.?* ℟ Promittit miliam seu posteritatem ejus amplificaturum. Vulgaris enim Hebraismus est, quo ædifica- omum, ponitur pro dare posteritatem, juxta illud: *quia timuerunt obstetrices DEum, ædifica- is domos* Exod. 1. v. 21. Et illud: faciat Dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum , sicut Rachel & Liam, quæ ædificaverunt domum Israel. Ruth 4. v. 11. Unde illi viro, contra legem divinam nolebat suscipere vxorem fratris sui defuncti sine liberis, mulier pu- in faciem spuebat, dicens: *Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris sui.* Deut. 25. sicut vice versa ipsa materalia ædificia dicuntur in scriptura filiæ 1. Paral. 8. v. 12. *Hic cavit Ono & Lod & filias ejus*, hoc est duas illas civitates & villas circumjacentes: 1. Paral. . 1. *Factum est vt tolleret David Geth & filias ejus*, hoc est, vicina oppida. Quin etiam vr- conditores dicuntur in scriptura vrbium patres. Sic *Machir* dicitur *pater Galaad* vrbis ral. 2. v. 23. *Sobal pater Cariath-iarim* v. 50. *Salma Pater Bethlehem* v. 51. Sic etiam Virgil. neidos: *Dardanus Iliacæ primus pater vrbis & auctor.* *Domus ædificanda sacerdoti fideli.*

XIII. *Quis sensus verborum v. 36.?* ℟ Quicunq; in domo tua superstes fuerit, cùm à suo eccato voluerit expiare, summum sacerdotem supplex adibat, offerens ei nummum, seu obo- argenteum, & tortam panis, vt pro se sacrificet, seq; à peccato immunem reddat: item vt ermittat in ordine vicis suæ sacerdotale munus obire ex quo habeat, vnde suæ indigentiæ eatur. Ita Lyran. Cathus. Abul. & alij. Quòd vt intelligas, adverte; licet inferiores sacer- s pro peccato cujusq; popularis sacrificare potuerint, vt patet Lev. 4. v. 27. & Lev. 5. v. 6. nen solum summum Sacerdotem sacrificare posse, pro peccato totius populi Lev. 4. v. 16. & peccato cujusq; sacerdotis, tam summi, quàm alterius inferioris Lev. 16. v. 5. vbi summus rdos jubebatur pro se & pro domo sua sacrificare. Cùm igitur posteri Heli sacerdotes adhuc int, sed jam non summi, vt antea; pro suo peccato expiando summum Sacerdotem cum ali- munere adire tenebantur. In quo patet, ex quanto honore deciderint. Nam qui erant om- n conciliatores apud DEum, deinceps conciliatore indigebant; & illi ad quos omnes sup- es accedebant, modò ad alterius genus peccatores incurvabantur. Neq; solùm summi sa- otes, sed etiam infimi de domo Heli, deterioris conditionis fiebant. Nam etsi omnes infe- es sacerdotes summum adire tenerentur pro suo peccato expiando, vt ex dictis patet: ta- sacerdos de domo Heli, antea ad summum ex sua familia, postea ad summum ex aliena urrebant, atq; adeo illo honore capitis, quo antea exultabant, privabantur. *Sacerdos summus sacrificat pro se & alijs sacerdotibus.*

CAPUT III.

Samuel quater à Domino evocatus admonetur de malis domui Heli minentibus. Quæ mox Heli refert, & paulatim toti Israeli prophetijs s innotescit.

QUæstio I. *Quomodo in diebus illis sermo Domini erat pretiosus v. 1.* ℟ pretiosus idem significat, quod rarus, quia eo sæculo pauci reperiebantur, qui divino afflarentur spiritu, quiq; verba DEi ad homines deferrent, vt verba DEi tunc apparebant rara, sic etiam magno habebantur in pretio. Sanè toto tempore, quo Israelitis præfuerunt Ju- s, vix vnum aut alterum invenies, per quem DEus hominibus, quid factum vellet, aut quid *Propheta rari tempore Judicū.*

 futurum

futurum esset, aperiret. Ego duos tantùm reperio c. 4. v. 4. Deboram Prophetidem, & c. 6. Prophetam alium, cujus ibi nomen non exprimitur, imò hunc Augustinus q. 13. in Judices, gelum esse putat. An alius fuerit eo sæculo propheta, non constat.

Prophetia visio.

II. *Cur prophetia dicitur visio?* ℞ cum S. Basilio in c. 1. Isaiæ propter certitudinem, in visione major est, quàm in cæteris notitijs sensitivis.

III. *An prophetia sit visio purè intellectiva, an etiam imaginaria?* ℞ cum S. Thoma q. 174. a. 2. & 3. vtramq; esse posse; intellectivam quidem; quando ipsa res absq; vllis fi imaginatione apprehensis, intellectui revelatur; imaginariam verò, quando per signa imag tione apprehensa, ad rem ipsam cognoscendam inducitur intellectus: & purè quidem int ctivam, quæ dicitur fuisse in David 2. Reg. 23. v. 4. & vt aliqui putant, in Moyse Num. 12. esse nobiliorem notitiam, sed imaginariam, esse magis propriè prophetiam, propter majo obscuritatem, & remotionem ab intelligibili objecto, quam prophetia semper importat.

Visio quæ manifesta.

IV. *Si prophetia importat obscuritatem, quomodo hic dicitur non fuisse in diebus illis manifesta, quasi supponatur aliqua manifesta esse potuisse?* ℞ scriptura solùm hic vult in re, DEum quidem cum hominibus locutum fuisse, illisq; quid factum vellet, manifestasse; tamen ita apertè, vt alij cognoscerent publicè aliquid fuisse à Domino prædictum. Neq; lus tamquam propheta cognoscebatur, qui divino afflatu instinctus, aut futura prædiceret, divina ad homines oracula deferret: quales fuerunt postea Isaias, Jeremias, & qui compel one familiari & nota appellantur prophetæ. Atq; ideo dicitur *visio non manifesta*, qualem f antea habuit Heli, si fortè cognovit, qualis futurus esset Samuel, quando oblatus est in tem aut Anna, quando Canticum illud cecinit, in quo aliquid erat propheticum. Visiones istæ, illustrationes manifestæ non erant, quia neq; publicè deferebantur ad populum, neq; qui à l propheticam illam lucem acceperant, prophetæ putabantur.

Samuel necdum sciebat Dominum.

V. *Quomodo v. 7. dicitur:* SAMUEL NEC DUM SCIEBAT DOMINUM? ℞ N quidem Samuel Dominum, illumq; venerabatur, & totum se ad illius voluntatem, nutumq; gebat: non tamen norat ea cognitione, qua Prophetæ solent, qui DEum alio quodam m familiarem habent. Atq; ideo DEi vocem hominis esse arbitrabatur, ideoq; advolabat ad minem & ab illo tanquam à vocante responsum exspectabat: sed fecit promptus obsequendi mus, vt sæpius tunc, & postea divinam voluntatem frequenter audiret. Quod verò additur: *revelatus fuerat ei sermo Domini*, non negat divina aliqua cognitione & interiori verbo illus tum esse Samuelis animum, quod spiritualibus viris, qualis erat Samuel, accidit in oratione raro; sed tantùm affirmat vocem Domini sensibili modo ad illud vsq; tempus numquam audit

Secundò ponitur pro bis.

VI. *Unde intellexit Heli, quod Dominus vocaret Samuelem* v. 9.? ℞ Audierat Heli o DEum cum viris sanctis fuisse locutum: Sanctitatem porrò Samuelis in ea ætate adhuc puer longo vsu, atq; experientia cognoverat; sciebat præterea nullum alium eo temporis articulo templo esse, quia nondum lampades erant extinctæ, quas exstinguebant sacerdotes, & ex eo t pore morabantur in templo. Quare optimè conjectavit, non ab alio, quàm à DEo fuisse vo tum Samuelem.

Verbum in terram cadere.

VII. *Quomodo v. 10. dicitur DEus vocasse secundò* SAMUEL, SAMUEL, *cùm jam qua esset vocatio?* ℞ Abul. Lyran. Abul. & alij putant particulam *secundò*, non esse referendam priores vocationes, quæ tres jam fuerant, sed ad expressionem nominis *Samuelis*, quod semel iterum profertur. Ita vt sensus sit, vocavit bis, *Samuel, Samuel.* Nec novum est in scriptu adverbium ordinale, vt vocant Grammatici, poni pro numerali: nempe, secundò, pro bis: vt p tet ex illis verbis DEi ad Josue: *Circumcide secundò filios Israel* Josue 5. v. 2. Quo in loco p ticula *secundò*, non est adverbium ordinale, cùm numquam fuerint filij Israel circumcisi prin à Josue: sed est adverbium numerale, quasi sensus sit: circumcide bis, seu per duas vices; sen vnam partem exercitus, & iterum alteram, vt ibi Cajetanus interpretatur, reddens pariter huj præcepti rationem: *Ne tanta*, inquit, *multitudo simul affecta dolore vulneris esset.*

Lapis adjutorij.

VIII. *Quis sensus verborum* v. 19. ET NON CECIDIT EX OMNIBUS VERBIS EJUS I TERRAM? ℞ Idem est, ac nullum illius verbum successu caruit, siue ex his, quæ proximè s cerdoti prædixit, siue ex alijs, quæ sub hæc tempora ex ore Domini ad alios detulit; quæ tam in hoc libro scripta non sunt. Sumitur autem proverbialis hæc forma ex gladiatorum, aut mil tum consuetudine, qui id agunt in suo militari congressu, nequa sit irrita, aut malè destina petitio: quales plurimæ à parum strenuo, aut fortunato milite quotidie fiunt; cùm hasta vid licet, quæ hostile corpus configere debuit, ab illo deerans in terra defigitur. Sed nullum Sam elis verbum, quod instar teli fuit, erravit à vulnere; sed illos sine vllo errore sauciavit, in qu destinabatur prophetica petitio.

CAPUT

CAPUT IV.

Israelitæ à Philisthæis semel iterumq; cæduntur: arca capitur: duo filij Heli occiduntur, & ipse Heli fractis cervicibus occumbit, & nurus ejus in partu extingvitur.

Lapis adjutorij.

QUæstio I. *Quis est lapis adjutorij* v. 1.? ℟ est ille, quem Samuel partâ victoriâ de Philisthæis in gratiarum actionem DEo erexit & consecravit c. 7. v. 12. Unde quando hoc bellum gestum est, nondum hic locus dicebatur *lapis adjutorij* seu *Abeneser*, vt est in Hebræo. Quare hoc loco, vel per prolepsim seu anticipationem memoratur; vel qu eo tempore, quo hæc scripta sunt, jam erat erectus ac DEo nuncupatus. Similes locutiones pa m in sacris literis occurrunt.

Arca trãslatio.

II *An licuerit Israelitis arcam è tabernaculo efferre?* ℟ De lege ordinaria non licuisse. Nam DEus absolutè præcepit Exod. 40. v. 3. vt arca in tabernaculo testimonij poneretur. Nec vnquam in lege exprimitur potestas ordinaria, eam è tabernaculo exportandi. Unde in deserto fin l cum tabernaculo arca deferebatur: vt patet Num. 4. à. v. 24. In terra autem promissionis simul cum tabernaculo conquievit, vt colligitur ex Josue 18. v. 1. Ubi dicitur fixum fuisse tabernaculum in Silo, vtiq; cum arca: quæ hoc loco in Silo pariter fuisse significatur. Attamen licuisse ex interpretatione legis in casu necessitatis. Cùm enim crederent Hebræi, nullum sibi præsidium contra Philistinos superesse, nisi quod ab arca peteretur: pariter crediderunt, sibi licuisse, eam pro se tuendis in castra exportare. Sciebant quoq; ex mandato DEI, arcam eductam ex tabernaculo, & circa muros Jerichuntinos circumductam ad muros diruendos Josue 6. Similiter ergo crediderunt in casu necessitatis licitam sibi esse arcæ translationem.

Ingressus in Sanctuariũ

III. *Quomodo licuerit summo sacerdoti ingredi sanctuarium ad exportandam arcam, cùm ingressus semel tantùm in annum fieri licuisset,* vt patet Exod. 30. v. 10. & Lev. 16. v. 2. & Hebr. 9. v. 7.? ℟ Quamvis ingressus publicus & solemnis in Sancta Sanctorum, non nisi semel in anno, & cum sanguine summo Pontifici licuerit: tamen ingressum privatum & secretum ad locum emundandum, sæpiùs licuisse; ne locus ille sacerrimus, aut perpetuo squallore obsitus, aut perpetuo miraculo expurgatus fuisse admittatur. Quia tamen ingressus ad extrahendam arcam, secretus non fuit, sed publicus: ideo ad illum licitè faciendum, dicendum ex interpretatione legis hoc licuisse in casu necessitatis.

IV. *An solus Pontifex ingressus fuerit sanctuarium ad auferendam arcam, cùm minoribus sacerdotibus non licuerit illud intrare?* ℟. cum Abul. q. 10. in expiationis die, solum summum sacerdotem potuisse ingredi sanctuarium ad deprecandum, vt patet Lev. 16. v. 17. At verò extra eum diem ad arcam loco movendam, etiam minoribus sacerdotibus ingressum licuisse, vt videtur est in deserto, quando arca movebatur Num. 4. v. 5. Unde etiam hoc loco plures sacerdotes ex minoribus cum summo ingressi sunt ad arcam exportandam.

Heli filij cũ arca.

V. *Cur in priori bello tacentur filij Heli, in posteriori exprimuntur?* ℟. quia in posteriori bello contigit eorum mors, ad quam narrandam præmitti debuit eorum in prælium descensus. Deinde, quia cùm ad hoc prælium Arca fœderis deportata sit, mentio fieri debuit sacerdotum, qui illam comitabantur: ne incustodita, & à debito honore spoliata in periculum mitti videretur. Hi autem esse debuerunt præcipui sacerdotes, quales erant filij Heli; quibus, vtpote summi Sacerdotis filijs præcipua arcæ tuendæ & custodiendæ cura incumbebat: præsertim cùm referat Josephus l. 5. Antiq. c. 16. Pontificem Heli suis filijs præcepisse, ne ad eum sine arca ex prælio redirent: hoc est, vt sibi potiùs vitam eripi, quàm arcam in captivitatem abduci paterentur. Quo pacto olim mater quædam Lacæna filium ad prælium profecturum clypeo obarmans cum hac prece dimisit, *cum hoc aut in hoc redi*, vt dicit Ausonius. q. d. Revertere quidem; sed vivus cum hoc; mortuus in hoc: neq; vivus, neq; mortuus sine hoc. Ubi alludit ad antiquum sepeliendi morem: nam milites in prælio defuncti, clypeo tamquam feretro, ad sepulturam afferebantur juxta illud Æneid. 10. de Pallante: *Impositum scuto referunt Pallanta frequentes.*

Philistæorũ opinio de numero Deorum.

VI. *Cur Philisthæi DEum Israelitarum non vocant DEum sublimem, sed DEos sublimes?* ℟ Ex communi gentium errore, quæ singulos DEos singulis attribuunt ministerijs, de quibus Aug. l. 4. de civit. c. 10. & 11. Cùm ergo audijssent multa divinitus aut Hebræis aut Hebræorum hostibus accidisse, quæ non ab vno DEo fieri cogitabant; vt quòd aperuisset mare, quòd fulmina & fulgura vibrasset, quòd deniq; dimicasset ab æthere, cohibuisset solis cursum, è cœlo suavissimum præbuisset alimentum: quæ omnia ab vno DEo patrari posse, non credebant, à multis facta sibi persuaserant. Atq; ideo non vnum, sed plures DEos appellant ab operatione multiplici.

DEus sublimis.

VII. *Quare vocant DEum sublimem?* ℟ quia multa è cœlo contra Ægyptios, multa contra Madianitas jaculatus est. Aut quia cùm magna pars terræ Promissionis montosa esset, & altera, DEus appellabatur montium, quasi in montibus tantùm esset potens, non etiam in campestribus locis. Sic sanè illum existimabant Syri 3. Reg. 20. v. 23. cùm dixerunt. *Dij montium sunt Dij eorum, ideo superaverunt nos: sed melius est, vt pugnemus contra eos in campestribus, & obtinebimus eos.*

Heli videtur non esse damnatus.

VIII. *An Heli cum morte temporali, mortem quoq; subierit æternam?* Ita videntur sen S. Aug. Greg. Beda. Sed ℟. contrarium verosimilius esse. Quia, vt ait Theodor. & Abu fuit vir eximius, toti populo charus ob vitæ morumq; integritatem, qua factum, ut populi c muni conspiratione suprema pontificatus simul & judiciariæ potestatis dignitas illi vni extra dinem collata sit, cùm neutra deberetur familiæ illius. Quòd verò nimiâ conniventtâ ab peccatum est, id tunc factum videtur, cùm ad eam ætatem esset provectus, in qua neq; sacram, neq; politicam curare posset: cùm & filij quoq; ea essent ætate, qua non facile à pa te jam decrepito sese officij sui seueriùs admoneri paterentur. Quòd si etiam tum desierat ætatem aut judicis, aut pontificis officio fungi, & jam filij tam nomen, quàm munus sibi à rente transcriptum publicè obibant; levior hoc quoq; ex capite fuerit culpa parentis. Ut vt in senili ætate sat superq; otij habuit, vt dolere de peccatis, & vitam in melius commutare tuerit. Quod & fecisse vel inde patet, quòd æquo animo per Samuelem corripi se passus si vir tantus, tam grandis ætate ac dignitate tantillum puerum non respuerit: quòd item cùm rum sibi suæq; familiæ vaticinium audisset, in nutum, placitumq, Domini totum se religiosi mè consignarit. Deniq; quòd cùm audijt cæsum populum, & mortes filiorum suorum, tul fortissimè; cùm verò intellexit arcam testamenti captam à Philisthæis, exanimatus dolore d derit è sella: quod signum est, bonum senem nihil habuisse pietate ac religione charius. Ita T odor. Abul. Lyran. Sanctius, Serarius, Tirinus.

Scelus in æternum non expiandum.

IX. *Cur ergo dicitur scelus illud in æternum expiandum non esse c. 3.* ℟ Præterquam q æternum, *sempiternum*, & similia non significant *semper*, quod Scholastici statuunt Doctores est, quod nullis definitur spatijs, sed aliquando quod diuturnum est, & certis spatijs vndecu concluditur; hîc non agitur de supplicio, quod vnus subijt sacerdos Heli, sed quod familiæ ti ipsius impositum est. *Idcirco* inquit Dominus, *juravi domui Heli, quòd non expietur iniqu domûs ejus victimis, & muneribus vsq; in æternum.* At quis credat domum totam, id est, fa liam Heli in æternum perijsse? Quare hujus loci hanc opinor germanam esse sententiam; p pter iniquitatem Heli & filiorum ejus ablatum iri ex illorum familia sacerdotium & præfe ram judiciariam in æternum; id est, hæsuram iniquitatem, supplicium videlicet pro iniqui decretum: id enim valet iniquitas. Et revera ita accidit: nam à domo Heli judiciaria pote in æternum excidit; & non multò post sub initium regni Salomonis, depulso Abiathar, qu domo Ithamar & Heli, postremus sacerdotio summo functus est, ad domum Eleazari ru pontificale nomen revocatum est.

Gloria translata.

X. *Qualem gloriam translatam esse dicit vxor Phinees de Israel, pariens Ichabod*, id *non gloria*, aut *vbi gloria*, seu *væ gloriæ*? ℟ Gloria vocari potest illa, quam Israel rebus fa feliciter gestis acquisivit, quæ tunc videtur ad Philisthæos fuisse translata, quando ab illis ing te illa clade superatus est, Aut certè cùm sacerdotes periêre, quorum ad illam pertinebat n minima pars. Melius tamen per gloriam hîc intelligitur arca testamenti: tum quia illam pl mi semper fecerunt Hebræi, traduxeruntq; diu, ac tandem in stabili loco cum gloria collo runt; tum quia illa præsente, sicut postea stante Salomonis templo, nihil sibi metuebant adve Quare cum in Philistinorum potestatem venit, venisse etiam ad illos existimari poterat glo illa militaris, quæ diu in Israelitico nomine consederat. Translata itaq; est gloria de Isra quia apud illos constitit arca, & quia eâ sublatâ, victoriarum spes solita excidit Israeli. Erat h gentibus olim persuasum, civitatem incolumem esse non posse, si Deos, quos habebant tute res, aut excessisse sponte aut esse ablatos ab hoste contigisset. Notum est, quid de Palladio si serit antiqua gentilitas; & quomodo prudentes quiq; actum putarent esse de Troja, cùm illud hostium potestatem venit: & quomodo ex adytis, atq; adeo ex vrbe dicantur excessisse D quorum auxilio civitas illa stetisse diu ac floruisse credebatur. Quare, vt tradit Macrobius 3. Saturnal. c. 9. cùm prope esset, vt caperetur civitas, certo carmine ab hostibus evocaban Dij tutelares, quia aliter expugnari vrbem desperabant. Quod ne accideret, curabant obs cives, quàm studiosissimè. Quod in templo Salomonis accidisse, quando priùs excisum fuit Chaldæis, & iterum quando subversum à Romanis, non levia habemus documenta. De pric tempore est illud Ezechielis c. 3. v. 12. qui paulò ante quàm vrbem caperent & templum ever rent Babylonij, sonum audivit, & indicia non dubia transmigrantis DEI. *Audivi*, inquit, *post vocem commotionis magnæ: benedicta gloria Domini de loco sancto suo.* quasi locum illum sua præsentia præsidioq; relinqueret. De Romanorum tempore hoc ipsum prodit Josephus l. de bello c. 12. Festo, inquit die, quem Pentecosten vocant, nocte sacerdotes intimum temp more suo ad divinas res celebrandas ingressi, primùm quidem motum, strepitumq; senserun postea verò subitam vocem audierunt, quæ diceret: *migremus hinc.* Hoc igitur suspicari potu nurus Heli, cùm sublatam vidit arcam de tabernaculo, neq; jam esse in Israelitarum potestat cum arca enim bonam fortunam, & libertatis spem ad hostes translatam esse meditabatur.

CAPUT

CAPUT V.

Dagon coram arca semel iterumq; corruit, præcisis in limine capite ac *nibus: Philisthæi verò gravissimis plagis, vbicumq; arca esset, puniuntur.*

QUæstio I. *Cur DEus permisit abduci arcam?* ℞ in Hebræorum & Philistinorum punitionem: dum Hebræi deseruntur ab arca, in qua ipsi nimium arrogantes confidebant: & Philistini flagellantur ab arca, quam ipsi suis viribus superatam existimabant. De his ait Theodor. orat. 1. in Dan. DEus, ne superbiâ elati alienigenæ gloriarentur, i ipsi DEum vicissent, & captivum cepissent; id efficit, vt Dagon idolum, quod ipsi colebant, arcam cadens conteratur, & adorationis speciem præseferens victum se fateatur, & incos ibi Dæmonis ostendat servitutem. Idem rursus Serm. 10. *de providentia*, postquam osten- DEum in Hebræorum pœnam, Arcam Philistinis tradidisse, subdit: *Traditæ autem majesta- cuetur, allophylos docens, quòd non DEum vicissent, sed hominum iniquitatem.*

Arcæ abductio.

II. *Cur Philistini arcam tangentes non interierint, sicut interibant Israelitæ, nudam arcam solùm tangentes, sed etiam aspicientes* Num. 4. v. 15 & 20.? ℞ quia lege Mosaica, quæ id issimè cavebat, non tenebantur, vnde pœnas non dederunt, quia culpam non contraxerunt. modò Pagani non peccant contrahentes matrimonium in gradu prohibito per solam Ec- im: aut Quadragesimam non jejunantes; aut sacrum in diebus festis non audientes: quia sıæ leges extra Ecclesiam non extenduntur.

III. *Quo consilio in locum omnium amplissimum arcam intulerunt Philistini, statueruntq; s Dagonis simulacrum?* ℞ Incertum est. Aliqui putant datam illi illustrem illam sedem oris ac religionis causâ, quia magnum in arca numen latere existimabant, vt ante congres- cum Hebræis apertè prædixerant. Alij positam dicunt eo loco, quasi trophæum quoddam agnæ victoriæ monumentum; qua Palæstinus DEus Hebræorum DEum gloriosè subjugavit; indicat Josephus l. 6. c. 1. dum ait, arcam inter donaria fuisse collocatam, quasi donum maximum Dagoni à suis cultoribus collocatum.

Cur arca eodem cum Dagone loco posita.

IV. *Quid contigit Dagoni coram Arca?* ℞ Arca DEi in sublimi loco mansit, vnde ceci- Dagon pronus, ita vt facies illius affigeretur terræ illamq; oscularetur; quod victi faciunt in pectu victoris. Neq; fas erat, vt sordida illa numina, imò Dæmonum prodigiosa simula- ádem cum vero DEo statione consisterent. Siue enim Dagon, vt Eusebius putat l. 1. de parat. c. 7. Jupiter fuerit, quem *Aratrium* vocant, quia terram ad satus præparari docuit; quod magis placet, Venus; illorum neuter ad Domini latus, aut etiam in illius conspectu stare it: cùm ille superbus esset, & Deorum pater, atq; rex hominum vocari voluerit; illa & pro- æ fuerit libidinis, & alijs flammas inspiraret obscœni amoris: cum vtroq; autem DEus etuas gerat inimicitias. Prima vice præter casum nihil aliud gravius contigit Dagoni, cùm n ex eodem loco iterum deturbatus fuit, vtramq; manum & caput amisit, quæ arca non n ex altari, sed etiam ex templo foras projecit, inventa quippe sunt super limen.

Dagon coram arca.

V. *Quomodo manus Domini aggravata est super Azotios & demolitus est eos* v. 6.? ℞ ussit ignominiosa & pudenda plaga. Intestinorum enim exulcerationem passis, sedis morbus essit, intestino defluente, cum acri morsu doloris, in pœnam non solùm arcæ detentæ, sed ndi criminis præposteræ libidinis, vt Rupertus & Glossa prodiderunt, qui morbus per eorum s, pagosq; vulgatus est. Sed accessit etiam altera plaga murium, à quibus non solùm terræ es vastatæ, sed ipse quoq; hominum extales, dum subinde coguntur egerere, infestis morsi- ac lethiferis impetitæ, vt Greg. M. alijq; tradiderunt. His compulsi malis Azotij statuerunt m à se dimittere, nec tamen remittere Israelitis. Eam enim Palæstini, si modò possent im- , retinere cupiebant, & ejus operâ vicissim hostes suos affligere. Ergo congregati Satrapæ, e re deliberant: statuuntq; authoribus Gethæis, Arcam per cæteras civitates circumducere, rturi an in illis sine damno locari posset. Sed malum consilium consultoribus pessimum *Illis enim circumducentibus eam fiebat manus Domini per singulas civitates interfectionis na nimis.*

Manus Domini aggravata.

CAPUT VI.

Philisthæi arcam cum votivis donarijs ad Israelitas remittunt. Quâ eptâ à Bethsamitis, nec sat reverenter inspectâ, plurimi etiam illorum niti sunt morte.

QUæstio I. *An peccaverint Philisthini Divinos consulendo?* ℞ Affirmant aliqui propter illam DEi prohibitionem Deut. 18. à v. 10. *Non inveniatur in te, qui Ariolos sciscitetur, & observet somnia atq; auguria: nec sit Maleficus, nec Incantator: neq; Pythones consulat, nec Divinos, & quærat à mortuis veritatem. Omnia enim hæc abominatur Dominus.* Melius tamen alij dicunt eos non peccasse, contra legem positivam Hebræorum, vt sic:

Divini consulti.

quia illâ non tenebantur, vt per ſe patet: cùm Iſraelitico tantùm populo data fuerit, de illi non erant. Quod verò attinet ad legem naturalem: Reſpondeo, quamvis hoc peccatur ex genere ſuo graviſſimum; tamen poſſe excuſari propter ignorantiam invincibilem, ali circumſtantias, vt docet Valent. 2. 2. diſp. 6 q. 12. Unde Philiſthinos facilè excuſabat igno tia. Imò in re dubia recurrentes ad ſacerdotes ac divinos, non tanquam ad Maleficos & thonicos; ſed tanquam ad Magiſtros & Doctores, quos ſolos habebant, & à quibus inſtru gubernari exoptabant; non ſolùm abſq; culpa, ſed etiam cum laude videntur recurriſſe. Q ipſe poſtea eventus manifeſtavit. Dum enim prudenter interrogarunt, quid optimum factu divinitus cognoverunt, quaſi docilitatis ſuæ præmium reportantes. Obſeruat hic Mendoza circa Arcam fœderis quæſtiones fuiſſe ſacras, & ad religionem pertinentes, proindeq; non ad ſacrum tribunal aut pro tali habitum referendas; & propterea Philiſtinos, cùm eas ſuper capite ad Satrapas, qui erant ſæculares Judices, detulerunt, graviter exerraſſe, à foro compet ad alienum tranſeuntes: ideoq; à DEo permiſſum eſſe, vt in tanti peccati pœnam ſimum à Satrapis conſilium reportarent. Nam Satrapæ, vt vnam vrbem, quæ ex Arcæ præ tia affligebatur, ea calamitate liberarent, decreverunt, vt alias ad vrbes Arca duceretur: effectum eſt, vt peſtis illa ac lues pariter cum Arca ad alias vrbes deducta, totam Palæſtir miſerabiliter conficeret & cruciaret. Cæterùm Philyſthinos hoc loco ſaniores ex præterito plicio effectos, dum quæſtionem ad ſacrum tribunal retulerunt, hoc eſt, ad ſacerdotes ac Divi qui apud eos rem ſacram adminiſtrabant, prudenter egiſſe, & ideò factum eſſe, vt in hujus dentiæ præmium, à ſacerdotibus & Divinis redirent optimè inſtructi ad ea, quæ fieri oporte exequenda; nimirum, ad Arcam ſuis legitimis cultoribus redonandam.

Oblatio pro peccato.

II. *Quam oblationem pro peccato ſuo debebant Philiſthini, cùm ijs dicatur:* QUOD DE TIS, REDDITE EI PRO PECCATO v. 3.? ℟ Ex lege poſitiva nullam. Nam lex poſitiva ſolos Hebræos pertinebat, eosq; tantùm ad certa munera pro certis peccatis perſolvenda o gabat, vt Abul. q. 8. latè diſcurrit. Nihilominus ex lege naturali, debebant, pro tollenda dem culpa, internam mentis contritionem: pro tollenda verò pœna, ſi qua ſupereſſet, ex nam aliquam oblationem, vel corporis macerationem, vel ſimile aliquod ſatisfactionis gen Prius debitum in hac vita perſolvi debebat, vbi tantùm culpæ remittuntur, poſterius diff poterat in futuram, vbi etiam pœnæ expiantur. Si quæras, de vtro debito ſacerdotes Philiſt norum loquerentur? ℟ de poſteriori, Nam de priori non curabant ſuæ perfidiæ ac idolo triæ adhærentes; imò cùm duplex ſit pœna pro peccato: vna certa ac definita in altera v quæ luitur in igne purgante: altera incerta & extraordinaria in hac vitâ, quæ per tempor as hujus vitæ ærumnas ſuſtinetur: Philiſthinorum ſacerdotes non ad priorem, ſed ad po riorem tantùm tollendam præmonebant: illam enim ignorabant, hanc experiebantur.

Anorum muriumq; figura oblata.

III. *Cur illam tam abjectam anorum muriumq; figuram ſupremo Numini Philiſthini co crarunt?* ℟ Ignominioſam culpam Philiſthinorum, ignominioſa pœna ſecuta eſt: vtriusq; dorem ſibi perpetuò affuturum ſignificare voluerunt Philiſtini, dum ignominioſa illa anor & murium ſimulacra præteritam culpam & pœnam indicantia, conſecrarunt. Itaq; deforr illa munera ac planè erubeſcenda magnum in Philiſthinis ruborem gignebant, ac perpetu conſeruabant; non ſolùm de pœnis, quas ſubierant, ſed multò magis de culpis, quas patrara Utraſq; enim hæc munera, veluti quædam monumenta perpetuò teſtabantur. Et quidem P liſthinorum pœnas, hæc eorum donaria fecerunt quodammodo ſempiternas. Unde rectè I vid de hac pœna loquitur pſ. 77. v. 66. *opprobrium ſempiternum dedit illis*; non quòd pœ illa fuerit valde diuturna: ſed quòd ejus memoria hiſce muneribus expreſſa diutiſſimè perdura

Simulacra aurea cur oblata.

IV. *Cur non potiùs aurum rude; vel ſaltem auream pecuniam, quàm ſimulacra aurea ferre decreverunt; præſertim cùm non ignorarent, lege Hebræorum, omne ſculptile, etiam re lium, ſeveriſſimè prohiberi* Deut. 4. à. v. 15. *ac proinde non poſſe per hæc dona DEum Hebræor placari, ſed potiùs irritari?* ℟ Greg. Venetus problem. 449. quia ſacerdotes ac divini Ph liſthinorum, vel ex lege, vel ex diabolo didicerunt, DEum Iſraelis aliquando placatum fui imagine ſerpentis in altum erecti. Num. 21. v. 8. Unde collegerunt etiam nunc hiſce imag nibus placandum. Foriè etiam voluerunt Dæmones per has imagines Hebræos ad idololat am provocare. Tanta enim erat Hebræorum inſania, vt videntes arcam in aureas imagin ſibi reſtitutam, facile adduci poſſent ad credendum, in illis imaginibus divinitatem inclu nec proindè vero DEo, ſed falſis ſimulacris acceptum beneficium referrent. Sed ſi huc col marunt Dæmones, profectò aberrarunt. Non enim illæ imagines Hebræis ad idololatriam, potiùs ad divinum cultum inſervierunt.

Quid illis factum.

V. *Quid de his ſimulacris fecerunt Iſraelitæ?* ℟det Abul. q. 13. aut vaſa ſacra in mi ſterium ſanctuarij ex illis conflata eſſe; aut potiùs ipſa ſimulacra integra & illæſa in ſanct ario repoſita fuiſſe ad æternam beneficij memoriam. Quo pacto olim DEus juſſit, thuribu aurea eorum, qui rebellaverant contra Moyſen & Aaronem in laminas producta & altari af xa perpetuò conſeruari: *Ut cernant*, inquit Textus, *ea pro ſigno & monumento filij Iſrael.* Nu 16, 38. Atq; ideo illorum aſpectus juxta Theodor. q. 36. & coercebat improbos, & informab juſto

...s. Quo etiam pacto serpens ille æneus in deserto erectus, conseruatus est in templo Salo-mo...nis, vsq; ad tempus Ezechiæ regis, & vlterius etiam conseruatus fuisset, nisi degeneres He-bræi illud diuini beneficij monumentum in idololatriæ simulacrum vertere cæpissent, tunc enim Ezechias serpentem confregit 4 Reg. 18. v. 4. vt omnem idololatrandi occasionem He-bræis adimeret. Sic igitur hæc munera in sanctuario conseruata sunt ad terrendos hostes, & ...rmandos cives.

VI. *Cur Philisthini sicut offerre jubentur vnum munus pro depellendis morbis, & alterum pro depellendis muribus, non etiam offerre jubeantur tertium pro depellenda plaga suorum De-...rum, qui etiam ad præsentiam arcæ corruebant & conterrebantur?* ℞. Vel, ne suos Deos Deo ...lis subjicere viderentur, quasi mallent eos torqueri, quàm humiliari: vel, quia magis cura-bant suarum diuitiarum jacturam, quàm suorum Deorum injurias, ac proinde has facile præ-ter...ant, illam avertere nitebantur.

VII. *An Diuini & Sacerdotes verba illa* v. 5. SI FORTE RELEUET MANUM SUAM A VOBIS *dixerint cum dubitatione & hæsitatione?* ℞ Eos de reconciliatione diuina per illa munera facienda dubitasse; tum quia erant infideles, qui non tam certam de diuina misericordia fiduciam habebant: tum quia licet essent fideles, nec dubitare possent, ver...pœitentes ad diuinam gratiam recipiendos; adhuc tamen dubitare poterant de facto, an illi veram pœnitentiam essent acturi. Item, quamuis agerent, an pœnæ temporales hujus vitæ illi essent remittendæ: cùm neq; verè pœnitentibus semper remittantur, vt patet in Dauide, qui etiam post veram pœnitentiam de salute filij sui dubitabat: *quis scit*, inquiens, *si fortè donet eum mihi Dominus, & viuat infans*, 2 Reg. 12. imò illum non impetrauit: *accidit* enim *die ...ptima, vt moreretur infans.*

Vaccarum fœtarum oblatio.

VIII *Cur voluerint Sacerdotes isti & Diuini duas vaccas fœtas, quibus non est impositum jugum, jungi plaustro, & recludi vitulos earum Domi?* ℞. Eò eorum spectant consilia, vt ex-pio...nt, an ab offenso Deo, vel à naturali causa illam Palæstini plagam, aut illorum agri va-stit...em acceperint. Unde illa proponunt signa, quæ nunquam aut raró solet edere natura mo...alium; vt illa à Deo potiùs, quàm à natura edita nemo non agnoscat. Difficile est, indo-mi...s vaccas, quæ neq; ceruicem jugo, neq; dorsum oneri subjecerunt, jugum subire & plau-strum trahere, neq; declinare de via, cùm tamen neq; rhedarius regat, aut stimulis adigat, aut vlla alia vis aliena adhibeatur, quæ durum illud & insuetum ministerium obire compellat. Dif...cile est, cùm libero vaccæ progrediantur incessu, vitulorum amore, & iterato sæpiùs va-gitu non revocari de medio cursu. Hæc sanè neq; natura efficit, neq; vllo modo patitur, nisi inv...a. Unde si id vltrò, neq; ab alijs stimulatæ vaccæ præstiterint, argumentum est, diuinum esse negotium, non humanum. Natura enim horret graue & insuetum opus: & indocile col-lum detrectat potiùs & excutit, quàm admittit jugum. Et filij, qui pars sunt, & viscera paren-tum non deseruntur, nisi disruptis, lacerisq; præcordijs: quocirca vnus est DEus, qui tot po-test vincula disrumpere, tot impedimenta superare.

Vates proprio moti spiritu.

IX. *An vates Philisthinorum proprio, an divino spiritu moti fuerint ad hæc signa exhiben-da* ℞. Proprio spiritu motos fuisse. Nam reuelationem publicam, quod ita futurum esset, nul...m habuerunt: priuatam verò habuisse nulla ratio convincit. Ergo vel humano, vel dia-bol...o instinctu, cui vt Augures inseruiverant, movebantur. Nullum cum Deo habentes com-me...ium, ex consuetudine augurandi, suæ artis legibus insistebant, & signis nullam proporti-on...habentibus ad significandum utebantur. Unde nullum apparet fundamentum, cur eis div...us aliquis afflatus & instinctus tribuatur.

Vaccas Deus deduxit.

X. *Quis deduxit aut determinauit has vaccas, DEusne an diabolus?* ℞. DEus, idq; uno è d...obus modis. Primò tanquam causa particularis, sive per se immediatè, determinando e-aru...phantasiam, aut vim aliquam externam adhibendo: siue mediatè per aliquod instrumen-tum siue ministrum, Angelum scilicet, aut dœmonem. 2dò tanquam causa vniuersalis: si nimi-rum DEus præuidens diabolum propensum ad Arcam deducendam, illi permisit, vt eam de-duc...ret, & cum illo vniversaliter concurrit, intendens eundem effectum, licèt ad alium finem. Nam diabolus ad euitandum suum damnum deducebat boves. DEus autem ad manifestandam sua...gloriam deduci à diabolo volebat.

Bethsamitæ non peccarunt sacrificiũ offerendo.

XI. *An Bethsamitæ peccauerint hoc holocaustum offerendo?* ℞. ex nullo capite ostendi po-test illos peccasse. Non quia Laici obtulerunt, hoc enim falsum est. Nam licet dicantur Beth-sam...tæ immolasse, illi tamen vel fuerunt Sacerdotes: vel, si Laici; non per se, sed per Sacerdo-tes ...mmolarunt. Immolare namq; in sacris literis dicuntur, non solùm illi, qui sacrificia exe-qu...ntur, sed qui hostias sacerdotibus offerunt, DEo conficiendas. Nec difficile fuit Sacerdo-tes ...ieri in urbe Bethsames, quæ Sacerdotalis erat, & proinde Sacerdotibus abundabat. Non qu...in loco profano, extra tabernaculum immolarunt: quia sacrificia licitè fiebant, non solùm in ...bernaculo, ubicunq; esset, sed etiam coram Arca, in quocunq; loco poneretur. Cùm igi-tur hîc adesset Arca, locum sanctificabat, vt in ea sacrificia licitè agerentur. Non etiam, quia va...as lactantes & nutrientes occiderunt, in quo aliqua crudelitatis species apparebat. Unde

præci-

præcipiebat olim DEus, vt siquis nidum, & matrem pullis vel ovis incubantem inveniret, tem ipsam matrem abire pateretur Deut. 22. 6. Sed lex hæc erat in volatilibus, non in t stribus. Et quamvis in vtrisq; par ratio appareret, parum interest; quia in lege positiua, lis illa erat, non valet argumentum à simili, cùm sæpe pro ratione, legislatoris voluntas beatur. Deinde in causa religionis, seu pro cultu diuino, nullius momenti erat illa vitulor absq; matribus solitudo: alioqui nec agni anniculi immolarentur, ne debita ac naturalis i lam teneram & innoxiam ætatem commiseratio offenderetur, aut impediretur soboles, de illis propaganda sperabatur.

Vaccarum oblatio.

XII. *An non saltem peccarunt Bethsamitæ, quia vaccas fœminas in holocaustum obtuler cùm tamen holocaustum non nisi de maribus fieri præcipiebatur* Lev. 1. v. 3. & Leu. 22. v. 19? Nequaquam. Lex enim illa tunc videtur habere vim, quando id solemni fit modo in dest to ac legitimo loco, vt in tabernaculo, temporibus à lege definitis. Quodsi aliquando in quo gravi rerum articulo, extra ordinem, casu videlicet extraordinario fiat, non puto fœ nas, si masculorum desit copia, ab holocausti religione depelli. Quale fuit holocaustum il quod 3. Reg. c. 18. obtulit Elias, ubi multa sunt, quæ nemo auderet in Tabernaculo, si leg mo ac solemni ritu faceret. Nam primò obtulit extra templum, obtulit non Sacerdos, a buit aquam, & victimam iterùm atq; tertiò aspersit aquâ. Multa præterea Samuel facit sta c. 7. in offerendo holocausto, quæ lex sacrificalis non admitteret, in quibus nemo prophe accusat violatæ legis; quia illius articuli exigebat necessitas, neq; major tunc commoditas currebat. Sic ergo cùm casus ille rarus esset, neq; major se commoditas offerret, arripue Bethsamitæ, quod habuêre primùm, quodq; ab ipso Deo oblatum sibi ad illud opus existi bant. Non credebant Bethsamitæ vaccas ab hominibus eò deductas, cùm nullus appareret riga aut stimulus, qui reluctantes illas impelleret. Unde eò illas existimabant actas, & ad i opus ex numeroso grege sumptas esse diuinitùs. Quare quod à Deo sumptum esse credeb id deberi Deo, & ad aram adduci posse arbitrabantur. Quod certius erit, si quis dicat cum onysio, eos peculiari instinctu Diuino actos esse ad eas boves immolandas, ne profanis us superessent.

Aspectu curiosus arcæ punitus.

XIII. *Quod fuit Bethsamitarum peccatum, propter quod à Deo mox cæsi hîc dicuntur q quaginta millia, & 70, de plebe?* ℞dent Hebræi, eò quòd aperuerint Arcam, & in eamdem spexerint, & fortè explorandi causa, an Philisthæi, apud quos toto septimestri exularat, n ex ea sustulissent, nihil indecens intulissent. Sed quia istud videndi studium plus curiosæ temperantiæ, quàm pietatis habebat, neq; debebat, nisi à primis Sacerdotibus adhiberi, p pterea tam seuero tam multorum supplicio punitum meritò fuit. Sed puto inspectionem a non potuisse tam brevi tempore in tam multos cadere. Sed tanto supplicio dignos etiam fui quotquot arcam, quæ à Philisthæis cooperta suis velis, vt capta ita jam remissa fuerat, denu runt, & denudatam curiosiùs aspexerunt. Nam sub pœna mortis id vetitum erat etiam Leu Num. 4. & alibi, ita Lyran. Abul. Serarius, Sanctius & Tirinus.

CAPUT VII.

Deducitur Arca in domum Abinadab in Gabaa, & Samuelis hort tu Israelitæ totis animis addicunt se cultui Diuino: unde præclaram Philisthæis victoriam referunt orante pro ipsis Samuele.

QUæstio I. *Cur tam citò & tam promptè venerunt Cariathiaritæ ad exportandam arc in suam urbem; nec ex accessu ad illam timuerunt eamdem plagam, quam Bethsam pertulerunt?* ℞. quia sciebant illam plagam non propter arcam, sed propter irreuer tiam in Arcam contigisse. Unde cùm irreuerentiam præcaverent, quamuis ad Arc accederent, non timebant; irreuerentiam verò omnem diligenter amoverunt, quia, vt sen Carthusianus, Sacerdotes, seu Levitæ Arcam suis tectam inuolucris inter humeros exportaru

Occasio idololatriæ sublata.

II. *Si requievit omnis domus Israel post Dominum v. 2. proinde DEos alienos jam abstuler cur Samuel v. 3. Israelitas admonet:* AUFERTE DEOS ALIENOS DE MEDIO VESTRI? Quia, vt vult Abul. adhuc aliqui eos colebant; quamvis tam pauci, vt præ multitudine col tium verum DEum, nulli ferè viderentur: & ideo absolutè dici posse, omnem domum Isr post Dominum requievisse. Vel etiam, vt sentit Dionys: quia, licet omnes omnino verum D um colerent, & alienos detestarentur; adhuc tamen aliqui eorum simulacra retinebant, si n propter cultum idolorum, saltem propter pretium auri & argenti, ex quo constabant. Sam autem volebat, vt hæc etiam idololatrandi occasio & illecebra de medio tolleretur: secut exemplum Moysis, qui non solùm idololatriam abolendam curavit, sed idolum conterendu Exod. 33. v. 20. ne idololatria, semel mortua iterum reviviscеret, & ex suis cineribus jam sep ta repullularet. Imò sequutus divinum præceptum, quo Israelitæ non solùm vanas idoloru figuras execrari jubebantur, sed etiam pretiosas eorum materias, aurum & argentum asperna

Sculpt

tilia eorum, inquit, *igne combures: non concupisces argentum & aurum, de quibus facta sunt; assumes ex eis tibi quicquam &c.* Deut. 7.25. Quasi illa materia, licet pretiosa, in qua xecrabilis figura insedisset, abominabilis DEo redderetur.

Corda præparare Domino.

III. *Quid est præparare corda Domino* v. 3.? ℞det S. Greg. non esse aliud, quàm intermentis puritatem, ac munditiam curare: Cor, inquit, Domino præparat, qui mentem non ab immunda cogitatione separat; sed etiam cogitationum Sanctarum ac virtutum fulgo- illustrat; vt velut abjectis & comminutis idolis, se DEi templum efficiat: dum illic divinæ sedem erigit, vbi reprobos spiritus manere per prava desideria non permisit. Et conclu- ecte præcepisse Samuelem, vt prius alienos Deos abjicerent; deinde corda Domino præpa- t: quia rectus ordo veræ conversionis postulat, vt priùs mala reprobentur, deinde bona eantur.

Aquæ effusio.

IV. *Quid est haurire aquam & effundere in conspectu Domini* v. 6.? ℞. Est externa ali- eremonia, adhibita ad confirmandum fœdus, quod Israëlitæ cum DEo de nunquam am- idololatrando inierant. Nam fœdera non solùm apud Ethnicos, sed etiam apud Hebræ- terno aliquo signo firmabantur; nempe occisione animalium, vt Gen. 15. v. 9. & Jer. 34. v. t erectione lapidum, vt Gen. 31. v. 45. & Josue 24. v. 27. aut celebratione convivij; vt Gen. 30. & Exod. 24. v. 11. Aut deniq; effusione aquæ, v. hoc loco.

Aquæ effusio cur fiebat.

V. *Quorsum hæc ceremonia spectabat?* ℞ *imò* fie t in modum execrationis: vt sicut aqua debatur: ita sanguis eorum, qui ad idololatriam redirent, effunderetur. Ita Carthusianus. in signum spei de remissione peccatorum; quasi dicerent: sicut aqua in terram effusa eva- : ita peccata eorum coram DEo abjecta delabuntur. Ita Vatablus. *3tiò* Ad perfectam torum renunciationem significandam: vt sicut aqua effusa nihil sui relinquit in vrna, nec em, nec saporem; ita illius idololatriæ abjuratæ nulla in animis expressa vestigia relinque- r. Ita Cajet. *4tò* Ad ostendendum firmum animorum decretum, numquam ampliùs in ido- iam relabendi: vt sicut aqua effusa ex vrna, numquam ampliùs in vrnam redit: ita illa pec- x animis ejecta, numquam amplius in animos remigrarent. Ita Hugo Card.

Samuel ex dispensatione sacrificat.

VI. *An non peccavit Samuel, sacrificans cùm non esset sacerdos, contra legem* Num. 3. v. 10. *& filios ejus constitues super cultum sacerdotis: externus, qui administrandum accesserit, tur?* ℞ Eum ex privilegio & dispensatione divina sacrificasse, sicut Gedeon Jud. 6. Ma- ud. 13. Helias 3. Reg. 18. quorum sacrificia in scriptura non reprehenduntur. Idem suaderi ex sacrificio agni paschalis, qui etiam à Laicis sacrificari consuevit juxta illud: *immola- um vniversa multitudo filiorum Israel.* Exod. 12. Causa hujus dispensationis, quia Achitob Phinees, filij Heli, adhuc parvulus erat, & proinde necesse fuit, vt ejus defectus per Sa- m suppleretur. Sed hæc ratio non sufficit, dicunt enim alij Achitob tunc jam fuisse 22. um, nec defuerunt alij sacerdotes, quia viri Bethsamitæ obtulerunt holocausta & immo- int victimas c. 6. vtiq; per sacerdotes. Potior igitur ratio dispensandi fuit sanctitas & di- Samuelis.

Samuel lapidem erexit.

VII. *An Samuel non violavit legem quæ lapidum erectiones prohibebat* Lev. 26. v. 1. cum hîc lapidem erexerit? ℞ Samuelem divino privilegio vsum non egisse contra legem sacri- lo extra locũ sacrificijs ex lege deputatum: & cùm non esset legaliter sacerdos, non peccavit, privilegio vteretur. Et pari ratione excusatur Josue. Imò ob eamdem causam Abul. in c. ue q. 12. Rubenitas & Gaditas, & dimidiam Tribum Manasse, altare infinitæ magnitudi- igentes: quia DEo sic mandanti obtemperarant, qui addit, etiam præciso privilegio, ex- posse ob auctoritatem personarum: quæ tanta erat, vt de illis nulla sinistra opinio aut suspi- dololatriæ haberetur. Non sic sunt excusandi Saul & Absolon, qui ambitioso quodam sibi titulos & lapides erexerunt; cùm neq; privilegium habuerint, neq; tantam auctori- , vt à se omnem sinistram suspicionem amoverent.

Samuelis tẽpore Philisthæi non infestant Hebræos.

VIII. *Quomodo dicitur v. 13. de Philisthæis: nec apposuerunt vltra, vt venirent in terminos , cùm sub initium regni Saulis Israelitas invaserint* 1. Reg. 13. v. 5. imò erat bellum potens sum Philisthæos omnibus diebus Saul 1. Reg. 14. v. 52. Quin etiam sub tributo Hebræos runt vsq; ad tempora David Regis, *qui tulit frænum tributi de manu Philisthiim* 2. Reg. . quomodo igitur verum est, Philisthinos non venisse vltra in terminos Israel? ℞ illud statim determinatur verbis sequentibus: *facta est manus Domini super Philisthæos cunctis s Samuelis.* Hoc est, quamdiu Samuel solus imperabat. Nam eo tempore non dicuntur thæi ad prælium descendisse. Tanti momenti erat, justum & strenuum principem popu- esse, vt sub eo populus ab hostibus ne tentaretur quidem; tantùm abest, vt vinceretur.

CAPUT VIII.

ropter avaritiam filiorum Samuelis, petunt Israelitæ regem sibi præ- more Gentilium. Et licet ex Samuele intelligerent, quàm dura sint m imperia, persistunt tamen in petitione sua.

Quæstio

Discrimen inter peccata filiorum Samuelis & Heli.

QUæstio I. *Cur DEus non exegit pœnas à Samuele ob peccata filiorum, sicut ab H*
℟ Quia plura & majora fuerunt peccata filiorum Heli. Nam templum profanab
Religiosas fœminas constuprabant, sacrificiorum ritus & ordinem pervertebant
Samuelis filij non nisi munera accepisse dicuntur, & dum suis commodis ac avar
student, judicia pervertisse. Accedit, quòd Samueli peccata filiorum comperta aut nota
fuerunt, sicut Heli. Nam Samuel in Ramatha jus dicebat, illam Aquilonarem Judææ par
sibi reseruans administrandam; filios verò in Bersabee collocârat, & Australem illis plag
demandârat, vt hîc dicitur v, 2. Unde facile poterant illorum procul absentium scelera optim
parentem latere.

Israelitæ peccarunt petendo Regem.

II. *An peccarunt Israelitæ, dum Regem sibi dari petierunt?* ℟ Certum est eos pecca
cùm DEus ipse dixerit non tam Samueli, quàm sibi ipsi illatam ab illis injuriam. Cùm D
antè regnasset in Hebræorum populo, nunc autem inductâ novâ judicandi formâ ipse vide
à gubernatione dejectus. Ac tandem concesso, monarchiam esse licitam, neq; Hebræorum
pulo fuisse negatam (alioquin neq; DEus nunc concessisset, vt Rex præficeretur populo,
David postea DEo ipso jubente fuisset vnctus in Regem, neq; Deut. c. 17. præscriptus esset
dus & forma constituendi regis) Attamen docet in ea petitione grave intercessisse peccat
quod Samuel ipse exprobravit apertè c. 12. v. 17. & 20. confirmauitq; miraculo, & ipsi c
fessi sunt Israelitæ ibid. v. 19.

III. *Quod fuit illorum peccatum?* ℟ Peccarunt imò, quia Samuelem rejecerunt, cujus
duam & reip. vtilem experti fuerant operam, cùm domuisset Palæstinos, & eò adduxisset
timos populos, vt ne hiscere auderent Samuele regnante, & collapsam morum religion
disciplinam abjectis idolorum sordibus instaurasset. Deinde quia Regem postulant, sicut cæ
habent nationes: qua in re leges illas respuisse videntur, quas Regibus Israelitis Dominus
dixit Deut. 17. & illas admisisse quas auctore Diabolo barbari Reges & idololatræ aut tule
ipsi, aut ab alijs acceptas coluerunt, quæ & impiæ fuerunt & Reip. noxiæ, & mores aluer
approbatione publica & scelerum impunitate correptos. Quòd verò Gentilium Regum m
secuti fuerint Israelitæ Reges, tam qui in Juda, quàm qui in Israele regnarunt, hinc apertè liq
quòd ex omnibus tres tantùm sunt inventi, qui non aliquando aberrarunt à patria religion
ad gentilium simulacra diffluxerunt juxta illud Eccl. 49. v. 5. *Præter David, Ezechiam, &*
siam omnes peccatum commiserunt: nam reliquerunt Leges Altissimi Reges Juda, & contem
runt timorem DEi. In *peccato* verò idololatriam intelligi docent communiter Interpretes,
enim quisquam negaverit peccatum commisisse Davidem, illudq; gravissimum & multiplex.
in Ezechia aliquod etiam peccatum reprehenditur. Hi tres tamen numquam in peregri
cultum dicuntur prolapsi, imò dicuntur ab idololatriæ sordibus purgasse regnum. Alij v
omnes aut convincuntur idola coluisse, aut saltem non sustulisse excelsa, id est, lucos & ara
idolorum cultum excitatas. Unde sic videntur regnasse, sicut Reges, quos habuerunt nationes a

Idololatria dicitur peccatum

IV. *Cur DEus concessit Israelitis, quod iniquè petebant?* ℟. In pœnam eorum, qui n
petebant. *Talis exauditio*, inquit Lyra, *magis est punitio.* S. Greg. *petitus Rex conceditur*
vindicta. Origenes l. 9. in ep. ad Rom. ad illa verba ex cap. 12. *Quæ sit voluntas Dei*
Distinguit diuinam voluntatem beneplacentem & irascentem: DEi quidem, inquit, volu
semper bona est: sed non semper ejus bona voluntate dispensari meremur, neq; beneplacita
perfecta, v. g. vt ungeretur Saul in Regem; fuit quidem voluntas DEi, sed non beneplac
neq; perfecta: irascens enim populo, qui recusauerat, Deum habere super se Regem, Reg
eis hominem jussit institui. S. Aug. in ps. 51. Saul, inquit, Rex non ad permanendum elec
est à Domino, sed secundùm populi cor durum & malum, datus ad eorum correptionem
ad utilitatem: secundùm illam sententiam: qui regnare fecit hominem hypocritam, prop
peruersitatem populi. Job 34. v. 30. Idem Aug. l. 5. contra Julianum c. 3. vocat Saulem
nam peccantium: hoc est, datum in pœnam ijs, qui Samuelem contempserunt & Regem
stularunt. S. Cyprianus ep. 38. ad Rogatianum, locutus de peccatis populi Samuelem conte
nentis: vt hoc inquit ulcisceretur Dominus, excitauit eis Saul Regem, qui eos injurijs gra
bus affligeret: & per omnes contumelias & pœnas, superbum populum calcaret, & preme
vt contemptus Sacerdos de superbo populo vltione diuina vindicaretur.

Rex concessus pro vindicta.

V. *Quid per jus Regis intelligitur v. 11.?* ℟. Non significatur, quid Reges jure possi
sed quid audeant consuetudine, & pro suprema potestate, quam habere se putant contra na
ræ leges, & omnem humanitatem tyrannicè decernant. Optabant Israelitæ tales habere Reg
qui non communi consilio populum, sed suo tantùm arbitratu rem versarent publicam, n
haberent vllum, cujus timerent potentiam, & expectarent assensum, sed evitare non potueru
quod Regiam potentiam, & superbos spiritus plerumq; comitatur. Nam quæ externi Re
Israelitisq; vicini licere sibi putarunt, vt gravia ex subditorum bonis exigerent vectigalia, vt o
ra imponerent quotidie, quæ miserorum humeri sustinere non possent, vt ingenua corpora s
vituti subjicerent & ad illa adigerent ministeria, quæ servis etiam essent ignominiosa, qu
nunc propheta ex ore Domini singillatim recenset, eadem Reges Israel, aut non valdè dissimi

in libera

...eram antè, atq; ingenuam regionem induxerunt. Quàm verò gravia subditis imposuerint ...alia, docuit Salomon, qui populum sic gravavit vectigalibus, vt ab illis se relevari voluerit, ...d Roboam filium ejus dixerunt Principes populi: *Pater tuus durissimum jugum imposu...it; tu itaq; nunc imminue paululum* &c. sed audire debuerunt: *Pater meus aggravavit jugum vestrum: ego autem addam jugo vestro: Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cadam ...orpionibus.*

Consuetudo Regis justa & tyrannica.

...I. *Utrum hæc Regis consuetudo justa fuerit, an tyrannica?* ℞ Lyra asserit, vrgente ne...te publica, justam fuisse; tunc enim privata bona pertinent ad jus Regis, pro bono com... dispensanda; non vrgente verò fuisse tyrannicam; quia tunc non potest Rex privata ci... bona ad libitum dissipare. Hæc distinctio absolutè loquendo vera est, & à S. Thoma ... 205. art. 1 ad 5. & cæteris Theologis communiter recepta: non tamen Regi de quo hîc ... est, rectè applicatur: quia is sine dubio privatis civium bonis, non ad publicam, sed ad ...am vtilitatem abutebatur. Unde concludo, hoc jus seu morem Regis fuisse injustum ac ...nicum. Quia multa quæ hoc loco dicitur Rex facturus legi naturali adversantur, aut cer... divinæ contradicunt. Nam Rex dicitur ablaturus agros, vineas & oliveta à civibus, & ...s ea suis servis & eunuchis: hoc autem est contra id, quod DEus decrevit, dicens: *Non ...et Princeps de hæreditate populi per violentiam, & de possessione eorum: sed de possessione sua ...tatem dabit filijs suis; vt non dispergatur populus meus vnusquisq; à possessione sua.* Ezech. ... 18. Item Rex dicitur hîc ex civibus facturus servos; hoc autem repugnat illi decreto di... ...irca Regem: *Non multiplicabit sibi equos, nec reducet, populum meum in Ægyptum.* Deut. ...16. q. d. Non coget populum meum ad servitutem, quam in Ægypto patiebatur.

CAPUT IX.

...tirps Saulis, qui dum de perditis asinis consulit Samuelem, ab ipso in...it se regem fore Israelis.

Decretum DEi conditionatum.

Q Uæstio I. *Quomodo primus Rex ex tribu Benjamin eligitur à DEo, & quidem ea intentione, vt in eadem tribu per continuam successionem propagetur juxta illud Samuelis ad Saulem: stultè, inquit, egisti, nec custodisti mandata Domini DEi tui, quæ præcepit tibi. Quod si non fecisses, jam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in ...ternum* c. 13. Quomodo, inquam, Dominus intendit, Reges de tribu Benjamin, perpetuò ...turos: si alioqui per Jacob promiserat, regnaturos esse Reges de tribu Juda; & ab ea vsq; ...essiæ adventum numquam auferendos juxta illud Gen. 49. v. 10. *non auferetur sceptrum ...da, & dux de femore ejus, donec veniat, qui mittendus est.*? ℞ DEum voluisse conferre ... Benjamin regnum in sempiternum decreto quodam conditionato, si nimirum Saul divi... ...egem obseruasset. Et quia prævidit eam conditionem defuturam, Saulemq; divinæ legis ...ressorem fore; propterea absolutè decrevisse, regnum ad tribum Juda transferre, perpetuò ... vsq; ad Messiam duraturum. Tunc defecisse fatentur ipsi Judæi Joan. 19. v. 15. *Non ha...regem, nisi Cæsarem.* Ubi S. Aug. in præfatione in ps. 75. argutè colligit: *Ergo,* inquit, *...habetis Regem nisi Cæsarem, defecit jam Princeps de Juda. Venit ergo ille, cui promissum est.*

Munusculũ Saulis.

...II. *Cur Saul sollicitus est de munusculo offerendo Samueli,* QUID FEREMUS AD VIRUM ...v. 7. *An talis erat de Samuele opinio, vt putaretur, non gratis officio suo fungi velle?* ℞ ...nimis probrosum est, viro tam integro. Sed quæsiuit Saul munusculum Samueli, non vt ...um prophetiæ, sed vt signum subjectionis & obseruantiæ erga superiorem suum. Quo mo...emini ad Persarum Reges vacuis à domo manibus accedere licebat. ita Cajet. & Sanctius. ... & modestiam Samuelis notare licet, qui cùm judex esset & Princeps totius populi, sic ta... se gerebat, vt neminem accedere volentem puderet cum munusculo quamvis vili & tenui ...dere, v. g. cum modico panis ex sitarcijs, vel simili xenio in sportula, vel quarta parte sta... argentei, id est, denario seu drachma vna, quæ valet grossos nostros novem: Longè ab... Samuel, vt à subditis optima quæq; sibi dono afferri juberet; longiùs, vt immania impo... tributa ad domos eburneas excitandas, ad regias mensas fovendas; longissimè verò vt ...s, vineas, messes decimaret, raperet, vi faceret suas, quod nonnulli regum subsecutorum ...se leguntur.

Sacrificiũ pacificum.

...III. *De verò ne sacrificio, an de vulgari convivio loquuntur fœmellæ* v. 12. QUIA SACRIFI...M EST HODIE POPULI IN EXCELSO? ℞ cum Lyran. Cajet. Abul. Vatablo, Mendoza, ...: verum sacrificium pacificum, in quo pars quædam DEo, quædam sacerdotibus, cæteræ ...entibus tribuebantur, tum quia non est ratio, cur nomen *Sacrificium* à propria significati... ad aliam magis alienam extrahatur. Tum quia ad benedicendum convivium vulgare, non ...tebat prophetam exspectare; nam singuli convivæ sua convivia benedicebant, hoc autem ... exspectabatur Saul: ergo sacrificium erat, quod sacri hominis benedictione indigebat. Tum ...q; quia Hebræi pro beneficio aliquo obtinendo hostias pacificas DEo sacrificabant: atq; ...uel volebat obtinere à DEo prosperum successum Reges eligendi; ergo per sacrificium pa...

cificum, curabat ſibi Numen propitiare. Dicitur autem *ſacrificium populi*: & quia ſinguli h… as ſacrificandas offerebant; & quia ex ſacrificatis ſuas ſinguli partes reportabant Unde hoc … crificij genus in offerentium vtilitatem cedebat; & propterea ab Hebræis, ſuam ſemper v… tatem ſpectantibus, frequentiùs & feſtiùs celebrabatur.

Excelſa quæ.

IV. *Quæ ſunt Excelſa?* ℞ Triplex fuit genus Excelſorum. Quædam erant idolis conſe… ta. Nam Ethnici in excelſis montibus Dijs ſuis ſacrificabant, Rationem dat Procopius: … *filiam*, inquit, *eorum erat idololatriæ humilitatem, locorum ſublimitate ſublevare.* Quaſi illa … jecta ſacrificia non honorem loco conferrent, ſed à loco mutuarentur. Ethnicos imitati ſunt … probi Reges, è quibus Jeroboam fecit fana in Excelſis 3. Reg. 12. v. 31. Alia Excelſa erant, … quibus vero DEo ſacrificabant, ſed contra legis præſcriptum. Nam lex ſacrificia alibi, qu… in tabernaculo fieri prohibebat. Deut. 12. v. 4. Unde reprehenduntur illi Reges, qui Excelſa … abſtulerunt, vt Aſa, Joſaphat, Azarias, Ozias & alij. Contra verò commendantur illi, qui … ſolùm Excelſa, in quibus ſacrificabatur idolis: ſed etiam Excelſa, in quibus verus DEus, c… tra legis tamen præſcriptum, colebatur, penitus abſtulerunt. Quales fuerunt Ezechias, & Joſ… Tertium genus Excelſorum erat illud, in quo, ſi non ex lege, certè ex privilegio ſacrificabat… qualis fuit Carmelus, vbi Helias ſacrificavit, & hic locus in Ramatha, vbi Samuel altare e… xerat, quamdiu Arca proprium locum non habebat.

Auriculam revelare.

V. *Quid ſignificat in ſcriptura reuelare auriculam?* ℞. idem quod alicui aliquid reue… re. Unde Jonathas ad Dauidem: *Si* inquit, *perſeuaverit patris mei malitia adversùm te, re… labo aurem tuam* 1. Reg. 20. v. 13. Dauid ad DEum, *Tu*, inquit, *Domine exercituum, DEus … ſrael, reuelaſti aurem ſerui tui,* 2. Reg. 7. v. 27. Sumitur autem antecedens pro conſequen… id eſt, diſpoſitio aurium, vt cum fructu & intelligentia audiant, pro ipſa doctrina, quæ diſp… ſitis ſeu reuelatis auribus inſtillatur.

Clamor populi commouet DEum.

VI. *Quomodo verba* v. 16, QUIA RESPEXIT POPULUM MEUM, VENIT ENIM CL… MOR EORUM AD ME, *convenire poſſunt cum his quæ c. 8. v. 18. dixit DEus, ubi negat a… diendas eſſe populi voces, cùm in afflictione clamaverint?* ℞ DEus non omnino negat futur… ſe facilem, & exorabilem populi clamoribus, cùm aliquid acciderit adverſum & durum; … cùm aliquid patietur à Regibus, quos ipſe ſibi præponi voluit, & quorum leges ante prædi… rat. Nunc autem non oritur dolendi cauſa à Regum inclementia, ſed ab hoſtium, qui tu… aut vexabant Hebræorum fines, aut venturi propediem timebantur, injurijs. Qualis fuit Na… Rex Ammonitarum, aut Palæſtini, qui ſub hæc extrema Samuelis tempora, aut ingreſſi fu… rant, ſicut antea ſæpe, in terram Hebræorum, & grauibus illam detrimentis affecerant.

Promiſſio conditionata.

VII. *Quomodo dicitur Saul v. 16. ſaluaturus populum de manu Philiſthinorum, cùm reu… ra non liberauit:* ſemper enim Iſraelitæ fuerunt tributarij Philiſthinis vſq; ad tempus David… *qui abſtulit frænum tributi de manu eorum* 2 Reg. 8. v. 1. Imò Saul Philiſthinorum manib… tandem occubuit? ℞ ex Carthuſiano, hanc promiſſionem fuiſſe conditionatam, ſi Saul pecc… ti obicem non oppoſuiſſet: hoc autem oppoſito, irritam euaſiſſe: aut ſi fuit abſoluta, intelliger… dam eſſe, non de liberatione in totum; ſed aliqua ex parte: ſic enim Saul aliquando Philiſtha… os profligauit, vt c. 14. & 19. Et tunc dubitandum non eſt, etiam tributa à Philiſthinis im… poſita magna ex parte releuaſſe. Nec improbabile, quod addit Abul. Saulem à ſuo populo o… mnia omnino Philiſthinorum tributa excuſſiſſe; quamuis poſtea Saule mortuo, aliqua à Phili… ſthinis imponerentur, à quibus tandem David populum liberauit.

Samuel reſpondet ad non interrogata.

VIII. *Cur Samuel antequam de aſinis rogaretur, reſpondit?* ℞ Vel vt Saulem ſtatim a… hac ſolicitudine eriperet, & ad alia majoris momenti negotia præpararet, vt docet Abul. ve… etiam, vt ſe verum prophetam oſtenderet, qui non ſolùm ad interrogata reſponderet, ſed eti… am interroganda prænoſceret, & cordis ſecreta exploraret. Sicut & Propheta Ahias, ante… quam ab uxore Jeroboam conſuleretur, quid illa conſultum venerit, explicauit. 3. Reg. 14. v… Regina certa de vna prædictione, de alijs non dubitaret. Sic & Nabuchodonoſor priùs poſtu… vit à Daniele ſomnium, quàm interpretationem illius. Daniel verò non ſomnium ſolùm, ſe… etiam Regis cogitationes, quæ ſomnium præceſſerunt, palàm detexit.

Præſcientia DEI.

IX. *Cur DEus Saulem ad regnum elegit, quem rurſus tamquam malum à regno excluſit?* ℞. Eadem eſt quæſtio de malis Angelis, de primo homine, de Juda proditore, ac ſimilibus, quos DEus ad gratiam elegit, præſciens illos peccaturos & à gratia excludendos. Hæc difficultas multorum Hæreticorum torſit ingenia, qui neſcientes Diuinam præſcientiam, cum humana libertate componere, alteram ex illis negare cogebantur. De quibus S. Hieron. l. 3. aduerſùs Pelagianos [Quærit, inquit, hoc Marcion, & omnes hæreticorum canes, qui vetus laniant Teſtamentum, & hujuſcemodi Syllogiſmum texere conſueuerunt. Aut ſciuit DEus hominem in paradiſo poſitum præuaricaturum eſſe mandatum illius: aut neſciuit? Si ſciuit, non eſt in culpa is, qui præſcientiam Dei vitare non potuit: ſed ille, qui talem condidit, vt Dei non poſſet ſcientiam deuitare. Si neſciuit, cui præſcientiam tollis, aufers & Diuinitatem] Et ſimiliter in Saule & Juda argumentantur. Sed facile reſpondent Theologi, illam præſcientiam non inferre neceſſitatem: quia non eſt antecedens, ſed conſequens: neq; quia illa eſt, res futuras

eſſe, ſed

, ſed potiùs illam eſſe, quià res futuræ ſunt. Unde eleganter D. Leo ſerm. 16. de Paſſione: n inquit, impias furentium manus immiſit in ſe Dominus, ſed admiſit: nec præſciendo, d futurum eſſet, cògit, vt fieret; cùm tamen ad hoc carnem ſuſcepiſſet, vt fieret. Deniq; r crucifixum & crucifigentes, tam diſpares cauſæ ſunt, vt quod à Chriſto ſuſceptum eſt, poſſit reſolvi: quod ab illis commiſſum, poſſit aboleri] De hac re conſule Scholaſticos.

CAPUT X.

Ungitur Saul in regem à Samuele: prophetat inter prophetas, ſorte de- ratur Rex: pleriſq; adgratulantibus; reliquis obloquentibus.

QUæſtio I. *An Reges veteris Teſtamenti uncti fuerunt oleo communi, vel ſacro?* ℞ det Abul. vtroq; oleo Reges potuiſſe, ac ſolitos eſſe perungi. Sic dicit, cùm David unctus eſt in Regem, non potuiſſe oleum ſacrum adhiberi, quia illud tunc erat in Gabaon, quo translatum fuerat Tabernaculum; Gabaon autem tunc tenebatur ab Isboſeth fi- Saulis. Deinde quia Elias profectus eſt in Damaſcum, vt vngeret Azeæ Regem Syriæ .eg. 19. & Gehu Regem Iſrael: ſed tunc quia procul aberat à Tabernaculo, non potuit ole- ſacrum ſecum afferre; quia tunc non eſt profectus ex eo loco, ubi tunc erat Tabernaculum, ex Oreb, aut Sinai, ubi ſacri olei copia non erat. Quòd verò ad Regum unctionem ali- ındo ſacrum oleum adhibitum fuerit, probat apertè Salomonis unctio, de quo 3 Reg. 1. *ıpſitq; Sadoc Sacerdos cornu olei de Tabernaculo, & unxit Salomonem.* Quòd David ſacro o vnctus ſit, ipſe dicit pſ. 88. v. 21. *Inveni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum.* dem oleo vnctus eſt Saul. Idem enim Samuel vtrumq; vnxit, ex imperio Domini, neq; jor eſt ratio, cur vnus ſacro, alter profano oleo vnctus ſit, cùm vterq; tunc eſſet juſtus, vterq; futurus Rex in Iſrael. Et quidem vt vngeret Saulem, multò faciliùs potuit ſumere tabernaculo oleum ſacrum, cùm ſummam in Iſraele, & in Tabernaculo haberet poteſtatem, ım cùm Saulis loco poſtea vngere voluit David in Regem. Tunc enim timebat Saulem, : audebat proficiſci in Bethlehem, vt dicit c. 16. v. 2. *quomodo vadam? audiet enim Saul, interficiet me.* Sanctius diſtinctionem facit, dicitq; Reges Iſraelis, ante ſeparationem decem ouum, & poſt ſeparationem Reges Juda oleo ſacro inunctos eſſe. De Regibus autem ıel poſt hanc ſeparationem dicit, non tam oleo ſacro, quàm communi fuiſſe delibutos.

Reges veteris legis oleo ſacro & profano vncti ſunt.

II. *Quæ fuerunt ceremoniæ in conſtituendo & inaugurando Rege?* ℞. infundebatur o- m ſuper Regis caput. Offerebantur victimæ, ſic in publica Saulis inauguratione immola- ſunt hîc c. 11. & 2. Reg. 15. v. 12. immolatæ ſunt victimæ, cùm Abſolon eſt Rex procla- ıtus. Sic etiam 3. Reg. 1. v. 9, cùm Adonias voluit Rex proclamari, anteceſſerunt holocau- . Deinde in manum Regis tradebatur lex, cujus Rex deberet eſſe cuſtos & vindex; quod ùm video ex omnibus ceremonijs à lege præſcriptum. Deut. 17. v. 18. Ad extremum acce- ɔat gratulatio populi & feſtiua acclamatio, his vel ſimilibus verbis: *vivat Rex.* Hæc omnia è ſeruata ſunt in Rege Joas l. 4. Reg. 11. v. 12. *Produxitq;* (Jojadas Sacerdos) *filium Regis, poſuit ſuper eum diadema, & teſtimonium* (id eſt legem ſeu Deuteronomium) *feceruntq; e- ı Regem, & vnxerunt, & plaudentes manu dixerunt; viuat Rex.*

Inauguratio Regis.

III. *Cur Samuel oſculatus eſt Saulem?* ℞. fuiſſe ſolùm ſignum beneuolentiæ, quod ſolet nſociare animos, conjungere ſtudia, & inter duo etiam corpora, quo ad ejus fieri poſſit, llam eſſe diſtantiam. Quod maximè eo tempore videbatur eſſe neceſſarium, cùm Rex tunc ıperitus, & novus à Samuelis conſilio datam ſibi deberet gubernare rempublicam.

Oſculum à Samuele datum Sauli.

IV. *Quinam v. 5. dicuntur Prophetæ?* ℞. Qui diuinis laudibus celebrandis vacabant. Pa- t ex 1. Paralip. 15. vbi *Chonenias* dicitur præfuiſſe prophetiæ *ad præcinendam melodiam,* & ɔcatur *princeps prophetiæ,* id eſt, melodiæ, *inter cantores,* & c. 25. dicitur Rex David & ma- ſtratus politicus varios conſtituiſſe, *qui prophetarent* ſeu canerent in citharis, *& pſalterijs & mbalis.* Ex quibus vel ſolis inſtrumentis patet hîc agi non de prænunciatoribus futurorum ıt abſentium, ſed de cantoribus muſicis & pſaltis. Quia tamen in ejuſmodi prophetantium u diuina pſallentium collegijs, erant etiam plerumq; aliqui, qui diuino ſpiritu afflati futura ædicebant, abſentia & occulta reuelabant, aliaq; ſtupenda patrabant, hinc S. Aug. Theodor. S. Thom. 2. 2. q. 172. putant hîc agi de talibus propriè dictis prophetis. Sed alterum eſt eriſimilius. Unde & Saul cum his prophetauit, id eſt Dei laudes extatico rythmo, & ſpiritu ıſolito cantauit.

Muſici prophetæ.

V. *Quomodo DEus immutauit Sauli cor aliud* v. 9.? ℞. mutauit illi, quos antè habuerat, bjectos fortaſſe, & ignobiles ſpiritus, quales eſſe ſolent plerumq; in illis, qui ruri degunt, vi- ımq; agunt incultam & agreſtem; & inſpirauit Regios, ita vt majora conciperet, quàm an- ea ſolitus; priores abjiceret cogitationes, neq; periculis oblatis deſponderet animum, aut men- em haberet, ſicuti antea fortaſſe, pinguem & obſcuram. De alia mentis mutatione, cùm à piritu repente mutatus eſt & abreptus, & inter pſaltes cecinit, dictum q. præced. Illa enim

Cor Sauli immutatum.

cificum, curabat sibi Numen propitiare. Dicitur autem *sacrificium populi:* & quia singuli h
as sacrificandas offerebant; & quia ex sacrificatis suas singuli partes reportabant Unde hoc
crificij genus in offerentium vtilitatem cedebat; & propterea ab Hebræis, suam semper v
tatem spectantibus, frequentiùs & festiùs celebrabatur.

Excelsa quæ.

IV. *Quæ sunt Excelsa?* ℟ Triplex fuit genus Excelsorum. Quædam erant idolis conse
ta. Nam Ethnici in excelsis montibus Dijs suis sacrificabant, Rationem dat Procopius: C
filium, inquit, *eorum erat idololatriæ humilitatem, locorum sublimitate sublevare.* Quasi illa
jecta sacrificia non honorem loco conferrent, sed à loco mutuarentur. Ethnicos imitati sunt
probi Reges, è quibus Jeroboam fecit fana in Excelsis 3. Reg. 12. v. 31. Alia Excelsa erant,
quibus vero DEo sacrificabant, sed contra legis præscriptum. Nam lex sacrificia alibi, qu
in tabernaculo fieri prohibebat. Deut. 12. v. 4. Unde reprehenduntur illi Reges, qui Excelsa
abstulerunt, vt Asa, Josaphat, Azarias, Ozias & alij. Contra verò commendantur illi, qui
solùm Excelsa, in quibus sacrificabatur idolis: sed etiam Excelsa, in quibus verus DEus, c
tra legis tamen præscriptum, colebatur, penitus abstulerunt. Quales fuerunt Ezechias, & Jos
Tertium genus Excelsorum erat illud, in quo, si non ex lege, certè ex privilegio sacrificabat
qualis fuit Carmelus, vbi Helias sacrificavit, & hic locus in Ramatha, vbi Samuel altare e
xerat, quamdiu Arca proprium locum non habebat.

Auriculam revelare.

V. *Quid significat in scriptura reuelare auriculam?* ℟. idem quod alicui aliquid reue
re. Unde Jonathas ad Dauidem: *Si* inquit, *perseuaverit patris mei malitia adversùm te, re*
labo aurem tuam 1. Reg. 20. v. 13. Dauid ad DEum, *Tu*, inquit, *Domine exercituum, DEu*
Israel, reuelasti aurem serui tui, 2. Reg. 7. v. 27. Sumitur autem antecedens pro consequen
id est, dispositio aurium, vt cum fructu & intelligentia audiant, pro ipsa doctrina, quæ disp
sitis seu reuelatis auribus instillatur.

Clamor populi commouet DEum.

VI. *Quomodo verba* v. 16, QUIA RESPEXIT POPULUM MEUM, VENIT ENIM CL
MOR EORUM AD ME, *convenire possunt cum his quæ c. 8. v. 18. dixit DEus, ubi negat a*
diendas esse populi voces, cùm in afflictione clamaverint? ℟ DEus non omnino negat futuru
se facilem, & exorabilem populi clamoribus, cùm aliquid acciderit adversum & durum;
cùm aliquid patietur à Regibus, quos ipse sibi præponi voluit, & quorum leges ante prædix
rat. Nunc autem non oritur dolendi causa à Regum inclementia, sed ab hostium, qui tu
aut vexabant Hebræorum fines, aut venturi propediem timebantur, injurijs, Qualis fuit Na
Rex Ammonitarum, aut Palæstini, qui sub hæc extrema Samuelis tempora, aut ingressi fu
rant, sicut antea sæpe, in terram Hebræorum, & grauibus illam detrimentis affecerant.

Promissio conditionata.

VII. *Quomodo dicitur Saul v 16. saluaturus populum de manu Philisthinorum, cùm reu*
ra non liberauit: semper enim Israelitæ fuerunt tributarij Philisthinis vsq; ad tempus David
qui abstulit frænum tributi de manu eorum 2 Reg. 8. v. 1. Imò Saul Philisthinorum manib
tandem occubuit? ℟ ex Carthusiano, hanc promissionem fuisse conditionatam, si Saul pecc
ti obicem non opposuisset: hoc autem opposito, irritam euasisse: aut si fuit absoluta, intelliger
dam esse, non de liberatione in totum; sed aliqua ex parte: sic enim Saul aliquando Philistha
os profligauit, vt c. 14. & 19. Et tunc dubitandum non est, etiam tributa à Philisthinis im
posita magna ex parte releuasse. Nec improbabile, quod addit Abul. Saulem à suo populo o
mnia omnino Philisthinorum tributa excussisse; quamuis postea Saule mortuo, aliqua à Phili
sthinis imponerentur, à quibus tandem David populum liberauit.

Samuel respondet ad non interrogata.

VIII. *Cur Samuel antequam de asinis rogaretur, respondit?* ℟ Vel vt Saulem statim a
hac solicitudine eriperet, & ad alia majoris momenti negotia præpararet, vt docet Abul. ve
etiam, vt se verum prophetam ostenderet, qui non solùm ad interrogata responderet, sed eti
am interroganda prænosceret, & cordis secreta exploraret. Sicut & Propheta Ahias, ante
quam ab uxore Jeroboam consuleretur, quid illa consultum venerit, explicauit. 3. Reg. 14. v
Regina certa de vna prædictione, de alijs non dubitaret. Sic & Nabuchodonosor priùs postu
vit à Daniele somnium, quàm interpretationem illius. Daniel verò non somnium solùm, sed
etiam Regis cogitationes, quæ somnium præcesserunt, palàm detexit.

Præscientia DEI.

IX. *Cur DEus Saulem ad regnum elegit, quem rursus tamquam malum à regno exclusit*
℟. Eadem est quæstio de malis Angelis, de primo homine, de Juda proditore, ac similibus,
quos DEus ad gratiam elegit, præsciens illos peccaturos & à gratia excludendos. Hæc difficultas multorum Hæreticorum torsit ingenia, qui nescientes Diuinam præscientiam, cum humana libertate componere, alteram ex illis negare cogebantur. De quibus S. Hieron. l. 3. aduersùs Pelagianos [Quærit, inquit, hoc Marcion, & omnes hæreticorum canes, qui vetus laniant Testamentum, & hujuscemodi Syllogismum texere consueuerunt. Aut sciuit DEus hominem in paradiso positum præuaricaturum esse mandatum illius: aut nesciuit? Si sciuit, non est in culpa is, qui præscientiam Dei vitare non potuit: sed ille, qui talem condidit, vt Dei non posset scientiam deuitare, Si nesciuit, cui præscientiam tollis, aufers & Diuinitatem] Et similiter in Saule & Juda argumentantur. Sed facile respondent Theologi, illam præscientiam non inferre necessitatem: quia non est antecedens, sed consequens: neq; quia illa est, res futuras

esse, sed

, sed potiùs illam esse, quià res futuræ sunt. Unde eleganter D. Leo serm. 16. de Passione; ...n inquit, impias furentium manus immisit in se Dominus, sed admisit: nec præsciendo, ...d futurum esset, coëgit, vt fieret; cùm tamen ad hoc carnem suscepisset, vt fieret. Deniq; ...r crucifixum & crucifigentes, tam dispares causæ sunt, vt quod à Christo susceptum est, ... possit resolvi: quod ab illis commissum, possit aboleri] De hac re consule Scholasticos.

CAPUT X.

Ungitur Saul in regem à Samuele: prophetat inter prophetas, sorte de- ...ratur Rex: plerisq; adgratulantibus; reliquis obloquentibus.

QUæstio I. *An Reges veteris Testamenti uncti fuerunt oleo communi, vel sacro?* ℞. det Abul. vtroq; oleo Reges potuisse, ac solitos esse perungi. Sic dicit, cùm David unctus est in Regem, non potuisse oleum sacrum adhiberi, quia illud tunc erat in Gabaon, quo translatum fuerat Tabernaculum; Gabaon autem tunc tenebatur ab Isboseth fi- Saulis. Deinde quia Elias profectus est in Damascum, vt vngeret Azeæ Regem Syriæ ...eg. 19. & Gehu Regem Israel: sed tunc quia procul aberat à Tabernaculo, non potuit ole- ... sacrum secum afferre; quia tunc non est profectus ex eo loco, ubi tunc erat Tabernaculum, ... ex Oreb, aut Sinai, ubi sacri olei copia non erat. Quòd verò ad Regum unctionem ali- ...ando sacrum oleum adhibitum fuerit, probat apertè Salomonis unctio, de quo 3 Reg. 1. *...psitq; Sadoc Sacerdos cornu olei de Tabernaculo, & unxit Salomonem.* Quòd David sacro ...o vnctus sit, ipse dicit ps. 88. v. 21. *Inveni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum.* ...dem oleo vnctus est Saul. Idem enim Samuel vtrumq; vnxit, ex imperio Domini, neq; ...jor est ratio, cur vnus sacro, alter profano oleo vnctus sit, cùm vterq; tunc esset justus, ...vterq; futurus Rex in Israel. Et quidem vt vngeret Saulem, multò faciliùs potuit sumere ...tabernaculo oleum sacrum, cùm summam in Israele, & in Tabernaculo haberet potestatem, ...am cùm Saulis loco postea vngere voluit David in Regem. Tunc enim timebat Saulem, ... audebat proficisci in Bethlehem, vt dicit c. 16. v. 2. *quomodo vadam? audiet enim Saul, interficiet me.* Sanctius distinctionem facit, dicitq; Reges Israelis, ante separationem decem ...ruum, & post separationem Reges Juda oleo sacro inunctos esse. De Regibus autem ...el post hanc separationem dicit, non tam oleo sacro, quàm communi fuisse delibutos.

Reges veteris legis oleo sacro & profano uncti sunt.

II. *Quæ fuerunt ceremoniæ in constituendo & inaugurando Rege?* ℞. infundebatur o- ...um super Regis caput. Offerebantur victimæ, sic in publica Saulis inauguratione immola- ... sunt hic c. 11. & 2. Reg. 15. v. 12. immolatæ sunt victimæ, cùm Absolon est Rex procla- ...tus. Sic etiam 3. Reg. 1. v. 9. cùm Adonias voluit Rex proclamari, antecesserunt holocau- ... Deinde in manum Regis tradebatur lex, cujus Rex deberet esse custos & vindex; quod ...ùm video ex omnibus ceremonijs à lege præscriptum. Deut. 17. v. 18. Ad extremum acce- ...bat gratulatio populi & festiua acclamatio, his vel similibus verbis: *viuat Rex.* Hæc omnia ...è seruata sunt in Rege Joas l. 4. Reg. 11. v. 12. *Produxitq;* (Jojadas Sacerdos) *filium Regis, posuit super eum diadema, & testimonium* (id est legem seu Deuteronomium) *feceruntq; e- ... Regem, & vnxerunt, & plaudentes manu dixerunt; viuat Rex.*

Inauguratio Regis.

III. *Cur Samuel osculatus est Saulem?* ℞. fuisse solùm signum beneuolentiæ, quod solet ...nsociare animos, conjungere studia, & inter duo etiam corpora, quo ad ejus fieri possit, ...llam esse distantiam. Quod maximè eo tempore videbatur esse necessarium, cùm Rex tunc ...peritus, & novus à Samuelis consilio datam sibi deberet gubernare rempublicam.

Osculum à Samuele datum Sauli.

IV. *Quinam v. 5. dicuntur Prophetæ?* ℞. Qui diuinis laudibus celebrandis vacabant. Pa- ...t ex 1. Paralip. 15. vbi *Chonenias* dicitur præfuisse prophetiæ *ad præcinendam melodiam,* & ...ocatur *princeps prophetiæ,* id est, melodiæ, *inter cantores,* & c. 25. dicitur Rex David & ma- ...stratus politicus varios constituisse, *qui prophetarent* seu canerent in citharis, *& psalterijs & ...mbalis.* Ex quibus vel solis instrumentis patet hic agi non de prænunciatoribus futurorum ...t absentium, sed de cantoribus musicis & psaltis. Quia tamen in ejusmodi prophetantium ...u diuina psallentium collegijs, erant etiam plerumq; aliqui, qui diuino spiritu afflati futura ...rædicebant, absentia & occulta reuelabant, aliaq; stupenda patrabant, hinc S. Aug. Theodor. ... S. Thom. 2. 2. q. 172. putant hic agi de talibus propriè dictis prophetis. Sed alterum est ...erisimilius. Unde & Saul cum his prophetauit, id est Dei laudes extatico rythmo, & spiritu ...nsolito cantauit.

Musici prophetæ.

V. *Quomodo DEus immutauit Sauli cor aliud v. 9.?* ℞. mutauit illi, quos antè habuerat, ...bjectos fortasse, & ignobiles spiritus, quales esse solent plerumq; in illis, qui ruri degunt, vi- ...amq; agunt incultam & agrestem; & inspirauit Regios, ita vt majora conciperet, quàm an- ...ea solitus; priores abjiceret cogitationes, neq; periculis oblatis desponderet animum, aut men- ...em haberet, sicuti antea fortasse, pinguem & obscuram. De alia mentis mutatione, cùm à ...piritu repente mutatus est & abreptus, & inter psaltes cecinit, dictum q. praeced. Illa enim

Cor Sauli immutatū.

longè dissimilis fuit mutatio, quæ illum egregium fecit psaltem; hæc verò alio spiritu, n am indidit mentem, & regno reddidit non ineptum.

Cur Saul jam creatq Rex sortito eligitur. VI. *Si Saul electus erat, & creatus rex, cur voluit DEus, vt iterum per sortes eligeretur crearetur?* ℞. Ut Hebræi sibi persuaderent, illam electionem non humano arbitrio sed div factam esse. Ita Theodor. q. 25. [Ne divinis quidem, inquit, credebant prophetis, qui improl agebant vitam. Ne ergo conjicerent homines, esse humanæ gratiæ electionem, jussit mitti tes.] Itaq; ne optimo viro Samueli vlla infamia adscriberetur, pravæ alicujus affectionis in quem ex illo populo: aut etiam ne Saul falsò putaretur in honorem regium per fraudem i psisse, vel per violentiam involasse; non immeritò voluit DEus, vt tota illa contentio sorti definiretur. Deinde voluit DEus omnes rixarum contentiones de medio tollere. Nam, si muel sola voce Regem indicaret, fortè ambitiosi homines minimè acquiescerent, sua quer spe, & ambitione ad imperium stimulante, dum autem sorte rem definiebat, omnes tamqu oraculo obtemperabant. Ideo, cum DEus præciperet, vt terra promissionis inter tribus, ju earum magnitudinem divideretur, dicens: *Pluribus majorem partem dabis, paucioribus mi rem* Num. 26. v. 54. tamen statim jussit, vt per sortes fieret ea divisio. *Ita duntaxat*, inquit, *sors terram tribubus dividat, ac familias, ibid.* v. 55. Theodor. inquit q. 47. in Num. *Ut lit* inquit, *& controversiam omnem tolleret, tamquam DEo per sortem terram dividente.*

CAPUT XI.

Saul populum adversùs Ammonitas convocat: vincit Regem eor Naas, liberat Jabes Galaad, & iteratò Rex inauguratur.

Naas quis? QUæstio I. *Quis fuit Naas?* ℞. Lot filiarum industriâ inebriatus duos filios per incest ex illis genuit, quorum vnus Moab, Pater Moabitarum; alter Ammon Pater Amm nitharum dicebatur Gen. 19. v. 35. In cujus peccati detestationem Moabitæ & Amm nitæ excommunicati sunt à DEo, & ab ingressu Ecclesiæ interdicti. Deut. 23. v. 3. ibi Theodor. testatur: quamvis aliæ duæ causæ in litera adhibeantur: vna, quia debitam be ficentiam Israelitis denegarunt: altera, quia Balaamum ad injustam maledicentiam contra I bræos impulerunt. Igitur Ammonitæ habitabant in Arabia, quorum Metropolis erat Rabba, Rabbath Deut. 3. v. 11. quæ postea dicta est Philadelphia, vt S. Hieron. in locis Hebraicis tel tur. Horum itaq; Rex, nomine Naas dicitur hic contra Galaaditas ascendisse.

Naas Galaaditis dexteros oculos eruit. II. *Cur Naas voluit Galaaditis dexteros oculos eruere?* ℞. Josephus l. 6. Antiq. c. 5 omnes ad bellum redderet inutiles; ad colendos verò agros, ad pecora pascenda, & alia lia ministeria relinqueret. Nam ad hæc sufficit oculus sinister: in bello autem prorsus nec sarius est dexter, cùm, scuto dum pugnant, sinistrum milites tegant, nec nisi dextro hostem dere, declinare aut ferire possent. Non ergo probri solius illorum sed & sui commodi ca sâ volebat Naas Judæos dextro oculo privare.

Jabitæ decreuerunt se tradere Ammonitis III. *Rectène Jabitæ se tradere decreverunt in potestatem Ammonitarum, si intra 7. d necessarium auxilium non invenissent?* ℞deo, affirmat Mendoza, si litera spectetur, negat vel si mysterium attendatur. Primum probat. quia sic meliori modo, quo poterant, vitæ suæ con lebant; præsertim, cùm neq; ab hominibus, propter rei difficultatem; neq; à DEo propter suam in quitatem, possent optimo jure quidquam auxilij sperare. Si dicas: Nefas esse de divina pr tectione diffidere, maleq; egisse populum Bethuliæ, cùm de divino auxilio desperans, trad se voluit Holoferni, Judith 7. v. 15. Imò & Principem Bethuliæ Oziam non bene egisse, cù promisit vrbis traditionem, si intra quinq; dies diuinum auxilium non adfuisset, ibid. v. sicut exprobrat Judith c. 8. à v. 10. ℞det Mendoza & disparitatem dat: quia traditio B thuliæ cedebat in contemptum diuinum. Nam Holofernes suum Regem Nabuchodonosor DEo Israelis præferebat dicens: *non est DEus sicut Nabuchodonosor* Judith 6. v. 2. Deoq; Isr elis inuito Bethuliam à se diruendam minabatur dicens ad Achior: *Omnis Israel tecum per tione disperiet, & probabitur, quoniam Nabuchodonosor Dominus sit vniuersæ terræ.* ibid v. Unde si Bethuliæ ciues vrbem traderent, de diuino præsidio, & imperio diffidere, & ad di num contemptum pro sua parte concurrere viderentur. Quod in traditione Jabitarum, n contingebat. Neq; enim Naas Deo Israelis se exæquabat, suámve potestatem potestati illius pr ferebat. Vnde sine vlla diuini numinis nota poterant cedere, & se tradere Jabitæ: quia non d uinam potestatem, sed suam propriam imparem esse Ammonitarum viribus judicabant. Secu dum verò sic ostendit: quia Jabitæ Ammonitis se tradentes repræsentant eos, qui dæmonu viribus aut fraudibus assentiuntur de diuina protectione desperantes, quam sine dubio affut ram sperare debuissent. Eos autem malè agere quis ignorat? cùm diabolo ne minima quide in re acquiescendum sit, sicut S. Paulus hortatur dicens: *nolite locum dare diabolo*, Eph. 4. v. 2

Naas Jabitis concedit facultatem IV. *Cur Naas Jabitis facultatem comparandi auxilia concedit?* ℞. vel quia stultus era stultitia enim militaris est, cùm possis hostem repentè opprimere, desidiosè cunctari. Und Achitophel rei bellicæ peritissimus, ad opprimendum Dauidem, antequam ipse vires redint grare

:aret, festinabat. 2. Reg. 18 At verò Absalon rei bellicæ ignarus, moras interponebat, quibus ictoriam amisit, quam, si properaret, facilè consequeretur. Vel quia Naas erat superbus, & lamcunq; Jabitarum multitudinem contemnebat: vndè quidquid præsidij comparare Jabitæ otuissent, præ suis viribus nihil æstimabat.

comparandi auxilia.

V. *Cur Saul designatus & vnctus Rex ad boves & aratrum redijt?* ℟. quia nullum eo men- negotium inciderat, quod regiam sedulitatem requireret, neq;, cùm primus Rex esset in Israel, ec Regiæ auctoritatis exemplar habuisset inter suos, putabat indecorum ad opus redire, quod iuatus honestè priùs exercuerat. Quod etiam fecit David, qui vnctus à Samuele & vocatus l regnum, vitam nihilominus pastoritiam exercuit. Sanè Judices Israel, quorum Sauli pro- onebatur exemplar, non abhorrebant à rusticis ministerijs. Sangar, vt est Jud 3, v. 31. Phi- isthinorum multos occidisse dicitur vomere, eo nimirum instrumento, quod habuit familia- :. Præterea Saul propter obmurmurantes non paucos, fortè regij sceptri æmulos, voluit re sa ostendere, sese, quantumuis electum ac designatum regem, magis delectari rusticanâ vi- , quàm regiâ, neq; nisi necessitate coactum ab aratro ad sceptrum prosiliturum. In quo sanè eroicus, & verè regius eluxit animus, quòd fortunæ adeo blandienti non succubuerit, sed for- constantiq; robore dominari perrexerit.

Saul Rex redit ad boues.

VI. *Quis spiritus insiluit in Saul* v. 6.? ℟. Spiritus in scripturis ferè accipitur pro affecti- ne animi siue in bonum, siue in malum. Hinc sæpe audimus, spiritum ardoris, iræ, furoris, ornicationis, zelotypiæ, obstinationis &c. Hoc verò loco sumitur pro dono Spiritus Sancti, uta virtute fortitudinis, & zeli pro patria. Quo impulsus vtrumq; bouem, quo arârat, conci- it in frusta, ad exemplum Leuitæ, qui cadauer vxoris à Gabaonitis oppressæ in 12 partes dis- cuerat Jud. 19. & simili penè consilio ac successu omnes tribus Israel adversùs insolentem & arbarum hostem breuissimo tempore ad arma coegit.

Spiritꝰ insiluit in Saul.

VII. *An peccauerit Saul suos milites recensendo, quemadmodum peccauit David recensen- o suos?* 2. Reg. 24? ℟. Negat Hugo Card. *quia numerauit*, inquit, *non ex supercilio elationis, t David; sed, vt certus esset de numero pugnatorum.* Quod vt faciliùs intelligas, adverte, qui opulum recensebat, dupliciter peccare potuisse. *1mò* contra legem naturalem, superbiendo de nultitudine subditorum. *2dò* contra legem positiuam, quæ erat duplex: vna quæ jubebat, vt in ngula capita recensita dimidium sicli solueretur Exod. 30. v. 13. Altera, quæ imperabat, vt à igesimo tantùm anno & supra recenserentur Num. 1. v. 3. Igitur Saul contra legem naturalem on peccauit, quia non superbiâ tumidus, sed necessitate coactus suos milites numerauit. Non eccauit etiam contra legem positiuam: nam illa prior assignata obligabat populum recensi- m ad soluendum pretium, non autem principem recensentem. Loquebatur item de numera- ione totius populi, quæ in pace fiebat, non autem de numeratione militum ad bellum: at ve- ò illa posterior non fuit lex vniuersalis pro omni tempore; sed præceptum quoddam ad il- am temporis circumstantiam limitatum. Et quamuis, vniuersalis esset, eam Saul non violavit, um non nisi à vigesimo anno, & supra, milites suos, vtpote bello idoneos, recensuit. Igitur ullum in hac militum numeratione peccatum incurrit.

Saul recensendo milites non peccauit.

VIII. *An promißio salutis Jabitis facta prophetico spiritu, an ex supernaturali aliqua in DE- m fiducia orta fuerit?* ℟. certum in primis est, non fuisse temerariam, vt patet, tum ex vir- ute promittentium, nempe Saulis & Samuelis, qui nihil temerè pollicerentur; tum ex successu ugnæ, qui fuit fortunatissimus, & proinde ab omni specie temeritatis alienus. Dico igitur im- rimis, ex prophetico spiritu processisse. Samuel enim & Saul diuinitus illustrati eam victori- m præuiderunt & prædixerunt. Credibilitas verò hujus sententiæ ex eo patet, quòd Samuel uerit celebratissimus propheta in Israel. Quid igitur mirum, si propheticam lucem hauserit, d præuidendam & prædicandam eam victoriam, ex qua totius populi incolumitas pendebat? Quod attinet Saulem, Josephus & Nauclerus dicunt, Saulem diuinitus inspiratum vtrumq; bo- vem occidisse, & populum ad bellum suscipiendum evocasse, quasi totius belli exitum diuini- tus illustratus præuideret. Dico præterea hanc promissionem à Saule & Samuele Jabitis fa- ctam etiam ex supernaturali eorum in DEum fiducia profectam esse. Nam vterq; tantam de diuina misericordia spem conceperant, vt eam periclitanti populo affuturam minimè dubitarent.

Salus Jabitis promissa.

IX. *An Jabitæ in illis verbis* v. 9. MANE EXIBIMUS AD VOS: ET FACIETIS NOBIS OMNE, QUOD PLACUERIT VOBIS, *ironiâ an mendacio vsi sunt?* ℟ Abulensis putat eos & ironiâ ad illudendum, & mendacio ad decipiendum vsos esse, sed Mendoza non assentitur: nam qui ironicè loquitur, non mentitur; imò nemo potest simul & ironicus & mendax esse; quia hic id, quod mente habet, prorsus occultat; ille autem, si non verbis, saltem vocis sono, & oris gestu manifestat, vt S. Aug. l. 2. quæstionum ad Simplicianum q: 5. obseruat. Sicut autem fieri non potest, vt quis id, quod in mente habet, simpliciter occultet, & simpliciter manifestet: ita fieri non potest, vt simul ironiâ & mendacio vtatur. Unde in his verbis Jabitarum, aut ironia aut mendacium, non verò vtrumq; pariter existit. Igitur Lyr. & Hugo Card. existi- mant Jabitas ironiâ vsos esse, quasi verbis significarent se humiles exituros ad parendum, & subeundum, quidquid pœnarum sibi ab hostibus imponeretur: ipsa autem verborum pronunti- atione nihil minùs se facturos testarentur.

Ironia & mendaciũ simul esse nequeunt.

CAPUT XII.

Samuel coram vniverso populo suam probat innocentiam vitaq; int gritatem: sed populum arguit ingratitudinis erga DEum: & cœlesti pr digio dicta sua confirmat: hortaturq; omnes, vt Deo constantes adhærean

Samuel Hebræos de peccato Regis petendi arguit.

QUæstio I. *Cur Samuel modò præcipuè Hebræos de peccato Regis petendi acriter repr hendit?* ℞ cum Abul. quia si illos antea reprehendisset, facilè Saulem repudiasse tum, quia nondum illum semel atq; iterum in Regem confirmarant: tum quia illu nondum noverant aptum esse ad regnum; imò potiùs rudem, & imperitum regnan & bellandi existimabant: nunc autem postquam illum bis in Regem susceperunt, & exper mento comprobarunt, illum & regno, & bello gerendo esse aptissimum, licet à Samuele a guerentur, tamen à Rege admittendo non desisterent, neq; ab obseruando resilirent. Ideo e modò potiùs, quàm antea reprehendit. Quamvis enim DEus noluerit, vt à populo peteret Rex: tamen voluit, vt semel petitus admitteretur. Unde colliges Samuelis probitatem: non, cù facile posset populo suadere, vt Saulem à regno excluderent, seq; in regimine conseruaren si illum paulò anteà arguisset: tamen propriæ auctoritati, & voluntatem DEi, & vtilitate Saulis anteposuit; & ita cum populo egit, vt populus suum peccatum in petendo Rege agn sceret, neq; tamen in repudiando geminaret.

Filij mei vobiscum sunt.

II. *Quò tendunt verba Samuelis* v. 2. PORRO FILII MEI VOBISCUM SUNT? ℞. du pliciter possunt hæc verba explicari. *imò* Samuelem ostendere voluisse facilitatem judicij, a quod prouocabat, non solùm ex præsentia judicis, & ex euidentia vitæ suæ, sed etiam ex n titia, quam omnes habebant filiorum ejus. q. d. *filij mei vobiscum sunt.* Optimè illos nostis; ab illis in meam vitam facilè inquiretis, an ego illorum malitiam fouerim, aut juuerim, a aliquo patrocinio ad injustitiam exercendam incitarim, Quare, cùm hæc inquisitio facilis s omnes, quæso, ad hoc judicium concurramus. Ita Hugo Card. *2dò* Samuel de sua innocenti acturus, occurrere voluit, tacitæ objectioni eorum, qui sibi filiorum malitiam imputarent. *Po rò*, inquit, *filij mei vobiscum sunt.* q. d. Fateor meos filios iniquos esse: sed quid ad me? na ipsi jam non sunt sub mea potestate, sed vobiscum sunt: vnde jam ad meam curam non sp ctant. Et, quamuis spectarent, vobis tribuenda esset incorrecta eorum malitia, qui nunqua ad me illorum scelera retulistis; non autem mihi, qui, ubi illa resciui, statim eos præfectur abdicaui: ita vt non jam supra vos sint, sed vobiscum; non superiores, sed æquales; non ju dicaturi, sed judicandi, qualecunq; ab eis supplicium exigatur. Hanc Samuelis integritate laudat S. Greg. *In sanctis viris*, inquit, *magna vis spiritualis amoris est, qua filijs, ad culme nascentibus, jus auferunt successionis.*

Christi nomen.

III. *Quid Christi, id est, vncti nomine, intelligit Samuel* v 3.? ℞. Intelligit Saulem recen ter vnctum in Regem Israel. Sic enim Reges frequenter Christi dicebantur, vnde Tertullian l. 3. Carm. contra Marc. c. 5. loqvutus de Samuele, qui Saulem & Dauidem vnxit in Reges mirificus, inquit, Samuel, cui Reges vngere primùm præceptum, dare chrisma, viros ostender Christos. Christos dicit, id est, Reges.

Miraculum tripliciter fit.

IV. *An àëris tempestas à Samuele excitata fuerit verum miraculum?* ℞. miraculum e res insolita, naturæ potentiam excedens vt Salmeron tom. 7. tr. 1 fatiùs ostendit. Tripliciter autem potest naturalem potentiam excedere, vt S. Thom. 1. p. q. 105. art. 8. docet. *imò* quo ad substantiam facti: vt penetratio corporum, aut retroactio solis, quæ nullis naturæ viribus conceduntur. *2dò* quo ad materiam subjectam, in qua re fit: vt resuscitatio mortui, illuminatio cœci: licet enim natura possit vitam & visum causare, non tamen in mortuo & in cœco, *3tio.* quo ad modum & ordinem agendi, vt subita ægroti sanatio, & repentina àëris tempestas; licet enim hæc naturaliter contingant, non tamen subitò, sed debitis dispositionibus paulatim præcurrentibus. Igitur hæc àëris tempestas, quam Samuel excitauit, non est de primo neq; de secundo ordine miraculorum, vt per se patet. Reponenda ergo est hæc procella tertio miraculorum loco, vt communiter sentiunt Interpretes. Consistit autem miraculum in eo *imò* quòd fiat pluuia tempore messis, quando nulla pluuiæ causa in Palæstina suppetebat, quod ipse Samuel significauit dicens: *numquid non messis tritici est hodie.* *2dò* in eo, quòd repentè, cùm sudum esset, ad solas preces Samuelis cœlum tonuerit, & pluerit, quin paulatim excitarentur vapores, & cogerentur in nubes, & soluerentur in imbres, sed omnia subitò efficerentur.

Idola sunt nihil.

V. *Quid intelligit Samuel per verba illa* v. 21. NOLITE DECLINARE POST VANA? ℞. idola, quæ verè vana imò nihil sunt teste Apostolo 1. Cor. 8. *Scimus quia nihil est idolum in mundo.* Licet enim sit aliquid secundùm materiam, tamen nihil est formaliter, seu in repræsentando; nam quod repræsentat nihil est, quia falsum est; ac proinde nec verè, nec verum repræsentat: & consequenter vanum & nihil est. Hinc S. Scriptura & SS. PP. numquam tribuunt nomen idoli ulli veræ imagini, sed solis statuis falsorum deorum: imò Synodus septima dicit anathema ijs, qui imagines Christi & Sanctorum vocant idola, vti illas, passim vocant hæretici.

CA-

CAPUT XIII.

*Victi à Saule Philisthæi maximas copias aduersùs eum educunt: qui-
ıs territi Hebræi ſeſe in antris occultant. Saul, quia non exſpectato Sa-
ıuele holocauſtum obtulit, reprobatur à Deo.*

Saul filius unius anni.

QUæſtio I. *Quomodo Saul dicitur filius unius anni, cùm regnare cœpiſſet?* v. 1. ℟. Sicut parvulus infans vnius anni, innocens & ſine culpa fuit Saul, cùm ad ſolium regni eueheretur: & in eadem innocentia, regnauit duobus annis ſuper Iſrael. Ita Abul. Cajet. Lyran. & alij. Sed ſimplicior, & Hebraico textui conformior videtur ıorum expoſitio, qui dicunt his verbis nihil aliud deſignari, quàm Saulem, cùm hoc primum ouit bellum Philiſthæis, egiſſe adhuc primum regni ſui annum: nam in Hebræo eſt, *filius an-* ı, ſcilicet unius, ſeu primi *erat Saul in regno ſuo, & altero regnauit in Iſrael.* q. d. Hic erat ior annus è duobus, quibus vniuerſim regnauit in Iſràële. Nam biennio ſolo regnaſſe, & lo biennio contingere commodè potuiſſe, quæcunq; toto primo libro Regum recenſentur, ıè & doctè demonſtrat Sanctius.

Saul duobꝰ annis regnauit ſuper Iſrael.

II. *Quomodo Saul dicitur duobus annis regnaſſe ſuper Iſràël, cùm S. Paulus Act. 13. v. 20.* ı *eo dicat: Et poſt hæc dedit Judices vſq; ad Samuel prophetam. Et exinde poſtulauerunt Regem,* ı *aedit illis Saul filium Cis virum de tribu Benjamin annis quadraginta?* ℟. Sanctius: 40 ınos, de quibus S. Paulus, impleri ex annis, quibus Samuel & Saul populo præfuerunt, quod ırba Pauli indicant non obſcurè, qui Samuelis præfecturam cum Saulis regno conjungit, & ım de tempore, quo præfuit Samuel, nihil definiat, videtur vtriuſq; imperij tempus ad 40 ınorum ſpatium contuliſſe. Nam quòd Saulis regno 40 anni tribuendi non ſint, ex eo fit ıs quàm probabile; quia cùm annis multis neceſſariò judicauerit Samuel, ſi omnes 40 annos ſcribas Sauli, plures anni erunt ab egreſſu filiorum Iſrael ad Templi fabricam, quàm nuerantur 3. Reg. 6. illi nempe, quibus judicauit Samuel. Item ſi David vnctus eſt in Regem ıundo anno Saulis; eo nempe, quo reprobatus eſt Saul, vt eſt communis & vera ſententia, eſt octo & 30 annis ante illius interitum, cùm David tritenarius regnum ſuſceperit mortuo ıule, vt liquet, 2. Regum c. 5. fit, illum multò antè creatum eſſe Regem, quàm natum. Item ıa Saul imperium videtur ſuſcepiſſe, non minor quadragenario, cùm filium habuerit ea ætaı vt præeſſe potuerit mille viris hìc v. 2. *Erant cum Saul duo millia in Machmas, & in mon-Bethel, mille autem cum Jonatha in Gabaa.* Obijt ergo octogenarius, ſi acceſſerunt regni tidem anni. Sed ſcriptura de Saule loquitur, vt de robuſto. Neq; tot annos habebat David, ıando ſeptuagenarius obijt, tamen jam inutilis erat bello, & indutus veſtibus non poterat caıeri.

Saul percuſſit ſtationem Philiſthinorum

III. *Quo pacto dicitur v. 5. Saul percuſſiſſe ſtationem Philiſthinorum, cùm ea percuſſio v. 3.* ı*nathæ tribuatur?* ℟det Carthuſianus: quod Jonathas egerat, Rex terræ Saul judicabatur ciſſe: ſicut victoria militum adſcribitur Principi. Similiter ait Abul. quia Jonathas erat conıutus ſub Rege, & fecit hoc auctoritate illius, dicebatur ipſe feciſſe. Adde, vt major eſſet vioriæ auctoritas, potiùs Sauli, quàm Jonathæ fuiſſe tribuendam, ne temerè, ac juveniliter parcrederetur.

Promiſſio conditionata.

IV. *Quo ſenſu dicit hìc Samuel, DEum Sauli, ſi juſſis ſuis paruiſſet, confirmaturum fuiſſe* ı*gnum in poſteris in æternum: cùm illud jam multis antè ſæculis promiſſum fuerit tribui Judæ?* ı. Solùm conditionatè id de Saule dicitur, abſolutè verò de tribu Juda. Et quia prævidit Eus Saulem à conditione deflexurum, potuit certò antè prædecernere ac prædicere, ſceırum ab eo tollendum, & in tribum Juda transferendum, & in ea hæſurum vſq; ad Meſſiam, ı DD. Scholaſtici.

Saulis peccatum.

V. *Quod fuit tantum Saulis peccatum? & quidem primum peccatum viri antea tam inno-* ı*ntis?* ℟ Inobedientia, quia, cùm juſſus eſſet à Samuele nihil adverſùs Philiſthæos vel ſacrifiındo, vel DEum conſulendo, vel pugnando tentare ante expletum diem ſeptimum, quo ſe ımuel certò affuturum addixerat, ieq; diuinam voluntatem ei manifeſtaturum; ipſe metu inılli præuertit aduentum Samuelis. Juſſerat Samuel hìc, c. 10. v. 8. Saulem 7. diebus exſpectaı, Saul autem ſeptimum diem non completè exſpectauit. Nam cùm exſpectare teneretur, toı illo diei tempore, in quo licebat ſacrificare (Samuel enim ad ſacrificandum venturus erat) ıcrificia autem licitè fieri poſſent uſq; ad occaſum ſolis, vt patet ex ritu ſacrificij veſpertini, Eod. 29. à v. 38. planè vſq; ad veſperum debuit expectare. Et tamen ille antè ſacrificauit: nam ıito ſacrificio, venit Samuel ad ſacrificandum, atq; adeo ante ſolis occaſum. Ergo totum ılum diem completè non exſpectauit.

Saulis peccatum grauiter punitum.

VI. *An hoc tam ingens crimen, vt ob hoc priuari regno debuerit? quo ſupplicio in huma-* ı*s vix vllum grauius habetur?* ℟. In mandatis Diuinis non tam ſpectari debet qualitas vel ıuantitas materiæ, quàm præcipientis majeſtas ac voluntas. Et verò cùm expediret, vt reges, ıuotquot futuri erant in poſterum, certò perſuaſum haberent, in adminiſtrando regno, ne vel

in re minimâ à Dei juſſis recedendum eſſe; voluit DEus primum in eo genere peccatum p mi Regis, ad omnium poſterorum exemplum tam graui ſupplicio mulctare. Sic primum p catum primorum parentum; primum primorum Sacerdotum, duorum filiornm Aaron pro no igne ſacrificantium; primum primorum Chriſtianorum Ananiæ & Saphiræ ſacrilegiu & voti violationem, tam ſeueris pœnis punire voluit, vt quotquot in eo ſtatu ſecuturi ſunt p ſteri, grauitate pœnæ à ſimili ſcelere deterreantur. Ita Tirinus ex Abul. & Cajet.

Holocauſtũ Saulis.

VII. *Quo pacto dicitur de Saule* v. 9. OBTULIT HOLOCAUSTUM: *an uſurpando officium Sacerdotale, an ſolùm per ſacerdotes offerendo?* ℟dent Abul. & Cajet. per ſacerdo offerendo, quia ex litera non conuincitur Saul Sacerdotis officium uſurpaſſe. Quod enim citur obtuliſſe holocauſtum, intelligitur, per Sacerdotes. Sic enim dicitur Elcana ſuprà c. v. 4. immolaſſe; & Salomon mille hoſtias in holocauſtum ſuper altare obtuliſſe 3. Reg. 3. i & ipſe Saul jubetur à Samuele offerre oblationem & immolare victimas pacificas ſuprà c. v. 8. quæ omnia intelliguntur facienda per Sacerdotes. Ergo ſimiliter hoc ſacrificium fact intelligetur. Deinde confirmatur ex accuſatione Samuelis, & excuſatione Saulis. Nam Sam el non accuſauit Saulem, quòd officium Sacerdotale vſurpauerit; ſed, quòd non cuſtodie mandatum Domini, illud, ſcilicet, quod à Samuele c. 10. acceperat: hoc autem mandatum lùm fuit de exſpectando Samuele: ergo hoc ſolùm violauit Saul. Item Saul non ſe excuſau quòd vſurpauit officium Sacerdotis, ſed, quòd non exſpectauit prophetam, vt apparet ex tione, quam proponit: *vidi*, inquit, *quòd populus dilaberetur à me, & tu non veneras jux placitos dies.* Erga reuera illud officium nullo modo uſurpauit: nam, ſi uſurpaſſet, hoc crim vtpote longè atrocius, multò efficaciùs diluere conaretur. Præterea dicit, ſe neceſſitate comp ſum obtuliſſe: hæc autem neceſſitas, vt eſſet aliqua ad offerendum, certè nulla erat ad offere dum per ſe: nam ibi plures aderant ſacerdotes; tum ad comitandum arcam fœderis, quæ ibi rat, vt ex c. ſeq. v. 18. patet, tum ad clangendum tubis, & exhortandos milites, quæ erant m nera ſacerdotalia, vt patet ex c. 10. Num. v. 18. & ex c. 20. Deut. v. 2. Per hos igitur Sac dotes potuit offerre Saul: ergo ille nulla ad offerendum per ſeipſum neceſſitate tenebatur.

Miſericordia Dei differt pœnas.

VIII. *Cur ſtatim Saul adhuc viuens regno non priuatur, ſed illud gerere permittitur?* Ratio optima datur ab ipſa miſericordia DEi. Solet enim DEus minas intendere; ſed non ſ tim pœnas infligere: vt homo, dato ad pœnitentiam intervallo, reſipiſcat. Patet in Sacerd Heli, ad quem vir Dei: *Ecce*, inquit, *veniunt dies & præcidam brachium tuum* hîc c. 2 v. 31. eſt, inſtat tempus, quo de tua familia ſummum ſacerdotium auferatur, & tamen ablatum n fuit, niſi poſt 80 annos, vt diuina miſericordia commendetur, differens pœnas, vt intermed ſpatio pœnitentia agatur. Patet etiam in diluuio, quod quidem DEus minatus eſt, ſed in lo gius tempus diſtulit. *Non permanebit*, inquit, *Spiritus meus in homine, quia caro eſt; erun dies illius centum viginti annorum* Gen. 6. v. 3. vbi S. Hieron. in quæſtionibus Hebraicis, *videretur*, inquit, *in eo eſſe crudelis, quòd peccantibus locum pœnitentiæ non dediſſet, adjec ſed erunt dies eorum centum viginti anni: hoc eſt, habebunt 120 annos ad agendam pœnitentia* Imò diluuium jam exequuturus, non repentinis imbribus, ſed quadrageſimalibus pluuijs mu dum obruit: *facta eſt pluuia ſuper terram 40 diebus & 40 noctibus* Gen. 7. v. 12. Ubi S. Chr ſoſt. hom. 25. Si voluiſſet, inquit, & imperaſſet; potuiſſet omnia in vno momento perdere d luuio: ſed pro ſua miſericordia tanta dierum productione vſus eſt &c. Non aliter hoc lo comminatoriam ſententiam fert DEus contra Saulem: illam tamen non exequitur, eo anim vt Saul ad frugem reducatur.

CAPUT XIV.

Jonathas cum ſolo armigero ſuo Philiſthinorum ſtationem aggredi tur, cædit, & diſpergit. Sed poſt victoriam melle (contra prohibitionem Patris, quam ignorabat) deguſtato, vix mortem euadit.

Signũ Jonathæ licitum.

QUæſtio I. *An ſignum à Jonatha conſtitutum v. 9. & 10. ad invadendum hoſtes, vel pugna abſtinendum licitum fuerit?* ℟. licitum fuiſſe. Ita communiter Interprete cum quibus Theodor. hîc inquit, ſigna non ſymbolicè poſtulat; ſed, vt fidelis, v lens noſſe Dei voluntatem; vt ſi ab ipſis eſſent vocati, in eos irruerent, tanquam De apertè opem ferente; hoc enim dicit: *Aſcendamus: quoniam tradidit eos Dominus in manib noſtris*, & iterum: Hæc verba ſunt animæ, quæ in Deo confidit &c. Non peccauit Jonath diuinatione aut tentatione DEi, quia imprimis de augurij aut ominis ratione eſt, quod no à Deo, ſed à dœmone tacitè vel expreſſè futurus euentus exſpectetur; at Jonathas nullo m do futurum euentum à Dœmone exſpectabat, ſed à Deo tantùm, vt patet ex verbis ab ipſo il prolatis: *non eſt Domino difficile ſaluare, vel in multis, vel in paucis.* A Deo igitur inſtrui ſp rabat, mediante illo ſigno. Deinde, nec Dei tentatione deliquit. Non enim humano ſpirit mouebatur, Dei voluntatem explorandi, ſed diuino inſtinctu & inſpiratione, præmiſſa oratio

ad DE

DEum, vt indicat Theodor. Fecit quod servus Abraham Eliezer Gen. 24, qui signum sibi as-
umpsit ad dignoscendum vxorem Isaac ex verbis ab ea proferendis, in quo nullum omen,
ut augurium superstitiosum interuenisse sentiunt communiter Interpretes, & Theologi, quia
videlicet Eliezer expressè DEum precatus est, vt virginem quam in sponsam Isaac destinabat,
præscriptis à se vocibus, vti inspiraret, ad diuinam ipsius voluntatem agnoscendam.

II. *Quid Philisthini illis suis verbis*, OSTENDEMUS VOBIS REM v. 12. *significare vo-* *Ironia Philisthinorum*
luerunt? ℞. Non seriò sed per ironiam Hebræos, ad aliquid ostendendum inuitarunt, hac e-
nim figurâ tunc vtimur, quando contrarium ejus, quod dicimus, pronuntiatione aut verbis
ostendimus, q. d. nihil minus, quàm quod vultis, ostendemus: non enim viam ad vitandam
mortem, sed ad incurrendam monstrabimus. Hæc Philisthini dicebant, animo irridendi & no-
cendi Hebræis: DEus verò hæc ipsa verba Jonathæ antea indicauerat, in signum eos inuaden-
di. Unde vix ea protulerant, cùm Jonathas signum sibi à DEo datum audiens, illicò in hostes
iruit, socium simul admonens. *Ascendamus* inquit, *sequere me*.

III. *Quo pacto duo milites Jonathas & armiger ejus contra innumeros hostes praualuerunt* *Duo contra innumeros praualent.*
& duo fugarunt decem millia? ℞. Diuino id adscribendum præsidio, vt non solùm Interpretes,
sed & litera testatur, dum appellat hunc euentum, semel, atq; iterum miraculum. Itaq; Diui-
na virtute animabantur hi duo milites: hostes verò frangebantur. Unde hi fracti tremebant,
& cadebant: illi animati audebant & irruebant, tam prospero successu, vt ab his duobus cele-
berrimæ victoriæ principium duceretur. Unde colliges, hominis esse in qualibet re ardua ten-
tare; Dei autem adjuvare: hominis, adire difficultates; Dei verò emollire.

IV. *An prudenter aut sanctè fecit Saul, dum populum adjurat, execraturq́; si lassas pugnan-* *Iuramentū Saulis.*
do vires cibo reficiat, & ad ulteriorem laborem reparet.? ℞. S. Chrysost. hom. 14. ad pop. ju-
ramentum illud Saul dicit esse opus diaboli, quia illa Regis adjuratione laqueos toti populo
objectos esse ait; vnde orta sunt incommoda plurima, non solùm vt lassus, exanimatus popu-
lus hostem fugientem persequi non posset, & vno fortasse die negotium illud Palæstinum ab-
solvere; sed etiam vt inde multorum peccatorum fieret sementis. Cùm enim populus diutur-
nam famem sustinere non posset, neq; extrahendi ex animalibus, quæ capta fuerant, sangui-
nis esset opportunitas, contra quam lex statuebat antiqua Gen. 9. & Lev. 17. cum sanguine
comedit. Et eò rem deduxit, vt Jonathas paternam adjurationem violaret, & in ipsius caput
decretum jam esset à patre capitale supplicium.

V. *Si Saul stultè hoc jejunium indixit, cur probavit illud DEus, dum per sortes violati edi-* *Sorte proditur Jonathas.*
cti reum Jonatham manifestavit? ℞ Hac manifestatione non probavit DEus stultum edictum,
neq; etiam reum aut nocentem probavit Jonatham, nisi materialiter tantùm: sed primariò vo-
luit patefacere, quanta sit vis præcepti & maledictionis, quæ est à superiore potestate & locum
DEi tenente: nam licet injusta & irrationabilis sit, semper tamen suspicienda est & meritò ti-
menda. Sic legimus propter excommunicationem & similes Ecclesiæ minas consenuisse arbo-
res, aruisse segetes, extinctas locustas, lupos fugatos. Secundariò voluit etiam hac via partim
castigare Jonathæ levitatem, qua & patrem suum, & legem à patre latam liberiùs apud popu-
lum incusaret v. 29. partim populo toti declarare manifestum tyrannidis exemplum à rege à se
recens expetito, vt qui jubeat laborare, & tamen à cibo abstinere, quod à nullo alio factitatum
scirent tyranno. Qui rursum nec proprio parceret filio, tam vtili, tam necessario reip., sed pro-
pter nullam penè causam vellet illum de medio tollere, vt ita re ipsa discerent, quàm stultè re-
gem poposcerint, qui nutu non DEi, sed suo solius, cæterarum gentium more omnia admini-
strare vellet.

VI. *Cur v. 35 dicitur altare primum à Saule ædificatum, cùm cap. praced. legamus in al-* *Altare primum Saulis.*
tari alio ab eo sacrificatum esse? ℞dent aliqui: ideo hoc altare vocari *primum*, quia tam alta-
re, quàm in eo oblata sacrificia placuêre Domino; aliud verò in altarium numero ac ordine non
censeri, quia neq; placavit DEum, neq; quicquam obtulit, quod illi foret gratum. Ita Glossa.
Sed placet magis, quod Lyræ etiam atq; Hugoni probatur magis, & tenent Abul. & Cajet.
qui dicunt priùs sacrificasse Saulem in altari non suâ, sed alienâ operâ constructo. Primum di-
citur fuisse hoc altare aliorum comparatione, quæ ædificata fuerunt à Saule, quorum tamen
Scriptura non meminit. Ita Abul.

CAPUT XV.

Saul jussus exscindere funditus Amalec, Agag regem vivum, multamq́; prædam reseruat, unde secundò reprobatur, & regno spoliandus prædicitur:

QUæstio I. *Quo pacto verum est, quod Samuel dicit v. 1*, MISIT ME DOMINUS, UT *Missio Prophetarum.*
UNGEREM TE IN REGEM, *cùm nusquam legatur Samuel missus fuisse ad vngendum*
Saulem, in Regem, imò Saul ad Samuelem missus est, vt ab eo vngeretur, vt patet ex
c. 9. v. 16, vbi DEus ad Samuelem inquit: *Cras mittam virum ad te de terra Benja-*
min &

min: & vnges eum Ducem super populum meum Israel. ℞ cum Dion. Carthus. Samuelem h locutum esse, non de missione locali sed de directione mentali, ratione cujus prophetæ mi dicebantur, cùm ad aliquem prophetabant, quamvis loco non moverentur. Sic Ahias ad vx rem Regis Jeroboam: *Ego*, inquit, *missus sum ad te durus nuntius* 3. Reg. 14. v. 6. cùm tam non ipse ad Reginam, sed Regina ad ipsum, qui senex & cæcus domi suæ residebat, venisse r feratur. Non aliter & Samuël ad vngendum Saulem missus dicitur non quidem per exte num motum, sed per internum & propheticum instinctum, quo à DEo monitus est, vt Saule ad se venientem vngeret in Regem.

Missio Samuelis ad Davidem.

II. *Cur pro vnctione Saulis non Samuel ad Saulem sed Saul ad Samuelem venerit, pro vncti one verò Davidis, non David ad Samuelem, sed Samuel ad David missus est juxta illud DEi ad Sa muelem* hìc c. 16. v. 16. VENI UT MITTAM TE AD ISAI BETHLEMITEM: PROVIDI ENI IN FILIIS EJUS MIHI REGEM? ℞ Cùm Saul maxima premeretur necessitate consulendi pr pheram, à quo de asinis paternis, quas quærebat, edoceretur; adijt Samuelem; qua opportunit te data, ab eo Rex inauguratur. David autem cùm non haberet, quod ex oraculo scire vell in pascuis morabatur, ex quibus proinde requirendus fuit à propheta, vt in Regem vngeretu

Jethro filijs Israel misericordiam fecit.

III. *Quam misericordiam fecit Jethro filijs Israel, cùm ascenderet de Ægypto?* ℞ d Abul. occurrisse gratulabundum Moysi Exod. 18. tradidisseq; commodam gubernandi forma quin & hostiam subministrasse, quam offerret Moyses DEo, & alia etiam quædam in epulu & viæ solatium saltem genero suo ejusq; familiæ. Neq; enim verisimile est, virum copiosum potentem, ad generum suum, quem per desertam regionem incedere cognoverat, accurri vacuum, sed ex gregibus, quos haud procul inde copiosos alebat, subsidium aliquod attulis Accidit & aliud beneficium, quòd Hobab filius Jethro toti Israeli præstitit Num. 10. cùm comitem ducemq; viæ tam molestæ, tam tœdiosæ præbuit per tot annos.

Amalecitarum peccata.

IV *An restitisse Israeli in via, fuerit tam enorme peccatum Amalecitarum, vt funditus e scindi præ alijs Idumæis ipsi meruerint?* ℞ Non restiterunt tantùm viâ belli consuetâ, sed va de duriter & inhumanè se erga Israelitas habuerunt: cùm enim commune cum illis habere genus (vtpote ex Esau fratre Jacob procreati) rogarentq; illi vt compendij causa per fines ipso rum transire liceret, hostiliter sine justa vlla causa id negârunt, & magno dispendio procul ci cuire coegerunt. Num. 20. quin & perfidè & fraudulenter aggressi sunt fame enectos, & labo re confectos, extremum agmen ex insidijs carpentes Deut. 25. v. 18. Quæ ipsorum malitia crudelitas tantopere DEo displicuit, vt ex tunc mandarit in annales referri istud impium ipso rum facinus Exod. 17. præceperitq; Israelitis, si quando tranquillè possiderent terram Chanaa Amalecitas stirpitus perderent & exterminarent Deut. 25.

Amalecitæ puniuntur in filijs.

V. *Cur tam atrox à DEo supplicium imperatur in Amalecitas, cum hi viventes tempo Saulis, neq; parentum culpas contraxerint, neq; in eorum malefacta conspirarint; divina aute lege justissimè statutum est, vt anima quæ peccaverit, ipsa moriatur.* Ezech. 18. v. 4.? ℞ Lic propter aliena peccata nemo æternâ pœnâ à DEo puniatur, vt ad locum Ezechielis cit. Inte pretes observant; tamen temporariâ multi feriuntur, si non sub ratione pœnæ, saltem sub rat one medicinæ spectata, vt docet S. Thom. 1. 2. q. 87. a. 8. Neq; solùm supremus princep DEus, sed etiam humanus, propter alienas culpas potest & solet temporaliter punire, vt pat in jure tam Cæsareo, quàm Pontificio: in vtroq; enim propter parentum peccata multa fili incommoda infliguntur; præsertim cùm hæc in eorum, qui peccarunt vindictam & detestatio nem inflicta censeantur. Sic igitur hi Amalecitæ, & omnia, quæ ad eos pertinebant tempo raliter puniuntur, vt illorum veterum Amalecitarum, qui in Israelitas injurij fuerunt, memo ria deleatur. Præterea hi Amalecitæ mortem alio ex capite merebantur: adulti quidem pro pter actualia peccata, quæ plurima commiserunt: parvuli propter originale, in cujus pœna morti obnoxij fuerunt: vnde neutris vlla injuria irrogatur: dum occiduntur; imò potiùs no exigua misericordia confertur, vt Carthus. advertit, quia, si diutiùs vivere permitterentur, plu ribus & gravioribus se culpis illaquearent, ob quas necesse foret atrocioribus supplicijs addic

Amalecitarum memoria deleta.

VI. *Quomodo deleta fuit memoria Amalecitarum, si eorum nomen in sacris literis fre quentissimè scriptum, æternum quodammodo habetur?* ℞ duplicem esse posse hominum me moriam; vnam claram, honorificam, & gloriosam, quam homines amant, ambiunt, & aucu pantur: alteram, obscuram, ignobilem, & indecoram, quam omnes fugiunt, metuunt & dete stantur; hanc posteriorem Amalecitarum memoriam non perijsse; alioquin nec de illis mod loqui, cogitareve possemus, imò in eorum pœnam, ac dedecus perseverare, vt quoties eorun mentio fit, toties eorum malefacta vituperentur; illam autem priorem penitus exolevisse, cùn numquam ad gloriam, sed semper ad ignominiam commemorentur, juxta illud de Judæis Deut 32. v. 26. *Cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.* item ps. 33. v. 17. *vultus Domini su per facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.*

Pœnitentia DEi.

VII. *Quis sensus verborum DEi* v. 11. POENITET ME, QUOD CONSTITUERIM SAU REGEM? ℞ Humano modo loquitur DEus; neq; enim cadere in DEum pœnitentia potest quæ culpam plerumq; & nonnumquam ignorationem consequitur. Ab effectu tamen hoc DE

consilium

nsilium pœnitentia dicitur, quia id fecit, quod homines solent, quos facti, siue consilij pœnit. Hi enim consulta mutant, aut constructa dissolvunt. Hinc fit, vt DEum pœnitere dicatur, m inducto diluvio terram opplevit, & exceptis admodum paucis, vniversum animantium nus extinxit, de quo Gen. 6. *pœnituit eum, quòd hominem fecisset in terra.* Quare nullus alius hujus loci sensus, quàm voluisse DEum regnum, quod Sauli indulserat, ab illo transferre, ia plus judicio suo aut studio tribuit; quàm divino mandato ac voluntati.

Obedientia melior quàm victima.

VIII. *Cur obedientia dicitur melior, quàm victima* v. 22.? ℞det S. Greg. l. 33. Moral. 10. *quia per victimam aliena caro, per obedientiam verò voluntas propria mactatur.* & addit: *ntò igitur quisq; DEum citiùs placat, quantò ante ejus oculos repressa arbitrij sui superbia, adio præcepti se immolat.* Porrò hæc voluntas, inquit Sanctius hìc, quæ per obedientiam actatur, non alio occiditur, quàm Superioris gladio; non alio crematur igne, quàm quem perior accendit & supponit; aut in alio immolatur altari, quàm in eo, quod superior excitat. ius quippe ignis neq; sacer est, neq; legitimus, sed illi quàm simillimus, quem duo Aaronis ij adhibuerunt ad altare, quo non tam sibi divinam demeruerunt misericordiam, & gratiam, àm in suum caput divinum furorem instimularunt, & eodem, quem accenderant, igne, emq; gratum fore, sibi persuaserant, combusti sunt. Lev. 10. Causam à priori dat Tirinus, òd per obedientiam pareamus voluntati divinæ, quæ regula est omnium actionum bonarum; ua proinde deflectere non licet vllo prætextu, ne quidem sacrificij, aut alterius etiam Sanssimi operis nobis liberi.

Inobedientia similis ariolationi

IX. *Quare inobedientia comparatur ariolationi* v. 23.? ℞det S. Greg. l. c. *quia qui repugnant prælatorum imperijs, ideo vtiq; repugnant, quia divinam voluntatem se scire meliùs æstimant, quasi ergo peccatum ariolandi est repugnare; quia, velut contempto Divino altari ad aras monum responsa percipiunt, dum cordis sui præstigiosis, ac superbis adinventionibus credunt, salubribus prælatorum consilijs contraria sentiendo refragantur.* *Ariolari* ex mente Isidori 8. etymol. c. 9. ex eo dicitur, quòd homines superstitiosi atq; impij aras adeunt Dæmoni nsecratas, vt inde sumant oracula, quæ in rerum suarum administratione, & rerum œconomia, asi viæ duces sequantur. Quod in omni hominum ordine turpissimum est, cùm DEi oracujam dudum habeant, quibus suæ vitæ rationem instituant; & DEum habeant vbiq; sibi niliarem, à quo possint precando lucem accipere, quam ipse verè humilibus, & divinæ volunis explendæ studiosis negare non solet. Sed hoc in Religiosis planè est intolerabile, qui domi bent divinæ voluntatis interpretem, quem sui loco DEus vicarium suffecit, & sicut seipsum diri voluit, nisi quando, quòd perraró contingit, prælati responsio divinæ sit responsioni, est, legi, ac voluntati contraria. V. Sanctium hìc f. 303.

Confessio Saulis.

X. *Cur Saul peccatum suum confessus, dicens:* PECCAVI QUIA PRÆVARICATUS SUM RMONEM DOMINI, *non audijt illud, quod* Dauid: TRANSTULIT DOMINUS PECCAM TUUM? ℞ Non ingemuit offensum à se tam bonum erga se, tamque beneficum patem, sed timuit duntaxat pœnam, ideoq; pergit deriuare culpam in populum, à quo timoin constantem virum cadente esset affectus, timuissetq;, ne ille in seditionem versus eum sereret, aut interficeret efferatus. Verùm is timor aut inanis, aut falsus fuit, debuit enim rare DEum effecturum illi populum obsequentem, dum ipse obsequeretur DEo: præsertim m illum in re non minus aspera expertus esset dicto obedientem: cùm nuper ejus obstricto ledicto, quamuis fame, pugna, cursu, diuturnoq; labore fatigatus, jejunus tamen usq; ad speram constanter perseuerauit.

Confessionē Saulis quid expressit.

XI. *Quid ergo hanc Saulis confessionem expressit*? ℞. Timor pudoris & ignominiæ publi-, si fortè Samuel, vti priuatim cœperat, eum coram senioribus populi argueret, & regno cidisse diceret, eoq; testimonio, vt erat summæ in populo auctoritatis, eum ab ipso auerte-, atq; abduceret. Hinc illud, *sed nunc porta quaso peccatum meum*: siue orando Dominum, mihi ignoscat, & veniam impetrando precibus ac sacrificijs tuis: siue potiùs tolerando ac ssimulando coram populo, itaq; agendo, quasi integra essent omnia, & nihil in regno turum. Et ideo, *revertere*, inquit; *mecum*, ad populum, à quo paululùm recesserant, vt tecum *orem Dominum.* Timuit enim Saul, ne si Samuel quasi iratus, deserto rege aliorsum abiret, pulus aliquid mali de Saule suspicaretur: & ipse præter decorum solus rediret ad suos. Net tamen Samuel se iturum cum eo, aut oraturum cum homine abjecto à Domino, & tamam excommunicato, ne præsentiâ suâ sacrilegâ peccatoris sacrificia approbare videretur. uamvis autem mox cum ipso profectus sit, non tamen dicitur orasse, aut sacrificasse cum ipso: potiùs ad mactandum regem Agag, quàm ad honorandum Saulem reversus sit.

Pallij scissio & regni.

XII. *Quid innuere voluit Samuel verbis illis:* SCIDIT DOMINUS REGNUM ISRAEL A E HODIE, ET TRADIDIT ILLUD PROXIMO TUO MELIORI TE? ℞. Saul apprehendit mmitatem pallij Samuelis quæ & scissa est, ea vis quidem non tribuitur crimini Sauli, conmeliâ quippe caruit, & fuit qualis inter necessarios sæpe contingit, voluit tamen Dominus nc pallij scissionem, quæ ratione Saulis casu contigit, esse signum scissionis familiæ regiæ toto regno, quod alioqui remanebat integrum; voluit etiam accipi à Samuele, & prædici

vt signum

vt signum scissionis ejusdem. Allusit ergo Samuel ad discissam chlamydis suæ laciniam, dici sic discindendum à Saule regnum, & ad alium transferendum. Quin & Hebræi teste Lyran putant, his verbis datum Sauli à Samuele signum, quo nosse aliquando posset, quisnam es ille, ad quem sceptrum transferretur: nempe illum, qui è regia chlamyde partem aliquan absciderdet. Quare cùm David id postea fecerit in spelunca c. 24. dicunt Saulem memor mox vaticinij Samuelis exclamasse: *nunc scio, quòd certissimè regnaturus sis.*

Visio duplex. XIII. *Quomodo v. 35. Samuel dicitur usq; ad mortem non vidisse Saulem, cùm constet ex 19. à Samuele Saulem esse visum?* ℞. aliud est videre, aut invisere, officij seu amicitiæ grat quomodo priùs Samuel Regem invisere solebat, vt illum scilicet admoneret vt Pater, & vt longo edoctus vsu, atq; experientia in rerum administratione dirigeret, & in suscepto pro ligione negotio confirmaret. Hoc modo numquam Samuel vidit Saulem: aliud est spectare culis, quomodo imaginem spectamus, arborem, aut feram, quod casu sæpe contingit. Et h modo Samuel postea vidit Saulem, cùm eò appelleret Saul vt Dauidem occideret, vbi Sam elem tunc cum Discipulis adesse contigerat.

CAPUT XVI.

Reprobato Saule, Dauid fratrum suorum minimus, in regem ungitu à Saule euocatur, vt citharâ suâ spiritum malum, qui exagitabat Saulen compescat.

Luctus Samuelis. Quæstio I. *Quem luctum damnat DEus in Samuele v. 1.?* ℞. illum, quo exorare v luit, vt Saul à regno non excidat. Alioqui cur esset Samuelis luctus & oratio rep hendenda, si Salutem optaret æternam Sauli, aut alia quæuis commoda, quæ si culpa proximis optare debemus. Reprehendit itaq; Samuelem DEus, quia pro Sau retinendo regno laborabat, & ideo addit: *cùm ego projecerim eum*, ne regnet. q. d. vanas e preces, quæ aliquid contra Dei certa & definita consilia contendunt, Et vt ipsum à spe il contentioneq; dejiciat, jubet, vt sumat secum oleum, & regno de rege meliore provideat.

II. *Cur DEus domum indicat, vnde novus Rex sumendus, personam autem occultat?* Theodor. q. 37. Si ad Davidem rectà esset profectus, venisset in suspicionem, quòd hoc fecis ex aliqua subordinatione. Quoniam autem venit ad primum, secundum, tertium, & deince ad septimum, cognouerunt, quòd DEus esset, qui hos quidem secerneret, illum verò eliger Nam cùm etiam, sic facta electione, aperuerunt fratres suam invidiam fratrem conspicati in cie, quid non fecissent, si non facta esset hoc modo?

David paruulus. III. *Cur David v. 11. vocatur paruulus?* ℞. non quia ætate esset puerili, aut corpore exigu quia statim v. 18. vir vocatur fortissimus robore, & vir bellicosus, sed fratrum erat minimus. Fi autem potest, vt qui aliorum comparatione minimus vocatur, idem absolutè consideratus m gnus sit. Sicut Beniamin parvulus appellatur, Gen. 43. v. 29. & tamen decem susceperat fili vt constat Gen. 46. v. 21. Sic luna luminare minus appellatur Gen. 1. & tamen magnum corpus, & egregiè illuminans.

Davidis vnctio in Regē latet fratres. IV. *An Fratres Davidis videntes vngi eum, intellexerint, quid illa vnctio tunc designare* ℞. nescivisse, si enim sciuissent, initiatum esse à Samuele novum regem, facile id emanass in vulgus, quod fratrum diu siue inuidia, siue beneuolentia & gratulatio celare non potuisse atq; ideo Samuel effugere non potuisset, quod timebat, furorem nempe Saulis & tyrannica rabiem. Neq; Saul Dauidem principio tam amasset, tractassetq; familiariter, vt patet v. 17. loco sui in regnum suffectum audiisset, Neq; tam libere à fratribus fuisset objurgatus c. se cùm ad castra venit, & de præmio victori proposito rogauit. Sanctius putat nemini, præter psum Dauidem, Samuelis consilium fuisse notum, sicut antè idem Samuel occultè in regem u xit Saulem, neq; cuiquam aperuit, donec publica unctione ac forma regnum inijt. Caje neq; ipsi quidem patri Isai notum putat unctum esse Dauidem in regem, sed tantùm electu à Deo, puta in prophetam, aut in aliud sacrum, publicúmve ministerium.

Spiritus Domini in Davide. V. *Quis Spiritus Domini dicitur directus à die illa in Dauid & deinceps v. 13.?* ℞. no videtur accipiendus hoc loco Spiritus Domini, Spiritus charitatis, aut gratiæ gratum facienti Hic enim Spiritus non hac primum die Davidi datus, de quo jam dudum dixerat Dominus, in eo invenisse virum secundùm cor suum. Rectiùs ergo dicitur hodie auctus & vehement amplificatus in Davide Spiritus ille. Eodem modo aucta ea dona, quæ principem illam ac pri mariam gratiam vel naturâ suâ vel DEi benignitate consequuntur. Pleriq; non malè Spiritu prophetiæ, alij fortitudinis intelligunt: vtriusq; enim exempla in Saulis vnctione præcesseran Salianus intelligit Spiritum Regium ac principalem, rege videlicet & principe dignum, qualer ipse postulabat, cùm diceret ps. 50. *Redde mihi lætitiam Salutaris tui, & Spiritu principali con firma me.* Spiritu, qui hominem mutat in virum alterum, qui vitia corrigit, & plebejas vir tutes, regias atq; heroicas facit. Hic ergo Spiritus Domini regius ac principalis directus est, siu insiluit in David, quod significat divinæ actionis promptitudinem longè ab humana tarditat

distantem

...stantem. Perseverauit autem deinceps in Davide hic Spiritus. Regiæ enim virtutes perpetuò ...tæ, etiam in ætate decrepita floruerunt; quod satis intelligi potest ex institutione Salomonis ...regem, & testamento, quod apud eumdem Salomonem edidit moriturus.

VI. *Quis spiritus qui insiliit in Saulem?* ℟. à malo Dæmone vexatum fuisse antiquorum ...rum & recentium scriptorum est sententia, qui melancholica corporis ejus dispositione abu...etur; quæ cùm per musicam harmoniam mitigaretur, Dæmonis quoq; eum affligentis actio, ...e se dispositioni corporeæ accommodabat, temperabatur. Hinc Theodor. q. 38. Cùm divi...i, inquit, recessisset spiritus, locum est sortitus malignus spiritus, sic cùm Apostolica gratia ...am reliquisset, in eum ingressus est Diabolus. *Spiritus in Saulem insiliens.*

CAPUT XVII.

Gigantem Goliath solâ fundâ superat Dauid. Fugiunt, cæduntur, & ...stris exuuntur Philisthæi.

QUæstio I. *Cur Goliath dicitur spurius?* ℟. incertum est. Hebræi ideo spurium appellari volunt, quia ex mixto genere natus; ex patre scilicet gigante, & ex matre Gethæa. Alij spurium dicunt, quia ignotis patentibus natus, quasi sine patre. Hi autem his notabantur literis, S. P. id est, sine patre. Cùm Spurij, quæ familia inter Romanos ...t antiqua, & nobilis, ijsdem notarentur literis, factum est, vt propter similitudinem Spurij ...q; dicerentur, qui essent sine Patre. Sine Patre autem illi dicuntur, quibus ignotum ge... est, & occulti natales. Quomodo Melchisedech Heb. 7. v. 3. *sine patre, sine matre, sine ge...logia* fuisse traditur, quia de illius parentibus aut genere in scriptura non constat. Et jux... hoc nomen illi quoq; spurij dicuntur, qui ex multorum parentum confuso semine nati sunt, ...n mater videlicet venale corpus multorum libidini supposuit. *Goliath Spurius.*

II. *Cur Dauid puer vocatur à Saule* v. 33.? ℟. non ætate, sed vsu & peritia rei militaris. ...et ex antithesi, *hic autem vir bellator est ab adolescentia sua*, vbi ætati Dauidis opponitur ...itia & diuturnus vsus rei militaris, patet secundò ex v. 38, vbi Saul induit Dauidem suis ...bus ipsemet vti consueuerat, vestimentis, & armis: atqui Saul procero erat corpore, *altior ...verso populo ab humero & sursum*, ergo & Dauidem matura quoq; ætate & corpore pro...o tum fuisse fateamur necesse est, cui tam proceri hominis vestes & arma aptarentur. Neq; ...uid cùm illa exueret, negabat quadrare suo corpori, sed solùm se non assueuisse ejusmodi ...is, neq; incedere posse grauatum tanto pondere, & quasi ferreis quibusdam vinculis con...ctum. Deniq; idem colligitur ex eo, quòd gladio Goliath, vtiq; valde longo & graui, Da... expeditè vteretur, neq; inconcinnè cingeretur. *Dauid puer vocatur à Saule.*

III. *Quomodo Saul non agnouit Dauidem, interrogans v. 55: de qua stirpe ascendit hic adolens? cùm eum non ita pridem habuerit psaltem suum, & citharœdum & armigerum?* ℟. Imò ...iscop. Carthus. & Lyran. phantasiam Saulis, cùm Dauid illi in aula adesset, ex frequenti dæ...nis vexatione, & vehementi melancholia perturbatam fuisse, proinde nullam ejus memo...m retinuisse. 2dò Abulen. id prouenisse ex mutatione habitûs & vestium: nam qui priùs ...tiore vtebatur cultu, more aulicorum, jam rusticis pellibus, & pastoritio sago indutus erat ...n baculo, funda & pera, alius planè ab eo, qui fuerat ante. Addit Sanctius, reges non so... vel propè, vel, attentè intueri, ac consequenter, neq; nosse famulos suos, neq; ullius rei ...iliùs obliuisci, quàm obsequij sibi præstiti, maximè si contingat famulos non diu in famu...perseuerare, vti contigit Dauidi. Nam reip. cura, bellorum perturbatio, & aliæ infinitæ ...upationes mentes regum alio rapiunt. Deniq; responderi posset, non ignotam fuisse Sau...personam Dauidis, sed solam stirpem, tribum & familiam, nam de his solis jam inquirit... verò intererat plurimùm Saulis hæc nosse, cùm ex pacto filiam illi suam daturus esset vxo...m. Ita Mariana & Sanctius ac Tirinus. *Saul non agnouit Dauidem.*

IV. *Quod fuit certamen Dauid cum Goliath?* ℟. post verborum velitationem, Philisthæ...se ad certamen accingit, expedit arma, appropinquat hosti, Dauid quoq; expedit arma ... Educit enim è pera lapidem vnum, vt impetu majore ferretur, quem etiam cursus vi...ntis augebat. Excussus toto conatu lapis, stridens diuerberat auras, & molientem arma Phi...hæum, nec opinato vulnere in frontem ferit, tanto impetu, vt osse confracto, lapis in fron... infixus hæreret, fractoq; cerebro in faciem cruentum prosterneret semiuivum, aut potiùs ...nè mortuum. Nam satis constat fracti cerebri vulnus esse lethale. Quanquam dici potest ...oliathum ictu lapidis ita jacuisse prostratum, vt non statim animam ageret: ideoq; cucur...e David, vt eum planè conficeret, bisq; interfectum dici, quòd gemina quodammodo mor... ex gemino mortifero vulnere moreretur. Caput autem præcidit, tum vt certior omnibus e... esset interitus, tum vt vndiq; in triumphum circumferri posset, ad Dei, Dauidisq; gloriam, ... vniuersi populi lætitiam. *Certamen Dauidis cū Goliath.*

V. *In quo tabernaculo posuit Dauid arma Goliath?* ℟. Quidam de tabernaculo fœderis ...cipiunt, quod eo sibi argumento persuadent, quia postea c. 21. gladium Goliath, tradente A- chime- *Arma Goliath vbi reposita.*

ch.melech sacerdote sumpsit è tabernaculo. Sed si ita esset, cur historicus sacer addidisset cùm Dei esset, & commune omnibus, non proprium Dauidis tabernaculum. Verisimilius aliquamdiu arma Goliath, posita primùm in Dauidis tabernaculo, quod fortè cum fratr habuit commune. Deinde arbitror ab eodem Dauide ad Tabernaculum fœderis esse transl vt eo dono fateretur diuinæ fuisse virtutis illam victoriam, atq; ideo extare oportere, no suo, sed in diuino Tabernaculo illius insigne monumentum. Quamdiu ergo durauit tri phus, & spectari à populo licuit immania illa feri hominis arma, fuerunt in tabernaculo vidis; quia eò conuenire debuerunt, quotquot vellent factum illud egregium cognoscere immanes illas tanti monstri exuuias intueri: vbi autem sæpiùs videndo curiosos animos ex uerunt, ad Tabernaculum Domini transmissa sunt. Ita Abul. & Cajet.

CAPUT XVIII.

Jonathas amat Dauidem, sed Saul illum odit: unde & lanceâ ill configere nititur, sed frustra. Unde & Merobem filiam suam Dau antè promissam alteri viro elocat: loco tamen illius dat illi filiam su juniorem Michol.

Pactum Jonathæ cum Dauide. Quæstio I. *Cur Jonathas filius Regis pactum tam arctum inijt cum Dauide homine incognito, & cui nulla erat à natalium nobilitate commendatio?* ℞. Similitudo amoris amor. Aderat inter illos duos morum studiorumq; similitudo maxima, v que fortis erat & strenuus: vterq; patriæ religionis & Israelitici nominis ac gl studiosus: vterq; ingenio candido, non inuido, non æmulo, non malo. Neq; dubitabat J thas sceptrum Israeliticum à suo jam rejectitio patre, & familia ad alios breui transferend & verò ad quem potiùs, quàm ad Dauidem, quem Deo tam carum esse sentiebat. Id cert bi constare dicit Jonathas c. 23. v. 17. & Saul quoq; apertè affirmat c. 24. *Scio quòd certiss regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israel.*

Baltheum Dauidi dedit Jonathas. II. *Cur post alia arma Jonathas Dauidi dedit baltheum?* ℞det Sanctius. Quia cùm bal us militum esset insigne, inde exauctoratus censebatur, & honesto militis nomine indig cui ablatus esset, aut excidisset baltheus; & magnum in re castrensi supplicium censebatu quis baltheo, id est, militari cingulo priuaretur. Vnde sæpe legimus à tyrannis detracto balt exauctoratos Christianos milites, quia noluerunt Christianam abjurare religionem. Cùm p terea baltheus Jonathæ esset pretiosus & insigne gloriosæ militiæ, cùm filius esset Regi in illius exercitu Dux eximius, donum videtur Dauidi dedisse omnium maximum, à quo cinctus speciem præ se ferret ejus, quem aliquod indecorum factum exauctorasset, quodq; gnum esset transferri in Dauidem.

Decem millia in Goliath casa. III. *Cur cùm Dauid vnum occidisset Goliath, dicuntur tamen ab illo occisa decem mil* ℞. Quia sublato Gigante, reliqua Philisthinorum agmina, quæ multis millibus constabant, jectis animis & armis vel internecioni data sunt, vel turpi fuga dilapsa. Sicut qui truncu arboris succidit, cui multi rami accreuerunt, dici potest multos ramos excidisse. Neq; sol tot millibus hostium Dauid animos ademit, sed & suorum plurimis millibus, quibus m gigantis animi defecerant, ijsdem prostrato gigante eosdem reddidit, atq; ita vt hostium m sic ciuium suorum vita fuit Dauid.

Cantus mulierum imprudens. IV. An mulieres prudenter egerint canendo: *Percussit Saul mille, & Dauid decem millia?* ℞. imprudententer, quia Saulem Dauidi, regem subdito compararunt. Cùm enim o nis comparatio, etiam inter pares odiosa est, & priuatæ de se existimationi inimica, tum in inæquales odiosissima, si minores majoribus æquentur, prorsus autem euadit intolerabilis, c minores majoribus, atq; adeo in supremo gradu positis præferuntur, quo modo ab istis p catum est, cùm subditus rege suo decuplo honorabilior proclamatus est. Itaq; justa fuit Saulis, eoq; justior, quo ad ejus majus damnum illa injuria redundabat regni videlicet an sionem. Vnde & dicebat: *quid ei superest nisi solum regnum?* q. d. Cùm illum prædicent cuplo me præstantiorem, vtiq; & regno digniorem: illum ergo regem me exauctorato con tuent. Cùm tamen hæc inscio, imò inuito Dauide jactarentur, injusta planè fuit regis in ipsu indignatio, vt rectè disputat Chrysost. hom. de David & Saule, atq; etiam inconsulta, op mum enim & innocentem juuenem, & de toto regno bene meritum, oportuit majoribus dies beneficijs demereri, vt neq; nocere vellet, neq; posset; quia neq; improbus esse vell neq; ingratus.

Saul prophetabat. V. Quo pacto dicitur de Saul v. 10. *& prophetabat in medio domus suæ?* ℞. Prophetare h loco est, non spiritu afflari Diuino, & eo inspirante futura prædicere sedatè, & cum illa rer cognitione, qua carere non solent, qui veri prophetæ sunt, sed à malo exagitari spiritu, verba interdum profundere vera, sed fanatico more. Quo modo solent energumeni loqui, c non tam ipsi loquuntur, quàm per ipsos omnino rerum inscios loquuntur Dæmones. Propt

ta

ſſe hîc dicitur Saul; id eſt, dixiſſe futuros rerum euentus à malo ſpiritu correptum, cùm ipſe ihil aut ſentiret, aut noſſet, docent communiter omnes, Abul Hugo, Cajet. Theodor. qui in-uit: Pſeudo prophetæ agitati à malo ſpiritu ſunt ſimiles furore percitis Corybantibus. Hoc iſſus eſt etiam Saul vexatus à Dæmone, Chaldæus pro *prophetabat*, reddidit, inſaniebat.

Michol Dauidis uxor.

VI. Quid intendit Saul volens dare Davidi Michol & dicens v. 21. *Ut fiat ei in ſcandalum, ſit ſuper eum manus Philiſthinorum?* ℟ Voluit, vt ipſi eſſet in exitium, & ſic ab illa illecebris natorijs interiret, ſicut antea Dalilæ blanditijs Samſon datus eſt in manus Philiſthinorum, ab illis talia paſſus, qualia ab ijſdem Davidi Michol advenire cupiebat. Sed longè aliter acci-it, plus enim apud filiam valuit conjugis amor, quàm patris obſervantia. Sicut accidit Anti-cho, qui Ptolomæo Regi Ægypti filiam Cleopatram conjugali nexu ſociavit, conſilio planè audulento, vt aditum ſibi ad alienum regnum aperiret. Sed Cleopatra videri maluit Ptolo-æi vxor, quàm Antiochi filia, Ita Daniel c. 11. v. 17. *Et filiam fœminarum dabit ei, vt evertat lud, & non ſtabit, neq; illius erit.* Porrò illius matrimonij cauſa putabat Davidem venturum manus Philiſthinorum, qua ſtatuerat ab illo dotis nomine centum præputia Philiſthinorum oſtulare, quod ille ſine magno capitis periculo tentare non poterat.

Nuptiæ emptæ.

VII. Quis ſenſus verborum Saulis: *In duabus rebus gener meus erit hodie?* ℟ idem eſſe, duplici titulo, duplici merito. *1mò* quia gigantem ſtraviſti, cujus præmium erat regia ſpon-. *2dò* quia nova victoria ex Philiſthæis quærenda, quorum opto cæſorum centum videre æputia, eamdem ſponſam tibi quaſi dote coëmes, neq; aliam à te volo harum nuptiarum do-m. Ita Rupertus, Hugo, Abul. Sanctius & Tirinus. Nota, ſicut apud Romanos, ita & apud ebræos nuptias coëmptione fieri ſolitas. Sic Oſeæ emit fornicariam ſibi vxorem 15. argenteis, cob Liam & Rachaëlem duplicis ſeptennij ſervitute; Chriſtus ſanguine ſuo & 34. annorum bore Eccleſiam ſibi ſponſam emit Act. 20. Sic modò vult Saul, vt David ſanguinis & vitæ æ pretio ſponſam ſibi ſecundò emat Michol; neq; enim poterat ſine præſenti vitæ periculo entum Philiſthinorum præputia, quæ petebantur, in dotem appendere.

Præputia requirit Saul.

VIII. Cur præputia depoſcit Saul, & non capita? ℟ nequa fraus irreperet, néue pro Phi-ſthæis hoſtibus Iſraelitas, aliosue amicos invaderet David: quod jam facere non poterat, quia raelitæ carebant præputio. Ita Sanctius inquiens: id adduci juſſit, quod alieni generis ſignum ſſet, poſſetq; ſine vlla omnino moleſtia portari.

Philiſthæi cur egreſſi ad bellum.

IX Cur v. 30. *Egreſſi ſunt Principes Philiſthinorum ad bellum?* ℟ Abul. q. 37. duas ffert rationes. 1ma eſt, quia cùm circumciſionem deteſtarentur, graviſſimè tulerunt aliquos è o genere fuiſſe circumciſos; quare vt injuſtam ſuo nomini tam fœdam ignominiam exurerent, atim ſe ad bellum accingunt, & in Hebræorum terminos irrumpunt. Altera eſt ſumpta ex He-ræorum ſenſu, qui dicunt ideo ſtatim Philiſthæos de bello cogitaſſe, quia didicerant Davidem nijſſe nuptias, & juxta legem illi vno ſaltem anno ceſſandum à bello. Cùm autem eo tempo-e non eſſent illum habituri adverſarium, quem vehementer timebant, maturandum ſibi puta-unt. Quæ ratio parum apud eos habuiſſet momenti, niſi aliter legem intellexiſſent, quàm vo-uit Legiſlator. Habetur enim Deut. 24. v. 5. *Cum acceperit homo nuper vxorem, non procedet d bellum, neq; ei quidpiam neceſſitatis injungetur publicæ; ſed vacabit abſq; culpa domi ſuæ.* Quæ verba non prohibent quemquam eo tempore militare; ſed tantùm cavent, ne quiſquam ogatur ſub illud tempus dura belli miniſteria ſubire. Neq; David tunc ad bellum novus mari-us egrederetur, ſi id eſſet contra divinam legem. Non puto tamen aliam fuiſſe cauſam mo-endi belli, quàm illius gentis in Hebræum populum inveteratum & quaſi naturale diſſidium. Quod fortaſſe inflammauit & acuit recens victoria, cum injuria recenti, fecitq;, vt omnes uam primùm ſeſe ad aſſuetum bellandi miniſterium accingerent.

CAPUT XIX.

Jubet Saul occidi Davidem, ſed voce Jonathæ placatus illi reconcilia-tum, paulò pòſt tamen conatur eum lanceâ configere. David ope & in-duſtriâ Michol vxoris ſuæ è manibus ſatellitum elapſus ad Samuelem rofugit, quem proſecutus Saul prophetat cum prophetis.

Statua ſuper lectum Davidis.

QUæſtio I. *Qualem ſtatuam poſuit Michol ſuper lectum Davidis?* ℟ Hebraicè habetur *teraphim*, Teraphim autem ſunt imagines, quæ licet interdum ſignificent aliquid im-pium, quale eſt idolum, ſicut Gen. 31. v. 19. vbi Rachel furata dicitur idola patris ſui, Hebraicè *teraphim*; tamen non rarò aliquid ſignificant honeſtum; imò & ſacrum, vt patet ex hoc loco, & Oſeæ 3. poſuit ergo Michol ſtatuam in lecto, quæ Davidem ibi aut dor-mientem, aut ægrotantem ſimularet.

Lana caprarum fulua.

II. Cur textus ſolùm poſuit: *& pellem piloſam caprarum ſuper caput ejus*, non addendo cujus coloris fuerint pelles, quæ aureæ capitis comæ ſimilitudinem referrent? ℟ quia capræ, quæ paſcuntur in Galaad, & in his regionibus, quæ non procul abſunt à Jeruſalem, fulvas alunt

lanas, atq; ideo necesse non fuit, colorem addere, cùm capræ illæ vnum tantùm habeant [co]lorem fulvum. Neq; id mirum cuiquam videri debet, cùm in varijs regionibus propter ac[e]rum, pabulorumq; diversitatem varios etiam colores pecudes habeant. Ad Bætin fluvium ab [i]psa natura, & non ab aliquo artis lenocinio fuluas esse lanas docuit Plin. l. 8. c. 48. Et Arist. l. 3. [hist.] Animal. c. 12. tradit in Antandro duo esse flumina, quorum alterum candorem, nigrorem [al]terum pecudibus tribuit.

Spirit9 Domini super Saulem. III. *Quo pacto Spiritus Domini factus est super Saulem, cùm abijsset in Ramatha* v. 23. ℟ Nova mens illi divinitus inspirata fuit, quæ illi priorem cogitationem excussit, quæ illum in[sa]no furore correptum in Davidis exitium præcipitem agebat. Et quasi eo consilio in Rama[th]a ad Samuelem, Prophetarumq; collegium venisset, vt laudaret DEum, hymnosq; sacros in i[llo]rum conventu ritè concineret, sic, puto, à Divino Spiritu in eo tantùm articulo mutatus, [Sa]muelis & Davidis immemor, illa cantando recitabat carmina, quæ numquam didicisset; imò [&] neq; ipse aut adverteret, cùm illam sacris carminibus operam daret; neq; cùm ad se redijt, qu[id]quam ejus à se fuisse tentatum recordaretur.

Saul nudus IV. Quo pacto dicitur v. 24. de Saule: *cecidit nudus tota illa die ac nocte?* ℟ Ali[i] legunt *cecinit*. Nudus dicitur, quia deposuit indumenta regia, & quasi vnus foret de turba, c[um] alijs nullo modo specie, insignibusq; superior prophetavit. Neq; nudi nomen huic cogitat[io]ni incommodat. Ille enim nudus dicitur, qui sui ordinis aut dignitatis ornamenta depos[uit]. Sic Isaias c. 20. nudus vocatur, quia vestem abjecit prophetalem, id est, cilicinam, sine [qua] incedere non posset non indecore, id est, extra dignitatem, nomenq; propheticum. Quomo[do] nudus ambulare dicitur, qui præter morem patrium, sine toga aut pallio foras progredi[tur]. Deinde quis credat Davidem nudum saltasse ante arcam, vt illi objiciebat Michol; maxi[mè] cùm dicatur eo tempore indutus Ephod lineo? 2. Reg. 6. Petrus certè nudus non erat om[ni]no, cùm de eo Joa. 21. scribitur: *Simon Petrus cùm audisset, quia Dominus est, tunicâ succin[xit] se, erat enim nudus.* Sic Marci 14. dicitur fuisse adolescens amictus sindone super nudum, [id] est super breviorem & interiorem tunicam, quali habitu piscatores vtebantur.

Saul cecidit tota die ac nocte. V. Quomodo Saul dicitur *cecidisse tota die ac nocte?* ℟ aut quia, vt dicunt aliqui ex H[e]bræis, viribus & sensibus destitutus erat, aut quia adorantium more sæpe procidebat in terra[m]. Quidquid illud fuerit incertum est, potest casus ille referri ad agitationem consuetam mali [spi]ritus, quæ ideo diuturnior fuit, quia illi mitigandæ David operam non dedit, sed fugâ sibi consul[uit].

VI. Quomodo c. 15. v. 35. dicitur: numquam à Samuele visum esse Saulem, cùm tam[en] hîc venisse dicatur Saul in eum locum, vbi erat Samuel. Jam ℟ di dicto cap. q. 13. Hic addu[nt] aliqui visum quidem à Samuele Saulem, non autem à Saule Samuelem. Ita Magister hi[st.] Scholast. & Gloss. interlinearis. Quod verisimile est, cùm alienatus à mente fuerit Saul, quo te[m]pore fuit in cætu prophetantium; & si quando à furore recepit se non alijs, qui sibi ab ejus insa[nia] omnia metuebant, difficile fuit invenire latebras, in quas se ab illius oculis ac furore subducere[t].

CAPUT XX.

Jonathas repetito fœdere cum Davide, ipsum cum Saule reconcilia[re] conatur, sed frustra. Ergo sagittarum indicio evocatum è latebris Da[]videm complexus cum lacrymis vltimum ei vale dicit.

Misericordia Dei. QUæstio I. *Quid intelligit Jonathas per illa verba v.* 14. SI VIXERO, FACIES MIH[I] MISERICORDIAM DOMINI &c.? ℟ Vult, vt David, cùm ad regnum parentis [sui] loco pervenerit, ipsum, quamdiu vixerit, amicè complectatur, & DEi in illum miseri[]cordiam exerceat; id est, magnam: nam quæ magna sunt, illa DEi esse dicuntur, [vt] montes DEi, cedri DEi; aut certè, quia DEi est misericordia propria inimicis quoq; suis bene[] facere, & vbi se ad illius clementiam supplices abjecerint, amanter amplecti: quod si ipse vi[ta] functus fuerit, eumdem cum posteris animum & misericordiam servet.

II. *Quis sensus verborum* v. 15. QUANDO ERADICAVERIT DOMINUS INIMICO[S] DAVID &c.? ℟ versum hunc clariorem reddit textus Hebraicus, qui sic habet: *Sed etiam no[n] abscindes misericordiam tuam à domo mea vsq; in sæculum, nec cùm absciderit Dominus inimi[]cos David, vnumquemq; à superficie terræ.* Complutenses sic. *Non auferes misericordiam à dom[o] mea vsq; in sempiternum, quando eradicaverit Dominus inimicos David vnumquemq; de terra.* Petit ergo Jonathas à David, quem regnaturum putat, vt sui, suæq; familiæ misereatur, etiam cùm DEus hostes illius subjiciet potestati; in quibus ipsum quoq; intelligit parentem Saulem quo nullum habuit David duriorem inimicum. Sed vulgata translatio aliter habet, à qua rece[]dendum non est. Quare sensus erit: Si fidelis fuero in præstando promisso, id abs te peto (ai[t] Jonathas) vt me ac meam familiam tuearis; sin autem fallam, in hostium tuorum numero ha[]beri volo, neq; recuso illa subire, quæ tu subactis hostibus inferre volueris, siue rerum jacturam siue honoris ac vitæ dispendia. Ita Abul.

III. Quid Saul innuit verbis illis v. 30. *Fili mulieris virum vltrò rapientis?* ℞ Est descri-
tio fœminæ meretricis & vagæ, quæ viros appetit, & illos ad prostituti corporis commercium
vitat. Quo significat à sordibus maternis ipsi aliquid adhæsisse sordidum, & maternum po-
ùs in suis moribus expressisse quàm paternum. Aut certè indicat, non se illum habere filio-
im loco, sed ab aliquo nebulone ex adultera matre fuisse susceptum, & appellari debere non
iulis, sed terræ filium.

CAPUT XXI.

David profugus in Nobe vrbem Sacerdotalem, fame cogente postulat b Achimelech Pontifice panes sanctificatos & gladium Goliath, præsens ibidem Dôeg Idumæo. Inde apud Regem Achis dementiam simulat, e pereat.

QUæstio I. *An vitio vertendum Davidi, quod panes propositionis sanctos sumpserit, & cùm militibus etiam suis communicaverit, cùm tamen pane sancto non licebat vesci nisi solis sacerdotibus* Matt. 12. ℞ Communiter omnes Interpretes absolvunt Davidem à culpa propter gravissimam famis necessitatem, quæ fuit idonea causa dispensandi in lege, de non sumendo à laicis pane sancto. Sacerdotem præterea fuisse culpæ immunem, iò & laude dignum sentit Chrysost. quòd non solùm id fieri permisit, verùm etiam diligen-iùs id administravit. Et id etiam observat Theodor. Ne tunc quidem fuisse Davidem repre-ensum à sacerdote legis, & sacerdotalium prærogativarum peritissimo. *David vtitur panib9 propositionis.*

II. *Quo pacto Christus Dominus dicit Matt. 12. Servos Davidis panes comedisse, cùm hoc put non indicet eos Tabernaculum cum Davide ingressos, neq; socios illi fugæ fuisse?* ℞det Abul. 5. advocatos à Jonatha fuisse aliquos servos Davidis, in quibus plus fidei & in Dominum noris invenisset, & ab eo edoctos fugisse Davidem, quo Saulis furorem declinaret, & in quem cum fugam destinasset, vt eò profecti amici atq; fideles servi, Davidi sedulam ac fidelem ope-m nauarent, curarentq;, ne aut in vrbibus aut in solitudine ad vitam vtcumq; tolerandam, ne-ssaria deessent. Cùm autem oneratus panibus egrederetur è Tabernaculo David, illos, inve-t, defessos fortassè, neq; minùs fortassè, quàm ipsorum Dominus, fame laborantes; vt qui stu-o assequendi & comitandi Domini sui nihil sibi alimenti paraverant. Illorum ergo famem mptis è Tabernaculo panibus levavit. Quod Christus ipse significasse videtur Lucæ c, 6. dum t de Davide: *Panes propositionis sumpsit, & manducavit & dedit eis, qui cum ipso erant.*

III. *Si servos habuit secum David, quomodo solus in terra Palæstinorum inventus? quomo-) servulorum in illa fuga nullus auditus?* ℞ non visum esse Davidi satis tutum, in hostili ter-comitatum habere è peregrina gente, cùm eam ob causam, quod maximè studebat, latere non osset. Quare illos, vnde egressi fuerant, redire jussit, vt apud Saulem suam, si opus esset, cau-m tuerentur, & quid rerum fieret, frequenter admonerent. Neq; fortasse Jonathas Davidis rvos subsecuturos Dominum curaret, si sciret illum apud hostem statuisse divertere. Tantùm nim fortasse noverat, velle adire Davidem Tabernaculum, vt consuleret dominum, & ab illo isceret, quid esset opus facto; de Palæstina verò nihil fortasse cogitarat.

IV. *Quis sensus verborum Davidis:* PORRO VIA HÆC POLLUTA EST, SED ET IPSA IODIE SANCTIFICABITUR IN VASIS? ℞det Sanctius: Statuerat David non ampliùs sibi im Israelitis esse vivendum, dum in vivis ageret Saul, à quo non sine causa metuebat omnia, eq; sperabat in ejus ditione aliquem fore locum vacuum à periculo. Quocirca proficiscebaur ad Palæstinos, quibus cum quasi alienus ab Israelitico genere & professione viveret, cum imen verus esset Israelita, & nemo illo meliùs atq; constantiùs Israelitarum leges & sacra ser-aret. Ait ergo David viam, quam ipse instituisset, de qua tamen nihil ad Samuelem, esse pol-itam, quia tendebat ad Palæstinos, vbi ipse speciem præseferret, quasi ab Hebræis sacris esset lienus: externis autem non licebat oblatis DEo vesci sacrificijs. Est ergo sensus: via hæc pol-ita est, si speciem tantùm externam consideres, tamen vasa sancta sunt, quia persona, quæ eram colit religionem, longè est, vt alienæ adhæreat disciplinæ, & alioqui is vrget necessita-is articulus, vt à profano & laico sacer iste panis sumi possit. *Via polluta*

V. *Quomodo Pontifex qui hîc vocatur Achimelec, Marci 2. dicitur Abiathar?* ℞ Achi-nelec & Abiathar, patrem & filium esse binomios, atq; ideo vocari modò Abiathar vt Marci . 2. modò Achimelec vt hoc loco. Quod ex eo fit verisimile, nam 1. Paralip. c. 15. v. 11. Da-ide regnante, Sadoc & Abiathar dicuntur esse sacerdotes. & c 18. v. 16. hoc idem dicitur de iadoc & Achimelec. Item 2. Reg. 8. v. 17. Achimelec dicitur esse filius Abiathar. Sicut etiam . Reg 23. v. 20. Abiathar filius esse dicitur Achimelec. *Abiathar & Achimelec binomij*

VI. *An licuerit Davidi gladium Goliath semel Tabernaculo oblatum, iterum assumere?* ℞ Non omnia, quæ DEo consecrarentur, nisi cederent in sacerdotum & templi vsus sacros, non icebat aliquando repetere: siue quòd gravi necessitate pressus illud sibi licere prudenter existi-

 masset

masset. Atq; nullam in ea re fuisse religionem, satis apertè indicaverat sacerdos dicens. *Si ... stum vis tollere, tolle.* Utiq; in lege nova in gravi necessitate conflari possunt sacra vasa, & ... pauperum leuandam inopiam religiosè conferri.

VII. *An David mentitus sit dicens ad Achimelec: Rex præcepit mihi sermonem, & di... nemo sciat rem &c.* ? ℞ Davidem mendacio vsum officioso, ita Hugo, Pineda, quod qua... vis non est sine culpa, non est tamen magna culpa, vt Aug. dixit ps. 3. In hujusmodi nar... Davidis mendacium quadrat ex æquo id, quod de furto leviore dictum est Prov. 6. 31 *Non gr... dis est culpa: furatur enim vt esurientem impleat animam.*

CAPUT XXII.

David socijs augetur. Quo cognito Saul eum quærit ad necem. S... prius manu Doëg Idumæi Pontificem Achimelech, & omnes Sacerd... tes Nobe, necat præter vnum Abiathar, qui clàm ad Davidem profug...

David jubetur excedere ex præsidio.

QUæstio I. *Cur David à Propheta Gad jubetur excedere ex præsidio?* ℞ Suspicatur Ab... cœpisse Regem Moab moliri dolum aliquem ad evertendum Davidem, & nec o... nantem tradendum in manus Saulis, vt capite innocentis fugitivi, mercaretur re... amicitiam. Ex altera parte DEum quoq; voluisse Davidem pluribus in terra Juda ... sibus exercere, & in oculis omnium suorum illustriorem reddere. Forsan etiam voluit, tot I... vidis socijs occasionem præripere declinandi ad idola & vitia Moabitarum.

Laus Davidis.

II, *Quid respondit Achimelec Sauli ad illam objectionem: quare conjurâstis adversum me ... & filius Isai, & dedisti ei panes?* ℞ crimina ipsi objecta fuerunt, quòd cibum illi dederit ... viam, & gladium porrexerit, ac pro illius salute, sine secundo rerum eventu oraculum consu... erit, quæ crimina, aut potiùs criminum commenta, ita Sacerdos refellit. Et primùm quid ... ab insidiarum suspicione Davidem ea ratione vendicat, quia in ejus mores nulla videtur ej... modi suspicio cadere potuisse. Quia fidelis semper in regem fuit, & pro illius salute, & patr... libertate nullum vnquam periculum exhorruit, quia numquam regium detrectavit imperiu... quia nihil est aggressus, quod non insignis consequeretur gloria; quia deniq; ipsi etiam R... dignus visus est, cui filiam suam desponderet vxorem. Deinde ait nihil se de Davidis consi... aut insidijs in Regem audisse, vt haberi potuerit majestatis reus, atq; ideo non spectasse in I... vide Regis callidum insidiatorem, sed fidelem servum. Quòd verò pro Davide divinum int... rogavit oraculum, non debere sibi crimini aut perfidiæ verti, cùm alijs sæpe temporibus id... fecerit, vidente atq; approbante Rege; quare quod antè Regi gratum accidit, non putabat m... dò futurum offensioni.

Doëg occidit sacerdotes.

III. *Cur Dòëg mandato Saulis obsecutus Sacerdotes occidit* ? ℞ quia Idumæus erat, Id... mæi autem intestino ac pene naturali odio ab Israelitis diffidebant, ideo non recusavit Dòë... qui ad illud immane facinus vltro ferebatur, in illud hominum genus, quod præcipuo erat l... co apud Hebræos, gladium distringere, & totum, si fieri posset, delere sacerdotale nomen.

David sibi culpam adscribit.

IV. *Quo pacto David* v. 22. dicit: *Ego sum reus omnium animarum patris tui* ? ℞ quia ... ipso, etsi inscio & innocente Saul sumpsit occasionem cædis illorum. *Bonarum mentium e...* inquit S. Greg. *ibi culpam agnoscere, vbi culpa non est.* Cùm enim nullam ex rei natura sat id... neam vel Sauli vel Doëg, vel vlli mortalium causam tam crudeliter sæviendi dedisset Davi... nullam tamen vel vocem iracundiorem, in quemquam illorum tyrannorum immittit, sed sibi so... qui tamen non nisi per accidens, & prorsus innocenter occasio fuisset, culpam omnem adscrib...

CAPUT XXIII.

David liberat Ceilam à Philisthæis obsessam: & ne prodatur à Ceil... nis Sauli profugit ad desertum Zihp: vbi à Ziphæis proditur, captus... fuisset à Saule, nisi is propter subitam Philisthæorum irruptionem, copia... suas inde abducere, coactus fuisset.

Saul clàm parat malum Davidi.

QUæstio I. *Quomodo v. 9. dicitur, quòd Saul Davidi pararet,* clàm malum, cùm vn... versum Israelem pararet in eum? ℞ Intentio Saulis clàm erat alijs & occulta. Nam vulg... præseferebat Saul: se arma sumere contra Philisthæos, re verò ipsa contra Davidem iba...

Scientia media.

II. *Quo pacto Davidi consulenti DEum, si tradent me viri Ceilæ, respondit DEus tra... dent, cùm tamen traditus non sit?* ℞ Fuit responsio sub conditione, nisi excesserit. Sed excess... David, atq; ita traditus non est. Certissimo tamen sciebat DEus, qui nihil ignorat, & ideo di... sertè affirmat, traditum iri, si in Ceila maneat. Ex quo loco rectè colligunt Theologi contin... gentia sub conditione futura, re ipsa tamen numquam futura, sub divinam cognitionem cadere ... & ad ejus, quam vocant scientiam mediam pertinere.

III. *A...*

III. *An Ceilani saluâ conscientiâ potuerint innocentem Dauidem tradere furenti Sauli, ne Ceilam ferro & igni vastaret, vt paulò antè vastarat Nobe sacerdotalem urbem?* ℞ vltrò, vel sponte tradere non poterant: alioqui contra justitiam & gratitudinem grauiter peccaturi, qui mortem innocentis, ac bene de se totoq; populo meriti directè procurarent. Sin autem in eam necessitatem venissent, vt vel toti ciuitati pereundum esset, vel Dauid Sauli tradi deberet; tum oportuisset rogare Dauidem, vt se ipse sponte dederet, & morte sua vrbem totam à regis ira & extrema miseria redimeret, debuisset Dauid in eam deditionem consentire, publicum bonum priuato anteferendo, quod si recusasset, jam non innocens, sed impius Sauli traderetur. Ita fere Scholastici. *Ceilani an potuerint Dauidem tradere Sauli.*

IV. *Quomodo Saul pepercit Ceilanis, qui Dauidem scientes hostem esse Saulis, ad se tamen uocarant, vrbe sua cum honore exceperant, eademq; rursus excedere permiserant: ac proinde majore in culpa esse videbantur, quàm Sacerdotes, reliquiq; ciues Nobe, quos tamen omnes ferro exciderat?* ℞ quia Sauli constabat, Ceilanos sola necessitate coactos fecisse, quæ fecerant. At verò Sacerdotes in *Nobe* suspicabatur vltrò cum Dauide sibi rebelli collusisse, eumq; armis & commeatu aduersùs Dominum suum instruxisse. Accessit & Diuina prouidentia, quæ passa non est Saulem excandescere in Ceilanos, sicut in Ciues Nobe, quòd in hos, non item in illos incumberet pondus domus Heli, ita Sanctius, Salianus & Tirinus. *Saul parcit Ceilanis.*

V. *An duo hoc tempore fuerint Pontifices Abiathar apud Dauidem, Sadoch autem apud Saulem?* ℞ Sadochum ab hoc tempore non potuisse esse Pontificem, nisi eum dicamus 85. annis gessisse Pontificatum. Adde quod post annos 12 à scriptura dicitur puer egregiæ indolis: itaq; nunc vix trium aut 4 annorum fuerit. Sic ergo nunc vastata vrbe *Nobe*, sanctuarium à Saule in Gabaon translatum est, vt affirmat Abul. cura illius à Saule, non Sadocho puerulo, sed ejus parenti Achitobo tradita est, vt ibi vicario absentis Abjatharis munere fungeretur. Nam agere pontificem omnino non poterat, qui Ephodo præcipuo insigni pontificio careret. *Sadoch nunc non fuit Pontifex.*

VI. *Quomodo Saul, qui tot annis desiderio comprehendendi Dauidem ardebat, nunc eum jamjam comprehensurus, redire potuit?* ℞ fortè nesciuit Saul, qui vtiq; non erat in primo agmine exercitus sui, & interjecta rupe Dauidem non videbat cum suis, Dauidem summo in periculo versari, & quam primum captum iri, sed persuasum habuit diutiùs cum eo luctandum fore, si se ad obsidionem tolerandam comparasset, fortè etiam temere cogitauit ac credidit Dauidem, qui nusquam comparebat, fugâ sibi jam consuluisse, & suam vti apud Ceilam diligentiam elusisse, ideoq; vltrò progredi noluit, ne manifestiùs confunderetur, sed occasionem nuncij de irruptione Philisthæorum libens arripuit ad obtegendum pudorem suum. *Saul dimittit Dauidē*

CAPUT XXIV.

David in spelunca Engaddi oram chlamydis Saulis, iterum se persequentis, abscindit, Saule saluo abire permisso. Quo nomine reconciliatur Sauli, & liber dimittitur, juramento prius obstrictus de non exscindenda Saulis familia, cùm sceptro potitus fuerit.

QUæstio I. *Cur Saul speluncam ingressus nullum tamen sexcentorum sociorum Dauidis intus latitantium vel oculis vel auribus perceperit?* ℞ intrantibus obscurum locum non videntur neq; apparent, qui intus latent, etsi qui recens intrant, facile ab illis videantur. Collocutionem verò seu potiùs mussitationem illorum ne perciperet Saul, impediebat strepitus transeuntis exercitus, & equorum & curruum. Ita Josephus, Theodor. & Abul. *Saul neminem videt in spelunca.*

II. *Quando & à quo dictum est Dauidi: ego tradam tibi inimicum tuum?* ℞ Lyran. & Abul. id volunt per Samuelem dictum Dauidi, quando primùm noctu ope Michol vxoris suæ effugerat manus satellitum Saulis. Forte etiam ipsimet Dauidi, vtpote Prophetæ, DEus id immediatè reuelauit, q. d. Non est, quòd desperes, te posse euadere manus Saulis: ego potiùs illum tradam in manus tuas, vt in eum quidquid libuerit, facere possis. Quæ verba videtur Dauid, etiam quibusdam suis socijs retulisse, confirmandi illos ac bene animandi gratia.

III. *An illis verbis data fuit Dauidi potestas à Deo sine peccato occidendi Saulem?* ℞ ita sentit Cajet. & vult Davidem hoc maximè casu, quo illum ad necem hostiliter quærebat Saul, antevertere potuisse facinus, & violentum in'ustumq, inuasorem de medio tollere. Non tamen minus probabiliter Tostatus, Salianus & Ti. nus negant, moralem eam potestatem fuisse Dauidi datam. Nam verba solam physicam pote atem innuunt, qualem habet vigilans in dormientem, vel armatus & liber in inermem & vinculis adstrictum. Neq; regia auctoritate, nisi post alterius mortem, neq; alia in Saulem jurisdictione fungi poterat Dauid. Sed neq; debebat, latens in spelunca, ibiq; quietus remanens, censeri actu inuadi à Saule, nam tutus jam erat ab illius manibus: vnde præuertere tum temporis non fuisset inculpata sui tutela seu defensio, sed hostilis & non necessaria Domini sui inuasio. Certè Dauid id sibi non licere credidit, etsi Saulem totum esse in quærenda sua morte exploratissimum haberet: nam nec oram *Dauid non licuit occidere Saulē in speluncā*

quidem chlamydis regiæ præcidit, niſi conſcientia remordente v. 6.

IV. *Quo animo ſurrexit Dauid v. 5. an vt oram chlamydis præcideret, quod poſtea fe-*
an vt illum ſecurum & inermem occideret? ℟. In hoc poſterius magis inclinat Abul. q. 4. q
poſtea v. 11. ipſemet Dauid fatetur ſe de Saulis interitu cogitaſſe. Sic enim ille ad Saulem: *co-*
gitaui vt occiderem te, ſed pepercit tibi oculus meus. Sed in medio curſu mutavit animum, n
tam voluit Regem occidere, quàm oſtendere, ſe facile occidere potuiſſe; quod tunc abun
præſtitit, cùm fruſtum ex chlamyde deſectum oſtendit.

V. *Quomodo Saul neq; vidit, neq; ſenſit Davidem, imò neq; ullum percepit ſtrepitum, cu*
tam proximè, vt apparet, acceſſerit David? ℟. Vbi de DEi ſpeciali cura atq; prouidentia co-
ſtat, quam habuit in Dauidem, non eſt, cur de reliquo laborandum putemus. Abulenſis à D
eo articulo inductam ſurditatem arbitratur, ita vt nihil audire potuerit. Neq; hoc diſplic
ſed addere poſſes, immiſſam quoq; cœcitatem, ſicut fecit olim cum Sodomæis, & poſtea cu
Syris in obſidione Samariæ. Et addit Abulenſis additam eſſe lenitatem pedibus David, ita
gradum ſuſpendere & ſine vllo ſtrepitu ad Regem vſq; peruenire potuerit. Sed fieri potuit,
Rex deponeret chlamydem, vt illi naturæ operi commodiùs vacaret, & à ſe longiuſculè pr
jiceret. Tunc verò accedere commodiſſimè potuit, & neq; vidente, neq; ſentiente Rege c
gitata perficere.

CAPUT XXV.

Moritur Samuel. David ingrato Nabal mortem minatur, ſed vx
ris Abigail oratione placatur. Quæ mortuo deinde marito fit vxor D
uidis, vti & Achinoë. Michol verò prima Dauidis vxor, à Saule alt
ri marito Phalti traditur.

QUæſtio I. *Quomodo v. 1. dicitur vniuerſus Iſrael congregatus & planxiſſe Samuelem*
℟. S. Scriptura juxta vſum quotidiani ſermonis, vniuerſali voce ſignificat ea, in qu
bus multitudinis potiùs eſt, & frequentiæ, quàm propria vniuerſalitatis ratio. Sic
totus Iſrael dicitur ſecutus Abſolonem 2. Reg. 15. & totus mundus abire poſt Chr
ſtum Joan. 12. v. 19. & tamen ſcimus neq; totum mundum abijſſe poſt Chriſtum, neq; totum
ſraelem adhæſiſſe Abſoloni. Sic ergo quia frequentes ex omnibus tribubus Iſraelis interfu
runt Samuelis exequijs, ideo vniuerſus Iſrael ad illius funus & planctum congregatus dicitu

Imprecatio Dauidis. II. *An Dauid peccauit imprecatione illa v. 22. Hæc faciat DEus inimicis Dauid, & h*
addat &c.? ℟. Hæc imprecationis formula frequentiſſima eſt apud Hebræos, qua hîc vid
tur David imprecari ſibi aliquid valde aduerſum, hoſtibus verò ſuis proſperum & lætum. q.
Det DEus hoſtibus meis, vt ſint in acie aduerſùm me ſuperiores, vt me de vitæ ſtatu dejicia
&c. niſi totam hodie familiam Nabal exſcidero. Peccat haud dubiè David ſic jurando, magiſ
peccaſſet juramentum complendo. Neq; enim capite luere debebat Nabal ſeu inciuilitate
& ingratitudinem in negandis alimentis Dauidi: ſeu contumeliam tam in ipſum, quàm in ſ
cios, quaſi fugitivos & rebelles, ſparſam. Et vt ſcelus fuiſſet capitale, non debebat à David
ſed à populo & legitimo magiſtratu puniri. Dauid enim licet juſſu DEi jam priuatim unctu
eſſet & deſignatus in regem à morte Saulis, nondum tamen publicè à populo admiſſus vel a
ceptatus erat, quodſi Dauid propter Nabalem, etiam innocentem illius familiam ferro, vt ju
rarat, delere conſtituit, quænam, obſecro, ſpecies honeſtatis obtendi potuit tantæ crudelitati
ita Cajet. Abul. Sanctius & Tirinus.

Mingens ad parietē. III. *Quid ſignificatur per illud: mingentem ad parietem* v. 22.? ℟. Aliqui putant eos inte
ligi, qui ex rationali natura jam firmo & adulto ſunt corpore, quiq; jam ad parietem poſſun
levare væſicam. Alij ad virilem ſexum iſta contrahunt, quia ille loquendi modus minùs con
venit generi fœminino. Communior eſt illa ſententia, quæ his verbis canem deſcribi puta
Sanctius putat eſſe proverbialem hyperbolem, qua furoris effervescentiam ſignificamus & ſtu
dium vindictæ.

Iniquitas pro peccati pœna IV. *Quid ſignificat iniquitas* v. 24. *In me ſit hæc iniquitas?* ℟. Non ſignificat peccatum
ſed peccati pœnam. Audierat Abigail, quid ſibi mali imprecaretur David, niſi ex rebus Naba
vſq; ad mingentem ad parietem diſperderet; quod religioſum Principem adducere potuit, n
ab illo deſiſteret conſilio, quod juramento atq; execratione firmaverat. Ab hoc itaq; met
liberat Davidem Abigail, dum in ſe ipſam derivat, quod timere poterat ille à perjurio. Qua
diceret, quod tibi imprecatus es mali, id te ſoſpite in caput meum DEus convertat. Huic ſimi
le eſt illud Rebeccæ Gen. 27. v. 13. *In me ſit iſta maledictio filij mi.*

V. *Quis ſenſus verborum* v. 26. *Vivit Dominus, qui prohibuit te, ne venires in ſanguinem*
℟. Prohibitum eſſe Davidem à Domino, ne ſanguinem effunderet Nabal, & illorum, quos a
cædem animo deſignaſſet; & eo modo ſalvavit DEus animam ejus, quia aliter peccato fore
inquinata. Vel etiam prohibitus eſt David aut potiùs liberatus à DEo, ne veniret in ſangui-
nem

nem; id eſt, ne occideretur ab hoſtibus, quos habuit potentiſſimos, ità vt ex ipſius corpore effuſus fuiſſet ſanguis ab hoſtili manu; liberatus quoq; ne quis ipſi toties appetitam eripuerit animam.

VI. *Quo pacto dicitur* v. 29. *Erit anima Domini mei cuſtodita quaſi in faſciculo viventium?* ℞ Idem eſt, ac in numero & congregatione eorum, quos DEus tutelâ ſuâ conſervat vivos & incolumes adverſùs quamvis machinationem aut vim hoſtilem. Et quidem ita contigit Davidi; nam & innumeris prælijs implicitus, & infinitis variorum inſidijs appetitus, ſemper ope divina incolumis evaſit. *Anima in faſciculo viventium.*

VII. *Quo ſenſu dicitur ibid. Inimicorum tuorum anima rotabitur, quaſi in impetu & circulo fundæ?* ℞ Inimicos David dicit rotandos eſſe, ſicut lapides ad emiſſiones circumagentur & rotantur in funda, & eo impetu excutiendos, quo lapidem ejaculantur funditores. Qua ſimilitudine hoſtibus Davidis omnia minatur & prædicit infauſta, vt enim lapis aut plumbum, quod ex funda ejicitur, antequam procul excutiatur, circumagitur, rotaturq; vehementer, quare cùm adhuc eſt in fundibularij manu, motum habet vehementem, & dum excutitur multò vehementiorem, ac tandem procul amandatur, neq; ad ejus, à quo miſſus eſt, manum revertitur. Sic etiam bonorum hoſtis numquam habet requiem, quia ex quo cum bonis inimicitias ſuſcepit, in funda locatur, & tunc aut rotari incipit aut abigi longiùs. *Anima rotatur in circulo fundæ.*

VIII. *Quomodo v. 37. dicitur, emortuum eſſe cor Nabal intrinſecus?* ℞ Quia cognito ex vxore malo, quod ſibi ipſe ſuâ imprudentiâ accerſiverat, vixq; prudentia vxoris depulerat, tanto correptus eſt horrore ac ſtupore, vt omnem ſenſum amiſerit, & inſtar lapidis obriguerit. Quod ſæpe in ſubito metu aut dolore contigiſſe legimus; & Poetæ de Niobe fingunt, quod audita cæde filiorum, converſa ſit in lapidem, id eſt, inſtar lapidis obriguerit, ſenſu & mente deſtituta. Poſtquam verò Nabal totos decem dies alienus à ſenſibus, caudex potiùs quàm homo tranſegiſſet, novâ aliâ plagâ, putà morbo maligno ac lethali, à DEo percuſſus, infelix interijt. Sideratum dicit fuiſſe Joſephus ſeu noxij ſideris afflatu extinctum, nullâ morbi cauſâ extrinſecus apparente. *Cor emortuum.*

CAPUT XXVI.

David iterum à Ziphæis apud Saulem delatus, haſtam & ſcyphum dormienti Regi ſubducit, rege intacto. Quod vbi Sauli innotuit, culpam agnoſcit, ſpondetq; Davidi omnem ſecuritatem.

QUæſtio I. *Cur David dixit* v. 19. *Si Dominus incitat te adverſum me, odoretur ſacrificium?* ℞ Ex tribus cauſis provenire potuit hæc tam dura & tam diuturna vexatio, vt bene Abul. q. 22. Aut quia à DEo movebatur Saul, vt Davidem tolleret è medio; aut quia eò Regem invidorum hominum fallaces & inimicæ voces impellebant; aut quia à ſuo ſiue genio, ſiue ſpiritu Rex inſtigabatur, vt Davidem opprimeret. De hac vltima, etſi eſſet veriſſima, non loquitur David, ne Regi aliquid objiciat indignum & turpe, quo Regium vultum pudefaciat, & vt ſuam in eum obſeruantiam oſtendat. De prima agit libentiùs, & dicit ſe non recuſare, quo minùs mortem ſubeat; ſi ita de ſe Dominus per regem de ſuo capite ſtatuat. Quare ſicut victima neq; obluctans, neq; clamans ad altare ducitur; ſic ipſe placaturus ſuo ſanguine divinam offenſionem, regio cultro non invitus jugulum ſubmittet, vt ex ſuo corpore fiat, exigente atq; approbante DEo, ſuaviſſimi odoris holocauſtum. Id enim eſſe puto, *odoretur ſacrificium.* Cùm enim quod DEus ab homine ſacrificium exigit, gratum exiſtimetur; ſic etiam exiſtimatur Dominus quem accenſa victima odorem exhalat, libenter excipere, & odorari ſuaviter. Sic Gen. 8. odoratus dicitur Dominus ſacrificium Noë; id eſt, gratum habuiſſe. Quare hîc nihil aliud dicit David, quàm ſe libenter futurum victimam, ſi DEus ita velit, & ad id Saulem tam vehementer vrgeat. *DEus odoratur ſacrificium.*

II. *Cur David addit: ſi autem filij hominum, maledicti ſunt in conſpectu Domini?* ℞ eſt altera cauſa, cur tam obſtinato odio videri Saul potuit perſecutus Davidem. Quia alij ardenti Saulis animo faces admovebant. Hos autem inviſos eſſe dicit & execrabiles Domino. Quia innocentem hominem non ſolùm ex paterna domo nataliq; ſolo, ſed etiam ex Iſraelitide terra abire compellunt, cùm in illa ſtabile habere domicilium aut hoſpitium non liceat, dum regius furor improborum halitu igneſcit. Ex qua hominum maleuolentia id conſecutum eſt, vt dixiſſe videantur, non ſolùm vt patrias ſedes exul, ſed vt patriam religionem relinquam: id enim valet, quod ſubjicitur. *Vade, ſervi Dijs alienis.*

III. *Cur dicitur David: Vade, ſervi Dijs alienis?* ℞ quia dum invidi Saulem inſtigant vt Davidem perſequatur, id etiam efficiunt, vt illum ad gentilium regiones excedere compellant, quibuſcum ſine veræ religionis injuria, ac ſine periculo abjurandæ pietatis commorari non poſſet. Cùm enim varium eſſet Hebræorum ingenium, fiebat, vt ad illam ſe religionem applicarent, quam in honore eſſe videbant in illis regionibus, ad quas immigrare contigiſſet. Sic in Ægypto coluerunt idola Ezech. 16. *fornicata es cum filijs Ægypti vicinis tuis.* & alibi. Et idem accidit alijs, qui ad regiones alias non captivi, ſed peregrini & hoſpites appulerunt pſ. 105. v. 35.

Et com-

Et commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & servierunt sculptilibus eorum; *factum est illis in scandalum.*

IV. *Qualis est locutio, sicut persequitur perdix in montibus?* ℞ passivam esse, cùm tam activam potiùs significationem habeat. Neq; tamen est, cur grammatici nostrum Interpre reprehendant, quòd abusus fuerit vi & significatione vocabuli. Ut enim observavit Sera in c. 2. Judith, ad illud: *prædavit omnes filios Tharsis;* hoc etiam in verbis deponentibus fe runt aliqui, neq; ideo à posteris sunt improbati. Dixit apud Nonium Ennius *criminat;* Acc *miserarent* & *contempla;* Turpilius, *proficisceret;* Pacuvius, *moderant.*

CAPUT XXVII.

David inconstantiæ Saulis fidere non ausus, ad Achis regem Geth vertitur, à quo vrbem Siceleg impetrat, è qua plurimas in dies prædas Amalecitis & alijs vicinis locis agit.

Vir & domus ejus.

QUæstio I. *Quid significat v. 3. Vir & domus ejus?* ℞ Apud Hebræos *Vir* aliquando valet signum vniversale, vt idem sit, quod *quilibet.* Ergo *vir & domus ejus,* idem quod, *omnes socij Davidis cum familijs suis.* Quas vna secum ad Philisthæos tra xerunt, quòd putarent, eas parum tutas fore in Judæa ab ira, furore & insidijs Sau qui commodè acerbitatis suæ virus in vxores & liberos evomuisset, quod in absentes con ges & parentes concepisset.

II. *Cur potiùs ad Philisthæos juratos Israelitarum hostes, quàm ad Ammonitas, Iduma Tyrios, vel Sidonios Israelitis tunc confœderatos transfugit David?* ℞ Quia confœderati no issent hominem fugitivum regi Sauli repetenti denegare, ne fortem molem belli in se trahere At verò à Philisthæis, quibus cum acre Sauli bellum erat, nec petere tale quid ausus fuis nec si peteret, impetrasset. Imò vel ea maximè de causa Davidem Philisthæi libenter excep ri erant, & armis defensuri, quòd Saulis esset inimicus. Ita Abul.

III. *An Dauid de Philisthæis, qui non erant de ditione regis Gethæi prædas egerit?* ℞. firmat S. Hieron. in tradit. quem sequitur Emmanuel Sa, & probabile facit mox congrega vniuersus gentis exercitus contra Hebræos, à quibus se multis excursionibus vexatos putaba Cùm enim prædones istos vel ex lingua ipsa Hebræos esse cognoscerent, & fugam Dauidis Achis ignorarent, putabant se à subditis Saulis ejusdem jussu vexari. Vnde nec querelas ad gem Gethæum deferebant; præsertim cùm Dauid longiùs ab eo habitaret, & omnem oper daret, ne agnosceretur. Et cùm Achis vice versa nihil audiret querelarum, putabat omnino sraelitas à Dauide vexari, qui nequaquam apud ipsum, vtpote hostem, sed apud Saulem co quererentur. Et credibile quidem est Dauidem, quantum tutò potuit, Philisthæos opprime ne dum eos aliarum gentium spolijs ditare voluisse. Non minus tamen credibile putat Salian Dauidem hoc tempore à Philisthæis abstinuisse, siue quia scriptura in enumeratione popu rum, quos incursabat Dauid; tacet Philisthæos, siue quia id à Dauide promissum fuerit re vt putat Abul. siue quia jus fasq; non sit ijs nocere, quorum præsidio tegaris contra hostes os, siue deniq; quia in crebris deprædationibus facile oppidum Siceleg prædonum latibul agnitum fuisset, & deletum cum habitatoribus suis.

IV. *Quo jure Dauid prædas agebat de Gessuri, & de Gerzi, & de Amalecitis imò & prom cuas cædes faciebat, nullo sexûs & ætatis discrimine?* ℞. Jure legis diuinæ, qua & Amaleci & omnes incolæ terræ promissæ etiam parvuli & fœminæ, occidi jubentur Deut. 20. 16. Cù sermo esset de gentibus, quæ in terra Chananitide consederant, quam filij Israel essent occup turi, dicitur: de his ciuitatibus, quæ dabuntur tibi, nullum omnino permittes viuere, sed int ficies in ore gladij. Idem Num. 33. v. 55. Gessuræi autem & Gerzæi, in finibus habitabant srael Josue c. 13. v. 13. Et licet Amalecitæ extra fines habitarent Israeliticos, quia erant Id mæl, tamen Reges Israel mandatum acceperant à Domino, vt illos ad vnum interficerent. De 25. 19. *Cùm Dominus dederit tibi requiem, delebis nomen Amalech sub cœlo, caue ne obliuiscar.*

V. *Quomodo id facere potuit Dauid, cùm nondum esset Rex?* ℞. Sed erat Dux & Chi archus constitutus à Saule. Et licet Saul Dauidem odisset, & persequeretur, gratum tamen ratum habebat tum Saul, tum omnis populus, quòd Dauid communes hostes exscinderet. I Cajet. & Abul. Posset etiam cum Saliano dici, Dauidem qui Pontificem & Ephod apud se hab bat, consulto Domino speciale ab eo mandatum de vicinis illis Judææ hostibus exscindend accepisse.

VI. *Quomodo tamdiu celari potuit Philisthinis, prædas, quas frequenter videbant à Dav de referri, non esse ab alijs, quàm ab Hebræis deportatas; cùm cædes tot virorum ac mulieru & expugnati atq; vastati habitatoribus pagi magistratus excitari debuerint, vt tantæ stragis vestigarent auctores, qui sanè si vel mediocris adhiberetur inquisitio, occultari non possent:* ℞. causas consideremus humanas, nempe Dauidis solertiam, locorum distantiam, quæ illa inte dun

lum, quæ magna ſunt, in hominum cognitionem venire non ſinit, omnes leviſſimæ ſunt. Nam licet ea, quæ magna ſunt, aliquando premantur, non tamen opprimuntur, erumpunt enim tandem, & rumore nuntio aures etiam implent longè diſtantes. Neq; illa, quæ geſta ſunt à Dauide, vſq; adeo fuerunt interjecto ſpatio ſeparata, vt non à Philiſthinis videri oculis, ac manu etiam contrectari potuerint. Quare hæc vni diuinæ prouidentiæ tribuenda ſunt; quæ ſic fauit Dauidis conſilijs, & votis, vt liberarit non ſemel à Saule; & res haſce, quæ naturâ ſuâ celari non poterant, ita moderata eſt, vt nec in ſuſpicionem ac mentem Philiſthinorum venire potuerint.

VII. *Quis ſenſus verborum* v. 11. *virum & mulierem non viuificabat Dauid?* ℞. Idem eſt, quod occidebat. Phraſi Hebræorum, apud quos ille dicitur aliquid accipere, qui nihil amittit: & contra. Sicut latrones dicunt ſe vitam dediſſe, cui illam non ademerunt. Sic Act. 7. *vt exponerent infantes ſuos, ne viuificarentur*, id eſt, ne in vita ſeruarentur, & 2 Reg 8. *Menſus eſt Dauid duos funiculos, vnum ad occidendum & unum ad viuificandum*: Id eſt, Dauid ſententiâ latâ definiuit, quinam eſſent vel occidendi, vel in viuis conſeruandi. Sic ſæpe in ſcriptura *ſanctificari* ponitur pro *non polluere*.

CAPUT XXVIII.

Philiſthæi ingentes copias adversùs Saulem armant. Dauid ſe jungit Achis Regi Geth. Saul per pythoniſſam jubet ſuſcitari Samuelem, ex quo mortem ſuam ſuorumq; in craſtinum diſcit.

QUæſtio I. *Quo ſenſu dixit Dauid* v. 2. *nunc ſcies, quæ facturus eſt ſeruus tuus?* ℞. Anceps eſt hic locus, & in quamcunq; partem accipiatur, non leuis culpæ reus conſtitui videtur. Nam ſi ex animo promiſit regi infideli fidelem operam contra Iſraelitas, impius in Deum fuerit, & in gentem ſuam, juvando idololatras, DEi, & populi ejus capitales hoſtes; & inſuper impugnator populi, cujus à DEo rex electus fuerat & inunctus. Sin ex animo non promiſit, mendacem eum & fallacem, & benefactoris ſui proditorem fateamur neceſſe eſt. Attamen dicendum Dauidem in tam lubrico, & ancipiti loco, ad Deum more ſolito recurrendo, ſe totum diuinæ ipſius prouidentiæ commiſiſſe, certum exequi, quod ille juſſiſſet, ſiue pro Saule, ſiue pro Achis, nec defuit Dominus in hoc ſalo fluctuanti. Interventu ſiquidem ſatraparum curauit illum dimitti, vt cum bona Gethæi reguli gratia, neq; pro ipſo, neq; contra ipſum pugnaret. Quod verò ad verba attinet, apparet nihil eſſe mentitum, quia reuera nihil certi promiſit, licet Rex in proniorem ſignificationem verba Dauidis acceperit, atq; ideo vt obſervat Burgenſis, conſultò nihil certò affirmavit, ſed tantùm dixit viſurum eſſe Regem, quid ipſe, cùm pugnandi adforet tempus, facturus eſſet.

II. *Quomodo Saul abſtulit magos & hariolos de terra?* ℞. Tirinus ſuſpicatur vel Samuelis auctoritate & conſilio eos à Saule ſublatos fuiſſe ſub initium regni illius, vel certè cùm jam ipſe à maligno exagitaretur ſpiritu, voluiſſe hac maleficorum victimâ placare ſibi DEum, dæmonemq; ex ſuo corpore exigere. Et verò videtur DEus in mercedem ejus operis, Saulem poſteriore vitæ tempore ab obſidente cacodæmone liberum reliquiſſe; neq, enim mentionem ampliùs audimus iſtius maligni ſpiritus, in Saulem antea toties irruentis. Congruum enim videtur eum à Dæmone liberari, quia regnum totum ab illis infernalibus mancipijs expurgauerat. Juſtinus Martyr q. 52. ad gentes hanc adducit cauſam: [Diuinatrices, inquit, abſtulit Saul, eo facto ſe DEum conciliaturum ſperans, vt ſuam ille ſententiam, qua eum vt regno indignum repudiauerat, mutaret. Non hariolorum odio habens impietatem, ſed regni adamans adminiſtrationem. Et quia conſilium ejus DEus non probauit, propterea eum ita reliquit, vt illos is requireret, quorum non bono inſtituto patrauerat cædem.]

III. *Quomodo Saul per Sacerdotes conſuluit Dominum, cùm Sacerdotes non fuerint ſoliti conſulere Dominum niſi per Ephod, quod cùm ſecum abſtuliſſet Abiathar ſupra* c. 23. v. 6. *non erat per quod Sacerdotes alij DEum conſulere potuerint?* ℞det Abul. q. 14. & 15. Non fuiſſe in Tabernaculo, aut inter Sacerdotes vnum tantùm Ephod, ſed plura, ſicut alia Sacerdotum ornamenta non fuêre ſimplicia, ſed pro majore minoréue dierum ſolemnitate alia atq; alia adhibebantur. Quare potuit eſſe aliud Ephod, vel antequam Abiathar ad Dauidem confugeret, vel certè quod poſtea à Sacerdotibus concinnatum eſt, ne ad ſimiles caſus hoc diuini oraculi magnum inſtrumentum deeſſet.

IV. *Quis fuit Pythius, aut Pythoniſſa?* ℞. Pythius propriè Apollo vocabatur, quòd Pythona ſerpentem ſagittis confeciſſet. Vnde quotquot ab Apolline quaſi afflati, ſeu illuſtrati ſecreta ſuis maleficijs reuelabant, Pythij vel Pythiæ vel Pythoniſſæ vocabantur. Id verò faciebant varijs modis, vt docet Abul. vel per ſigna ſiue verbis v. g. exhibendo in ſpeculo, vel in circulo effigiem ejus, quem quæris. Vel per nuda verba, ex pala annuli, vel alia ex recula repræſentando. Vel per cadauera, vel per arreptitios, vel per ventrem proprium oracula fundendo,

Pythius & Pythoniſſa.

do, dæmone in concluso ibi aëre, voces quas vult, efformante. Vnde & *Ventriloqua, & necromantici & Magi* vocantur.

V. *Cur Pythonissa dicit: DEos vidi ascendentes de terra* v. 13.? ℟. Hebraica phrasi pluralis numerus ponitur, pro singulari, ad designandam personæ, de qua agitur dignitatem, ut Exodi 32. de vitulo aureo, qui vnicus erat, dicitur, *hi sunt Dij tui*, & passim *Elohim* seu Dij, pro vno Deo in scripturis ponitur. Insinuat ergo Pythonissa, eum, qui apparebat, tanto esse splendore, vt non aliquis ex hominum numero, sed DEus ipse esse videretur. Quod & Saul optimè intellexit, cùm in singulari rogat, *qualis est forma ejus?* & mulier quoq; relicto jam plurali numero respondet, *vir senex ascendit amictus pallio*, nempe prophetico, quale quondam lacerauerat Saul c. 15. v. 27.

Samuel verus apparuit.

VI. *An verus hic fuerit Samuel?* ℟. Dubitare an verus fuerit, saltem secundùm animam, pene temerarium putarim, cum Ecclesiastici 46. dicatur, postquam *dormiuit, notum fecit regi* Sauli finem vitæ suæ, & exaltasse vocem suam de terra in prophetia &c.

Samuel non magica arte suscitatus.

VII. *Estne probabile arte magica suscitatum fuisse verum Samuelem?* ℟. Nulla ratione, sed sola virtute & imperio DEi id factum, præveniente DEo conatus mulierculæ. Sicut volente Balaamo maleficijs suis à Dæmone responsa extorquere, prævertit DEus, & per os illius benedixit Israeli. Sic Ochozia mittente, qui consulerent Beelzebub idolum Accaron, prævenit DEus responsionem Diaboli, misso Elia, qui mortem regi prædiceret. Ita S. Amb. Basil. Justinus, Aug. S. Thom. Bellarm. Suarez, Delrio, Serarius & alij. Non ergo obsecutus est DEus Magiæ, sed impedivit: nam ne Dæmon responderet, prævenit Samuel, Quin & in punitionem tentatæ Magiæ, videtur DEus tam tristem, tamq; vicinam cladem Sauli manifestari jussisse, Qua vtinam ille ad resipiscentiam, seriamq; pœnitentiam, vt poterat, vsus fuisset.

Saul quomodo futurus cum Samuele.

VIII. *Quid Samuel intellexit per verba illa: cras tu & filij tui mecum eritis? An in sinu Abrahæ, justorum nimirum receptaculo?* ℟. Alia omnino hujus loci sententia est: Nihil enim aliud Sauli Samuel significare voluit, quàm moriturum esse Saulem, sicut ipse mortuus est, & aggregandum esse defunctorum numero. Qui loquendi modus vsitatus est Hebræis, qui dum aliquem mortuum esse significant, hoc fermè modo explicare solent: *appositus est ad parentes*, seu *aggregatus est cum mortuis*; *esse* aut *requiescere* non tam ad animam, quàm ad corpus pertinet. Quod etenim ad corpus attinet in hoc sæculo eadem pene Sanctorum, & impiorum conditio est, imò hominum & belluarum, vt considerabat Ecclesiastes c. 3 v. 19. *vnus interitus est hominum & jumentorum, & æqua vtriusq; conditio, sicut moritur homo & illa moriuntur.* Samuel igitur hic non de loco animabus destinato affirmat sed de sepulchro & pulvere, in quem dissolvenda erant Saulis & filiorum corpora. Adde in Scriptura de aliquibus dici, appositos esse ad parentes suos, aut cum parentibus dormijsse, quorum vita & mores fuerunt dissimillimi.

CAPUT XXIX.

Cùm David se suosq; junxisset copijs regis Philisthæi Achis, ægre id ferunt reliqui Satrapæ jubeturq; domum remitti, & in Siceleg reverti.

David quomodo multis annis fuit apud Achis.

QUæstio I. *Quomodo Achis v. 3. dicit Davidem apud se multos dies vel annos commoratum esse, cùm ex c. 27. v. 7. constet eum tantùm 4. menses & aliquot dies in terra Philisthæorum fuisse?* ℟det Sanctius Achis mentitum fuisse more Gentilium, qui non tam veritatis, quàm vtilitatis rationem habent. Alij putant hunc dicendi modum in ea regione proverbialem fuisse, ad aliquid significandum, quod etsi brevi tempore factum aut observatum fuerit, ejus tamen esse naturæ, vt haberi possit pro diuturno. Sic Achis quia Davidem putabat fidelissimum, ait se aliquot mensibus ejus fidem explorasse, neq; aliud in eo deprehensurum, licet eum multis annis secum haberet: vel retinuisse illum apud se aliquot mensibus, neque dubitaturum habere multis annis, cùm nihil de illius fide suspicaretur.

David similis Angelo.

II. *Cur Achis homo Paganus, qui de Angelorum natura nihil fortasse norat aut audierat, dixit Davidem similem esse Angelo?* ℟. Audivisse Achis ab Hebræis, quos habuit vicinos, & cum quibus, tempore maximè pacifico consuetudinem habuit, Angelos esse Divinæ voluntatis nuntios ac interpretes, qui sicut DEi fidelissimi essent ministri, sic nemo de illorum fide dubitabat. Et cùm in eis scientiam nossent esse præstantissimam, majestatem magnam & speciem augustam, vtpote à divina libatam; fiebat, vt quæ in quocumq; genere eximia sunt proverbiali specie significarentur Angelorum comparatione & nomine. Cùm antea proverbialem hunc dicendi modum sæpiùs, vt est verisimile, audijsset Achis, eodem vsus est ad explicandum, quid de Davidis fide ac bonitate sentiret, & cùm ageret cum Hebræo, Hebræorum proverbium vsurpavit.

David dimittitur à Philisthæis.

III. *Cur Philisthæi censuerunt Davidem dimittendum ex castris?* ℟. quia judicarunt periculosum esse auxilium hominis pessimè de Philisthæorum gente meriti, qui data occasione, arma contra eos conversurus esset, pro quibus venerat pugnaturus. Ut sic gratiam principis sui redimeret

neret. Prudenter quoq; judicarunt non planè dimittendum, ne hostiles copias augerent hac præclara militum manu, quæ instar multorum millium esse posset, sed remittendum in Siceleg, vt ibi sedeat quietus, nec se prælio misceat. Hic autem mirificè se prodit divina in Davidem providentia, quæ Philisthæorum prudentiâ vtitur, vt cum ejus honore & vtilitate à tam ancipiti, quem dixi, loco eripiatur. Nam mox cum honore à Rege post publicam laudationem dimittitur in oppidum suum, ne contra alterutros injustè pugnare cogatur. Utilitas ex recuperatis omnibus suis, ac devictis Amalecitis, qui Siceleg eo absente vastaverunt, apertè cognoscitur.

CAPUT XXX.

Absente cum suis Davide, Amalecitæ vrbem Siceleg invadunt, spoliant, igne succendunt, ablatâ inde omni prædâ. Sed David illos persecutus, penè omnes occidit, prædamq; recuperat: quam ex æquo dividi jubet etiam ijs, qui ad sarcinas lassi substiterant.

QUæstio I. *Cur DEus permisit, vt Israelitarum vxores & filij abducerentur in captivitatem?* ℞det Theodoret. q. vlt. in 1. Reg. vt reversi expeditionem facerent adversùs Amalecitas, & convenienter Divinæ prædictioni eos penitus perderent. Permisit ergo Dominus illam calamitatem, quia hanc Amalecitarum fæcem, malè perpetuò pullulantem & pejus à Saule reseruatam, destinabat ad victimam. Sed effulsit hic quoq; mirabilis DEI clementia in Israelitas, qui non permiserit quemquam virorum interfici, quos videlicet David reliquerat ad oppidi præsidium, vt ratio postulat, neq; mulieres à barbaris victorum more violari; cùm non deesset recens Davidis exemplum, qui captos viros mulieresq; interficiebat. Mitigavit nimirum Dominus justum, vt videbatur, barbarorum furorem, & paris vltionis vel memoriam, vel appetitum extinxit.

II. *Quomodo David cum suis planxit, donec deficerent lacrymæ v. 4.?* ℞ Deficiunt lacrymæ, aut cùm homines stupent, & nimius dolor mentem adimit, & rigere facit hominem instar saxi. Quod innuerunt Poetæ in fabulosa Niobe, quæ doloris acerbitate, & assiduitate plorandi in lapidem dicitur fuisse conversa. Idem de se cecinit Ovid. l. 1. de Ponto eleg. 2. *Lacrymæ quomodo deficiunt.*

Fine carent lacrymæ, nisi cùm stupor obstitit illis,
Et similis morti corpora languor habet.

Exsiccari interdum lacrymarum fontes, ita vt nihil sit reliquum salsi illius humoris, quem per oculos eliquat & effundit dolor, indicat Basil. hom. 2. de Gratiarum Actione, & Amb. de obitu Valentiani. Sanè Jeremias consumptas lacrymas sibi esse dolebat, & fontes lacrymarum optabat, vt populi lamentabilem casum deploraret c. 9. *quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos filij populi mei?* Hoc modo puto Davidi ac socijs suorum fortunam deplorantibus defecisse lacrymas, quia humor ille defecit, quo stillant oculi.

III. *Quomodo servus Amalecitæ, qui triduò aberat, nosse potuit, quo in loco Amalecitæ consisterent?* ℞ quia latrones certa sibi solent designare loca, in quæ conferant, quæ furto sustulerunt, vt ea pro cujusq; labore ac meritis distribuant; vbi suos agant conventus; aut vbi se commodiùs ac securiùs oblectent. Sic puto inter Amalecitas convenerat, vt in certum aliquem locum absoluto prædandi negotio convenirent, vt laxarent defessa corpora, & fatigatos remitterent animos, & laboris fructum caperent. Quod audierat Ægyptius ille servus, cùm vnus esset è prædonum numero, atq; ideo promittere potuit, quod optabat David, & sine vllo errore promissa complere.

CAPUT XXXI.

Saul cum filijs in pugna cæditur à Philisthæis. Truncum corpus in muro Bethsan suspenditur: caput recisum in triumphum circumfertur: arma in templo Astaroth suspenduntur: Viri Jabes Galaad corpora Saulis & filiorum ejus de muro detracta sepeliunt in Jabes.

QUæstio I. *An ex vulnere à se inflicto exstinctus sit, an verò aliena Amalecitæ manu interierit, vt narratur 2. Reg. c. 1.?* ℞ Probabilius esse, Amalecitam illum insigniter mentitum fuisse, Saulem verò ex suo vulnere interijsse, loquuntur clara scripturæ verba: quæ etiam insinuant, exstinctum fuisse simul atq; in gladium incubuit. Neq; prius voluit armiger Saulis se quoq; interficere, quàm vidisset jam mortuum esse Saulem 1. Paralip. 10. v. 5. Neq; vnquam permisisset armiger manu vilis Amalecitæ regem suum occidi. Ita Theodoret. Abul. Lyran. Serarius, Sanctius & Tirinus. Ubi obserua, quòd scriptura non semper probet illa, quæ ab alijs narrata commemorat, quæ sanè ab illis esse dicta Canonica fides est; at esse vera, longè abest etiam ab historica fide. *Saul ex vulnere sibi inflicto obijt.*

Saul æternum perijt.

II. *An Saul æternam quoq; mortem subierit, & sit damnatus?* ℞ Omnes penè SS. PP disertè affirmant, vt SS. Hieron. Amb. Aug. Bernardus, & pene omnes Interpreres. Neq; vel levissima conjectura, qua de tot, tamq; horrendis sceleribus pœnitentiam egisse colligam. Nec opus est alia damnati Saulis argumenta requirere, cùm scriptura id satis insinuet. N 1. Paral, 10. vbi nos legimus: *Mortuus est Saul propter iniquitates suas, eò quòd prævaricatus sit &c.* in Hebræo & apud LXX. habetur: *Mortuus est in iniquitatibus suis, quibus prævaricatus est.* Sed sane pridianum illud scelus, quo Pythonissam, id est Diabolum, consuluit, & vltim facinus, quo violentas ipse sibi manus intulit, non sunt signa pœnitentiæ, sed extremæ maliæ & obstinationis argumenta. Et putat Sanctius, istud consultæ Pythonissæ peccatum, quod nus quoddam est Idololatriæ, mortem Sauli accelerasse, & hoc insinuari 1. Paral. 10. v. vlt. dicitur, *propter hoc interfecit eum DEus.* Sicut Ochoziæ quoq; propter simile consulti Beel-bub peccatum prædicit Elias, 4. Reg. 1. *De lecto non descendes, sed morte morieris,* Descensus vtiq;, & diutiùs victurus, ni consuluisset, vt v. 16. insinuatur. quid Samuel per verba illa: *Cras tu & filij tui mecum eritis,* intellexerit, vide dicta c. 28. q. 8.

Saulis viri omnes mortui.

III. *Quomodo v. 6. dicuntur mortui vniuersi viri* Saulis? ℞. Non quotquot in exerc fuerant; nam ex his multi dicuntur fugisse; sed omnes, qui erant domestici ejus, vt viri au-ci, qui illi erant assidui, & à Regio latere non recedebant; milites quoq; prætoriani, quibus deniq; cura circa regiam personam vel custodiendam, vel ornandam, aliquod erat negotium commendatum.

Jabitæ benefici in cadauer Saulis.

IV. *Vnde ciues Jabes Galaad tam benefici in cadauer Saul* v. 11? ℞. Erant hi, quos ar-biennium Saul initio Regni sui liberarat à tyranno Naas Ammonita, qui non nisi effossis o-mnium oculis dextris pacem illis dare voluerat, c. 11. Cujus beneficij cùm grata esset recens; apud ipsos memoria, in vicem acceptæ à Saule, & libertatis & vitæ, voluerunt saltem cadau sui benefactoris, cùm aliud non possent, ab illa patibulari ignominia vindicare, & more reg comburere, sepelire, cæteraq; justa persoluere.

LIBER II. REGUM.

CAPUT Imum.

Dauid occidi jubet Amalecitam, qui jactabat se sua manu occidis Saulem. Luget deinde cæsum Regem, & carmine lugubri deflet com munem cladem.

Anima quo modo adhuc tota in Saule.

QUæstio I. *Quo pacto dicitur, v. 9. adhuc tota anima mea in me est?* ℞. Se cundùm vulgi opinionem & errorem, in quo fortasse erat Saul, dictum est; qui ille putabat animam, quasi magnitudinem haberet, & partes, non totam simu & in momento excedere de corpore, sed corporis partes ab animæ partibus a lio atq; alio temporis momento destitui: in hoc saltem errore videtur fuisse A malecita, qui Sauli hæc verba mendaciter attribuit, & juxta suam opinionem a sensum locutum dixit esse Saulem. Et hoc mihi probabilius est. Aut fortasse dictum est à Sau le, totam in ipso animam esse, quia nihil animæ, id est, eorum, quæ ab anima corpus habet stupor aut metus abstulerat. Sed acer erat sensus doloris, quem augebat dedecoris ab illudent turba acerba cogitatio. Ideo à vulnerato corpore, & ab ægro animo abesse non poteran angustiæ.

Montibus Gelboe maledicit Dauid.

II. *Quid imprecatur Dauid* v. 21. *montes Gelboe, nec vos, nec pluvia veniat super vos?* ℞ Petit quasi præ nimio dolore sui ipsius impos, non quia id velit factum, sed vt doloris magni-tudinem ostendat, vsitato Hebræorum more, vt montes illi steriles perpetuò sint, neq; ex cœlo aliquid accipiant, nisi aut sitim perpetuam, aut sempiternam hyemem, ita vt nullus ex illis ad hominum vsus proueniat fructus, neq, inde vllæ primitiæ ad Templi quotidianos sumptus offerantur, siue ex frugibus, quos non pariet sterile aut maledictum solum, siue ex pecoribus atq; armentis, quæ non alet infelix illa regio opportunis destituta pabulis.

III. *An peccauit Dauid, dum in montes patrios diram istam intorquet maledictionem?* ℞det Abul. q. 16. Dauidem hoc ex animo non esse precatum; sed, vt eo dicendi modo, qui his, quos grauis cruciat dolor, familiaris est, ostenderet, quàm ipse grauiter de tanta Saulis, ac illustrium virorum strage doluerit. Quare non est frustratus suo desiderio, quia non sterilitatem optabat montibus, sed tantùm cupiebat alijs esse notum, quid ipse ex communi Israelitarum incommodo sentiret.

IV. *An maledictio hæc effectum habuerit in montibus, seu an numquam cælesti rore fuerint perfusi?* ℞. Non est, cur DEus eo modo Dauidis voto responderet, cùm ipse non tam optaret id aduenire montibus, quàm vellet suum in defunctos animum & studium ostendere,

CA-

CAPUT II.

Dauid in Hebron super Juda in Regem unctus, viros Jabes Galaad b Saul sepulturam commendat. Isboseth verò in regem super Israel un- tus grauem peperit seditionem & pugnam.

QUæstio I. *An duobus tantùm annis regnauit Isboseth? videtur enim tamdiu Isboseth super Israelem dominatus esse, quamdiu Dauid super vnam tribum Juda imperium exercuit.* Dauid autem statim regnasse dicitur in Hebron super Judam 7 annos & 6 menses: totidem igitur anni Isboseth regno erunt assignandi, *quomodo ergo dicitur duo- is annis regnasse?* ℞. Dicitur duobus annis regnasse, antequam bella inter ipsum, & æmulum us Dauidem exorirentur. Nam pòst adhuc alijs quinq; annis cum dimidio regnasse clarè do- et Genebrardus, Abul. Serarius & Salianus. Primo biennio videntur hi duo reges, sat ne- otij cum Philisthæis victoriâ insolentibus habuisse. Quibus demum seu vi coërcitis, seu indu- ijs ad quietem reductis, Abner princeps militiæ Isboseth, etiam de pace cum Dauide, & æterno iter vtramq; domum fœdere conciliando, si posset: sin minus, de re bello dirimenda actita- : cœpit. Ergo cum lectissima militum manu ex regia in Gabaon vrbem tribus Benjamin, Ju- æ conterminam progressus, Joabo Dauidis copiarum Duci ex condicto occurrit. Ergo ante- uam pacis aut fœderis mentionem injiceret, ostentare cupiens militum suorum fortitudinem, e forte suis partibus diffidere aut desperare videretur, dixit ad Joab: *surgant pueri & ludant oram nobis.* *Isboseth quot annis.*

II. *Quid spectauit Abner dum pugnam illam paucorum seu ludicrum certamen indixit?* ℞. Non est verisimile, quòd Duces voluerint se oblectare puerorum ludo, vt eum appellat Ab- er, & non potiùs omnia ad conflictum disponere, cum jam vtraq; castra essent tantùm exi- uo spatio disclusa, & tantùm non expectarent tubæ sonum. Potiùs dixerim belli quasi præ- dia fuisse, quæ velitationes vocantur, quando aliqui experiendi suas, aut hostium vires desi- erio, aut gloriolæ militaris studio, antequam signa conferantur, alios ad singulare certamen, ut definito numero lacessunt. Id verò non solùm permittunt Duces, sed etiam optant, tum ut uorum explorent animos, & hostium vires; tum, vt si minùs se paratos viderint, publicum ertamen euitent. Nec fortasse aliquis malè conjectaret, hoc ab Abner sumptum esse quasi pro- nosticum aliquod, aut præjudicium victoriæ, ita vt inde colligeret, qualis futurus esset illius ertaminis euentus, quod jam imminebat. Fuit enim Hebræis hoc vsitatum, vt certa sibi signa onstituerent, quibus de futuro rerum successu conjectarent, sic Jonathas 1 Reg. 14. hoc sibi ignum exitus fortunati præscripsit: *si taliter locuti fuerint ad nos: manete donec veniamus ad os, stemus in loco nostro &c.* *Certamen ludicrum.*

III. *An grauiter peccatum fuit ab utroq; Duce, quòd præsertim non belli dirimendi, vel cau- æ decidendæ, sed solius animi & vanæ virium ostentationis gratia sanguinolentum certamen ob- atum atq; admissum sit?* ℞. affirmat Abul. & licet culpam Joabi minuerit metus, ne, si recu- sasset, dedecore afficeretur cum suis, & simul audaciores fierent Israelitæ, ad Judæos deinceps crebrioribus damnis afficiendos; culpam tamen non planè delet: quia pudor & metus ille non anti erat, vt ad eum euitandum, in tot fortissimorum virorum quasi certam, saltem injustam mortem consentiret, cùm non deessent alia media, pudoris metusq; illius, etiam aperta vi de- pellendi Ipsos gladiatores excusare potuit cœca obedientia, qua legitimis Ducibus suis, penes quos debet esse examen causæ, prompti paruerunt. Si tamen non obediendi causâ, sed tantùm ostentandarum virium gratiâ ad certamen concurrerunt, vtiq; & ipsi peccarunt, & infelici mor- te defuncti sunt, vt solent, qui in vltroneo duello cadunt. Et forsan ideo permisit DEus, vt omnes vtrimq; mutuis vulneribus confossi interierint. Cæterùm accensis hoc cruento specta- culo vtrimq; tam ducum quàm militum animis, cùm dubiam adhuc fortitudinis laudem suo quisq; exercitui promereri, simul & sociorum mortem vlcisci vellet, extemplò totis aciebus con- cursum. Et quia major fuit Abneris culpa primò provocantis, permisit DEus justo judicio i- psum vinci, & magna clade affici, cum non minore probro damnoq; Isbosethi, à quo paula- tim ex varijs tribubus multa millia ad Dauidem transfugerunt vt habet 1. Paral. 12. v. 22. *In quo uterq; dux peccauit.*

IV. *An vterq; Dauid & Isboseth veri fuerint Reges?* ℞. affirmativè. Nam Dauid diuina primùm electione, tum primariæ partis populi voluntate rex creatus erat atq; inunctus. Isbo- seth autem, vt legitimus Saulis filius, jus ad regnum paternum successione primùm, ex jure gentium obtinebat, deinde maximæ partis populi voluntate, ejusdem regni admistrationem adie- rat; nec de diuina electione Dauidis, quæ clàm facta fuerat, ei satis constabat, vt propterea ei regno cedere teneretur. Cùm ergo Principes ipsi bonæ fidei, ac legitimi regni possessores es- sent, tantò magis utramq; populi partem à peccato immunem fuisse putandum est. *Dauid & Isboseth uterque Rex.*

CAPUT III.

Abner ob concubinam reprehensus ab Isboseth, transit ad partes Davidis, cui reducit uxorem Michol: sed proditoriè confoditur à Joab: & amarè defletur à David.

David potuit pacisci cum Abner.

QUæstio I. *An David potuit pacisci cum Abner, quin culpæ & proditionis ejus particeps fieret?* ℟. Potuit, quia jure sibi cælitus concesso vtebatur. Cùm enim sciret David vniuersum regnum Diuino decreto sibi deberi, poterat illud sibi quacumq; viâ commodâ licitaq; vindicare. Et quamuis nollet aut cruentâ victoriâ, aut invitis subditis id rapere: volentibus tamen ab æmulo desciscere, & ad se transire, deesse noluit. Ad voluntatemq; perversam Abneris non nisi permissiuè se habuit, eamq; in rem suam convertit, ferè sicut DEus studijs impiorum vtitur ad bonos inde effectus eliciendos.

Joab cur occidit Abner.

II. *Quæ fuit causa, quòd Joab Abnerem occiderit?* ℟. Scriptura ait id factum in vltionem sanguinis Asael fratris Joabi & Abisai, hæcq; causa publicè spargebatur etiam ab ipso homicida, vera tamen causa, quæ Joabum ad hoc facinus impulit, videtur fuisse invidia, æmulatio & timor, ne sibi Abner in principatu militiæ sufficeretur. Ita Josephus, Lyran. Serarius, Salianus. Sciebat enim fore, inquit Theodoretus, vt ille præesset exercitui, qui vniversum Israëlem adducebat ad Regem. Et verò eamdem ob causam idem Joab eâdem perfidiâ occidit etiam Amasam, quòd & illum timeret sibi ducem successurum, infra c. 20.

Scelus Ioab non punitũ à Dauid.

III. *Cur David passus est Joabum tanti sceleris auctorem vivere & quidem impunitum, & ne vel minima seu honoris seu dignitatis parte minutum?* ℟. Existimauit David non esse nunc è publica re, & regno vix coalescente Joabum cum fratre Abisai ad pœnam commeritam rapere. Hoc videtur innuere dicens: *Ego autem delicatus & vnctus Rex*. sed necdum sat stabilitus. *Porrò viri isti filij Saruiæ*, nepotes mei ex sorore *duri* ac molesti *sunt mihi*, utpote ingenio duro ac ferōci, & quia præsunt exercitui, possent facili negotio omnia turbare, meq; & regnum meum euertere. Nolo tamen impunè illis esse tantum facinus, sed pœnam in tempus opportunius differo, dum interim stabiliendis rebus meis vtilem ipsi operam nauant. Sicut etiam regno probè constituto mandauit Salomoni, vt de Joabo pœnas sumeret.

Epicedium in funere Abneris.

IV. *Quæ est summa epicedij Davidis in funere Abneris: nequaquam, vt mori solent ignavi, mortuus est Abner &c.* v. 33.? ℟. Hæc: nullam ex eo mortis genere Abneris nomini impactam ignominiam, quia neq; in fuga, neq; adverso pectore ab antagonista vulnus illud accepit, quod mors est secuta; ita vt in certamine quemquam superiorem habuerit; sed ex insidijs ab eo, qui legitimo Marte aut non posset, aut non auderet cum tanto concertatore confligere. Hoc enim valet illud, quod statim additur: *sicut solent cadere coram filijs iniquitatis, sic corruisti.* Illi enim coram filijs iniquitatis corruunt, qui incautè cadunt, cùm sibi ab eo, qui hilarem ostendit ac benevolum vultum, nihil timendum putant, cùm tamen alij sub specie amicitiæ, animos comprimant & occultent hostiles.

CAPUT IV.

Isboseth à duobus militum præfectis in thalamo suo jugulatur. Sed præfecti vicissim, dum caput ad Dauidem deferunt, pro mercede necantur.

Principes latronum.

QUæstio I. *Qui fuerunt duo Principes latronum* v. 2.? ℟. Sic olim vocabantur omnes milites, sed maximè Prætoriani, teste Varrone, quasi *laterones*, quòd latera stiparent principum. Unde LXX. vertunt *Principes turmarum*. Sic 4. Reg. 24. dicitur DEus Joakimo immisisse latrunculos Chaldæorum, & latrunculos Syriæ, Moab & Ammon, *vt disperderent Judam*. Hi erant filio Saul, nempe Isbosetho regiæ cohortis præfecti, qui, qua causa incertum, fugerunt ante id tempus ad Philisthinos in Geth, forsan vt procul essent ab Abnere sibi ob rem aliquam malè gestam infenso. Nunc verò, euulgata morte Abneris, cùm vident nutare totum Israëlem, & singulos rebus suis prospicere, animadvertentes Saulis familiam in certum jam interitum ruere, neq; ex ea superesse quempiam, in quo spes suas figere possent, cùm Rex Isboseth imbellis totus, Miphoboseth verò Jonathæ filius & mutilus & puer adhuc esset, alij autem filij Saulis ex Respha, vtpote ex concubina nati, non possent regnum aspirare; decreuerunt exemplo Abneris, gratiam Dauidis, in quem omnium oculi & animi conuersi erant, insigni aliquo facinore demereri, putà cæde regis Isboseth vnici æmuli Davidis.

Tritici purgatio quæ?

II. *Quæ fuit illa purgatio tritici per ostiariam in aula regia, vbi & strepitus omnis & sordes rurales procul abesse solent?* ℟. Non fuit excussio granorum ex spicis, quæ tribulâ fiebat, vel molâ, vel vngulis equorum & boum. Neq; etiam excussio palearum, lapillorum, aliarúmque sordium, quæ vanno fiebat. Sed erat exfollificatio granorum è spicis adhuc virentibus, quæ ferè manibus fieri debebat, vel pectine, alioue simili instrumento dentato: fiebatq; sine strepitu, ne

i, nec magno labore: vnde & ab honestis, imò & aulicis ac delicatis fœminis, exerceri pote- it. Porrò ex his granis virentibus, ac deinde tostis, piloq; contusis conficiebant polentam, ratam & delicatam farinam, è qua fiebant arte pistoria varia edulia & dulciaria, Hebræis ad- nodum vsitata, & etiam regijs mensis non indigna. Ita Sanctius & Tirinus.

III. *Quo supplicij genere affecti fuerunt illi duo viri, quorum manus ac pedes dicuntur ab- issi?* ℞. Theodoretus q. 14. sic de illorum supplicio: Eos, qui Miphiboseth (dicere debebat boseth) occiderunt, & ejus caput attulerunt, extremis membris mutilatos egit in crucem. lem pænè Josephus l. 7. c. 2. Jussit, inquit, eos exquisitissimis tormentis excruciatos supplicio edi. Idem, quod Theodor. putat Abul: nempe à Dauidis Satellitibus abscissas esse prius manus, pedes, ac deinde illos extremis truncatos corporis partibus actos in crucem. Sanctius putat atim ad Regis imperium occisos esse Regij sanginis reos, & postea ex eorum cadaveribus resectas esse manus ac pedes, qui ad tanti sceleris memoriam suspensi sunt.

CAPUT V.

Dauid omnium tribuum rex declaratur, & vngitur: pulsis Jebusæis apit arcem Sion, in qua sibi palatium construit: superinducit alias vxores: & Philisthæos bis prosternit.

Quæstio I. *Quomodo expugnanda nunc dicitur Jerusalem, cùm ante hoc tempus expu- gnata dicatur, & esse in Israelis potestate.* Neq; enim David & triumphalis pompa, devicto Philisthæo, ingressus esset Jerusalem, ibiq; abscissum Gigantis caput collocâsset, quasi præclaræ victoriæ monumentum, nisi Israëliticæ foret subjecta potentiæ. 1.Reg.17. 54. *Assumens autem Dauid caput Philisthæi, attulit illud in Ierusalem?* ℞. In Jerusalem duas uisse partes; alteram in vertice montis; quæ dicitur Sion, & postquam expugnata fuit à Dauid, Dauidis appellatur ciuitas; alteram, quæ est in ipso montis descensu, & situ minùs arduo. Hanc expugnarunt, qui erant è tribu Juda, quia minus erat expugnatu difficilis. Jud. 1. v. 8. *Oppugnan- tes ergo filij Juda Jerusalem, ceperunt eam, & percusserunt in ore gladij.* Superiorem verò neq; filij Juda, neq; filij Benjamin expugnare potuerunt, licet sæpiùs aggressi, atq; ideo simul cum Jebusæis ciuitatem illam habitarunt inuiti. Quare id nunc aggreditur David, quod Majores sui consecuti non sunt, vt illam ex medio terræ promissionis & loco magis illustri aboleret ignomi- niam, quam alij cum magno Israëlitici nominis dedecore tamdiu pertulerunt; ne simul viue- rent, contrà quàm esset à lege præscriptum, qui religione & sacris dissiderent; & superiori quodammodo subessent potentiæ eorum, qui superiori in loco supra ipsorum capita, domitasq; ceruices insederant. *Jerusalem expugnanda.*

II. *Quo pacto dictum Dauidi: non ingredieris huc; nisi abstuleris cæcos & claudos?* ℞. Ho- stilem esse sarcasmum, cùm enim arx tam naturâ loci, quàm arte esse munitissima, & humano judicio inexpugnabilis, Jebusæi ridebant omnes Dauidis conatus, dicebantq;: *non ingredieris huc, nisi abstuleris cæcos & claudos.* q. d. Non speres te citiùs arce potiturum, quàm cæcos illos & claudos, qui soli arci tutandæ & tibi resistendo sunt, è propugnaculis submoueris: quod tua- rum, quantarumcumq; , non est virium. Scribit enim Iosephus l. 7. Antiq. c. 2. Theodor. & alij, Jebusæos præfisos munitioni loci veros & propriè dictos cæcos & claudos in quibusdam propu- gnaculis adversùs Hebræos exposuisse, jocantes, insultantesq; arcem alijs propugnatoribus ad- versùs talem hostem non egere. Sic Lyrianus dicit Tyrios in mœnibus suis disposuisse Pyg- mæos, seu homines cubitales, & omnino nihili quasi non egerent alijs propugnatoribus. *Cæci & claudi ex- pugnandæ arci relicti.*

III. *Cur dicitur in prouerbio: Cæcus & claudus non intrabunt in templum?* ℞. præcludeba- tur aditus ad ciuitatem, consequenter ad templum, quod erat in ciuitate, ijs, qui alijs aditum, cæcorum & claudorum oppositu, negauerant. Neq; id de omnibus Jebusæis intelligendum est; sed de his, qui partem habitarunt superiorem, & alijs libero insultarunt conuicio: nam alij per- mixti fuerunt Israëlitis, & inferiori Salem, qui ad Hebræorum religionem accesserunt, & hi eti- am cum Israëlitis, eamdem habitarunt ciuitatem; qualis fuit Areuna Jebusæus de quo c. 24. qui aream Dauidi concessit, vbi Templum Domini Salòmoni filio ædificandum commendauit.

CAPUT VI.

Educit David arcam è domo Abinadab: sed ob casam in itinere Ozam, non audet eam in suum Palatium deducere, sed divertit in domum Obe- dedom, inde eam reducit Jerosolymam in Tabernaculum. Cumq; ludens coram arca rideretur à Michol vxore sua, illa sterilitatis pœna mulctatur.

Quæstio I. *In quo fuit temeritas Ozæ, propter quam morte punitus est?* ℞ in eo quòd deterritus labore bajulandi humeris arcam, vel certè non sat excussa lege Num. 4. au- ctor fuerit, vt plaustro deveheretur: quòd cùm sciret à Philisthæis, cùm nuper arcam reveherent, impunè factum, putavit etiam nunc licere. Sed Hebræis insistendum erat *Oza teme- ritas.*

non exemplo Philisthæorum Levitis carentium, & legem ignorantium, neq; eâ obstricto m; sed legi Divinæ per Moysen disertè præcipienti, tam arcam, quàm altaria, mensam & can la- brum, cæteraq; vasa sanctuarij humeris Levitarum Caathitarum bajulari: propterea enim a nu- los habebant affixos, vt immissis vectibus commodè humeris deferri possent. Hanc causam æ- dis Ozæ censet fuisse S. Hieron. Theodor. Lyran. Abul. Sanctius & Salianus. Et ipse Rex Da- vid, cùm correcturus hunc Sacerdotum errorem, trimestri pòst jubet arcam, non iterum p u- stro, sed humeris deferri, apertè significat, eam mortis Ozæ causam fuisse 1. Paral. 15. A dit Cajet. hoc peccatum etsi commissum fuit, cùm arca plaustro imponeretur, attamen non p ni- tum fuisse priùs, quàm effectus peccati sensibiliter & palàm innotesceret, quando scilicet l ci- vientibus bobus, & à via plana in asperam deflectentibus arca inclinari cœpit, & excussa ter q; allisa fuisset, nisi manibus eam Oza fulcivisset, quod præter decorum, & contra tanti h ni- nis majestatem esse videbatur.

Ozæ peccatum quale.

II. *Quale fuit hoc peccatum Ozæ?* ℟. Tostatus, Sanctius & alij putant tantùm fuisse re- niale, vtpote non ex malitia profectum: vel si mortale, pœnituisse eum facti, maximè cùm al- citrantibus jam bobus, re ipsa sentiret, videretq; se suâ culpâ tanti scandali periculum cre sse, quo parum abfuit, quin arca in terram coram omni populo corrueret. Hinc Dionys. Credi r, inquit, quòd Oza per temporalem illam percussionem purgatus sit, & damnationem ev it. Nam etsi repente obierit; potuit tamen in tempore illo permodico pœnitere, præsertim c m manum suam, brachiumq; & humerum sensit arere.

Oza cur tã seuerè punitus.

III. *Cur Oza tam severè punitus est?* ℟. Ut alij discerent, quanti DEus faceret arcam ill m, in qua tabulæ claudebantur legis, & quàm graviter ferret, siquis in eam auderet aliquid in e- cori, ideo extare voluit publicum illud exemplum in corpore subitò prostrato, quod pa ò antea animatum aspexerant. Neq; aliud homines, quorum causa id factum voluit, spectare ut cognoscere poterant; nam de æterna morte quî possent.

IV. *Qualis nam fuit illa benedictio, de qua* v. 11. dicitur: *& benedixit Dominus Obede m & omnem domum ejus?* ℟. Magnam fuisse oportet DEi liberalitatem in domum hanc, qu o- do tam brevi, id est, trimestri spatio, tantum rerum omnium incrementum etiam externi vi e- re potuerunt. Quare non puto tantùm, vt Hebræi volunt, auctos esse greges fœcunda multi l- ciq; fœtura, & domum mascula atq; robusta prole, sed etiam agrorum felicem fuisse prov n- tum, & possessionibus nihil accidisse non ex voto: & ab omni populo propter arcam, ad orn n- dam domum plurima fuisse collata.

CAPUT VII.

Dum David meditatur templum Domino exstruere, à Nathan pr- pheta primùm laudatur: sed mox jubente Domino per eumdem prohibetu; promissione accepta, quod filius ex ipso nasciturus templum illud construere,

Propheta non omnia prophetico spiritu dicunt.

QUæstio I *An omnia, quæ dicunt prophetæ, prophetico didicerint Spiritu?* ℟. Negativè, sed interdum sicut cæteri hominum suis ducuntur, imò & abducuntur, consili, & prudentibus agunt conjecturis. Unde nonnunquam reprehenduntur à DEo, qu aliquid fecerint, dixerintq; & minus sanctè & non valde attemperatum ad rem, exem- plo esse potest Jonas, in cujus verbis multa sunt, quæ à Divino & prophetico Spiritu longè r- cesserunt. Neq; pauca sunt in alijs quæ ex affectu humano potiùs quàm ex spiritu propheti prodierunt, quæ ipsi damnant, & quæ sibi à DEo ignosci postulant. S. Greg. hom. 1. in Ezec Nathan in exemplum adducit [sciendum, inquit, quòd aliquando prophetæ sancti, dum co suluntur, ex magno vsu prophetandi, quædam ex suo spiritu proferunt, & se hæc ex proph tiæ spiritu dicere suspicantur. Sed quia sancti sunt, per S. Spiritum citiùs correcti, ab eo, q vera sunt, audiunt & se ipsos, quia falsa dixerunt, reprehendunt. Nathan enim propheta sanctum virum fuisse quis negat? Qui David Regem & de culpa apertè reprehendit, & quæ pro culpa eadem essent ventura, nuntiavit. Quem tamen dum idem, quia templum DEo vell construere, requisisset, illicò respondit: omne quod est in corde tuo, vade & fac, quia Dom nus tecum est. De quo illic statim subditur: factum est in nocte illa, & ecce sermo Domini a Nathan dicens: Vade & loquere ad servum meum David: Hæc dicit Dominus DEus; Nun quid tu ædificabis mihi domum ad habitandum?] hæc S. Greg.

Deus noluit templum à Dauide ædificari.

II. *Cur DEus noluit à Davide templum ædificari?* ℟. Rationem dat Salomon 3. Reg. v. 3. *propter bella imminentia per circuitum.* Alteram ipsemet DEus 1. Paral. 22. v. 8. *Multu sanguinem effudisti & plurima bella bellasti.* Usq: adeo displicent DEo cædes hominum, vt cæd sunt, quo altiùs nobis imprimat effectum mansuetudinis ac lenitatis. Itemq; vt præsignare Ecclesiam construendam non ab aliquo bellatore, aut vi, aut armis, sed agnina mansuetudin & à Salomone, id est, pacifico Christo. Simile quid legitur in vita S. Stephani Hungariæ regi cujus parenti, licet Christiano dictum in visione nocturna: *Non fiet per te quod meditaris: h bes enim manus sanguine pollutas &c.*

II

III. *Quæ est virga virorum, & plagæ filiorum hominum?* ℟ det S. Hieron. in traditionibus Hebræorum: *Virgam*, inquit, *virorum gladium vocat inimicorum*; *plagæ verò filiorum hominum sunt incommoditates corporum humanorum, quibus propter peccatum suum homines à Domino meritò flagellantur.* Et quidem cùm à Domino defecit Salomon & se alienarum mulierum amoribus & sacris implicuit, multi in illum suscitati sunt hostes, qui ad illud vsq; tempus neq; ausi fuerant contra mutire, vt habes l. 3. Reg. 11. v. 14. Suscitavit autem Dominus adversarium Salomoni Aded Idumæum de semine regio. Et v. 23. *Suscitavit ei quoq; DEus adversarium Razon filium Eliada.* & v. 26. *Jeroboam quoq; filius Nabat &c. levavit manum suam contra Regem.* Hæc fuit virga hominum, quæ Salomonem jam à paterna pietate, imò & à patria religione degenerem insectata est. Quàm verò non solùm externi hostes, sed & decem cognatæ tribus jam à regio Davidis dominatu, & quasi à suo corpore diversæ Salomonis posteros pertinaciter & assiduè vexarint, sacra docet historia.

IV. *Quo pacto dicitur v. 15. Misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli à Saul, quem amovi à facie mea?* ℟ idem est, ac Saulis admovendi & stabiliendi curam omnem abjeci, & stirpem totam à spe regni recuperandi prorsus exclusi. Non ita faciam cum stirpe tua, quamvis & ipsa me non rarò offendet, nihilominus efficiam, vt ex ea continua pullulent germina regia, donec tandem ex ipsa prodeat virga, ex qua protuberet flos ille, qui toti mundo salutem afferet. Ita Serarius, Tirinus & alij.

V. *Quomodo regnum æternum Salomoni promittitur, quod illi æternum esse non potuit?* ℟ Communis est sententia, quædam ad literam de Salomone, quædam de Christo esse intelligenda, cujus Salomon typus fuit, & in regno Salomonis, licet non æterno sempiternum Christi regnum adumbrari. Ita Aug. l. 17. de civ. c. 8. & 9 Lyra. Serarius & alij. Pro cujus intelligentia obseruandum est ex Hieron. quædam de Salomone dici, prout est certa quædam persona, putà, vt est filius Bethsabee, vt idola coluit, vt intemperantiùs adhæsit libidini, vt alia fecit plurima, in quibus nihil apparet esse mysticum, Quædam prout Christi fuit imago, in qua altiora quædam spectamus, quàm capere possint Salomonis angustiæ. Priora illa propria sunt Salomonis, neq; à Salomonis moribus, ac vita aliò traducuntur. Quædam ita sunt typus Christi Salvatoris & vmbra, vt in Salomone imperfecta videantur, & inchoata; in Christo verò Domino in summam perfectionem adducta. Abul. q. 9. quæ hîc dicuntur omnia per Nathan, de Salomone intelligi posse affirmat, vt quòd regnum sit futurum pacificum, & in æternum duraturum, & quòd ab illo non sit, quemadmodum à Saule, auferenda misericordia. Cui facile assentior, tum quia promissio illa conditionata est, neq; implere debuit, cùm Salomon omnino & illius posterorum pleriq; conditionem abjecerint; tum etiam, quia *æternum*, *sempiternum* & similia longum spatium aliquando ex vsu scripturæ non ab omni tempore absolutum significant. Sunt autem aliqua quæ ita sunt Salomoni propria, vt nullo modo debeant, aut possint ad Christum accommodari, licet nonnulli id facere conentur; quale est, si aliquid aggressus fuerit iniquè. Quod quàm absit longè ab eo, qui peccare non potest, quis non videt.

Regnum Salomonis æternum.

VI. *Quis sensus verborum v. 19.* ISTA EST ENIM LEX ADAM, DOMINE DEUS? ℟ Aliqui putant id à Davide significari, nihil homini in votis esse potuisse, quod non fuerit sibi à Domino concessum. Hæc est enim rationali naturæ insita lex, hæc innata cupiditas, vt suam quisq; commoditatem & vitam, deinde filiorum dignitatem & gloriam quærat ac tueatur. Id autem consecutus est à DEo David, qui ex mille ereptus fuit periculis, & id tandem obtinuit, quod in hominum cœtu putatur esse maximum, & hoc idem posteris quasi hæreditarium & perpetuum reliquit. Abul. q. 11. locum istum sic exponit: non alter Adam, id est, homo filiorum commodis in posterum consuleret, quàm tu mihi, generiq; meo consuluisti. Hieron. ex sententia Hebræorum intradit. Heb. sic exponit: *Hæc est lex Adam, quam debet homo servare cum DEo, vt illi in simplicitate cordis, & puritate serviat; & DEus de illius sit commoditate sollicitus.*

Adam quid denotat?

VII. *Quomodo intelligenda verba v. 23.* FACERETQUE EIS MAGNALIA ET HORRIBILIA SUPER TERRAM A FACIE POPULI TUI QUEM REDEMISTI EX ÆGYPTO, GENTEM ET DEUM EJUS? ℟ Ut sensus intelligatur, præpositio *super*, quæ præposita est terræ, etiam præponi debet ante *gentem* & DEum sic: *fecit magnalia & horribilia super terram, & super gentem & super DEum ejus.* Et sanè in his tribus maxima patravit prodigia, De terra patet exsiccato mari rubro, itemq; Jordane: ex lapsu murorum Jericho, ex solstitio Josue &c, De gente Ægyptia loquuntur 10. plagæ: de Chananitica, tot victoriæ Moysis, Josue, Debboræ, Gedeonis, Samsonis, Samuelis &c. De Dijs constat ex vltione, quam Num. 33. v. 4. dicitur: DEus exercuisse in Dijs Ægypti, in pulverem eos comminuendo, vt ait Abul. item fœda truncatione Dagon. & aliorum idolorum, partim à Gedeone, partim ab alijs Israelitis jubente DEO confractorum & comminutorum, Josue 20. & Jud. 6. & 10.

Cor suum quomodo invenit David.

VIII. *Quomodo David v. 27. dicit se invenisse cor suum?* ℟ Cor inter alia significat audaciam & robur quo aliquid aggredimur intrepidè, & instanter persequimur. Unde illi dicuntur corde languere, quibus animus excidit, neq; parati sunt, vt labores siue adeant, siue

 subeant.

subeant. Neq; dicuntur siue habere cor ad aliquid aggrediendum, qui ab illius consecution desperant, dum vires suas cum negotij magnitudine aut difficultate componunt. Sic Davi cùm exigua in se merita cognosceret, & supra merita ac vires existimaret; & praeesse regu tam luculento atq; amplo, & illud in sua familia habere perpetuò, non putabat illud à DE postulandum. Quare & animum desponderat, & cor sic abjecerat, quasi ad illam cogitatione & curam se putaret excordem. Cùm autem DEus vltrò tam prolixè & facile omnia promisisse recuperavit animum, quem abjecerat, & cor, quod amisisse videbatur invenit; & hac tam li berali promissione confirmatus, ausus illud orando petere, de quo prius cogitare, neq; aude ret, neq; posset.

CAPUT VIII.

Variæ Davidis victoriæ, quibus varij hostes cæsi, & Davidi fact sunt tributarij, cujus deinde officiarij recensentur.

Frænum tributi.

QUæstio I. *Quomodo David tulit frænum tributi de manu Philisthijm* v. 1.? ℞. 1. Para 18. dicitur tulisse *Geth & filias ejus de manu Philisthijm.* Nam civitas Geth caput vniu è quinq; Satrapijs Philisthinorum, vnà cum vicinis vrbeculis & arcibus, vocabatu *Methegamma*, id est, *frænum tributi*, quia cum in confinio esset terræ Israeliticæ, & Palæstinæ, imposuit eis David validum præsidium, quo tamquam fræno compescuit Philisthæo & tributum pendere coëgit. Hoc enim idem hîc fecit cum Philisthæis quod mox v. 2. & c traditur fecisse cum Moabitis & Syris, & v. 14. cum Idumæis: nempe præsidium posuisse in op portunis earum regionum locis, & illas omnes gentes fecisse sibi vectigales.

II. *Quomodo David mensus est Moabitas funiculo coæquans terræ?* ℞. Sicut metator fu niculo metitur agros, & pro placito suo quosq; suis vsibus destinat, hos armentorum pabulo illos serendis frugibus, alios vinearum plantationi; agri verò isti, quamcumq; in sortem dat contingat, neq; aratori, resistunt: sic Moabitæ bello fracti à Davide, & omnino prostrati, a velut terræ coæquati, nec vel mussitare ausi, subjiciebantur illius imperio quasi funiculo men sorio, siue ad mortem destinarentur, siue ad vitam; siue ad servitutem siue ad libertatem. It Sanctius. Unde & pro libito suo designavit, quasi tensis funiculis, quosnam ex Moabitis, etian in acie adhuc stantibus (inquit Abul.) vellet ferro absumi v. g. primos & proterviores: quos nam verò vivificari, seu in vivis conservari: vt dixi 1. Reg. 17. q. 7. Sed plures conservato fuisse & redditos vectigales, quàm occisos, indicat textus Hebræus, qui funiculum eorum, qui bus vita concessa est, dicit *plenitudinis* fuisse, seu plenum.

III. *Cur hîc* v. 4 *mille septingenti equites dicantur esse capti, jam verò* 1. Paral. c. 18. *vb eadem narratur historia, referuntur septem equitum millia capta?* ℞. Abul. q. 13 statuit in li bris Paral. multa addi, quæ in libris Regum fuerunt omissa, explicari plurima, quæ ibidem tra di videbantur obscuriùs. Hoc ergo loco nihil dicitur de quadrigarum numero, sed illum e Paralipomenis citatus locus expressit, dum dicit quadrigas fuisse mille, in quibus necesse fui plurimos equites esse portatos, qui in 1. Regum prorsus omittuntur. Quis autem dubitet in qua drigis mille, quinq; mille & trecentos equites vehi posse? quibus si addideris mille & septin gentos, quorum hic liber Regum meminit, septem mille numerabis, quos in libro Parali pomenon legis.

IV. *Cur David tam equos subnervavit, quàm alios currus præter centum perire voluit* v. 4. ℞. Hoc aut ideo fecit, quia in ipso conflictu currus diffracti fuerunt, & equi saucij, & vtriq sic malè vexati atq; concisi, vt nullum possent vsum præbere rei bellicæ, aut rusticæ. Aut quia Deut. 17. v. 16 interdicitur Regi equorum multitudo. Nec alio consilio arbitror Josue 11. v. 6 jussum esse à DEo Josue, vt inimicorum subnervet equos, & currus igne comburat, nisi vt ser vet legem eo loco Israelitarum Regi præscriptam.

V. *Quomodo David* v. 13. *fecit sibi nomen?* ℞. det Lyranus & glossa interlinearis, arcum triumphalem. Sed id ambitiosius videtur, quàm Davidis modestiam deceret. Unde Abul. Vatablus, Hugo, & Sanctius per nomen intelligunt famam & opinionem magni ducis, & po tentis imperatoris. Sicut c. 7. v. 9. dicit ei DEus, *feci tibi nomen grande, juxta nomen Ma gnorum, qui sunt in terra.* Et illi 1. Machab. 5. *Faciamus & ipsi nobis nomen.* Cùm enim David pluribus bellis ante hac gestis magnum sibi apud omnes nomen peperisset fortitudinis, potentiæ, prudentiæ &c. nusquam tamen majus aut gloriosius acquisivit, quam in *valle Salina rum*, propter pietatem in Idumæos, quos ferro confecerat, non reliquit insepultos, sed quasi cognatos & fratres sepulturæ mandavit, inquit Rabbi Salomon.

VI. *Quomodo filij Davidis* v. 18. *vocantur sacerdotes cum sacerdotium pertineret ad tri bum Levi?* ℞. Sacerdos interdum sumitur pro principe & magnate, qui apud Regem in tali fere est familiaritate & ministerio, in quali sacerdos apud DEum. Nam & Rex est quasi DEus terrestris, vnde per catachresim familiares & primi ministri Regis vocantur subinde sacerdotes. Et hoc sensu filij Davidis dicuntur hîc fuisse sacerdotes. LXX. Legunt *Aularchæ*, id est, *aulæ principes*, & vt 1. Paral. 18. explicatur, *primi ad manum Regis*. Ita Forerius.

CAPUT

CAPUT IX.

In gratam memoriam Jonathæ quondam sibi amicissimi benefacit Da-uid filio ejus Miphiboseth, redditis ei omnibus agris Saul, & reliquis bo-is hæreditarijs.

QUæstio I. *Quo sensu dicitur* v. 3. FACIAM CUM EO MISERICORDIAM DEI? ℞ Idem est, ac magnam, & excellentem sicut sunt omnia DEI. Vel misericordiam simi-lem misericordiæ divinæ, quæ scilicet etiam complectitur indignos & ingratos, imò rebelles, quales se Saul & Isboseth exhibuerunt erga Davidem. Vel deniq; misericor-diam debitam propter DEum, quem interposito juramento testem invocavi, cùm fœdus pan-gerem cum Jonatha, promitteremq; me non ablaturum misericordiam à domo illius 1. Reg. 20. & 23. Hoc enim sensu dicit ibidem Jonathas Davidi, *facies mihi misericordiam Domini.*

II. *Quæ bona restituit David Miphibosetho?* ℞ Habent principes quædam privata bona quæ neq; jus attulit regni, neq; regio nomine ab alijs acceperunt, qualia sunt, quæ quisq; ha-buit, antequam regnum aut jurisdictionem obtineret. Nam olim omnia, quæ regium comi-tatur nomen, ad successorem cum nomine & titulo transmittebantur. Saul etiam habuit ali-qua bona antequam ad regiam dignitatem ascenderat. Sanè asinarum habuisse gregem patet l. 1. Reg. c. 9. & agros coluisse c. 11 v. 5. *Ecce Saul veniebat sequens boves ex agro.* Hæc itur Saulis bona dedit David Miphiboseth.

CAPUT X.

Hanon Rex Ammonitarum, post illatam servis Dauid injuriam, quos ad consolandum de Patris morte miserat, contractis quinq; regum Syriæ copijs profligatur semel ac iterum.

QUæstio I. *Quam misericordiam Naaz aliquando exhibuit Davidi?* ℞ det S. Hieron. ex Hebræis. Quando fugit Dauid à facie Achis Regis Geth, venit ad Naaz Regem Am-mon, qui fecit cum eo misericordiam, multa impertiens ei bona. De Naaz itaq; venit in speluncam Odolam, vbi venerunt ad eum Pater ejus, & mater, & omnis domus ejus. Inde venit ad Moab, & dimisit apud eum patrem & matrem, & omnem domum suam. Hæc ille.

II. *Cur rasio Legatis Hebræis fuit ignominiosa?* ℞. quia Hebræi saltem hoc tempore, (nam posterioribus sæculis ad Gentilitios ritus plusculum deflexère) à radendo capite aut barba extra tempora luctûs valde abhorrebant, ne mores Gentilium (qui in honorem falsorum Deo-rum suorum id factitabant) imitari viderentur. Hinc voluerunt Ammonitæ illo Hebræos pro-brio afficere, quod scirent ipsis maximè exosum esse. Neq; enim turpitudo hæc tota fuit in di-midiata seu coma seu barba (nam potuisset facilè etiam altera pars, quæ intacta supererat, abra-di, neq; opus fuisset in Jericho hærere, donec pili rursus succreuissent: quod tamen hic jubet David:) sed probro erat Hebræis, vt dixi, caput vel mentum habere nudum à naturali vestitu, nisi forte in ingenti dolore ac luctu, quando id honestum faciebat familiaris vsus & populi consuetudo. *Rasio barbæ Hebræis ignominiosa.*

III. *Cur præcisio vestium usq; ad nates Hebræis fuit ignominiosa?* ℞. quia Hebræis nullus fuit fœmoralium vsus, nisi Sacerdotibus, cùm operam darent sacrificijs atq; altari; ne fortè dum cum victimis luctabantur, reductâ laciniâ, & sublatâ tunicâ illorum appareret turpitudo. Reliqui nullum habebant tegumentum, quo partes illas proximè velarent, quas naturalis pudor maximè voluit ab aliorum oculis submouere. Quare necesse erat, si à natibus ad pedes vsq; ve-stes essent ab omni parte præcisæ, vt illa spectanda proponerentur aliorum oculis, quæ nudari horret ingenuus pudor & honestatis amor. *Vestium præcisio ignominiosa.*

IV. *Quo sensu dicitur* v. 18: *occidit Dauid de Syris septingentos currus*, & 1. Paral. c. 19. v. 18. *interfecit Dauid de Syris septem millia curruum?* ℞. hoc loco currus tantùm numerantur, qui fuerunt septingenti; in lib Paral. milites, qui vehebantur in curribus, qui fuerunt septem mil-lia. Dicuntur autem *currus*, qui in curribus vehuntur, per metonymiam, quæ in re continenti rem contentam intelligit; & contrà per eumdem tropum in ijs, qui vehuntur curribus, currus significantur, quia non raró res continens in re significatur contenta.

CAPUT XI.

Obsessa Rabba ciuitate Ammonitarum Dauid adulterio Bethsabee adjunxit, ad id celandum, homicidium Uriæ, acceptaq; illa in vxorem, & nato ex ea filio, Dominum commouit ad iram.

Annus vertens. QUæstio I. *Quid est annus vertens* v. 1.? ℞. est illud tempus, quod nouum annum in choat, & exacto annuo circulo, in seipsum iterum recurrit, & talem orditur cursum qualem exactus annus nuper absoluerat. Quod apud Hebræos fiebat in æquinoctio verno juxta illud Exod. 12. *Mensis iste* Nisan (qui nostro Martio & Aprili respondet) *vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni*. Unde & Iosephus dicit l. 7. Antiq. c. 7, Joabum ineunte vere missum ad conficiendas illas reliquias Ammonitarum.

II. *Quomodo de Bethsabee dicitur* v. 4. *Statimq; sanctificata est ab immunditia sua*? ℞. Idem est, ac ex eo tempore non est amplius passa de more menstrua: seu purificata est à sanguine menstruo, qui fœtu jam in vtero concepto cessat infallibiliter: vnde & impraegnationis certum est signum. Ideoq; mittit statim ad Dauid dicens, *concepi*. Vide consulas & nomini tuo & saluti meæ.

III. *An Salomon miraculo conceptus*? ℞. Mirabilis est sententia Ruperti super illud Matt. 1. *inventa est habens de Spiritu Sancto* in hæc verba: Septem matres fuisse steriles Sacra Scriptura memorat, Saram & Rebeccam; Rachel, & eam quæ peperit Samson; Annam matrem Samuelis; Bethsabee, quæ fuit Mater Salomonis; & Elisabeth quæ peperit præcursorem Domini. Qui ex istis nati fuerunt, magni fuerunt; & in plerisq; factis suis admirabiles quasdam similitudines Domini prætulerunt, de Virginitate nasciturl, quæ naturaliter sterilis est, & non parit.] Nihilominus si in hac re quidquam insoliti, aut ex miraculo accidisset, procul dubio non præterisset Scriptura. Res autem est manifesta, Bethsabee tantùm abfuisse à sterilitate, vt facile & ex primo concubitu conceperit, tum priorem illum infantem ex adulterio, tum posteriorem Salomonem.

CAPUT XII.

Parabola ouiculæ correptus à Propheta Nathan rex Dauid culpam suam agnoscit, & veniam obtinet, pœnis tamen plectendus. Mortuo mox filio, Salomon ex eadem matre nascitur. Rabba expugnatur & diruitur, in Ammonitas crudeliter sæuitur.

Ouicula aliena à Dauide oblata peregrino. QUæstio I. *Quis fuit peregrinus hospes, cui Dauid comedendam obtulit alienam ouiculam*? ℞. Fuit libido & pruriens appetitus intemperantis concupiscentiæ. Hunc hospitem Diabolus ad Davidem misit cum mandatis, ne alijs, quàm furtiuæ veneris, & à lege atq; pudore naturali prohibitis ferculis se sineret saturari.

II. *Quo sensu dicitur* v. 8. *Dedi tibi vxores Domini tui* Saulis *in sinu tuo*? ℞. Aliqui dicunt Michol, Aeglam & Respham, quas Hebræi jam viduas dicunt à Dauide acceptas in vxores. Sed hoc meritò refutat Abul. Neq; enim hic aliud significatur, quàm potestati Dauidi traditas illas Saulis viduas, & quantumcumq; vellet numerosum fœminarum gregem, è quibus quot vellet sibi vxores eligere posset; vt opus non fuerit ad misellam Bethsabee miselli Uriæ charissimam conjugem tam indignis modis tam crudeli via deflectere.

III. *Cur dicit DEus se despectum ex eo, quòd Dauid tulerit vxorem Uriæ Hethæi, vt esset vxor ejus* v. 10? ℞. Licet in eo conjugio nullum videretur esse peccatum, quia jam erat à marito viduata Bethsabee, neq; lex ab altero connubio repellebat; tamen aliquid erat, quod in eo connubio etiam legitimo Dominus minùs probabat, imò apertè condemnabat. Neq; enim à suo scelere resipuerat Dauid, neq; priorem cogitationem & impuræ voluptatis studium abjecerat. Unde licet post illud tempus non accederet ad alienam; non tamen alienus erat ab affectu priori; neq; tam sobolis legitimæ, quàm venereæ voluptatis gratia assiduam habebat consuetudinem. Theodor. q. 25. & Procop. hoc matrimonium, seu matrimonialem vsum damnari dicunt à DEo potiùs quàm priorem, qui fuit adulterinus, quia hic ab eo affectu primum erupit, qui præceps est & mentem euertit; ille magis jam pacatus & liber probare videtur & continuare, quæ cæcus, amensq; susceperat. Tacitè inquit Theodor. significat oratio, quòd DEus magis succensuit ob matrimonium, quàm ob priùs admissum adulterium. Nam illud quidem erat vehementissimæ cupiditatis, quæ rationi torporem induxerat; hoc autem habet etiam assensum rationis, quam post iniquam cædem oportebat lamentari ac lugere, non nefario assentiri matrimonio.

IV. *Quis proximus, cui dicit Dominus se daturum vxores Dauidis*? v. 11.? ℞. Absalom qui paternum thalamum violauit, cùm decem patris secundarias vxores, seu concubinas fœdissimè constuprauit infrà c. 16. Idq; in *oculis solis*, id est, ità palàm & apertè vt nemo non aspicere potuerit. *Tetenderunt enim Absalom tabernaculum in solario* (eodem crediderim, ex quo lasciviùs ante Dauid viderat Bethsabee se domi suæ lauantem) *ingressusq; est* in eodem solario Absalom ad concubinas patris sui coram vniuerso Israël. Dicitur autem Absalom ante paternos oculos cum concubinis congressus, quia non quæsiuit tenebras, quas actus ille nefarius requirebat, sed ita flagitium illud aggressus est apertè, vt nemo non aspexerit. Et cùm diu Regem dedecus illud latere non potuerit, perinde censeri debuit, atq; si illo spectante atq; dolente thorus esset violatus à filio. Ita Abul. q. 9.

V

V. *An peccauit Dauid ita sæuiendo in Ammonitas, prout describitur* v. 32.? ℞. Negat Abulensis, eò quòd grauem injuriam contra jus gentium intulissent legatis Dauidis. Sed hoc tamen ad solum regem & aulicos ac consiliarios illius spectabat: non item ad omnes reliquas urbes filiorum Ammon, quas tamen eodem supplicij genere omnes involuit Dauid. Unde probabilius est, peccasse hîc Dauidem & quidem grauissimè. Quod minus mirabimur, si consideremus hæc tam crudelia patrasse Dauidem eo tempore, quo adhuc hærebat in luto adulterij Bethsabee, & homicidij Uriæ, neq; pœnituerat de tantis sceleribus. Solent verò tales ex vno in aliud scelus ruere, & magis magisq; sordescere in dies, vt docet Concil. Trid. & Doctores passim. Atque ita fuit enormis hæc sæuitia appendix quædam sermonis seu historiæ Uriæ, qua specialiter peccasse dicitur Dauid 3. Reg. 15. v. 5.

CAPUT XIII.

Amnon primogenitus Dauidis, ob incestum cum Sorore sua Thamar, Absalomo inter epulas occiditur: Absalom autem profugit ad Regem Gessur, avum suum maternum, apud quem triennio exulat.

QUæstio I. *Quo pacto Thamar dixit ad Amnon* v. 13. *loquere ad Regem, & non negabit me tibi vxorem dare?* ℞. Nata fuerat Thamar matre gentili, nempe filia Regis Gessur; vbi ejusmodi connubia inter fratrem & sororem ex diuersa matre non putabantur illegitima: hinc ignara legis Judaicæ, putabat simplex puella etiam Hebræis idem licere ait Abul. & Cajet. Posset etiam dici, cautam puellam id effugij quæsiuisse, & promissione nuptiarum eludere voluisse, aut saltem retardare prurientis fratris insaniam. Ita Sanctius & Tirinus.

II. *Quæ causa tam subiti, tam intensi odij Amnonis in Thamar, vt exosam eam habuerit magno nimis* v. 15, *& quidem statim ab ipso complexu?* ℞ Vel quia fratrem stultitiæ incusarat & insaniæ v. 12. & 13. Vel justâ DEi vindictâ, qui breuem & momentaneam voluptatem longo dolore & implacabili inimicitia non rarò punit. Experientiâ sanè constat, ex nimio amore & turpi consuetudine plerumq; nasci horrenda odia & simultates. Exemplo fuit Semiramis, quæ plerosq; amasios suos, & in ijs etiam proprium filium crudeliter interfecit. Atq; Aristoteles hoc odium ex impuro amore esse naturale & frequentissimum Sect. 4. Problem. q. 11. vbi etiam varias adfert rationes.

III. *Cur Thamar tam grauiter tulit se fuisse ejectam à fratre, vt diceret* v. 16. *majus est hoc malum, quod nunc agis adversùm me, quàm quod ante fecisti?* ℞. fortasse crediderat simplex puella licitum esse cum fratre connubium; quia nihil audierat, cogitaratq; contrarium, & esse alibi vsitatum fortè acceperat à matre gentili. Cùm verò nunc se repulsam à fratre ignominiosè videret, sic secum pauida ratiocinabatur, alios, qui de fratris amore aliquid essent odorati, & nunc viderent è fratris domo turpiter expulsam, aliquid in ipsa deprehensum à fratre, propter quod horreret nuptias, quas priùs expetierat. Hoc autem instar mortis esse illa reputabatur; tum quia turpissimum erat virgini oblatum esse vitium; tum quia violato virginali pudore graue proponebatur à lege supplicium. Quare si fieri posse existimabat, vt se religione ac consuetudine, frater sororem consortem haberet legitimi tori, non sine causa hac repulsa, quàm ex illa audacia majorem virgo cœpisset dolorem: quia vt effugeret pœnam à lege præscriptam, vita illi in tenebris ignominiosa & tristis traducenda fuit. Deinde violatio occulta fuit, expulsio manifesta; ex illa exigua, ex hac non leuis oriebatur infamia.

CAPUT XIV.

Joab Thecuitæ mulieris solertia impetrat à Dauide reditum Absalomo in Jerusalem: sed redux biennio toto non admittitur in conspectum Patris, donec incensa messe Joab illius interuentu osculum impetrauit à Patre.

QUæstio I. *Quid significant verba illa* v. 11. *Recordetur Rex Domini Dei sui?* ℞. Recordari hoc loco idem videtur esse, quod jurare, quod Dauid ipse docuit, qui statim obsecutus Thecuitidis precibus, jusjurandum adhibuit, dum dixit: *Viuit Dominus, quia non cadet de capillis &c.* In hunc sensum accepit Hieron. & alij cum illo non pauci illud Amos 6. v. 12. *Non recorderis nominis DEi*, id est, ne jures per DEum. Sed fortè id agit his verbis Thecuitis, vt DEi exemplo discat Rex ignoscere alijs, qui sæpe minas temperat, & dum ardentiùs videtur indignatus, misericordiæ recordatur. Et huic cogitationi attemperatè dixit statim v. 14. *Nec vult DEus perire animos, sed retractat &c.*

II. *Quo-*

II. *Quomodo explicari possunt illa verba v. 14. Omnes morimur & quasi aquæ dilabim in terram?* ℟. duobus modis possunt explicari, altero, si ad Amnonem, altero, si ad Absal mem referantur. Si ad Absalomem hunc habent sensum: non esse, cur tamdiu ac tanta conte tione persequatur adolescentem, cùm satis illum ipsius naturæ persequatur infirmitas, vt qu enim illi mortem inferre cupiat, cui numquam abest moriendi necessitas, imò neq; mors, siq dem nostrum viuere, longum quoddam & familiare mori est? Vt enim aqua in decliui lo semper labitur, donec se marinis fluctibus infundat, sic etiam ad mortem properat, & cu morte conuiuit, aut etiam commoritur vita mortalium. Si ad Amnonem referantur, alius sensus, nempe quodcumq; vindictæ studium aut modum nullo modo Amnoni jam mortuo turum esse salutarem, cùm ad vitam vlla humana solertia reuocari non possit. Ideo simili dinem adduxit aquæ, quæ reuocari non potest eò, vnde defluxit. Quasi aquæ, inquit, dila mur in terram, quæ non reuertuntur.

III. *Cur dicitur hæreditas DEI* v. 16.? ℟. quia à DEo per Josue sic est distributa, vt ad lium suum longa successione perueneril. Quæ rursus juxta DEi præscriptum, mortuo filio, ad externos distraheretur hæreditas, ad cognatos & familiæ proximos peruentura erat. certè hæreditas DEi est terra promissionis, & Israelis domus, ex qua deleretur filius, si sine p le discederet, & ipsa, si ab hoc filio superstite foret orbata, quia non poneretur in censu, libro generationis filiorum Israel, cùm ex illorum neutro superesset soboles, quæ eousq; pro gatam generationis seriem vlteriùs extenderet.

IV. *Cur v. 25. de Absalomis pulchritudine fit mentio?* ℟. quia hinc elucet Dauidis vir & æquitatis amor atq; justitia, qui tamdiu videre noluerit filium, cui tantus esset à natura cor, quem etiam cum magna voluptate ac studio spectabant alieni. Deinde quia paulò p scribitur, quomodo multi se ad Absalomem adjunxerint, illiq; contra parentem optimum am operam non grauatè præstiterint, Regemq; viuente patre, incredibili conspiratione conc maverint. Ad quod plurimum sine dubio forma contulit, quam stulti homines admirari sole & illum dignum imperio judicare, cujus formæ plus videtur natura indulsisse, prout Æthio illum ex omnibus eligunt Regem, quem vident esse pulcherrimum teste Strabone l. 15.

CAPUT XV.

Absalom conciliato sibi varijs fraudibus fauore populi, aduersus p trem suum conjurat in Hebron. Dauid urbe excedit cum suis, remisso Chusai, vt consilium Achitophel subuertat.

Absalomis bellum contra parentem.

QUæstio I. *Quæ fuit causa belli Absalomis contra parentem?* ℟. Primaria fuit vltor D us, qui mala filij voluntate vtebatur ad puniendum patrem. Adhuc enim vigebat vox, *ecce suscitabo super te malum de domo tua,* viguitq; quamdiu Dauid in viuis it. Nam Adoniæ ambitio, quæ moribundo Dauide, ad inuasionem usq; Regni el est, malum erat de domo Dauidis, & reliquiæ pœnarum ejus. Extimulabat etiam fortasse A salomem desiderium vlciscendi exilij, ad quinquennium paterna seueritate prorogati. Vide etiam Achitophel hujus consilij non ignarus fuisse, vt qui jam dudum infenso esset in Da dem animo. Id odium in optimum principem natum videtur propter Bethsabæam neptem am adulterio pollutam, & maritum ejus Uriam malis artibus interemptum.

II. *Cur populus tanto studio adhæsit Absalomi?* ℟. Quia in illum pater indulgentior fu quàm fraternæ cædis grauitas postulauit, in animis enim parum ingenuis peccatorum impu tas parit audaciam, & fauor indebitus plerumq; arrogantiam. Quare nulla in re pater fili magis offendit & lædit, quàm cùm illius mores improbos impunitos abire sinit. Sic S. Ch sost. tom. 1. hom. de Absalome patrem persequente, [offendit, inquit, Dauid filium, quia f tris in illum noluit vlcisci parricidium. Semper enim scelera, dum non resecantur, increscu & in argumentum facinorum prohibetur, quoties secura impunitate peccatur. Dum enim Absalom fratris occisi facinus non vindicatur, in parricidium patris recidivum facinus ite tur] Hoc est cum filio ludere & illum lactare, quem postea pater suæ senectutis vexator patitur. De quo Eccles. c. 30. v. 9. *Lacta filium & pauentem te faciet; lude cum eo, & con stabit te,* aliam rationem dat S. Chrysost. ibid. *Vnius parricidæ furor tot millia insanire co pellit. Vnius dementia dementes efficit multos.*

III. *Cur Absalom voluit secum adducere ducentos viros v. 11, cùm neq; complices essent, n conscij scelerati consilij, sed fideles serui Dauidis?* ℟. det Abul. q. 16. voluisse Absalomem detra his ducentis viris, qui videbantur strenui, infirmare exercitum parentis, vt cùm primùm irru peret in vrbem, pater minus haberet virium, quod subitæ irruptioni imparatus opponeret. F tasse aliud spectauit callidus adolescens, nempe, vt ascitis secum viris, de quorum fide dubi bat nemo, omnem ipse conjurationis & doli suspicionem adimeret.

IV. *Quomodo Dauid non obseruavit, quò tenderet apparatus bellicus Absalomis?* ℟. I

il minimè suspicax fuit, vtpote magni animi vir, minimeq́; ambitiosus; neq́; tribuit hunc, em præter consuetudinem videbat, apparatum ambitioni, sed juuenili fastui, quem tamquam iturni exilij consolationem aliquam, & quasi compensationem dissimulandam putabat. For- etiam populi sollicitationem magna ex parte ignorauit, quòd nemo esset, qui hæc ad Daui- n referre auderet, ne suo periculo autor fieret paternæ amicitiæ, quæ nuper ægre coalu- t, distrahendæ.

V. *Cur Dauid statuit fugere ex ciuitate adeò munita, vt putaretur à cæcis & claudis pos- defendi?* ℞. Videbat cum DEo sibi fore pugnandum, cujus ultricem virgam in Absalomis nu considerabat. Audierat enim à Nathan c. 12. v. 11. *Ecce ego suscitabo super te malum de mo tua &c.* Quare diuinæ voluntati non putabat esse repugnandum, sed illa arma esse capi- da, quæ magis diuinam potentiam, quàm humanam obtunderent. Vnde pœnitentis homi- potiùs, quàm strenui Ducis speciem assumit. Timebat præterea optimus Princeps, & ciui- is amans, nequid ab hoste infesto, siue obsidente, siue jam sui consilij, ac desiderij compote, uitas pateretur, atq́; ideo maluit, ipse fugam subire, quàm ciuitatem exponere periculo. *David fugit.*

CAPUT XVI.

Sibæ procuratori Miphiboseth, quòd cibaria fugienti subministraret in ia, confert David omnia bona heri sui: Semei maledicum vetat occidi. bsalom ingressus Jerusalem, consilio Achitophel decem vxores Davidis blicè constuprat.

QUæstio I. *An David peccavit bona Miphiboseth tradendo Sibæ?* ℞ peccasse, quia Miphi- boseth innocentem & inauditum condemnavit. Inepta planè & insulsa calumnia Sibæ. nihil enim in hoc tumultu aut ferebatur, aut metebatur domui Saulis, sed regnum Da- vidis in Absalonem transferebatur. Adde quòd nihil ineptiùs ad regnum Miphibose- h, homine elumbi, & claudo vtroq́; pede, homine in regni dedecus, aut in lucem edito, aut nseruato in vivis, vt ea de re neq́; populus neq́; ipse citra insaniam cogitare potuerint. Quid go Davide, si hæc vera credidit, imprudentius, si non credidit, injustius, qui nefariæ accusa- ni illam subjecit sententiam, *tua sint omnia, quæ fuerunt Miphiboseth*, qua innocentem & in- ditum & insuper miserabilem, & amantissimi sui Jonathæ filium, omnibus funditus spoliabat nis. Deinde peccavit, quòd postea veritate cognita, & Sibæ proditione patefacta, adhuc nen medietatem possessionis non restituerit, sed fixus in injusta sententia, *quid vltra*, inquit, *ueris?* fixum est, quod locutus sum. Quid verò illius iniquissimi judicis similius, dicentis, *od scripsi, scripsi?* Adde, quòd iniquè illum proditorem & adulatorem mendacissimum sup- cio commerito non solùm non affecit, sed familiarem præterea habere visus est. *Miphiboseth bona traduntur Sibæ.*

II. *Quo pacto dicitur v. 10. Dominus præcepit ei, vt maledicat Davidi?* ℞ Persuadebat sibi vid se suis sceleribus commeritum esse ejusmodi exprobrationem, seu maledictionem, item, Eum vtpote omnium Dominum, isto Semei tamquam instrumento suo vti voluisse ad insul- ndum Davidi, & exprobrandum admissa antè scelera, atq́; hoc sensu maledicendum Davidi. terat ergo David justè sibi quoq́; persuadere, DEum id Semei tamquam suo lictori præcepis- licet ipse excederet limites mandati divini, & veris criminibus inter exprobrandum multa sa admisceret Unde licet nihil tale illi DEus præcepisset, poterat tamen David piè id crede- & consequenter etiam affirmare. Et sic in significatione propria posset hic accipi verbum *ecepit & præceptum*. Vel si mavis, dic impropriè accipi, vt idem sit, quod permisit, cùm pos- impedire, ita vt omnis malitia à sola voluntate Semei promanarit, vnde non potest ipse vl- ex parte à peccato, idq́; gravissimo excusari. Sicut & David 3. Reg. 2. v. 8. illam eamdem, am hic in DEum referre videtur maledictionem vocat pessimam, vtpote à pessimo Semei cor- & pessima intentione profectam. *Præceptum Semei datũ*

CAPUT XVII.

Alterum Achitophelis consilium de obruendo statim Davide, dextrè bvertit Chusai: quare laqueo se suspendit Achitophel. David Jordanem ansit cum suis; cui tres ejus amici necessaria per viam subministrant.

QUæstio I. *Quis est fons Rogel v. 17.?* ℞ Is, vt patet ex Josue 15. erat prope Jerusalem, secernebatq́; tribum Juda à tribu Benjamin ad plagam meridionalem. Et putatur is esse, qui à nonnullis vocatur *fons fullonis*: à quo & *ager fullonis*, nomen acceperit. Ad hunc fontem ancilla quædam, specie lavandi pannos (vt Josephus & Hebræi teste Hieron. dunt) missa est, vt quid in vrbe gestum esset, duobus adolescentibus haud procul à fonte æstolantibus aperiret. *Rogel fons.*

Chusai subvertit consilium Achitophel.

II. *Quomodo Chusai subvertit consilium Achitophel?* ℞ Suaserat Achitophel, David
quanta fieri posset celeritate opprimendum, antequam se periculo subduceret, & fortior fie
ad resistendum, sed id consilium quamvis prudenter excogitatum, & ad perdendum David
valde accommodatum, omnibusq; ejus adversarijs probatum, DEus operâ Chusai disturbauit,
jecit enim Absalomi mentem, vt Chusai consuleret, qui Achitophelis consilio probabiliter
futato, suasit vt congregato vniverso Israele, ipsoq; Absalome præsente in medio eorum ipsi
Davidem aggrediatur, eumq; siue in acie, siue in civitate quapiam multitudine obruat. Id co
silium placuit, quia Absalomi gloriosior erat victoria, quæ alioqui Achitopheli tribueret
tum etiam quia tutior erat certiorq; victoria, quæ ope maximi exercitus quærebatur, tum
niq;, *quia Domini voluntas fuit, vt vtile consilium Achitophelis dissiparetur, vt induceret Do*
nus malum super Absalome v. 14. qui tam facile intimo hostis sui amico fidem habuit.

Achitophel se suspendit

III. *Cur Achitophel suspendium elegit?* ℞ Fuit vir insignis arrogantiæ, qui autem ejusm
di ingenij aut insaniæ sunt, quidvis libentiùs subeunt, quàm ignominiam & dedecus. Ideo p
rimos voluntariam oppetijsse mortem legimus, vt dolorem, qui est à turpitudine, declinare
Sic sanè Brutus & Cassius, ne in manus Augusti Cæsaris venirent, qui Julij Cæsaris mortis
tor esse voluit, adacto in viscera mucrone, ignominiam redemerunt, quam ab hoste victo
perferendam sibi apertè, videbant. Sic Cato Uticensis ne serviret Cæsari, cujus consilijs ob
natò restiterat, suis sibi manibus mortem consciuit. Eamdem ob causam Abimelec Jud. c. 9.
Saul 1. Reg. vlt. vltrò sibi mortem arcessiuerunt; alter, ne diceretur à fœmina peremptus, alt
ne foret ludibrio Philisthinis. Hæc eadem causa adegit hominem superbissimum Achitophele
vt nodo sibi frangeret gulam, ne Davidi victori occurreret, cujus scelerato consilio filius fœd
verat domum, & omnium acerrimè vitam insectabatur. Ita fermè Theodor. q. 53. dedit Ac
tophel, inquiens, pœnas illius impiæ & nefariæ suasionis. Et quoniam in patrem armavit fi
um, ipse rursus in se armavit manus, & ijs laqueo collum injiciens, miserrimum sustinuit
nem. Nam cùm ad rerum finem præuidendum esset idoneus, non admissa ejus suasione, Da
dis futuram credidit victoriam, & timens proditionem, sua manu de se sumpsit supplicium,

CAPUT XVIII.

Absalom prælio victus, ex fuga quercui innectitur, & pendulus Joab transfoditur, quem amarè deflet David.

Saltus Ephraim.

QUæstio I. *Cur locus ille, in quo factum est prælium,* v. 6. *vocatur saltus Ephraim, cù*
ab Ephraimitide terra, imò à terra promissionis separatus sit? ℞. Saltum illum dictu
fuisse Ephraim ab insigni illa clade, quam Ephraimitæ, cùm rebelles essent Jephte, is
acceperunt, cæsis ex illa tribu quadraginta duobus millibus in eodem loco, vt na
ratur Jud. 12. à. v. 1. vsq; ad 6. Quæ sanè clades sat habuit causæ, cur saltus ille, qui tot mil
um ex illa tribu sanguine commaduit, deinceps saltus Ephraim appellari potuerit. Ita Ab
Sanctius & Tirinus.

Prælium dispersum.

II. *Quomodo dicitur* v. 8 *prælium fuisse dispersum super faciem omnis terræ?* ℞ Signi
catur statim turbatos esse ordines exercitûs Absalomis, & hac atq; illac palabundos esse dissip
tos, ita vt non vno in loco, sed in varijs, non vnum bellum, sed multa fuerint collata. Neq;
mirum, erant enim cum Absalome plurimi, sed sine duce, quibus ipsa multitudo erat imped
mento. Neq; David satis illis spatij dedit, vt ex disciplina militari, aciem disponerent. Qua
cùm Davidis acies esset ordinata, facile à paucis turbari multi potuêre, & congressu primo s
per faciem vniversæ terræ pavidi, & sine vllo aut suo, aut imperatoris consilio latè dispergi.

Saltus consumpsit populum.

III. *Quo pacto dicitur, plures fuisse, quos saltus consumpserat de populo, quàm hi, quos vor*
verat gladius? ℞ Illi dicuntur à saltu consumpti, qui extra certaminis locum palantes & fu
in fuga ceciderunt, siue fessi immodico labore, siue fame & siti, siue potiùs insequentium fe
ro confecti. Est autem vsitatum, vt ab aliquo loco id factum dicatur, quod in loco ab ali
perfectum est. Sic dicimus, plorare, aut esurire civitatem, quando illi, qui in civitate sunt, es
riunt & plorant. Sic Num. 13. v. 33. terra promissionis dicitur habitatores suos devorare, qu
ibi se habitatores intestinis bellis assiduè conficiunt, aut quia locus insalubris, in illo diu vita
producere non sinit Ita Sanctius. Alij dicunt in eo saltu plurimos esse consumptos, quia il
plurima erant ferarum latibula, è quibus egressæ, homines de via lassos & exanimes, quiq; e
rum sæuitiam evitare non poterant, deuorabant. Ita Hebræi, vt tradit Hieron. in tradit. Heb

Absalom comprehensus à quercu.

IV. *Quomodo Absalom comprehensus à quercu?* ℞ Dum mulo insidens concitus fert
subter condensam quercum & magnam, adhæsit caput ejus quercui, & illo suspenso inter co
lum & terram, mulus cui insederat, pertransivit, Nulla est capillorum in scriptura menti
etsi pleriq; omnes vulgò capillis quercui colligatum putent. Dicendum videtur infelicem Abs
lomem caput ita inseruisse ramis arboris, vt ijs collum ejus constringeretur, vnde mente co
fusa sese expedire non posset, donec superveniret hostis, à quo hastâ confossus interiret. Et ce
tè vt absurdum est solam cæsariem temere implicatam ramo armati viri contra nitentis corp

fer

…re potuisse, ita probabile est, quod Josephus adjecit, ventilatam comam, nam galeam facilio… & certioris fugæ causa deposuerat, asperæ arbori sese implicuisse, & cincinnis intricasse, vt …nis & capillis, quasi cippo & funiculis teneretur. Ita Salianus. Sic pendenti tres lanceas infi… in corde Joab. *Cumq; adhuc palpitaret, hærens in quercu, cucurrerunt 10. juvenes armige… Joab, & percutientes interfecerunt eum,* motus ac sensus expertem penitus reddiderunt, bis …im interfici non potuit.

V. *Quomodo tres lanceæ infixæ in corde Absalom?* ℞ hoc loco *cor* non est, quod propriè …at, sed, quod alibi sæpe, idem est, quod *medium.* Unde hîc nihil aliud significatur, quàm … medio Absalomis, id est in thorace, aut pectore tres hastas hæsisse. Neq; enim tres hastæ in …o hominis corde infigi poterant; & sanè si cor esset vel ab vna tantùm lancea percussum, non …tuisset postea retinere vitam, quæ numquam durat sauciato corde: at post tres lanceas vixit, … cùm adhuc palpitaret, à decem armigeris Joab interfectus est. *Lanceæ tres infixæ in corde Absalom.*

VI. *An Ioab peccauerit occidendo Absalonem?* ℞. peccasse, quòd regis filium, contra se…rissimum sui regis imperium, ac proinde injustè occidere non dubitarit, quem Dauid serva… volvit ad pœnitentiam, vt salvaret animam. Cujus criminis argumentum est, quòd eum Da… dignitate sua dejicere voluit, & moriturus ejus cædem Salomoni mandauit, nulla tamen fa… ibi mentione Absalomis. *Joab peccauit occidendo Absalomem.*

VII. *Qualem titulum dicitur Absalom sibi erexisse* v. 18.? ℞det Josephus l. 7. Antiq. c. 9. …lumnam marmoream, alij putant mausolæum fuisse, in quo cadaver defuncti regio more olim …nderetur, vt quando nullos suscepisset filios, qui parentis memoriam continuarent, saltem la…des illi muti, signis notati hieroglyphicis, de sua vita, rebusq; gestis ad posteros loqueren…. Et ideo forsan mentionem hîc istius tituli scriptura inducit, vt ostendat, longè aliter Ab…lomi contigisse, quàm ipse secum antè meditabatur. Nam loco superbi mausolæi, quod con…ndo cadaveri suo magnis impensis pararat, vili ac probroso lapidum aceruo tectus fuit: qui … apud posteros non laudi vel honori, sed horrori est & execrationi, nam etiam ipsi Maho…tani, qui terram illam incolunt, cum execratione illuc lapides mittunt, dicentes: maledictus sit …tricida Absalom, & quicumq; injustè parentes suos persequuntur, maledicti sunt in æternum. *Titulus Absalomis.*

VIII. *Quomodo Absalom dicitur nullos suscepisse filios,* cùm c. 14. v. 27. *nati dicantur illi tres … & vna filia?* ℞. aliqui dicunt, illos filios jam fuisse mortuos, aut certè fuisse eo ingenio, … ab illis nihil magni expectari potuerit. Sanè filia mortua non erat, quæ postea nupsit Salo…nis filio Roboam, à qua susceptus Abias, qui Roboamo mortuo regnum obtinuit. Sanctius …tat, longè ante hoc tempus excitatum ab Absalome titulum, cùm filium haberet nullum, & …nem fortassè spem abjecisset futuræ prolis, quorum Scriptura postea non meminerit, sicut …q; aliorum, qui ex alijs Dauidis filijs propagati sunt.

IX. *Cur titulus hic vocatus* MANUS ABSALOM? ℞. Per manum intelligitur opus exi… artificij. Sicut statuam vocamus manum statuarij: Scripturam vel picturam manum picto… vel scriptoris. Sic 1. Reg. 15. v. 12. vbi legimus de Saule, erexit sibi *fornicem triumphalem;* … Hebræo est, *statuit sibi manum.* Porrò tam Saul, quàm Absalom dicuntur sibi *manum erexis…* non eo sensu, quasi propriam ipsi manum ad tituli sui constructionem admouerint, sed …òd alienam peritorum artificum manum ære suo in id conduxerint. *Titulus vocatur manus Absalom.*

X. *Quomodo Dauid prudenter conjectauit rem à suis feliciter gestam, quia vnus homo con…ato cursu ad vrbem properavit?* ℞. Cùm multi confusè & turmatim veniunt, apertè docent … ab hoste victore urgeri à tergo, neq; sibi licere disciplinam & ordinem militarem seruare. … cùm vnus venit cursu velocicùs concitato, suspicionem removet acceptæ cladis; cùm ho… solitarius redire non soleat, vbi malè geritur, maximè cùm ad locum properat, vbi pro…gatis & perditis, aliquod se ostentat in desperatione perfugium, qualis erat ciuitas; vbi tunc …m alijs commilitonibus substiterat Dauid.

XI. *Quale Epitaphium posset scribi Absalomi?* ℞. Pauca annoto ex Saliano. Ita interijt …ucorum dierum, vel ad summum mensium rex, aut potiùs tyrannus injustissimus, regno per …mmum scelus acquisito, per summam nequitiam confirmato, per summam celeritatem amisso. … qui dudum temulento Amnoni fratri, animæ simul & corporis exitium frater intulit, nunc … consobrino geminata quoq; morte trucidatur. Et cujus cor ambitione, luxuria, crudelitate …æstuaverat, idem meritò tribus spiculis confixum fuit. Qui decem patris concubinas incestè …dauerat, à decem juvenibus vulneribus deformatus est: & qui totum populum ciuili bello …tbauerat, à toto populo lapidibus obrutus est. *Epitaphium Absalomis.*

CAPUT XIX.

David monitu Joab cessat plangere Absalomem, & vniuersas tribus …rael sibi reconciliat: reducitur cum triumpho in Jerusalem: Semei ve…iam precanti ignoscit: Miphibosetho se excusanti dimidiam bonorum par…m restituit. Israel cum Juda pro Davide acriter contendit.

Domus Ioseph vocatur domus Israel.

QUæstio I. *Quomodo Semei v. 20. dicit: hodie primus veni de omni domo Joseph, cù esset de tribu Benjamin,* vt constat ex c. 16. v. 5.? ℟. Tota domus Israël in Scriptu vocari solet domus Joseph, ps. 79. *Qui regis Israel, intende: qui deducis velut ovem Joseph.* Similia habes ps. 76. v. 16 & ps. 80. 7. Zach. 10. v. 6. cujus ratio est, quòd in Æg pto celebrius esset nomen Iosephi, quam Israëlis, aut Iacobi; & quia Ioseph in Ægypto frat bus suis pro parente fuit, alimenta gratis omnia illis præbens. Deniq; quia Ioseph loco Rub nactus est primogeniti dignitatem, à quo sæpe tota familia denominari solet. 1. Paral. 5. *Rub fuit primogenitus: sed, cùm violasset thorum patris sui, data sunt primogenita ejus Iosepho.*

II. *Quomodo David cum veritate dixit Semei: non morieris, jurauitq; ei,* v. 23. *cùm post* 3. Reg. c. 2. *Salomoni filio commendauit: deduces canos ejus cum sanguine ad inferos?* ℟. Ab Sensum juramenti juxta Dauidis mentem esse, neq; illo die, neq; sua manu, aut dum ipse vi ret, occidendum esse Semei. De illo die ex eo conjectura sumitur non obscura, quia cùm Al sai Regem ad sumendum capitale supplicium instimularet, respondit; ergóne hodie interfic tur vir in Israël? & concludit: Quod ergo Dauid juraret ambiguè, & interpretaretur jurame tum suum in quocunq; casu vellet, non præjudicabat ipsi Semei, quia etiam non jurando, p tuisset illum occidere, quandocumq; vellet.

III. *Quid sentiendum de causa Miphibosetb cum Dauide?* ℟. Debuit Dauid in malè pi missis fidem rescindere, nec erubescere in turpi judicio mutare decretum, & non peccatum tus novo cumulare. Neq; fas fuit adulatorijs muneribus devictum, agnitam injustitiam non mendare, & criminosum hominem non diligentiùs excutire ac punire, sic ut qui per fraud aliena bona fuerat adeptus, amitteret etiam sua, & insuper morte justissima lueret calumni in hominem innocentem, imò Dominum suum, eumq; afflictum & conditione miserabilem. N hilominus *Tu & Siba,* inquit Rex, *diuidite possessiones,* vterq; vestrum altera parte possessionu contentus sit, vt neq; vnus omnia amittat, nec alter acquirat omnia. Sicq; in hac causa t pliciter peccasse fatentur Interpretes. Nam & Miphibosethum nihil commeritum indictâ cau primùm omnibus fortunis exuit. Deinde cognita veritate, hominis calumniam passo non res tuit bona sua, sed eorum partem dumtaxat. Tertiò improbissimum heri sui calumniatorem n punivit, sed passus est calumniam illi esse fructuosam, ad improborum audaciam nutriendam.

IV. *Quo sensu dicitur v. 41. Quare te furati sunt fratres nostri?* ℟. Idem est, ac, qua sola tribus Juda, inscijs reliquis tribubus, quasi furtiuè solemnem regis reductionem sibi ve dicauit? non quòd nulli adessent ex reliquis tribubus, nam & Semei secum habebat *mille vi de Benjamin* v. 17, & *media pars de populo Israel* dicitur v. 40. regi *affuisse*, sed quòd major p comitantium regem esset de tribu Juda, vtpote duplo major, quàm ex alijs simul omnibus t bubus Israël: & quòd auspicijs & nomine tribus Juda omnia gererentur, quæ triumphalem r gis reductionem concernebant. Id verò ægrè tulerunt reliquæ tribus & occasionem inde sun pserunt sese à tribu Juda hostiliter sejungendi. Sicut acciderat tribui Ephraim Jud. 12, cù Jepthe devictis Ammonitis lætus rediret & triumphans. Nam Ephraimitæ, quòd ad illud b lum inuitati non essent, seditionem concitarunt, quæ non nisi cæde 42. millium sedata fuit.

CAPUT XX.

Tribus Israelitica duce Seba secessionem faciunt à domo Juda & D uide, sed capite minuto Sebæ cessat rebellio. Joab Amasam, vt olim A nerem, proditoriè occidit.

QUæstio I. *Quo sensu dicit Seba v. 1. Non est nobis pars in Dauid, neq; hæreditas in fi Isai?* ℟. est Prouerbialis locutio, qua significatur, non esse necessariam connexi nem cum altero, qualis esse solet membri cum corpore, aut filiorum cum parente, quo hæreditatem præstolentur. Utebantur ergo Hebræi hac formula, quasi solemni legitima, dum negarent sibi cum altero futurum commercium aut consortium. Sicuti Rom ni in repudio fere simili forma vti solebant: *res tuas tibi habeto, res tuas tibi agito.* Hi simili prorsus phrasi repudiarunt postea Hebræi imperium Roboami 3. Reg. 12. *Quæ nobis pa in Dauid, vel quæ hæreditas in filio Isai?* Et S. Petrus excommunicauit Simonem Magu Act. 8. *Non est tibi pars neq; sors in sermone isto.*

II. *Quid statuit Dauid de concubinis ab Absalome violatis?* ℟. Ampliùs ijs consuesce noluit, quia quodammodo filius incesto concubitu fecerat suas; neq; regiam dignitatem dec bat, vt quas fœdasset lasciuus filius, illæ postea in thalamum patris & amplexum redirent. D inde quia à regio cubili ad aliorum nuptias descendere parum erat decorum: neq; sperabat r prudens & cautus, vsq; adeo pudicas fore, & suæ famæ studiosas concubinas, vt si dimis forent, & suo sibi juri ac voluntati relictæ petulantium hominum libidini non succumberen neq; dubitabat futuros esse quàm plurimos, qui illarum nuptias ambirent. Ergo conclusit ill non quasi captiuas & reluctantes, in carcerem, sed voluntarias, illisq; de honesta ac regia al

mon

nia prouidit, quia norat eas vim illatam ab impudenti filio, licet maximè reluctarentur ani-, viribus tamen repellere non potuisse. Aluit itaq; eas non aliter, quàm apud nos aluntur in ustro Deo dicatæ Virgines, aut certè, quæ sub hæc tempora cum honore, & non invitæ in omonis templo, in destinato parthenone morabantur Virgines.

III. *Vnde ortum illud prouerbium, qui interrogant, interrogent in Abela?* ℟. In ciuitate bela erat celeberrima Academia, & quasi commune totius Israelis oraculum; abundans viris lentissimis, qui dubia nodosq; omnes seu de religione, seu de politia dissoluere solent, vnde mone prouerbiali, si quando difficilior quæstio occurreret, dici solebat, *adi Abelam, interrga in Abela.* Vt alibi dicere solent, adi Oedipum: interroga Oedipum, *& sic perficiebant*, id , edocti ab Abelanis, quid facto opus esset, securi aggrediebantur quidquid suasum fuerat, felici successu perficiebant, quod volebant. *Interrogare in Abela.*

CAPUT XXI.

Immissa ob Saulis in Gabaonitas peccatum fame triennali, ad illorum titionem David Saulis reliquias præter Miphibojeth tradit, vt crucifigerentur, quarum ossa una cum Saulis & Jonathæ ossibus jubet sepultu: tradi. Narrantur & 4 bella David aduersus Philisthæos.

QUæstio I. *Cur cùm tribus annis fames vexârit Israelitas, David non nisi tertio anno consuluit oraculum Domini?* ℟det Abul. q. 3. Videri sibi à Dauide Dominum esse consultum duobus prioribus annis, non tamen respondisse, vel quia aliquod in populo peccatum intervenerat, quod diuinum impediret oraculum, sicut accidit Saulis tempre c. 14, & iterum c. 28. vbi DEus respondere ad interrogata noluit, quia peccatum in cais reclamabat: vel certè cùm DEus tribus annis punire populum statuisset, respondere noluit, la neq; vindicem manum à cohibenda plaga cohibere voluit. Ast diuinat Abulensis, licet n sine probabili conjectura. Fortasse non occurrebat Dauidi, famem illam immissam esse opter peccatum, cùm absq; ulla causa, quæ tamen hominibus nota fuerit, famem populi diurnam & grauem passi fuerint. Quare primo anno suspicari potuit Dauid, famem illam ex turali causa prouenisse, quod de secundo anno existimari potuit. At cùm triennalis fames n vrgeret, cogitare cœpit, an ex naturæ quasi fatali necessitate, vel à diuina offensione illa rorum sitis & panis indigentia prouenisset, atq; ideo de tantæ vexationis causa sciscitatus est.

II. *Cur propter Saul, & domum sanguinum ob cædem Gabaonitarum immissa triennalis fames?* ℟. Promiserat Josue c. 9. v. 15. pacem Gabaonitis, idq; interposito jurejurando firmauet; in cujus verba atq; promissa jurarunt etiam aliqui populi principes, vtiq; totius populi omine. Sed Saul aut juramenti immemor, aut nihil habens pensi, quam sibi necessitatem in abaonitarum causa imposuisset Israel, in illos, quasi Israelitici nominis hostes forent, ferrum strinxit. Quando id contigerit, ex scriptura non constat; accidisse tamen non licet dubita-, cùm illud ex hoc loco constet. Nam v. 1. domus Saul, domus vocatur sanguinum, id est, nguinaria, quia sanguinem effudit, & statim declarat Gabaonitarum esse sanguinem, *quia occdit Gabaonitas.* *Fames triennalis.*

III. *Cur Gabaonitæ à Saule occisi?* ℟. Valde obscurè id scriptura refert, *voluit*, inquit, *Saul rcutere eos zelo, quasi pro filijs Israel & Juda.* Quidam Hebræorum, vt refert hìc Lyra : Abul. q 16. hanc causam existimant habuisse Saulem, quia Gabaonitæ 4 habuerunt ciuitas copiosas & lautas, quæ ad Israelem potiùs quàm ad externos & Chananæos incolas pertiebant, quas ad vsum Israelitarum traducere pium videbatur & justum. Hæ verò fuère Gaban, Caphira, Beroth, & Cariathiarim, de quibus Josue c. 9. Has Saul à Gabaonitis sibi, ac su; vendicare voluit, maximè quia tres illarum, vt ex Josue c. 18. constat, ad Benjamiticam ribum pertinebant. Has igitur non judicio & lege, sed ferro & vi ad legitimos possessores, empe Israelitas, quibus à DEo terra Chanaan concessa fuerat, transcribendas duxit. Hanc explicationem confutat Abul. & aliam adducit, quasi suppleturus id, quod alij omiserant. Putabat enim Saul, inquit, quòd Josue & Principes populi non potuerint dimittere viuentes Gabaonitas, in eoq; peccasse tam ipsos, quàm sequaces ipsorum omnes, qui Gabaonitis pepercerunt (vt ipse Saul peccauit parcendo Amalecitis quibusdam) ideo vt ipse vindicaret Israelitas b illo peccato, nihil pensi habens juramentum, quo cauerant dedititijs, occidit, quot potuit Gabaonitas zelo non minus injusto, quàm indiscreto. *Gabaonitæ à Saule occisi.*

IV. *Quo jure potuit David filios innoxios tradere Gabaonitis crucifigendos?* ℟. Instinctu mò monitu DEi (vt ex v. 1 colligitur) & tamquam executor justitiæ diuinæ, qua puniuntur subinde peccata in tertiam & quartam generationem Exod. 2. v. 5. Num. 14. v. 18. Non solet tamen id facere DEus, nisi etiam filij maximè adulti, proprijs peccatis eam pœnam promeriti fuerint: vti de his verisimillimum docent Cajet. & Abul.

V. *Quomodo dicuntur quinq; filij Michol* v. 8. ℟. Quidam putant Michol ex alio viro

concepiſſe hos quinq; filios, nam conſtat l. 1 Reg. c. 25, quòd Saul, filiam ſuam à Dauide ductam alteri viro locauerit, *Saul dedit Michol filiam ſuam, vxorem David, Phalti filio L.* Sed communis veraq; eſt ſententia, quinq; illos filios non eſſe Michol, ſed ſororis illius M rob, quod ex eo facile conſtat, quia hic eorum pater expreſſè nominatur Hadriel filius B cellai, qui fuit de Melothi, cui nupſit non Michol, ſed ſoror ejus Merob. l. 1. c. 18. v. 19. D cuntur autem hi filij Michol, quia Merob aut jam deceſſerat, aut à priori fortuna ceciderat & ideo ſoror orbatos à matre filios, ſeu à rebus deſtitutos neceſſarijs ſibi adoptauit. Ejuſm di autem adoptati filij parentibus etiam viuis, eorum eſſe dicuntur, in quorum familiam & t telam venerunt. Quomodo Gen: 48. v. 5. Jacob ſic adoptauit duos filios Joſeph, vt ſuos ſ diceret filios, Joſephi negaret.

VI. *Quid fecit Reſpha concubina Saulis ſuſpenſis filijs ſuis?* ℟. ſubſtrauit ſibi cilicium, ſ rude ſtragulum in petra, ſeu rupe vicina, vt ibi quieſceret ſubinde, dum auibus & feris ab gendis inuigilat, idq; donec ſtillaret aqua ſuper eos de cælo, id eſt, donec DEus expiato ja peccato Saulis morte tot filiorum ejus, redderet terris pluuiam, quam triennio iratus ſubtrax rat. Plus quàm virili pectore erat hæc fœmina, quæ nihil territa ſanie taboq; cadauerum, fœtore inde exhalante, etiam belluas à præda fameſcentes arcet noctu diuq; . Audacem faci bat amor.

VII. *Quomodo tanto tempore cadauera iſta crucibus inhærere permiſſa cùm* Deut. 21. v. *jubeatur cadauer crucifixi eadem die ſepeliri?* ℟. Crucifixio hæc non ab Hebræis facta eſt, ſ à Gabaonitis, qui lege Hebræorum non tenebantur, quo modo Chriſtus & duo latrones cu illo crucifixi, quia non à Judæo, ſed à Romano judice damnati fuerant, non fuiſſent juxta l gem Judæorum è crucibus, eodem die depoſiti, niſi Judæi precibus id à Pilato impetraſſent J ann. 19. v. 31. *Judæi rogauerunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura & tollerentur.* Cau verò cur Gabaonitæ voluerint iſtorum cadauera tamdiu in patibulis hærere, fuit, quod velle publicum diuinæ vltionis, & patrocinij ſui documentum quàm diutiſſimè extare, & quaq verſum propalari, nequis in poſterum quid Sauli ſimile adversùs ſuam gentem attentare aud ret. Ita Sanctius.

CAPUT XXII.

Canticum Euchariſticum ſeu gratiarum actionis, quo rex David pr ſua ab omnibus hoſtibus liberatione debitas Deo gratias perſoluit.

Deus petra Quæſtio I. *Quo ſenſu dixit David* v. 2. DOMINUS PETRA MEA? ℟. Petra dicit DEus, quia illa ſolida eſt & firma, ſi ullum aliud naturale, ſolidumq; perfugium, Au quia arces, quæ ſitæ ſunt in petris, aut arduis ſcopulis, magis ſunt expugnatu difficiles vt apparet in arce Sion, quam habitatores Jebuſæi à claudis & cæcis exiſtimabant po ſe defendi. Seu certè quia in Palæſtina ſpeluncæ ſunt in prææltis rupibus, ad quas homines quando ſibi præcluſam eſſe vident ad ſalutem viam, in extrema deſperatione confugiunt. Me minit, opinor, petræ David, quia ipſe ſæpe vrgente, & in venatici canis morem indagant Saule, in petrarum concaua ingreſſus Saulis rabiem & ſtudium eluſit, quaſi dicat, non me pe tra, cujus antra ſubij, ſed DEi fidelis prouidentia à Saule defendit. Quare cùm me Saul mili tum vndiq; coronâ vrgeret, DEus mihi petra fuit.

II. *Quomodo David dicit omnia præcepta Domini à ſe eſſe ſeruata, cùm tamen non ſem neq; leuiter aliquando peccauerit?* ℟det Abul. non hîc de qualibet materia, in qua peccari po teſt, eſſe ſermonem, ſed de bellis aut ſuſceptis aut geſtis, in quibus nihil tentauit injuſtum, ni hil geſſit crudele, vt apparet in Saule, quem cùm poſſet aliquando tollere de medio, peperci tamen eo tempore, quo maximè ipſius ſanguinem ſitiebat. Pepercit Semei, à quo indigniſſimi fuerat vexatus contumelijs. Orauit, ne quis Abſalomem, in quo grauiſſimæ erant cauſæ mortis opprimeret. Amaſam, qui Abſalomis ductabat exercitum, non ſolùm non occidit, cùm juſtiſſi mè poſſet, ſed etiam nouis ornauit titulis, cùm in caſtris principem eſſe voluit pro Joab. Qui ergo juſtum ſe & mitem in hoſtes præbuerat, ab hoſtibus illius Dominus præſtitit incolumem

III. *Quomodo de DEo dici poteſt.* v. 27. CUM PERVERSO PERVERTERIS? ℟ Perver ſus ille dicitur, qui vitæ invertit ordinem, & contrà facit, quàm factum oportuit. Ut ſiquis ſa crum aut religioſum vivendi modum ſit exorſus, deinde ad profana, aut etiam gentilica inſti tuta declinet, ille perverſum quoq; experietur DEum, id eſt, longè alium, vt ita loquar, ab eo, quem, dum rectè vixit & ad ſuum inſtitutum accommodatè, expertus fuit liberalem & placidum. Perverti autem dicitur DEus, dum à ſuo ingenio, & quodammodo à ſe ipſo videtur alienus. DEi proprium eſt miſereri & parcere, & largis ac aſſiduis homines ornare beneficijs. Mutare autem videtur ingenium, & à ſe ipſo deficere, cùm Judicis cogitur aſſumere perſonam, & depo ſitâ virgâ, quæ decor appellatur Zach. c. 11. qua molliter paſcit commiſſum ſibi gregem, aſſu mere illam, quæ funiculus dicitur, qua frangit, & terret, & conterit devium & moroſum pecus.

Plura quæ hîc quæri, aut dici poſſent, pertinent ad Pſalmum 17.

CA-

CAPUT XXIII.

Verba novißima David, & catalogus virorum ipsius illustrium

QUæstio I. *Quare hæc verba dicuntur novissima Davidis?* ℟. Non quia post hæc non sit plurima locutus, cùm moriturus cum filio Salomone longam habuerit orationem, sed quia extrema fuerunt, quæ spiritu afflatus prophetico edidit. Hæc autem prophetia de Christo in psalterium non est relata, quia numeris metricis ac musicis concinnata non st, sed eodem prorsus stylo ac modo, quo aliorum prophetarum vaticinia fuerunt edita. *Verba Davidis novissima.*

II. *Quis fuit ille sedens in cathedra sapientissimus v. 8.?* ℟. Res significata ponitur pro nomine viri proprio, quod erat *Jesbaam* filius Achomoni, vt vocatur 1. Paral. 11. v. 11. quod teste S. Hieron. idem est, *ac sedens in populo* seu in cathedra *sapientissimus*. Hujus principis omnium primi tum sapientia, tum robur bellicum in eo maximè enituit, quòd, cùm esset opinione aliorum *quasi tenerrimus ligni vermiculus*, à quo parum sibi hostes metuerent, tam strenuè tamen & solerter rem gesserit, vt maximam inopinatò ediderit stragem & solus ipse semel trecentos (vt habetur 1. Paral. 11.) & aliàs rursus octingentos sua manu prostrârit, ad instar alterius Jonathæ 1. Reg. 14. aut Samsonis, Jud. 15. vtriq; cœlesti subsidio extra ordinem adjutus, ita Lyran. Abul. Sanctius & Tirinus. *Iesboam.*

III. *Quid sitivit David ex cisterna Bethlehem?* ℟. Communis est Interpretum sensus, quòd verè aquam ex cisterna illa desideraverit, & hoc ipsum intellexerunt tres illi viri, qui vt regis desiderio satisfacerent, aquam per media Palæstinorum castra & mille sequentia tela quæsierunt hauseruntq; ex cisterna, & ad suum deniq; Regem detulerunt. Putant tamen aliqui hîc Davidem aliud desiderare significatum in aqua, non aquam ex cisterna Bethlehem, nempe liberare patriam, quam ab hostibus occupari videbat. Quod debere se putabat patriæ, quæ illum primùm nascentem vidit, & à qua habuit spiritum, quem susceptus in lucem infans hauserat. Desiderat ergo David bibere de cisterna Bethlehem, quia desiderat, pulsis inde Palæstinis, aut habitare ibi tamquam in possessione propria, & certè efficere, vt cognati & contribules ibi sine vlla perturbatione, atq; periculi suspicione vivant. *Disterna Bethlehem*

IV. *Cur David allatam aquam noluit bibere?* ℟. det Abul. q. 23. quia non putabat futurum aliquem vsq; adeo audacem ac temerarium, quia per viam tot armatorum hominum millibus impeditam ingressus in interitum rueret voluntarium. Neq; egredientes vidit, neq; egressuros putabat, quos vt opinor, ab audacissimo conatu cohiberet, cùm periculum esset certum, neq; sua siti, ac voto admodum laboraret, & talium virorum, si quid adversi accidisset, jactura esset non levis. Unde ne quis existimaret, tam vilem se habere subditorum salutem, vt illam pro re tantula in discrimen offerret, exhorruit, vbi illam offerri sibi vidit, atq; ideo noluit illam bibere, ne videretur illorum potare sanguinem, quem effudisse videri poterat, cùm miraculi instar esset, inter tot tela, & armata Philistinorum odia non fuisse effusum, sed libavit illam Domino, quasi victimarum obtulisset sanguinem, sic enim ipse interpretabatur, cùm dixit: *num sanguinem istorum bibam & animarum periculum.* Quod verissimè dixit. Cùm enim non sanguinis solùm milites illi, sed etiam animarum periculum adijssent, non aquam se accepisse interpretabatur David, sed sanguinem & vitam illorum. *Aquã David noluit bibere.*

CAPUT XXIV.

David jubet censeri populum. Propter quod corripitur à Gad Propheta: ex tribus flagellis elegit pestem triduanam, qua 70000. cadunt. Porrò David oblato in area Areuna sacrificio, DEum placat, cessatq; pestis.

QUæstio I. *Quodnam fuit tam grave peccatum, ob quod DEus, pestem immisit?* ℟. In Davide peccatum fuit, quòd citra jussum DEi, & citra necessitatem censum ejusmodi instituerit, solùm ad ostentandam suam potentiam. Unde S. Amb. l. de pœnitentia c. 9. ambitionis Davidem accusat, quòd nempe sibi arrogârit ejusmodi censum instituere, suo nomini celebrando, quem DEus suo solius nomini dominioq; celebrando reservârat. In populo verò peccatum fuit, quòd tributum semi sicli, quod in ejusmodi censu in vsus templi DEi capitatim pendi debebat, in agnitionem supremi dominij DEi, à plurimis, fortè à plerisq; (connivente rege regijsq; ministris) persolutum non fuerit. Vide Exodi 30. v. 12. vbi hæc præscribuntur, & ni serventur, plaga certa, qualem hîc experti sunt, intentatur. Ita Lyran. Abul. Cajet. Sanctius & Tirinus. *Census populi.*

II. *Quomodo v. 8. dicitur lustrata fuisse vniversa terra, cùm tamen* 1. Paral. c. 21. v. 6. *duæ tribus dicantur omissæ nempe Levi & Benjamin?* ℟. Lustrarunt quidem Principes cum Joab vniversam terram, non tamen vniversam numerarunt, quia opus illud judicabant inutile, atq; ideo illud exequebantur inviti. Neq; id obscurè indicat textus ipse in Paralipomenon, vbi illæ duæ tribus non negantur fuisse lustratæ, sed illorum, negatur collectus esse numerus. *Nam Levi*, inquit,

vi, inquit, *& Benjamin non numeravit, eò quòd Joab inuitus exequeretur Regis imperium.*

III. *Cur Joab inuitus, aut cur tunc à numerandis duabus tribubus abstinuit?* ℟ Primun ideo, quia fructus ſperabatur nullus ex eo labore, atq; ideo ex illo, quàm potuit ocyſſimè, ſ expedijt. Deinde alia adducitur cauſa l. 1. Paral. c. 27. v. 14. *Joab filius Sarviæ cœperat numerare, nec complevit, quia ſuper hoc ira irruerat in Iſrael.* Incertum eſt, quænam fuerit hæc ir DEI, quæ Joab à numerando populo deterruit. Fieri potuit, vt eorum aliqui, qui relati ſunt i cenſum, qui decretum à lege ſemiſiclum ſoluere noluerunt, ſubita fuerint morte correpti, au plaga aliqua ignominiosè percuſſi, vnde intelligere potuit Joab cenſum illum DEo non probar

IV. *Quomodo hîc v. 9. numerantur inventa de Iſrael octingenta millia, de Juda autem quingenta millia pugnatorum, cùm 1. Paral. c. 21. v. 5. longe major ponatur numerus, nim rum de Iſrael mille millia & centum millia virorum educentium gladium. De Juda autem quadringenta ſeptuaginta millia bellatorum?* ℟ Cajetanus putat duos eſſe deſcriptos cenſus, alterum à Joab, quem nunc habemus in libro Regum; alterum ab alijs Principibus, qui minùs gravatè, & magis accuratè ſummam inierunt. In cenſu autem Juda multò plures eſſe numerato à Joab, quàm ab alijs Principibus, cùm hîc quingenta millia pugnatorum numeret de Juda, ali autem quadringenta ſeptuaginta millia; cùm tamen ex alijs tribubus octingenta tantùm virorum millia in cenſum retulerit, & alij mille millia & centum millia. Cujus ea videtur eſſe ratio, quia Joab Bethlemites erat de tribu Juda, atq; ideo vt familiam ſuam alijs in ea numeratione præferret, contribulium ſuorum auxit numerum, aliorum imminuit. Alij verò qui eoder ornandi tribus ſuas ſtudio tenebantur, aliquid detraxerunt de Judæ cenſu & ad ſuarum familiarum ſummam magnum ſuorum civium numerum addiderunt.

V. *Quomodo hîc v. 13. ſeptem annorum fames Davidi proponitur, in libro Paral. trium ſicut etiam hoc loco legunt LXX?* ℟ Aliqui putant duraturam famem 7. annis, ſed in eorur tribus ita anguſtam futuram, vt aliorum 4. fames cenſeri poſſit abundantia. Alij principio annorum 7. indictam eſſe famem, ſed deinde illam ad triennij ſpatium fuiſſe contractam. Sicu Gen. 18. cùm dixiſſet ignoſcendum eſſe Sodomis, ſi ibi 50 invenirentur juſti, poſtea per quosdan quaſi gradus deſcendens, ad 10. vſq; juſtorum illorum numerum contraxit. Et Ezech. c. 4. Cùr juſſiſſet Dominus prophetæ, vt pane veſceretur hordeaceo, quem priùs humano operuiſſet ſtercore, illeq; ad gravem illum cibum nauſearet; poſtea DEus ad prophetæ ſtomachum, ita temperavit mandatum illud durum, vt pro humano ſtercore fimum concederet bovinum. Sic etiam cùm DEus 7. principio minatus eſſet annorum famem, aut quia David ad diuturnam illar famem exhorruit, aut quia mitiorem à Domino in eo genere precatus eſt famem, ad tres tantùm annos coarctavit. Cùm autem libri Paralipomenon ſupplementum quoddam ſint eorum, qu in libris Regum videbantur omiſſa, & in his ſcriptor ſacer 7 tantùm annorum meminiſſet, qui libros attexuit Paralipomenon, trium annorum meminit, ad quos poſterior illa ſumma contracta eſ

VI. *Quod eſt tempus illud conſtitutum, in quo ſæuire deſijt peſtis* v. 15.? ℟ incertum eſ Quidam putant eſſe tempus prandij, quod ad ſextam ſumitur, ita vt ſex tantùm horas vis ill peſtilens duràrit. Ita Joſephus, Theodor. q. 37. Amb. in pſ. 37. Sed cur tempus prandij debeat vocari tempus *conſtitutum*, non video, neq; enim hora prandij ita celebris eſt inter Hebræos, v hoc ſibi nomen vendicare debeat. Unde alij fortè meliùs, putant eſſe tempus veſpertinum, quando ſacrificium juge, quod à veſpere ſibi nomen ſumpſit, immolatur. Alij extendunt vſq; a tempus illius ſacrificij, quod in area Areuna Jebuſæi obtulit David, ita Cajet. Abul. verò tempus conſtitutum putat eſſe triduanum ſpatium, quia illud DEus peſti definivit, nec video, cu alia tempora ab alijs deſignata, appellari potuerint conſtituta, ſine vlla adjectione, nec conſta tempus illud à DEo in breviora ſpatia fuiſſe contractum. Communis tamen ſententia habet a ſacrificium vſq; veſpertinum ſævijſſe peſtem, tunc verò jubente DEo conſediſſe. Neq; cred Davidem expectaſſe triduo, ut pœnitentiam ageret, & oraret Dominum, & cum principibus, majoribusq; natu populi indutum cilicio in terram cecidiſſe, aut Angelum non niſi poſt triduun veniſſe Hieroſolymam, poſtquam in alijs provincijs fœda peſte mulctandis tres fermè dies po ſuiſſet. Quod autem abbreviatum fuerit illud tempus, patet ex. v. 16. vbi dicitur: *Cumq; exten diſſet manum ſuam Angelus ſuper Jeruſalem, vt diſperderet eam miſertus eſt Dominus.*

VII. *Cur Dominus ſæuientem Angelum à Hieroſolymæ cæde cobibuit, poſtquam alias prouin cias dira cæde fœdaſſet?* ℟. dici poteſt, quia illam ciuitatem inter alias diligebat Dominus, qui ibi viderat ab Abrahamo oblatum eſſe in filio Iſaac illuſtre ſacrificium, & quia ibi habituru eſſet templum, quod multis quotidie caleret ſacrificijs, & diuinis laudibus perpetuò reſonaret Unde pſ. 86. *Diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Jacob.* Et quia ibi fortaſſ impenſus eſſet tabernaculo ſemi ſiclus, quem lex in populi numeratione decreuerat, erant enin ibi Sacerdotes & periti legis, qui populum de hoc penſo inſtruere poterant.

LIBER

LIBER III. REGUM.

CAPUT I.

Abisag Sunamitis Dauidem jam senio confectum fouet & calefacit, nec tamen ab illo cognoscitur. Adonias major natu filiorum Dauid regnum occupat clam patre. Sed hujus jussu vncto mox Salomone Adonias fugam capessit: quem tamen Salomon jubet securum domi degere.

Abisag vxor Dauidis.

QUæstio I. *Abisag fuitne vxor Dauidis, an ancilla?* ℞. Abul. c. 2. q. 23. negat fuisse vxorem, probatq; Imò, quia si fuisset vxor Dauidis, Adonias ejus filius non potuisset, nec ausus fuisset eam poscere vxorem: hoc enim vetitum est Lev. 18. 7. quod tamen ipse fecit c. 2. v. 17. 2dò, quia Dauid frigidus impotens erat ad copulam conjugalem; ergo inhabilis ad contrahendum matrimonium. Verùm Abisag fuisse vxorem Dauidis passim docent Interpretes. Hoc enim insinuat Scriptura, cùm ait: *Dormiebatq; cum rege &c. & non cognouit eam.* q. d. poterat eam cognoscere vt maritus, sed reipsa non cognouit, vtpote frigidus & inhabilis ad generandum. Adde honestas hoc exigebat, vt non dormiret cum muliere, nisi quæ esset vxor; vt scilicet periculum tentationis & adulterij euitaret, si tentatio copulæ in præsentia virginis tam pulchræ eum invasisset. Ad primum argumentum Abul. respondet Cajet. legem illam Leuitici, vt filius non ducat vxorem patris intelligi de ea, quæ perfectè fuit vxor, nimirum quæ per copulam matrimonium cum eo consummauit. Aut certè Adoniam fuisse legis hujus ignarum, eò quòd esset laicus, & juuenis aulicus, regisq; filius; qui non tam legem, quàm regnum spectabat, ideoq; Abisag petijt vxorem, vt per eam quasi Patris vxorem & reginam in regnum euaderet, patriq; succederet, quod non potuisset sperare, si Abisag Dauidis fuisset ancilla dumtaxat, non vxor. Ad 2dum resp. Dauidem non fuisse naturâ frigidum aut impotentem ad copulam, imò potuisse vti actu conjugali, hoc enim insinuat Script. cùm ait: *& non cognouit eam.* q. d. potuit eam cognoscere, at reipsa non cognouit, ne ei virginitatem adimeret, sed conseruaret. Multi enim frigidæ complexionis potentes sunt ad actum conjugij. Unde in senibus & sterilibus non est impotentia impediens & irritans matrimonium.

Primogenitura.

II. *An primogenituræ jure regnum adeptus est Salomon?* ℞. Licet constet, Solomonem non fuisse primogenitum, sed fortè inter reliquos Dauidis filios natu minimum, attamen potuisse primogenij jure peculiari aliqua ratione & titulo ad se translato gaudere, vti quondam Jacob Gen. 25. 35. & Gen. 29. 36. Judas etiam Gen. 49. 10. ex Patris benedictione, & mulctatione Rubeni primogeniti, in pœnam incesti. Hinc quidquid sit de prisco more primogenitorum in paternum principatum succedentium, attamen postquam principatus filiorum Jacob, ad Judam à Rubeno translatus est, videtur DEus communem illum morem, & institutum gentium jam tunc debilitasse & infregisse, atq; adeo deinceps non valde fauisse primogenitis; sed data occasione juniores illis fratres præposuisse, ob specialem erga illos dilectionem. Quod in Dauid clarè patuit, quippe inter suos fratres minimo & non valde in sui parentis oculis & animo versanti, ad longiùs à paterna domo ad pascendum oues ablegato, septem alijs fratribus natu majoribus domi & in urbanis muneribus occupatis. Abul. q. 35. ait successionem in regnum, aut principatum, numquam fuisse alligatam aut debitam primoginitis. Hinc colligitur, neq; Salomonem, quòd primogenitus non esset ineptum fuisse regno, aut ulla dispensatione perpetuæ legis indiguisse; neq; Adoniam, quòd major natu esset, necessariò regni jure præditum fuisse.

Suffragium populi non facit regem

III. *An Rex populi suffragijs creabatur apud Hebræos?* ℞. Nusquam invenio, regem aliquem Judæorum solius populi suffragijs creatum, quin, si primus ille erat, designaretur à DEo, vel à propheta ex DEI jussu, vel sorte, aut alia ratione, quam DEus indicasset. Sic Saul ungitur in Regem à Samuele 1. Reg. 10. Deinde idem Samuel conjecit in sortes omnes tribus; in quibus inuenio plausum, & clamorem populi dicentis, *viuat rex:* sed non invenio suffragia populi eligentis. Rursus Dauid eligitur à DEo, ungitur à Samuele 1. Reg. 16. tantùm spectabantur tribuum voluntates & suffragia in Hebron & in Jerusalem, non tam vt vllum Dauidi regnandi jus conferrent, quàm vt DEI voluntate regem constitutum susciperent, atq; regi debitas cæremonias obirent. Tandem Jeroboam à DEo accepit jus regni super decem tribus, ministerio Ahiæ prophetæ 3. Reg 11. 37. *Regnabis super omnia, quæ desiderat anima tua, erisq; rex super Israel.* Sed postea suffragijs non tam capit jus regni, quàm possessionem 3. Reg. 12. 20. *Cùm audisset omnis Israel, quòd reuersus esset Jeroboam, miserunt & conuocauerunt congregato cœtu: & constituerunt eum regem super omnem Israel.* Quod non tam pertinet ad jus regni, quàm ad solemnitatem quamdam inaugurandi regis atq; regij muneris exercendi. Illud 1. Reg. 12. *Præstò est Rex vester, quem elegistis, & petijstis* aliud non efficit, quàm elegisse petendo non singularem ali-

quem

quem hominem, sed in communi elegisse potiùs cujusvis regis, quàm Samuelis voci & nu regendos se præbere. Quod statim exponitur, *ecce dedit vobis Dominus regem*. Quippe ann petitioni vestræ, & regni potestatem in Saulem contulit.

IV. *Quale fuit oleum, quo vnctus est Salomon?* ℟. fuisse oleum sanctum sumptum de t bernaculo extra controversiam est. *Erat autem vnguentum compositum opere vnguentarij.* S appellatur oleum, quòd illo tamquam basi, & fundamento ac parte primaria, reliqua arom innitebantur, & immiscebantur, myrrha, cinnamomum, calamus, casia Exod. 30. vbi quam præcipiatur *caro hominis non ungenda* ejusmodi oleo, intellige hominem ad vsus humanos profanos, vel ad corporis delitias & voluptatem. Secus in vsu sancto, caput sacerdotis, in neq; regis, non censetur *hominis caro*. Unde ex eadem quoq; vnctione reddi reges sanctos, seq; debere, atq; totos se diuinæ voluntati & obsequio consecrare, certa consecutione colligit

V. *Quomodo & qua parte inungebantur reges?* ℟. Verosimilius est vnctionem facta instillato sacro in verticem & caput vnguento, & Abul. putat non tam debere dici vnctione quàm effusionem, sicut & sponsi nomen, *ab vnguento effuso* in ejus nuptijs, aut regia consecr tione fragrantissimum dicitur, & ad adolescentulas alliciendas longè lateq; odorem suum spa gens. Cant. 1. 3.

VI. *An reges debebant vngi oleo sancto?* ℟. det Pineda numquam siue à sacerdote siue à pr pheta vnctum regem aliquem communi oleo; sed sancto, & de tabernaculo, citat pro se Isid rum l. 2. de Eccles. offic. c. de Chrismate, eodem oleo vnctos sacerdotes & reges, nec aliter h bebatur illa vnctio sancta, & vnctus jam erat Christus, & sanctus Domini: Cùm igitur prophe vngebat ex peculiari DEi præcepto, vtebatur oleo sancto, & illud sumebat vel partem illius loco sancto, in quo asseruabatur. Cùm verò populus dicitur vnxisse Regem Dauid, intellige dum, factam à sacerdote vnctionem, præsente & approbante populo. Aliud intellige de vnct one priuata.

VII. *An etiam Adonias oleo sancto vnctus est, & si vnctus est, erat oleum apud Abiatha quomodo ergo eodem tempore esse potuit apud Sadoc, pro vngendo Salomone?* ℟. non erat opu vt Abiathar totum oleum sanctum secum deferret, fortè etiam erant plura vascula, præserti cùm ad sacerdotes inspergendos necessarium esset, in non valde parua copia; vel erat in al quo grandiori vasculo, ex quo cùm opus erat, particula sumebatur.

CAPUT II.

Dauid datis Salomoni varijs præceptis moritur. Adonias, dum peti Abisag Sunamitidem in vxorem, ob affectatum eô dolô regnum occidi ju betur à Salomone. Abiathar pontificatu priuatur. Joab in tabernacul Domini occiditur. Et Semei quoq;, quòd contra Regis præscriptum Jero solymâ excessisset, triennio pòst interficitur.

QUæstio I. *In quo Joab fuit injurius Dauidi?* ℟. Aliqui putant in eo, quòd literas d Uriæ cæde alijs ostenderit, ideo, vt multitudinis reprehensionem euitaret, quòd incir cumspectè Uriam periculo exposuerit, ex quo agnouit populus, quid flagitij commis sum esset à Dauide. Abul. putat Joab peccasse in Dauidem, quia Absalomem filium interfecit, contra mandatum regis. Verùm quid punire voluerit Rex in Joab, non obscurè ips significauit, cùm dixit: *quæ fecerit duobus principibus exercitûs Israel Abner filio Ner, & Amas filio Jether.*

II. *Cur Dauid in seipsum factum interpretatur, quod in duos hosce principes admissum est* ℟. Quia tam Abnerem quàm Amasam ad se aduocarat Dauid, & cùm priùs contrarijs studerent partibus, interpositis promissis, & regia fide sibi conciliarat. Quare qui nossent, quomodo essent excepti priùs à rege, & deinde callidè & perfidiosè occisos audijssent, violatam existimarent fidem regiam, neq; Dauidi vlteriùs quidquam esse credendum. Hæc autem regij nominis gra vis injuria fuit.

III. *Cur Dauid ad hoc usq; tempus pepercit Joabo?* ℟. Quia princeps exercitus Dauidici potentior erat, quàm vt posset à Dauide coerceri. Et in continuis, grauissimisq; bellis, Dauid illius operâ & industriâ egebat. At Salomon quiete jam à bellis vbiq; parta, & Joabo per senectutem minùs publico vtili, facilè potuit & operâ illius carere, & exauctoratum condigno supplicio castigare. V. dicta l. 2. Reg. c. 3. q. 3.

IV. *Quomodo Joab dicitur* v. 5. EFFUDISSE SANGVINEM BELLI IN PACE? ℟. Sanguis belli dicitur ille, qui honestè & impunè potest effundi, quem tamen impunitum non habebit ille, qui dum arma silent extra aciem & certamen effudit, maximè si quis aggrediatur alium & opprimat incautum; hoc imbelle scelus & ignobile commisit Joab, dum in pace & amicitia simulata duos principes interfecit, qui nihil sibi à fraudulento consilio metuebant, quos arma-

matos numquam esset aggressus. Sanguinem itaq; belli effudit in pace, quia quod acie facere potuisset impune, id extra aciem perfidiose commisit.

V. *Quomodo dicitur de Joab*: POSUIT CRUOREM PRÆLII IN BALTHEO SUO, QUOD ERAT CIRCA LUMBOS EJUS, ET IN CALCEAMENTO SUO, QUOD ERAT IN PEDIBUS EJUS? ℟. Quia duobus principibus tale mortis genus intulit, ex quo sanguis eorum in baltheum & calceos ejus effluere potuit. Uterq; enim in amplexu ad quintam costam percussus, id est, ad ilia, vnde facile sanguis in baltheum Joab erupit, & inde usq; ad calceos descendit.

VI. *Vbi sepultus est Dauid*? ℟. In ea parte Jerosolymæ, quam ipse à Jebusæo abstulerat, & suo nomine vocârat ciuitatem Dauid. 2. Reg. 5. 9. Josephus, Abul. & alij putant, Dauidem, cum palatium sibi regium construeret, etiam sepulchrum cadaueri suo condendo construxisse, id sat exile & moderatum; Salomonem verò id auxisse & in magnificum Mausolæum commutasse, in quo & ipse recondi voluit. Hoc Mausolæum ad tempus vsq; Apostolorum durasse, constat ex 2. Act. v. 29. dicente Petro, *sepulchrum ejus est apud nos usq; in hodiernum diem*. Tempore Adriani Imp. sponte corruit magna ex parte, vt scribit Dion in vita Adriani. S. Hieron. ep. ad Marcellam, affirmat, illud suo etiam tempore perstitisse, seq; ad Mausolæum illud precari consueuisse. Sebastianus Serlius l. 3. dicit illud suo quoq; tempore superstes fuisse. Mirum planè & instar prodigij, post vrbem Jerosolymam toties expugnatam, toties excisam, Mausolæum istud nihil à Chaldæis, (qui tamen reliquorum Regum Juda ossibus non pepercerunt Jer 8. & Baruch. 2.) nihil à Græcis, nihil à Romanis, nihil ab alijs Barbaris passum fuisse. Quod verò Josephus addit, Salomonem in Dauidis sepulchrnm vnà cum cadauere multa talentorum millia intulisse, quæ post sæcula multa Hyrcanus inde extulerit, merum ipsius figmentum est.

VII. *An Salomon peccauerit Joabum non obstante perfugio ad altare, occidendo*? ℟. Id expressè jubet DEus Exod. 21. v. 14. *Siquis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo auelles eum, vt moriatur*. Et credibile est non in ipso loco tabernaculi jugulatum esse Joabum, sed quantumcumq; reluctantem à Banaia per prætorianam cohortem expulsum ab altari, extra tabernaculum, supplicio affectum fuisse; vt pòst etiam Athalia, jubente Jojada Pontifice. 4 Reg. 11. Nam in ipso sacrario non videtur citra necessitatem humanus sanguis profundi potuisse. Vnde & Sanctius damnat hic Salomonem & Banaiam non leuis peccati, quòd putet Joabum in ipso sacrario jugulatum fuisse. Sed Abulensis id excusat, eò quòd supplicium de impio sumptum etiam in loco sacro, non minùs grata sit hostia DEo, quàm arietum aut vitulorum, qui quotidie istic mactabantur.

CAPUT III.

Salomon in vxorem accipit filiam Pharaonis: sapientiam in somno postulat à Deo. Quam vnà cum diuitijs & gloria mox accipit in summo gradu: cujus specimen exhibet in lite meretricum dirimenda.

QUæstio I. *An nuptiæ Salomonis cum filia Regis Pharaonis potuerint censeri legitimæ*? ℟ Aliqui omnino negant, quia cum alienigenis prohibitum fuit Hebræis inire connubia Exod. 34. v. 15 & Deut. 7. v. 3. Neq; fauet huic Salomonis cum Ægyptia connubio, quòd hæc conjugia cum Chanaanitide fœmina prohiberentur, vt constat. Vnde aliæ omnes, quæ alienæ sunt ab Hebræorum genere ac religione, ad illorum thalamum videntur sanctè ac legitimè potuisse adhiberi. Ratio enim legis est: ne Hebræorum filij ab alienæ religionis matribus instituti sacra colerent gentilica, & à paterna pietate degeneres ad maternam impietatem deducerentur. Hæc autem ratio tam valet in Chananæa, quàm in quæcumq; alia peregrina conjugia. Deinde lex illa Deut. 21. v. 20. quæ peregrinæ fœminæ connubium admittit & probat, ea tamen conditione, vt certis quibusdam ceremonijs parentum impietatem ejuret, & Hebræorum profiteatur, non magis alias quàm Chanaanitides puellas admittit ad Israeliticas nuptias, deinde expressum apparet DEi præceptum quo Israelitæ prohibentur accedere ad illas, quæ ad terram Chananæorum non pertinent, modò alienis legibus & religioni seruiant hîc c. 11 v. 1. Vnde potiùs existimat Sanctius Pharaonis filiam ejurasse Ægyptiam religionem, & Hebræorum sacra fuisse complexam, & ea ratione, salua Hebræorum lege, Salomonis thalamum inire potuisse. Quod sine dubio fecerunt illæ fœminæ, quæ alienigenis ortæ parentibus, connubiali vinculo Israelitis copulatæ sunt, vt patet in Machaa l. 2. Reg c. 3. v. 2. & 3. In Ruth Moabitide c. 1. v. 16. & c. 2. v. 12. Item in Rahab Chananæa, de qua Jac. 2. *similiter & Rahab meretrix nonne ex operibus justificata est*.

II. *An Salomon peccauerit immolando in excelsis, & accendendo thymiama* v. 3.? ℟. Excusari à culpa non potest, quia sacrificauit extra legitimum locum, nempe extra tabernaculum, aut templum, aut non ad arcæ conspectum, à quo tabernaculo aut templo magna fiebat religionis accessio, sine speciali DEi dispensatione, aut pulsu (quomodo aliquando fecit Samuel, David,

vid, Elias & alij nonnulli) quod ſalua religione fieri non potuit. Porrò hanc rationem ſac ficandi in excelſis diſplicuiſſe DEo in Salomone, vel inde colligitur, quòd obeunti varia exc ſa, & in ſingulis plurimas hoſtias immolanti nuſquam apparuerit aut fauerit de cœlo DEus, tunc ſolùm cùm in Gabaon, hoc eſt, in legitimo loco legitimum obtulit ſacrificium, vt dicitur v. 5. Nam *in Gabaon ea tempeſtate erat tabernaculum Domini, quod fecerat Moſes deſerto & altare holocauſtorum* 1. Paral. 21. v. 29. Ideo *excelſum Gabaon* vocatur hîc v. 4. *e celſum maximum*, non tam mole quàm dignitate, & is erat proprius deſignatus ſacrificijs loc Vnde ſimul atq; ibi ſacrificauit Salomon, DEus id ſibi gratiſſimum accidiſſe, nocturna viſio doniſq; nobiliſſimis ei collatis teſtatum fecit. Hic vſus in locis editioribus ſacrificandi D inualeſcebat paulatim, eò quòd non eſſet vnus locus deſignatus, ſed partim in Gabaon, parti Jeroſolymæ ſacrificaretur; à prophetis verò in graui neceſſitate pluribus etiam aliis locis, ſingulari DEi diſpenſatione. Horum imitatione populus, ad ritus gentilium plus æquo pr penſior, idem ſibi arrogabat. Sed Dauid toto regni ſui tempore fortiter ſeſe huic abuſui to es à lege vetito Lev 17. v. 4. & Deut. 12. v. 5. & 13, oppoſuit; & filio ſuo Salomoni, vt ſeſe ri modo opponeret, in mandatis reliquit: vnde hic dicitur, *ambulaſſe in præceptis patris ſui D uid, excepto quòd in excelſis immolaret.* Et hoc eſt peccatum, quo omnes reges Iſrael & Juda pe caſſe dicuntur, præter Dauid, Ezechiam & Joſiam Eccli. 49. v. 5. Nam alij omnes aut imm lauerunt in excelſis aut certè cùm poſſent & deberent, non ſuſtulerunt excelſa. Dauid ve non tolerauit excelſa: Ezechias & Joſias illa etiam diſſiparunt 4 Reg. 18. v. 4. & c. 23. v. 8.

Oratio in ſomno.

III. *An Salomon dormiens & ſomnians orando meruerit ſapientiam?* ℟. nihil meruiſſe, qu non habuit eo tempore vſum liberum arbitrij, ſed ligatum à ſomno. Ita S. Thom. 1.2. q. 113. 2. & 2.2. q. 154. a. 5. ad 1. Salomon, inquit, non meruit in dormiendo ſapientiam à DEo, fuit ſignum præcedentis deſiderij, propter quod dicitur talis petitio DEo placuiſſe.

IV. *Quomodo ergo orationi Salomonis dicitur conceſſa fuiſſe ſapientia,* Sap. 7. v. 7. *ſi or tio illa merum omnino fuit ſomnium?* ℟. Salomon ſæpe ante id tempus, quin & eadem il nocte proximè ante ſomnum orationi intentus, immemor aliarum rerum ſolam ſapientiam DEo poſtulaſſe videtur. Quod cùm feciſſet toto animo in eam curam intento, nihil mirun ſi quod proximè meditabatur vigilans, idem dormienti ſtatim occurreret. DEus verò cùm ta ampla hîc promittit dormienti, non reſpondet orationi aut electioni ipſius, quam habuit, a habuiſſe ſibi viſus eſt in ſomnis, ſed quam vigilans antè habuit huic ſimillimam. Unde no eſt opus affirmare, quod affirmant Lyran. & Salmeron tom. 3. tr 22. Salomonem in ſomn abſq; operatione phantaſmatum vſum fuiſſe libero arbitrio & meruiſſe (licet ex priuilegio fieri potuiſſe ſentiat S. Bonav. diſtinct. 25. q. 6.) nam ante ſomnum ea omnia præſtiterat, qu hic de illo commemorantur, ita S. Aug. S. Thom. & ferè alij Doctores.

V. *Quis ſenſus verborum v. 12.* DEDI TIBI COR SAPIENS, IN TANTUM, UT NUL LUS ANTE TE, SIMILIS TUI FUERIT, NEC POST TE SURRECTURUS SIT? ℟. Com paratio non ſolùm fit cum regibus Iſrael (vt putant Lyran. Vatab. & Cajet.) ſed cum omni bus prorſus totius orbis hominibus, ſed vulgari modo procreatis. Et ſermo eſt de ſapienti omni naturali, quæ hîc infuſa fuit Salomoni, non verò de omni ſupernaturali, vnde non e neceſſum præferre Salomonem Adamo, vel Moyſi, vel plerîſq; prophetarum, aut Apoſtolorum multò minùs B. Virgini vel Chriſto Domino. Ita SS. Juſtinus, Clem. Alexand. S. Aug. & San ctius. Nolim tamen ad ſolam oeconomicam & politicam ſapientiam, id reſtringere cum Cajet nam cap. ſeq. v. 33. dicitur etiam de plantis diſſeruiſſe, à cedro, quæ eſt in Libano, vſq; a hyſſôpum: item de jumentis & volucribus, & reptilibus & piſcibus, & quæ de ſe ipſo teſtatu Sap. 7. v. 17. quibus medicam & phyſicam omnem ſcientiam, item geometricam, chronicam aſtronomicam etiam conjecturalem complectitur, ita præter alios Abul. & Pineda. Addunt Jo ſephus, S. Hiero. & Epiph. Salomonem etiam gratiam gratis datam à DEo habuiſſe, qua & ex orciſmis & herbis quibuſdam & radicibus dæmones vnde vellet, expelleret.

CAPUT IV.

Recenſentur principes & præfecti Salomonis: menſæ apparatus, gloria, ſplendor, opes, ſapientia.

QUæſtio I. *Quomodo Sadoc & Abiathar numerantur inter Sacerdotes Salomonis* v. 4. *cùm Abiathar pontificatu dejectus & in exilium ablegatus fuerit?* ℟. Non recenſetur hic ordo miniſtrorum à ſolo Salomone conſtitutorum, ſed aliqui interſeruntur, qui à patre ejus Dauide deſignati fuerant, licèt pòſt à Salomone à ſuo gradu dejecti ſint; vti contigit Abiathari pontifici & quibuſdam alijs. Quidam etiam per anacephalæoſim repetitis nominibus & miniſteriis: quidam deniq; per prolepſin anticipata narratione commemorantur, v. g. Ben-Abinadab v. 11. *Taphetb filiam Salomonis habuiſſe vxorem.* Et Achimaas v. 15. habuiſſe *Baſemath* alteram Salomonis filiam in conjugio, quæ non niſi multis pòſt annis contigiſſe potuerant.

II.

Equorum copiam alit Salomon.

II. *An peccavit Salomon congregando tot equos contra illud Deut. 17. v. 16. Cùm fuerit con-ſtutus Rex, non multiplicabit ſibi equos, nec reducet populum in Ægyptum equitatûs numero ſulevatus*? ℞ Abul. hîc c. 10. q. 11. vindicat illum à culpa ſaltem gravi, quia illis equis non vbatur ad inanem majeſtatis oſtentationem, aut alias ob cauſas, in quibus appareret aliqua pcati turpitudo: qualis eſſet injuria, qua populum opprimeret. Quæ tunc non fecit Salomon, lict poſtea graviſſimis ſe ſceleribus infecerit, at principio juſtitiam coluit, & divinarum legum ſdioſus & vindex fuit. Alij tamen non excuſant illum à culpa, quia præceptum grave eſt, & vbis non obſcuris propoſitum, & vt erat populus ille ingenio levi, & facile permutabili, & ad onem religionem volubili ac prono, ſi equorum haberet commoditatem & copiam, non ſolùm rigionem, quod fecit ſæpe, ſed etiam patriam facile mutaret, & in Ægyptum, quod tempore Moyſis aliquando tentavit, redire conaretur. Hæc gravis fuit ratio, propter quam juſſit Domi-nus Joſue 12. v. 4. vt quos caperet ab inimicis equos ſubnervaret, & quadrigas dederet incendio. Quod ipſe fecit, & David 1. Paral. c. 18. v. 4. cùm mille cepiſſet hoſtium quadrigas. Nec Abul. rio quidquam efficit, neq; enim hanc equorum, quadrigarumq; multitudinem habuit Salo-mon in ipſo regni primordio, ſed cùm jam dudum in regio conſediſſet ſolio. Hæc enim per antici-pationem hoc loco narrata ſunt, quia de Salomonis agebatur potentia. Et quidem 2. Paral. c. 9. v. 29. hic idem refertur equorum & quadrigarum numerus, & tamen tunc Salomonis regnum jn declinabat ad occaſum. Et fortè ſumptus, qui in alendis tot equis non immodicus, in cauſa fit, vt populum ita gravaret duriter, vt oppreſſus onere clamare ſit coactus ad filium Robo-am, cum pater in vivis eſſe deſijt 3. Reg. 12. v. 4. *Pater tuus duriſſimum jugum impoſuit nobis &c.* vide dicta Joſue c. 11.

Exorciſmi Salomonis.

III. *Qui & quales exorciſmi Salomonis*? ℞ S. Thom. q. 6. de potentia a. 10. ad 3. & Vi-ctoria relect. de Magia dicunt, potuiſſe quidem certam quamdam & piam formulam ejiciendi Dæmones inſtitui à Salomone, ſancto adhuc, quam DEus peculiari ſua auctoritate ad Dæmo-nes fugandos confirmaret. At verò à Salomone idololatra, & magicæ artis poſtea ſtudioſo, ſi vquam conſcripti, traditiue exorciſmi, hos oportet magicos fuiſſe, & nulla Divina aut Ange-lia virtute fultos, ad abigendos Dæmones; tantùm pacto impio, & nefaria magia. Hanc ſanè et radix de qua Joſephus l. 8. Anquit. c. 2. incluſa annulo, qua dicit expulſos Dæmones, in qua tamen nulla facultas ſupra ſpiritum, vt eleganter oſtendit Mirandulanus l. 7. de rerum præ-notione. In vniverſum autem an herbæ & lapides, ſenſibilia deniq; antidæmonicam vim vllam habere poſſint, doctè & eruditè diſputat Delrio l. 6. c. 2. q. 3. ſect. 2. Serarius in c. 8. Job. q. 4. & 5.

CAPUT V.

Hiram Rex Tyri ſubmittit Salomoni ad templum Domino conſtruen-dum cæſores lignorum, vti & latomorum & bajulorum & præfectorum.

Satan.

QUæſtio I. *Quid nomine Satan v. 4. intelligitur*? ℞ Adverſarius, qui conatibus meis obſiſtere aut poſſit, aut velit. Sic 2. Reg. 19. v. 22. Joabum & Abiſai vocabat David Satanas: *quid mihi & vobis filij Sarviæ? cur efficimini mihi hodie in Satan?* id eſt cur im-portunæ ſtudio vindictæ de maledico Semei ſumendæ, adverſamini mihi, quo minus popularium animos parcendo ignoſcendoq; mihi demerear.

Gentilis Rex laudat Deum Hebræorum.

II. *Quo pacto rex Gentilis laudat verum DEum Hebræorum* v. 7. BENEDICTUS DOMI-NUS DEUS, & vt additur 2. Paral. 2. v. 12. DEUS ISRAEL, QUI FECIT COELUM ET TER-RAM? ℞ Putabant pleriq; gentiles plura eſſe vera Numina & veros DEos: ac proinde ſinguli colebant ſuos patrios DEos, vt tamen etiam alienos non contemnerent. Sic Philiſthæi 1. Reg. 4. v. 8. de arca dicebant. *Hi ſunt Dij, qui percuſſerunt Ægyptum omni plaga. Quis nos ſalvabit de manu Deorum ſublimium iſtorum?* Sic Darius Medorum & Babyloniorum Rex Dan. 6. v. 16. *DEus tuus, quem colis ſemper, ipſe liberabit te.* Et 2. Machab. c. 3. v. 3. Seleucus Aſiæ Rex de redditibus ſuis præſtabat omnes ſumptus ad miniſterium ſacrificiorum in templo Jeroſolymitano neceſſarios. Et Athenienſes etiam ignotis ſibi Dijs aras ponebant Act. 17. Pariter ergo Tyrius Rex Hiram licet Herculem & Aſtarthen coleret tamquam patrios DEos, quia tamen in DEo quoq; Hebræorum reperit aliquid eximium, & veneratione dignum, voluit etiam ipſum hîc laudare & glorificare.

III. *Cur nunc Salomon de lignis cædendis comportandisq; tantopere laborat, cùm jam antè ſatis, ſuperq; de illis proviſum à parente fuerit; imò & de Latomis, fabriſq; lignarijs, quos ex Tyrijs, Sidonijsq; accerſiri ſtudet, vt conſtat ex* 1. Paral. c. 22. v. 14.? ℞ det Abul. q. 5. Quia Salomon longè ampliora & magnificentiora ædificia animo jam ſuo deſignarat adjicere tum templo tum palatio ſuo ſuarumq; vxorum, quàm forma ſibi à parente tradita requirebat, ideo & trabibus pluribus, & alijs novis marmoribus egebat.

IV. *Qui ſunt lapides pretioſi* v. 17.? ℞ Non ſunt illi, quales nos communiter appellamus, quos in annulis includimus, ſed qui ab artificibus, quiq; domos ſtudent labore ſplendidas, ma-

gno habentur in pretio, quales sunt Parij lapides, exquisita marmora, sanè idem Salomon domum sibi & Pharaonis filiæ è lapidibus pretiosis construxisse dicitur infra c. 7. v. 9. id est, marmore candoris eximij, vt docet Josephus l. 15. Ant. c. 14.

CAPUT VI.

Forma & fabrica templi Salomonis.

QUæstio I. *Cur cùm ædificaretur domus, nullus auditus est ferramentorum sonitus?* ℟. quia non in templo, aut area, vbi sacra illa moles excitata est, secti fuerunt, aut quadrati lapides, aut alia quævis exculpti cælatura, sed in monte in ea ipsa lapidum sectura. Quod fieri non difficile potuit, imò & sæpe fit in magnorum operum substructionibus. Quid enim obstat, quominus saxa procul ab ædificio accipere possint formam & modum, quem sedes ipsis in toto opere destinatæ desiderant. Accidit deinde alia non exigua commoditas, nam quantum de lapide sculpendo detrahitur, tantùm de pondere difficultatec vecturæ decedit.

II. *Quod est discrimen inter Cherubinos, quos Moyses & quos Salomon fabricavit?* ℟. Illi Moysaici fuerunt ex auro solido ac ductili, & accommodati ad tabernaculi angustias, minori multò molis, deinde habitu corporis longè diverso, stabant adversis vultibus mutuò se spectantes in extremis adversisq; partibus propitiatorij atq; arcæ, alis quidem extensis, non tamen ita vt altera alterius alam attingeret, sed vtraq; tangebat vtramq;, & medium amplectebatur, & obumbrabat propitiatorium. At Cherubini Salomonij denis erant cubitis alti, ex oleagina materia, aureis tamen laminis inclusa, neq; se adversis intuebantur vultibus, sed obversi ad exteriorem basilicam, orientalem intuebantur plagam, & alis aliter extensis, altera tangebat consortis alam, altera parietem templi. Salomonij Cherubini satis hic apertè describuntur. De Mosaicis habes Exod. c. 25. v. 18.

III. *Quomodo & qua magnificentia Salomon exstruxit templum?* ℟. I. Operariorum in fabrica templi erant 180. millia, ex quibus 150000. millia Gabaonitarum, & reliquorum proselytorum juxta v. 15. c. 5. l. 3. Regum. Hebræorum autem 30000. v. 13. ibid. qui tamen Hebræi non serviebant, sed præerant operibus per c. 9. v. 22. Quodsi & numeraverimus eos, quos miserat Hiram, & quos Pharao Ægypti, socer Salomonis, facile juxta Cornelium fient 200000. quamvis aliqui, vt Eusebius & Eupolemus eum numerum supra 300000. extendant, per errorem tamen, qui videtur in eis irrepsisse, typographicum, atq; isti per 7. continuos annos laborarunt in fabrica templi, pro qua David collegerat 1. Paral. 22. 4. centum millia talentorum auri, & mille millia talentorum argenti, quæ simul faciunt bis millia & quadringentos milliones aureorum.

II. Constructum fuit templum in monte Moria, tribûs Benjamin, vbi facta fuerat immolatio Isaac Gen. 22. cujus pars est mons Calvariæ. Longitudo totius templi erat 60. cubitorum, & latitudo 20. Sanctum Sanctorum 20. cubitos sibi vendicabat de 60. longitudinis. Altitudo vsq; ad primam contignationem habebat 30. cubitos, sed ad summum pinnaculum 120. cubitos. 2. Paral. 4. 4. Etenim supra templum erat quasi novum ædificium, vbi templi thesauri, vetus tabernaculum Moysis, altare Davidis &c. reposita erant. Ubi & latuit Joas puer 4. Reg. 11. 3. Vetuit tamen Cyrus post reditum ex Babylone altitudinem templi facere 60. cubitis majorem metuens ne Judæi rebellantes, ex templo facerent arcem Esdræ 6. 3.

III. Porticûs longitudo adjungebatur latitudini templi, vtpote ei æqualis, latitudo verò porticûs adjuncta latitudini templi cum isto 70. cubitos faciebat. Porrò templum distrubuebatur, in tres partes, in Sanctum Sanctorum, quod erat initium; in Sanctum & in atrium. Primum dicebatur *Oraculum*; 2dum, *Templum*; tertium, *Atrium*. Primum erat pro summo tantùm Sacerdote semel in anno: alterum pro reliquis sacerdotibus; tertium pro populo. Primum & 2dum claudebatur tecto, tertium patebat.

IV. Quia verò atrium hoc Laicorum, nemo nisi Judæus mundus adire poterat, ideo adjectum quoq; fuit atrium gentium. Ex atrio gentium ad atrium Israel ascendebatur 7. gradibus, & ex hoc in atrium sacerdotum octo gradibus, inde ad Sanctum 10. gradibus, vt patet ex Ezech. 40. 6. Et in his cantabant psalmos graduales, sic ideo dictos.

V. In porticibus horum atriorum erant exedræ 1. Paral. 28. 12. siue cubicula columnis, & epystilijs fulta, in quibus partim manebant sacerdotes, tempore ministerij, partim asseruabatur sacra supellex, opesq; templi; ibiq; erant arcæ, quibus pecuniam injiciebant, qui offerre volebant. de quo Ioan. 8. 20. Plura vide apud Authores.

CAPUT VII.

Palatium regium Salomonis. Domus saltûs Libani. Domus filiæ Pharaonis. & sumptuosissima singularum supellex: & vasa templi.

Quæstio

QUæstio I. *Cujusmodi erat Architectura hic recensita.* ? ℞. Domus Salomonis, filiæ Pharaonis & saltus Libani, diuersæ quidem erant, referebantur tamen ad vnum totale palatium, quod 13. annos insumpsit, quia pro templo erat feruentior, & materiam habebat paratam à Dauide. Domus autem saltus Libani non erat exstructa in Libano, sed ita dicta est, vel quòd respiceret Libanum, vel quòd syluam ejus, multitudine columnarum imitaretur, vel similem aliquam ob causam.

II. *Quæ erat structurâ Domûs saltûs*? ℞. insistebat tribus ordinibus columnarum, & duobus parietibus terminantibus, sic vt inter tres ordines columnarum essent duæ viæ & inter extremos ordines, atq; proximum singulis parietem essent duæ reliquæ viæ, v. 2. addit porticum columnarum tamquam vestibulum domûs, ita vt longitudo porticûs adnecteretur latitudini domûs, & latitudo porticûs adnumerata latitudini domûs faceret eam 130. cubitorum. v. 6. Atq; huic majori porticui associauit aliam minorem tamquam ornamentum majoris. Deniq; v. . ædiculam minorem parauit, quasi quoddam Salomonis prætorium, in quo suum sibi tribunal, & suis Assessoribus minores sedes construxerat. Pluribus hîc immorari non est mei instituti, vnde remitto Lectorem ad Interpretes.

CAPUT VIII.

Solemnis Dedicatio templi. Oratio Salomonis. Numerus holocaustorum, & aliarum victimarum.

QUæstio I. *Quod fuit tabernaculum, quod hic v. 3. dicitur in templum fuisse translatum?* ℞. Quidam dicunt Dauidicum fuisse, alij Mosaicum, quod sub id tempus erat in Gabaon. Pleriq; tamen eò inclinant, vt putent fuisse Mosaicum. Quia illud tabernaculum dicitur fœderis, quod nomen de tabernaculo Mosis sæpe auditur. Neq; illud *fœderis* additum esset à Scriptore sacro, nisi eâ notâ distinguendum esset ab alijs. Adde quòd David pro arca nullum compegit mobile tabernaculum, sed domum, in qua sub pellibus collocarit arcam, vt habetur 2. Reg. 7. 2. item 1. Paral. 15 1.

II. *Quo modo & ordine immolatæ fuerunt innumerabiles illæ victimæ* v. 5.? ℞. Sanctius putat, Salomonem eum in sacrificando seruasse ordinem, quem ejus pater in transferenda arca ex domo Obededom ante præscripserat 2. Reg c. 6. v 13. nempe vt ad sextum quemq; passum bos immolaretur & aries. Lubet hîc adjicere, quod tradit Iosephus l. 8. c. 2. de hac arcæ solemni tra- ductione. Accesserunt, inquit, illò cum victimis tam Rex, quàm populus, ac Leuitæ cum libaminibus, ac hostiarum sanguine viam perfundentes, & infinitam vim odoramentorum adolentes, & vt circumquaq; totus àër suauitate repletus etiam longè remotis sentiretur, continuti omnium opinione adventare DEum ad inhabitandum recens exstructum, & dedicatum sibi locum: nam neq; hymnos canentibus, neq; choreas ducentibus lassitudo est oborta, donec ad templum peruenirent. *Victimarũ immolatio.*

III. *An solùm Cherubini, de quibus v. 7. fuerunt in templo Salomonis, vel etiam alij duo, quos minore quidem mole, ex auro tamen solido conflauit Moses?* ℞. communis est sententia, quatuor ibi adfuisse Cherubinos, duos affixos, quos Moses ante conflarat, quiq; ab arca separari non poterant, quia in vnum cum illa corpus coaluerant, duos tantùm assistentes, & ab arca seposi- tos, quos Salomon fabricarat. Ita Abul. Beda de templo c. 13. & alij. Neq; verisimile est, Mosaicos Cherubinos ab arca Mosaica, cum qua vnum omninò corpus effecerant, à Salomone fuisse reuulsos.

IV. *Quomodo illa verba* v. 9. IN ARCA AUTEM NON ERAT ALIUD, NISI DUÆ TABULÆ LAPIDEÆ, *conveniunt cum illis, quæ scripsit* S. Paulus ad Heb. c. 9. v. 3. *vbi dicit in arca etiam fuisse Aaronis virgam, quæ fronduerat, & vrnam auream cum manna?* ℞. Quidam nodum hunc sic expediunt, vt sermo hîc sit tantùm de legibus, quas Dominus vniuerso Israeli præscribit, ex quibus illæ tantùm seruabantur in arca, quas suo digito Dominus in tabulis inscripserat, non tamen negatur aliquid aliud præter tabulas ipsas in arca includi. Alij dicunt, licet antiquioribus sæculis in arca non fuerit virga & vrna, fuisse tamen posterioribus, in quibus etiam vixit Apostolus. Ita Bellarm. t. 1. l. 1. c. 17. Canus, Medina. Qui credunt tempore, quo à Babylonijs excisum fuit templum, à Jeremia, ne virga Aaronis, & vrna perirent, fuisse in arcam conclusa.

V. *Quomodo aliquis ab hoste ex proprijs ejectus finibus, orare tamen potest in templo, & petere, vt sibi in patriam redire liceat* v. 33.? ℞det Abul. q. 14. non esse hîc sermonem de captiuis, sed de his, qui ab hoste è suis sedibus ejecti sunt, quiq; abierunt non in hostilem terram, sed in aliam, non tamen extra terram promissionis, ad alios nempe gentis Israëlitidis funiculos, vnde possent adire templum, & pro antiqua possessione, quam hostis occuparat, & pro patrio solo, ex quo ejectus fuerat, preces effundere.

CAPUT IX.

DEus secundò apparens Salomoni jubet sua complere præcepta: mini additus ni compleat. Salomon plures exstruit ciuitates: populos vicino sibi facit tributarios: Ex Ophir auri plurimum quotannis recipit.

Hæreditas DEi non abalienanda.

QUæstio I. *An Salomon Gentili Regi aliquid ex Israelitarum funiculo tradere potuerit*, i est, DEi hæreditatem abalienare, & quodam modo idolorum impiæ religioni conse crare? ℞. Non potuisse quidquam abalienare perpetua Dominij translatione, qui vetitum est Leuit, 2. 5. v. 23. *Terra non venditur in perpetuum, quia mea est, & vos ad vena & coloni mei estis: vnde cuncta regio possessionis vestræ sub redemptionis conditione vendetu* Nec Salomon quidquam concesserat, quo ad dominium, sed solùm quo ad vsum fructum: v nempe fructus illius regionis tamdiu perciperet, quo ad impensas recuperasset. Et erant hæc op pida in ea regione Galilææ, quæ Tyro vicina est, quæq; exinde *Galilæa gentium* appellata e Isaiæ 9. v. 1. Verùm cùm Hiram ea oppida contemplatus esset, neq; talia putaret, ex quibus nisi longo tempore & graui molestia sumptus factos recuperare posset, noluit ea admittere 2 Paral. 8. 2. sed aliam prompto ære solutionem depoposcit, Ita Iosephus. Et Salomon, vt era animo generoso, præstitit, quod petebatur.

Mello quæ?

II. *Quæ est Mello, quam Salomon v. 24. ædificauit*? ℞. Erat hæc publica Jerosolymis a rea, & pars profundior vallis latissimæ *Mello* monti Sion subjecta, quæ, quòd frequenti homi num multitudine incoleretur, dicta est *Mello*, quæ vox multitudinem indicat. Hanc aream Salo mon, vt vxoris suæ filiæ Pharaonis commodo, delicijsq; subseruiret, publico ereptam, & ædifi cijs varijs constructam vicino vxoris palatio adjecit. Quæ populo & imprimis Jeroboamo, mur muris primum, deinde & rebellionis occasio fuit, vt habetur c. 11. v. 26.

III. *Cur Salomon in regia Dauidis ciuitate habitare noluit peregrinam fœminam, filian Pharaonis?* ℞. Quia non satis fortassè religioso conjugi suam religionem ac fidem probaue rat, vt discimus ex 2. Paral. c. 8. v. 11. *Dixit enim* (Salomon) *Rex, non habitabit vxor mea i domo Dauid Regis Israel, eò quòd sanctificata sit, quia ingressa est in eam arca Domini*, Not credo Salomoni Pharaonis filiam, id est, Ægyptiam, & alienæ religioni addictam fœminan nupsisse, nisi patriam abjurasset religionem, & Israeliticam foret amplexata: at id fœmina, qua à primis incunabulis gentilicis fuerat corrupta moribus, & impijs imbuta sacris, quæ non nis difficilè exuuntur ab animis, simulatè id facere poterat, ne à tanti Principis nuptijs excideret Quod cùm acutus & prudens esset odoratus, habitare eam noluit in ea domo, quam DEus spe ciali quadam ratione consecrasset.

CAPUT X.

Venit Regina Saba ad regem Salomonem. Annui Salomonis prouen tus, vasa, scuta, thronus eburneus, supellex omnis aurea, currus, equi & opes immensæ.

Regina Saba an gentilis.

QUæstio I. *An Regina Saba Gentilis fuerit*? ℞ det Sanctius: Reginam hanc antequàm Jerosolymam venisset, gentilicis fuisse contaminatam institutis ac moribus, & idolorum sacris fuisse addictam. At postquam Judæorum religionem & sacra ex Salomonis consue tudine cognouit, mutasse animum, & meliùs de suæ vitæ instituto ac moribus cogitasse.

II. *An Salomon negotiationem instituerit, fiscumq; auxerit regium, rerum permutatione?* ℞. Ita putat Abul. q. 9. & Pineda in Salomone præuio l. 4. c. 23. Josephus l. 8. c. 2. Multa, inquit nauigia rex in mari, quod vocatur Tharsicum, habuit, quæ ad remotas gentes merces varias differre jussit, pro quibus exportatis aurum, & argentum Regi referebant, multumq; eboris & mancipia Æthiopica & simias. Quod fieri potuit. Non enim hoc reges sordidum putant, aut indecorum opus. Sanè mercaturam exercuisse Tyri Regem vsum maris opportunitate docet Ezech. c. 28. v. 5. *In multitudine sapientiæ tuæ & negotiatione tua multiplicasti tibi fortitudinem.*

Tharsis quid?

III. *Quid est Tharsis?* ℞ det Sanctius, Tharsis non esse ciuitatem aliquam, vt multi vo lunt, putà Tharsum Ciliciæ, aut Thartessum in Hispania, aut Carthaginem, sed mare sic ap pellatum à colore cæruleo, putatq; omne mare, vbicumq; locorum fuerit, appellari Tharsis, nec est ratio, cur tam sæpe in S. Scriptura naues Tharsis appellentur.

CAPUT XI.

Salomon ab uxoribus alienigenis infatuatus, adorat ipsarum idola, & singulis templa construit. Cui iratus Dominus suscitat aduersarios Adad, Razon, & Jeroboam: & huic per Abiam prophetam promittit regnum decem tribuum Israelis. Mortuo Salomoni succedit Roboam.

Quæstio

CAPUT XI.

QUæstio I. *Cur filia Pharaonis numeratur inter alienigenas, cum quibus non erat licitum connubium Salomonis?* ℟. Potuit hanc, vtpote quæ Hebræorum religionem complecteretur, vxorem accipere Salomon, sed videtur mulier callida, ne tanti regis thoro frustraretur, simulasse potiùs, quàm ex animo complexa fuisse veram religionem, [p]ostea verò cùm ad thalamum regium aduocari vidit tot alias peregrinæ religionis fœminas, [q]uam deposuit, & Ægypticas superstitiones publicè professa fuit. Vnde etiam propter ipsam [h]ic arguitur Salomon, non minùs quàm propter alias idololatrides: Nam sicut has assumere non [po]terat, lege id seuerè vetante Exod. 34. ita neq; istam in conjugali consortio retinere, quàm [pri]mum resciuit ipsam publicè alienam ab Hebræorum religione mentem prodidisse.

II. *Quæ v. 3. vocantur concubinæ?* ℟. Concubinæ hîc & alibi sæpiùs non vocantur illæ, [qu]æ impuri quæstus gratiâ pudorem suum alterius libidini prostituunt, sed quæ in legitimi tho[ri] consuetudinem venerunt, quæ etiam nominantur vxores, licet matresfamilias non sunt. Quæ [quo]ad suam conditionem vocabulo dici possunt proletariæ, quia tantùm propagandæ sobolis [gr]atiâ quæsitæ sunt. Habuit ergo Salomon septingentas vxores reginas, præcipuas videlicet, [e]t sub præcipua quadam forma associatas: concubinas trecentas, quæ licet ad illum ordinem [no]n ascenderent, erant tamen vxores, & quæ ex illis susciperetur soboles non illegitima. *Concubinæ.*

III. *Quæ fuit Astarthe Dea Sidoniorum?* ℟. Quidam Astarthen Dei alicujus & Deæ no[me]n commune esse putant, quia tam fœmineum, quàm masculinum genus illi attributum es[se] [v]ident. Alij astrum aliquod, nempe lunam aut Phosphorum, vt in Dea Syria sentit Lucia[nu]s. Pleriq; Venerem esse putant, quæ à Sidonijs & Phœnicibus, ac tota Syria præcipua qua[da]m religione colebatur. Et quidem Adonidem Veneris amasium, & Venerem ipsam in Li[ba]no coli, qui ad Tyrios pertinet & Sidonios, docet Macrob. l. 1. Saturn. c. 21. vbi tradit in Li[ba]no esse effigiem Veneris plorantis Adonidem. Sed non operæ pretium hîc immorari. Vide [Se]rarium in c. 2. Jud. q. 1 & 2. Pinedam in Salomone præuio l. 7. c. 11. Sanctium hic. *Astarthe.*

IV. *Quis Moloch vel hebraicè Melchom, id est, rex eorum?* ℟. à Sanctio putatur *Sol* esse, [vt]pote rex astrorum: ab Oecumenio *Mercurius*: à Cajetano *Priapus*: à Ribera *Jupiter*: à Mari[an]a verò & Vatablo & plerisq; aliis dicitur fuisse Saturnus, qui vt filios suos deuorasse scribi[tu]r, ita statua sua ænea candente & caua excipiebat oblatos sibi infantulos, & igni absumebat. [V]. 4 Reg. 23. v 10. *Moloch.*

V. *Quis Chamos idolum Moabitarum?* ℟. vel Bacchus fuit vel Priapus: qui Græcis ko[m]os dicebatur, vnde *comessatio*, quam sequitur omnis intemperantia. Certè DEi istius sacra [ta]m impura erant & fœda, vt non nisi in tenebris obiri possent, vtpote ingenuis oculis indi[gn]a. His aliisq; pluribus idolis Salomon & aras & templa posuit complura & thus adoleuit, [&] victimas immolauit, & continuata sunt hæc templa vsq; ad tempora Josiæ, qui ea omnia [tu]rpitus excidit 4. Reg. 23. v. 14. *Chamos.*

VI. *An Salomon in illa peccatorum abysso amiserit omnem sapientiam illi cælitus antea in[fu]sam? seu, an laborarit errore intellectûs, quando tot idola coluit?* ℟. Quidam errorem ex[cl]udunt ex illius mente, & cultum illum à deprauata tantùm atq; vesana libidine profectum [es]se putant. Sic S. Aug. de ciuit. l. 14. c. 11. qui in eo Adamum, Aaronem, & Salomonem in [e]o peccato similes esse dicit, quòd illi omnes ad aliorum preces, seu studia id admiserunt, [q]uod nefas esse omnino cognoscebant, quare sapientiam non amisit Salomon, cùm ad illam [p]eccatorum abyssum demersus est, sed illum libido, quæ præceps est & temeraria, scientem, [vi]dentemq; in interitum abjecit temerarium. Ita tenet Abul. q. 15 qui cùm dixisset tam Salo[m]onem quàm ejus vxores idola coluisse: id tamen asserit fuisse discriminis, quia vxores in ido[li]s diuinum aliquid esse credebant; at Salomon, cùm nihil ibi diuinum; imò neq; viuum a[gn]osceret, ne quid negaret fœminarum votis, diuinos illis honores impendit. Alij sapientiam [p]utant excidisse Salomoni, atq; ideo non externum solùm, sed etiam internum exhibuisse cul[tu]m existimatur peregrinis Diis. Ita S. Aug l. 17. de ciuit. c. 8. S. Greg. l. 12. Mor. c. 12. S. Bern. [E]p. 129. ait: *Si cautela Samson, si Salomonis deuotio perseuerantiam retinuisset, nec is profectò [pr]iuaretur sapientia, neç ille viribus.* Sanè est res dubia, inquit Sanctius, magis tamen in id [p]ropendet, vt putet, non tam seductum errore Salomonem, quàm fœminarum illecebris sci[e]ntem & videntem in idololatriam abductum. Quod affirmare debent, qui putant post pecca[tu]m peractamq; pœnitentiam, Ecclesiasten à Salomone fuisse compositum, qui certè pauci non [su]nt. In eo etenim lib. c. 2. v. 9 Dixit de seipso Salomon, *sapientia perseuerauit mecum.* Sed [d]ubium est, an hic liber fuerit post hæc tempora à Salomone compositus. Negat Bellarm. l. 1. [d]e Verbo DEi c 5. *Salomon an Sapientiam perdidit.*

VII. *An Salomon pœnitentiam egerit & an saluatus sit?* ℟. Nigrum calculum in Salomo[n]em ferunt Greg. M. lib. 2. Mor. Theodor in c. 11. ad Rom. Prosper Aquitanicus, qui ait: *Salomonem fornicatum mente & corpore, Domino ipsum deserente, malè obijsse.* Eucherius, Beda, [R]abanus, vno ore in Salomonis impœnitentiam propendent, quod idolorum fana excitata non [e]uerterit. Abul. ait certissimè asseri posse Salomonem non pœnituisse. Perer. idem sentit disp. 7. in c. 8. ad Rom. Patroni autem salutis Salomonis & pœnitentiæ sunt in primis LXX in- *Salomon an egit pœnitentiam?*

terpretes, quos refert S. Hieron. atq; Salomonem licet offenderit DEum, postea egisse pœnitentiam in c. 14. Ezech. & scripsisse Proverbia, in quibus ait c. 24. 30. *nouissimè ergo egi pœnitentiam, & respexi, vt eligerem disciplinam &c.* Idem sentiunt S. Amb. S. Hilarius, S. Isidor l. de vita & morte Sanctorum c. 34 &c. in quibus eminent Pineda & Serarius, qui hoc argumentum ex professo tractarunt. Argumentum pro hac sententia petitur ex diuinis promissionibus ipsi factis, illa nominatim, quæ vltro à DEo parenti ejus facta est. 2. Reg. 7. v. 14. *Ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium.* Id est, jam nunc eum mihi destino in filium, quem amem vt filium, cui prouideam vt filio, cujus peccata castigem, non vt hostis, sed vt filij, quem pater ex amore corripit. Vnde sequitur, *qui si iniquè aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum,* id est, temporalibus pœnis, quales solent homines inferre, non autem plagâ inimici, castigatione crudeli, qualem expertus est Saul, quem communis sententia perijsse putat. Hoc quoq; illud facit, quòd Roboam dicitur cum populo Juda ambulauisse in vijs Dauid & Salomonis, annis tantùm tribus. Viæ igitur Salomonis perinde ac Dauidis probabantur. Quod dici non posset, si postremos annos in idololatria posuisset, in eaq; decessisset. Deniq; vt ait S. Bonavent. 2. Paral. 11. 17. sine exemplo est, vt S. Scripturæ author aliquis particularis perierit. Ita ad Salomonem quoq; pertinet illud Apostoli Petri, *Spiritu Sancto inspirati locuti sunt Sancti Dei homines* 2. Pet. 1. 21. Postremò profert Pineda libros plumbeos Granatenses Arabicè scriptos, in quibus Salomonis pœnitentia sic habetur: *Et fleuit scelus suum fletu vehementi & condonatum est illi, & obijt fidelis & securus.* Verba illa Dauidis ad filium 1 Paral. 28. 9. *si dereliqueris eum, projiciet te in æternum,* comminationem continent, non prædictionem: sunt enim parentis maturè præmonentis filium de futuro periculo, & perterrefacientis adolescentem magnitudine mali proposita atq; exaggerata. Beda in fine tomi septimi ex traditione Hebræorum refert, Salomonem quinquies tractum fuisse per plateas Jerusalem pœnitentiæ causa, & cum quinq; virgis, seu virgarum manipulis venisse in templum, ibiq; à legis peritis postulasse, vt verberaretur, sed illis renuentibus mittere manum in Christum Domini, à seipso acriter flagellatum fuisse.

VIII. *Cur v. 13. dicitur vna tantùm tribus danda filio Dauid,* idem habetur hîc v. 31. & c. seq. v. 20. item 4 Reg. 17. cùm tamen constet ex 12 tribubus, 10 à Dauidica domo recessisse, & Duce Jeroboam constituisse regnum novum Israel, duas tamen stetisse in antiqua religione & fide, quæ regnum constituerunt Juda. Hæ verò fuerunt Juda & Benjamin, ut habetur 3 Reg. 12? ℟. Notum est ex l. Jud. c. 20. & 21. Tribum Benjamin sic fuisse accisam, vt ad sexcentorum virorum capita delapsa fuerit, sicq; comparatione reliquarum numerosissimarum tribuum vix nomen tribus retinuerat, ac in nomen tribus Juda quasi transierat, & sub illa perpetuò comprendebatur, sicut & alij plurimi aliarum tribuum, qui vel ante captiuitatem Assyriacam 3 Reg. 12. v. 17. vel post Babylonicam se tribui Juda conjunxerunt, relicto propriarum tribuum nomine, omnes vocati sunt Judæi.

CAPUT XII.

Roboam juuenum secutus consilium perdit regnum decem tribuum: Quod cùm vellet vi armata recuperare, jussu DEi cohibetur per Semeiam prophetam. Jeroboam verò nouus rex Israel erigit aureos vitulos in Dan & Bethel.

QUæstio I. *Quomodo intelligenda verba* v. 15. ET NON ACQUIEVIT REX POPULO QUONIAM AVERSATUS EUM FUERAT DOMINUS, UT SUSCITARET VERBUM SUUM. Seu vt habetur 2. Paral. c. 10. v. 15. *Erat enim voluntas DEI, vt compleretur sermo ejus, quem locutus fuerat per manum Abiæ?* ℟ disputant de hoc Theologi in 1. 2. S. Thomæ q. 179. Vide Vasquez disp. 129. & Suarez opusc. de auxilijs l. 2. c. 2. n. 20. Quorum hæc est communis veraq; sententia, non quidem positivo influxu in errorem illum, & insipientes voces à DEo impulsum esse Roboam, sed labi permissum, vt id quod Jeroboam promiserat, impleretur.

II. *Cur v. 16 potiùs David, quàm Roboam à tumultuante populo nominatur,* QUÆ NOBIS PARS IN DAVID, VEL QUÆ HÆREDITAS IN FILIO ISAI? ℟ Duplex potest esse causa, vel quia David patronimicè sumitur pro ipsius nepote Roboam, sicut etiam pro Christo sumitur, qui ab ipsius semine profectus est Ezech. 34. v. 23. *Suscitabo super eum pastorem vnum, qui pascat eas, servum meum David.* Vel quia Seba 2. Reg. 20. v. 1. ijsdem verbis vsus fuerat: *non est nobis pars in David, neq; hæreditas in Filio Isai,* videtur modus ille dicendi in proverbium abijsse, quod sæpe contingit, quando verba quædam illustria sunt, atq; ideo populus ad superiora respectans, non nominavit Roboamum, sed Davidem, quia in alia secessione sub eadem verborum forma, nominatus fuerat David.

Jeroboam dicitur ædificasse Sichē

III. *Quomodo Jeroboam dicitur v. 25. ædificasse Sichem, cùm antè jam fuerit ædificata, alioquin Roboam non habuisset ibi provinciales conventus?* ℟ Jeroboam dicitur illam ædificasse, quia

uia illam munivit & ornavit. Ex vſu autem ſcripturæ id fieri dicitur, quod amplificatur & au-
ētur. Sicut Babylonia Dan. 4. ædificata dicitur à Nabuchodonoſore, cùm tamen multis antè
ſeculis eſſet ædificata, quia illam ornavit multis ædificijs ſplendidis, & magno civium nume-
o locupletavit. Quod ideo feciſſe videtur, vt ſplendorem & nomen conciliaret vrbi, in qua
ſe rex à populo fuiſſet conſtitutus, & quia ad ſuam tribum pertinebat, quam alijs prælatam
eſiderabat: tum etiam, quia fines attingeret alieni regni, magnopere expediebat adverſùs quo-
idianas inimicorum irruptiones eſſe munitam.

IV. *Cur Jeroboam vitulos conflavit?* ℞ Timebat homo callidus, futùrum vt aliquando ...ns, quæ à Davidica familia diſceſſerat, ad eam mutato conſilio revocaretur. Videbat enim ...i Roboami poteſtate templum eſſe, in quo offerri tantùm ſacrificia licebat: ſciebat à lege vni-...rſos ex Iſraelitico ſemine juberi ter annis ſingulis templum adire, quod ſuis rationibus vide-...t incommodare quàm plurimum. Amor enim templi omnium auguſtiſſimi, quotquot orbis ...buit & religio tanta atq; munditie, tam loci, quàm eorum, qui ipſi viderant, fieriq; audie-...nt continenti pene ſtudio ab ordine Levitico, caperent ſine dubio tunc animos alienos, & ...nore facerent regem & familiam, quam tunc odiſſent, diſſolueretúrq; regnum, quod tunc à ...multuante & ſeditioſo populo conſtitutum eſt. Quare ſtatuit omnino avocandum eſſe popu-...m à templo: & quia durum erat revocare à religioſo cultu, cui à multis ſæculis antè aſſue-...iſſet, in ſuis quoq; finibus templum ædificare conſtituit, & novos ibi Deos conflare, ad quos ...pulus religionis cauſa conveniret. *Joroboam vitulos conflauit.*

CAPUT XIII.

Jeroboamo, dum vitulo thus adolet in Bethel, Propheta prædicit, alta-...r illud à Rege Juda Joſia olim naſcituro exciſum iri. Manus Jeroboa-...i exareſcit, ſed orante Propheta ſibi redditur. Propheta verò quod minus ...ediens DEO fuiſſet, à Leone occiditur.

QUæſtio I. *Quis fuit Propheta, qui v. 1. locutus eſt contra Jeroboam?* ℞ Tertull. contra Pſychicos c. 12. Sameam vocat. Epiphanius Joam in lib. de morte Prophetarum in Joam. Sed communior eſt opinio vocatum eſſe Addo, quod liquet ex lib. 2. Paral. c. 9. v. 29. *In viſione quoq; Addo videntis contra Jeroboam filium Nabath.* Hunc por-...i quidam putant eſſe patrem Zachariæ. Nam Zacharias c. 1. ſuæ prophetiæ filius dicitur Ad-...o. Sed hi errant, quia inter illum Addo & Zachariam interceſſerunt 480. anni & eo plus, ...od eo ſæculo duæ hominum ætates non implerent. *Addo propheta*

II. *Quid tunc Jeroboam fecit in Bethel?* ℞ Erexerat altare ante vitulum, aſſumptaq; vt ...t Joſephus l. 8. c. 3. Pontificis perſona, ſacerdotes pro ſuo arbitratu conſtituit, non ex tribu ...vi, quæ noluit huic impietati ſervire, ſed de fæce populi, vt toti populo de communicato ...erdotio, fructuoſo imprimis ac honorato, gratificaretur. Cum ergo Jeroboam aſcendiſſet ...per altare Bethel, & thus adoleret idolo, ecce vir DEi venit de Juda in ſermone Domini, & ...clamavit contra altare, & ait: *Altare, Altare hæc dicit Dominus. Ecce filius naſcetur domui ...avid Joſias nomine, & immolabit ſuper te ſacerdotes excelſorum,* ijs videlicet impietate pares, ...i nunc in te thura ſuccendunt, *& oſſa hominum,* tam præſentium quàm futurorum *ſuper te ...endet,* id factum poſt 350. annos. *Joroboam erigit altare.*

III. *Quæ ſigna ſunt edita in confirmationem hujus vaticinij?* ℞ Sciſſum eſt altare, in quo ...crificabatur, & cinis, qui in eo erat effuſus eſt. Deinde cùm Jeroboam extendiſſet de altari ...anum ſuam contra virum DEi, jubens eum apprehendi, illico exaruit, vna cum brachio, ſic ... non valeret dexteram ad ſe retrahere. Intremuit tam præſenti animadverſione caſtigatus ...roboam, ſimulq; ad preces converſus rogavit prophetam, vt ipſius ad DEum precibus, ma-...us & brachij vſus ſibi reſtitueretur. Factum eſt, manus & brachium priſtinam mollitiem re-...perunt; ipſe nihilominus magis animo diriguit. Nimirum credidit regnum ſe retinere non ...oſſe, niſi retento cultu idolorum. Itaq; *non eſt reverſus Jeroboam de via ſua peſſima,* vſq; ...eo violentam tyranidem in ſuos exercet ambitio. *Manus Jeroboam exaruit.*

IV. *Quid factum huic prophetæ?* ℞ Abijt per aliam viam, vt juſſus fuerat, rediturus in ...triam. Contigit autem vt propheta quidam ſenex habitaret in Bethel, cui cùm filij ejus retu-...lent, quæ contigerant, agnoſcens illum eſſe virum DEi, deſiderio motus eum hoſpitio acci-...endi, cognitâ viâ, per quam ille redierat, eum perſecutus eſt, & ſedentem invenit, ſubter tere-...nthum: ficto q; oraculo homini reditum perſuaſit, reductumq; accepit hoſpitio. Cùmq; come-...rent, deceptor ille divino afflatus Spiritu, accuſavit hoſpitem ſuum violati mandati DEi, pœ-...am denuntiavit, fore vt paterno ſepulchro privaretur: nec tamen imminentem mortem ipſi ...ominus ſignificavit. Nam cùm Jeroſolymam verſùs reverteretur, incidit in Leonem, à quo ...ciſus eſt, factusq; eſt Leo cuſtos cadaveris & aſini, dum ille pſeudo propheta re intellecta ad ...m redijt, reportatumq; cadaver in Bethel ſepelivit, mandavitq; filijs ſuis, vt ſe mortuum in ...em ſepulchrum inferrent, quod & factum eſt, *Propheta à leone occiditur.*

V. *Quales fuerunt hi ambo prophetæ?* ℞ Hic deceptor propheta minimè impius fui nec vitulorum cultor, neq; enim ejus rei vllum in ſcriptura eſt veſtigium, licet id Joſephus di xerit & pleriq; eum ſecuti, graviter tamen mentiendo peccavit, vtut officioſo tantùm mendaci vti ſe crederet. Ille autem qui deceptus eſt, & à Leone occiſus, quamvis eſſet vir juſtus, vt a Theodoretus, inobedientiæ tamen ſupplicium luit, & à DEo mox multipliciter honoratus eſ corpore mirabiliter à Leone conſervato.

VI. *An hic propheta deceptus cum corporali ſpiritualem etiam & æternam mortem ſubi vit?* ℞ Si illius culpa tantùm venialis fuit, vt pleriq; putant, non eſt dubitationi locus, ſin au tem lethalem ex eo facto maculam contraxit, tamen cùm admonitus jam eſſet à propheta ſen & mortem jam imminere proximè ſuſpicari poſſet, credibile eſt agnoviſſe culpam, & de vi lato mandato divino ſalutarem concepiſſe dolorem, conſequenter æternam obtinuiſſe ſaluten Id ſentit S. Greg. l. 4. dial. c. 24. & ex ipſo in gloſſa Rabanus Angelomus, Eucherius, qui dicu peccati inobedientia pœnas dediſſe occiſum prophetam à Leone, nec aliquid præterea ex ea cu pa purgandum reliquiſſe. Accidit, quòd l. 4. Reg. c. 24. in ſepulchro hujus prophetæ aliqu multis pòſt ſæculis inventa ſunt ſigna, quæ eximiam illius viri ſanctitatem oſtenderent, qu fuerunt, vt Joſias, cùm ſepulchra omnia, quæ erant in Bethel, disjicere vellet, & quæ in ill eſſent oſſa, comburere, hujus tamen ſepulchro pepercerit, quia in eo aliquid vidit eximium, cu jus rationem habendam eſſe duxit. Illud verò exiſtimo fuiſſe titulum ſeu monumentum, v ex illo loco 4. Reg. conſtat, quod poſuit ſenex ille propheta, qui ſibi cum propheta alio com mune ſepulchrum eſſe voluit. Neq; illi malè ceſſit conſilium illud, quo id conſecutus eſt, n oſſa ſua effoderentur è tumulo, & ſicut alia omnia per ludibrium & dedecus in vitulorum a tari ſolverentur in cineres.

VII. *Quis ſenſus verborum* v. 33. QUICUMQUE VOLEBAT IMPLEBAT MANUM SU AM, ET FIEBAT SACERDOS EXCELSORUM? ℞ Permiſit Jeroboam, vt quicumq; vellet ſacerdos fieret; neq; opus erat, vt ab alijs initiatus fieret ſacerdos, ſed ſua quisq; auctoritat ad ſacrum illud, imò & immane, ac execrandum miniſterium reddebatur idoneus, quisq; ſib ſuam manum implebat, neq; ab alio exſpectabat legitimam ſacrificandi poteſtatem. Quid ſi implere manum, & quomodo ſignificet conſecrare aliquem, & idoneum facere ſacerdotali atq; ſacrificali, miniſterio dixi in c. 17. Judic. q. 5. quia oleo ſacro & victimis ſeu libaminibu implebantur.

CAPUT XIV.

Conſultus Abias propheta ab vxore Jeroboami de filij ſui ſalute, dici illum mox moriturum, totamq; familiam Jeroboami ſtirpitus exſcinden dam. Mortuo Jeroboamo ſuccedit Nadab. Rex Ægypti diripit theſau ros templi Jeroſolymitani. Mortuo Roboamo ſuccedit filius Abia.

QUæſtio I. *Cur Jeroboam voluit, vt vxor conſultura prophetam de valetudine filij veſte mutaret* v. 2.? ℞. Poterat conjectare Ahiam prophetam ſibi infenſum eſſe, à quo d imperio diſſecto vaticinium acceperat, quia ipſe gentilicos ſibi fabricaſſet DEos, & ad illorum cultum magnam Iſraelitici ſeminis partem adduxiſſet. Atq; ideo id maximè curavit, ne propheta cognoſceret, cujus eſſet filius, de cujus valetudine petebatur oraculum. Et ideo miſit vxorem, vt prophetam de ſui filij morbo conſuleret, quod fieri poſſet patris occultato nomine, ſub hac nimirum forma: *quære à Domino an filius meus, qui graviter nun à morbo jactatur, ab illo liberandus.* Ubi certus proponebatur ægrotus, quia certa mater, neq; tamen patris audiebatur nomen. At quia periculum erat, ne vxor agnoſceretur Jeroboami, quod neq; illi tutum foret in regione tunc temporis non admodum in Jeroboamum affecta, quia non omnibus illius conſilium probabatur, neq; aliquid à propheta fortaſſe audiret opportunum, fecit, vt illa habitum & inceſſum mentita, aliam ſe eſſe ſimularet.

II. *Cur voluit, vt ſecum ferret 10. panes & cruſtulam?* ℞. Pariter vt ſignum eſſet fœminæ plebejæ & ruſticæ, quæ ſecum ea portaret munera, quæ petuntur è rure, & quæ ad ruſticas delitias comparari ſolent. Quis enim crederet illam eſſe Reginam, quæ panes affert & modicum mellis, quoniam hoc vltrò ipſa affert ſylua, illi in tenui etiam familia deeſſe non ſolent.

III. *Quo ſenſu dicitur* v. 10. ET MUNDABO RELIQUIAS DOMUS (ſeu familiæ) JEROBOAM, SICUT MUNDARI SOLET FIMUS USQUE AD PURUM? ℞. Mundabo regnum Iſraël à poſteris Jeroboam, non ſecus quàm ſolet ancilla munditiæ ſtudioſior mundare domum à fimo: quem, quia aſpectu fœdus, & odoratu grauis eſt, ad vltimum vsq; pulviſculum euerrit. En regiam ſtirpem Jeroboami comparat DEus fimo & ſtercori, vtpotè idololatria, alijsq; ſceleribus fœdatam. Porrò ad literam penitus ſic euerſam fuiſſe, patet ex c. ſeq. v. 29. vbi *Baaſa percuſſit omnem domum Jeroboam: non dimiſit ne vnam quidem animam de ſemine ejus, donec deleret eum, juxta verbum Abiæ Silonitis.*

IV. *Quid*

IV. *Quid significat in hac die & in hoc tempore* v. 14.? ℞. Ex vſu ſcripturæ id fieri dici- tur quod futurum eſt breui, quomodo Chriſtus dixit Matt. 9. de filia Archiſynagogi: *non eſt mortua puella, ſed dormit*, quæ breui erat à mortuis excitanda. Et Chriſtus Joan. 17. v. 10. dixit, ſe iam non eſſe in mundo, quia citò in mundo futurus non erat. Hinc fit, vt *Hodie* aliquan- diu ſumatur pro tempore, quod ab hoc die proximè abeſt. Ut Zach. 9. v. 12. *Hodie quoq; annun- tians duplicia reddam tibi.* Ubi quod anteceſſit proximè, aut non diu poſt futurum eſt, exiſti- matur præſens, & per hodie aut ſimilem aliam vocem explicatur. Non percuſſit Rex à Domino pro Jeroboamo conſtitutus illius domum eo die, in quo Jeroboami vxor à propheta vaticini- um hoc durum accepit. Quia tamen breui illud erat complendum, vt c. 15. ſtatim apparebit, ideo eodem die dicitur habiturum exitum.

V. *Quid denotant illa verba* v. 24. *Sed & effæminati fuerunt*? ℞. Non tantùm fœmina- rum, ſed & (prô pudor!) etiam maſculorum proſtibula inſtituêre Judæi, & quidem publica, & ex ſpurciſſimo vicinarum gentium ritu, in honorem idolorum ſuorum, quibus ſolebant u- triuſq; ſexus mercede proſtituti emporia varijs in locis conſtitui. Quæ Jeroſolymis paulò pòſt euertit Aſa rex, vt habes c ſeq. v. 12. & rurſus Joſias 4. Reg. 23. v. 7. vbi deſtruxiſſe dicitur *ædi- culas effœminatorum, quæ erant* etiam *in domo Domini*. Porrò ad tantas ſordes, tantamq; im- pietatem pellexiſſe Roboamum (& cum eo vniuerſum regnum Iuda) creditur impia illius Ma- ter Naamo Ammonitis, idq; regni Roboami anno tertio finiente, vt habetur 2. Paral. 11. v. 17.

CAPUT XV.

Impio Abiæ regi Juda ſuccedit pius filius Aſa; qui aduersùs Baſam regem Iſraël feliciter prœliatur auxilio Benadad regis Syriæ. Aſæ mori- enti ſuccedit filius Joſaphat. Inde narratur, quomodo Baaſa occiderit Nadab cum vniuerſa ſtirpe Jeroboami.

QUæſtio I. *Quæ fuit Maacha filia Abeſſalom?* ℞. 2. Paral. 11. v. 21. dicitur filia Abſalo- mi qui Dauidi parenti ſuo rebellis fuit; Licet S. Hieron. velit hæc de alio Abeſſalomo intelligi. Huic erat filia proprio nomine Thamar 2. Reg. 14. v. 27. ſed cognomine Maa- cha: quod videtur filiæ primogenitæ in regno Geſſur fuiſſe commune ſeu appellatiuum, Nam & Mater Abſalomi 2. Reg. 3. v. 3, & filia hîc, & neptis infra v. 10. Maacha ſingulæ vocantur.

II. *Quo pacto v. 5 de Dauide dicitur, quòd non declinaſſet ab omnibus, quæ præceperat ei Deus, excepto ſermone, ſeu facto Uriæ Hethæi?* An non peccauit, cùm tanta crudelitate ſæuijt promiſcuè in Ammonitas, vt ſuper proſtratos circumageret ferrea carpenta, & cultris & ferris, & alijs inuſitatis, tormentis miſeros diſcrutiaret? 2. Reg. 12. Nonne peccauit dinumerando popu- lum contra diuinum præſcriptum 2. Reg. 24. quo tot millibus hominum exitium creauit? non- ne v. 10. palàm ipſe de ſe fatetur, *peccaui valde in hoc facto*? quomodo ergo dicitur hîc non pec- caſſe, niſi in Uria Hethæo? ℞. DEum hîc loqui & judicare more humano, quo peccata non cenſentur, quæ honeſto aliquo prætextu, vel virtutis ſaltem apparentis velamine conteguntur: ſupponendum enim bene fieri, quæ non conſtat manifeſtè mala eſſe. Cùm ergo ſæuitia Daui- dis exercenda in Nabalitas, & exercita in Ammonitas tegmine juſtæ vindictæ; numeratio po- puli, prætextu religioſi tributi pro templo conſtruendo velarentur; non cenſebantur paſſim ab hominibus peccata, ſaltem grauia: quare nec DEus vult illa paſſim euulgare vt talia, conten- tus ſuo judicio, propriæq; peccantis conſcientiæ, talia cenſeri, & vt talia puniri. Sed adulteri- um cum Bethſabee & infanda cædes innocentis Uriæ, quia nullo virtutis velamine, nullo ho- neſto prætextu tegi vel excuſari poterant, paſſim ab omnibus hominibus, ideoq; etiam hîc à DEo palàm tamquam enormia ſcelera Dauidi impinguntur.

III. *Quis fuit liber verborum dierum Regum Juda*? ℞. Erant iſti libri quaſi Annales & fa- ſti publici: è quibus in libros Paralip. plurima tranſlata ſunt, & ad nos deuenerunt, cæte- ri temporum injuriâ perierunt, ſic quod hic v. 7. tangitur, prælium inter Abiam & Jeroboam fusè explicatur 2. Paral. 13. dicunturq; cæſa ex Jeroboami exercitu ſupra quingenta millia viro- rum fortium.

IV. *Quæ excelſa non abſtulit Aſa* v. 14.? ℞. Excelſa dicuntur altaria ſeu delubra in altis montibus excitata, quæ vanis idolorum ſacris ſeruiebant, & quæ religionis ergo ſtatis tempo- ribus obierunt, qui gentilicis ſe moribus imbuerant. Hoc verò peccatum Aſa cum multis alijs regibus commune fuit, qui cùm alia ſuſtuliſſent ſiue luſtra religionis impiæ, ſiue lenocinia, ab excelſis tamen manus alioqui religionis vindices abſtinuerunt. Aut quia auſi non ſunt magnæ populi in eam religionem intenti multitudini repugnare, aut quia quod fiebat in montibus oc- cultum, non putabatur grandem populo allaturum perniciem. Abul. q. 10. ait, Abſtuliſſe Aſa excelſa omnia, ſuccidiſſe lucos, & euertiſſe religionis Gentilicæ impura ſacraria, vt habetur l. 2. Paral. c. 14. v. 2. reliquit tamen fana, quæ ad montem Oliuarum fabricauerat Salomon, quæ multis pòſt annis diruit Joſias l. 4. Reg. c. 23.

Excelſa quæ non abſtulit Aſa.

V. Quo-

Asa cor perfectum. V. *Quomodo illud* v. 14. COR ASA PERFECTUM ERAT CUM DOMINO CUNCTIS DIEBUS SUIS, conuenit cum illo, quod de Asa traditur l. 2. Paral. c. 26. v. 10. vbi de eo ea narrantur, quæ nemo posset à peccato vendicare, vt quòd prophetam, qui à Domino regi aduersa nuntiauerat, in neruum compegerit, quòd de populo obsequens furori, multos occiderit? ℞. Peccasse quidem Asa, non tamen defecisse à DEo, & ad idola colenda defluxisse; & quo ad hanc partem videri ambulasse cum DEo perfectè. ita Abul. q. 18. Quomodo Eccli 49. v. 5. præter Dauidem, Ezechiam, & Josiam omnes dicuntur peccasse, quia videlicet non coluerunt gentium simulacra. Nam Dauidem peccasse, idq; non leuiter, constat. In horum autem numerum non venit Asa, quia excelsa non abstulit, quod fecerunt alij tres, sed reliquit, vbi homines sacrificijs nefariam operam darent, in fanis, vt dixi Salomonis; illa verò non diruit Ezechias, vt putat Abul. q. 15. quia suo tempore illa fana non erant populis scandalo, quia tunc in illis nihil fiebat in idolorum cultum, sicut cùm regnaret Asa, & longo pòst tempore Josiæ, quæ eam ob causam subvertenda curauit.

CAPUT XVI.

Jehu propheta prædicit excidium Baasæ, & vniuersæ domus ejus. Cui mortuo succedit filius Ela: quem Zambri occidit, sed præualente mox Amri seipsum cum palatio regio succendit. Mortuo Amri succedit filius impiissimus Achab, qui sceleratam Jezabel ducit vxorem. Instauratur hoc tempore Jericho, sed non impunè.

Baasa quâ morte obijt. QUæstio I. *Qua morte obijt Baasa Rex Israel?* ℞. non violenta sed naturali, dicitur enim dormisse cum patribus suis, & sepultus in Thersa. Non enim de ipso, sed de posteris ejus dictum fuit à Jehu propheta, eos à cæli volucribus, aut bestijs terræ discerptum iri, propter ingratissimam impietatem Baasæ, qui non intellexit supplicium, quod alijs DEo vltore intulisset; sibi quoq; eadem peccanti impendere: qui cùm in reliqua impietate Jeroboamo suppar fuisset, illud insuper adjecit, vt prophetam, objurgatorem interficeret, quasi eadem opera, irritum reddere posset vaticinium ejus.

Zambri se cum domo succendit. II. *Cur Zambri se cum domo regia succendit & combussit?* ℞. In hunc furorem duplex eum conjecit perturbatio, prior fuit metus, ne in hostium potestatem venisset, sceleratissimi parricidij regis, totiusq; familiæ ipsius justissimas pœnas daret, & atrocissimis supplicijs discerperetur: eodemq; incendio suos, per quos hæc scelera patrarat, diris supplicijs ignominiæq; exemit. Posterior fuit inuidia, quæ suasit vt regias opes cum palatio incendio corrumperet, ne Amri, qui ei regnum eripiebat, ijs potiri posset.

III. *Cur non mitiori mortis genere vitam sibi eripuit Zambri, sed incendium elegit, in quo & mors longior & major acerbitas?* ℞ det Abul. q. 12. Voluisse eum suæ dignitati consulere, si enim cadauer ejus in hostium potestatem venisset, raptari poterat, aut objici canibus, aut per summum ludibrium, cum communi populorum conuicio traduci; quod accidit Sauli, cujus corpus priùs variè circumductum, tandem Palæstini ad grauiorem ignominiam & dedecus è muro suspenderunt: à quo sanè ludibrio regium cadauer fuisset immune, si priùs fuisset in cineres redactum.

IV. *Quo pacto de Zambri dicitur* v. 19. AMBULANS IN VIA JEROBOAM, ET IN PECCATO EJUS QUO FECIT PECCARE ISRAEL, *cùm septem tantùm regnauerit dies?* ℞. fortasse ideo dicitur scandalo fuisse populo, quia cùm plurimum posset apud Jeroboamum, aut illi auctor fuit, vt vitulos conflaret, aut certè ad illam curam magno regi adjumento fuit, dum populo nimiùm credulo persuadet, id rei communi futurum ex vsu. Dicitur Zambri regnasse 7. dies, non quia reuera Rex fuit illo septemdiali spatio, sed quia ipse pro Rege se gerebat, Nec enim à populo oblatum accepit, nec vllo sibi legitimo nomine vendicauit regnum, quod apertè docet scriptura, dum indicat v. 20 illum fuisse tyrannum. *Reliqua*, inquit, *sermonum Zambri, & insidiarum ejus, & tyrannidis, nonne hæc scripta sunt* &c.

Zambri 7. diebus regnauit. V. *Cur Zambri 7. diebus regnasse dicitur?* ℞. quia scriptura non solet à vulgaris sermonis consuetudine recedere, quæ Deos appellat eos, in quibus nihil est numinis, quia sic judicat & nominat vulgus. Sic Maria Josephum appellat patrem Christi, quia sic putabatur & appellabatur à populo. Id autem contingit inter homines frequentiùs, qui nomine alios afficiunt indebito, non tam veritatem spectantes, quàm hominum obsecuti consuetudini. Sic Zambri, cùm vi potiùs & astu quàm vllo legitimo titulo aspirasset ad regnum, Rex tamen breui illo temporis spatio vocatus fuit, cum nullus tunc esset, cui regni foret pacifica possessio.

VI. *Cur hîc in historia Achab inseritur tragœdia Hiel ædificantis* Jericho? ℞ vt palàm omnibus fiat, quàm perdita fuerint omnia in Israele hoc tempore Achabi, quo ipse ad vxoris libidinem remp. moderabatur, quàm profligata fides, quàm procul abactus pudor omnis & timor Dei, quàm alta cælestium minarum inducta obliuio, & contemptus, vt, quod tot sæculis nemo

...emo ducum vel regum ausus fuerat tentare, jam audeat priuatus homo, isq; impius & idololatra, vtpote ex Bethel fonte & barathro omnis idololatriæ: & audeat, vidente, inspectante, ...ante rege & vniuerso Israele contra expressum mandatum Dei Josue 6. v. 26.

CAPUT XVII.

Elias cælum triennio claudit. Pascitur primùm à coruis: deinde à muliere Sarephtana, cujus hydria farinæ, & lecythus olei non minuuntur. ...ius etiam ipsius ab Elia resuscitatur.

QUæstio I. *Quis fuit Elias Thesbites?* ℞. det Tirinus, ex oppido Thesbi in terra Galaad vltra Jordanem oriundus. Eam sacerdotalem ciuitatem fuisse, & Eliam ex familia Aaron sacerdotem natum volunt Epiph. Isidorus, Metaphr. & Dorotheus. Sed cur id scriptura tacuisset. Iidem Patrem Eliæ vocant Sabacha, qui puerulum recèns na...tu viderit igne tamquam fascijs involui, & flamma veluti cibo ali. Cælibem perpetuò vitam egisse docent S. Hieron. Amb. Ephrem & alij. Postquam adoleuit, Discipulos (qui filij prophetarum dicti sunt) collegit non vno loco, & illis monasticæ vitæ nouam formam, ferè ad instar Rechabitarum indixit, qui diuinis ex professo laudibus cantandis toti vacarent. In hos maximè grassata fuit (crediderim odio Eliæ) ira & furor Jezabelis, & illorum magnam stragem & in proxima triennali fame & deinceps edidit. Non ergo vna erat & certa sedes Eliæ, sed pro varia Discipulorum suorum necessitate & solatio nunc in Galgalis, nunc in Bethel, nunc in Jericho (vt colligitur ex 4 Reg. 2.) nunc alijs locis degebat, sed omnium frequentissimè in Carmelo. Vbi & Elisæus primarius Eliæ discipulus commorari solebat: & vterq; montem illum pluribus miraculis celeberrimum reddidit. Ibi Elias igne cælesti victimas absumpsit & 450 Sacerdotes Baal neci dedit c. 18. Ex eodem monte bis 50 milites Ochoziæ Regis eodem igne cælesti prostrauit, teste Abul. ab hoc monte discipulis Eliæ & Elisæi nomen adnatum Carmelitarum, quod idem nomen etiam in Euangelica lege usq; adeo placuit viris fœminis; sub nomine & auspicio B. Virginis in Ecclesia Christi hucusq; magna vitæ sanctitate ac religionis gloria militantibus, vt plurima alia ad speciem nobiliora nomina vni illi posthabenda putarint, vel eam maximè ob causam, ni fallor, vt etiam ipso suo nomine palàm orbi facerent, sacrum hunc ordinem suum ab Eliæ atq; Elisæi disciplina institutioneq; exordium habuisse. Quod & Sixtus IV. & Julius II. & Greg. XIII. & Clemens VIII. & alij Pontifices suis bullis apertè profitentur. *Elias Thesbites.*

II. *Cur Elias, imò per Eliam DEus Achab & idolorum cultorem populum pluuiarum defectu & longa fame mulctare voluit?* ℞. Joan. Episc. Jerosolymitanus c. 9. tom. 9. Bibliothecæ veterum Patrum hanc dat rationem, quia populus ille Baalem DEum esse putabat pluuiarum, & illius beneficio credebat fœcundos esse campos, & hominibus cibos abunde suppetere.

III. *Utrum verè corui fuerint, an Angeli, qui Eliæ cibum deferebant?* ℞. Aliqui putant Angelos fuisse in assumpta coruorum specie. Veros tamen fuisse coruos existimat Abulensis q. 5. a. 16. cùm nullâ cogat necessitas ad explicationes transfugere metaphoricas, adfuisse tamen aliquod ministerium & curam Angelorum. Putat enim non improbabile cibos illos, qui quotidie afferebantur à coruis, esse de regis mensa, & egregiè conditos, sublatosq; per Angelos inde, & in locum aliquem delatos, vnde corui ad Eliæ latebras deducerent. Quod si ita est non solùm sufficientem, sed etiam lautum & regium cibum à liberali DEi prouidentia, & à diuino ministerio suscepit Elias, Aug. l. 2. de mirabilibus c. 15. ignorare se dicit, vndenam ...orui cibos illos attulerint. *Elias pascitur à coruis*

IV. *Cur Eliæ verbum vocatur facula Eccli. 48?* ℞. Quia siccitatem, & quasi incendium quoddam misit in terram, quo illius viriditatem & speciem exussit, & arentes reddidit aquarum scatebras. Magnum apud idololatras excitauit incendium, & illorum delicias, imò & necessaria commoda combussit. Unde cùm dixisset: *Elias propheta quasi ignis, & verbum illius quasi facula ardebat*, causam deinde videtur indicare, *quia induxit in illos famem*, & statim *verbo Domini continuit cœlum, & dejecit de cœlo ignem ter.* Sanè S. Chrysost. hom. de Petro & Elia, verbum Eliæ in hac inuehenda sterilitate & fame febrem appellat, quæ ardor quidam est, & vim habet igneam [vix, inquit, exierat sermo ejus, cùm subitò mutatus àër, cælum æneum factum: idemq; sermo in terræ viscera tamquam febris incubuit, & è vestigio exaruerunt omnia, omnia solitudine ac vastitate horruerunt, herbæ siccatæ sunt, plantæ simul & arbores, tum frugiferæ, tum steriles &c. *Eliæ verbū facula.*

V. *An illud:* NON ENIM PLUERAT SUPER TERRAM v. 7. *intelligendum sit, de omni terra?* ℞. Abul. q. 9. putat in terra tantùm Israel siccitatem illam contigisse, quia DEus Israelitarum tantùm peccata punire voluit, qui vera atq; auita religione abjecta, idolorum insaniam amplexi sunt. Neq; minæ à propheta omnibus sunt intentæ, sed Achab, vt constat: neq; tam durum se propheta in omne hominum genus ostendit, & in omnem terram, cùm neq; omnium *Fames in terra Israel*

mnium cognoſceret mores, neq; haberet, cur in gentem ignotam illius inflammaretur zel
Quod Chriſtus Dominus dixit Luc. 4. v. 25. factam eſſe famem in omni terra, intelligendu
eſt de omni terra, cui imperabat Achab, & vbi habitabant illi, qui iiſdem ſe cum Achab pe
catis implicuerant.

Fames in Sarephtha.

VI. *Unde ergo fames in Sarephtha Sidoniorum, quæ non pertinebat ad Achab?* ℞. qu
cùm vicina prouincia, quæ horreum erat Sidoniorum, nihil triennali ſpatio tuliſſet frumen
illi neceſſarium illud vitæ ſubſidium defecerat, quod neq; venale quidem comportari poter
Tyrus & Sidon frugibus ferendis ſunt importuna. Quare niſi aliunde comportetur frumentu
patiatur oportet grauem & pene neceſſariam famem, inquit Sanctius. Unde pro magno lab
re & impendijs, quæ in templi fabricam contulit Sidoniorum Rex, id ſibi mercedum à Sal
mone poſtulauit, vt domui ſuæ ex Iſraelitide terra cibum præberet, hîc c. 5. v. 9.

Panis ſubcinericius.

VII. *Quis panis ſubcinericius?* ℞. Qui prunis feruentiq; cineri ſupponitur & tegitur, f
cileq; paratur, atq; ideo in hoſpitum aduentu ſæpiùs auditur. Hunc Elias ſibi parari poſtul
tum quia ille breui tempore, leuiq; opera torreri poterat. tum quia in illo non inueniebant
illæ deliciæ; quas captare ſolet delicatorum hominum voluptas.

CAPUT XVIII.

*Increſcente fame Elias cum Abdia adit Regem Achab, eumq; ſeue
corripit: Pſeudo prophetas Baal 450 ſolus ad certamen prouocat, & vi
cit igne de cœlo impetrato: mox omnes jugulari jubet, & pluuias ter
reddit.*

Elias quæſitus ab Achab.

QUæſtio I. *Cur Elias quæſitus ab Achab?* ℞. Quidam dicunt quæſitum, non vt illu
occideret, tamquam publicæ rei inimicum, quaſi ſiti voluerit & tabe ingentem illu
populum conſumere, cùm dare potuerit de cælo pluuiam, ſicut priùs ademerat. Dix
rat enim ſupra c. 17 v. 1. *Viuit Dominus. Si erit annis his ros & pluuia, niſi juxta o
mei verba.* Cùm autem videret Achab prohibitam eſſe tamdiu pluviam, ſicut minatus fuer
Elias, futurum etiam credidit, vt ad ejus imperium pluuia deflueret, & leuaretur fames. Ita Ab
q. 8. Alij expetitum dicunt Eliam ad mortem tamquam rei communis hoſtem, qui ad extr
mam miſeriam adegiſſet populum, maximè vrgente Jezabele, quæ Prophetas Domini anin
inſectabatur hoſtili, & illorum plurimos occiderat, extinxiſſetq; plures alios, niſi illos furo
tyrannico Abdiæ ſedulitas & fides ſubduxiſſet. Ita Hugo & Aug. l. 2. de Mirab. Nec dubiu
hujus argumentum dedit Achab, qui non mollibus verbis excepit Eliam, qualibus ſupplices al
os ſalutare ſolent, ſed duris & contumelioſis, ita vt facile videas ſpiritus intus latere minac
qui rabiem anhelarent & cædem, atq; compreſſum diu acerbitatis venenum evomerent. *Tu*
inquit, *es, qui conturbas Iſrael.*

Eliæ à ſpiritu Domini raptus.

II. *Quem Spiritum Domini intelligit* v. 12. SPIRITUS DOMINI ASPORTABIT TE I
LOCUM QUEM EGO IGNORO: *ſeu à quo Spiritu ſæpe Elias raptus?* ℞ Abul q. 11. & 1
Veriſimile quidem putat Angelum fuiſſe, à quo non aliter ſublatus cenſeri poteſt, quàm Abacu
quando Danieli ad Babylonem vſq; detulit cibum; tamen eò magis propendet, vt putet, ſpir
tum iſtum ventum fuiſſe vehementem, ſeu turbinem, qui aliquando abripuit prophetam, & a
hominum oculis aliò procul præcipitem abduxit, idq; ideo, quia ſumpta, vt apparet, ex ali
Eliæ raptibus conjectura dixerunt prophetæ ad Eliſæum de Elia 4. Reg. 12. *Ne fortè tuler
eum Spiritus Domini, & projecerit in vno montium, aut in vna vallium.* Projicere, inquit Abu
non eſt Angeli, qui potiùs deponeret, quàm projiceret Eliam; ſed venti, qui impetu aliquo abſ
conſilio aliquid circumagit, & rapit & ibi relinquit temere, vbi primùm impetus ſedatur
frangitur. Quod confirmat vltimus raptus Eliæ. Nam 4. Reg. 2. v. 11. legimus. *Aſcendit Eli
per turbinem in cælum.* Et Eccli. 48. v. 13. Qui receptus eſt in turbine ignis, in curru equ
rum igneorum.

Deus exaudit per ignem.

III. *Quid eſt,* DEUS QUI EXAUDIERIT PER IGNEM? ℞ Qui miſſo cœlitus igne, victi
mas abſumpſerit, atq; ita vota, preceſq; ſupplicantium exaudierit, is pro vero DEo ab omnib
habeatur & publicè colatur. Hoc enim ſigno ſolebat DEus penè omnibus ſæculis jam inde
primo mundi exordio teſtatum facere, gratum ſibi accidere ſacrificium, vt patuit in Abe
Aarone, Gedeone, Davide 1 Paral. 21. v. 26. & Salomone 2. Paral. 7. v. 1. Unde & audacter il
lud hic proponit Elias, & ab omni populo facillimè admittitur.

Eliæ certamen cùm Pſeudo prophetis.

IV. *Quod fuit certamen Eliæ cum Pſeudoprophetis?* ℞ Pſeudoprophetæ datum ſibi a
Elia bovem mactarunt, & in fruſta diſſectum, ſtrui lignorum impoſuerunt, & in ignem à Baal
diu magniſq; clamoribus flagitarunt, inſultante illis Elia. Quin etiam, vt commiſeratione
ſui DEo ſuo excitarent, cultris ſeſe ac lanceolis incidebant, donec perfunderentur ſanguin
nullo tamen operæ pretio, Angelo Domini Baalem conſtrictum tenente, ne flammam aut fu
mum dare poſſet. Sicq; matutino tempore, quod Baaliſtis conceſſum fuerat, ad ignem de cœ

lo evo

evocandum, frustra consumpto, & idoli inutilitate & sacrificulorum impostura patefacta, itas aperienda fuit. Itaq; Elias in magna omnium expectatione, altare Domini, quod ibi ꝛctum fuerat, & ab Israelitis ad idola conversis destructum, erexit, & ex 12. lapidibus compuit, juxta numerum tribuum filiorum Jacob, quas ad vnius ejusdemq; DEI cultum reducere iebat. Altari struem lignorum imponit, & lignis membra mactati bovis, omniaq; 12. hydrijs æ perfundit, vt tantò magis appareret miraculum ignis agentis in materiam minimè dispoim, atq; adeo aquam ipsam, quæ in fossis circa altare colligebatur, excurrentis. Ut tempus it sacrificij, oravit Elias Dominum, vt misso igne cœlitus in sacrificium, se verum DEum nderet, & populum iterum ad se converteret. Nec frustra: Cecidit enim ignis Domini, & avit holocaustum, & ligna & lapides, pulverem quoq; & aquam, quæ erat in aquæ ductu, bens. Quod cùm vidisset omnis populus, cecidit in faciem suam, & ait: *Dominus ipse est us, Dominus ipse est DEus.* Quæ fuit egregia Domini de Dæmone & idololatria victoria. is autem bene visus occasione bene animati in DEum populi, & adversùs sacrilegos imposto- à quibus dementabatur, omnes comprehensos, & ad torrentem Cison perductos interfecit.

V. *Quomodo Elias dicitur occidisse prophetas*? ℞. Quia jussit, vt occiderentur à populo, omodo etiam dicitur illos duxisse ad torrentem Cison, quia fecit, vt comprehensi ducerentur àpulo. Quomodo enim homo vnus tantam multitudinem horrore mortis renitentem adduc potuisset? Est tamen verisimile sua manu interfecisse illorum aliquos, quomodo fecit Saiel 1. Reg. 15, v. 33. qui sua ipse manu Amalecitarum Regem occidit.

VI. *An Elias in tot prophetarum interitu peccavit?* ℞. det Abul. q. 35. non peccasse. Cu- rei argumentum non leve est, quia statim ab horum cæde pluviam impetravit è cœlo. Nec hoc Eliæ facto apparet aliquid injustum. Nam hi prophetæ Baalis impietatis antistites, averant alios à vera sanctitate, & dum suum Baalem commendant & colunt, Israelis DEum deciunt & obscurant. Quare digni fuerunt, quos propheta abjectæ religionis vindex de medio pulo deleret & tolleret. Ita S. Aug. l. 2. de miraculis S. Scripturæ, vbi dicit sine homicidij pa cædem illam factam. Quippe Elias erat in ea lege, quæ dicit Lev. 24. blasphemum non ieris vivere. Nullus hominum idolum colit, nisi DEi blasphemus extiterit. Ac per hoc, qui lolatriæ cultores mactaverat, blasphemos & sacrilegos de terra purgabat. S. Basil. hom. 20. ira: Illum, qui tamquam pharmaco ad ea, quæ oportet, irà vtitur, Dominus minimè condem. Moyses omnium hominum mansuetissimus vituli idololatriam damnans, Levitarum manus cædem fratrum armavit. Phinees justâ contra publicè fornicantes irâ, vt oportebat, visus prous vtrumq; trucidavit. Samuel regem Amalech justâ irâ in medium trahens occidit. Sic itaq; ira sæpe numero bonarum actionum ministra. Hæc Basil.

VII. *Cur Elias fecit aquæ ductum* v. 32.? ℞. Ut certius illustriusq; esset in humentibus tam timis quàm lignis miraculum ignis cælitus evocati: & omnis abesset suspicio fraudis, qua is forsan cavillari potuisset, ignem non supernè, sed infernè ex subterranea fovea, vbi clausus eruabatur, artificio prorupisse. Nam vidi ego ipse, inquit S. Chrysost. in idolorum altaribus ramina quædam & foveam obscuram ex inferiori parte altaris. Descendunt autem erroris arices in foveam illam, & ex foraminibus, quæ dixi, ignem sufflant ad sacrificium conficiendum, , vt multi decepti ignem illum cœlestem esse existiment. Ne igitur & Elias in similem suspionem veniret, aquam effudit, qua foramina, si quæ essent, complerentur. Ita Chrysost. Lyran. nctius, & Tirinus.

CAPUT XIX.

Elias fugiens Jezabelem in deserto, pane & aqua cœlitus missis recretur. In spelunca montis Horeb timoris arguitur à DEo, remittiturq; Palæstinam ad vngendum Jehu in regem Israel, Elisæum in Prophem, & Hazael in regem Syriæ.

QUæstio I. *Cur Elias Jezabelem timuit*? ℞. Qui pridie nec regem iratum, nec regios satellites, nec populum offensum, nec furentes sacerdotes timuerat, nunc ad vnius fœminæ minas timet, horrescit, fugit, nec vno alterόve die fugit, sed totis 40. diebus; neq; ad Bersabee solùm fugit, hoc est, ad vltimos Israeliticæ terræ fines, sed & procul xtra fines, in desertum, in Horeb, seu montem Sinai, cujus septemtrionalis pars vocatur Horeb. quasi nec ibi quidem tutus esset, in speluncam istic sese abdit. Voluit nempe DEus palàm acere Eliæ, quàm nullus esset ex se, quæcumq; stupenda patrasset, & patraturus esset, à sola esse ratia, favore & potentia divina. Hac vna etiam infirmum homuncionem contra reges tyranosq; omnes instar leonis fortem & imperterritum reddi: absq; hac ne robustissimum quidem ni fœmellæ aut puello resistere posse. Ita S. Chrysost. Sanctius & Tirinus. Addit Abul. q. 3. ultò magis mulierum quàm virorum iram esse metuendam: mulier enim in vtramq; partem otentissima, imò impotentissima est, quæ si sibi aliquid faciendum proposuit, illud ad mortem sq; prosequitur; neq; ratione ducitur aut consilio, sed à sua libidine impotenter abripitur. Non st ira super iram mulieris. Eccles. 25, v. 23.

Elias Jezabelē timuit.

Ira mulierum implacabilis.

Elias timuit occidi à fœmina.

II. *Quomodo Elias* PETIVIT ANIMÆ SUÆ UT MORERETUR, *cùm tanto ſtudio m tem fugiat?* ℞ Angelomus & Rabanus duo mortis, ſeu potiùs duo homicidarum genera co derant. Occidi à muliere turpe exiſtimatur, & homine ingenuo prorſus indignum maximè caſu, in quo de religione eſt certamen. Horrebat mortem Abimelec illatam à fœmina Jud. expetebat à viro forti, & ideo dixit ad armigerum ſuum: *Evagina gladium tuum, & perc me, ne fortè dicatur, quòd à fœmina interfectus ſum.* Sic ergo horrebat Elias illatam à Jezab le mortem, non ſolùm quia id viro foret indecorum, ſed quia non tam ipſi, quàm religio de qua proximè videbatur inſtituta contentio, grave inferebatur & importunum vulnus. à DEo, à quo afferri ſibi mortem optabat, vulnus accipere lethale, & vitæ declinare longa ſtidia, non putabat horribile. Cùm dicitur: Elias petivit animæ ſuæ, idem eſt, ac petivit ſi animal enim ex vſu ſcripturæ per illius animam circumſcribitur. Quare idem eſt anima m atq; ego animam meam, atq; ſe; animæ ſuæ, atq; ſibi.

Deus apparet Eliæ.

III *Quis fuit ſcopus Domini apparentis Eliæ?* ℞ Eliam tœdio ac mœrore dejectum, quoq; ac zelo vehementiore inflammatum ob Jezabelis cæterorumq; idololatrarum impunit te ſolari ſimul & erudire. Unde objicit oculis illius primò validiſſimum ventum, terræ m tum & ignem: quo deſignet, ſibi omnia elementa, cæteraſq, creaturas, imas, medias, ſumm ad manum eſſe, vt idololatras, reliquoſq; impios perdat, ſi velit; at non eſſe hunc vſitatu ſuæ providentiæ, & miſericordiæ modum, nec velle ſe jam ijs vti: vnde addit: *non in ſpiri Dominus, non in commotione, non in igne Dominus.* Igitur ſecundo loco offert auribus e ſpiritum lenem, quo deſignet divinam patientiam, manſuetudinem & lenitatem ad punie dum peccata, quam imitari & induere oporteat Eliam, & omnes electos. Ita Tertull. Irenæu Chriſoſt. Greg. & alij. Tertiò ſpiritus hic etſi lenis, efficacem tamen ſe prodit, & omnia a verſa penetrantem ac ſuperantem. Quare & modum ſuggerit vindictæ adverſus idololatras br vì exercendæ per Hazael regem Syriæ, per Jehu regem Iſrael, per Eliſæum prophetam, ſimul erigit afflictum, puſillanime & turbatum cor Eliæ, qui putabat ſe vnum ex tot millibus, D cultorem ſupereſſe. *Derelinquam enim mihi 7. millia* &c. ita Cajet.

CAPUT XX.

Syri Samariam obſidentes bis ab Achab cæduntur, qui quòd Benada regem Syriæ viuum dimiſerit, à propheta corripitur.

QUæſtio I. *Quis ſenſus* v. 10. SI SUFFECERIT PULVIS SAMARIÆ PUGILLIS OMNI POPULI, QUI SEQUITUR ME? ℞. Exſcindam ſtirpitus Samariam, nec vel puluiſculum in ea relinquam, neq; aliud quidquam, præter nudum ſaxum, ſuper quo fun data eſt. Eritq; hoc mihi factu facillimum, qui tantam mecum traho militum copiam vt ſi illorum quiſq; pugillum rapiat pulueris, res momento temporis peragenda ſit. Simile exi tium vrbi Tyro minatur Ezech. c. 26. v. 4. Radam puluerem ejus de ea, & dabo in limpidiſſimam petram, ita Abul. & Tirinus.

II. *Quo ſenſu dicitur*: NE GLORIETUR ACCINCTUS ÆQUE UT DISCINCTUS? ℞ Videtur eſſe prouerbialis forma, qua illius inſolentia deprimitur, qui cùm nihil aut parum poſſit, nihil ſibi putat difficile; aut qui ante certamen canit victoriam. Tale eſt illud Latinorum, quo reprehendere ſolemus illos, qui quod adhuc eſt acerbum & crudum, ad tempeſtiuam tamen maturitatem perueniſſe putant, & cùm plurimum ſupereſt laboris & operæ, rem tamen eſſe perfectam exiſtimant. Hos dicimus velle fructum demetere ex ſegete, quæ nondum eſt matura, ſed quæ ante meſſem, aut ſterni poteſt à grandine, aut imbre procelloſo, aut à vento ſic affici, vt in fauillam, & fumum conuertantur, quæ videbantur agricolis magnum emolumentum allatura, & ſpem antè conceptam miſerabiliter eludant. Talis autem ſpes & meſſis, dicitur adhuc eſſe in herba, ex qua ad meſſem, & horreum multi intercedunt caſus, multa pericula, quæ agricolarum exſpectationem relinquunt hiantem.

Deus montium.

III. *Cur Syrij dixerunt* v. 23. DII MONTIUM SUNT DII EORUM, IDEO SUPERAVERUNT NOS? ℞. Adulatorum ea vox eſt, qui nolunt Regem Syriæ victum videri ab hoſte mortali, quod erat ei probroſum, ſed à ſola manu diuina, nitunturq; vulgato illo Gentilium errore, quo credebant, pro locorum, & operariorum varietate varia etiam numina conſtituta eſſe, quæ in iſto certo loco, in iſto rerum genere, cui præſunt, valeant plurimùm: extra verò vel nihil prorſus, vel parum admodum. Exemplo ſit terræ filius Antæus, qui cùm terræ allideretur ab Hercule, ſuperari non poterat, matre terra vires ſemper nouas illi ſufficiente: at ſublatu à terra, cùm in àëre non haberet, qui opitulari poſſet, facili compreſſione extinctus eſt. Sic Faunos & Syluanos ſyluis, montium jugis Jugatinum Deum, collibus Collatinam, vallibus Valloniam deam præficiebant teſte S. Aug. l. 4. de ciu. c. 8. Nominatim verò Hebræorum Deum vocant montium Deum, partim quòd terra Iſraelitica, cui dominabatur, montoſa ferè eſſet: partim quòd prodigia ferè omnia populo Iſraelitico exhibita, quæ vicinis paſſim innotuerant, in montibus contigiſſent: v. g. fulmina, tonitrua, ignis, &c. in monte Sinai, dum lex promulgaretur, & te-

...recens in monte Carmelo ignis in sacrificium Eliæ delapsus &c. Partim deniq; , quòd Israe-li: vel in monte Moria, vbi erat templum, vel in alijs montibus, vbi erant excelsa, solerent Do suo sacrificare.

IV. *Cur propheta expetit vulnerari v. 35.?* ℞. Ut quasi miles in prælio de rege bene meritu accessum obtineat ad regem; nam si agnitus fuisset propheta, non fuisset admissus ad Achab. Dende vt proprij capitis vulnere, repræsentet regi vulnus ipsius animæ, adeoq; & toti populo inflictum, partim ex idololatria, partim ex dimissione Benadad jurati hostis Israëlitarum, ita Cet. & Abul. qui ex S. Chrysost. or. 1. contra Judæos tom. 5. addit, verisimile esse, quòd Deus vlnus inflictum prophetæ, paulò pòst supernaturali virtute curarit, vt palàm fieret, quanti meri sit cæca obedientia. *Vulnerari petit propheta.*

V. *Ubi præcepit DEus, non dimittendum Regem Syriæ?* ℞. Non legimus vspiam id expresse præcepisse. Sed v. 28. videtur id insinuasse, cùm dicit, se propter insignem Syrorum blasphemiam, daturum omnem multitudinem illam grandem in manu Achab, vtiq; pro merito plectendam. Quod quia neglexit Achab, censebatur diuinam voluntatem sibi iat perspectam contempsisse, saltem neglexisse. Ita Hebræi, Rupertus l. 5. c. 13, Lyr. & Tirinus. *Naboth non vult vendere vineam.*

CAPUT XXI.

Naboth ob negatam regi Achab vineam jussu Jezabelis per falsos testes majestatis accusatur, & lapidatur. Quo facto Elias grauissima denuntiat Achabo mala, quæ tamen ipse tunc temporis se humiliando euadit.

QUæstio I. *Cur Naboth noluit vendere vineam suam Achab?* ℞. Quia lege expressa Leu. 25. v. 23. cautum erat, ne venderentur hæreditates, sed semper remanerent apud Dominos primos, quin & venditæ cogente necessitate, debebant anno jubilæi ad primos Dominos reuerti. At Naboth nulla tum premebatur necessitate: neq; venditam semel Achabo vineam spes erat in posterum recuperandi. Hinc patet hunc Naboth, vt legis Diuinæ, it sinceræ quoq; religionis in medio idololatrarum tenacem fuisse, vt qui mallet à vita, supplicio perinfami (cujus sciebat se certum adire periculum) quam à diuina lege, & patria religione vl tantillum decedere. S. Amb. l. 3. Offic. c. 9. sanctum eum appellat, & miris laudibus extollit. *Diuitum misera venditio.*

II. *Quas habuit causas Achab, cur frenderet, & dolens efferuesceret in iram?* ℞. Quia repulsam tulerat ab homine paupere, quod non putabat, licet aliquid contra pietatem & legem ambiret. Deinde quòd alienum fundum, quem sibi ad animi laxationem putabat opportunum, consecutus non esset. Benè S. Amb. Lib. de Naboth. c. 2. O diues, inquit, nescis, quàm pauper sis, quàm inops tibi ipsi videaris, qui te diuitem dicis? Quantò plus habueris, plus requiris; & quamquam acquisieris, tamen tibi adhuc indiges. Inflammatur lucro auaritia, non restinguitur. Quasi gradus quosdam cupiditas habet; quò plures ascenderit, eò ad altiora festinat, vnde sit grauior ruina lapsuro.

III. *Quid opus erat occidi Nabothum, cùm satis esset Jezabeli, ad explendum mariti desiderium, vineam regia auctoritate occupare, quam nemo aduersùs regem auderet, tamquam ab iniusto possessore vindicare?* ℞. Voluit illa vindictam sumere de Nabotho, qui regi ad omnem æquitatem descendenti, audacter in faciem restitisset. Adde quod si vinea superstiti esset adempta, regem vbiq; turpi infamia potuisset afficere, quòd tyrannorum more, res suas inuitis Dominis auferret. Postremò voluit Jezabel, tam vineam, quàm cætera ejus omnia bona occupare, eaq; in fiscum regium transcribi. Itaq; oportuit rem judicio transigi, vt hæredes quoq; tollerentur. Nam etiam filij ejus occisi sunt.

IV. *Quomodo de Achab videri possunt impleta, quæ dicuntur v. 24. cùm non sit casus in Jezraele, neq; ibi canes ejus sanguinem linxerint?* ℞. Remisit DEus aliquid de seueritate judicij, propter subsecutam pœnitentiam Achab: nam quod minatus ei fuerat malum in propria persona, distulit in personam filij illius Joram, vt hîc dicitur. v. ult. Nam Joram in agro Jezrahel occisus est, & canibus objectus &c. vt dicitur 4. Regum 9. v. 24. & seq. ita Sanctius & Tirinus.

V. *An pœnitentia Achab vera, vel tantùm ficta & simulata fuerit?* ℞. Quidam ortam fuisse dicunt ex timore eorum, quæ imminere sibi à propheta didicerat, atq; ideo imperfectam & indignam veniâ. Itaq; Lyra, Cajet. Hugo, addunt tamen temporaria aliqua commoditate muneratam, pœnæ nimirum dilatione, aut aliquo modo temperato supplicio. Quomodo enim vera pœnitentia, quæ non restituit vineam, quam iniquè possidet, neq; ablatum honorem illi, qui fo conscio, & non inuito tamquam blasphemus accusatus, & lapidatus est, cùm tamen pro suo munere tam crudele facinus impedire debuisset, cùm non exemerit è vinculis Michæam, neq; simulacra confregerit, quæ ad vxoris vota seu imperium in Israeliticos fines induxerat. Alij men putant veram fuisse pœnitentiam, ita Abul. Sanctius, postea tamen iterum ad vomitum dijsse, & persuasione Jezabelis inductum non mutasse, quæ mutanda proposuerat. Veram fuisse pœnitentiam colligitur ex v. 29. *Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? quia igitur humili-* *Pœnitentia Achab.*

humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus ejus. Quomodo aliter dixisset humili
tum coram se? quomodo coram DEo pœnitens, cujus impœnitens animus, quem vnum intu
etur DEus? aut quomodo DEi causa humiliatus ille, qui propter DEum non dolet, aut qui DE
um non vult verâ pœnitentiâ placare? Paulò aliter legit S. Hieron. ep. 46. ad Rusticum: *quon
am reuersus est Achab faciem meam,* quæ verba pœnitentiam indicant non simulatam.

CAPUT XXII.

*Pseudo prophetarum vaticinio decepti Achab & Josaphat reges ad pu
gnam procedunt aduersùs Syros pro Ramoth Galaad, vbi occiditur A
chab, & patescit veritas oraculi Michææ, qui, quòd mortem ei prædixisset
in vincula compactus fuerat. Impio Achabo succedit impius Ochozias
pio Josaphat impius Joram.*

Cornua ferrea. QUæstio I. *Quid Sedecias pseudo propheta cornibus ferreis indicare voluit?* ℞. Volui
tamquam signis hieroglyphicis designare duorum istorum taurorum seu regum in ex
pugnanda Syria eam futuram esse potentiam, vt nihil sit in ea tota ditione, quod i
illorum potestatem venturum non sit.

II. *Quo sensu locutus Michæas* v. 15. ASCENDE ET VADE PROSPERE, ET TRADET EAM DOMINUS IN MANUS REGIS? ℞ Locutum esse ironicè. Neq; in scriptura ironia ei infrequens Gen. 3. *Ecce Adam quasi vnus ex nobis.* & hîc c. 18. *clamate voce majori* dicebat Elias insultans sacerdotibus Baal, Eccles. 11, v. 9. *Lætare ergo juvenis in adolescentia tua.* Quæ verba contrária omnino suadent, quàm propriè sonant. Sic ergo puto dissuasisse potiùs prophetam profectionem in Ramoth Galaad, quàm sensisse cum alijs falsis prophetis, aut ad inauspicatum illud bellum impulisse. ita Abul. Vatab. Sanctius. Ironiam siue ex gestu, siue ex modo illius loquendi statim percepit Achab. Unde gravissimè adjurat prophetam, vt seposito joco apertè loquatur *in nomine Domini*, id est responsum det, quodcumq; demum à Domino acceperit.

III. *Quid indicat Michæas illis verbis* v. 17. VIDI CUNCTUM ISRAEL DISPERSUM QUASI OVES NON HABENTES PASTOREM? ℞. Moriturum Achab pastorem populi Israelitici, & quidem in primo congressu & certamine. Nihilq; grauius passurum Israelem à Syris, sed amisso rege suo, cunctos pacificè ad propria regressuros. Quod vt hîc prædictum, ita præcone jubente, & quidem ijsdem prorsus verbis v. 36 completum fuit.

IV *Quid voluit verbis illis* v. 20. QUIS DECIPIET ACHAB REGEM ISRAEL, UT ASCENDAT ET CADAT IN RAMOTH GALAAD? ℞. Duo voluit, & vt deciperetur Achab, & vt caderet in eo bello: cædem Achab omnino DEus voluit, deceptionem permisit; sicut alia omnia, quæ statim in regis supplicio contigerunt. Et quòd spiritus mendax prophetas in errorem induxerit, & quòd illi ad bellum illud Syriacum Regem credulum & obsequentem impulerint. Quomodo DEus illud velle atq; etiam præcipere dicatur, quod tantùm permittit, docent scholastici in 1. p. S. Thomæ q. 19.

V. *Cur Benadad suis hoc præceptum dedit* v. 31. NON PUGNABITIS CONTRA MAJOREM, NEQUE CONTRA MINOREM QUEMPIAM, NISI CONTRA REGEM ISRAEL SOLUM? ℞det Sanctius, quia eluere voluit labem proximo bello suo nomini inustam, cùm captus est, & Regis Israël potestati traditus, à quo libertatem consecutus est, & vitam, quam belli jure jam amiserat. Hanc autem ignominiam tunc existimabatur depulsurus idoneè, si regem ipsum in cujus potestate fuerat, in suam aliquando potestatem redigeret, cuiq; vitam & libertatem concederet, & eo modo & detergeret dedecus, & compensaret beneficium. Suboluit haud dubiè imperium istud Achabo: quare non regio, sed vulgari habitu in prælium descendit; Josaphato affini suo regijs armis & insignibus conspicuo cedens primas in exercitu administrando partes. Et hoc quidem stratagemate elusit Syros, sed divinam vltionem non effugit Achab, incerto telo, & quasi à ludibundo sagittario in altum emisso, sed à DEo, qui numquam à scopo aberrat in impium pectus directo, miserabiliter in oculis suorum trajectus.





LIBER

LIBER IV. REGUM.

CAPUT I.

Ochosias rex Israel super valetudine sua consuli jubet Beelzebub: sed prævertitur ab Elia, & moriturus prædicitur. Duos quinquagenarios principes ad Eliam missos cum omnibus suis militibus absumit ignis cœlestis, tertio principe suâ modestiâ seruato, cum quo Elias ad Ochoziam descendit. Mortuo Ochoziâ succedit frater Joram.

QUæstio I. *Quomodo prævaricatus est Moab* v. 1? ℞. Chaldæus legit, *rebellarunt Maobitæ Israëli.* Diviso regno Israelitico sub Roboamo, divisæ quoq; fuerunt regiones quas rex David & Salomon fecerant sibi vectigales: & Moabitæ quidem Jeroboamo, cœterisq; regibus Israelis tributa pendebant, de quibus infra c. 3. v. 4. Idumæi verò regibus Juda 2. Paral. 21. v. 8. Sed accisis paulatim vtriusq; regni viribus, maximè à nupera Syrorum expeditione, quando Achab occubuit, & Josaphat re infecta domum regressus est, cœperunt & Moabitæ Israeliticum, & Idumæi Judaicum jugum excutere. hi 4. Reg. 8. illi hîc & c. 3. v. 5. *Moab prævaricatus.*

II. *Quid significat Beelzebub?* ℞. Idem quod Deus musca, vel Deus muscarum: quòd muscas istis locis frequentes & infestas arcere crederetur, & Plinio teste Jupiter muscarius dicebatur, sicut Apollo teste Pausania Parnopius vocabatur, & Sminthæus, quòd Parnopas, id est culices, & sminthas, id est mures Cretensi idiomate ab illis finibus arcuisset. Verosimile ergo est Deum hunc muscarium non alium esse, quàm qui erat alijs Gentilium populis Jupiter. Unde cùm Jupiter censeretur princeps Deorum, nihil mirum si muscarum Deus Beelzebub Mat. 12. vocetur Princeps Dæmoniorum. *Beelzebub.*

III. *Cur Elias dictus pilosus?* ℞. quia vestitus erat hirsutis pellibus, quales eo tempore viri solitarij gestabant, qui vrbanas delicias nec quærebant ipsi, nec accipiebant oblatas, sed sicut obvios comedebant cibos & sycomoros, mel & siquid aliud vltro fundit terra, sic etiam illi vtebantur vestibus, quas facile ipsi sibi parare possent, & rudi quadam arte, faciliq; negotio consuere. Qualem amictum habuit Joannes qui Matt. 3. indutus dicitur *vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos.* Et ideo fortè Elias vocatur à Christo, & venit in virtute Eliæ, tum quia neq; Herodis majestate deterritus est, quominus illum audacter increparet, sicut Elias priùs Achab & nunc illius filium Ochoziam, tum etiam, quia eodem quo ille vtebatur indumento. Alij pilosum etiam fuisse Eliam & hispidum dicunt, à naturali proliq; pilo. *Elias pilosus*

IV. *Cur Christus Luc. 15. volentes Apostolos, vt ignis descenderet de cœlo, & consumeret Samaritanos, increpavit dicens:* NESCITIS, CUJUS SPIRITUS SITIS, non item Eliam? ℞ Non idem erat spiritus Apostolorum, qui Eliæ. Apostoli enim vindictam aspirabant, & cædem; quam nolebat Christus, *qui non venit animas perdere sed salvare.* At Elias id petebat, optabatq; quod revelante Spiritu DEo placere cognoverat; imò vt ea oraret in mandatis habebat, nihil de vindicta cogitabat, aut meditabatur aliquid indignum eo, quo intus afflabatur spiritu. Eo prorsus modo, quo Apostolus Petrus mortem est imprecatus Ananiæ.

V. *Quomodo Joram frater Ochoziæ Rex Israël dicitur, regnum obtinuisse anno secundo alterius Joram Regis Juda filij Josaphat,* qui tamen regnum inijsse traditur anno 18. Josaphat c. v. 1, cùm autem Josaphat annos regnarit 25. l. 3. c. 22. v. 42. constat regnasse Joram filium Achab 8. annis, antequam regnum iniret alter Joram filius Josaphat? ℞ Richardus de S. Vict. Videmus sæpe, quòd Reges filios suos, cùm adhuc vivunt, coronant, vt subditorum contradictionem & rebellionem præveniant. Hoc apud Reges Israel frequens erat, timentes, ne per aliquam rebellionem regnum eorum ad domum David rediret. Et notandum, quòd tempora conregnantium quandoq; attribuuntur soli patri, quandoq; filio soli, quandoq; tam filio quàm patri. Sunt enim qui quamvis filios suos coronaverint, nullo modo dum vivunt, regiam potestatem exercere velint. Meritò ergo ejusmodi tempus soli patri attribuitur. Sunt qui post filiorum coronationem modò propter corporis, modò propter mentis infirmitatem, otio vacant, alui deserviunt, & negotia regni per omnia filijs committunt, Nonne hæc tempora rectiùs ascribuntur filio, quàm patri? sed quando regni negotia communiter tractant & contra rebelles modò simul, modò separatim regnum defensabant (sicut Romani Imperatores suis temporibus fecisse leguntur) nonne hæc regnandi tempora vtrisq; meritò adscribuntur? Hæc ille. Sic Salomon l. 3. Reg. c. 1. vnctus est in regem vivente patre regnavitq; cum eo simul, & tamen illud, quantumcumq; fuit temporis, adscriptum fuit non Salomoni sed Davidi: 4. Reg. 4. v. 8. Jo-

v. 8. Joachim dicitur fuisse annorum 18. cùm regnare cœpisset, & idem annorum 8. dicitu cùm regnare cœpit 2. Paral. c. 36. v. 9. quia anno parentis secundo coronatus est, & cum e simul 10. regnavit annos, sed eo regno vitaq; defuncto, cùm annorum esset 18. solus in r gno vixit, & verè & propriè vocari rex potuit.

CAPUT II.

Elia in cælum igneo curru rapto, duplicem ejus spiritum accipit Elisæu Eliæ pallio aquæ Jordanis bis dividuntur, & siccum transitum præben Aquæ Jericho & terræ sterilitas immisso per Elisæum sale curantu Pueri 42. Elisæo insultantes, ab ursis dilacerantur.

Elisæus petit spiritum duplicem.

QUæstio I. *Quid petit Elisæus v. 9.* OBSECRO, VT FIAT IN ME DUPLEX SPIRITU TUUS? ℟ Duplicem Spiritum, non comparatione Eliæ (hoc enim vt postulare Elisæus non sivisset verecundia) sed respectu aliorum prophetarum, quorum Elias pa ter spiritualis & Magister erat, ac proinde duplicem meritò portionem supra reliquo acceperat, quorum respectu non solùm censebatur primogenitus (cui duplex hæreditatis porti jure debebatur) sed & pater erat, vt dixi, cui longè plura præ filijs propria esse solent. Et ver præter spiritum prophetiæ, quo etiam Elisæus & plures alij gaudebant, habebat Elias etian spiritum miraculorum; quo Elisæus ad id vsq; tempus caruit, sed quia jam petijt impetravit Ita S. Thomas, & communiter Interpretes.

Currus igneus & equi ignei.

II. *Quid currus igneus, & equi ignei?* ℟ Splendidi instar ignis. Erat enim nubes splen didissima in currus equorumq; similitudinem manu Angeli efformata, quæ excepit Eliam, me diumq; amplexa est, vt in eo sedere, ac vehi videretur. Ita Cajet. Abul, Sanctius & alij.

Elias translatus.

II. *Quo translatus est Elias?* ℟ in cœlum aëreum, sed ex regione aëris mox translatus es in paradisum terrestrem, si is adhuc superest, vti tenent S. Irenæus, Aug. Isid. S. Thom. Abul & alij. Vel si paradisus interijt (vt volunt Genebrardus, Oleaster & Pererius) translatus est i alium illustrem & deliciosum locum, nulli mortalium notum, in quo vnà cum Henocho i magna spiritûs & carnis quiete vivit sine peccato, sine novò merito, sine concupiscentia, sine morbo, sine corruptione, sine ærumna, sine mœrore, quousq; ad finem mundi adversùs Anti-christum redeant, & mortis debitum soluant. Ita Tertull. Aug. Rupertus. Plura huc spectan-tia invenies in c. 5. Gen.

Currus Israel & auriga ejus.

IV. *Quis sensus verborum,* v. 12. CURRUS ISRAEL ET AURIGA EJUS? ℟. Prouerbio isto significant Hebræi summis in aduersis præsidium & columen: sicut & latini, cùm vocant aliquem anchoram reip. columen patriæ, columnam domûs. Porrò sermo hic non est de cur-ru rustico vel vrbano, sed militari seu falcato. Vnde pro auriga hebraicè est, *equites ejus,* nempe qui ex curribus in acie depugnabat: quasi vnus Elias (sicut & olim Moses Exod. 17.) esset Israeli pro integro apparatu militari, qui tropicè significatur symbolo currûs falcati ad stragem hostium instructi. Vnde Chaldæus & Vatablus vertunt, *tu melior eras Israeli oratio-ne tua curribus & equitibus.*

Elisæus diuidit Jordanem.

V. *Cur Elisæo prima vice percutiente aquas Jordanis, non sunt diuisæ sed secunda vice?* ℟. Vel quia curiosè quid sibi fuisset à Domino concessum explorare voluit, vel quia inso-lentiùs sibi ipsi de duplicato spiritu blandiebatur. Quare subindignans, quòd res sibi non suc-cessisset ex voto, sed de DEo potiùs quàm de Elia, conquestus, quòd parentis fidem non libe-rasset, à quo pater instinctus duplicem promisisset spiritum, ait: *vbi est DEus Eliæ etiam nunc?* id est, cur DEus, qui Eliæ adfuit, diuisitq; Jordanem attactu pallij, cur non talia præstat mihi, qualia præstitit hucusq; parenti? Eo autem rerum eventu admonitus Elisæus, non esse suarum partium aut virium aquas diuidere, demissiùs de se, quàm antè cogitans, percussit iterum aquas quæ diuisæ sunt; & sicut antea cum Elia, sic etiam postea solus sicco vestigio ad ulteriorem usq; ripam euasit.

CAPUT III.

Regi Moab fœdifrago, bellum mouet Joram rex Israel, Josaphat rex Juda, & huic vectigalis rex Edom. Quibus pene siti enectis, Elisæus a-quam curat, & victoriam promittit. Rex Moab immolato primogenito suo excidium urbis arcet.

QUæstio I. *Quomodo Joram dicitur fecisse malum,* CORAM DOMINO, SED NON SI-CUT PATER SUUS ET MATER v. 2. ℟. duo genera impietatis fœdarunt gentem Israelitidem tempore Achab, vitulorum impia sacraria, quæ primùm induxit Jerobo-am, & conseruauit Achab: & quæ induxit Jezabel, quæ cùm esset Sidonia, Sidonio-rum Dijs in Israelitico tractu excitauit altaria, & Baalis effinxit simulacra, sacrauitq; sacerdotes, & insti-

di instituit sacrificia. Posteriora hæc sustulit Joram, priora retinuit, & sicut fecerunt superiores reges Israel, diuinos vitulis honores impendit. Atq; ideo dicitur neq; tam peccasse impudenter & grauiter sicut parentes, qui nouam induxerunt impietatem; neq; omnino fuisse ab idololatria liberum, cùm conflatis à Jeroboamo vitulis adhæserit.

II. *Quomodo dicitur Helisæus fudisse aquam super manus Eliæ?* ℞. Per hoc significatur fuisse famulum Eliæ, & illi talia præstitisse ministeria, qualia serui solent Dominis suis, est autem vsitatum tam in sacra, quàm in profana literatura, vt actio aliqua pro toto ministerio ac arte sumatur. Quomodo soluere corrigiam calceamenti; idem est, quod obire seruile ministerium. Neq; puto Eliam fuisse tam delicatum, vt illam operam sibi ab Elisæo præstari voluerit, quam ipse multò libentiùs impenderet Helisæo, sed quia hoc est plerumq; seruile negotium, ideo prouerbiali specie suspicor vsurpari solitum pro munere & conditione seruili. *Elisæus fudit aquam super manū Eliæ.*

III. *Unde Moabitis aquæ visæ sunt rubræ?* ℞. quia matutino tempore egressi sunt, quando rubere solent & accendi nubes à radijs solaribus, quarum imaginem omnis materia, aut tersa aut perspicua recipit, vt experientiâ constat. Quòd Chaldæus indicat, dum ita vertit, *surrexerant manè, & sol ascenderat super aquas.* Quare cùm sub auroram rutilaret cælum, & suis radijs inardescerent nubes, colorem igneum & rutilum acceperunt aquæ, & à Moabitis, qui rationem illam propter ingenij stuporem, aut parum attentam obseruationem non considerabant, sanguineæ videbantur. *Aquæ visæ rubræ.*

IV. *Quomodo hic Israelitæ v. 25. potuerunt succidere omnia ligna fructifera inimicorum, cùm id ne fieret Deut. 10 expressè cautum fuerit?* ℞det Abul. q. 17 Id fieri potuisse, aut etiam debuisse, quia DEus qui legis auctor est, ab illius obseruatione populum exemit, quod per Helisæum illi significauit. Aut certè illud præceptum vim habere voluit tantùm in terra Canaan, quam habitari placuit à filijs Israel. Cùm autem arbores pomiferæ ad terræ illius fœcunditatem, & indigenarum vsum pertinerent, noluit illas excindi, sed si qua materia esset ad bellicas machinas seu tormenta necessaria, ex agrestibus arboribus voluit sumi. *Ligna fructifera excisa.*

V. *Cui & cur immolauit primogenitum suum Rex Moab?* ℞. idolo suo Moloch seu Saturno, quod teste Eusebio familiare erat gentilibus, & tentauit etiam Senacherib infra c. 19. voluit verò rex Moab ferali hoc holocausto partim offensum sibi placare idolum, ejusq; opem inuocare: partim infestos reges, & exitio vrbis imminentes ad misericordiam prouocare, aut certè desperatione percellere. Ideo super murum ciuitatis obtulit & exussit filium suum videntibus Israelitis. *Primogenitus oblatus.*

VI. *Cur facta indignatio magna in Israel?* ℞. Subirati sunt reges sibi ipsis, quòd miserum patrem coegissent in filium tam indignè sæuire, & in sua pene viscera ferrum adigere. Unde miserti illius, ne ad vlteriorem desperationem, & suimet necem cogerent, ab vrbis obsidione recedunt, innouatoq; cum rege fœdere de tributo pristino ex fide pendendo, ad sua redeunt. Ita Vatablus, Abul. & Lyranus.

CAPUT IV.

Viduæ debitis oppressæ oleum multiplicat Elisæus, quo creditoribus facit satis: Sunamitidi hospitæ suæ filium impetrat, quem & mortuum postea suscitat. Farina pulti infusa, illius aufert amaritudinem, & paucis panibus multos satiat.

QUæstio I. *Quis fuit vir hujus mulieris?* ℞. incertum est. Josephus l. 9. c. 2. Theod. Abul. q. 2. & Hebræi communiter putant fuisse Abdiam, qui dicitur pauisse non paucos è prophetarum cœtu, quo tempore graui populus laborabat fame, & Jezabel prophetas expetebat ad mortem. Quare necesse fuit, vt Abdias maximos fecerit sumptus in alendis, maxima discrimina adierit in occultandis seruandisq; prophetis. Qua fortè de causa tantùm æris contraxit, quanto postea soluendo non fuit.

II. *Cur creditor mulieris voluit tollere filios ejus ad seruiendum sibi?* ℞. Usitatum fuit apud Hebræos, vt filij pro parentum debitis venderentur, aut à creditoribus sumerentur vt servi, qui vel in perpetuum operam, aut tempore, pro debiti mensura, definito, nauarent: probat id satis hic locus. Neq; enim creditores viduæ filios sibi vendicarent in seruos, nisi hoc foret à lege permissum. Quod item docet illa parabola Matt. 18. in qua pro parentis debito, filij jubentur venumdari, imò & vxor. Quòd verò parentes, vt æs dissoluerent alienum, liberos à se pretio distrahere potuerint, docuit apertè illud Isa. c. 50. *Quis est creditor meus, cui vendidi vos.* Quod etiam sua ætate fieri auctoritate publica frequenter, dolet & queritur Amb. l. de Job. c. 8. *Vidi,* inquit, *ego miserabile spectaculum liberos pro paterno debito in auctionem deduci &c.* *Filij venditi pro debito parentū.*

III. *An hæc vidua pauper reprehendenda, quòd dicat se solùm parum olei habere, quo vngatur?* ℞. à reprehensione vindicari potest. Vnctio enim non tam videtur ad speciem, quàm ad valetudinem adhibita, vt Abul. indicat q. 6. aut certè eo dicendi modo significare voluit, *Unctio.*

voluit, quàm parum habuerit olei, quod vna tantùm vnctio consumeret. Quasi dicat habere se oleum, non tamen quod sufficeret, ad alios vsus, sed ad vnctionem vnam, quæ permodicam olei quantitatem requirit. Aut certè sibi ex omnibus facultatibus relictum esse pro sepultura quam jamjam spectabat prope, parum olei, quo in funere de more inunguntur cadauera. Quod autem antiquorum tam Hebræorum, quàm Gentilium cadauera vngerentur, res est certa.

Mentiri quid significat.

IV. *Quid per verbum* MENTIRI *intelligit Sunamitis* ? ℟. mentiri latiùs patet apud Hæbræos, quàm apud latinos. Est enim interdum mentiri idem, quod adulari, aut in spem vocare aliquem earum rerum, quas quis habet in votis, vt illum à mœrore aut sollicitudine liberet; Quomodo si quispiam alij felicem optet, & prædicet euentum, quod non tam est prædicare, quàm optare. Hoc igitur suspicari potuit illa fœmina, quæ animum nouerat prophetæ, & sciebat omnia cupere, quæcumq; sibi forent in votis. Quasi dicat, noli, ô vir DEi, dum mei animi dolorem consolari studes, in falsam me spem, voluptatemq; conjicere.

Propheta plura ignorant.

V. *An propheta aliqua ignorent* ? ℟ plurima, neq; datur illis propheticus spiritus per modum habitus, ita vt semper comitetur & illustret prophetam, sicut ars artificem, & scientia numquam deserit scientem, sed infunditur à DEo pro hujus vel illius euentus aut somnij cogitatione, & statim abest, donec iterum prophetæ mens communicato spiritu ad nouam cogitationem illustretur. Ita S. Greg. hom. 11 in Ezech, aliquando, inquit spiritus prophetiæ deest prophetis, nec semper eorum animis præstò adest, vt videlicet cùm ipsum non habent, agnoscant se dono DEi habere, quod habent. Quod probat ex eo, quod Elisæo accidit hoc ipso l. 4. c. 3. vbi consultus à regibus Israel & Juda de belli euentu, asciri jussit psaltem, quo canente afflatus est spiritu, & quid futurum esset deinde sine errore prædixit, & hic, vbi Elisæus dixit: *Dominus celauit à me.*

VI. *Cur per impositionem baculi puer non est excitatus à mortuis* ? ℟det Abul. q. 50, quia DEus non tantùm voluit magnificare Helisæum, quantum ille aut sperabat, aut volebat. Porrò aliquando decipiuntur prophetæ, cùm non semper afflati diuino spiritu loquantur, sed interdum suo, qui falli potest, sicut aliorum, quos numquam propheticus illustrauit spiritus. Sic Nathan dixit ad Dauidem 2. Reg. 7. omne quod est in corde tuo, vade, fac. Id est, templum ædifica, cùm tamen illum à templo ædificando prohibuerit. Quare cùm sperauit Elisæus, vt baculi attactu puer reuocaretur ad vitam, spes illa neq; injecta est à DEo, neq; à spiritu concepta prophetico, sed ab humana cogitatione, quæ interdum sibi plura promittit, quàm concedit DEus. Hoc autem maximè expediebat Elisæo, vt de se minùs cogitaret magnificè: neq; altiùs saperet, quàm oportet, sed saperet ad sobrietatem.

CAPUT V.

Elisæus Naaman leprosum septena in Jordane lotione mundat à lepra: quæ Giezi ob munera mendacio extorta, perpetuò adhæsit.

QUæstio I. *Cur Naaman de terra Israelitica onus duorum burdonum, seu quantum ferre possunt duo muli secum assumere voluit* ? ℟. vt ex terra sancta, & à DEo benedicta construeret in Syria altare, & in eo per legitimum sacerdotem sacrificium offerret DEo Israelis soli & vero DEo. Neq; enim illicitum hoc erat Gentilibus extra terram sanctam ad DEum conuersis, qui, nisi vellent, ceremonijs Judaicis non adstringebantur. Sicut ergo qui curati fuerunt à Christo, & à corporali morbo liberati, spiritualem quoq; salutem acceperunt; sic etiam leprosus iste sic est ab inueterato morbo liberatus, vt sanato corpore acceperit & animæ salutem.

II. *Quid petit Naaman verbis illis* v. 18. *si adorauero in templo Remmon &c.* ? ℟. idem ac, si me inclinauero aut incuruauero. q. d. liceat, quæso, dum rex meus Benadad sese curuabit ad adorandum idolum, etiam mihi tum non in obsequium idoli, sed regis mei me incuruare, quia rex mihi solet inniti partim commodi sui, partim decoris gratiâ.

III. *An Elisæus id concedere potuerit* ? ℟. potuit, non enim Naaman vult cooperari ad adorationem idoli, sed ad solam curuationem physicam regis. Solebat rex Syriæ cùm incederet, aut se quacumq; de causa prosterneret, inniti aut manibus, aut humeris Naaman; quare necesse erat, vt sese Naaman ad regis motum atq; habitum accommodaret. Ex quo fiebat, vt cum stante staret, cum incedente incederet, & cum procidente ipse quoq; procideret. Quod opus ex natura sua adoratio non est, sed obsequium Domino debitum à seruo atq; ideo nulla lege prohibitum. Quod si servus omitteret, non inurbanus solùm, sed etiam infidelis haberetur.

Adoratio Naami.

IV. *Cur obsequium hoc dicitur adoratio, & is dicitur adorare, qui cum procumbente rege procumbit, cùm tamen procul absit, vt simulacrum adoret* ? ℟det Sanctius. Rebus nomen accommodari ex effectis, quæ ex aliqua causa plerumq; nascuntur, licet causa sit omnino diversa, & interdum maximè contraria. Quomodo DEus, in quem nulla cadit pœnitentia, pœnitentiâ adductus esse dicitur Gen. 6. v. 6. quòd hominem creasset in terra. Et 1. Reg. 15. v. 11. quòd Saulem regem constituisset, quia mundo aquarum exundatione obruto, & abjecto Saule signa dedit

di pœnitentis animi; illud enim fecit, quod homines, quos facti pœnitet, qui illud destruunt cum offensione atq; ira, quod ante construxerant. Odisse jubemur patrem & matrem, imò & animam nostram, cum tamen illa omnia amare debeamus, quia dum Dominus vocat, illorum ratio habenda non est, neq; curandum, quid illi exigant aut velint; illa verò quæ relinquimus, aut quorum vitam, aut preces non curamus, ex odio, communi hominum sensu facere existimamur. Ex quo fit, vt dum hæc relinquimus, licet amemus plurimùm, odisse tamen dicamur, aut fuidijsse, quia id plerumq; odij censetur esse, non amoris opus. Cùm ergo inclinatio aut incurvatio corporis adorationi plerumq; serviat, fit, vt inclinatio aut prostratio, quocumq; fine aut ratione adhibita adoratio vocetur. Sanè sæpe inclinatio ejusmodi aut prostratio cum adoratione conjungitur. Dan. 3. v. 5. *Cadentes adorate statuam auream.* Matt. 4. Diabolus vtrumq; conjunxit, *omnia*, inquit, *tibi dabo, si cadens adoraveris me*. Et adorationis nomen sæpiùs auditus, vbi nullus divinus aut religiosus honor impenditur. Adorasse dicitur Miphiboseth Davidem, item Thecuana mulier & Bethsabee: at nemo illorum putabat Davidem DEum, aut divinis prosequebatur honoribus. Adorasse dicitur Abraham Gen. 23. v. 7. populum terræ: at quis viro tanto tantum impingat scelus, vt debitum DEo honorem hominibus deferat. Quare nihil hic contra religionem petit Naaman, aut concedit Helisæus, cùm ciuilis sit iste, & regi debitus, non divinus cultus.

V. *An tota posteritas Giezi lepram à parente in sempiternum contraxit?* ℞det Abul. q. 43. Non fuisse perpetuam, tum quia parentum peccata non dicitur luitura progeniges, nisi ad quartam generationem Exod. 34. v. 7. & Num. 14. v. 18. tum quia æternum, sempiternum & similia secundùm sacrarum literarum idioma, non semper significat id, quod principium nullum habuit, & sic vocantur montes æterni, aut quod nullum finem est habiturum, sed quod diuturnum futurum est. Sic ergo verosimile est, sustinuisse diu Giezi filios parentis ignominiam, ad quartam fortasse generationem, non in perpetuum. *Giezi lepra in posteris non fuit perpetua.*

CAPUT VI.

Elisæus ferrum securis natare facit: regis Syriæ milites quasi excæcatos inducit in mediam Samariam. Qua pôst à Syris obsessa, matres vrgente inedia filios suos comedunt, qua de causa jubet rex occidi Elisæum.

QUæstio I. *Quid demersa securis, & sursum evocata portendit?* ℞det Theodor. q. 19. Præfiguravit Salvatoris nostri dispensationem, quomodo enim lignum quidem, quod est levissimum, fuit demersum; quod est autem gravissimum, nempe ferrum, supernatavit: ita divinæ naturæ descensus effecit, vt humana natura ascenderet. *Securis demersa.*

II. *Qualis fuit cæcitas Syrorum?* ℞ Fuit ea cæcitatis species, quæ dicitur acrisia, cùm homo aliquid videt, illud tamen quid sit, discernere non potest, qualis fuit Sodomæorum cæcitas, qui cùm viderent alia, portam tamen Loth videre non poterant; aut ita videbant, vt tamen ab ijs portis, aut etiam à solido continuoq; pariete non distinguerent. Ita etiam his accidit miseris Syris, qui solum Elisæum, quem quærebant, & vrbem Dothan ac Samariam non agnoscebant, cætera omnia optimè agnoscebant. Nempe species longè alia oculis ipsorum objiciebatur, quàm esset vera forma Elisæi vel civitatis, quam quærebant; alia etiam signa viæ, quæ in vrbem illam duceret. Unde meritò & cum veritate Elisæus mox ait: *non est hæc*, quæ oculis vestris videtur, *via*, quam vos quæritis, *neq; ista est* civitas. Ita Sanctius. *Cæcitas Syrorum.*

III. *Quid hæc cæcitas tropologicè significat?* ℞ Imaginem hic videre est cæcitatis mortalium circa res divinas ac cælestes, quas tum demum à se neglectas agnoscent ac dolebunt miseri, cùm in extremo vitæ suæ ab hostibus vndiq; conclusi & coram tribunali DEi toties contempti, toties offensi seriùs oculos mentis aperient. *Cæcitas tropologicè.*

IV. *An illicitum fuit copias Syrorum ductu Elisæi in Samariam invectas occidere?* ℞ per se non fuit illicitum eas neci dare, & sic vires hostiles debilitare, & spiritus insolentes frangere: quia non semel pene simili casu id aliàs factum legimus Jud. 7. sub Gedeone, & 1. Reg. 14. sub Jonatha, cùm DEus vel Madianitas vel Philisthæos panico metu cœlitus exanimatos, ac pene constrictos ferro Israelitico jugulandos objecit. Sed hac vice DEus parcitum illis voluit, vt suam potentiam ipsis etiam hostibus præconibus, vbiq; per Syriam, vicinasq; regiones manifestiorem redderet. Si interficiantur, inquit Theodor. q. 20. non cognoscetur magnitudo miraculi: sin autem revertantur sani ad eum, qui misit, ille quoq; discat DEi nostri potentiam.

V. *Quomodo verum est, quod dicitur v. 23:* ET ULTRA NON VENERUNT LATRONES SYRIÆ IN TERRAM ISRAEL, *cùm tamen constet non longè pôst venisse totum exercitum?* ℞ Non venisse istos tanto beneficio delinitos: sed neq; alios milites prædandi causa & paucis turmis (quod proprium est latronum seu militum latrocinantium.) Vel simpliciùs, *vltrà non venerunt*, id est, eo tempore vltra non processerunt Syri in isto bello persequendo, sed copias omnes ex Israele reduxerunt in Syriam. Paucis verò pôst annis alio integro exercitu rursus

accurrit

accurrit idem ipse Syriæ rex Benadad, & obsedit regiam vrbem Samariam, compulitq; obsesso ad obscœnam, & malesuadam famem, quæ & carnes asininas, alioqui lege prohibitas Lev. 11 v. 26. & stercus columbarum, sanè triste obsonium, in delicijs haberet, & incredibili preti comparari juberet.

VI. *Cur Rex audita tum horrenda fame irascitur, mortemq; minatur Elisæo?* ℞. det Sancti us id eum ex solo furore, & præcipiti dolore egisse. S. Amb. l. 3. de offic. eò quòd Elisæus cùm posset, vrbem fame & obsidione liberare miraculo & prece, ad id vsq; tempus noluisset. Se verosimilius est, Elisæum regi fortè minus cordato, & cum Syris pacisci volenti etiam iniqui conditionibus, id dissuasisse, atq; opem è cœlo & solutionem obsidionis prædixisse, quam qui ex æquo diutiùs differri, & omnia interim perditum ire videt, neq; vllum præsentis exitij re medium apparere, idcirco in Elisæum tamquam mendacem, perfidum, & auctorem pessimi, v putabat, consilij, & patriæ proditorem tam graviter excandescit.

CAPUT VII.

Elisæus prædicit ingentem cras in Samaria frumenti fore abundanti am, quæ contigit, Syris obsidionem subitâ fugâ solventibus, & omnibu suis prædæ relictis. Dux autem qui Elisæo id prædicenti minùs credulu fuerat, à turba conculcatur in porta Samariæ.

QUæstio Unica. *Quæ est summa hujus capitis?* ℞. Elisæus facto ad se verbo Domin ingentem vilitatem annonæ in crastinum diem promittit. Quod cùm Dux quidam qui erat à Rege tertius, incredibile putaret, diceretq; : *si Dominus fecerit etiam catara ctas in cælo*, vt ex eo tamquam ex horreo vastissimo depluat frumentum vel farinan in terras, vt olim pluit manna, non poterit tamen tanta esse frumenti abundantia Samariæ di crastino, quantam prædicis futuram; audivit à propheta, *videbis oculis tuis*, vt convincatur in credulitas tua, *& inde non comedes*, vt per quæ peccat quis, per eadem & puniatur. Quomodo autem fidem prophetæ liberaverit, obsidione soluta, exactè scriptura recenset. Quatuor scilicet leprosos, certa morte in incertam commutata, ad Syros transfugisse, in castris eorum omnia vacua reperisse, militibus tanto terrore dilapsis, vt supellectilem omnem cum tentorij arma jumentaq; deseruerint; præclarè secum agi credentes, si vitam conseruare possent, regibus Hethæorum putà Cypriorum & Cretensium, & Ægyptiorum in ipsos irruentibus, quorum superuenientium currus & equites, sibi audiuisse videbantur: DEo hostes suos illudente, adeo vt nullum agnoscendi hostem, nullum resistendi consilium caperent; nullis præsidijs se satis munitos, nullis fossis aut aggeribus satis vallatos, nullis armis satis tectos putarent: sed meticulosa in nocte, qua nec hostem venientem videre, nec sonitus veritatem explorare possent, fugâ præcipites avolarent, dirum timorem in pectoribus, salutem in pedibus, hostem in auribus circumferentes. At leprosi, qui eam fugam nondum didicerant, in obuijs primùm tabernaculis prædam semel iterumq; inuentam auferunt, absconduntq; , tum ne soli, tantâ lætitiâ prædaq; fruantur, vrbem adeunt, & castrorum inanitatem nuntiant. At rex insidias Syrorum veritus mittit exploratores in castra eorum, qui è castris Jordanem vsq; viam spolijs constratam repererunt. Nam perseuerante crescenteq; sonitu ob æstimatam hostis vicinitatem, quæcumq; raptim è castris abstulerant, vt aurum, argentum, vestem necessariam, obuiaq; arma, nam equis ne frena quidem injicere præceps permiserat pauor, ea omnia dominante metu, vt celeriùs currerent, abjiciebant. Reversiq; nuntij nuntiaverunt Regi, quid in castris, quid toto itinere Jordanem vsq; reperissent, & populum semiuiuum incredibili gaudio compleuerunt. *Et egressus populus diripuit castra Syriæ*, in quæ isti conuexerant quidquid prædarum toto ex regno Israelitico ante corraserant. Cumq; rex Ducem illum, de quo Elisæus vaticinatus fuerat, constituisset ad portam, siue vt hostium alicubi fortè latitantium, & repente irruentium vim reprimeret, siue vt cohiberet proruentis multitudinis impetum, ne se inuicem conculcando obtererent, hoc ipsemet passus interijt. Hunc habuit exitum obsidio Samaritana, quàm regis aut populi conuersio, quantumuis annitente Elisæo, non est consecuta.

Modus soluta obsidionis.

Syrorum pauor.

Præda ingens Israelitarum.

Dux opprimitur.

CAPUT VIII.

Sunamitis hospita Elisæi, eo suadente peregrinatum profecta, septennem famem euadit. Reuersa suos agros recuperat. Elisæus Benadad regem Syriæ prædicit moriturum, & impium Hazael illi successurum. Joram rex Juda percutit Idumæos rebelles. Mortuo succedit Ochosias.

Quæstio I.

QUæstio I. *Quomodo verba Elisæi ad Hazaelem veritati consonant*: VADE, DIC EI, SANABERIS: PORRO OSTENDIT MIHI DOMINUS, QUIA MORTE MORIETUR? ℟. à plerisq; sic explicantur: potes quidem ei dicere, quod ad vim morbi quidem quod attinet, eum non esse lethalem. Reuera tamen Dominus ostendit mihi eum esse moriturum. Licet etiam interpretari, vade, dic, quasi dictum esset, vades & dices ei, eum sanitatem recepturum, ne sis tanti mali nuntius, morietur tamen. Sic Dominus dixit spiritui malo coram Michæa, *egredere & fac ita*, hoc est, egredieris & ita facies, præsens imperantis pro futuro permittentis.

II. *Quid intelligit Hazael illis verbis v. 13.* QUID ENIM SUM CANIS? ℟. Videtur Hazael vtpote è primis regni proceribus, nomine canis non tam vilitatem, & abjectionem suam insinuare, quàm feritatem & crudelitatem caninam, sibi à propheta propositam execrari, & cum admiratione ac stomacho repellere. q. d. procul à me tanta impudentia, tanta barbaries: felinum opus est non humanum, infantes dilacerare, & ad saxa allidere, euiscerare matres, pregnantes serrâ diuidere medias &c.

III. *Cur Elizæus venit Damascum*? ℟. Vt Hazaelem vngeret in Regem Syriæ juxta mandatum DEI 3. R. 19. v. 15. Eliæ quidem tum datum, sed ad hoc vsq; tempus eodem Deo inspirante dilatum. Sicut & alterum de Jehu in regem Israel vngendo, ibid. v. 16. eidem Eliæ commissum, sed hoc demum tempore per ejus discipulum executioni mandatum, vt patet ex initio capitis sequentis, ita Cajet. Sanctius vult vtrumq; tunc ab Elia unctum fuisse, non vt sceptrum tunc vsurparent, sed post multos annos; vt Dauidi à Samuele primùm uncto contigit: jam verò secundò ab Elisæo seu vngi, seu moneri de regno.

IV. *Cur Hazael tulit stragulum, infudit aquam, & expandit super faciem regis. v. 15?* ℟. Tulit stragulum, seu mappam aquâ frigidâ madefactam, & prætextu refrigerij Domino suo regi, sic jubenti, ex officio procurandi, ita expandit super faciem ejus, vt simul obstructis clàm & cautè faucibus, quasi aliud agens spiritum præcluderet. Ita Josephus. Porrò quàm facili negotio hac via suffocetur æger, testes esse possunt, qui torturæ causâ similem subinde mappam vultui obductam habuerunt: nam aqua paulatim mappæ superinfusa copiam respirandi penitus tollit, estq; id torturæ genus omnium sæuissimum.

CAPUT IX.

Jehu in regem Israel inunctio per prophetam mandat DEus, vt deleat domum Achab. Occidit ergo Joram filium Achab regem Israel, simulq; Ochoziam regem Juda. Corpus Jezabel è fenestra præcipitatæ canes deuorant.

QUæstio. *Quæ est historia hujus capitis?* ℟. 1. Joram filius Achab audita morte regis Syriæ consilium suscepit de repetenda Ramoth Galaad, paternis insistens vestigijs regem Judæ Ochoziam bellicæ expeditionis socium habuit. His acriter restitit Hazael, itaq; ad vrbem pugnatum est, vt rex ipse Joram multis vulneribus affectus bellum deserere, idq; Ducibus suis, in quibus erat Jehu, conficiendum relinquere coactus sit. Diuino item instigante numine in Jezrael profectus est, vt à plagis suis curaretur. Ochosias autem à prælio confestim Jerosolymam se proripuit, vbi cum de Jorami valetudine per nuntios inquisiuisset, ad eum inuisendum profectus est in Jezrael.

2. Interea Deo monitore, mittit Elisæus vnum de filijs prophetarum ad inungendum Jehu in regem Israel, & quidem magna cum totius acceleratione negotij, dum collectus erat exercitus, qui de Achabi familia pœnas sumpturus erat, & reges morti destinati congregati erant. Nam si alter Jerosolymam, alter Samariam reuertisset, difficillimum fuisset, sine diuturna obsidione, & multa populi cæde, reges & eorum familias & optimates habere in potestate. Ingressus est ergo discipulus Elisæi in ciuitatem Ramoth, paulò ante à Jorami ducibus occupatam. in domum aliquam, vbi principes exercitûs consederant, & oculis in Jehu conjectis, seuocatum deduxit in cubiculum, ibiq; eum inunxit in regem, jussitq; ex ore Domini, vt Achabi familiam deleret funditus, in vltionem impietatis ejus, & nominatim sanguinis innocentis à Jezabele crudeliter effusi, quam prædicit abjiciendam canibus insepultam.

3. His ita peractis, abit propheta celeriter, vti jussus fuerat. Iehu verò à socijs amicè interrogatus, quid noui propheta ille attulisset, ex habitu enim prophetam agnoscebant, pronuntiat regnum sibi delatum. Ad eam vocem omnes diuinitus excitati, statim ei regnum detulerunt, & raptim composito solio, eum in eo collocarunt, & regem in exercitu voce tubaq; proclamarunt. Hic jam prospiciendum fuit, ne Ioram maturè monitus, fugâ sibi consuleret. Itaq; edixit Iehu, ne quis de ciuitate profugus exeat, & conjurationem Ioramo in Iezraele nuntiet; incautum enim opprimere voluit: & relicta oppugnatione arcis, in quam Syri amissa ciuitate congregerant, festinus cum exercitu venit in Iezrael.

4. Vidit ſpeculator venientem globum, ad quem rex equitem curſorem mittit, qui renuntiet quid rei ſit. At is non permiſſus regredi, ne regem periculi admoneret. Idem factum ſecundò Mox autem ſpeculator agnoſcens ex præcipiti curſu Jehu, ejus aduentum nuntiat. Egreſſus i occurſum ejus Joram cum Ochoſia ſinguli in curribus ſuis. Occurrerunt ei in agro Naboth Je zraelitæ, vbi cùm Jorami ſalutatio à Jehu cum conuicio excepta eſſet, ſenſit ſe imprudenter e greſſum, dum neſciret, quo animo veneritis, qui ferebatur præceps, neq; nuntios remittebat juſſit aurigam habenas equorum dextrorſum aut ſiniſtrorſum inflectere ad fugam. *Et fugien ait ad Ochoſiam, inſidiæ Ochoſia.* Porrò Jehu *tetendit arcum manu, & percuſſit Joram inter ſca pulas,* averſum ſcilicet ad fugam, *& egreſſa eſt ſagitta per cor ejus, ſtatimq; corruit is in curr ſuo.* Quem Jehu projici juſſit in agrum Jezrael, vt Eliæ prophetia impleretur.

5. Ochoſias porrò rex Juda videns Jorami cladem, fugit quantum potuit, quem tamen aſſe cutus eſt Jehu, & percuti juſſit in curru ſuo, & percuſſerunt eum in aſcenſu Gauer, qui eſt jux ta Jeblaam, qui fugit in Megaddo & mortuus eſt ibi. Cùm autem hæc omnia loca vicina fin ciuitati Jezrael in tribu Manaſſe, quomodo in 2 Paral. c. 22. dicitur, perquiſitus Ochoſias, lati tans in Samaria, & adductus ad Jehu, juſſu ejus occiſus? dicendum videtur Samariam pro re gno Iſraelis, cujus caput erat Samaria, ſumi, in quo regno erat Megaddo & Gauer, & Jezra el. *Et impoſuerunt eum ſerui ejus ſuper currum ſuum,* in quo lethale vulnus acceperat, *& tu lerunt in Ieruſalem,* & ſepelierunt eum in ſepulchro cum patribus ſuis in ciuitate Dauid, qu honore affectus eſt, eò quòd eſſet filius Joſaphati principis optimi.

6. Interea Jehu venit in ciuitatem Jezrael, priora enim illa facta ſunt in via. *Porrò Ieza bel introitu ejus audito, depinxit oculos ſuos ſtibio, & ornauit caput ſuum.* Quem ad finem hi vetulæ fucus? num vt placeret Jehu, quem atroci conuicio venientem accipiebat? reſpicien enim per feneſtram ingredientem Jehu per portam, *numquid,* ait, *pax poteſt eſſe Zambri, qu interfecit Dominum ſuum?* Per conuicium vocat Iehu Zambri, inſignem proditorem & parrici dam Domini ſui, vt ſi quis quempiam vocet Iudam, Cain, Neronem, alióue quopiam nomin facinoroſi hominis. Ad eam vocem leuauit Iehu faciem ſuam ad feneſtram, *& ait, quæ eſt iſta* & inclinauerunt ſe ad eum in eadem feneſtra *duo vel tres eunuchi,* cubicularij regij, vt vide rent, quid ille vellet. Qui *dixit eis, præcipitate eam deorſum.* At illi, qui eam heri adorauerant nihil cunctati, *præcipitauerunt eam, aſperſusq; eſt ſanguine paries, & equorum vngulæ concu cauerunt eam.* Cumq; ingreſſus eſſet, vt comederet, biberetq;, ait: *ite, & videte maledictam i lam, & ſepelite eam, quia filia regis eſt.* Nempe Ethbaalis regis Sidoniorum. Interea dum ill pranderet, canes in lacerandis Iezabelis carnibus famem exſaturarunt. *Cumq; iſſent, vt ſepeli rent eam, non inuenerunt, niſi Caluariam & ſummas manus.*

CAPUT X.

Jehu 70. filios Achab, & 42. cognatos Ochoziæ necari jubet, totamq Achabi progeniem deleri; omnes ſacerdotes Baal callidè euocatos occidit: i cultu tamen vitulorum aureorum perſeuerat: hìnc cæditur ab Hazael re ge Syriæ. Et mortuo ſuccedit Joacha 2. ejus filius.

QUæſtio I. *Quid continebant literæ à Jehu ſcriptæ in Samariam ad Optimates ciuitatis* ℞. Videntur continere aliquid ironicum, & minari infortunium aliquod illis, qui i admiſiſſent, quod videntur propriè commendare literæ. Jubet ergo, vt illorum explo ret animos vt ex omnibus filijs aut nepotibus Achab, illum ſibi regem aſſumant, qu minùs eo nomine aut titulo videtur indignus. Illi verò cùm facilè cognoſcerent, quò ſpecta rent literæ illæ, & quæ laterent minæ in illa ironica & ſimulata permiſſione, timuerunt valde cùm ita inſtructum viderent Jehu, vt neq; duo reges impetum ſuſtinere, neq; exitium declinar potuerint. Quare cùm è re ſua & publica futurum exiſtimarent, nihil contra noui Regis con ſilia moliri, reſponderunt paratos ſe eſſe facere, quæcumq; vellet, & cùm jam Regem habe rent, à cujus imperio & fide recedere non putabant, de conſtituendo rege neq; egiſſe, neq; a cturos in poſterum. Quare ſignificaret, quid actum vellet, & à ſua in ipſum obſeruantia ſpera ret omnia. Prout etiam ad mandatum ejus abſciſſa filiorum Achab 70. capita in cophinis i Jezraelem tranſmiſerunt, quæ Jehu in porta ciuitatis, in loco nimirum frequenti & celebri pro poni juſſit.

II. *Quid ſignificat Jehu illis verbis* v. 9. JUSTI ESTIS: SI EGO CONJURAVI CONTR DOMINUM MEUM, ET INTERFECI EUM, QUIS PERCUSSIT OMNES HOS? ℞. Nihil ſ feciſſe tyrannicè, ſed juſtè omnia, alioqui neq; juſti fuiſſent optimates populi, & majores natu qui ex ſemine Regio 70. viros interfecerunt. Docet Jehu hæc ex DEi decreto, & non human proueniſſe conſilio, Qui quid factum vellet, jam antea per Eliam prophetam ſignificarat, qu ex domo Achab nullum prædixit futurum eſſe ſuperſtitem.

III. *Quam præterea cædem fecit Jehu?* ℞. Dum in Samaria filij Achab occiduntur, eaden

diui

di... na vltio ciuitatem Jezrahel peruagata est: perquisiti sunt omnes, qui Achabum consangui-ni...te, vel affinitate contingerent, quiq; hoc titulo quoquo modo ad regnum aspirare possent; at... adeo, qui ad regiam familiam vehementer affecti, vltionem expetituri viderentur, qui o-m...s interfecti sunt, cùm alioqui, vel solo idololatriæ nomine, rei mortis essent. Necdum ca...ium finis. Cùm enim Jehu inde Samariam proficisceretur, occurrit in via camera pastora-li...in qua oues tonderi solebant, vbi fratres seu nepotes Ochoziæ latitabant, numero 42. quos o...nes Jehu viuos comprehendi jubet, & interfici. Etsi enim aliqui erant de tribu Juda pro-pt...r Ochoziam, pertinebant tamen ad domum Achab, propter Athaliam filiam ejus, vt cum ca...ris mactari possent.

IV. *An Jehu mentitus sit illis verbis* v. 18. EGO COLAM BAAL AMPLIUS, quàm Achab co...luit? ℞. Tirinus concedit cum S. Aug. l. cont. mendacium c. 1. Jehu officiosè mentitum, non ta...en eum damnat peccati mortalis, à quo etiam eum excusant S. Hieron. Cajet. Abul. *imò* pro-pt...r rectam intentionem, qua voluit astutè colligere in vnum & exstirpare omnes sacerdotes Ba...l; quod alioqui non potuisset. *2do* quia tantùm jussit, vt quòd priuatim faciebant isti sacri-fi...li, facerent jam publicè, vt hoc illos signo deprehendere atq; opprimere posset, *3tiò* Scan-da...um, si quod fuit in tanta rerum & religionis perturbatione, breue & leue fuit, statimq; se p...didit veritas: Deniq; quæcumq; fecit, bona fide & bono zelo fecit, & præsente atq; juvan-te forsan & probante Jonadab viro religioso & sancto.

CAPUT XI.

Athalia Mater Ochoziæ audita filij morte reliquum omne semen re-gum ferro exstinguit, & sibi sceptrum vendicat: sed agente Jojada pon-tifice occiditur, & Joas filius Ochoziæ tyrannidi matris clàm subtractus, ...: Juda constituitur, destructis aris & statuis Baal.

QUæstio I. *Quæ fuit causa, cur Athalia occiderit omne semen regium? an vt regnaret?* At superstitibus nepotibus nihilominus regnatura erat. Cùm enim pater Ochozias anno vitæ 23 occisus fuerit, non potuerunt filij non esse paruuli, quorum Joas anniculus fuit. ℞. Ambitiosam fœminam non alieno nepotis nomine, sed proprio regnare voluisse, ...oq; de medio tollere omnes, quorum intuitu subditi, vt ei regnum eriperent, moliri potu-i...nt. Accessit & timor, quòd se meminisset Achabi filiam, ideoq; morti destinatam. Totum e...o regnum Iuda habere voluit in potestate, quod opponeret Iehu, & cujus ope vindictam ex-e...ere posset in eum, qui paternam ejus familiam perdidisset. *Athalia semen regiũ occidit.*

II. *Quomodo servatus Joas?* ℞. Josabetha filia Jorami, & soror Ochoziæ abscondit eum c...n nutrice sua in triclinio, seu cubiculo lectulorum, locum admodum secretum esse oportuit, in q...o paucissimis conscijs seruaretur. Videtur autem fuisse juxta exedram pontificis vbi Iosabe-t... vxor ejus, singularem infantis curam gerere poterat, & ab ipso pontifice crebro visitari. *Joas quomodo servatus.*

III. *Quomodo Ioas Rex creatus?* ℞. Anno septimo vitæ Ioas misit Ioiada pontifex ad c...nctas vrbes Iuda, qui Leuitas vndiq; Ierosolymam accerserent, quorum ingens erat numerus. ...l his assumpsit centuriones & milites, & introduxit ad se in templum: nam solis istis licebat a...ium sacerdotale intrare. Ex his ergo clàm & stato die collegit quantum potuit numerum, i...uper ex classibus eorumdem Sacerdotum & Leuitarum, quæ erant 24, & per vices ita mini-s...abant templo, vt ante quodq; sabbatum prioribus abeuntibus alij perpetuò succederent. Iojada ...numerum augeret suorum, jussit, vt cum his, qui ingrediebantur sabbatum, manerent etiam pri-...es, qui egrediebantur sabbato. Hos certis locis cum armis constituit ad vim omnem propul-...ndam. Produxit ergo regem Iojada Pontifex, imposito super caput ejus diademate, seu corona ...gia, & dato in manu ejus testimonio, id est, Deuteronomio legis; accessit purpura & sce-...rum, & reliqua regum ornamenta. Adhibita autem in primis fuit vnctio, quæ regem vel ma-...mè constituit, & consecrat; vnde conjunctim dicitur, *feceruntq; eum regem & unxerunt*, id est ...gendo fecerunt regem, oleo videlicet sacro, vnxit porrò illum Iojada Pontifex & filij ejus, ...precatiq; sunt ei, atq; dixerunt, *viuat rex*, quod certatim à toto populo conclamatum est. ...uod cùm audisset Athalia, ingressa est ad populum in templum Domini, diuina prouidentia ...am ducente ad victimam. Sperabat enim se præsentiâ suâ seditiosos conatus dissipaturam, & ... conjecit imprudens in manus quærentium animam ejus. Quæ si domi se continuisset, & rem ...r nuntios didicisset, difficillimam pontifici, cæterisq; inimicis suis victoriam dedisset, vt quæ ...agistratus, & militiam, & magnam populi partem haberet in potestate. Nunc vltro se con-...cit in laqueum. Sed nec dissimulare potuit, sed scidit vestimenta sua & exclamavit: *conjura-...o, conjuratio.* Cui obtonabat populus. Viuat rex Ioas, viuat rex, moriatur Athalia. Muliere ...tem frustra vociferante, egressus Iojada pontifex ex atrio Leuitarum, vbi regem consecrâ-...t, adijt centuriones & principes exercitûs, & dixit eis: *adducite illam extra septa templi, & ...terficiatur foras gladio.* Et sic occisa est ante palatium regium, transgressa pontem voragi-...is Mello. *Joas rex creatus.*

CAPUT XII.

Joas sarta tecta instaurat: Hazaelem regem Syriæ bellum Judæis parantem, obviàm missis templi & palatij thesauris placat, tandemq; à seruis suis occiditur. Occiso succedit Amasias.

Pecunia Sanctorũ.

QUæstio I. *Quæ est pecunia Sanctorum* v. 4? ℟. id est sanctificatorum: id est, omne æs Deo consecratum, seu à populo in vsus sacros collatum. Quale erat imò didrachma, seu semisiclus, id est duo Julij Italici, qui pendebantur *à prætereuntibus*, id est, excedentibus annum ætatis vigesimum, vt Exod. 30. præscribitur. Pendebantur inquam *pro pretio animæ*, id est pro capite ipsorum, seu pro ipsismet redimendis. Nam cùm quis annum impleſſet vigesimum, solebat offerri seu præsentari Deo, quasi jam ætate idoneus ad ipsi militandum: ille verò semisiclo redimebat sese, qui prius libertatem à seipso abdicasse videbatur. Vel simpliciùs potest tributum istud semisicli vocari *pretium animæ*, quia ideo pendebatur vt Deus vitam cuiq; longam & felicem largiretur, alioqui plagis sæuiturus in fraudatores illius tributi, vt insinuatur Exod. 30 v. 12. Et experientia docuit in censu, per Dauidem instituto vt dixi 2. Reg. 24. Solebat hoc tributum per singula oppida quotannis per destinatos quæstores exigi ab omnibus, qui eo anno vigesimum ætatis suæ compleſſent annum, & ita jubet hic Rex Ioas, vt quotannis deinceps fiat 2. Paral. 24 v. 5. Solebat quoq; subinde, bello nouo, vel alia necessitate publica, seu templi, seu reip. cogente, extra ordinem ab omnibus omnino Hebræis qui ætatem illam excessissent, quantumcumq; adulti essent, idem census exigi, & vt jam fiat ad restauranda sarta tecta templi, mandat hîc rex Ioas l. c. v. 6. & 9. Postea verò sub extrema Iudaici regni tempora in morem inductum fuit, vt quotannis idem tributum ab omnibus per orbem Iudæis persolueretur in vsus templi Ierosolymitani, quod Vespasianus destructo jam templo, voluit nihilominus ab ijsdem mitti Romam ad Capitolium, teste Iosepho. 2dum genus æris sacri, quod populus conferre solebat, erat spontaneum & vltroneum pro libito & arbitrio cujusq; in vsus templi impendendum.

Joas excelsa non abstulit.

II. *Cur Joas excelsa non abstulit?* ℟ quia turbas timebat, quas excitare solet popularis furor, cùm id eripitur, ad quod plurimorum animi afficiuntur. Sanè fuisse principes, quorum animis insitus fuerit amor in Baal neq; illos exiguo numero satis probant principes illi, qui cùm in vivis desijt esse Jojada, nimis credulum regem ad omnem impietatem perpulerunt.

Joas impius

III. *Quæ fuit causa, quòd Joas regnum priùs religiosè & feliciter obitum infelici atq; impio exitu terminarit?* ℟ Eadem, quam proximè dixi, quia vbi Jojada in vivis esse desijt, qui juvenilem levitatem, & immoderatos impetus sua auctoritate compresserat, statim se in omnem impietatem & vesaniam projecit. Quare DEus vlcisci voluit tum privatam regis, tum communem populi intemperantiam, deformato regno, quod nuper instaurari cœperat, & sublata vita, quam rex quondam pius, nunc verò idololatra multiplici peccatorum genere corruperat. Immisit enim Hazaelem regem Syriæ, qui cùm alias regiones continenti victoriarum cursu, suo subjugasset imperio, tandem victrices copias movit in Jerusalem, quam eò adduxit, vt rex de salute & libertate desperans, quo hostem summoveret, & quoad posset periculum, redimeret, spoliarit templum, Domumq; regiam divitijs, atq; ornamentis omnibus, quæ hostis discedens Damascum vsq; traduxit.

Joas occiditur.

IV. *Quem finem sortitus Joas?* ℟ Conjurarunt servi ejus inter se, percusseruntq; eum in domo Mello. Hos conjuratos ait Josephus l. 9. c. 9. amicos fuisse Zachariæ, quem rex ingratus & impius occidi jussit. Sanè occisum fuisse regem in vltionem injustæ Zachariæ necis ipse docet textus 2. Paral. c. 24. Surrexerunt autem contra eum servi in vltionem sanguinis filij Jojadæ. Dixerat enim moriturus Zacharias: *videat Dominus & requirat*, à quo instinctus Zacharias scelus objecit, & gravia minatus est regi, regniq; principibus, & requisivit sanguinem impiè crudeliterq; profusum. Sic ergo Joas à servis suis in lecto in quo decumbebat ægrotus, interfectus est.

CAPUT XIII.

Syri devastant Israelem sub Joachaz: cui defuncto succedit Joas, qui juxta vaticinium Elisæi jam moribundi, Syros ter gravissima clade afflixit. Mortui verò Elisæi sepulchro injectus quidam alius defunctus, extemplo revixit.

Salvator quando datus.

QUæstio I. *Quando datus est Israeli Salvator, appromissus* v. 5. ℟ Communiter Interpretes dicunt eum datum esse tempore Joas Regis Israel filij Joachaz, ita Abul. q. 3. & quotquot durasse vexationem illam à Syris arbitrantur toto tempore, quo vixit Joachaz. Sic enim exponunt illud v. 3. *& tradidit eos* (nempe principes Israelitas, & illorum regem Joachaz) *in manu Hazael regis Syriæ, & in manu Benadad filij Hazael cunctis diebus*

dus, nempe Joachaz, quod expreſſè legitur infra v. 22. Et licet aliquando regnante Joachaz fregi potuerint ſpiritus Syrorum & vires, tamen numquam videntur Syri ab Iſraelitis ſuperati, donec juxta Eliſæi verba hîc v. 19. à Joas tertiò ſuperati ſunt, & vrbes receptæ, quæ à regibus Syriæ fuerant ablatæ

Salvator Iſrael quis?

II. *Quis fuit Salvator Iſraeli promiſſus & datus?* ℞ Quidam putant eſſe Angelum illius provinciæ tutelarem, qui ſicut poſtea Aſſyriorum ſub Ezechia, ſic nunc Syrorum exercitum delevit, aut illorum ſic attrivit vires, vt rem Iſraeliticam ad ſuum ſtatum reſtituerit. Alij Eliſæum putant, qui ſicut antea ſæpe contribulibus ſuis ſaluti contra Syros fuit, ſic etiam nunc, cùm Iſraelitarum fortuna diu vexatur; ita Cajet. Plures Joas, qui paulò pòſt patri ſuo Joachaz in regno ſucceſſit, in cujus regno contigiſſe exiſtimant ſalutem illam, de qua præſens ſermo. ita Abul. q. 3. Mariana, Vatablus. Et quidem ante regnum Joas nihil egregium factum audimus contra Syros. Neq; de Joachaz poſt hæc quidquam habemus aliud, quàm dormiſſe cum patribus ſuis.

Eliſæus manui regis ſuam imponit

III. *Quid deſignabat Eliſæus manui regis ſuam ſuperimponendo?* ℞ Conatibus regis affuturam præſentem manum ſeu opem DEi, cujus propheta perſonam hîc gerebat: vel etiam opem ipſiuſmet prophetæ, quantumvis jam brevi è vivis abituri, numquam tamen regi defuturam: nam ex limbo quoq; ſanctorum patrum decreverat ſuis ad DEum precibus regi & Iſraeli deinceps opitulari.

Jaculo percuſſio terræ.

IV. *Quid deſignabat Eliſæus jubens jaculo percutere terram?* ℞ Quod ante deſignabat emiſſione ſagittæ, hoc idem deſignat percuſſione terræ, ſeu jaculo ad terram alliſo: nempe victoriam adverſùs Syros, & quidem toties, quoties rex jaculo terram continuata alliſione tangeret. Non tamen præſcripſit certum regi numerum percuſſionum, DEo id nolente: neq; expoſuit aperè regi, toties victoriam obtentum iri, quoties jaculo terram tangeret: ſed in genere præcepit ei, vt ſæpiùs tangeret. Unde cùm vidit non niſi tertiò tangentem, iratus eſt vir DEi contra regem & ait: Si percuſſiſſes quinquies aut ſexties, ſiue ſepties, percuſſiſſes Syriam vſq; ad conſumptionem.

Futura conditionata.

V. *Utiq; jam antè v. 17. dixit propheta:* PERCUTIES SYRIAM, DONEC CONSUMAS EAM? ℞ id propheta tantùm conditionatè dixit, caſu quo faceret rex id, quod quaſi futuræ rei ſignum DEus prærequirebat, nempe frequentem, id eſt ſeptenam terræ percuſſionem. Quam quia rex neglexit, ſatisq; habuit ferro tertiò percuſſiſſe, non niſi tertiò victor à Syris rediit: conſumptionem verò ſeu plenam Syrorum exſtirpationem non obtinuit, quia ſeptenam percuſſionem (conditionem à DEo prærequiſitam) adhibere neglexit. Ita Abul. Cajet. Suarez. Vaſquez. qui etiam hoc exemplo probant DEum ab æterno certâ ſcientiâ prænoſſe non ſolùm ea quæ defacto futura ſunt, ſed & omnia quæ quaq; conditione poſita futura eſſent, licet numquam defacto futura ſint.

CAPUT XIV.

Amaſias rex Juda interfectis, qui occiderant patrem ſuum Joas, vincit Idumæos, quo factus elatior, provocat ad bellum Joas, regem Iſrael, a quo vincitur, capitur, & Jeroſolyma diripitur. Porrò Joas regi Iſrael ſuccedit filius Jeroboam, & huic Zacharias. Amaſias verò à ſuis occiditur, cui in regno Juda ſuccedit Azarias.

Matrimonium inter æquales.

QUæſtio I. *Quid rex Iſrael innuere voluit verbis illis* v. 9. CARDUUS LIBANI MISIT AD CEDRUM? ℞ Voluit innuere, errare Amaſiam, ſi velit cum rege Iſrael certamen inire, & majora tentare quàm aſſequi vel ſuſtinere poſſet: quemadmodum inſanus judicaretur Carduus, ſi cedrum Libani laceſſeret, aut in illius proceritatem aſpiraret, quod tunc videretur tentaſſe Carduus, cùm filiam Cedri filio ſuo deſpondere vult; matrimonium enim, aut æquales invenit conjuges, aut æquales facit, imò vir in conjugio ſuperior eſt vxore, qualis Amaſias videri vult, dum victoriam ſibi ex eo certamine promittit. Latini aliter explicant hunc diſparem congreſſum, aut provocationem, cùm Leonem ab hinnulo, equum à teſtudine, ab ſcarabeo aquilam, luſciniam à pica provocari dicunt, ad pugnam, ad curſum, ad volatum, ad cantum. Uti autem, ſi quid eſſet mentis in belluis, illæ ferrent iniquiſſimè impudentiam Cardui, qui eos ſibi aſſumpſiſſet ſpiritus, vt videri vellet cedro ſuperior, & ideo cum offenſione & ſtomacho conculcarent Carduum, & ſi fieri poſſet ab imis evulſum radicibus exterminarent è Libano. Sic Regis Iſrael ſervi viri fortes & nobiles ſtomachabundi non ſolùm à regno ſed etiam è vivis Amaſiam ejicerent.

Obſides.

II. *Quos obſides tulit rex Iſrael ex Jeruſalem?* ℞ Incertum eſt, quinam fuerint hi obſides, ex Iſraeléne an ex Juda; id eſt, an quondam reges Juda filios acceperint principum Iſrael, qui obſides eſſent ſervandi fœderis: quod 10. tribus cum duabus alijs inijſſent, quos ſecum Joas urbis, civiumq; potitus in Samariam reduxit, redditq; parentibus, & hoc indicat, quod 2. Paral. 25. v. 24. dicitur: *Nec non & filios obſidum reduxit in Samariam.* An potiùs cùm ampla inde

retulit

retulit spolia, civitatemq; antiquis possessoribus reliquit, ne postea bella moverent nova, au conturbarent, quæ ipse victor statuisset, accepit obsides, principum nempe filios, quos apud retinuit in Samaria. Et hoc videtur potiùs. Ut enim civitatis munimenta magna ex parte diru rex Israel, ne locus munitus audaciam aleret civibus, sic etiam obsides accepit, vt cives à rerui novarum studio deterreret, seu ne rursus instaurarent disrupta mœnia, quæ ipse vt infirmaret adversarij vires, & audaciam frangeret, latè subverterat.

Amasias occiditur. III. *Cur Amasiam fugitivum in Lachis conspiratores insecuti occiderunt*? ℞. quia graviter dolebant Solymitani cives propter regis superbiam omnino fatuam, suam sibi civitatem, quam amabant plurimùm, deformatam esse, spoliatam videlicet maximis ornamentis, atq; diviti compilatum templum, nudatam à murorum munitione civitatem, abactos obsides, deniq; civitatem, provinciarum principem quodammodo factam sub tributo. Hæc igitur considerati adegit cives patriæ amantes, vt tot malorum pœnas ab illo expeterent, cujus causa exhaustam videbant, & ab antiquo munimento nudatam civitatem.

IV. *Cur S. Matt. in Genealogia Christi omittit tres reges*, Ochoziam, Joas, & Amasiam & statim ponit, Joram genuit Oziam, qui etiam Azarias dicitur hîc v. 21. 2do autem Paral. 26. Ozias? ℞. Hujus quæstionis resolutio pertinet ad c. 1. Matthæi. Alij putant per Librariorum errorem omissos esse. Videantur Interpretes.

CAPUT XV.

Azariæ leproso succedit Joatham: Zachariæ verò Sellum, & huic Manahem, qui regnum Israel tributarium fecit regi Aßyriorum. Illi succedit Phaceia, & huic Phacee. Quo regnante Teglat-Phul-Assar magnam partem Israelitarum transtulit in Aßyrios. Phacee succedit Osee. In Juda verò mortuo Joatham succedit filius Achaz.

Ozias leprosus. Quæstio I. *Quomodo Azarias seu Ozias* FECIT IUXTA OMNIA, QUÆ FECIT AMASIAS PATER EIUS v. 3.? ℞. Uterq; initio pius ac proinde in bello felix: sed occasione victoriæ vterq; elatior factus, ille ad idola deflexit c. 14. iste vetitum sibi munus, *thymiama* ad altare incensi offerendo vsurpauit. Sed scelerum pœnas vterq; mox dedit: Ille ab hoste prostratus, hic leprâ percussus, vt habes 2. Paral. 26. vbi & victorias celeberrimas ex Philisthæis; Ammonitis & Arabibus relatas, & alia certè illustria ab eo gesta leges.

II. *Ubi sepultus Ozias*? ℞. in ciuitate Dauid v. 7. in agro regalium sepulchrorum 2. Paralip. 26. v. vlt. id est, prope quidem sepulchrum regum, sed non in communi regum sepulchro, eò quòd fuisset leprosus, quasi lepram, etiam in regio corpore, & cognato cadauere mortuorum ossa refugerent & horrerent. Quo exemplo docemur, quàm nobis fugienda sit peccatorum, quorum imaginem in leprosis intuemur, periculosa societas.

III. *Quæ scripsit Isaias de Ozia seu Azaria*? ℞. Duo inuenio eum scripsisse. Alterum c. 14. v. 18. *Ne læteris Philisthæa omnis tu: quoniam imminuta est virga percussoris tui; de radice enim colubri egredietur Regulus.* Azarias plurimis incommodis affecit Philisthæos: Unde cùm audissent illum decessisse, aut propter lepram à regni administratione fuisse depulsum, exultarunt vehementer, quia nihil jam ampliùs timendum putabant. Quibus tantò grauiora minatur Isaias ab Ezechia pronepote, quantò grauior est Reguli, quàm colubri morsus. Alterum est c. 6 v. 1.

Visio Isaiæ. *In anno quo mortuus est Ozias, vidi Dominum sedentem super montem excelsum.* Quibus verbis ostendit Isaias, quid eo tempore, in quo decessit Ozias, viderit. Sed adhuc dubium est, an spectrum illud nobile Isaiæ oblatum fuerit, quo tempore veram & naturalem mortem obijt Ozias, an quando leprâ percussus fuit, & à regno pulsus, cùm in domo vixit separata, & prorsus ab hominum congressu segregatus. Hoc posterius opinatus est Chaldæus & Abul. q. 7. quia haec à reliquo populo separatio, ciuilis quædam mors existimatur. Aliter tamen sentiunt Hieron. Orig. Cyrillus, Chrysost. causamq; reddunt, cur mortuo Ozia prophetare cœperit Isaias: nam cùm infensus esset Deus Iudæis, quòd impium & leprosum regem non omninò exturbassent ex vrbe, licet in domo viueret separata (addit Sanctius, quia non occiderunt) cùm cautum esset lege proposito capitali supplicio, ne quis exceptis sacerdotibus adoleret incensum Num. 13. & 18. noluit sua consilia per prophetas aperire populo, quem regis sacrilegi contaminasset consuetudo.

Terra motus sub Ozia. IV. *Quid sub Ozia accidit teste Amos & Zacharia*? ℞. Magnus ille terræ motus, de quo Amos c. 2. vbi dicitur hic propheta à Domino sermonem accepisse sub Ozia duobus annis ante terræ motum: Hunc verò motum fuisse vehementem colligitur ex Zachar. c. 14. v. 5. vbi fugisse dicuntur Solymitani ciues, quod non fecissent, nisi terra motu quateretur ingenti. *Fugietis*, inquit, *sicut fugistis à facie terræ motûs in diebus Oziæ.*

Terra motus quando contigit. V. *Quo tempore his terræ motus accidit*? ℞. Dicunt Hebræi, nec abnuit S. Hieron. & Cyrill. tunc contigisse, quando ausus est Ozias Rex Iuda sacerdotale sibi munus assumere; tunc enim Deus grauiter eâ regis insolentiâ commotus, non solùm auctorem ipsum sceleris fœdâ lepra per-

pr percussit, sed populum ipsum graui terræ fremitu ac tremore conturbauit, de quo 2. Paral. 26. Qualis autem fuerit, quantusq; motus iste, docuit Iosephus l. 9. Antiquit. c. 11 cùm enim dixi et sacerdotum vocibus à sacerdotali functione non fuisse deterritum audacem illum & insolentem regem, imò illis si molesti esse pergerent, mortem minaretur, addit statim: *Ecce tibi terra vehementer concutitur, fissoq; supernè templo radius solis, os regis improbum ferit, quod è vestigio leprâ contactum est.*

VI. *Quomodo impletum est, quod c. 10. dictum est Jehu vsq; ad quartam generationem in ipsius familia futuram Israelitici regni majestatem?* ℞. impletum in Zacharia, contra quem conjurauit Sellum filius Jabes, & eo sublato regnum occupauit. Nam quarto loco ex Iehu stirpe propagatus est Zacharias, quartus videlicet à Iehu.

VII. *Quomodo de Ioathan dicitur* v. 34. FECITQUE QUOD ERAT PLACITUM CORAM DOMINO JUXTA OMNIA, QUÆ FECERAT OZIAS? ℞. Laudatur hîc Ioathan pietas & religio, & similis esse dicitur Oziæ parenti, illo nimirum tempore, quando nondum perpetuus victoriarum cursus Oziam insolenter inflauerat. Nam in eo longè fuit alius à parente. Explicat alius locus 2. Paral. 27. v. 2. *Fecitq; quod rectum erat coram Domino juxta omnia, quæ fecerat Ozias pater suus, excepto, quòd non est ingressus templum Domini.* De quo est præclarum Iosephi Elogium l 9. Antiq c. 11. *Huic regi,* inquit, *nulla virtus defuit, erga Deum pio, justo erga homines, & reip. studioso.* In eo tamen non videtur religiosi principis partes expleuisse, quòd cùm populus immolaret in lucis, & montibus, illorum tamen noluit, aut non est ausus demoliri Sacra.

CAPUT XVI.

Achaz filium suum per ignem immolat idolis, euocat regem Assyriorum aduersùs reges Syriæ & Israel obsidentes Jerosolymam, mortuo succedit Ezechias.

QUæstio I. *Quomodo Achaz filium suum consecrauit transferens per ignem* v. 3? ℞. Theodoretus putat solùm afflatum leuiter, atq; ita lustratum igni fuisse, ritu Gentili, vt Virgilius 6. Æneid Ouid. in fastis l. 4. testantur. Sed verosimilius est, quod Iosephus, Hugo & Abul. tradunt, Chananæorum ritu holocaustum ab Achaz oblatum fuisse filium idolo Moloch, & totum igne absumptum fuisse, ùt & Manasses fecit infrà c. 21, v. 6. & familiare erat tum temporis teste Jeremia c. 7. v. 31. & ps. 105. v. 37. Lyran. putat præter vnum istum filium verè exustum, reliquos etiam omnes filios Achaz, piacularibus flammis, vt suprà Theodor. censebat, lustratos fuisse, quia 2. Paral. 28. v. 3. in plurali dicitur: lustrauit filios suos in igne juxta ritum gentium. *Achaz filiū suum immolat idolo.*

II. *Quæ bella gessit Achaz?* ℞. De primo ejus bello dicitur 2. Paral. 28. v. 5. tradidit eum Dominus Deus ejus in manu regis Syriæ, qui percussit, magnamq; prædam cepit de ejus imperio, & abduxit ad Damascum. Apparet collectos fuisse vtrimq; exercitus, & Syros cum Judæis in acie concurrisse, victumq; Achaz ac captum fuisse, Deo hominis impietatem hac plaga atq; ignominia vindicante. Tunc Syrus diu desideratam vrbem Ailam, ad oram sinus Arabici positam, clade victi regis Iudæ territam captiuo rege permittente, & vt videtur, suam captiuitatem redimente, recepit, Iudæos ejecit, & ibi Idumæos collocauit. Eodem anno Achaz aliam cladem accepit. Nam *manibus quoq; regis Israel traditus est, & percussus clade grandi.* Nam sequitur. *Occidit Phacee filius Romeliæ de Juda 120. millia in die vno, omnes viros bellatores.* Permisit Dominus tam immanem cladem inferri populo suo à desertoribus Israelitis, *eò quòd reliquissent* etiam ipsi *Dominum Deum patrum suorum.* Refert nominatim sacer historicus aliquos primarios viros in eo prælio desideratos. De captiuis autem hæc addit: *Ceperuntq; filij Israel de fratribus suis ducenta millia* imbellis multitudinis, *mulierum, puerorum, & puellarum, & infinitam prædam, pertuleruntq; eam in Samariam.* Qui dum abducerentur, prophetæ interuentu, egregium & memorabile facinus ab Israëlitis patratum est. Venienti enim exercitui victori occurrit Obed propheta, & de proxima in cæsos crudelitate reprehensos, deterret, ne captiuos abducant in seruitutem, metu imminentis à Deo vltionis. Non fuit irrita prophetæ oratio, remissi quippe sunt omnes captiui liberi, quibus etiam de necessario commeatu liberaliter prouisum est. *Bella Achaz*

Cùm postea iterum obsideretur Jerosolyma à Syris & Samaritanis, Achazq; cogitaret Assyrios in subsidium vocare, mittitur ad eum Isaias prohibens id facere, quod nihil sit periculi à duobus illis regibus, prædicens illorum conatus irritos fore, quin potiùs illos vt titionum extrema, breui fumum sine flamma daturos, significans vtrumq; breui periturum. Quæ cùm Achaz non crederet, vltro propheta signum illi offert, quodcumq; vellet, quod cùm ille recusaret, ratus fieri non posse, vt duo reges se viribus exhaustum, non redigerent in suam potestatem. Propheta contrà id minimè difficile Domino futurum dicit, qui aliud aliquando prodigium longè difficilius facturus sit, vt scilicet virgo illibata virginitate concipiat, pariatq; Messiam, qui

am, qui populum suum liberaturus sit ab hostibus longè peioribus, satana, morte, idololatria & omnibus peccatis suis. Non credidit Achaz, sed misit nuntios ad Theglathphalasar regem Assyriorum, qui auxilium ab eo contra hostes postularent. In quo vtiq; Deum offendit, &c.

Musach Sabbati. III. *Quod est Musach sabbati?* ℟. Significat tentorium Sabbatinum, seu theatrum regium juxta portam atrij interioris, splendidè constructum, in quo sedebat rex in Sabbatis, & alijs solemnioribus diebus, & audiebat hymnos, spectabatq; sacrificia, vt colligitur ex Ezech. 46. v. Et hoc est *tribunal*, in quo 4. Reg. 11. v. 14. Athalia vidit regem Ioas in templo stantem *juxta morem*, id est, eo loco & modo, quo reges solerent communiter in templo sedere. Portò ad theatrum istud seu tribunal regium ingressus patebat ex ipso regis palatio per intermedia atria. Achaz verò in gratiam regis Assyriorũ, qui probro sibi duxisset foris cum populo stare, musach istud conuertit in templum Domini, seu in interiùs atrium sacerdotum, juxta ipsum sanctuarium, vt nempe conspicere cominus posset omnia, etiam quæ intus in Sancto, seu Sanctuario fiebant. Jam verò promoto Musach, promoueri quoq; seu protendi debebat per transversum atrium sacerdotale, illa fabricæ pars, qua rex è suo palatio ad Musach descendebat.

CAPUT XVII.

Osee recusante condictum Assyrio pendere tributum, Salmanasar transfert reliquum Israelem in Assyrios: & Assyrij aliaq; nationes demigrant in Samariam, qui idolis ibidem & simul Deo seruiunt.

Osee fecit malum nõ sicut reges Israel. QUæstio I. *Quo sensu v. 2. de Osee dicitur fecisse malum*, SED NON SICUT REGES ISRAEL, QUI ANTE EUM FUERANT? ℟. Fuit secutus vestigia priorum regum, non tamen sic se in eorum scelera intemperanter projecit, vt illorum impietatem adæquarit. Nam cùm alij reges Israel Jeroboami secuti consilia, qui non solùm coluisset ipse, alijsq; colendos vitulos proposuisset: sed etiam custodes statuisset in viis, nequis auderet religionis gratiâ adire Jerosolymam, ipsi quoq; ad vrbem & templum aditum præclusissent; Osee tamen omnibus copiam fecit adeundæ ciuitatis & templi, & obeundi sacra, quæ jam dudum intermissa fuerant. Ita Hebræi.

Finis regni Israelitis. II. *Quis finis regni Israelitici?* ℟. Cum res Israelitica, abductis ferè quinq; tribubus admodum accisa esset, & Osee rex initio regni imparatus ab instrumentis bellicis resistendo non esset Salmanasari Regi Assyriorum, maluit se suosq; vltro dedere, & vectigales facere Assyriis, saltem ad tempus & quoad euocasset aliunde auxilia, quàm vires hostiles cum certo regni sui excidio frustra experiri. Hæc est secunda Assyriorum expeditio aduersùs Israelitas, itemq; secunda Samariæ cæterarumq; vrbium captiuitas; toto octennio posterior alterâ priore, quando ferè media incolarum pars in Assyriam abducta fuerat c. 15. Sed in hac secunda, quia vltronea deditione contigit, nulla facta fuit abductio, solùm tributa imperata, & alia quæ subditis præscribi solent. Et præstita hæc ex fide ad quinq; vel 6. annos. Postea Osee fultus auxiliis *Sua* regis Ægypti conatus est jugum & seruitutem Assyriorum excutere, sed frustra. Nam mox reuerso Salmanassare, obsessa jam tertiò Samaria, ac post triennium capta, spoliataq; fuit, & rex in compedes conjectus, & reliquæ tribus Israeliticæ *in Halam & Habor ciuitates Medorum* in perpetuum exilium abductæ sunt, & hæc est tertia & vltima captiuitas domus Israel, nouem annis posterior secundâ. Nam contigit anno 6 Ezechiæ regis Iuda, & anno 9. Osee, ex quo ipse à Salmanassare subactus, ipsiq; vectigalis, & ab eo rex Israeliticus confirmatus fuit. Stetit ergo regnum Israelis, à primo anno Ieroboami, seu à morte Salomonis usq; ad præsentem annum abducti Israelis in regionem Medorum totis 256 annis. Ab hoc, verò anno vsq; ad exustum templum, & vrbem Ierosolymitanam, quando etiam tertiò capta & in Babyloniam abducta fuit tribus Iuda, vndecimo anno regis Sedeciæ, fluxerunt anni 130. Ita Tirinus.

Causa ruinæ. III. *Quæ fuit causa tam grandis, & miserandæ ruinæ?* ℟. Recensentur hìc à v. 7. vsq; ad 24 peccata grauissima, quæ populus ille, ex quo DEI populus esse cœpit, certo, notoq; charactere consignatus, officiis cumulatus innumeris admisit. Quæ licet ex suo genere grauia non forent, tamen cùm tot antecessissent beneficia, tam illustria humanitatis paternæ argumenta, quorum obliuisci non debuissent, digna videbantur, quæ Dominus tam acerbo casu ac vulnere mulctaret.

Turris custodum. IV. *Quæ est turris custodum* v. 9.? ℟. Non speculatoria militum, sed rustica pastorum vel agricolarum, ad quam, seu hostibus, seu imbribus ingruentibus, haberent paratum & familiare refugium. Alio nomine castella vocant: & sunt rusticanæ villæ horreis & stabulis instructæ. Tales enim ipsis turres complures & castella exstruxit Ozias rex Iuda 2. Paral. 26. v. 10. Hæ turres ciuitatibus munitis ac frequentibus in scriptura opponi solent: & prouerbiali phrasi, cùm omne habitationum genus Hebræi complecti volunt, *turres custodum* cum ciuitatibus munitis conjungunt, vt videre est c. seq. v. 8. & aliis locis.

CAPUT

CAPUT XVIII.

Ezechias dissipat idolorum delubra; æneum Moysis serpentem confrin- gt: vincit Idumæos, jugum Assyriorum excutit: qui mox ingenti exerci- tu accurrunt Ierosolymam, multis probris in Ezechiam & blasphemijs Deum jactatis.

QUæstio I. *Quomodo cum veritate dicitur* v. 5. POST EZECHIAM NON FUIT SIMILIS EI DE CUNCTIS REGIBUS IUDA, SED NEQUE IN HIS QUI ANTE EUM FUE- RUNT? ℟. Verè & propriè dicitur: nam licet Dauid sanctitate præcelluerit, vt est communis opinio, morum tamen innocentia non præcelluit, propter adulterium, ho- micidia &c. In aliquo etiam deliquit Josias, in quo Ezechias non deliquit, vt quòd bello non necessario aduersùs regem Ægypti sese implicuerit, & se & suos perdiderit. In pluribus quoq; Ezechias cessit Josiæ, vt cùm se vectigalem & tributarium fecit hîc v. 14. Regi Assyriorum, cum ex jactantia 2. Paral. 32 v. 21. Legatis Babylonici regis suos ostentauit thesauros &c. Itaq; æqualitas sanctitatis inter hos tres hîc non negatur, sed sola similitudo morum gestorumq; qui- bus sanctitatem nacti vel promeriti fuerunt, propter diuersos modos, occasiones & tempora, in quibus suam singuli probarunt vel patientiam, vel magnanimitatem vel zelum, vel fortitu- dinem, vel morum innocentiam. Simili prorsus modo Ecclesia de singulis confessoribus Pon- tificibus canit: *non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi.* Quia singuli habuerunt aliquid peculiare, quòd non inueniretur in alijs. *Ezechias præfertur alijs regibus*

II. *Quomodo Ezechias rebellauit contra Regem Assyriorum* v. 7.? ℟. Jam à tempore Achaz patris Ezechiæ dediderant se Judæi Assyriis, vt patet ex 4 Reg. 16. v. 7. vnde vsq; ad hoc tempus Ezechias subditus illis & tributarius fuerat: sed jam vrgenti Assyrio, vt consuetum tributum penderet, negabat Ezechias, bellumq; ni faxit minanti, resistere, & bellum bello propulsare pa- rabat. Nam, vt habet infra c. 20 v. 20. & 2. Paral. 32. & Ecclesiast. 48. muros vrbis instau- rauit, militem vndiq; euocauit, & ad Assyriorum impetus retardandos *obturauit capita fonti- um*, & perfossa rupe riuum Gihon ita detorsit, vt aquæ illius, quæ extra vrbis Ierosolymæ ri- uos latè vagabantur, & obsidentibus maximè visui futuræ erant, omnes in vrbem cogerentur, & obsessis seruirent. Sed breui conciderunt tanti animi, Nam vt primùm sensit Assyrium ty- rannum ferro flammaq; viciniam vastare, non ausus aleam belli expectare, misit obuiàm in vrbem Lachis legatos, qui nomine ejus sponderent vltroneam subjectionem, & tributi quan- tumcumq; imperaret, pensitationem. Quin & imperanti submisit statim *trecenta talenta ar- genti, & 30 auri.* Neq; tamen hac via quidquam profecit. Nam tyrannus etiam accepto tri- buto, nihilo moderatiùs aut mitiùs se gessit, quàm si repudiatus, aut hostiliter rejectus fuisset. *Ezechias rebellauit contra regem Assyriorum.*

CAPUT XIX.

Ezechia Rege & Isaia propheta Domino supplicantibus Angelus occi- dit 18500 Assyriorum. Quare fugiens Sennacherib à proprijs filijs in templo idoli sui obtruncatur.

QUæstio I. *Quem spiritum dicit se DEus missurum in Sennacherib.* v. 7.? ℟. ex vsu scri- pturæ spiritus vocatur quicumq; motus, impulsio, affectio animi, cogitatio, suspicio, metus & similia. Deinde solet DEus immisso spiritu, id est, affectu aliquo, aut pulsu, cogitatione aut metu, cujus causam aut auctorem homines ignorant, deterrere homi- nes, aut confirmare, addere, seu adimere vires & audaciam. De audacia atq; animositate vnus Samson exemplo esse potest, in quem toties contra Philisthæos irruit Spiritus Domini. De me- tu & consternatione animi habemus exemplum 4 Reg. 7. in obsidione Samariæ, quando so- nitu quasi equorum & curruum perterruit Syros, & spoliatos suis ornamentis in fugam con- uertit. Et talem pauorem minatur DEus populo, si legis minùs fuerit obsequens Leu. 26. *fu- gietis nemine persequente.* Illud notabile Exod. 34. Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis Dei Israel: cùm enim tulero gentes à facie tua, & dilatauero terminos tuos, nullus insidiabitur terræ ascendente te, & apparente in conspectu Domini DEI tui ter in anno. Eo nimirum tempore, quo filij Israel juxta legem adoraturi ad templum ascendebant, eum spiritum seu cogitationem afflabat Dominus vicinis populis, vt cùm scirent Hebræorum ciuitates nudatas esse virorum præsidio, solumq; ibi esse imbellem fœminarum sexum, numquam tamen cogitarunt ciuitates illas bello esse tentandas. Sic ergo DEus spiritum misit timoris aut alterius affectus in Assyrios, quo obsidionem laxarent. *Spiritus missus in Sennacherib.*

II. *Quis dies tribulationis, & increpationis & blasphemiæ* v. 3.? ℟. S. Hieron. in Isai- am tribulationem accommodat populo, cui ab Assyrijs graue impendebat infortunium; corre-

 ptionem

ptionem DEo; qui id agit incusso metu, aut inflicta plaga, vt populus ad meliorem mentem redeat, blasphemiam Sennacherib, qui se quiduis posse, superbè jactat atq; frustra à DEo sperandum esse auxilium.

Jerusalem Virgo filia Sion.

III. *Quomodo Jerusalem dicitur* VIRGO FILIA SION v. 21.? ℟. Non quia idola non coluerit, vt vult Hieron. Haymo, Lyra cum Glossa ordinaria super Isaiam, tum quia reuera idola coluit, & gentilicas sordes in templum inuexit sub Achaz, tum etiam quia regiones aliæ, quæ impensè idolorum cultui studuerunt, eodem modo filiæ virgines appellantur. Sic vocatur Babylon Isa. 43. Sidon c. 23. Ægyptus c. 46. sed dicitur virgo, quia ad illud vsq; tempus Jerusalem numquam expugnata fuerat, neq; violata ab hostibus: neq;, ex quo in Hebræorum potestatem venit, vnquam passa fuerat alienum torum, id est, alienarum gentium jugum subierat. Quam etiam ob causam puto filiam etiam virginem vocari Babylonem, Sidonem & Ægyptum, quia nihil graue ad Isaiæ tempora pertulerant. Nec obest quòd etiam post Chaldæorum direptionem vocetur virgo Jerusalem Thren. 1. v. 15. & Thren. 2. v. 13. Nam ex usu scripturæ res solent retinere nomen, quod proximè habuerunt. Sic Simon *leprosus* dicitur, etiam postquam à lepra curatus est; & cæci dicuntur videre, & claudi ambulare, quia paulò ante cæci & claudi fuerant.

Præscientia DEi.

IV. *Quis sensus verborum* v. 27. HABITACULUM TUUM, ET EGRESSUM TUUM ET INTROITUM TUUM EGO PRÆSCIUI &c.? ℟. Id est, quæcumq; molitus es hactenus siue in intimis regiæ tuæ penetralibus, siue in eductione copiarum, siue in expugnatione vrbium, omnia à me præcognita, à me permissa, pleraq; & à me prædecreta sunt: nec sine me potuisses mouere vel manum, vel pedem. At tu tuis omnia viribus insigni superbia adscribis: quin & stupendo furore & bruta insania meam ausus es blasphemare potentiam. Ego quoq; te instar bruti tractabo, & naribus hamum, ceu bubalo infigam & ori blasphemo frœnum injiciam neq; te patiar ad ulteriores triumphos, vt ardes, prouehi, sed in infamem fugam, in tristem cladem, in horrendam mortem te cogam. Ita S. Hieron. Abul. Vatablus & Lyranus

Signum datum Ezechiæ

V. *Quale signum datum Ezechiæ* v. 29. TIBI AUTEM EZECHIA HOC ERIT SIGNUM &c.? ℟. Omnia quæ jam dixi à me profecta fuisse, ac prædispositа: meoq; vnius mutu ac potentiâ abactum è Judæa tyrannum Sennacherib, hoc tibi manifestum signum erit, quòd licet jam tyrannus immensis copiis suis segetes omnes protriuerit, arboresq; vitesq; pene totius regionis tuæ succiderit, neq; spes hoc anno videatur alicujus messis, aut vindemiæ: insequens quoq; annus, eò quòd sabbathicus sit, non permittat aut serere aut metere, tamen reipsa deprehendes, nihil tibi tuisq; defuturum: sed benedicente & multiplicante me colliges etiam hujus anni reliquum ex relictis stipulis & truncis, proximo verò anno sabbathico ex deciduis granis tantam copiam frumenti, vuarum & pomorum, vt abundè sufficiat omnibus toto regno alendis vsq; ad tertij anni messem & vindemiam. Quod certè miraculum esse euidentissimum nemo negarit.

Radices deorsum mittere.

VI. *Quis sensus* v. 30. ET QUODCUMQUE RELIQUUM FUERIT DE DOMO JUDA, MITTET RADICEM DEORSUM &c. ℟. Id est. Erunt reliquiæ Jerusalem adeo felices, vt crescant, roborenturq; non aliter, atq; plantæ, quæ altas radices deorsum agunt, & sublimes sursum ramos expandunt. Hæ autem plantæ communiter fructuosæ sunt, & altis nixæ radicibus facile ventis & temporis injurijs resistunt. Secùs est alijs plantis, quibus horum vtrumlibet defuerit. Nam si radices non agunt altas, quantumuis sursum se sublimes attollant, neq; fortes sunt, neq; diuturnæ.

VII. *Quando acciderunt, quæ narrantur* v. 35. VENIT ANGELUS DOMINI ET PERCUSSIT IN CASTRIS ASSYRIORUM &c.? ℟. Biennio aut eo circiter, post istud vaticinium, id est, post longam illam moram, quam posuit Assyrius in subjuganda Ægypto & Æthiopia: nempe postquam vno anno comedit populus, quæ sponte nascuntur, & altero victitauit pomis. Narrantur autem hîc à propheta, vt ostendat, quemadmodum fidem habuerint, quæ prædicta sunt, sicut paulò antè cùm dixisset Dominus, daturum se spiritum vtiq; timoris Assyrijs, & audiendum nuntium, statim subjecit, audiuisse nuntium de bellico Æthiopum apparatu, & ita statim auertisse exercitum à Judæa.

Sennacherib percussus à filijs.

VIII. *Cur filij percusserunt Sennacherib*? ℟. Rabbi Salomon putat, quòd Sennacherib timens suorum odia, qui grauiter ferebant filios & amicos extinctos, vt eorum placaret animos, ac manus effugeret, promisit Deo suo suorum filiorum victimam, quòd cùm filij fuissent odorati, præuertunt parentis consilia, ipsiusq; cædem maturè præoccupauerunt.

IX. *Quamdiu vixit Sennacherib in Niniue post cladem diuinitus acceptam?* ℟. Non constat, sed vixisse aliquos dies non paucos, verisimile est c. 1. Tobiæ, vbi traditur reuersum è Judæa vexasse vehementer Judæos, & eorum plurimos occidisse, ita vt Tobias bonis suis spoliatus à Rege cum vxore aufugerit. Ab hac autem fuga post 40. dies Sennacherib dicitur obtruncatus à filijs.

Sennacherib non percussus ab Angelo.

X. *Cur Sennacherib cum alijs non fuit percussus ab Angelo prope Jerusalem*? ℟. S. Hieron. ideo fuisse seruatum, vt cognosceret potentiam DEi, contra quam superbè atq; impiè fuerat lo-

r locutus. Addit Sanctius, vt ignominiam subiret fugæ tum in suis, tum in aliorum regnis, quæ victor non multò antè lustrauerat. Quæ superbo regi multò acerbior erat ipsa morte. Deinde sicut Pharao extremus omnium perijt, vt sui regni plagas, & primogenitorum mortem prius videret, & Sedechiæ non priùs effossi sunt oculi, quàm filiorum cædem aspexit, sic neq; Assyrio regi vita erepta priùs est, quàm cædem suorum, quàm regni perturbationem & lacrymas, quàm suorum motus contra se incitatos spectare contigit. Accedit, quòd mortem perpessus sit illatam à filijs, quo quid acerbius? non ergo euasit Angeli gladium, vt mortem declinaret, sed vt duriùs atq; ignominiosiùs periret.

XI. *Cur in Judæa, & non in Ægypto aut Assyria diuinitus casus est exercitus Sennacherib?* R. Ne ea victoria Dijs eorum tribueretur, & non Deo, suas, populiq; sui injurias vlciscenti. Oportebat quoq; reparari clades ab Assyrijs in Judæa acceptas, & sacrilegam de ore leonis excuti prædam, nec tantas diuitias populo DEi perire: vnde extiterunt ingentes illæ diuitiæ, quas postmodum imprudenter bonus Ezechias ostentauit. Deniq; par fuit laudari Deum à populo Judæ, de nobilissimo miraculo, in sui gratiam perpetrato. Itaq; non missis per densa tonitrua fulminibus perdidit Dominus hostem suum, ac ne pestilentiâ quidem, ne præda periret incendio, aut inficeretur, sed conseruaretur Judæis. Certè sine strepitu & tumultu rem factam apparet, Angelo corda eorum aut fauces elidente. Non enim surrexissent diluculo quasi cladis ignari, sed clamoribus pereuntium excitati omnes, vt olim in Ægypto, quasi lymphati discurrissent, aut fugam patriam versùs iniuissent.

CAPUT XX.

Ægrotanti Ezechiæ Isaias mortem denuntiat. Sed precibus ille vitam ad alios 15. annos impetrat, accepto signo per umbræ solis regressum ad 10. lineas. Babylonijs verò de recuperata valetudine congratulatum missis omnes suos thesauros ostendit; sed ab Isaia audit, eos omnes in Babylonam deuehendos. Mortuo succedit impius Manasses.

QUæstio I. *Quo tempore ægrotauit Ezechias?* R. Cùm primùm perculsus Sennacherib nuntio de Æthiopum adventu contra illos castra convertit. Id probat Abul. q. 2. quia vt liquet 2. Paral. 29. regnauit Ezechias annos 29. Deinde habemus Isa. c. 26. venisse Sennacherib in Judæam anno 14. regni Ezechiæ: vixit autem Ezechias post morbum 15. annos. Ergo necesse est vt paulò post adventum Sennacherib, id est, decimo 4to regni sui anno, morbo illo laborarit, neq; enim aliter 29. anni compleri aut definiri possunt. Nec obest, quòd priùs narretur strages exercitus Assyrij, quia per prolepsim claritatis gratiâ, plurima ante suum tempus commemorari solent. Et hic peculiaris est ratio, vt ostendatur impletum esse, quod à Domino fuerat prædictum. *Ezechias quando ægrotauit.*

II. *Quomodo vera fuit prophetia*, MORIERIS ET NON VIVES, *cùm reuera rex tunc non esset moriturus?* R. Verum fuisse prius oraculum, & juxta id quod causæ secundæ exigebant, reuera fuisse moriturum, nisi preces & lacrymæ interuenissent, quibus præuisis Deus à principio statuit vim morbi hujus infringere, & vitam ad annos 15. propagare.

III. *An ficorum cataplasma vi naturali potuerit afferre Ezechiæ sanitatem?* R. Aliqui putant, ficus potiùs vlceri potuisse obesse, adhibitas tamen esse, vt magis appareret DEi potentia, qui rebus interdum noxijs aut contrarijs medicinam facit. Sic Elias l. 3. c. 18. vt constaret sacrificium in flammari diuinitus, illud aquâ abundanter aspersit, quæ ignem non aduocat, aut fouet, sed potiùs exstinguit. Helisæus vt aquas amaras & steriles dulces redderet & potabiles, salem in illas immisit 4. Reg. 2. cùm tamen sal sterilitatem & amaritiem inducat. Ast hæc materia ad Medicos pertinet. Vide Vallesium in sacra Philosophia c. 39. Fuit tamen supra naturæ et medicinæ vires, quòd tam breui spatio, rex à morbo secundùm naturæ cursum lethali, non modò conualuerit, sed & tanto robori redditus sit, vt tertio pòst die in templum se conferret. *Ezechias sanatur.*

V. *An in horologio Achaz sola vmbra retrocessit?* R. ita censent Vatablus & alij, sed communis est SS. Patrum sententia, etiam solem ipsum retroactum fuisse & consequenter prodigium toti orbi patuisse. Probatur ex Isaiæ c. 38. v. 8. vbi expressè dicitur: *Reuersus est sol decem lineis per gradus quos ascenderat.* Et Ecclesiast. 48. *In diebus ipsius retrò rediit sol.* Et cur alioqui 2. Paral. 32. v. 31. è Babylone submissi legati inquirerent de hoc portento, si istud umbrale tantùm, nec nisi Jerosolymis in vnico regis horologio spectatum fuisset. *Sol recessit*

VI. *An solus sol, an verò etiam reliqua astra & cœli retrocesserint?* R. simul omnia retrocessisse, sicut Josue 10. simul omnia steterunt. Nam alioqui, majori nec necessario miraculo totus cælorum ordo perturbatus fuisset, ita Abul. & Dionysius. *& Astra.*

CAPUT XXI.

Propter abominanda scelera Manassis prædicit Deus se Judam quoq; ac Jerusalem deleturum. Mortuo succedit Amon. Cui à seruis occiso succedit Josias.

Manassis scelera.

QUæstio I. *Quæ scelera patrauit Manasses?* ℞. Excitauit excelsa, extruxit aras peregrinis Dijs, & imitatus Achab, qui Sidoniam religionem invexit, plantauit lucos, & cæli militiam adorauit. &, quod impietatis videri poterat culmus, in ipso templo, cujus erat summa eo tempore religio, & sanctitas, Gentilium simulacris statuit altaria; & ejus generis ausus est alia, quæ Dominus fieri graui comminatione prohibuerat. Traduxit etiam per ignem filium, sicut fecerat auus ejus Achaz: Pythones & aruspices multiplicauit, atq; consuluit, obseruauit auguria.

II. *Quis sensus verborum* v. 13. ET EXTENDAM SUPER JERUSALEM FUNICULUM SAMARIÆ ET PONDUS DOMUS ACHAB? ℞. Eamdem mensuram, idem genus pœnæ. Sicut enim eadem fuerunt vitia Samariæ, seu 10. tribuum Israelis, & Jerusalem seu tribus Judæ & Benjaminæ, idcirco idem etiam vtrisq; exitium minatur. Metaphora desumpta à fabris vtentibus perpendiculo, seu filo quod extenditur pondere plumbeo, vt juxta normam & mensuram ædificent vel restaurent. ita Cajet.

Deletio Jerusalem.

III. *Quid significatur verbis illis*: ET DELEBO JERUSALEM, SICUT DELERI SOLENT TABULÆ: ET DELENS VERTAM ET DUCAM CREBRIUS STYLUM SUPER FACIEM EJUS? ℞. Est metaphora desumpta à ceratis tabulis. Solet enim stylus, qui olim pro calamo erat, vna parte acutus esse, & notas in cerata tabula exarare: altera verò parte obtusior & latior, qua si scripta minus probarentur, subitò delebantur, complanatâ cerâ, vt rursus nouæ notæ vel imagines induci possent, Quod sanè accidit in hac Jerosolymæ vastatione, in quam hostilis primùm inductus est stylus, quando Babylonius rex captiuum inde Manassen regem cum magna nobilitatis parte in carcerem Babylonicum adduxit 2. Paral. 33. v. 11. *2dò* quando Pharao Nechao, occiso Josia rege, regem Joachaz in Ægyptum misit exulatum. *3tiò* & *4tò* quando Nabuchodonosor nunc Joakimum subjugauit, nunc Joachimum ejus filium & successorem in Babylonem abduxit cum alijs 10 millibus nobilium & militum, & octo millibus opificum captiuis. *5tò* quidquid reliquum fuerat, erasit funditus idem Nabuchodonosor anno vndecimo Sedeciæ, quando & vrbem & templum exussit, & incolas omnes in Chaldæam captos transmisit.

IV. *Quomodo aliæ versiones verba q. 3tia posita legunt?* ℞. LXX. legunt: *& extergam Jerusalem, sicut extergitur alabastrum, quando abstergitur, & conuertitur super faciem suam.* Chaldæus: *Sicut conterit laguncułam conterens, & vertens super faciem ejus.* Tigurina: *Detergam Jerusalem, quemadmodum quis patinam detergit, & eam vertit.* Juxta quas versiones hic est sensus. Sicut quis lagenam antè plenam vino, aut alio quouis vnguento, aut alabastrum seu pyxidem vnguentariam aut certè patinam sic extergit, vt nihil omnino remaneat eorum, quibus erant antea plena; sic ego abstergam Jerusalem ab omnibus, quibus affluentissimè priùs abundabat, & ita exhauriam, vt nihil præter saxa habuisse videatur.

Clementia DEi.

V. *Quis sensus* v. 14. DIMITTAM VERO RELIQUIAS HÆREDITATIS MEÆ, ET TRADAM EAS IN MANUS INIMICORUM EIUS? ℞. aliqui putant Deum omnino dimisisse & abjecisse reliquias hæreditatis suæ, id est, duas tribus, quæ reliquæ fuerant, postquam 10 alias abduxerunt Assyrij. Tam autem hæ, quàm illæ hæreditas potuerunt appellari DEI. Alij hîc agnoscunt clementiam Dei, ita vt delere omnino noluerit populum suum, sed bonam illius partem superstitem reliquerit, quæ seruilem operam præstaret Babylonijs, & genus propagaret Judaicum, quod ad paucos redactum interijsse videbatur, susceptis in captiuitate liberis, qui tanti populi implerent ruinas, & ad spem majorem gentem abjectam & pene exanimatam erigerent. Id quod sub hæc tempora cecinit Isaias c. 1. v. 9. & retulit Paulus Rom. 9. v. 29. *Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gommorrha similes essemus.*

Manasses.

VI. *Quis deniq; fuit Manasses?* ℞. Salianus illum vocat virum, in quo insignis DEi misericordia, cum singulari hominis impietate certauit, quæ & immania scelerum portenta perpetrantem patienter tulit, & paterno castigatum flagello emendavit, qui hominem illum in viam & spem æternæ felicitatis reduxit, qui tam multis & verbis & exemplis, aditum ad æternam calamitatem patefecit. Qui illum incolumem illi regno restituit, propter cujus peccata illud ipsum regnum incredibili vastitate desolatum est, itaq; desolatum, vt numquam in pristinam dignitatem sit restitutum. Qui etiam oblationes iterum in suo templo recepit, propter cujus sacrilega sacrificia, & profanam idolomaniam ibi exercitam, illud ipsum templum cædibus & flagitijs contaminatum, flammis incensum, & solo æquatum est. Peccatis enim Manassis scriptura non semel tribuit, quæ à Nabuchodonosore, filiorum Josiæ temporibus, Judæorum

reip.

rei, luctuosissima contigerunt. *Dormiuit ergo Manasses cum patribus suis*, Anno ætatis 67. *& sepultus est in horto domus suæ in horto Oza.* In quo mox conditus legitur Amon filius ejus. Dicitur autem hortus palatij hortus Ozæ, fortè quòd ab antiquo ille hortus Ozæ fuisset, qui percussus est in translatione Arcæ Domini, vbi Manasses sibi suisq; proprium excitauit Mausoleum: ideoq; in sepulchris regum Juda non fuit sepultus. Nec probandus videtur Abulensis, qui illi negatum dicat à populo, propter priora scelera. Nam cùm adesset filius ejus 22. annorum, regniq; successor, mirum esset valde populum de corpore defuncti regis, pro arbitrio statuere potuisse.

CAPUT XXII.

Josias diuinum cultum instaurat. Reperto fortè libro Deuteronomij, prædictis in eo pœnis & minis territus, ex prophetide audit, ipsius tempore mala illa super Judam inductum non iri, sed eo defuncto omnia certò obuentura.

QUæstio I. *Quæ fecit Josias?* ℞. Excelsa sustulit, lucos excidit, simulacra confregit, & quicquid sculptili opere excusum atq; conflatum fuerat. Et execratus tam vana idolorum portenta, quàm illorum, qui illa aut conflauerunt, aut coluerunt insaniam, vt ostenderet ea, quibus delusa gentilitas honores impendit diuinos, nihil habuisse majus aut honestius, quàm ossa grauiter olentia, ac putrida membra, confracta simulacra in illorum tumulos per ludibrium conjecit, in quibus illa clausa computruerant. Et vbi idolorum sacrificuli victimas immolauêre nefarias, illorum ossa ignominiosè combusta redegit in cineres: vt altaria, quæ priùs in idolorum cultum sanguine victimarum imbuerant, suis postea cineribus inuiti polluerent. Hoc modo religiosus princeps expiauit Jerusalem & Judam, quæ suo fuerant imperio, vt legimus 2 Paral. 34. v. 6. Quodcumq; in terra Ephraim, Manasse, Simeon & Nephthali religionis gentilicæ monumentum aut instrumentum inuenit, illud prorsus dissipauit ac perdidit. Cumq; in vniuersa terra Israel, nullum sacrarium, nulla deniq; gentilicæ dementiæ vestigia reliquisset, Jerosolymam redijt, vt cætera, quæ ad religiosum cultum compoli posse videbantur, præsens ipse perficeret. *Iosiæ facta.*

II. *Vbi liber legis, vt putatur Deuteronomij, inuentus?* ℞. Non constat, nec ex scriptura aliud habemus, quàm repertum à Sacerdote Helcia, cùm efferret pecuniam, quæ in templo fuerat oblata, ex quibus infert Abul. q. 11. in arcis, ubi pecunia seruabatur, latuisse librum. Quod etiam Josephus putat l. 10. c. 5. Pontifex, inquit, dum promit aurum, fortè incidit in sacros libros Moysis in templo repositos, eos prolatos dedit scribæ Saphani, qui cùm perlegisset eos, Regem adiit. S. Chrysost. hom. 9. in cap. 2. Matt. defossum fuisse dicit in quodam loco ac pene deletum. *Liber legis inuentus.*

III. *Cur Josias scidit vestimenta auditis verbis legis?* ℞ quia aliquid nouum audiuerat, & horribile, quod occultauerat pater Amon, qui nihil curabat minùs, quàm de vera legis obseruantia. Legit opinor, quod traditum est Deut. c. 28. aut si aliquid præter Deuteronomium inuentum est, caput Leuitici 26. Cùm autem grauem ex illius libri lectione concepisset dolorem & metum, cùm spretum videret aut ignoratum id, quod à DEo præceptum esset tam seuè, disrupit, quod in affectu fieri soleret ab Hebræis, vestimenta sua, & qua ratione sua patrumq;, ac populi peccata expiari possent, & placari DEus, quem offensum putabat, à prophetis discere, & à Domino voluit, quod negotium viris maximæ auctoritatis & fidei commendauit. *Iosias scidit vestimenta.*

IV. *Quomodo de Josia dicitur*, v. 19. COLLIGERIS AD SEPULCHRUM TUUM IN PACE, *cùm tamen vulneratus occubuerit?* ℞ Pax hoc loco non est priuata & propria regis, nam vtique non decessit in pace, id est, pacificam mortem obiit, quæ talis tunc dicitur, cùm à senectute vel morbo non à violentia prouenit extrinsecus allata. Est autem pax regni totius, quod non turbabatur bellis, quo tempore decessit Josias. Atq; ideo, quod in bello, & tumultu fieri non solet, cum regia pompa, planctuq; solemni sepultus est: qualem pauci in ea regione consecuti sunt. Decessit itaq; Josias à sagitta trajectus, in pace tamen regni, quam statim, atq; ille functus est vitâ, potentissimorum regum arma turbarent. Quam explicationem probat, quod 2 Paral. 34. v. 28. legimus: *infereris in sepulchrum tuum in pace, nec videbunt oculi tui omne malum, quod ego introducturus sum super locum istum, & super habitatores ejus.* *Iosias collectus in pace*

CAPUT

CAPUT XXIII.

Josias innouat fœdus Deum inter & populum: Pascha celebrat maxima solemnitate, à rege Ægypti in Mageddo vulneratur. Mortuo substituit populus Joachaz filium natu minorem, sed Pharao eum captiuum ducit in Ægyptum, regno Iuda tradito seniori filio Eliacim, quem Joakim nominauit.

Iosias stetit in gradu.

QUæstio I. *Quis gradus, in quo stetit Josias* v. 3. ℞ 2. Paral. 34. v. 31. dicitur stetisse in tribunali suo, quod vt dixi c. 16. vocabatur *Musach Sabbathi*: quod ex interiori sacerdotum atrio, in quod Achaz illud inuexerat, ad exterius atrium jubente Ezechia jam reductum erat in locum stationis regis ordinarium.

Ædiculæ effœminatorũ

II. *Quæ erant ædiculæ effœminatorum in domo Domini?* ℞ eò usq; progressa fuerat regum impietas, & sacerdotum incuria, vt in ipso etiam templo quæstum facerent prostituti corporis non solùm meretrices, sed etiam meritorij pueri, idq; in lustris seu lupanaribus, in quibus execrabiles illæ merces prostarent venales, quod etiam accidit alijs temporibus 2 Machab 6. v. 4. & c. 4. v. 12. Neq; in eo obscœno quæstu quidquam intererat inter templum Veneris aut Cybeles.

Luci juxta aras idolorum.

III. *Luci cur juxta idolorum aras?* ℞ ideo gentes in Lucis & inter condensas arbores excitarunt altaria, & suas ibi victimas immolarunt, aut aliud sacrificiorum genus obierunt, vt postquam indulsissent ventri, Dijsq; genialibus, veneri se, aut turpiori traderent intemperantiæ, facile ad condensas arbores, lucorumq; obscuras vmbras, tamquam ad occulta, & ideo opportuna magis libidinum diuerticula transirent. Quod ne fieret, cauit seuerè Dominus Deut 16. v. 21. *Non plantabis lucum, & omnem arborem juxta altare Domini Dei tui.*

IV. *Quas domunculas luci mulieres texebant pro effœminatis?* ℞ Turpitudini eorum in loco sacratissimo saltem ad speciem, & ne in oculorum honestorum incurreret, texebant meretrices seu ex filis, seu ex ramis opertoria quædam instar tentoriorum vel domuncularum syluestrium, vt in templo lucum aut syluam, si non natiuam, saltem factitiam haberent, ad sua scelera quadamtenùs tegenda.

Sacerdotes excelsorum.

V. *Quid sacerdotibus Excelsorum v. 9. non erat permissum?* ℞. ijs qui ex posteris Aaron impuris sacris operam aliquando dederant *in excelsis*, jam conversis permittebatur ascendere *ad altare Domini in Jerusalem*, nempe ad sacrificandum. Ne tamen omnibus vitæ necessarijs destituerentur, permissum fuit, vt *in medio fratrum suorum*, id est, inter reliquos Aaronis posteros *comederent azyma.* Synecdochicè species pro genere, q. d. participes essent omnium eorum, quibus alij sacerdotes vesci poterant. Simile habes Ezech. 44. v. 10. de Leuitis, qui in Bethel aureis vitulis sacrificârant.

Sacrificium Moloch.

VI. *Quale erat sacrificium Moloch* v. 10.? ℞. Idolum hoc erat Ammonitarum, idem quod Melech, id est rex, quia erat forma regis. Huic idolo Judæi per fœdam mollitiem semen humanum per abominabilem idololatriam filios suos filiasq; in holocaustum viuas offerebant. Siquidem cauæ æneæ statuæ, sed intus ab igne substructo candenti pueros in manus dabant, sacerdotibus interim psallentibus altissima voce, tubisq; tympanisq; (vnde & loco nomen *Topheth*, id est, *tympanum* hîc & Isaiæ 30. v. ult.) perstrepentibus, ne miserorum puellorum ejulatus audiri posset à parentibus vel affinibus, quibus persuadebant, infantes hac via à Dijs ad æthera rapi. Porrò *Topheth* istud, & infernalis carnificina erat in *Ge-Ennon*, id est, *valle Ennon* veteris cujusdam Jebusæi, quæ pars est vallis Cedron Unde gehenna nomen desumptum ad infernum designandum: Nam crudelis illa laniena, & horrendum incendium typus erat tormentorum infernalium. ita S. Hieron. Abul. & alij.

Equi soli sacri.

VII. *Quos equos abstulit Josias* v 11. *& publicis vsibus reddidit?* ℞. Persarum Deo *Soli* à regibus Juda deuotos. Sicut enim tauri Joui, sic equi *soli* à profanis immolabantur, & in sacrificio flammis immolabantur, testibus Strabone l. 15. & Ouidio l. 1. Fast. Hi equi stabulabantur tantisper in *Pharurim*, quod Pagninus vertit in Suburbanis, juxta *exedram Nathanmelech*, id est, juxta aulam publicis concurrentium ad Deum solem colendum consessibus destinatam, cujus curam habebat eunuchus iste seu minister aulicus *Nathan-melech*, & præerat tum curribus tum equis Soli sacris.

Sacerdotes super altaria occisi.

VIII. *Quomodo intelligendus* v. 20. UNIVERSOS SACERDOTES EXCELSORUM, QUI ERANT IBI (in Samaria) OCCIDIT SUPER ALTARIA? ℞. Hinc patet post abductas 10. tribus in Assyriam, remansisse nihilominus, aut certè ex latebris reuertisse in Samariam & Bethel plures ex genere Israelitico cum suis sacerdotibus & sacrificulis, quos hîc Josias ferro jugulatos loco brutarum victimarum in suismet profanis altaribus immolauit. Deinde Josiam collapso jam Assyrio imperio, Samariam, Bethel, & alias antea Israelitarum vrbes, seu vi, seu vltronea deditione redegisse in suam potestatem: neq; enim aliàs potuisset tam liberè in illas vrbes sævire.

IX.

IX. *Quod est Phase de quo* v. 22. dicitur: NEC FACTUM EST PHASE TALE A DIEBUS JUDICUM.? ℞. Non est hîc sermo de immolatione solius Agni Paschalis 14. lunâ ad vesperam. Nam certum est, abductis jam in Assyriam 10. tribubus, pro ratione capitum tum Jerosolymæ præsentium, longè tenuiorem fuisse, multoq; minori numero agnorum Paschalium immolationem, quàm fuerit omnibus anteactis tot sæculorum annis, cùm omnes 12. tribus ad illius agni immolationem concurrerent, sed Phase hîc vocatur illa omnis hostiarum copia, quæ totis 7. azymorum diebus offerebantur Deo, & pleræq; spontanea & libera oblatione. Uti hoc anno Josias obtulit pecorum triginta millia, & alij Principes pro rata, vt habes 2. Paral. 35. Ex quo loco elucidatur istud Joan. 18. v. 28. *Ipsi principes sacerdotum non introierunt in prætorium Pilati gentilis hominis, vt non contaminarentur, sed vt mandicarent pascha*, id est, sacrificia, quæ 7. illis azymorum diebus immolabantur: nam agnum paschalem jam pridie comederant, vt est communis sententia. *Phase.*

X. *Quomodo hæc profana & detestabilis idololatriæ suppellex*, Baalis, Luci, militiæ cæli, ædiculæ effœminatorum, altaria tectorum & Manassis, solis equi & currus, aliaq; id genus in templo Domini & reliqua vrbe, post Manassis pœnitentiam & longinquum regni tempus, inveniri potuerint, cùm hæc ipsa ferme à Manasse sublata legantur 2. Paral. 33. v 15.? ℞. Hæc omnia aut maximam certè partem, ab Amone filio ejus intra biennium restituta fuisse, eademq; conseruata forte & amplificata fuisse primis annis Josiæ, quibus propter pueritiam, magis impietatem ignorare & improbare poterat, quàm impedire. Altaria porrò Manassis relicta fuerunt, fortasse disturbata atq; semiruta, quæ nulli essent usui ad cultum idolorum; eam tamen suæ impietatis, ad jugem animi dolorem, non paterentur oblivisci: & monerent posteros, ne facerent ea, quæ ipsimet fabricatores eorum euertissent. Quæ tamen euersæ idololatriæ monimenta Amon studiosè instaurarit: & Manassis dicuntur, quia super eadem fundamenta impius Amon ædificauerit. *Amon restaurauit diruta à Manasse.*

XI. *Quomodo contigit mors Josiæ*? ℞. Negauit transitum Pharaoni per regnum suum, seu veritus ne specie transitûs, suum ille regnum occuparet, seu Regi Assyriorum improuidè gratificari cupiens, ejus periculum in damnum proprium transferendo. Cùm ergo Pharao pacificum transitum peteret, nec impetraret, transiit nihilominus, Josias verò statim collectis copijs, in ipsum perrexit, quem inuenit perueniſſe ad campum Mageddo, vbi viderunt se, & Josias vulneratus à sagittariis, quamvis mutasset habitum, juxta textum Hebræum, ne in eum tela dirigerentur; dixit pueris suis, ut eum de prælio educerent, vtpote grauiter vulneratum; cumq; in secundum currum transferretur, ex accepto vulnere mortuus est in eodem loco, translatusq; Jerosolymam, conditus est in sepulchro suo, *& vniuersus Juda & Jerusalem luxerunt eum.* Nec immeritò, vt qui ex Holdæ prophetia intellexissent, eo viuo rebus ipsorum pacem fore, eo collecto ad patres suos mala in totam gentem Judæorum inundatura. *Mors Iosiæ*

XII. *Quis successit Iosiæ?* ℞. Joachaz filius ejus secundò genitus factione populari agens annum ætatis 23, cujus trimestre regnum ad hunc ipsum Josiæ annum referendum est, ut Joakim, qui ei successit, 11 annis regnare potuerit. Factionem popularem indicant illa verba, *tulitq; populus Ioachaz filium Iosiæ.* Ab ambitioso vtiq; juuene sollicitatus, promissa forte illi religionis libertate, ut res ipsa docuit, qui & inungi voluit, ad regnum sibi confirmandum. Sapientior multò futurus, si pietatem patris æmulari, quàm in thronum ejus præpropere, & cum fratris injuria, insilire maluisset. Reduci è bello Pharaoni obuiàm fit Joakim Josiæ primogenitus, fratrisq; injuriam defert. Ægyptius novum ad se regem euocat, quasi ejus cum fratre controuersiam amicè & beneuolè compositurus. Venit ergo Joachaz ad Pharaonem, qui vt hominem habuit in potestate, eum conjectum in vincula, in Ægyptum amandauit, ne qua in vrbe seditio, ipso præsente concitaretur, ibi mortuus est, vt prophetauerat Jeremias c. 22, 10. Beneficio Pharaonis regnare cœpit Joakim, qui & Eliacim. *Ioachaz successit Iosiæ.*

CAPUT XXIV.

Joakim subjugatur à Nabuchodonosore rege Babylonis. Defuncto successit filius Joachin, qui ultro se suosq; dedidit Babylonio, à quo translatus est Babylonem, suffecto ei Sedecia patruo illius.

QUæstio I. *Quando Nabuchodonosor venit Ierosolymam?* ℞. tertio anno Joakim jam completo Dan: 1. v. 1. & anno quarto inchoante Jer. 25. v. 1 ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis. Anno primo regni sui & obsedit Jerosolymam, & capta vrbe vinctum Joakim catenis duxit in Babylonem cum Daniele ejusq; socijs & aliis pluribus de semine regio. Sed supplex tyranno factus mox à vinculis exsolvitur Joakim, & libertati regnoq; suo redditur, nobilibus Babylone pro obsidibus relictis. Joakim redux Jerosolymam jam servus, id est subditus & tributarius regi Babylonis, tribus annis ex fide tributum, nec pluribus pependit. Quod cùm grauiter ferret Babylonius, neq; tamen bellis aliis implicitus ipse *Nabuchodonosor venit Ierosolymam.*

in Judæam recurrere poſſet, miſit nihilominus quantas potuit copias ex latrunculis, id eſt, mi-litibus Chaldææ, Syriæ, Moab & Ammon raptim collectas, à quibus ſubinde variis cladibu affecti Judæi, deniq; finiente anno 11. regni Joakim planè ſubacti, & rurſum ſervituti ſubje-cti ſunt, rege Joakimo morte infami ſublato, & cadauere illius ſepulturâ aſini ſepulto Jer. 22. v 19. & extra portas Jeruſalem projecto (vtiq; à Chaldæis) *ad æſtum per diem, & ad gelu pe noctem*, ibidemq; putrefacto, ita ferme Joſephus, Cajet. Hugo, & alij.

Joakimo ſucceſſit Joachin.

II. *Quis ſucceſſit Joakimo?* ℟ Joachin, jure ad ſe ſceptro devoluto. Sed non placuit reg Nabuchodonoſor, vt filius parenti tam indignis modis à Chaldæis tractato, paternarum veriſi-militer injuriarum futurus vitor ſuccederet. Eodem ergo tempore illo, nempe octauo anni regni Nabuchodonoſoris, cùm Joachin, qui & Jechonias nonniſi trimeſtri regnaſſet, cum in-feſtis copiis iterum Jeroſolymam Babylonius recurrit. Sed Joachin diffiſus viribus ſuis, & per-ſuaſus à Ieremia propheta, noluit incertam belli aleam experiri; & egreſſus obviàm Nabucho-donoſori ſe ipſum, ſuosq;, ſuaq; omnia ultrò illi dedidit, ea tamen conditione, vt ait Joſephus ne quid mali inferret ſeu vrbi, ſeu civibus. Verùm Nabuchodonoſor putauit rebus ſuis ma-gis expedire, ſi regem Joachin cum vniverſa aula & nobilitate, omneq; civitatis robur in Ba-byloniam deueheret, & vrbem Jeroſolymam à ciuium ſplendore nudam, fabrorum aliorumq artificum & *cluſorum*, ſeu vt eſt apud Jeremiam, *incluſorum* (id eſt, claudentium caſtra & metantium, & vallis foſſisq; cingentium, quos *metatores* jam vel *architectos*, vel *ingeniario* vocamus ope & induſtria ſpoliatam, omniq; robuſtiorum militum præſidio deſtitutam relinque-ret. Sicut enim olim 1 Reg. 7. & 13. cauerant Philiſthæi, ne Hebræi ullos haberent penes ſ fabros ferrarios, qui gladios, lanceas, aliáue arma ad rebellandum cuderent; ita nunc ſatagun Chaldæi, vt nullus in Judæa maneat faber, nullus artifex, nullus architectus, qui vel mœni vrbium aut arcium componere, vel arma aliáue inſtrumenta bellica conficere poſſet.

Jechonia ſucceſſit Mathanias.

III. *Quis ſucceſſit Jechonia?* ℟ Mathanias, ſicut priùs Jechoniam pro parente Joakimo ſic nunc pro Jechonia Mathaniam illius patruum deſignauit, & quod ſupremæ dignitatis eſt illius mutauit nomen, & qui à patre Mathaniæ nomen accepit, idem à Nabuchodonoſor no-men accepit Sedeciæ. Neq; melior fuit fratre Joakimo, cujus expreſſit audaces & ferinos mo-res, quos Dominus in illo dominari permiſit, quia jam ſtatuerat projicere gentem, quam pri-ùs in ſuum ſibi populum elegerat. Et quo tardantem ſuæ gentis aduocaret interitum, cùm il-lud è re ſua ſuperiorum regum exemplo futurum non eſſe diſcere potuiſſet, à Rege Babylo-nis deceſſit, cui ex pacto aliquot antea annis tributa dependerat, quod illi & regno toti extre-mam attulit vaſtitatem. *Sedecias* idem valet, quod *juſtitia DEi*. Quo nomine præmonuit & quaſi præſagiit Nabuchodonoſor, in rege Judaico, ſi à fœdere & jurata fide deflecteret, ex-emplum ſtatutum iri divinæ juſtitiæ: quod revera contigiſſe ſeq. cap. patebit

CAPUT XXV.

Sedecias rebellis Nabuchodonoſori, ab eo obſidetur, expugnatur, capi-tur, excæcatur, occiſis coram eo filijs omnibus, & vinctus in Babylonem abducitur cum reliquo populo. Templum, omniaq; palatia vrbis flam-mâ abſumuntur, mœnia ſolo æquantur. Godolias plebeculæ reliquæ præ-fectus occiditur ab Iſmaele. Rex Joachin Babylone mortuo Nabuchodo-noſore exaltatur.

QUæſtio I. *Quæ eſt hiſtoria Sedeciæ?* ℟ Sedecias à parente *Joſia* Mathanias vocatus, Ioakimo fratre à Chaldæis interrempto, ejuſq; filio Iechonia Babylonem traducto, à Nabuchodonoſore regnum patrium accepit, priùs adactus ad juramentum, vocatoq; in teſtem DEo, ſe Babyloniorum ſtipendiarium fore, datam regi fidem ſeruaturum integram illabatamq;. Annum agebat 21, cùm regni gubernaculis admotus, luxuriare ſtatim potentiâ cœpit, Dei ſacrorumq; contemptor neq; faciem Ieremiæ prophetæ ſaluberrimè monen-

Sedecias rebellat Babylonio regi.

tis erubuit, neq; tot Dei nuntios extrema minitantes. Septennio cliens Babylonii regis & ve-ctigalis fuerat; cùm munita jam vrbe, ubi ſatis præſidii viſum, ad libertatem fatali dementiâ aſpirare cœpit. Sollicitabat animum Ægyptus, progenitorum olim hoſpes, ſed dura. Fœdus iniit cum Ægyptiis aduersùs Babylonios, communes hoſtes. Ejus defectione comperta, Nabu-chodonoſor inſtructis celeriter copiis, in Iudæam armatus irrumpit, Ieroſolymam vallatam & clauſam acerrima vi obſidet. Accendit obſeſſorum animos ſalutis deſperatio, implacabilis re-gis ſæuitia, & fiducia regis Ægyptiaci, neq; prorſus ea vana fuit. Nam obſidionem Pharao-nis Ægyptiorum regis cum auxilijs adventus, tantiſper disjecit, & in ſe Chaldæorum arma

Jeroſolyma obſidetur.

convertit. Quo profligato arctiùs quàm ante Ieroſolyma obſidetur ab hoſtibus. Deditionem continuis vocibus Ieremias, à Deo monitus ſuadebat, ſed obſtinatis. Propè biennio jam ſtete-rat obſidio, & diriſſima fames urbem urgebat, è fame peſtis, è peſte cadauerum copia, & ex hac ſepulturæ neglectus. Defecerant animi bellantium, nec jam enectis corporibus, idem ardor pectoris,

Sedecias cum suis capitur.

Extremum malorum, in fuga perfugium, sed serum. Rex vrbem clàm deserit, beneficio ctis per regios hortos, mœnibus contiguos, elapsus scribitur, cum aliqua bellatorum manu: gientem senserunt Chaldæi, & insecuti sunt, regemq; cum suis ceperunt. Interea luctuosisa Ierosolymæ dies illuxit, post 19 oppugnationis mensem, venit & ipsa in barbarorum potatem, nihil tum ad summam crudelitatem desideratum. Crudelis Chaldæorum in vrbem irptio, crudelior per vrbem discursus, præda, cædes. Populi nongenta millia trucidata ferun-

Jerosolyma capitur.

t: captiuorum innumera raptata multitudo, pontifex ipse Josedecus inter eos fuit. Arca ta-n & Tabernaculum, & altare Incensi, cum igne perpetuo, nonnullaq;, quæ facile asportari terant, jam antè templo subducta, & in quopiam subterraneo loco abscondita, Ieremiæ potimùm hortatu & cura.

Mensem ea vastatione absumpserunt Chaldæi, cùm diripientium manus non sufficerent edæ. Sedecias verò cum suis adductus est ad Nabuchodonosorem Reblatham 4 dierum itire Ierosolymâ distantem vrbem. Catenati in conspectum vincti patris adducuntur filij, ac ejus, ac cæterorum captivorum oculis obtruncantur. Sedeciæ oculi eruuntur & informe n cadauer cladibus suis superstes Babylonem abducitur.

Sedecias excæcatur.

Scribit Iosephus, Sedeciam regem, postquam Ieremias propheta prædixisset abductum iri um in Babylonem c. 32. v. 5. & c. 34. v. 3. Et Ezechiel ipse quoq; propheta constanter affmaret, c. 12. v. 13. illum numquam visurum Babylonem; cùm putaret hæc duo simul concilri non posse, iterumq; vaticinium contempsisse, atq; ita in rebellione, & obstinata vrbis defsione perstitisse. Non intelligebat miser, abduci se posse in Babylonem, sed oculis priùs ptus, in quibus illam licet captivus inueheretur, videre tamen non poterat. Porrò quando & a morte defunctus sit Babylone Sedecias non liquet ex S. Scriptura, quæ solùm affirmat, *in rcere* fuisse *usq; ad diem mortis ejus.* Jer. 52. v. 11. Post mortem verò, regii funeris honore ndecoratum fuisse, vt ei Jeremias prædixerat c. 34. & Nabuchodonosorem jussisse testatur Jophus, & Hebræi in Seder-Olam: qui addunt inter consuetas nænias & planctus, Judæos in nere Sedeciæ, etiam hoc miscuisse: *Heu! qui mortuus est Sedecias, bibens faces omnium ætam*, id est, luens peccata omnium Superiorum ætatum, inquit Genebr. Atq; ita concidit reum, in potestatem & jura Chaldæorum redactum, cùm à Saule primo Hebræorum rege stefet annis 485. Si Sedecias ex catenis illis Babylonicis in inferorum ergastulum non est desus, id Ezechielis & Danielis captiuitatis Sociorum adscribendum est precibus, & piis mois, è quibus didicit, futura mala præsentibus redimere.

Urbs, urbis muri, regiæ Dauidis & Salomonis ædes, omnisq; Jerosolyma flammis deletur r Nabuzardam. Templi priùs spoliati gloria fundamentorum tenus excisa, quæ 424 annis à mo jacto lapide viguerat, in cinerem & lapidum cumulum desidet.

Joachin ex carcere liberatur.

II. *Cur Euil-Merodach rex Babylonis, filius & successor Nabuchodonosoris, quàm primùm stinctus fuit parens,* SUBLEVAVIT CAPUT JOACHIN REGIS JUDA DE CARCERE, *in o jam 37 annos egerat?* ℞ Notant ex Rabbinorum scriptis Lyranus, Abul. & Sanctius ium hunc quoq; Euil-Merodach à parente in eumdem cum Joachimo carcerem vltimo rei & vitæ Nabuchodonosoris anno, cùm hic jam sibi regnoq; redditus esset, compactum fuie, eò quòd cum septennio illo, quo Nabuchodonosor maniacus cum bestiis ageret, & filius gnum administraret, multa visus fuerit in eo administrando secùs quàm parenti placeret, ccasse, forsan & parenti detraxisse, sibiq; de mania illius & intemperiis applausisse. In communi ergo carcere amicitia hæc inter Euil-Merodach & Joachinum conciliata fuit.

III. *Quomodo dicitur hic v. 27. Jechonias libertatem & honorem consecutus anno 37. à a captivitate, & dura custodia,* Ieremias autem c. 52. v. 31. *dicit solutum à vinculis 35. die?* . Quidam obiisse putant Nabuchodonosor die decima quinta, & quia ex ejus interitu penbat Iechoniæ libertas, & regius honor, ab eo die eleuatum dici, & regium splendorem obnuisse arbitrantur. Alij eductum quidem esse 15 die de carcere arbitrantur, eleuatum tamen se die 17: neq; ejus rei defuisse videtur idonea ratio. Nam cùm primùm mortuus est Nabuodonosor, eductus est de carcere filius Euilmerodach, qui regnum obtinuit pro parente. Sas autem habuit, si eo die Jechoniam eximeret è vinculis, cùm paterno funeri, cui regio mo- parentandum fuit, reliquum tempus impensum oportuerit Exequiis autem patris persolus, tertiò pòst die Regem adsciuit ad mensam, & inter reges alios, primum tradidit locum. uasi eleuari dici potuit die 15 Iechonias, quia tunc eleuari cœpit, cùm emersit è vinculis eleuatus item die decima septima, quia tunc honores illos coniecutus est, quos priùs animo designarat Euilmerodach.

LIBRI DUO PARALIPOMENON.

Cùm his duobus libris Paralipomenon, seu derelictorum tantùm supleantur ex actis publicis, quæ in libris Regum deesse deprehensa sunt, vel non nisi leviter tacta; vel quæ obscuriùs ibi dicta, magis ibi explicantur, ideo hisce non immorabor, nec per capita hos libros distingvam, sed solùm aliquas quæstiones excerpam.

Paralipomenon verba dierum.



Uæstio I. *Paralipomenon cur dictum* VERBA DIERUM? ℞ In dicantur diaria, seu singulorum dierum observatio, vbi minutim notantur plurima, quæ in historijs omitti plerumq; solent. Ideo autem LXX. converterunt Paralipomenon, id est Relictorum, quia in duobus illis libris multa dicuntur, quæ in 4 libris regum omissa sunt, quæ in Commentarijs seu diarijs notata fuerant. Quasi diceret scriptor ille seu compilator sacer: ista quæ dicuntur sunt ex illorum numero, quæ omissa sunt ex illis verbis, seu gestis (Nam verbum apud Hebræos idem valet, quod res seu opus) quæ in Ephemeridas seu Commentarios relata sunt.

II. *Quid in his libris continetur?* ℞ ducitur narratio à Genesi, id est, à prima mundi ætate ad eversum templum, & Judaici populi stragem & exilium. A mundi exordio ad c. usq; 10 id est, ad extrema tempora Saulis, dicuntur è superiori Sæculo Paralipomena, in quibus nihil ferme est aliud, quàm familiarum series & ab Adamo usq; ad Abrahamici atq; Israelitici generis propagatio, quæ non ita fuerat in superiorum voluminum ordine digesta. A capite verò 10 quidquid est ad finem vsq; reliquum, multa repetit, quæ in libris Regum tradita; multa quæ omissa; & non pauca magis, quàm antea fuerunt, amplificata.

III. *Quid indicant verba* c. 1. v. 43. ISTI SUNT REGES, QUI IMPERARUNT IN TERRA EDOM, ANTEQUAM ESSET REX SUPER FILIOS ISRAEL? ℞ Antequam in Israele constitutus esset aliquis cum titulo regis: nempe diu ante tempora Saulis, Sicut enim inter Israelitas primum fuerunt duces seu judices vsq; ad Saulem: dein reges à Saule, vsq; ad captivitatem Babylonicam: exinde rursus duces, à Zorobabele vsq; ad Machabæos, ita etiam in Idumæa rep. vt constat ex Gen. 36. primùm fuerunt duces, vsq; ad *Bale.* Dein reges, à *Bale* vsq; ad mortem secundi *Adad.* Tum rursus, mutatâ reip. formâ duces successerunt.

Her malus coram Domino.

IV. *Cur Her primogenitus Juda malus coram Domino, ab eodem occisus est* v. 3. c. 2.? ℞ quale fuerit ipsius Her scelus scriptura nusquam exponit. De Ona fratre ejus dicitur Gen. 38. v. 7. quòd contra quàm natura exigit, à conjugali congressu, ex quo formari soboles debuit, semen effundebat in terram. Hoc idem scelus fuisse fratris ipsius arbitrantur Interpretes. Præ omnibus ait Cassianus Collat. 8. c. 11. Rabbani ex majorum traditione dicunt: Thamaram, quam Her vxorem habuit, formâ pulcherrimam fuisse, cui ne gestatio vteri & dolores partûs aliquid detraherent, atq; ita minus ipse Her ex deflorescente vxoris venustate caperet, ita cum illa consueuisse, vt ex illa consuetudine non sequeretur generatio. Putatur autem præmatura morte, in ipsa juventute: & fortè Dæmonis interventu occisus esse, sicut contigit septenis Saræ maritis Tob. 6. de quibus Angelus ad Tobiam: *Qui conjugium ita suscipiunt, vt Deum à se, & à sua mente excludant, & suæ libidini ita vacent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, habet potestatem dæmonium super eos.*

Jechonias sterilis

V. *Quomodo c. 3. v. 17. Jechonias dicitur fuisse Pater Salathielis, & aliorum filiorum, cùm* Ier. 22. v. 30. *vocetur vir sterilis?* ℞ Sterilis fuit non respectu omnis prolis, aut seminis (nam ibid. v. 28 dicitur *ipse & semen ejus projecti in terram Babylonis*) sed respectu *prolis regiæ & seminis regalis*, seu quod regnum obtineat paternum. Sic enim sese explicat Ieremias, cùm dicit: ita sterilem futurum, vt non sit de semine ejus futurus vir, *qui sedeat super solium Dauid, & potestatem habeat ultra in Juda.*

Ruben primogenita.

VI. *Quomodo* c. 5. v. 2. *dicuntur* PRIMOGENITA RUBEN REPUTATA IOSEPH? ℞ Duplo major pars, hæreditatis paternæ, quàm cuivis aliorum fratrum obtingeret, quæ Rubeno jure natiuitatis primogenito debebatur propter incestum sublata illi & fratri ejus Iosepho concessa est. Fuit verò duplex illa portio à Iacobo consignata Iosepho, partim in proprio peculio, & parua sua hæreditate, quando Gen. 48 v. 22. ait Iosepho: *Do tibi partem vnam extra fra-*

tr *fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo.* Partim in communi magna hæreditate, id est in terra cælitus tibi promissa, quando ibidem v. 5. duos filios Iosephi Ephraimum & Manassen sibi in immediatos filios adoptat: nam eo ipso duas sortes, seu ex iis partibus terræ promissæ duas portiones vni Iosepho consignat. Porrò duplex illa portio hæreditatis cedebat olim primogenito, primùm solo nutu & voluntate parentum, & quia consonum id videbatur rectæ rationi. Deinde consuetudine, & quasi communi nationum consensu. Deniq; etiam lata lege Hebræis Deut. 21 v. 17. *Dabit ei parens de his quæ habuerit cuncta duplicia: iste est enim principium liberorum ejus, & huic debentur primogenita.* Sed præter duplicem illam hæreditatis portionem debebatur primogenito etiam locus primus inter fratres, & quasi dominium in illos & regnum, vt patet ex benedictione Isaac Gen. 27. v. 29. *Seruiant tibi populi, & adorent te tribus: esto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ.* Hoc verò Dominium & regnum Rubeno ablatum & concessum partim Iudæ, partim Iosepho Gen. 49. v. 5. Deniq; præter jam dicta pertinebat quoq; ad primogenitum ante legem Mosaicam *dignitas Sacerdotalis,* vt docet S. Thom. S. Hier. & alij DD. Hæc dignitas translata fuit in Leui, quando solus Aaron ejusq; posteri jussi sunt Sacerdotio fungi in Israele.

VII. *Cur c. 12. v. 32. dicitur de filijs Issachar, quòd fuerint* VIRI ERUDITI, QUI NOVERINT SINGULA TEMPOTA, AD PRÆCIPIENDUM, QUID FACERE DEBERET ISRAEL? ℞ quia teste Hieron. ex traditione Hebræorum ex ea tribu erant *doctores, & computatores festiuitates* per annum occurrentes, populo denuntiandas. Vel potiùs astrologicâ scientiâ pollebant, qua ex vario siderum aspectu variæ temporum tempestatumq; mutationes colliguntur. Qua scientia ferè præcellere solent, qui ruri vitam quietam agunt, vel solis agris colendis, & gregibus pascendis vacant, vt faciebant Issacharitæ, & prædixerat patriarcha Jacob Gen. 49. v. 14. Et Moyses Deut. 33. v. 18. & solet hæc rustica Astrologia sæpe certior esse illâ, quam etiam peritiores Astronomi scriptis tradiderunt: & in militia quoq; non exiguos vsus & commoditates habet. Nam experientiâ constat, magnas ex eclipsi seu solis seu lunæ, aliisq; temporum, tempestatúmve mutationibus opportunè prædictis, & ex occasione obseruatis mutationes rerum etiam in militia factas, ita Abul. Sanctius, & Tirinus. *Issachar filij eruditi.*

VIII. *An peccarit David, quando c. 20. v. 3. tribulas & trabas, & ferrata carpenta fecit transire super Ammonitas?* ℞ Negat Abulensis, eò quòd grauem injuriam contra jus gentium intulissent legatis Davidis. Sed hoc crimen ad solum regem & aulicos ac consiliarios ejus spectabat: non item ad omnes reliquas vrbes filiorum Ammon, quas tamen eodem supplicij genere omnes inuoluit David. Unde probabilius est hîc Dauidem peccasse & quidem grauissime. Quod minus mirabimur, si consideremus hæc tam crudelia patrasse Dauidem eo tempore quo adhuc hærebat in luto adulterij Bethsabee, & homicidij Uriæ, neq; pœnituerat de tantis sceleribus. Solent verò tales ex vno in aliud scelus ruere, & magis magisq; sordescere in-tes, vt docet Concil. Trid. & DD. passim. Atq; ita fuerit enormis hæc sæuitia appendix quædam sermonis seu historiæ Uriæ, qua speciatim peccasse dicitur Dauid 3 Reg. 15. v. 5. *David punit Ammonitas.*

IX. *Quomodo David c. 21. v. 13. dicit:* MELIUS MIHI EST, UT INCIDAM IN MANUS DOMINI, *cùm Susanna Dan. 13. v. 23. Dicat impijs judicibus:* MELIUS MIHI EST INCIDERE IN MANUS VESTRAS *& Eccli 2 v. 22. idem comprobatur?* ℞ David loquitur de illa pœna temporali & corporali, in qua infligenda Deus longè magis misericors est, quàm silent homines, & maximè hostes. Susanna verò & Ecclesiasticus agunt de pœna æterna & malo etiam spirituali, putà morte animæ per adulterium; & præ illis prudenter eligunt potius quoduis malum corporale & temporale, putà mortem corporis, item infamiam &c. Aliæ ergo sunt manus Dei, quas optat Dauid, aliæ quas fugit Susanna & Ecclesiasticus: optat David paternas ex amore castigantes, fugit Susanna & Ecclesiasticus judiciales æternis flammis scelera punientes. *David eligit incidere in manus Dei*

X. *Quomodo l. 2. c. 14. v. 2. dicitur Asa subuertisse excelsa, cùm tamen 3. Reg. 15. v. 14. eodem dicatur:* NON ABSTULIT EXCELSA? ℞ Duplicis generis erant apud Judæos *excelsa,* quo nomine altaria & templa in locis altioribus erecta designantur: quædam profanis idolis erant erecta, *cum statuis & lucis & peregrino cultu:* hæc omnia euertit Asa. Quædam verò Deo erant erecta, sed loco non debito, hæc non euertit Asa, vt habetur 3. Reg 15. Neq; tamen hoc illi vertitur hîc magno vitio, quia plurimi putabant adhuc licere condito jam templo, & certo loco Jerosolymis statuto pro publico cultu diuino & sacrificijs, sicut licuerat antea, ante conditum templum, cùm nullus tunc vnus certus locus talis designatus esset. Quia tamen prudentiores sciebant, id illicitum esse, neq; hoc poterat regem latere; hinc saltem pro næuo notatur tum in Asa, tum in alijs quibusdam etiam pijs regibus, quòd seu metu popularis offensionis, seu neglectu accuratioris disciplinæ, tolerarint ejusmodi *excelsa,* quæ vero Deo seruiebant. Et idcirco Eccli. 49. v. 5 præter Davidem, Ezechiam & Josiam omnes alij reges Juda peccasse dicuntur, nempe excelsorum vel vsu, vel tolerantia culpabili. *Asa abstulit excelsa.*

XI. *De qua perfectione loquitur c. 15. v. 17. lib. 2. cùm dicit;* COR ASA ERAT PERFECTUM *Asa cor perfectum.*

CTUM CUM DOMINO CUNCTIS DIEBUS EIUS? ℞ Sermo est de sola perfectione quo a externum cultum unius veri Dei & exstirpationem idololatriæ: nam in quibusdam alijs pec casse certum est ex sequentibus, & c. seq. v. 7. 10. & 12. vbi cùm graui podagra per triennium laboraret, reprehenditur, quòd non tam Deo, quàm medicorum industriæ confisus sit. Sicut & contra regem Baasa potiùs à Benadad rege Syriæ, quàm à Deo rege cœli & terræ auxilium quæsierit: quòd item prophetam *Hanani* qui hoc nomine illum arguebat, & quidem jussu Dei stomachabundus non audierit, imò in nervum miserit, id est, in carcerem compegerit: quò deniq; de populo, dum suo indulget furori, multos occiderit. Sed hæc peccata quantumvi grauia, quia tamen cultui externo Dei, de quo solo hîc agitur, non aduersantur, non etiam ob stiterunt, quo minùs cor Regis Asa, in aliis quæ cultum veri Numinis concernebant, inte grum perfectumq; mansisse censeretur.

LIBER Imus ESDRÆ

Esdras

QUæstio I. *Quæ est summa hujus libri?* ℞ Esdras filius Saraiæ summi Pontifici à Nabuchodonosore capite plexi, 4 Reg. ult. v. 21. Frater Josedechi, & cum eo translatus in Babylonem, narrat hoc libro, completis jam 70. captiuitati annis, indulto Cyri primi Persarum Monarchæ reductos Judæos Jerosolymam quam vnà cum templo inceperunt instaurare: sed præpediti aduersariorum ca lumnijs coacti sunt supersedere.

II. *Quis est annus primus Cyri regis* c. I. v. I.? ℞ Non quo cœpit in Perside regnare sed quo in Babylone. Neq; enim priùs potuit Judæos Babylone captiuos dimittere liberos quàm ipse Babylone dominaretur: nempe quando superato & occiso Balthasare rege Babylo nis, & ultimo Chaldæorum monarcha, Dario quoq; Medo Socero suo, & imperij consorte jam è viuis sublato, Cyrus Monarchiam totius Orientis adminstrauit. Erat is annus regni Per sici ipsius vigesimus septimus. Monarcha verò factus, nonnisi triennio in viuis permansit, v passim Hebræi affirmant & Josephus.

Cyrus fa- uens Judæ- is.

III. *Unde Cyro regi Gentili tam pia mens, vt Judæos captiuos dimiserit, templum instaura ri jusserit, verum Deum Judæorum agnoscat?* ℞ DEus ipse, qui sæpius hanc libertatem polli citus fuerat, eam mentem Cyro dedit, vt se facilem Judæorum precibus atq; exorabilem præ beret. *Suscitauit Deus spiritum Cyri regis.* Suscitauit inquam Danielis operâ usus, vt scribi Josephus & Theodoretus, qui cùm ei familiaris esset, ostendit illi, quæ ante centum & vigin ti annos Isaias c. 44. v. 26 de ipso prædixerat, fore scilicet, vt DEus illi victoriam de Ba bylonijs daret, & ipse vicissim Judæis potestatem faceret redeundi in patriam, & Jerusalem tem plumq; ædificandi. Cyrum porrò Danielis operâ ad hujus vaticinij cognitionem venisse, faci le conjectare licet. Cùm enim Daniel Dario Medo Cyri Socero, & imperij consorti charissi mus fuerit, summoq; apud eum Magistratu functus sit, non potuit Cyro ignotus esse, imò illi planè venerationi atq; admirationi fuit. Quis enim dubitet Cyrum, vel priuatis Darij literis, vel publico ejus decreto, aut saltem rumore nuntio didicisse, quid Danieli nuper contigisset, cùm inuidorum artibus, in lacum leonum fuisset conjectus; quid illi in conuiuio Balthasaris, quod in rem Persarum ac Medorum faceret, & diuinam erga se prouidentiam patefecerit, pau lò ante accidisset. Nec minus præcedentia quoq;, de fraude, quæ ad Belis idolum exercebantur, de Dracone interfecto, de septiduo commorationis innoxiæ inter famelicos leones, de prodigijs, quæ circa Nabuchodonosorem facta fuerant, libenter audiuit. Hæc, inquam, aliaq; id genus Danielem Cyro studiosè retulisse credibile est, quod intelligeret eorum cognitionem multum ad justum idolorum contemptum, multum ad veri Dei cognitionem & cultum esse valituram.

Audiebat itaq; Daniel apud Cyrum mirabilium patrator, & interpres mysteriorum Dei. Audiebat vicissim à Daniele Cyrus, quid Deus ab illo postularet, quem ad tantum imperium extulisset, ad dandam populo suo libertatem. Hæc ergo cùm probè sciret Cyrus, & Deus illi majorem erga Danielem beneuolentiam, ejusq; populum in dies instillaret, majoribus natu Judæorum annitentibus, statuit publico decreto notum facere omnibus, ac statuere, quid ea de re fieri placeret, id totidem verbis extat initio libri Esdræ. In quo tanta cum veneratione de Deo loquitur Imperator, vt eum agnoscat totius mundi Principem ac Moderatorem, qui regna pro arbitrio distribuat huminibus, atq; dispenset. Deinde se illius subditum profitetur, vt qui humiliter ejus præceptis obsequatur. Agnoscit tertiò peculiarem ejus prouidentiam in populum, quem sibi singulariter elegerat. Quartò postpositâ memoriâ omnium, qui vulgò appellantur Dii, de populi hujus Deo dicit, *Ipse est Deus.* Tanta est diuini numinis in corda regum potestas. Reddidit Cyrus & Vasa 5400, quorum alia erant primi ordinis seu aurea, alia secundi ordinis seu argentea, per Gazabar, id est, thesaurarium sic dictum à Gaza, qui ea extribuit

Zoroba-

Zorobabeli, tunc Principi Juda, cui pater suus Salathiel, filius Jechoniæ regis hoc nomen Zorobabel imposuerat, q. d. peregrinus, aut afflictus in Babel; Babylonij verò vocarunt eum Sassabasar, q. *gaudens in tribulatione.*

IV. *Quid refertur* c. 2.? ℞ Recensentur qui nati sunt in Babylonia, & remissi per Cyrum in Judæam; ita tamen vt tributarij manerent; in principio quidem per capita familiarum; versu verò 21. ad 35. per vrbes; inde sacerdotes; v. 40. Leuitæ, & 43. Nathanæi seu Gabaonitæ Jos. 9. quos Salomon auxerat. 2. Paral. 2. 17. versu 64. ponitur numerus 42360, cùm tamen ex partibus recensitis fiant tantùm 29818. reliqui ergo ex 10. tribubus, qui se Judæis miscuerant accersendi sunt.

V. *Cur c. 3. v. 12. Alij flebant, alij vociferabantur in lætitia?* ℞ alij flebant, ideo, quòd initia hujus ædificij non responderent pristinæ amplitudini, & majestati prioris templi. Flebant quoq; vestigia præteritarum calamitatum, quæ se vndiq; in oculos ingerebant. Lætabantur nihilominus de tam felici rerum mutatione, de propensa tanti monarchæ erga se voluntate & benevolentia, de templo Domini jam reuiuiscente, & quod caput est de diuino Numine sibi reconciliato. Itaq; tot animi motus maximum excitabant populi clamorem, gemitu, lacrymis, lætitiâ & jubilo confusum. Verùm lætitia hæc non admodum diuturna fuit. Samaritani enim muneribus corrumpentes Præfectos Persarum, qui in Syria, Samaria & Judæa erant, & deinde Cyro mortuo, Cambysi filio Cyri persuaserunt, vt ædificationem vetaret. Est autem Cambyses Chaldaicè Assuerus, & Persicè Artaxerxes. Itaq; cessatum fuit à fabrica vsq; ad Darium Histaspem v. 24. cujus anno secundo, resumptus fuit labor, novennio intermissus, & sexennio Sanctum, & Sanctum Sanctorum consummatum est, atrium verò & totum templum anno Darij 46. ex Josepho l. 11. c. 4.

VI. *Cur noluerunt Judæi juuari à Samaritanis in ædificatione templi* c. 4. v. 3? ℞ Verebantur, ne quid forsan illi, vt jurati hostes admiscerent seu doli, seu damni, intellexeruntq; eos non sincerè agere sed fraudulenter, vt postea templum sibi pro sua parte vendicarent, atq; eo sacrificulos suos cum cultu idolorum suorum illuc introducerent, & præteritum idololatriæ scandalum renouarent. Simul autem egregium exemplum posteritati reliquerunt deuitandi hæreticos, quibuscum nulla nobis, ob periculum apostasiæ debet esse communio, dum ab ethnicis mendicare maluerunt, quàm ab istis ultro oblata suscipere. Qui hanc ignominiam non ferentes, templi ædificationem impediuerunt.

VII. *Quomodo Esdras* c. 7. v. 6. *dicitur:* SCRIBA VELOX IN LEGE MOYSI? ℞ idem est, ac legis diuinæ peritissimus, & in ea seu scripto, seu viua voce exponenda promptissimus, hoc enim officij habebant *scribæ:* qui apud Judæos idem erant, quod *Philosophi* apud Græcos, *Magi* apud Chaldæos. Præter hoc commune omnibus scribis officium, etiam alio particulari titulo illud per excellentiam debetur *Esdræ*, quòd totam S. Scripturam, negligentiâ Sacerdotum, temporibus præteritorum regum Juda multis locis corruptam & collapsam instaurârit, correxerit, in concinniorem ordinem redegerit, alijsq; characteribus descripserit, antiquos characteres Samaritanis relinquens, & alios quibus jam descripta sunt biblia, substituens, vt sic Judæorum animos à Samaritatis longiùs alienaret. Ita SS. Patres & Rabbini Hebræorum, qui etiam dicunt, se traditione accepisse, hunc Esdram eumdem esse cum Malachia propheta. Et idem tenent S. Hieron. Rupertus & quidam alij Patres. Et verò materia, quam utrq; tractat, eadem pene est: & tempora consonant, inquit Ribera. Sed alia quædam obstant, quo minùs id ausim asserere, de quo postea, vbi de Malachia Propheta.

VIII. *An lex* Exod. 34. & Deut: 7. *prohibens matrimonia cum alienigenis, fuerit lex irritans, atq; ita matrimonia illa, omnia fuerint jure irrita & nulla?* ℞ Probabilius censet Cajet: & alij non fuisse irritantem, sed solùm vetantem. Neq; aliud ex verbis legis elici potest.

IX. *Quo jure ergo hic* c. 10. *omnia jubentur solui?* ℞ privilegio libelli repudij Judæis permissi, quo jam meritò jubentur vti ad matrimonia tam periculosa & contra legem inita.

X. *An saltem non nimis durum, abjicere etiam filios proprios, qui de uxoribus aligenienis nati erant?* ℞ cum Cajet: non abjiciebant prorsus & absolutè filios illos suos, quasi nullam eorum curam deinceps habituri: sed juxta voluntatem, aut consilium Domini & piorum virorum, *qui timent legem Dei.* Nempe ex horum præscripto dimittebant à se filios ad aliqua pædagogia, vbi à probis præfectis instituebantur, pauperes è publico ærario, divites è pecunio parentum. Et sanè sic expediens erat, ne si liberi penes parentes remansissent, assiduo eorum intuitu & amore inde exardescente, animi parentum ad matres repetendas accenderentur.



LIBER II. ESDRÆ.

Nehemias.

Quæstio I. *Quis scripsit hunc librum, & quid continet?* ℞ Nehemias eum scripsit, Esdræ tamen inscribitur, quia olim vnus idemq; erat, teste S. Hieron. qui in duos nunc dissectus est. Continet non minus gesta Esdræ, quàm Nehemiæ: narratq; quo pacto, reductis in Judæam exulibus, & jam instaurato templo, & constituta ex parte rep. (quæ primo libro recensentur) etiam vrbis Jerosolymitanæ, murorumq; & turrium & palatiorum ejusdem instauratio, vel invitis & repugnantibus hostibus, à Nehemia procurata sit, & resp. optimis legibus stabilita. Nehemiam Sacerdotem fuisse constat ex 2. Mach. 1. v. 21. vt genere & sanctitate, sic & naturæ dotibus excelluisse vel inde colligitur, quòd potentissimo Persarum Monarchæ Artaxerxi Longimano & carus admodùm & pro pincerna fuerit, seu à poculis: quod officium non nisi primæ notæ aulicis concedi solet.

Obtinet licentiam ædificandi muros Ierusalem.

II. *Quo modo Nehemias obtinuit licentiam ædificandi muros Jerusalem?* ℞ Cùm Rex post cœnam factus esset hilarior, Nehemias pincerna regius eleuatum calicem porrexit regi, & quidem facie languidiore, ex metu & solicitudine suscepti negotij circa impetrandam licentiam. Cùm ergo rex causam tristitiæ ex eo sciscitaretur. Rex, ait, in æternum vive, statimq; explicat causam mœroris sui, quòd Ierusalem in qua sepulchra majorum suorum sita sunt, deserta sit, ejusq; portæ combustæ sint igni. Et rogante rege, quid super ea re postularet, orauit Nehemias, vt rex ipsum in Iudæam mitteret, ad ædificandam Ierosolymam. At rex & Regina, quam Estherem merito credimus, nec parum hoc promouisse negotium; non enim hoc loco sine causa nominatur: *usq; ad quod tempus* inquiunt, *erit iter tuum*, quod cùm ille indicasset, consensit rex in profectionem. Non exprimitur id tempus à scriptura. Constat quidem Nehemiam annis 12 mansisse Ierosolymis, & ibi Ducem populi fuisse: non tamen arbitror tantum tempus ad hanc profectionem inter regem & Nehemiam fuisse constitutum: neq; enim destinatum opus tantum temporis exigebat, vt res ipsa docuit, & rex ægre, qui Nehemiam diligebat, tanto eum tempore abesse passus esset. Cùm tamen jam abesset, & rem Iudaicam bene gereret, ei à Regina & Mardochæo impetratum fuerit, vt ibi Remp. pro rege administraret, quamdiu regi visum fuisset. Petiit quoq; Nehemias à rege literas commendatitias ad regios præfectos, vt ab ijs tutò deduceretur, in Iudæam, & ad Asaph custodem saltus regis, vt obtineret ligna, ad reparandam regiam domum, & portas turresq; murorum; postremò ad extruendam sibi domum.

Cùm ergo Nehemias cum regio comitatu venisset in Iudæam, Sanaballat & Tobias, qui Clientes erant & beneficiati regum Persarum, ijdemq; putantur fuisse de primarijs Samaritanorum, qui odio prosequebantur Judæos, & nunc eorum inuidebant prosperitati, valde contristati sunt de regis in Nehemiam beneuolentia, veriti ne Judæis subjicerentur. Venit ergo Nehemias Ierusalem, ibiq; tribus diebus quieti, & salutationibus datis, noctu surrexit cum paucis, vt exploraret murorum statum per totum ambitum, ne quid temere in paruo negotio aggrederetur, priusquam vlli aperiret consilium suum. Præcipuis autem Judæorum congregatis, *Venite*, inquit, *& ædificemus muros Jerusalem, & non simus vltra opprobrium* inimicis, qui derident Ierosolymam in pagum conuersam. Et indicauit eis se suscipiendi operis habere autorem Deum, & consentientem regem, vt nihil præter eorum alacritatem desideraretur, contemptis inimicorum sermonibus, qui magis nocere vellent, quàm possent.

Hæc cùm Ierosolymis agerentur, & simul omnibus ex locis mœnia surgerent, inimici eorum ipsis, quasi irrita molientibus insultabant, & inani se spe consolabantur, impeditum iri artifices, ne ædificarent, defuturos lapides, aut fragiles futuros, vtpote exustos, & totam constructionem infirmam atq; humilem, quæue vulpibus quidem, nedum armatis hominibus resistat. Cùmq; verbis & irrisionibus nihil proficerent, sed diligenter vbiq; promoveretur opus, statuerunt eos nec opinantes opprimere, vt partim occisis, partim dissipatis murorum structoribus, necessariò cessaret ædificatio. Quia tamen sciebant eos regia authoritate munitos, & Estherem ac Mardochæum in aula esse, ac plurimum apud regem posse, cùm nihilominus invidiâ rumperentur, clàm eos perdere statuerunt, ne possent apud regem aperti facinoris argui.

Quæ cum Nehemiæ innotuissent, primò ipse cum suis Diuinum auxilium implorauit; deinde speculatores super muros, diurnos nocturnosq; constituit, vt aduentum hostium nuntiarent, tertiò certis locis post murum constituit præsidia Iudæorum armatorum, vt hostem venientem non imparati exciperent. Accessit postremò adhortatio Nehemiæ, ad se suosq; fortiter defendendos. Quæ cùm percrebuissent, dissipatum est eorum consilium, quoniam viderunt se non posse inuadere inscios & imparatos. Iudæi verò reuersi sunt ad murale opus, in suo quisq; loco, habentes arma in promptu. Certis quoq; locis dispositi sunt tubicines, si quando esset opus congregari, ad vim hostium facta manu propulsandam. Prouidit etiam Nehemias, vt noctu excubiæ intra vrbem agerentur, quas ipse cum suis pervigiles obibant, nec deponebant vestimenta sua, nisi vt se aquis expiatorijs, Iudaico ritu purificarent.

III. *Quo-*

III. *Quomodo Nehemias inopiæ suorum consuluit?* ℞ Urgebantur plerîq; inopiâ tanta, ut filios filiasq; suas vellent seruituti addicere locupletioribus Judæorum, vt haberent, vnde viuerent, alij oppignorabant fœneratoribus domos, agros, vineas, vt frumentum haberent, vt tributa persoluerent, vnde & conquerebantur apud Nehemiam se à fratribus inhumanè tractari. Quibus auditis, congregavit seorsum optimates & magistratus, qui tenuiores opprimebant, eosq; priuatim arguit, quòd vsuras à fratribus acciperent. Deinde & publicè in magna populi concione, exprobrans, quòd gentes inhumanitate vincerent, vt qui fratres ipsi suos contra Dei legem, & jura naturæ vexarent. Sed quia potentiora sunt exempla quàm verba, offert ipse se & suos ad debita egenis dimittenda, & ad eamdem liberalitatem alios creditores inuitat, simulq; ad reddenda gratis pignora, quod erat nouas inducere tabulas, quod à Nehemia facile, placideq; perfectum est. Sacerdotes quoq; ejusdem criminis reos, seorsim adjuratione increpatoria ad eamdem liberalitatem adduxit.

IV. *Quæ technæ struuntur Nehemiæ* c. 6.? ℞ Miserunt ad eum specie ineundæ amicitiæ, vt ad certum locum se conferret, aut mortem illi, aut vincula illaturi. Quod præsentiens Nehemias, quater congressum vrgentibus, quater recusauit. Ac ne quinta quidem vice, rebellionis calumnia per literas prouocatus, deterritus est, sed opus suum vrgere perrexit. Aliis quoq; insidiis per Semeiam pseudoprophetam, & crebras falsorum fratrum epistolas, illum circumuenire conati sunt, quas Nehemias agnouit & contempsit. Itaq; irritis omnibus inimicorum insidijs, minis, calumniis completus est murus 25. die mensis Elul, 52 diebus. Huc referri potest illud: muros Jerusalem ædificatum iri *in angustia temporum.* Quod non debet videri incredibile siquidem multa hominum millia huic vni operi dies noctesq; incumbebant, pridem aderant Judæorum Principes, & ipse Nehemias, qui opus præsentiâ suâ, voce, manuq; vrgebant. Nec mœnia omni ex parte ab imis fundamentis excitata sunt, sed in illis ipsis ædificata, & interrupta instaurata.

Reliqua hujus libri nihil habent difficultatis, unde pluribus non immoror.

LIBER TOBIÆ

Quæstio I. *Quomodo se habet historia per librum Tobiæ explicata?* Respondeo I. Certum est esse historiam, contra Paulum Fagium, qui comœdiam esse arbitrabatur. Et quidem fuit Galilæus de ciuitate Nephthali, vt patet ex c. 1. v. 1.

II. Captivus Senior è Chaldæa, captivus ductus est in Assyriam à Salmanasar rege agens annum ætatis 39. vixit in captivitate annis 63. adeoq; vixit annis 102. excæcatus anno ætatis 56. cumq; 4. annis cæcus vixisset, visum recepit anno 60, unde 42 adhuc annis vixit. Hæc ex latino textu colligunt Serarius & Salianus: aliter habet græcus, qui & latino fusior est, & ab illo interdum diuersus. Quod dum euenit, nobis Latinus sequendus est juxta Trid. Sess. 4.

III. Tobias vterq; ductus est in Assyriam, anno 6. Ezechiæ, cùm itaq; tunc jam esset 39. annorum, necesse est eum natum fuisse anno 51 Oziæ, & mortuum anno 40. Manassis. Junior item Tobias natus est anno 4 Ezechiæ regis Juda, mortuus verò anno 16 Josiæ, cùm esset 99. annorum.

IV. Amauit Salmanasar virtutem Tobiæ, & constituit eum Oeconomum suum, quo ex officio acquisita 10 talenta argenti (quæ quidem non constat, an fuerint Hebræa, Persica, vel Babylonica) Gabelo mutua concesserat, quamuis postea Sennacheribo filio Salmanasaris, ad vindicandam cladem Hierosolymis acceptam, persequente, omnia amiserit, & vix vitam servaverit, vt habet c. 1. hujus libri.

II. *Quomodo dicitur* c. 1. v. 5. *quod solus Tobias fugerit consortia omnium alijs declinantibus ad vitulos,* cùm ipse dixerit Angelo c. 5. *cognovi Ananiam, & Jonathan filios Semei magni, quando ibamus unà in Hierosolymam ad adorandum &c.?* ℞ Hic est mos scripturæ, cùm pauci excipiuntur, omnis pro majori parte tantùm vsurpatur. Sic Gen. 46. venit Jacob in Ægyptum cum omni semine suo, & tamen non venit cum Joseph, qui jam erat in Ægypto. 1. Reg. 1. v. 21. dicitur: *Ascendit autem vir ejus Elcana, & omnis domus ejus, vt immolaret Domino:* cùm tamen non omnis omnino domus simpliciter ascenderit, siquidem Anna cum Samuele domi remanente, necesse fuerit aliquas saltem ancillas remanere. Sic etiam Christus Matt. 10. dicit Apostolis: *Eritis odio omnibus hominibus:* cùm tamen aliqui Apostolos diligerent.

III. *Cur* c. 1. v. 7. *in laudem Tobiæ scriptura commemorat iter ejus in Hierusalem?* ℞ quia DEus voluit, vt omne masculinum ter in anno concederet Hierosolymam, scilicet in festo Paschatis, Pentecostes, Tabernaculorum, vt illic Exod. 34. & Deut. 16. respectivè DEo gratias agerent pro liberatione ex Ægypto, pro receptione legis datæ in monte Sinai, & quod in tabernaculis ex frondibus DEus Judæos foverit 40. annis in deserto. Ne latum ergo vnguem à mandatis *Tobiæ iter in Jerusalem.*

datis DEi recedere volebat Tobias; quòd sciret antiquitus fideles magno concursu ob dictas rationes eò confluxisse.

Tobias init matrimonium.

IV. *Cur Tobias matrimonium est amplexus?* ℞ Si Novantes consulamus, quid eum moverit, statim allegabunt illum ex præcepto Divino fuisse obligatum: idq; quia DEus Gen. 1. 28. dixit primis parentibus: *crescite & multiplicamini.* Idq; repetijt Gen. 9. cùm Noe & filij ejus essent ex Arca egressi. Deinde quia Deut. 7. dicitur: *non erit apud vos sterilis vtriusq; sexus.* Sed errant, nam in veteri testamento, singuli neq; naturali neq; Divino præcepto obligabantur ad matrimonium. Ratio est, quia licet tota communitas naturali præcepto fuerit obligata, sicut etiam nunc est, conservare se per procreationem prolis, & consequenter per matrimonium; hoc tamen præceptum non obligabat singulos de communitate, sed totam communitatem generatim, vt docet S. Tbomas in supplemento q. 41. a. 2. Simile est de agricultura. Nam præceptum naturale est, colere agros ad conservandam naturam humanam, non minus, quàm procreare prolem: & tamen præceptum non obligat singulos: alioqui singuli deberent agros colere, quod est contra communem hominum sensum & consuetudienem. Quid respondendum sit ad textus adductos, passim invenies apud Polemicos, breviter, benedictionem eos continere, non mandatum. Cùm igitur Tobias ex præcepto ad hoc non fuerit obligatus, cur laudatur, quod matrimonium inierit. Puto ideo, quòd matrimonium non inierit, in remedium concupiscentiæ, neq; prolis causa simpliciter, sed vt relinqueret prolem, quæ ruinas impleret Angelorum.

Oculi ejus clausi excæcantur.

V. *Quomodo hirundinum stercora potuerunt oculos Tobiæ clausos excæcare* c. 2.? ℞det Sanctius: Hic ego non nudam rerum naturam intueor, quæ fortasse, quæ hic admiramur, non sine causa, vniuersa præstare non potuit: sed qui Tobiam viuum patientiæ exemplar omnibus esse voluit, res ita disposuit, vt ab infirmis causis inusitati prouenirent effectus, & ita exiguum illud stercus in clausos Tobiæ oculos ita direxit, temperauitq;, vt nihil obstarent oppositæ palpebræ, quo minus clausas attingeret pupillas, & illas acri quadam & pestilenti qualitate corrumperet, & cernendi vim totam dissiparet & solueret. Neq; nunc primùm DEus rebus minimis mole, & virtute admodum infirmis vim addidit nocendi maximam, & ad sternenda maxima etiam pondera potentissimam: vt apparet in Ægyptiis plagis, & asini maxilla, quæ agmen Philistinorum ingens euertit. Facile est Deo, instrumentis à natura aut arte parum idoneis sua implere consilia, tum his quæ à natura habent in aliquo genere aut modum aut facultatem medendi, ad morbum in eodem genere inducendum vtatur: & contra vim habent nullam medicam, sed potiùs nocentissimam. Dedit Christus videndi facultatem homini à natiuitate cœco, admoto oculis luto, quod vel lynceis oculis inducere, si rerum naturam spectes, cœcitatem poterat Joan. 9. Et in veteri testamento Dei ope, Isaias massa ex ficis curavit vlcus Ezechiæ: quæ medicina contraria erat curationi istius morbi, vt Hieron. notat ad c. 38 Isaiæ.

Cur id Deus permisit

VI. *Cur Deus permisit excæcari Tobiam virum justum?* ℞det Angelus c. 12. *quia acceptus eras Deo, necesse fuit, vt tentatio probaret te.* Jeremias, Daniel, Joan. Bapt: viri moribus integerrimis, vitâ exemplares, miserias quiq; suas experti. Deinde Deus justos affligit, vt eorum meritum augeatur. *Deus enim flagellat omnem filium quem recipit* Heb 12. v. 6. filium, inquit, non servum. Quod expendens S. Amb. serm. 14. in ps. 118. Asperioribus, inquit, exercet pater filium, quàm Dominus vernaculum. Sed dura patris non æstimantur flagella, quia vult filium meliorem esse, quàm servulum. Quorsum Deus Jobo viro Sanctissimo tam multas plagas inflixit, nisi vt augeret coronas? vnde idem S. Amb. probaturus, inquit, justum suum per hujusmodi exercitia, in quibus ejus probata est patientia, magis dignum, qui probaretur, effecit. Et paulò post, Job, inquit, si non omnem amisisset pecuniam, non tantam inuenisset gratiam. Athletam suum nudum vngere voluit Deus oleo patientiæ: vt & subeundo faceret certamine fortiorem, & emerendo præmio digniorem.

Tobias non contristatus contra Deū

VII. *Quo sensu Tobias dicitur non contristatus contra Deum cæcitatis causa,* c. 2. v. 13. *cùm* c. 5. *dicenti sibi Angelo*: GAUDIUM SIT TIBI SEMPER, *responderit*: QUALE GAUDIUM MIHI ERIT, QUI IN TENEBRIS SEDEO, ET LUMEN COELI NON VIDEO? hæc enim tristitiam redolent. ℞ Est tristitia aliqua leuis, quæ animos etiam virorum sanctorum nonnihil afficit. Illa Tobiam, & ante eum Jobum, Mosem, Jeremiam c. 12, & alios in adversis casibus non nihil turbauit, ita tamen vt nihil contra Deum funesti euomerent, sed consolationis recipiendæ causa, moderatas querimonias exponerent. Hujusmodi tristitia dicitur non esse contra Deum, quia non magis deformat in viro justo virtutum pulchritudinem, quàm næuus in facie venustatem, alioquin eximiam, aut vox vna inelegans, & junctura semel atq; iterum inconcinna & durior, vrbanam, elegantem & longam orationem.

Rectè suspicatus de hædo.

VIII. *An Tobias cæcus rectè suspicatus de hædo?* ℞ rectè, quia sciebat domi unum alterúmve teruncium esse, vnde hœdus emi non poterat; imò malè suadam esse famem, & quod ait Ecclesiasticus c. 27. *propter inopiam multos deliquisse.* Unde potuit non sine causa suspicari furtum, qui sciret homines operariis pauperibus malignè potiùs mercedem non persoluere

solere, quàm auctarium gratis addere. Deinde erat pater familias, cui, ne quid domi mali accideret, curæ esse debebat. Cùm autem non speraret in sua paupertate dono hœdum, ac timeret, ne aliquis ex domesticis furtivum attulisset, aut ipse hœdus, nesciente vxore, aut filio irrepsisset domum (non enim videtur Tobias quemquam accusasse, aut notasse) vt bonus paterfamilias vniuersè rogat, prouidet, & cauet, ne quid domi suæ maneat alienum, vnde dicit: *reddite eum dominis suis.*

IX. *An liceat exemplo Tobiæ sibi optare mortem?* ℟. Licet tribus de causis. 1ma est, ne dolorbus nimiùm excruciati peccemus in DEum. Sic Job c. 6. *quis det, vt veniat petitio, & quod expecto, tribuat mihi Deus? & qui cœpit ipse me conterat: soluat manum suam, & succidat me? & hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore, non parcat, nec contradicam sermonibus Sancti* q. d. Utinam jam tandem adveniat, vt ex hoc mortali statu secedam, ne dolori succumbam, & de Deo aliquid dicam, aut cogitem religiosè parum. Malo enim à vita quàm à pietate depelli. Opto igitur omnino soluat, quam alligauit diaboli manum, vt qui cruciare cœpit, tandem extinguat. Deinde subjungit considerationem humanæ fragilitatis sese ad eamdem appetendam vrgere. *Quæ est enim fortitudo mea,* vt sustineam? aut quis finis *meus, vt patienter agam? nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea est.* Dauid etiam ps. 119. idem optasse videtur, vt liberaretur à periculis peccati, cùm dixit: *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea.* q. d. durum est mihi versari inter homines maximè barbaros, ibiq; vitam protrahere. 2da est, quando quis optat mortem, vt citiùs Deo fruatur. Sic Paulus Philip. 1. *Cupio dissolui & esse cum Christo.* Laudare solebat S. Aug. teste Possidonio c. 27. in vita S. Aug. illam sententiam S. Ambrosij morituri, qua suis fletibus ac rogantibus, vt à Deo longiorem posceret vitam, respondit: *non sic vixi, vt pudeat me inter vos vivere: sed nec mori timeo, quia bonum Dominum habemus,* à quo videlicet meliorem expecto & manentem substantiam. Tertia est, quando illa optatur cum submissione ad voluntatem diuinam, Sic probabiliter Moyses Num. 11. dixit: *Sin aliter tibi videtur, obsecro, vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis.* S. Aug. teste Possidonio, cùm vrbs ejus Hippon à Vandalis obsideretur per 14 menses, tertio obsidionis mense, ex dolore in febrim incidit, orabatq; Dominum, vt aut urbem liberaret, aut seruos suos ad perferendam voluntatem suam fortes faceret, aut se de hoc sæculo eriperet. Hoc tertium contigit ei mortuus est enim in obsidione, & civitas post mortem ejus ab iisdem capta & concremata est.

X. *Quid est panem & vinum super sepulturam justi constituere* c. 4. v. 18? ℟. Solebant veteres non gentiles modò, sed & Judæi mortuorum suorum sepulchris cibum potumq; superponere Eccli. 30. *Appositiones epularum circumpositæ sepulchro.* Vel domi saltem amicis, aut pauperibus apponere. Id autem fiebat à gentilibus quibusdam, stulta persuasione, quasi ijs epularegerent, & vescerentur defuncti, teste S. Aug. serm. 11. de Sanctis Sed Judæi id faciebant 1mò, vt honor aliquis haberetur mortuis. 2dò vt ijsdem hæc eleemosyna pro ipsis facta, auxilium aliquod impetraret à DEo, putà pœnarum purgatorij relaxationem, 3tiò vt in eumdem finem eodem epulo excitarentur convivæ ad orandum pro defuncto. 4tò vt idem epulum saltem alicui solatio esset amicis mortuum lugentibus, & ejus absentiam dolentibus, Et has easdem ob causas etiam Christianos habuisse hanc consuetudinem stipes & sportulas in amicorum funere dandi pauperibus, & ad epulas convocandi cognatos & affines, testantur Clemens Romanus, Chrysost. & Gratianus. Et durat etiamnum hæc consuetudo toto orbe Christiano. Consuetudo tamen apponendi epulas ipsi sepulchro, vt hoc quasi contactu Sanctorum cadaverum etiam ipsæ sanctificarentur, quia nimis accedebat ad superstitionem gentilium, qui suorum manibus hoc ferè ritu parentabant, itemq; propter abusum in publico comessandi, jure meritò à S. Amb. è templis & cemeterijs sublata est, cujus exemplum S. Aug. l. 6. confess. c. 2. & reliqui Prælati secuti jusserunt ejusmodi epulas domi institui, & esculenta pauperibus ibidem erogari. V. Bellarm. de purgat. l. 1. c. 13. Talem ergo eleemosynam sepulchralem jubet hîc Tobias suum filium institui more patrio: sed vetat ex eo epulo manducare cum peccatoribus, quo nomine Assyrios, reliquosq; Gentiles notat, cum quibus consortium omne & convictum seu familiaritatem prohibet.

XI. *Quomodo Angelus c. 5. v. 18, potuit dicere se esse Azariam Ananiæ magni filium?* ℟. Præferens formam & similitudinem Azariæ, verè poterat dicere se esse Azariam, Sicut Gen. 18. & alibi, qui Angelus præferebat personam DEI, verè dicebat, *Ego sum DEus* & S. Petri imago vocari solet S. Petrus. Deinde significatione etiam nominum verè Angelus erat is, quem se dicebat esse: nempe *Azarias* significat auxilium DEI; *Ananias* vel Hananeel, vt est in Hebræo, significat *Gratiam*, seu *Donum DEi.* Afferebat enim Angelus iste Tobiæ auxilium DEI, atq; verissimè filius gratiæ, seu doni DEI. Ubi notat S. Greg. hom. 34. in Evang. Angelos per se nulla habere nomina, sed ea sortiri solùm ratione ministerij, quo aliquando funguntur.

XII. *Qualiter fumus particulæ cordis ex pisce exusti extricabat Dæmonium* c. 6. v. 8.? ℟. Non interna vi propria naturali (nam sic vt summum potuit removere occasionem aliquam, qua inductus esset Dæmon, v. g. exstinguere vel debilitare pruritum carnis: sicut musica Davi-
dis

Mortem quando liceat optare.

Panem & vinū super sepulturam justi constituere.

Angelus Azarias.

Fumus ex corde piscis fugat dæmonium.

dis minuebat melancholiam Saulis) ſed neq; vi ſupernaturali (vt vult Valeſius) cælitus cordi vel fumo perpetuò affixa, qualis eſt in aſperſione aquæ benedictæ, ad fugandos Dæmones, vel in baptiſmali lotione ad remittenda peccata. Nullo enim ex loco colligi poteſt, instrumentum à DEo in eum finem vim illam ſpecialem accepiſſe. Sed extricat Dæmones ſi vi extrinſeca, nempe Angelica ad talis ſigni poſitionem producente talem effectum, & Dæmonem in perpetuum fugante: idq; non intuitu fumi, ſed obedientiæ Tobiæ in illo fumo, vt juſſ erat, excitando, & precum piarum ejuſdem, quibus Dæmonem fugari à DEo poſtulabat. Pat hæc ex c. 8. v. 3. vbi facta ſuffumigatione Tobiæ, dicitur Raphael Angelus apprehendiſſe Dæmonem, & religaſſe. Simili ratione Chriſtus Ioa. 9. luto illuminavit oculos cœci nati. Et magi per herbas & ſigna malefica dicuntur occidere, cùm tamen ejuſmodi ſignis nulla inſit efficia, nulla vis ſeu naturalis, ſeu ſupernaturalis ad productionem ejuſmodi effectuum: ſed vt ſummum moralis & extrinſeca, ex pacto, ſeu deputatione libera Dæmonis, qua ſe ſagis obſtring, quòd poſitis illis ſignis ipſe producet tales effectus, ita Abul. Lyr. & alij.

Fel piſcis ſanat oculos.

XIII. *An fel piſcis capti habuerit naturalem vim ſanandi oculos ab albugine* c. 6. v. 9.? habuiſſe colligitur ex c. 11. v. 14. vbi dicitur, *linitu* hoc *felle oculis* Tobiæ *poſt dimidiam fi horam, cœpiſſe albuginem quaſi membranam ovi, egredi,* qua *detracta viſum recepit.* Quæ omni indicant naturali via curationem illam peractam fuiſſe. Unde etiam patet, ſtercore hirundinu non fuiſſe in oculis Tobiæ exſtinctum humorem cryſtallinum, aut vim viſivam internam: ſed là pelliculâ ſeu membranulâ exteriùs obductos fuiſſe oculos. Alioqui non potuiſſet vel illo fel, vel alio medicamento naturali, ſed ſola virtute divina (vt de fugato Dæmonio jam dixi) ſum recuperare.

Dæmonium funibus ligatum.

XIV. *Quibus funibus religavit Angelus Dæmonium* c. 8. v. 3.? ℟ Scriptura quidem inuat Dæmones certo loco ligari, cùm in illo per decretum & poteſtatem Divinam vel Angecam detinentur, vt ſe loco movere, eoq; egredi nequeant, qui tamen hi funes ſint, non expmit. Poteſt tamen dici id fieri 1mò per ſubtractionem concurſus Divini, qui neceſſarius eſt motum & egreſſum, eos conſervando in illo loco, cui eos vult affigere. Sic religatus eſt Lufer in inferno, ne ſeduceret ampliùs gentes, ſed permitteret eas liberè ad Chriſtum conver, Sic alligati ſunt, 4 Dæmones in flumine Euphrate Apoc. 9. 2dò moraliter id contingit, quando per minas & acriores pœnas vetantur egredi, atq; puniuntur, ſi egrediantur, & compellutur regredi: 3tiò cùm naturaliter per vim ſuperiorem coguntur aliquem locum deſerere, & certo loco ſe continere. Sic Angelus adhibito fumo jecoris per Tobiam apprehendit Dæmoniu Aſmodæum, & religavit illud in deſerto ſuperioris Ægypti: ita vt non ſolùm vetaretur in domum illam remigrare, vnde diſceſſerat; ſed neq; in totam Aſſyriam, vt nullas ab illo novi conjuges timerent inſidias. Hi verò modi compeſcendi Dæmonem ſolent vincula, rudentes & catenæ nuncupari. Sic 2. Pet. 2. legimus, *Si enim DEus Angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos.* Et in Canonica S. Judæ dicitu *Angelos qui non ſervaverunt ſuum principatum, vinculis æternis ſub caligine reſervavit.* Apo. 20. Angelus, vt ſerpentem antiquum ligaret, habebat catenam magnam in manu ſua. In que locum Andreas Cretenſis: Catenam, inquit, ad noſtram intelligentiam vocavit operationei quæ Satanæ malitiam coërcet.

XV. *Cur Angelus cùm potuerit naturaliter ſua poteſtate ſuperiori Aſmodæum coërcere, adhibere voluit fumum jecoris?* ℟ quia latere voluit, neq; ſuam prodere naturam, donec r eſſet omnino confecta, id eſt, donec Tobias junior accepiſſet vxorem, ditatus rediret ad parentes acceptâ à Gabelo pecuniâ, & vxore dotata luculenter, & parenti foret oculorum acies restituta. Quodſi expulſus eſſet Dæmon ſine vllo ſuffimento, cui vis putaretur ineſſe medica, a certè ex inſtituto, luſtralis, ſtatim appareret in illo aliquid eſſe, quod humanam facultatem excederet. Deinde vt doceret, non eſſe ſuperſtitioſum res corporeas contra Dœmonem adhiber quibus vis aliqua ex inſtituto Divino ineſt contra eumdem, qualem habet cereus Agnus, aqu piacularis, oleum benedictum, & campanæ, quarum vſus frequens eſt ad Diaboli inſidias compeſcendas.

LIBER JUDITH

QUæſtio I. *An aptè inchoatur hiſtoria Judithæ ab hac voce itaq;, qua copulativ eſt apud Latinos?* ℟ Ribera ad Oſeæ, 9. v. 9. & Bellarm. parte 4. Gramma Hebrææ &, *atq;, autem,* & ſimiles voculas ſæpe redundare, qui Idiotiſmus e Hebrææ linguæ. His annumeranda eſt vox *itaq;*. Hæc facilis eſt explicatio Placet aliam quoq; proponere: nam certum eſt ex Joſepho l. 1. in Apponen in more poſitum fuiſſe apud Orientales, vt viri deligerentur, qui communi geſta mandarent poſteris ſcripta in hiſtorijs, qui mos inde manavit ad Romanos, vt ex Suetonic

Tullic

Tullio, Plinio advertit Serarius hic q. 1. Hinc fieri potuit, vt ex Annalibus seu diarijs, in qui-
us suo ordine scriptæ erant seriatim historiæ, sic depromerentur ad conflandum aliquem librum
x sacris Biblijs, vt contineretur vocula copulativa, quæ fortè concatenabat hanc Judithæ nar-
ationem cum alia præcedenti, quæ anno, vel mense proximo apud Hebræos acciderat; & sic
icitur in principio hujus libri: *Arphaxad itaq; &c.*

II. *Quis fuit hic Arphaxad?* ℞ cum Serario & Tirino, nomen esse non proprium sed ommune dignitatis: omnes enim Medorum reges ab Arbace primo rege Medorum vocati unt Arbacæ, seu Arbacadi, & inde Arpacadi. Adverte hîc Arphaxadum ex infimo loco ad re-ni fastigium evectum, grandius nomen inflasse, quàm reliqui suo jure & regio sanguine Me-is imperarunt. Unde non Arpacadus, vt cæteri, sed Arphaxadus dicitur. Est autem non levis onjectura fuisse præfectum quempiam ab Artaxerxe seu Nabuchodonosore constitutum Mediæ rovinciæ, dum ipse occupatus erat in Græcorum expeditione. Profligato autem Nabuchodo-iosore apud Græciam, Arphaxadum concepisse spem regnandi, & in Dominum suum rebellasse. *Arphaxad.*

III. *Quæ est summa historiæ Judithæ?* ℞ cum Pexenfelder. Marodachus (is qui Regem Manassem, Babylona tractum, in vincula, pœnitentiæq; necessitatem compegit) occiso Arpha-ado Medorum rege, rebus elatus secundis, Orientis se Monarcham, assumpto Nabuchodono-oris cognomento, ferre cœpit. Cui cùm constitutum esset totum terrarum orbem sceptro suo sub-icere, communicato cum ducibus ac Dynastis consilio, præ cæteris Holofernem, natione Persam, irum bellicosum ac ferocem militiæ Principem delegit, eiq; negotium dedit, vt cum numerosissi-nis peditum equitumq; copijs quidquid in occidentis terris adhuc Deorum hominumq;, juris sset externi, Babylonio substerneret imperio. *Juditha historia.*

Regnabat autem apud Judææ reliquias (nam plurimos Babylonia captiuitas tenebat) ea empestate Manasses, Ezechiæ filius, jam novennium, sed exiguis potentiæ viribus, vt quem ix dum precariò tandem è carcere & catenis in libertatem Marodachus remiserat. Quiesce-at hic igitur, ac tacitus quamcumq; belli fortunam opperiebatur. Atq; hæc causa fuit, cur Holofernes, cùm in vniuersa circum regna, populosq; grassaretur, & ipsam adeo Galilæam ello premeret, ac Samaritis ei finitimis immineret: Judæam tamen, ac regem, ejus Manassem, rmis hactenus intactos vel negligeret, imbecillitatis contemptu, vel in victoriarum suarum uasi mantissam differret. Cumq; belli tempestas multas regiones sæuiendo percurrisset; victor rbium gentium cunctarum in Chananitide substitit, donec omnes vndiq; copiæ, quæ varias rouincias depopulabantur, vnum in locum confluerent. Cœterùm tantus terror nationes o-nnes ac terras peruaserat, vt non hominum, sed voracissimarum agri pestium ac locustarum nnumerabilium imago quædam esset horrifica. Quacumq; communis Asiæ Syriæq; tyrannus ncesserat; inde pecora, jumenta, facultates abigebat: oppida, castella, munitiones exscinde-bat: segetibus ac messibus, abundans ipse frumento, flammam injiciebat: oliueta cum vineis & nortis exstirpabat. Diis præterea sacratos lucos ac nemora, nullo veræ divinitatis studio, sed omnis omnino, cujuscumq; numinis, abolendi furore, dejiciebat, vt Marodachum suum extol-leret. Ad hæc mares, bello vel inhabiles, vel invitos, bello tollebat. Juuentutis omne ro-bur, ac fortissimum quemq;, sua sequi castra compellebat. Quod verò fœminarum esset, id omne vel in seruitutis ludibrium, vel in libidinis ministerium abstrahebat.

Tantis fortunæ victoriarumq; successibus inflatus, ad extremum eò dementiæ devenit, vt ne veri quidem patiens, adulatoribus solis solum se daret. Achiorem contra gentis Ammo-niticæ, fidum sibi, tributariumq; ductorem, quòd is super Israeliticæ nationis origine viribus & vrbibus interrogatus, ex Annalium priscorum & famæ fide retulisset id, quod res erat, idq; non sine laude gentis illius, nec sine fida pro duce suo sollicitudine; truculentus ille, partim purpuratorum indignatione, partim insitæ sibi superbiæ stimulis agitatus, tanquam vanilo-quum explosit. Nec contentus arrogantiæ plenis verbis, quibus æquè cœli Deum ac mortali-um omne genus & robur præ se, suoq; rege despiciebat, cum ingenti stomacho fastidioq; sub-mouit è castris suis Achiorem. Cùmq; certissimæ, nec multò post secuturæ necis interminatio-ne, contemptim eum, à partibus deinceps *circumcisorum* stare jussisset; ad arborem insuper ho-stilis soli, manibus reuinctum ac pedibus, Israelitarum exposuit arbitrio. Plura quoq; insolen-tiæ sævitiæq; specimina, dum ad Bethuliam, Zabuloniæ Tribus oppidum in Galilæa sedet, edi-dit: commeatibus & aquatione prohibita Dei populum innoxium mœnibus inclusum excruci-ans, ad supremam vitæ desperationem compellens. Hunc Deus superborum destructor, post dies Bethuliensis obsidionis 30 dejecit, non sanè 120 millibus peditum, equitumq; 22 millibus, quibus Holofernes Bethuliam premebat; sed vnius fœminæ, qua hæc complexa pugionem illi-us, ebrietate tunc natantis, ac Veneris certissima designatione sopiti caput à ceruicibus recidit. Ea Juditha fuit, Merari viri inter suos potentis filia, Bethuliensis vidua, de Tribu Simeonis, for-mæ cum virtute certantis, raritate præ cunctis illius ævi virginibus conspicua: fortitudine ve-rò manûs & animi, sæculorum omnium heroidas longissimè supergressa. *Achioris re-jectio.*

IV. *Quæ est series liberatæ Bethuliæ?* ℞ Achior vinculis solutus ab exploratoribus ex vr-be egressis, adducitur Bethuliam, amice, honorificeq; habetur. Ibi exposuit insolentiam & *Bethuliæ li-beratæ seri-es.*

minas Holofernis, auxit curam Oziæ & cæteris Principibus ciuitatis Diuini Numinis pr
pitiandi. Interea de die in diem cuncta fiebant obsessis arctiora; Bethulia cum extrema aqu
rum penuria conflictatur, incisis & aversis fontium canalibus, aut militari custodia præsept
Unde complorationes, lamenta, desperatio: nihil jam restare salutis ad ultimam necessitatem r
dactis; foris instare hostem, intus deficere vitæ subsidia, Deo se inuisos, atq; à Deo desert
tradi in munus barbarorum; incusare magistratus, quòd pro tollendo deditionem, crudelitate
obsidentium exasperarent: satiùs esse viuos in manus Holofernis venire, quàm acerbissimo mo
tis genere, siti enecari. Hisce clamoribus & fletibus fatigati Ozias & primores civitatis, poll
centur se vrbem hosti traditurus, nisi intra quintum diem veniant suppetiæ. Interea Deus reco
datus misericordiæ suæ, suscitat mulierem ad opus, in quo perpetrando fortissimi bellator
contremiscant, mulierem genere, forma, opibus, pietate præstantem, quæ vix trigesimum te
tium annum agebat, quartum jam annum viduam, quæ *in superioribus domus suæ fecerat s
secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur, & habens super lumbos suos ci
cium, jejunabat omnibus diebus vitæ suæ, præter festos dies.* Hæc evocatos ad se Charmi & Ch
bri presbyteros, ac Oziam arguit, quòd quinq; dierum definitione, defectu confidentiæ in D
providentiam & bonitatem laborent, atq; ita non provocent misericordiam ejus, sed furore
accendant. Cùm autem ex vrbe exire, noctu præsertim, & in tanta rerum perturbatione n
liceret, liberum sibi cum ancilla sua exitum petijt à prædictis primoribus civitatis. Quo imp
trato *ingressa est oratorium suum, & induit se cilicio,* & Dominum pro suscepto facinore pe
ficiendo obsecravit, cladem hosti, & nominatim Holoferni imprecando. Non optavit aute
scandalo esse Holoferni, vt in libidinosam voluptatem, ex ipsius aspectu, corrueret; sed desid
ravit potiùs, vt ille conjugium optaret, quod in salutem totius populi redundaret.

Cùm autem constantiam à Domino ac fortitudinem enixè postulasset, quæ ad corporis cu
tum formamq; pertinebant, quoniam eo telo maximè pugnatura erat, diligenter curavit. C
jus etiam pulchritudinem Dominus amplificavit, *vt incomparabili decore omnium oculis app
reret.* Cumq; de cibis quoq; providisset sibi, ne profana mensa pollueretur, exijt ex vrbe cu
plurima comprecatione civitatis. Parte noctis extra vrbem in oratione posita, incidit in As
rios, transfugium simulat, illi admirantur pulchritudinem, ad Holofernem deducitur, eum ad
rat, amiceq; recipitur. Hinc oritur quæstio.

Judith non arguenda mendacij.

V. De Simulatione transfugij, quæ virtuti Veritatis opponitur, estq; mendacium factorur
cui ejusdem generis verba famulantur. Ait enim se fugisse à facie suorum civium, & cogn
visse futurum, vt præda fieret Assyrijs & alia id genus? ℟ Juditham rectè dolo & stratag
mate adversus injustissimum hostem vti & frequenti subinde ironiâ vti potuisse, quæ mendac
um dici non debet.

Adorat impium.

VI. de adoratione impio ac profano viro exhibita. ℟ hæc accusatio nullum habet po
dus. Licitam enim venerationem principibus viris, qui DEi locum in mundi gubernatio
tenent, plurima scripturæ exempla docent. Nam Abraham Ephronem, & populum terræ ad
rasse legitur, & Jacob fratrem Esau, & patriarchæ Josephum, & Moses cognatum Jethro.

An periculũ castitatis adierit

VII. De adito gravissimo periculo castitatis? ℟ hac in re dici potest eam peculiari D
instinctu cognovisse, se à DEo & Angelo ejus protectum iri, vt ipsa postea in reditu significavi
Deinde prudenter sperare potuit se Holofernem ad voluntatem & spem conjugij allecturan
cùm ejusmodi principes plurimas vxores habere solerent.

Abstinet à cibu Holofernis.

VIII. *Quæ fuerunt verba Holofernis ad Juditham?* ℟ Sequentia c. 11. 19. *Non est tal
mulier super terram, in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborum, & dixit ad illam Hol
fernes; benefecit DEus, qui misit te ante populum, vt des illum tu in manibus nostris. Et qu
niam bona est promissio tua, si fecerit hoc DEus tuus, erit & DEus meus, & tu in domo Nab
chodonosoris magna eris, & nomen tuum nominabitur in vniversa terra.* Videtur hæc Holofe
nis, promissio, non ex pietate proficisci, sed ex studio eblandiendi Judithæ gratiam, cujus am
re, jam à primo aspectu flagrabat. Tunc jussit eam introire, vbi repositi erant thesauri ejus,
jussit illic eam manere, & constituit, quid daretur illi de convivio suo, in signum intimæ b
nevolentiæ. At Juditha significavit se religione prohiberi, ne alienos cibos vsurparet, vt il
superstitionem potiùs, quàm contemptum interpretaretur.

Providet reditui suo.

IX. *Quomodo Juditha providit reditui suo?* ℟ Impetrat ab Holoferne, vt noctu & ant
lucem liceret ei foras egredi, ad orationem more patrio. Crebriùs autem exivit, vt noctu
nos excubitores assvefaceret, vt quacunq; noctis hora exiret, nihil mali suspicarentur, sed ea
more suo ad orationem exire crederent. Foris autem lavabat se aqua ritu Judaico, vt quidqui
labis ex profana cohabitatione contraxisset, elueretur, sicq; purior ad orationem accedere
Atq; ita tres dies & tres noctes abierunt. Quarto autem die cœnam fecit domesticis suis,
quam, internuntio Eunucho Vagao, Juditham evocavit. Verborum autem Eunuchi duple
erat sententia; altera simplex, qua tantùm ad cœnam, ad familiaritatem & hilaritatem Judith
invitabatur, altera insidiosa & tectior, qua ad flagitium vocabatur, priorem sensum accepit Ju
ditha, ideoq; se ad ejus obsequium parentem esse professa est; Holofernes autem & Vagao a

terat

:am verborum ſententiam ſpectabant, & decepti ſunt ambiguitatæ verborum.

Holofernis cades.

X. *Quomodo facta eſt cades Holofernis?* ℞ Venit Juditha ad cœnam Holofernis, come- t & bibit coram eo. Holofernes autem bibit vinum multum nimis, quantum numquam bi- rat in vita ſua, id eſt, in die vna, vt habetur in Græco, imò & quantum numquam erat bibi- rus. Ut autem ſerò factum eſt, feſtinauerunt ſerui illius ad hoſpitia ſua, ne ſcilicet propere no domiti ea repetere non poſſent, & turpiter ebrietatem proderent, *erant enim omnes fati- iti à vino,* & concluſit Vagao oſtia cubiculi, ſic tamen vt Juditha egredi poſſet, *qua ſola erat cubiculo,* vigil ſcilicet. Nam ſequitur, porrò Holofernes jacebat in lecto, nimia ebrietate pitus, immemor jam & impos inſtituti flagitij. Hic Juditha jubet ancillam egredi, & ſtare ıte cubiculum, obſeruareq;, ne quis admoueret aurem propiùs. Apparet autem ex recepto mo- non defuiſſe lumen in cubiculo, ſtetitq; Judith ante lectum orans cum lacrymis, & labiorum otu in ſilentio, moxq; arrepto acinace, qui pendebat ad lectuli caput, totis viribus inſurgens s in cervicem ejus immerſit, & abſciſſum caput conopæo involuit, corpus autem evoluit in rram, vbi illud poſtea Vagao reperit in ſuo ſanguine tabefactum. Prudenter autem ejus co- opæum abſtulit, ne fortè qui non norant Holofernem, id caput alicujus nebulonis eſſe crede- nt. Cumq; aliquantisper reſediſſet reſpirandi causâ, totum enim ſpiritum quodammodo ef- iderat in obeſa ceruice geminato ictu abſcindenda. Sed & ſollicitudo ipſa periculoſiſſimi fa- noris, ipſam reſpirationem intercluſerat. Itaq; poſt puſillum exivit, & caput tradidit ancillæ æ, juſſitq; illud immittere in calathum, in quo cibos ſuos antè poſuerat.

Reditg Juditha.

Et exierunt ambæ de more quaſi ad orationem & tranſierunt caſtra, & gyrantes vallem enerunt ad portam ciuitatis, cumq; Judith à longè murorum cuſtodibus dixiſſet, vt portas a- erirent, ejus voce cognita, evocato magiſtratu omnes concurrerunt ad eam, exſpectatione ſu- penſi, quid illa boni nuntij afferret, eoq; magis quòd cœperant de ejus reditu deſperare. Ita- ue facto ſilentio, rem omnem enarrat, caputq; Holofernis, cum ejus conopæo oſtentat, Deo ictoriæ gloriam cum animi demiſſione tribuens, ſimulq; de conſeruata pudicitia gratias a- ens. Hic populus vniverſus, inprimiſq; Ozias princeps populi, in gratulationem & gratia- um actionem effunditur. Achior quoq, quem conueniebat participem fieri tantæ lætitiæ, à uditha nominatim evocatur, eiq; Dei victoria, cujus ille virtutem prædicauerat, nunciatur. At le viſo capite Holofernis ſtupore tantæ, tamquam inſperatæ rei, deliquium paſſus eſt. Poſtea erò quàm reſumpto ſpiritu recreatus eſt, procidit ad pedes ejus, eiq; cum reliquo populo, di- inam victoriam gratulatus eſt, & circumciſione ſuſcepta ad populum Dei eſt aggregatus. Sed uoniam nondum erat perfecta victoria, & ſublato principe militiæ, non erat deletus exerci- us, qui poterat vnum aliquem de ducibus in locum demortui ſubrogare, qui obſidionem vſq; d deditionem ciuitatis vrgeret, ſuadet populo Juditha, vt è murorum eminenti aliquo & con- picuo loco ſuſpendatur Holofernis caput, vt eodem ſpectaculo & hoſtibus terror injiciatur, & iuibus audacia ſuſcitetur; tum vt ſub ortum ſolis vehemens fiat in hoſtes irruptio, vt ij ad abernaculum Holofernis concurrentes, & inuenientes occiſum terrore ſubito affecti, fugiant, t à perſequente Iſràèle conterantur, quæ vt prædixerat, ita facta ſunt, conciſoq; in fuga Aſſy- iorum exercitu, ſpoliis & prædis ditati ſunt vniuerſi; ea enim tanta fuit, vt vix ſpatio 30 die- um collecta fuerit. Quæ autem Holofernis peculiaria fuerunt, Judithæ à populo tradita ſunt mnia.

Interim autem effuſa circumquaq; tantæ victoriæ fama, quin etiam vt ratio exigit certi ab Ozia ad Joacimum ſummum Pontificem nuntij, cum ab ipſa Hieroſolyma cum Sacerdotibus, vniuerſo ſenatu Hieroſolymitano Bethuliam uſq; acciuerunt, quibus obuiàm progreſſa Juditha, eximia cum laude & gratulatione accepta eſt, omneſq; certatim choros ducentes laudauerunt Deum, Iuditha præeunte cun cantico ſuo c. 16. perſeuerauitq; lætitia, donec communi conſen- ſu, ſuadente in primis Ioacimo pontifice decretum eſt, vt pro tam inſigni victoria, Deo publi- cè ab omni populo gratiæ agerentur Hieroſolymis in templo Domini; eoq; profecti, & à cæ- dibus Aſſyriorum purificati, vota quiſq; ſua Deo perſoluerunt, feſtoſq; dies per tres menſes a- gitarunt, ipſaq; Iudith vaſa bellica Holofernis & conopæum Deo conſecrauit, vt eſſent ana- thema, quo diuinum hoc beneficium ab obliuione vindicaretur.

LIBER ESTHER

Aſſuerus.

QUæſtio I. *Quis fuit Aſſuerus*? ℞ Darius filius Hyſtaſpis, tertius Perſarum mo- narcha, ita pleriq; Interpretes. Et patet ex 3. Eſdræ 3. v. 1. & 2, ubi quod hîc de amplitudine imperij Aſſueri dicitur, idem prorſus totidem verbis de Dario Hyſtaſpis affirmatur. *2dò* ex ætate Mardochæi hîc c. 2. v. 6. qui alioqui nimis longævus, & multò major centenario fuiſſet. *3tiò* quia Dario Hyſtaſpis ſoli ab Herodoto l. 4. & 7. tribuitur ſubactio Indorum. Deniq; quòd c. vlt. hujus lib. v. 16. Aſſuerus hic agnoſcat, beneficio Dei Iſrael traditum ſibi, ſuiſq; majoribus, & conſerua-

tum imperium, optimè conuenit cum voto, quod fecit Deo cœli Darius Hystaſpis, vt obtin ret regnum 3. Eſdræ 4 v. 43. & narrat Ioſephus, & ad amuſſim quadrat cum edicto ejuſde Darij de inſtaurando templo Ieroſolymitano 1. Eſdræ 6. Vocatur autem hîc Aſſuerus: quia h commune erat nomen omnium Regum Medorum, ſicut Artaxerxes omnium regum Perſarur Utriuſq; verò regni, & tot aliorum regnorum rex erat Darius Hiſtaſpis, vnde & Artaxerx vocatur hîc c. vlt. v. 1.

Suſan regni Aſſueri exordium.

II. *Quomodo* SUSAN dicitur REGNI EIUS EXORDIUM c. 1. v. 2.? ℟ quia in ea Pe ſidis metropoli ſolenniſſimè coronari voluit, anno ab electione ſui tertio. Sicut Imperator R manus imò Francofurti; 2dò Aquiſgrani; 3tiò in Italia coronari ſolet, & tum demum dicit perfectè incipere ſuum imperium. Sic Darius anno regni ſui tertio, relictis alijs aliorum r gnorum ſedibus regiis, in Suſan voluit publicè inaugurari & coronari, exhibito per integru ſemeſtre nobili epulo, quod hoc cap: deſcribitur. Eſt verò *Suſan* vrbs ad Choaſpen fluuiu ſitu amœniſſimo: ſic dicta à lilijs, quæ iſtic plurima. Nam Perſis, Phœnicibus & Hebræis *S ſan*, ſeu *Suſanna* ſignificat lilium. Sic Rhodus à roſa: & Florentia à floribus dicta. Plinius l. c. 29. dicit Suſan conditam ab hoc Dario Hyſtaſpis, id eſt, vt Ælianus explicat, valde ampl ficatam, nouiſq; palatijs, & regia ſede ornatam. Nam teſte eodem Æliano, Memnon Titoi filius, primus ejus conditor fuit, quem dicunt illigatis hinc inde auro, lapidibus eam exæd ficaſſe, & ab ejus nomine Memnonæam dictam fuiſſe.

Mardochæo noluit adorare Aman:

III. *Cur Mardochæus* c. 3. v. 2. *ſolus noluit genu flectere & adorare Aman?* ℟ det ipſe Ma dochæus c. 13. v. 13. & 14. *Timebam enim*, inquit, *ne ſi ſuperbiſſimum Aman adorarem, honore Dei mei transferrem ad hominem.* Alioqui, ſi ſola ciuili adoratione adorari voluiſſet, *libent pro ſalute Iſrael, etiam veſtigia pedum ejus deoſculari paratus eſſem.* Verùm cùm publicè co ſtaret, eum diuinos ſibi honores depoſcere, non volui, non potui, ſaluâ conſcientiâ, ſignum liquod talis honoris ei exhibere, *ne* cum ſcandalo plurimorum *quemquam adorarem, excep Deo meo.* Et verò Perſarum reges, ſibi tamquam Dijs quibuſdam, diuinos honores vendicaſ & alios quoq; quos eximiè honoratos vellent, deferri juſſiſſe, tot teſtimonijs & exemplis adſtr unt etiam Ethnici Scriptores, Iſocrates, Seneca, Martialis, &c. nullus vt dubitationi locus e poſſit.

Adoratio politica.

IV. *Quomodo ergo licuit Mardochæo, Eſtheri, Eſdræ, Nehemiæ, & tot alijs ſanctis Juda agere cum regibus Perſarum? An fortè numquam illos adorabant, aut honorabant?* ℟ Honor bant, ſed honore ciuili & politico. Nam diuinos honores non ſibi depoſcebant iſti reges qu vis loco, quouis tempore, quauis occaſione (nam id permoleſtum fuiſſet, ac pene impoſſibil ſed in ſolis publicis, ſolemnibuſq; actibus, cùm venditantes ſeſe pro Dijs diuinos petebant cu tus; vti hîc in publico ſolemniq; per vrbem progreſſu fiebat ab Amane, & id ſpargebatur vb que, & ipſe palàm præſeferebat. Alioquin in familiari conuictu, in familiari negotiorum v animi cauſa congreſſibus, vt ſummum non niſi ciuilis honor & adoratio depoſcebatur, ac d ferebatur. Et talem deferebant iſtis regibus Judæi, quando cum ipſis agendum erat: fortè tiam nunquam reges aliam ab ipſis depoſcebant.

Eſther hiſtoria.

V. *Quæ eſt ſumma hiſtoria Eſther?* ℟ Rex Aſſuerus vltimo die conuiuij, quo poſt lo gam palati & ventris hilaritatem, etiam oculos conuiuarum inſigni ſpectaculo delectare volu it, juſſit Eunuchos reginam Vaſthi introducere, poſito ſuper caput ejus diademate, vt oſtend ret cunctis populis & principibus pulchritudinem ejus. At illa, ſiue vt legi & conſuetudi Perſarum pareret, quæ vxores vetabat ab aliis, quàm à domeſticis conſpici, vt ait Ioſephus, p tiùs quàm regi temulento, ſiue arrogantiæ cauſa, vt ſcriptura ſignificat, vocata non veni ſtulto rege conſultior, ait Sulpitius, pudens virorum oculis ſpectaculum corporis præbere. H rex contemptum ſe putans, nimio furore ſuccenſus eſt, fecit tamen quod vehementer irati no ſolent, vt conſuleret ſapientes, ſed illud injuſtè atq; imprudenter, quod quaſi magni cujuſpia criminis reginam ream jam eſſe conſtaret, quæri voluit cui ſententiæ Vaſthi regina ſubjace ret. In eo conſilio Manucham, ſiue quia ream putaret, ſiue quia regi, vt conſiliarij ſolent, gra tificari vellet, & ream pronuntiauit, & regno priuandam cenſuit, id publici boni intereſſe con tendens. In quam pœnam, licet delicto multò atrociorem, cùm rex ejuſq; conſiliarij conſe ſiſſent, Vaſthi repudiatur, & de hujuſmodi repudio vniuerſæ prouinciæ edocentur, ad mulie rum ſuperbiam comprimendam. Hunc exitum habuit Regium conuiuium.

Rex de Vaſthi anxius

Poſtquam Aſſueri deferbuerat indignatio, recordatus eſt Vaſthi. Significat ſcriptura cœ piſſe regem ſedato animo culpam reginæ cum ipſius pœna componere, & animadvertere ha illâ eſſe longè graviorem, quippe leviculam mulieris ejuſq; clariſſimæ pervicaciam, quales ſæ pe in familia contingunt, quamq; prudenter diſſimulare poterat, regni & conjugij privation in perpetuum caſtigarat. Unde animum regis ſubibat miſeratio, accedente præſertim memori antiquæ cum ea conſuetudinis & benevolentiæ, eximiæ item ejus pulchritudinis, quibus animu labefactabatur, & de ea repetenda cogitabat. At huic cogitationi obſiſtebat decretum, quo juxta leges patrias mutari non poterat. Itaq; rex quaſi navis in medio mari, contrarijs agitat ventis, æſtuabat.

Qu

Qua regis anxietate animadversa consiliarij ejus suggerunt ei, vt toto regno quæri jubeat Consiliarij ei suadent delectum virginum, in quibus Esther.
rgines formâ præstantes, è quibus rex eligat, quam placuerit loco Vasthi repudiatæ reginæ,
uod etiam rege annuente factum est. Contigit autem tum Mardochæum Judæum esse Susis
im Esthere, quam mortuo vtroq; ejus parente, adoptarat in filiam. Ea in numerum puella-
im, quæ regi quærebantur, adscita est. Placuit enim Eunucho Egæo, qui præcepit alteri cui-
im Eunucho sibi subdito, vt acceleraret ei mundum muliebrem; cui addidit etiam septem spe-
osas virgines, quæ Estherem honoris causâ comitarentur, & cum ea in commodissima domici-
j parte collocavit. Mardochæus verò curam Esther gerens, quotidie inambulabat juxta do-
ium, in qua electæ virgines servabantur.

Decimo mense qui vocatur Tebeth anno septimo regni Assueri, peractis priùs, quæ de mo-
: à reliquis virginibus factitari solebant, ducta est Esther ad cubiculum regis Assueri. Nec ta-
ien quæsivit muliebrem cultum, extraordinarium scilicet, sed quæcumq; voluit Egeus Eunu-
hus custos virginum, hæc ei ad ornatum dedit: Motus nimirum modestia, & facilitate puellæ,
ponte dedit, quæ judicavit convenire. Erat quippe formosa valde, & incredibili pulchritudi-
e omnium oculis gratiosa & amabilis videbatur. Non est autem existimandum eam regis sibi-
ini ante nuptias expositam. Intelligendum enim est omnes istas virgines cùm deducebantur
d regem, factas fuisse illius concubinas, id est, inferioris notæ conjuges, nisi si quam Rex ad
eginæ dignitatem vellet evehere, quod Estheri contigit, quæ decimo mense facta est regis con-
ubina, duodecimo autem Regina, vtrumq; enim tempus scriptura suggerit.

Qua in re Esther non tam Mardochæi, quem loco parentis habebat, aut regis, quàm DEi An legitimæ nuptiæ.
cquievit voluntati, qui has nuptias in publicum gentis Iudæorum bonum destinabat. Quis
utem esset affectus Estheris ad has nuptias, ipsa postea confitebatur Domino c. 14. v. 15. *No-
i Domine*, inquit, *quia oderim gloriam iniquorum, & detester cubile incircumcisorum, & omnis
lienigenæ.* Nimirum non ignorabat religiosa puella, nisi DEo has nuptias conciliante, illici-
is fore lege Mosaica Deut. 7. 1. 23. Nisi placeat illam prohibitionem ad illas tantùm 7. gen-
:s referre, quæ eo loco memorantur, & erant subjectæ anathemati. Quid quòd nonnulla etiam
ies erat conversionis ipsius Assueri, operâ Estheris, vt qui DEum cœli non solùm agnosceret
d hoc ipso tempore magnis muneribus honorasset & populum ejus insigni favore prosequeretur.

Adamavit ergo Estherem Rex & eam prætulit omnibus mulieribus, & concubinis suis,
t posuit diadema regni in capite ejus, & eam reginam esse voluit loco Vasthi. Et nuptiale
onvivium jussit magnificè præparari cunctis principibus & aulicis suis. Quin etiam voluit
mnes subditos suos participes esse lætitiæ suæ. Dedit enim requiem vniversis provincijs à
ensione tributi.

Cætera hujus libri clara sunt. Nempe Eunuchorum contra Assuerum conjuratio ejusq; per
Mardochæum detectio. Quomodo Aman Mardochæum & Judæos persecutus sit, literas à rege
iro excidio Judæorum impetraverit, Mardochæus, & Esther luxerint, Esther Regem cultu
nagnifico adierit, amanter accepta fuerit. Quomodo Aman crucem Mardochæo paraverit,
juæ Divina in hoc negotio providentia? quomodo Aman gloriosè Mardochæum deduxerit cum
ummo suo pudore, ad convivium Estheris bis evocatus fuerit, ab Esthere accusatus, cruci
addictus & bona ejus fisco. Quomodo Mardochæus exaltatus, Amanis literæ antiquatæ, vin-
dicta Judæis permissa, inimici Judæorum occisi, magistratu favente & nemine resistente.

Susis quoq; in civitate regia quingenti sunt interfecti præter 10. Amani filios. Sed mor- Ordo rei gestæ.
tis eorum tempus ambiguum est. Nam Rex in literis suis ad magistratus, affirmat illum, &
omnem cognationem ejus pendere in patibulis c. 16. v. 18. Nunc autem post menses octo à pa-
tris cæde filij 10. dicuntur occisi, quos Esther petit suspendi in patibulis, vtiq; recens occisos.
Dicendum videtur illo ipso die, quo suspensus est Aman, & omnia ejus bona regio addicta fisco,
totam omnino ejus familiam carceribus mancipatam. E tota verò illa turba, præcipuos 10.
Amani filios fuisse reservatos, vt essent eorum primitiæ, qui Susis duodecimo mense interfici-
endi erant; reliquam verò familiam, vxorem, concubinas, filios, filias, servos, ancillasq; cum
patre familias, in ejus ædibus crucis patibulum pertulisse, moxq; corpora cum crucibus ante
vrbis portas fuisse translata. Indeq; scriptas literas, quæ ejus rei meminissent. Postea verò die
cædibus destinata, initium cædendi Susis sumptum esse à 10. filijs Aman, qui reliqui erant, &
ab ijs ad quingentos vsq; in eadem vrbe cædem fuisse progressam. Postridie autem postulante Re-
gina alios quoq; occisos, & 10. istos Amani filios, in crucem ignominiæ causâ fuisse sublatos,
sicq; omnia rectè consentiunt.

Illud autem nominatim scriptura notavit, nusquam Judæos, siue Susis, siue reliquis in pro-
vincijs cæsorum bona diripuisse, quamvis id eis per regis literas nominatim liceret; ne non zelo
justitiæ, sed ardore avaritiæ ad tantam cædem viderentur incitari. Nam cæsorum numerum
ad 75. millia pervenisse scriptura ipsa testatur. Moxq; diem festum in memoriam cædis hujus
fuisse institutum, & in posterum propagatum, & historiam ipsam à Mardochæo literis traditam.
Horum autem Judæorum sacrilegi posteri, peccata vetera novis accumulantes, ita celebrabant
hunc diem, vt ejus ritus contra Christum traducerent, vt ex Honorij & Theodosij prohibitione
constat, Cod. de Judæis & Cœlicolis.

Aman quis fuit.

VI. *Quis fuit Aman*? ℟ Diversi diversa de illius genere referunt. Fuit de stirpe Agag Amalecitarum regis à Saule capti, à Samuele confossi, 1. Reg. 15 ita Hebræi omnes & Thargum vterq;, quorum alter ipsius Amanis Genealogiam ad Esau vsq, deducit. LXX. hîc c. 9 & Noster c. 16. v. 10. & 14. Macedonem fuisse disertè affirmant. Sulpitius mavult Persam vocare. Quid si dicamus majores ejus ex strage Amalecitarum profugos Macedoniam petijsse indeq; parentes Amanis paulò ante hæc tempora in Persidem demigrasse? sic poterit ex omnibus illis gentibus verè prognatus dici Aman. Quare autem ad tantum dignitatis fastigium evectus sit, vt secundus à rege diceretur, imò & regis Pater, & adoraretur ab omnibus, & omnibus imperij Persici provincijs præpositus esset distinctè non traditur. Universè tamen ejus merita significantur c. 13. Ubi dicitur sapientia & fide reliquos præcelluisse. Postea tamen eum Rex longè alium agnovit ac prædicavit, cùm illum superbum, crudelem, proditorem, pessimum mortalium appellat, Aman idem est, quod conturbans.

Mardochæus quis.

VII. *Quis fuit Mardochæus*? ℟ Mardochæus, id est, amara *contritio*, vel *myrrha contrita* erat de eo numero captivorum, quos transtulerat Nabuchodonosor Rex Babylonis de Jerusalem cum Jechonia rege Juda. Id factum anno regni Nabuchodonosoris octavo, ex quo ad hunc annum numerantur anni 156. quibus si addas annos 14. quibus fortè tunc natus erat, fient 170 Itaq; dicendus est translatus in avo suo, vel proavo, à quibus in captivitate genitus est. Sic Zorobabel & Josve & Nehemias alijq; 1. Esd. 2. dicuntur reversi in Jerusalem de captivitate quam tulerat Nabuchodonosor: qui tamen numquam viderant Jerusalem, nec translati inde fuerant, sed eorum parentes. Jam redierat Mardochæus Jerosolyma (vt tradit Josephus 11 Antiq. c. 4.) quo cum JEsu & Zorobabele l. 1. Esdræ c. 2. v. 2. primo anno Cyri negotiorum causa, & ad contribules suos animandos ad breve tempus excurrerat. Neq; enim poterat diu ab aula regis abesse, cùm vt hîc c. 11. v. 3. dicitur, *vir magnus* esset, *& inter primos aulæ regiæ* Nempe officium ejus erat, vt hic c. 2. v. 19. habetur, *manere ad januam regis*: quod solis regij corporis custodibus, qui è primis erant principibus, concedi solebat teste Herodoto l. 3. & verò erat ex regia oriundus stirpe Mardochæus, putà ex familia *Cis*, & forsan ex posteris erat Saulis regis, per Jonatham & Miphiboseth.



QUÆ-

QUÆSTIONES EXEGETICÆ IN LIBRUM JOB.

Præcipua quæſtio hoc libro agitatur, an ſoli peccatores à DEO adverſis ffligantur in hac vita: an verò etiam pij & juſti, qui nihil tale meruerunt. riorem partem & falſam tuentur amici Jobi, poſteriorem & veram ipſe Job. Unde verba tum DEI, tum Jobi, quæ DEUS cap. vlt. probat, infalbilem habent veritatem Canonicæ ſcripturæ: non item verba amicorum obi, vt paſſim patebit. Ita S. Greg. Aug. Chryſoſt. & Polychronius in Cana c. 7. Qui etiam dicunt, hos tres geſſiſſe typum hæreticorum Eccleſiam pios impugnantium. Allegoricè & Anagogicè Chriſti & cujuslibet patiens victoria & triumphus in reſurrectione adumbratur, ita Tirinus.

CAPUT I.

Inſignis pietas Jobi, divitiæ & proles commemorantur. Convivia icißim filij ejus celebrant. Job pro ipſis ſacrificat DEO. Satan impetrat, t Jobum liberis & opibus exuere liceat. Job omnia patientißimè tolerat.



Uæſtio I. *Quæ fuit terra Hus?* ℞ Huſſitis vel Auſitis terra ſita eſt vltra Jordanem inter montem Hermon & Trachonitidem, quæ poſtea ceſſit in ſortem dimidiæ tribus Manaſſe vbi etiamnum viſitur pyramis ſepulchri S. Job. inquit Adrichomius. Hinc Patres paſſim nunc Idumæum, nunc Arabem vocant, prout terminos Idumææ vel Arabiæ latiùs aut longiùs extendunt. *Terra Hus.*

II. *Quis fuit Job?* ℞ LXX. Gen. 36. v. 31. ita legunt: *Et priùs erat ei nomen Jobab. Cùm autem accepiſſet vxorem Arabiſſam, generat filium, cui nomen Emmon. Erat autem ipſe ex patre quidem filius Zara, de filijs Eſau, matris Boſorræ, ita vt ipſe ſit quintus ab* *braham*, excluſivè ſcilicet, vt notavit Epiph. init. Panarij. Iſaac enim primus eſt, ſecundus ſau, tertius Rahuel, quartus Zara, quintus Jobab, & hunc dicunt eſſe Job. Notat quidem S. lieron. in Trad. Hebr. hæc verba non haberi in Hebræo, non tamen propterea magna authotate carent. Nam ipſemet Hieron. præf. 2. in l. Paral. ait eos quædam addidiſſe vel ob decoris ratiam, vel ſpiritus S. auctoritate, quæ pleniùs etiam profitetur S. Aug. l. 18. de civit. c. 42. uſebius de Demonſt. c. 6. ait Jobum gemina ætate ſuperiorem fuiſſe Moyſe, hunc enim ſetimum eſſe ab Abraham, Jobum autem quintum. Hujus ſententiæ etiam ſunt Epiph. Aug. hryſoſt. Theodor. Greg. M Amb. & alij. Cui etiam ſententiæ fidem conciliant cognomina rium amicorum Jobi, quæ petita ſunt ex vrbibus Idumææ. Jobab idem ſignificat, quod vlulans el ejulans juxta S. Chryſoſt. in Catena. Job fuit Rex, vt ipſemet ſat innuit c. 19. v. 9. & ali-i. Imò regem regum fuiſſe probat Pineda ex v. 3. hujus cap. vbi dicitur: *Erat vir ille magnus nter omnes orientales.* Fuit idem etiam Sacerdos, vt patet ex ſacrificio, quod obtulit v. 5. Fuit k propheta, inquit Hieron. Aug. & Greg. & colligitur ex c. 40. v. 1. Deniq; Martyrem, imò nultis Martyribus majorem vocat S. Chryſoſt. & alij quos citat Pineda & Salianus. *Job quis fuit.*

III. *Quando vixit Job?* ℞ Salianus putat natum eſſe anno mundi 2328. Jacobi 121. quæ ſt Hebræorum ſententia in Seder Holam, & Genebr. in Chron. Nec repugnant qui natum licunt anno quo Jacob deſcendit in Ægyptum, quoniam intra illius anni circulum natus eſſe potuit. Vide Pinedam in Job. Trigeſimo pòſt anno vxorem duxiſſe Boſorram Arabiſſam, ac ſub idem tempus regnum adminiſtraſſe. Septuageſimo luctam cum Dæmone compleviſſe: Deniq; anno vitæ Moyſis 75. quinquennio ante egreſſum Hebræorum ex Ægypto vitâ functum eſſe ex probatis auctoribus docet Tirinus in Chron. c. 16. & 17. Obſervat hîc Salianus Divinam providentiam circa provinciam Chananæorum, quam ordine tot jam ſæculis voluit illuſtrari clariſſimorum virorum ſibi ſuccedentium præſentia & patrocinio. Anteceſſit Melchiſedech, inde Abraham, Iſaac & Jacob: & iſto mox in Ægyptum tranſituro cum ſuis, ſuſcitat Jobum meritò Sanctiſſimis viris annumerandum, qui ejus ſuppleat vices: donec veniat Moyſes cum po- *Job quando vixit.*

pulo ſuo: ad idem enim ferè tempus ipſius Jobi vita protenditur.

Jobi felicitas.

IV. *Quæ erat felicitas Jobi?* ℞ Erat tum internis animi bonis egregiè locuples, tu externis vehementer abundabat. Principio 7. filijs tribusq; filiabus, egregiæ omnes indoli habuit inſtructam domum; quorum ſingularis erat in parentem obſervantia & inter ſe amor concordia; accedebant naturales illæ divitiæ, 7. millia ovium, tria millia camelorum, bou juga quingenta, quingentæ aſinæ, numeroſumq; ſervitium, domi foriſq; neceſſarium. Quib rebusomnibus toto oriente inter Arabes Idumæosq; omnes, maximus atq; clariſſimus effectus e

Angelorum cœtus.

V. *Quis fuit cœtus Angelorum* v. 6.? ℞ Quadam die, inquit Pineda, Tirinus & ali ſancti Angeli, illius regni hominum, & filiorum Jobi cuſtodes, in eum ipſum locum co venerunt, in quo duo illi Jobi tutelares verſabantur. Eum locum Sathan quoq; circumiba Concilium videbatur & quaſi judicum conſeſſus, cui præſidebat ſuperior quidam Angelus, DI vice, ac nomine. Ibi cùm de Jobi, totiusq; familiæ ipſius ſanctitate tamquam ab amicis patronis ageretur, affuit & Sathan, in Angelum lucis ſe transformare ſtudens, quem facilei qui DEi vices gerebat, agnitum interrogat, vnde veniat, & an conſiderarit Jobum, virum, q mortales omnes vitæ innocentiâ longè poſt ſe reliquerat. Quæ cum adverſarius negare no poſſet, eò confugit, vt quæ à Jobo rectè fierent, in deteriorem partem interpretaretur; qua Job non vera erga DEum pietate illi ſerviret, ſed quaſi bonorum temporalium mercede con ductus: quæ ſi illi tollantur, inquit, nihil reveritus Divinam faciem, illius providentiam ape tè criminaturus ſit. Quibus ille verbis haud obſcurè Jobum expoſcebat ad ſingulare certame

Job dicit ſe nudum.

VI. *Quomodo Job 4. cladibus acceptis ſe nudum aſſerit* v. 21.? an non omnia ſua habe bat in agris? nonne palatium, aut ædes aliquæ in vrbe ſupererant, in quibus tum reſidebat cùm ad eum hæc nuncia delata ſunt? nonne agri & vineæ, horti & prata ſupererant? no deerat certè regia ſupellex, non domeſtici multi famuli, non magna copia auri & arge ti. Hæc autem omnia illi eodem momento perijſſe neq; ſcriptum eſt, neq; ſi perijſſent, ſcriptu ra ſilentio præterivſſet. ℞ nudum ſe dicit vel vſitata illa auxeſi, qua quis ingentem jacturan paſſus, exclamare ſolet: *perij nullus ſum*. Fortè etiam prophetico ſpiritu prævidit, quæcumq ſupererant, brevi quoq; ſibi peritura. Sicut & factum eſt. Reſervata ſunt aliqua Divinâ provi dentiâ, quæ mox plurimis, graviſſimis, maximèq; diuturnis morbis fruſtra curandis conſume rentur, & quæ domeſtico ſcelere, per vim fraudemq; quaſi jam jam morituro eriperentur; ipſe met deniq; quaſi abominandum cadaver, ſuis alieniſq; ædibus pelleretur.

CAPUT II.

Satan permittente DEo, Jobum peſſimis vlceribus morbisq; excrutiat. Uxor maritum ridet, eiq; inſultat. Job ejus impietatem redarguit. Tres amici Jobi ſolandi cauſâ accurrerunt: ſed magnitudine mali percuſſi, toto ſeptiduo illum affari non audent.

Pellis pro pelle.

QUæſtio I. *Quid eſt* PELLEM PRO PELLE v. 4? ℞ Latinis cutis dicitur, quæ adhuc carni adhæret, detracta autem pellis. Sicut autem antiquis potiſſimùm opes conſiſtebant in pecoribus, ita ſupellex & opes domeſticæ cenſebantur pelles, quas pecuniæ loco dabant vendentibus. Unde videtur dicta ſupellex, quaſi collectio pellium ſuper pelles. dicitur ergo proverbialiter pellem pro pelle, hoc eſt, ſupellectilem omnem ſolet homo dare pro cuticula ſua; ſicut explicat ipſe Satan, omnia quæ habet homo extra ſe ſolet dare pro vita vel ſanctitate.

Job percuſſus vlcere peſſimo.

II. *Quid eſt* PERCUSSIT EUM ULCERE PESSIMO v. 7.? ℞ Innuitur, omnibus corporis humoribus, partibusq; à recto ac naturali ſtatu dimotis totum illius corpus maligno vlcere infectum atq; afflictum fuiſſe, vt à ſummis vnguiculis vſq; ad capitis verticem nulla particula remanſerit incolumis, ſed interna omnia, externaq; membra, implorabilibus cruciatibus æſtuaverint, quæ accuratiſſimâ diligentiâ perſecutus eſt Pineda annumeratq; ad 30. S. viri morbos. Scilicet fuiſſe Phagædænam, ignem ſacrum, eriſipelos, canorum, animi deliquium, lepram, ſcabiem, elephantiaſin, pruritum, luem veneream dictam, arthritidem, vermes, morbum pedicularem, plagas Ægyptiacas, viſcerum putredinem, dolorem renum, vlcera pulmonum, pleuritidem, liguæ fauciumq; & tonſillarum phlegmona, anginam, aſthma, famem caninam, dolorem coſtarum, dolorem capitis, vlcera narium & aurium, ſyncopen cordis, ſingultus &c. Nec ſimul hi morbi immiſſi ſunt. Cùm enim formidaret Sathan, ne ſi cum tota illa cohorte malorum in Jobum incubuiſſet, hominem ferendo imparem exſtingueret, & rurſum ſperaret eum ſe facilitùs in deſperationem acturum, ſi alij ex alijs quotidie morbi pullularent; ita à veteratore illo certamen inſtitutum eſt, vt prioribus labefactatus, poſterioribus in terram afflictus procumberet. Quod ſuadet etiam ordo ſervatus in primis illis 4. calamitatibus, aut inferendis aut nunciandis. Addit S. Chryſoſt. cum S. Athanaſio, lethales fuiſſe hos morbos, & mortem illaturos fuiſſe, ſi DEus eos ad cor, aliamve partem perſerpere permiſiſſet, & conſequenter Jo-

Jobum Martyrem vocat; ficut pleriq; Patres B. Virginem, & S. Joannem Martyres faciunt.

III. *Quamdiu durauit afflictio Jobi?* ℞ det Salianus per feptennium, cum hac tamen mo-icatione, vt non feptennium fub dio in fterquilinio nudus, hyemes & æftates jacuerit, fed is erit hujus quafi tragædiæ, feptimus calamitatis annus. Primum enim internis, vt videtur, doloribus correptus, affligitur lecto: aduocantur illicò medici, adhibentur curationes fucceffu ne nullo; vna ægritudine non nihil remittente, intenduntur aliæ, nouæ etiam fucrefcunt, & ernæ foras erumpunt, res familiaris in remedia exquifita confumitur. Septimo tandem an-, cùm horrenda lues totum corpus occupaffet, neq; fpectaculum oculis, neq; naribus fœtor i effet vltra tolerabilis, fed tetram vndiq; mephitim exhalaret, qua tecta omnia perfufa in-lebantur, ex vrbe quafi mortui cadauer, certè animam agentis effertur & in fterquilinio de-nitur.

IV. *Cur Job fedebat in fterquilinio v. 8. extra civitatem?* ℞ eò quòd elephantiacus effet, oq; fejunctus à folio fuo & palatio regali, & à cætu hominum, inquiunt Apollinaris, Poly-ronius & alij. In quo typus Chrifti fuit, vulneribus pleni, extra vrbem in Caluaria crucifixi.

V. *Quid fignificant verba vxoris Job v. 7.* BENEDIC DEO ET MORERE? ℞ Sarcafmus , q. d. I, nunc ferui DEo, benedic & lauda DEum, tam tibi amicum, vt te jam jam morte rditurus fit. Aut etiam: fi DEo maledixeris, mortem faltem immittet tibi DEus, tibi præ a optabilem. Mulierem incitabat Satan, quæ ad mendicandum coacta fuerat, Dæmone a-nte, vt nemo ejus mifericordiâ tangeretur.

VI. *Qui fuerunt tres amici Job v. 11.?* ℞ Reges vocantur Tobiæ 2. v. 15. & hîc apud XX. Eliphaz vocatur Themanorum Rex, Baldad Sauchæorum tyrannus, & Sophar Minæo-m Rex. Porrò Eliphazi mentio fit Gen. 36. v. 4. & ejus filij Theman v. 11. Baldad ex ne-tibus fuit Abrahæ ex Cetura, cujus filius fuit *Sue* Gen. 25. v. 2. & 1. Paral. 1. v. 32. Unde ldad dicitur Suites. Porrò Sophar Naamathites veri fimiliter filius eft Nabath Gen. 36. v. fratruelis Eliphazi. Notat verò Origines, Olympiadorus, Chryfoft. & Greg. hos amicos Job iffe viros fanctos, vtpote Sanctiffimi hominis amicos & familiares, dum igitur arguunt Jo-m, peccant non malitiâ fed ignorantiâ. *Tres amici Iob.*

VII. *An hi amici Jobo 7 diebus affederint?* ℞ Affederunt, non tamen perpetuò, veluti lo-affixi, vt non digrederentur interdum ad alias actiones, alibi peragendas, ac poftea redirent: tamen, vt feptiduo non auderent Jobum alloqui.

CAPUT III.

Job maledicit diei fuo natali & præfenti vitæ, pulchro carmine defcri-ns mortalium miferias, & à quantis malis liberentur, qui tam miferæ itæ fubtracti funt.

Quæftio I. *Quomodo fine peccato Job maledicit fuæ & aliorum hominum natiuitati, & vniuerfim vita humana calamitatibus plena?* ℞ Spiritus diuinus & propheticus, præ-terquam quòd eft valde viuax, patheticus, figuris implexus, myfteria caliginibus in-volvens, folet frequenter præcifiuè loqui de rebus; adeò non eft fana philofophia ulgaris, quæ actum hujusmodi abftractivum aut præcifiuum cum imperfectione neceffariò con-ngi exiftimat. Sic Paulus cupiebat anathema effe à Chrifto: Chriftus ipfe orabat *tranfeat à e calix ifte*, quem tamen fummopere expetebat, & fponte elegerat, in cruce autem clamabat, *Eus meus, vt quid dereliquifti me!* S. Ignatius malebat cum incertitudine falutis diu-ùs viuere, & DEo feruire, quàm cum certitudine ftatim mori: P. Nicol. Lancicius defide-abat etiam in beatitudine cœlefti fua bona opera hîc facta occultari fanctæ humilitatis affe-u. Primò itaq; miferia vitæ humanæ per fe mala eft, & fecundùm fe; & fi bona prout à Deo ftè inflicta, & quatenus hominem prouocat ad virtutem: DEus enim malum non fecit, etiam œnam per fe, & fponte, vel cum affectu; nec hominem creauit, ad miferiam, fed ad felici-atem: per accidens ergo & cum difplicentia, illam immifit. Undè fecundùm fe miferia vitæ on eft nifi deteftanda. Secundò peffima eft eadem miferia, quatenus à radice peffima, quæ eccatum eft, progerminat: & fic multò ampliùs execranda, tamquam matris turpiffimæ ne-anda proles. Tertio quia non eft homo, qui non peccet, & ipfe Job venialiter fæpe peccâ-at, vt dici poffit homo fere nafci ad peccatum, quod inedia, bella, morbi, mors ipfa, & quæ-is calamitas, multis non nifi femel eueniant, peccare autem omnibus & fæpe; confentiunt au-em omnes, peccatum vel leuiffimum, effe majus malum, quàm ipfa pœna inferni, ita vt præ-aret omnem creaturam perire, quàm fieri peccatum; quid mirum, quod adeò deteftetur illud ob, Spiritu DEI incenfus, vt mallet non natus effe, quàm incidiffe in ftatum tot peccatis, & lijs malis obnoxium. Porrò cùm adeft caufa, licet vouere & optare irrationabilibus creatu-is malum, fcilicet, vt non fint, aut vt careant aliquo fuo ornamento. Neq; læditur hîc cha-itas, cùm aduerfùs irrationabilia non fit charitas. Suppono autem non maledici eis, quatenus reaturæ DEI funt, neq; in odium proximi, fed folùm vt caufant, vel comitantur malum. Quin *Iob maledicit fuæ natiuitati.*

& male-

& maledicere ex zelo justitiæ creaturis rationabilibus, non qua tales sed qua impiæ sunt, & o ingentia, quæ procreant mala peccatum non est, vt inquit Tirinus. Unde & Christus non sc li ficui infrugiferæ maledixit Marci 11. v. 14, sed & reprobis hominibus Matt, 25. v. 41. *disc dite à me maledicti*. Item, *maledictus omnis qui pendet in ligno.*

II. *Nonne Job excusari potest à peccato propter locutionem indeliberatam, eò quòd b. Jobi verba fuerint solius sensus aut affectus inferioris?* ℞ negatiuè, nam etiam rationis & pa tis superioris verba esse constat ex deliberato exordio, totoq; orationis decursu. Neq; ex in patientia animi hîc loquitur patientissimus Job, sed ratio, & pars animi superior laxat consu tò habenas parti seu appetitui inferiori, vt dolor internus in verba & querelas erumpat, qu bus tam amicis præsentibus, quàm posteris omnibus testata fiat dolorum suorum & ærumn rum acerbitas, vtpote quibus mortem, & ab vtero carentiam vitæ longè præoptet. Ita Orig Chrysost. Amb. Hieron. S. Thom. Bonav. & alij. Porrò licere inefficaci volitione & condi tionata desiderare *se natum non esse* vel in genere *non esse*, dum modo absoluta & efficaci volun tate resignatus sis in omnem voluntatem DEi (vt erat Iob) patet etiam ex ipsius Christi exem plo Matt. 26. *transeat à me calix iste*. Quidni possint etiam alij, qui multis magnisq; ærumni tum animi, tum corporis involvuntur, prudenter idem exoptare, si DEi voluntas ea fuisset maximè cùm præstet numquam fuisse, quàm DEum vel semel offendisse.

III. *Quis sensus verborum* v. 8. MALEDICANT EI, QUI MALEDICUNT DIEI? ℞ subintelligitur sibi infausto & infesto, vt solent Æthiopes, qui juxta Atlantem Æthiopiæ mon tem habitant, hi enim teste Herodoto & Plinio, solem & dum oritur, & dum occidit, exe crantur, eò quòd nimio suo calore ipsos ipsorumq; terras perdat. q. d. Iob, illi potiori jur meum natalem diem, multò nocentiorem, maledictis prosequantur.

IV. *Quid indicatur per verba* v. 8. QUI PARATI SUNT SUSCITARE LEVIATHAN ℞ Aquila & Symmachus vertunt draconem, scilicet cetum magnum, seu balænam. Solent e nim nautæ in maledicta proni, tum maximè in ea prorumpere, cùm, expeditis magno moli mine omnibus ad capiendas belluas illas marinas necessarijs, turbo vel procella ex improui so superuenit, quæ omnia disjicit, discerpit, & irrita reddit. Ita communiter Interpretes.

CAPUT IV.

Eliphaz arguit Jobum impatientiæ, conaturq; ei persuadere, quòd propter peccata sua flagelletur à Deo, qui nulli innocenti aduersa immittit.

Eliphaz & alij sapientes.

QUæstio I. *Fueruntne Eliphaz & cæteri amici Iob verè sapientes ac pij?* ℞ det Pineda affirmativè, quia eorum sermones verè docti, atq; multa eruditione referti id satis declarant, quos plurimi faciendos patet ex eo, quòd S. Paulus 1. Cor. 3. 19. Eliphazi testimonio vtatur ad doctrinam suam stabiliendam dicens: *Sapientia hujus mundi stultitia est apud DEum. Scriptum est enim: comprehendam sapientes in astutia eorum.* Quam sententiam Eliphaz protulit c. 5. 13. Probos, sapient. & eruditos id etiam probat, quòd Sancto Jobo viro integerrimo, sapientissimo, eruditissimoq; vsi fuerint familiariter, cujus amici passim nominantur. Pares autem cum paribus plerumq. congregantur & conversantur; nec vera sine virtute amicitia conglutinari potest; sed nec viro probo cum iniquis esse potest amicitia. Adde; quòd Eliphaz hoc, & cum eo simul socij postremo capite, Divino alloquio & apparitione digni sint habiti. Nec refert ipsos à DEo fuisse reprehensos, quòd amici sui consolationem imprudenter tractassent, adeoq; peccassent. Nam à DEo edocti ab errore liberati & in gratiam recepti sunt. Nec ideo rejiciendi sunt, cùm & plures alij prophetæ, & Agiographi, quorum libri & oracula in scripturæ Canones relati sunt, graviora longè crimina commiserint; & acerbiorem meruerint ac tulerint reprehensionem, etiam ipsemet Moyses & David.

II. *In quo fuit error horum amicorum?* ℞ Potissimum in eo, quòd cum S. Jobo de proborum virorum & iniquorum differentijs disputantes verissimas quidem instituant propositiones, sed assumptiones plerumq; falsas ac temerarias subinferant, in quibus turpissimè halucinantur: nihil enim de toto genere bonorum & malorum edisserunt, quod non doctissimè sapientissimeq; loquuntur, imprudenter tamen S. Jobum iniquitatis arguebant, qua in re non adeo mirum est eos fuisse deceptos. Nam cùm pœnæ naturâ suâ propter culpam institutæ sint, & infligi soleant, communiter homines eum culpæ reum putant, quem pœnas pendere vident; adeo vt vel ipsemet Christus infinitè bonus, quòd in crucem suffixus cerneretur, *cum sceleratis reputatus sit*. Isa. 53. 12. Hinc Barbari quoq; videntes viperam è manu Pauli pendentem dicebant ipsum homicidam esse, quòd vltio non sineret eum vivere. Act. 28. 4. Quare mirum non est Jobi amicos de ipsius probitate dubitasse, vbi eum fortunis omnibus spoliatum, & tam exquisitis tormentis à Diabolo excruciatum cernerent.

Job falsò arguitur impatientia

III. *Quid innuit Eliphaz* v. 5. NUNC VENIT SUPER TE PLAGA ET DEFECISTI? ℞ Arguit Jobum impatientiæ & defectionis in tempore adversitatis, qui dum prosperâ fortunâ vteretur, alijs calamitate quapiam oppressis & patientiæ documenta & constantiæ consilia de-

derat;

c[i]at; juxta illud Comici, *Omnes cùm valemus recta consilia ægrotis damus, hic si sis, aliter sen-t[i]s.* Ita præclarè quidem philosopharetur Eliphaz si cum viris prosperitate in speciem pijs, ad-v[e]rsitate impijs ageret. At hæc reprehensio in Jobum, virum constantissimum, de adversis æquè [a]c prosperis DEo gratias agentem minimè quadrat. Falsò ergo Jobum sub plaga defecisse cri-m[i]natur, qui ipsiusmet DEi testimonio velut aurum igne probatum multò inde splendidior & g[l]oriosior evasit.

IV. *Quomodo intelligendum, justum non perire:* QUIS UNQUAM INNOCENS PERIIT? A[U]T QUANDO RECTI DELETI SUNT? v. 7.? ℞ Si quicumq; interitus intelligatur tam [hu]jus quàm futuræ vitæ, sic vt significetur, nec in hoc nec in futuro sæculo justum planè nemi-[ne]m perire, nequaquam verum est. Multi enim viri magna virtute præditi indigna morte ab-[re]pti sunt, patet in Abelis nece statim in exordio mundi, & ex Christi ac Apostolorum [ig]nominiosissima morte luculentissimè confirmatur. Quin & Isaias c. 57. 1. qui & ipse crude-[lis]simo supplicio vitam finivit, dicit: *justus perit & non est, qui recogitet &c.* Si autem de in-[ter]itu illo sempiterno tantùm propositio intelligatur, tunc omnino est verissimum, & sic inno-c[en]s nemo perit. *Justorum enim animæ in manu DEi sunt.* Sap. 3. 1. *Et non tanget illos tor-m[e]ntum mortis &c.* Hinc in Apoc. c. 2. 11. Spiritus dicit Ecclesiæ: *qui vicerit non lædetur à [m]orte secunda:* ab hac enim morte nos DEus per Christum vindicavit, *Ut omnis qui credit [in] ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam.* Joan. 3. 15. Quin & Christus ipse promittit Jo-[an]. 8. 51. *Si quis sermonem meum servaverit, mortem non gustabit in æternum.* Quòd si igitur [El]iphaz de interitu æterno propositionem suam intellexerit, nihil contra Jobum dicit, vt qui [no]n hunc, sed vitæ mortalis finem & quidem justissimis de causis exoptabat. *Innocens nemo perit.*

V. *Cur Eliphaz Iobo rugitum leonis & vxori vocem leænæ tribuit* v. 10.? ℞ Rugitum [Le]onis ei tribuit, siue propter immanem, quâ ipsum florente adhuc fortuna in subdita abusum [fu]isse existimabat, tyranidem, ob quam modò tam graviter à DEo puniretur; siue propter acer-[bis]simas, quas ipsemet superiori capite ex ore illius perceperat, querimonias blasphemiæ (vt [qu]idem Eliphaz interpretabatur) plenissimas atq; immansueti, & impatientis animi indices [no]n obscuras: vocem verò Leænæ vxori ejus assignat ob non dissimilem à mariti moribus fe-r[o]citatem, & insolentem verborum quibus ipsum ad maledicta in DEum effutienda instigave-r[at], procacitatem. Catulos verò Leonum vocat Jobi filios, quorum dentes tunc contriti sunt, [qu]ando illos domus, in qua simul epulabantur, ruina oppressit. *Rugitus Leonis tribuitur Jobo.*

VI. *Cur Eliphaz Iobum cum tigride confert* v. 11.? ℞ det Sanctius, quia Diabolus ipsi [ej]us satis credulo persuaserat avarum fuisse Jobum, & vsq; adeo cupiditate captum, vt quò rem [au]geret suam, nullam habuisset rationem humanitatis & officij, sed subjectum sibi populum [de]glubisset, ac non secus ac leo & tigris prædam, in quam incidunt dilaniasset. Perire ergò [ti]gris dicitur, *eò quòd non haberet prædam,* qua rabidam famem expleat; tacitè insinuans Jo-[bu]m jam in sterquilinio, Regno & bonis omnibus exutum contabescere & perire, quod non [ha]beret prædam, id est, subditos, quos ampliùs deglubere ac devorare posset. *Job confertur cum tigride.*

VII. *Qualis fuit Eliphasi visio* v. 13.? ℞ Videtur non tam Divinam visionem quàm Dia-[bo]li illusionem Eliphazo in somnis oblatam fuisse, qua Dæmon se in Angelum lucis transfigu-[ra]ns ipsum simili actu in erronea & iniqua, quam de Jobo jam conceperat, opinione confir-[m]arit: Hoc enim Dæmoni satis vsitatum est, istiusmodi ratione viris etiam sanctissimis non [ra]rò imponat & illudat. Ut enim ex S. Chrysostomi & Origenis sententia, nuntij, qui de ar-[m]entorum furto ac cæde, de domûs ruina, deq; filiorum repentina strage Jobum docuerunt, [a]ut fuerunt Dæmones, aut instructi à Dæmone, quomodo patientis animum magis vrerent & [e]xulcerarent. Quod pariter in vxore fecit, per quam ipse aut locutus est, vsus alieno habitu [&] linguâ; pro sua aut certè præscribens illi verba, quæ religiosum mariti animum magis erant [co]mmotura. Ita quoq; Dæmonem Eliphazo cæterisq; amicis ad consolandum Jobum accedenti-bus cùm per somnium, tum per visiones illusisse credibile est, vt malo instructi spiritu malè [d]e Jobi religione sentirent, & illum, quem amabant antea propter morum suavitatem & pro-[p]ter illustria virtutum exempla venerabantur, nunc propter cogitationes alias longè dissimi-[li]s auersarentur. *Visio Eliphasi.*

VIII. *An vera fuerit Eliphasi locutio* v. 17. NUMQUID HOMO DEI COMPARATIO-[N]E JUSTIFICABITUR AUT FACTORE SUO PURIOR ERIT VIR? ℞ Per se quidem verissi-[m]a fuit, & sæpiùs à prophetis inculcata, non tamen tempore opportuno illata, aut afflicto Jo-[b]o accommodata, qui non tam compungi stimulis debuit, quàm fomentis leniri. Eliphaz au-[te]m è contra sententiam hanc, quam pro oraculo venditat quasi telum quoddam acutissima ac [p]rorsus virulentum in Jobi animum mœstitiâ sauciatum crudè nimis ejaculatur. Etsi enim sit [s]ermo ejus vniversalis & indefinitus, eò tamen dirigitur, & hoc potissimùm spectat, vt Jobum [a]licujus criminis, & injustarum adversùs DEum arguat querelarum, ac tandem convictum ad [s]ilentij metam adigat.

CAPUT V.

Arguit Eliphaz Jobum iniquitatis, licet non omnibus, & nec ipsi fo- san notæ, propter quam à DEO flagelletur. Unde monet, vt suppl DEO fiat, veniamq; precetur peccatorum: ita cuncta fore ipsi prosper exemplo aliorum DEO supplicum.

QUæstio I. *Quem sensum habent verba* v. 1. VOCA ERGO, SIQUIS EST, QUI T RESPONDEAT, ET AD ALIQUEM SANCTORUM CONVERTERE? ℟ Si m ex DEi revelatione loquenti non credis, ipsemet si potes, DEum consule; aut ad quem Sanctorum siue hominum siue Angelorum convertere, qui errorem sanè g vissimum, inquo versaris, à te auferat, & ignorantiæ tuæ tenebras luce suæ irradiationis il stret, vt tandem manifestam defæcatis animi oculis aspicias veritatem.

Iracundia interficit stultum.

II. *Quis est sensus verborum Eliphazi* v. 2. VERE STULTUM INTERFICIT IRACUND &c.? ℟ Animadverto te ô Job nimis impatienter excanduisse & eò prorupisse vesaniæ, vt tuus furor interimat: immane profectò stultitiæ monstrum est hoc,ita furere vt temetipsum scerpas; atq; ita invidere alienæ felicitati, à qua justo DEi judicio excidisti, vt præ livore co tabescas, eo ipso parvulus & omnino vilis effectus, quòd alienam beatitatem tuam esse mi riam arbitreris. Atq; hic est propriè sensus verborum Eliphazi, quæ quidem in terminis gen ralibus proposita longè sunt verissima, sed perperàm ex mente Eliphazi Jobo, vtpote viro i nocentissimo, & ab istiusmodi passionibus alienissimo, applicantur: quamobrem vt in partic lari verificentur, in homines iracundos & invidos, illos quidem dementes, hos verò degener & exiles derivanda sunt.

Afflictio non provenit à sola culpa.

III. *An Eliphaz bene putat hominem ob solam culpam in hoc mundo affligi* v. 6.? ℟ mal quia DEi providentiam obtruncat & mutilat, arbitratus solam culpam vnicam esse causam irr gandæ calamitatis, cùm satis constet, non eam solam, nec adæquatam esse causam calamitatur quandoquidem pij viri non raró omni culpa vacantes, & animi robore præstantes, ad virt tem eorum perficiendam & constantiam coronandam à DEo permittantur cum maximis hac vita difficultatibus conflictari, atq; exquisitis interdum tormentis excruciari: quod ipsu tamquam eximium amicorum DEi argumentum, & nota maximè illustris in ipsomet Chris Domino, adeoq; Jobo ejus antitypo, communi Patrum præconio celebratur

Pactum cū lapidibus regionum.

IV. *Quid significat pactum, cum lapidibus regionum* v. 23.? ℟ Spondet Eliphaz Jobun vbi cum DEo in gratiam redierit, adeo fore fortunatum, vt cùm regiones ac latifundia sua cer tis finibus circumscripserit, terminosq; ac limites erectis de more lapidibus designarit, nemi nem eos refigere ausurum, ac vllo modo transilire, aut columnas maceriasq; euertere; sed deo immobiles ac firmos istiusmodi terminos futuros, ac si cum eo pactum perpetuum sanxil sent, ne se à quopiam transiri, aut violari vnquam sinerent, q. d. *Ponet Deus fines tuos pacem* ps. 147 14.

V. *Quid intelligitur illis verbis* v. 24. VISITANS SPECIEM TUAM NON PECCABIS ℟ Pineda hoc ad domus speciem referendum censet, idq; verbum *visitandi* exigere videtur Unde in Hebræo loco *speciem*, habetur habitaculum, q. d. domûs seu familiæ tuæ rationem habebis, aut curam geres & non aberrabis. Qui enim curam habet familiæ suæ reiq; familia ris, dicitur visitare habitaculum suum, & officium implere boni patris familias.

CAPUT VI.

Queritur Job se longè grauiora pati, quàm peccatis suis secundùm legem Dei ordinariam promeritus sit, affirmans se tantos corporis animiq; dolores naturaliter non posse diutiùs perferre. Queritur etiam se ab amicis deseri: ac nominatim tres istos, cùm consolaturi ipsum venerint, jam prorsus contrarium præstare.

Pœna Jobi major delicto.

QUæstio I. *Quo sensu dicit Iob se non fuisse promeritum tantam pœnam* v. 2. & 3.? ℟ Vult dicere; si vos qui ex solius pœnæ magnitudine, de peccati grauitate judicatis, peccata mea in statera æquitatis appendi videretis, vtiq; vel vestro ipsorum judicio pœnæ, quas modò perpetior extremas, delicta mea, quæ venialia tantùm sunt, infinities excederent. Deinde sententia sic exponi debet, vt supplicium non cum peccatorum meritis commensuretur, sed cum eo, quod vel à lege, vel ex consuetudine subeunt peccatores. Solent enim certis delictis certæ pœnæ à legibus constitui; v. g. quibusdam infamia, alijs mulcta pecuniaria, alijs exilium, aliis flagellatio, alijs pœna capitis gladio, patibulô, rotâ &c. Quibus omnibus licet vel minimum mortale peccatum, si intrinseca ejus malitia spectetur, non satis puniri

possit;

ssit; nihilominus si Judex ebrietatis aut simplicis fornicationis reum in crucem ageret, illum pra peccatorum merita punire diceretur; quia lex vel consuetudo longè minus ejusmodi peccatis supplicium decrevisset. Sic etiam quia in hac vita DEus non solet peccata leuia, qualia i se Jobus hærere non negaret, tam diro & atroci mulctare supplicio; ideo Dei consuetudinem luti legem quamdam seu judicium legitimum considerando, ait Jobus, quòd siquis æquâ pen- trutinâ, & peccati merita, & supplicij pondus, hoc præ illis multò grauius appariturum. nctius & Corderus putant Jobum dicere: vtinam meus gemitus & interni doloris significatio, quod vos peccatum dicitis & diuini furoris irritamentum, cum dolore, quem patior, in itera poneretur & fideli ponderaretur examine, planè cognosceret, qui rectè de vtroq; judicaret, longè dolore meo minorem esse gemitum, cùm dolor sit omnium acerbissimus, neq; pressus ab eo gemitus minimam illius partem assequatur.

II. *Quid innuit Job* v. 5. NUMQUID RUGIET ONAGER, CUM HABUERIT HERBAM? UT MUGIET BOS, CUM ANTE PRÆSEPE PLENUM STETERIT? ℟ Vult dicere: Non lrum vos vt onagros vel boues longè abesse à miseriæ meæ sensu, cùm omnia sint vobis prospera & abundantia: facile est hoc pacto à lamentatione esse alienos; quia neq; Onager rudit, m in pascuis moratur abundantibus; neq; mugit bos, cùm fœni satis habet in præsepio: tolle vtroq; pabulum, neq; ille à ruditu, neq; à mugitu iste querulo cessabit. Est autem Onager, inus sylvester, qui licet moribus à domestico plurimùm differat, ex eodem tamen genere esse totius corporis figura indicat. *Onager.*

III. *Quid indicat Job* v. 6. AUT POTERIT COMEDI INSULSUM, QUOD NON EST ALE CONDITUM? AUT POTEST ALIQUIS GESTARE QUOD GUSTATUM AFFERT ORTEM? ℟ Vult dicere: Quòd si homimes tolerare non possunt, sed respuunt cibum insulsum; si indignè ferunt, clamantq;, si cibum amarum aut mortiferum gustare cogantur; quanpotiori jure ego horreo & gemo, qui non cibum insulsum, sed cibum mortiferum, non tanm summis labiis gustare, sed capere & penitus exhaurire cogor. Potest hoc etiam intelligi improperiis & calumniis, quas Job in suis afflictionibus sustinebat, quæ quouis veneno ortifero acerbiora ipsi existebant.

IV. *Quid significat sententia* v. 16. QUI TIMENT PRUINAM, IRRUET SUPER EOS IX? ℟ significatur sæpe fieri, vt in majora mala incidant, qui fugiunt leuiora. Tacitè autem guit amicos suos, qui ab illo procul fugerant, ne quid ab ejus vlceribus, & pestilente morbo ra contagione contraherent: sed accidit illis multò aliter: nam dum à contactu fugiunt labrantis amici, in Dei iram, amicitiæ fideiq; proditoribus præparatam, incurrerunt: quod perde est, atq; si pruinam declinantes in niuem inciderent, quæ multò nocentior est, & ab illa nùs expedita fuga. *Timentes minora mala, incidunt in majora.*

V. *Quis est sensus* v. 17. TEMPORE QUO FUERINT DISSIPATI PERIBUNT; ET UT CALUERIT SOLVENTUR DE LOCO SUO? ℟ Sicut, inquit, nix & matutinus humor pruinam concretus, vbi sol incaluerit, liquescunt & euanescunt, neq; in locis in quibus cancarunt antea, ampliùs inueniuntur; & sicut torrens etiam æstatis ardore vstus siccatur, & pe-: eodem modo timidi illi & immisericordes, qui quam poterant & debebant opem amico trema patienti non tulerunt, ab æstu & feruore diuinæ indignationis, ac pœnæ tunc subitò luentur, & peribunt de loco suo, gloria & felicitate.

CAPUT VII.

Humanæ vitæ, suasq; imprimis calamitates depingit: petitq; à Deo ntis malis citò exsolui.

QUæstio I. *Quomodo dies nostri similes diebus Mercenarij?* ℟ Laborat Mercenarius, vt vesperi mercedem accipiat. Habet nimirum ille tempus labori præstitutum, cujus finem auidè expectat, vnde facile à quouis perspici potest, quàm aptè cohæreat cùm militia hominis mercenarij similitudo. Quid enim poscit, aut cupit miles, quem tot gones, tot ictus, tot pericula perturbant, & propemodum examinant, nisi à malis creberrimis : molestissimis eripi, & ad mercedem, hoc est pacem bello partam demum pertingere. *Dies nostri similes diebus mercenarij.*

II. *Qui sunt menses vacui & noctes laboriosæ* v. 3.? ℟ Hoc ad vexationis tempus referenum est. Etsi enim vita hominis justi, quantumuis bonis temporalibus affluens, vacuum quidam sit, vacuúmue hominem ipsum relinquat, æternis duntaxat bonis explendum; negari taen non potest tempus calamitatis ac derelictionis peculiari quadam ratione inanitatem mostiorem repræsentare, quæ bonis futuris implenda sit. Hi sunt menses vacui, qui non habent romptuaria consolationis plena; quos vna cum noctibus laboriosis Jobus æquus rerum æstiator recenset. Potuit autem noctes illas numerare præ tædio: nam in labore prolixo non ienses & noctes tantùm, sed horas quoq; singulas ægroti percensent: potuit quæ præ rei æstiatione, cùm horæ singulæ sempiterna remuneratione essent ei repensandæ. *Menses vacui.*

III. *Quomodo* DIES CONSUMPTI SUNT ABSQUE NULLA SPE. v. 6. cùm LXX legant,

Dies consumpti absq; vlla spe.

gant, *perijt autem in vana spe*; si in spe vana periit, quomodo dies ejus periêre absq; vlla s An potest quis perire in spe, & in spe simul non perire? ℞ duorum hominum vitas & mo à Jobo hîc repræsentari; alteram quidem qua moritur electus; alteram verò qua reprobus rit. Ille ad finem & consummationem dierum peruenit ita satur, vt nullam spem nec cu ditatem nutriat temporalem; hic in ipso mortis limine & vanissimas bonorum temporali spes alit, & pro illis suspirat & angustiatur, illorum sustinens etiam tunc rabidissimam fame

Job circumdatq carcere.

IV. *Quomodo Job dicit se circumdatum carcere* v. 12? ℞ Job hoc loco per carcerem c pus suum intelligit tot vlceribus oppletum, in quo ejus anima veluti in neruo & compedib desidebat, & tympano tundebatur, & in eculeo tendebatur, atq; deuota exitio videbatur. Co queritur Job diutiùs sese hoc molestissimo corporis ergastulo carcereq; durissimo detineri compediri, à quo quàm citissimè liberari desiderabat. Hæc tamen verba Jobi non sunt imp tientis animi sed amari spiritus, sub DEI tamen & rationis frœno sese cohibentis.

V. *Quo sensu dicit Job* v. 16. DESPERAVI? ℞ Non de beatitudine, sed de vita & s nitate naturaliter recuperabili id intelligendum est: quapropter DEum rogat, vt ei parcat; est, ne tantopere eum cruciet, vel vt supernaturaliter ei vires addat, & vitam reddat. *Nihil enim*, inquit, *sunt dies mei*, id est breuissimi & paucissimi, scilicet post quos nullus erit in n locus misericordiæ tuæ.

Angina

VI. *Cur Job peculiariter saliuam glutiendi petit facultatem* v. 19.? ℞ S. Hieron. & Be hoc ad anginam referunt, quæ fauces ejus obstruebat, nec quidquam ex ore ad stomachu transglutiri sinebat. An anginâ laborarit, incertum est. Hoc saltem constat, Jobum grauis mis animi angustiis & corporis doloribus fuisse discrutiatum, è quibus solet maxima fauciu ariditas existere, quæ cæteris tormentis omnibus molestior plerumq; accidit; de qua primari passim ægri & miseri grauissimè conqueri consueuerunt; quemadmodum ipsemet Christus int acerbissimos Crucis dolores de sola siti, seu faucium ariditate conquestus fuisse legitur. Pined & Sanctius agnoscunt hîc prouerbialem loquendi modum cum hyperbole conjunctum. Co queritur enim Job, DEum, ex quo durum illud examen & probationem aggressus est, numqua sibi pepercisse, id est, numquam parca aut remissa manu in ipso discruciando vsum fuisse, i lam autem contentionem continuationemq; plagarum proverbiali forma eleganter exprimit qua significat se usq; adeo continenter ac vehementer urgeri, vt neq; respirare liceat, neq; le vissimum naturæ opus obire, quale v. g. sit saliuam deglutire, aut sputa jacere,

CAPUT VIII.

Baldad Subites Jobum quasi impietatis arguit, monetq; ad DEum & ad pœnitentiam se conuertat: sic omnia ipsi prospera fore: cùm DEu bona bonis, mala malis rependat.

Spiritus multiplex

QUæstio I. *Quid spiritus multiplex v. 2. significat*? ℞ Significat verba ventosa, sonantia sine sensu, qualia proferri solent ab hominibus clamosis & loquacibus, *in quibu videas verborum quidem flumen, sed mentis guttam*. S. Hieron, indicat significari à Baldado, non esse sobrium aut sanæ mentis Iobum, sed à furioso & vesano spiritu abreptum, illa verba quæ duobus capitibus præcedentibus protulerat, tamquam vanos sine mente sonos fuisse locutum. Sed nihil mirum est Baldadum tam iniquè de Jobi verbis sanè sanctissimis sensisse, cùm arcanum eorum sensum minimè perciperet, atq; ipsemet Diaboli fascino impediretur, ne veritatem ijs contentam intelligere ullo modo posset, vnde factum, vt in sinistram semper partem illa acciperet, & in contrarium sensum detorqueret.

Scirpus & carex.

II. *Quid intelligit Baldad per scirpum & quid per carectum* v. 11.? ℞ Per scirpum intelligit Jobum, per carectum verè, id est, locum caribus seu juncis consitum Jobi filios: quorum ille quidem defectu humoris gratiæ Divinæ, vt Baldad temere suspicabatur, virorem illum terrenæ felicitatis, quo non ita pridem floruerat, penitus amiserit; illi verò aquis Divinæ benedictionis in medio prosperitatis cursu destituti vlteriùs crescere non valuerint, sed subitâ domûs ruinâ oppressi miserè interierint. Est enim scirpus & cares symbolum humanæ fragilitatis, quam vtriusq; viriditas adumbrat. Humor autem, quo hujusmodi scirpus augetur & viret, DEus est, seu gratia Divina; quæ cùm à Jobi filijs, vt Baldad perperam argumentatur, abesset, statim aruerunt ac defecerunt. Neq; aliam causam esse putat, cur Jobus proximus sit interitui, nisi quòd ab eo DEus procul abesset, qui fucatam odit sanctitatem, qualem in Jobo hactenus fuisse criminatur.

Citò arescit

III. *Quid vult Baldad innuere verbis* v. 12. CUM ADHUC SIT IN FLORE NEC CARPATUR MANU, ANTE OMNES HERBAS ARESCIT? ℞ Pergit sub eadem scirpi & carecti parabola hominis impij, qualem esse Jobum opinabatur, momentaneam felicitatem & celerem interitum ob oculos ponere, ac exaggerare, q. d. Quid mirum est scirpum absq: humore non virere, aut carectum sine aqua non crescere, cùm etiam adhuc in flore existens, antequam alicujus manu decerpatur, aut falce demetatur, cæteris herbis omnibus citiùs arescat & marcescat?

signi-

gnificans scil. impios (quibus Jobum accensebat) tum etiam, cùm vel maximè opibus florere videntur, suopte nutu repente sæpe numero marcescere, & ante mortem bonis omnibus exutos æ mœrore penitus contabescere.

IV. *Quid intelligit Baldad per verba* v. 16. & 17. HUMECTUS VIDETUR, ANTEQUAM ENIAT SOL, *& in ortu suo germen ejus egreditur. Super acervum petrarum radices ejus nsabuntur, & inter lapides commorabitur?* ℟ SS. Greg. Thom. & Beda putant Baldadum rsistere in ea, quam cœperat metaphora scirpi, explicaturum hypocritæ mores & sortem: quam, antum existimo, ita exprimere conatus fuit, vt incipiens describere hypocritam à scirpo, deinps de ipso hypocrita solummodo loquatur, & quæ hìc dicit, non scirpo, sed hypocritæ tantùm nveniant. Scirpus itaq; iste, qui inter lapides commoratur, super acervum petrarum radices nsat, quia hypocrita omnes suas cogitationes in exquirenda hominum admiratione multipliit. Per omne enim quod hypocritæ faciunt, quia occultis cogitationibus laudes hominum quirunt, quasi radices scirpi in acervum petrarum mittunt: vnde & factis suis perpetuò arbips requirunt, ibiq; mentis suæ intentionem avidiùs reponunt, vbi majorem hominum acerm, & congeriem vident. Ex his intelliges istorum stoliditatem, qui petras inquirunt, vt super s mittant radices. Quem humorem putas extrahere posse herbas; quæ super acervum lapim radices suas miserint? parvum certè & exiguum.

V. *Quis est sensus* v. 18. SI ABSORBUERIT EUM DE LOCO SUO, NEGABIT EUM ET ICET: NON NOVI TE? ℟ Quòdsi DEus iratus injectâ indignationis flammâ impium abrpserit & ejecerit è domicilio suo, vbi arboris more radices defixerat; ipsemet locus aut dous ab alijs, putà creditoribus, occupata, quasi tacita loquetur ajens: nescio quis sis. Hæc scilcet est prosperitas viri impij, qui vt arbor noxia stirpitus evellitur, vt aliæ tamquam fructuo plantæ nascantur & prosperentur.

CAPUT IX.

Admittit Job, DEum per omnia justum esse, nec posse hominem conincere DEum injustitiæ, cùm ipse vt omnium Dominus, possit de omnius pro libito disponere. Contendit tamen, DEum nihilominus percutere affligere non solùm impios (vt volebant amici) sed & innocentes: Inocentiam suam deinde demonstrat, simul & afflictiones enumerat.

Quæstio I. *Quomodo nemo justus, si cum DEo comparetur* v. 1.? ℟ Justus quidem aliquis esse potest, si cum alijs hominibus, non autem si cum DEo comparetur: cum quo vel ipsimet supremi Angeli collati, rigidè loquendo, nec justi, nec sancti sunt, imò nec sunt, vt S. Dionys. lib. de divin. nominibus non semel docet, quia finiti ad infitum nulla proportio, neq; DEi ad creaturam vlla propriè vera est similitudinis comparatio; ia ita scilicet est super omnia elevatus, vt cum nulla re creata vel creabili similitudinem haeat. Quomodo igitur creaturæ, & quælibet res factæ, quæcumq; vocabulo entium significanr conferri possint cum natura, quæ vltra omnia sit? Immensis igitur mensuris, & quæ conferr non possunt, causa omnium supra effectus locatur, & eximitur, & ab eis abest. *Homo Deo comparatus*

II. *Cur homo non justificatur compositus DEo*? ℟ Vel quia justitia justorum vera quidem t, sed ab ipsis non est quasi proprijs viribus acquisita, sed à DEo gratis donata. Ita S. Aug. ic & in ps. 142. Vel quia justitia eorumdem justorum vera sed non pura est, cùm admixta sit eccatis venialibus. Ita S. Greg. hoc loco. Vel deniq; quia ùt vera & pura esset, comparata men justitiæ DEi increatæ & infinitæ, justitia esse non videtur; quemadmodum lux lucernæ radijs solaribus pleno die collocata non lucet, ita S. Hilarius & alij. *Non justificatur.*

III. *Quomodo intelligendus est* v. 6. QUI COMMOVET TERRAM DE LOCO SUO ET OLUMNÆ EJUS CONCUTIUNTUR? ℟ Hoc non ita intelligendum quasi tota terra naraliter moveatur (vt voluerunt Pythagoræi ac Copernicus; id enim falsum esse noster Clavis in caput primum sphæræ convincit & repugnat scripturis, in quibus dicitur: *etenim firmat orbem terræ, qui non commovebitur* Ps. 92. 2. Item: *terra autem in æternum stat.* Eccle. 1. . & passim alibi. Sed quia partes terræ, vt vrbes, montes, insulæ terræ motu à DEo commoeantur, quòd ipse pari modo totam terram commovere posset, si vellet. Per columnas autem rræ hìc ad literam intelligi possunt montes & colles, qui sunt quasi columnæ super terram funatæ, vel etiam turres ædificiaq;, & quæcumq; alia istiusmodi quæ terræ adhærent, & in terræ otu concutiuntur & conquassantur. *Terra an movetur.*

CAPUT X.

Leniendo nonnihil dolori vias omnes tentat Job; lamentatur, plangi causas inquirit. Securus de sua innocentia, certus de Divina justiti se conjicit in sinum ejus misericordiæ, sed propter exuberantiam doloru mallet se numquam natum fuisse.

QUæstio I. *Cur Job petit* v. 2. JNDICA MIHI, CUR ME ITA JUDICES? ℞ Petit c nullius sibi criminis conscius ita affligatur. q. d. Quonam merito meo scelestus vide à te haberi, cùm in me tamquam in hominem iniquum animadvertas? Non sibi persu debat Job, quòd DEus illum, vt amici ejus opinabantur, judicaret, nec credebat merito suo tot accepisse vulnera, cùm nullius flagitij sibi conscius esset: quare interrogat id, no quòd dubitet, aut secus opinetur, sed vt spe bonitatis & æquitatis DEi confirmetur. Neq; m rum videri debet, si culpæ ignarus roget, an quid culpæ lateat, vt per correctionem DEu placet. Quare etiam sic exponi posset, quasi flagellorum & dolorum causas inquirat, vt si e fortassis esset minima aliqua mandati transgressio, aut consilij incuriosa prætermissio, quæ con scientiam ejus effugiebat, eam corrigeret, & Domini judicium ac castigationem effugeret.

II. *Quid est sensus* v. 3. NUMQUID BONUM TIBI VIDETUR, SI CALUMNIERIS ME ℞ Hic modus interrogandi negationem suppressam continet, q. d. Scio tibi minimè vide bonum, vt calumnijs & cavillis evertas & opprimas me, quem tuis ipse manibus formasti, au vt illorum foveas fraudulenta consilia, & adjuves vota, qui innocentibus moliuntur insidias aut malum meditantur. Nam id prorsus alienum est à tua bonitate & sapientia. Unde in se quentibus omnes vias injustitiæ, quibus terreni judices corrumpi, & jus pervertere solent, DEo removet, q. d. velim ergo mihi insonti parcas aut significes, quare, quo fine, & fructu it me exerceas. Ita S. Greg. Tales autem locutiones per frequentes interrogationes non solùn æquivalent negationibus, sed vehementiam & energiam in negando continent, profundiusq; affirmatur aliquid vel negatur per sic frequentatas interrogationes, quàm per simplicem affirmati onem vel negationem: eò quòd qui sic interrogat, absurdum omnino indicat id, de quo interrogat

DEus non vult positivè peccata.

III. *Cui calumnia, oppressio & impium consilium hoc loco tribuitur*? ℞ Satanæ & amicis Jobi Hæc enim & similia DEo solummodo tribuuntur, quatenus ea permittit, & malis bene vtens in suam gloriam & patientis salutem cœlesti consilio dirigit. Unde Bellarm. tom 4. l. 2. c. 16. docet DEum erga peccata non habere positivè velle & nolle, sed negativè non velle. Non habet inquit, positivè velle peccata, quia bonus & justus est: nec esset bonus & justus, si peccata (id est mala) & iniquitates vellet: non habet etiam positivè nolle; quia omnipotens est: neq; esset omnipotens, si aliquid fieret ipso invito, fieret autem aliquid, ipso invito, si fieret aliquid, quod ipse fieri nollet, non igitur habet velle aut nolle circa peccata sed non velle, juxta illud Psalmi 5. 4. *Non DEus volens iniquitatem tu es.*

DEi oculos nihil effugit.

IV. *Cur de Deo dicitur* v. 4. NUMQUID OCULI CARNEI TIBI SUNT? ℞ Assignat rationem, cur DEI judicium non possit esse non justum; quia scil. & hominum merita & eorum pondera ignorare non poterat, qui oculos non habet carneos, qui sæpe lippi sunt & langvidi, atq; in rebus etiam clarissimis hallucinantur; & vt bene fuerint à natura constituti, certè interiora non vident, vt coloris expertia: DEus autem oculos habet plus quàm linceos, quibus neq; objecti parietes impedimento sunt, ne, quæ abscondita sunt, penitus aspiciat. Unde ab Ecclesiastico 23. 28. dicuntur *oculi Domini multò plus lucidiores super solem.* Et Prov. 16. 11. *Omnes viæ hominis patent oculis ejus: spirituum ponderator est DEus.*

DEi notitia non pendet à tempore.

V. *Cur dicit* v. 5. NUMQUID SICUT DIES HOMINIS, DIES TUI, ET ANNI TUI SICUT HUMANA SUNT TEMPORA? ℞ Excludit hîc à DEo defectum illum humanæ cognitionis, qui prouenit ex temporis successione, qua fit, vt homo de die in diem plura cognoscat, & vicissim per temporis longitudinem obliviscatur ea, quæ priùs noverat, vt sic oporteat eum iteratò quasi addiscere. Quod in DEo non habet locum, in cujus amplissima illa scientia hoc quoq; est mirabile, quòd nec tempore augetur, nec oblivione minuitur, sed attingit à fine vsq; ad finem; & præterita, atq; illa, quæ in omnem sæculorum continuationem futura sunt, tam clarè & distinctè videt, quàm quæ modò in oculis geruntur: præterea videt omnia possibilia, innumerabiles eorum species, dissimillimas qualitates, actionum infinitam varietatem, perenni annorum curriculo motiones animorum, & cogitationes in omnem partem immensas; quas omnes sine comparatione faciliùs & distinctiùs habet in numerato, quàm nos tria dinumerare possimus.

Discrimen afflictionis impiorum & piorum.

VI. *Quod discrimen afflictionis impiorum & piorum* v. 15? ℞ det S. Greg. l. 9. Mor. c. 51. *Impius va habet & justus miseriam*; quia & æterna damnatio reprobum sequitur, & electus quisque doloribus transitoriæ adversitatis expiatur. Impius caput leuat, sed elatus euadere væ, quod sequitur, non valet. Justus labore sui certaminis afflictus caput leuare non sinitur, sed pressus à perpetua afflictione liberatur. Ille se in voluptatibus erigit, sed supplicijs sequentibus mergit.

Iste

le se in dolore deprimit, sed tamen à pondere æternæ animadversionis abscondit. Sic ille. Istud inq; discrimen est inter impium & pium, quòd impius, dum à terrenis curis opprimitur, etiam iniquitatibus absorbetur; at vir justus & perfectus ita supra terrenam conversationem sese elevat, vt tamen in terra & inter homines statum suum habens, necessariò aliquas terræ perturbationes & miserias sentiat.

CAPUT XI.

Sophar tertius amicorum, multa recenset peccata, quorum reum facit Jobum, & causas esse dicit afflictionum illius: spondet tamen resipiscenti prospera omnia & secunda.

QUæstio I. *Cur Sophar optat DEum loqui Jobo* v. 5.? ℟ Ut amicorum monitis minimè acquiescentem compescat & confundat, sua illi crimina, ob quæ puniebatur, ostendens; vt longè majora illa supplicia esse digna cognoscat, ne se de sermonis ac operum puritate ampliùs efferat insolenter. Et sic non de qualibet, sed judiciali locutione seu sententiæ prolatione, quâ Job reus declaretur, hæc intelligenda sunt.

II. *Quomodo DEus loqui & apparere hominibus soleat*? ℟ Id vt plurimùm fieri solitum per imagines & formas rerum sensibilium in phantasia repræsentatas, siue per somnium dormienti, siue per visionem imaginariam, vel etiam verè sensibilem externis sensibus vigilanti objectam; quam communiter internæ illustrationes simul comitari solent, quibus res revelata meliùs percipiatur. Nonnunquam tamen viris perfectioribus & DEo charioribus perfectiori quoq; atq; eminentiori modo divinas allocutiones & revelationes accidisse ex scriptura colligitur, & utrum ac interpretum auctoritate atq; explicatione comprobatur. Quomodo ferè explicant illud Num. 12. 6. *Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum; At non talis servus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est: ore enim ad os loquar ei: & palàm & non per ænigmata & figuras Dominum videt.* Quibus verbis Moysi cæteris prophetis eminentior prophetandi modus attribuitur; scilicet per intellectualem visionem, & merè spiritualem allocutionem, absq; imaginationis & formarum sensibilium admixtione & interventu. *Quomodo DEus loqui & apparere hominibus soleat.*

III *Quid est defessum securè dormire* v. 18.? ℟ Dormire securum in scriptura est nihil magis timere: qui enim aliquid timet non solùm non securè dormit, sed vigilat: timor namq; somnum fugat. Vis non timere Dæmonis impetus, sæculi fallacias, mundi clamores, carnis deceptiones, quæ tamquam Dalila Samsonem fallere conantur? Vis non vinci suggestionibus Dœmonum, mundi vocibus, carnis impulsibus? non expectes, vt ab alijs sepeliaris, aut in sepulchro alienis manibus reponaris, tu ipse primò terram mente excava, & sepulchrum aperito, & intra illud per considerationem te ipsum includito, terraq; te ipsum operi, & vermibus te circumda, considera qualis ibi eris, quàm paruo spatio contentus eris, quàm exigua aut nulla tui memoria in mundo permanebit, quàm parum tunc tibi divitiæ proderunt, quàm fallacem experieris pulchritudinem. Sicq; fit in nobis quotidianus quidam vsus moriendi. *Defessus securè dormit.*

CAPUT XII.

Job, vt amicorum retundat jactantiam, ostendit, jam pridem sibi perspecta ea omnia, quæ de DEO proferebant. Sed vicissim Divinam illis vindictam minatur, quòd justo insultent, & simplicem rideant. Extollit deinde Divinam potentiam, sapientiam & providentiam in universi gubernatione.

QUæstio I. *Quid innuit Job* v. 5. LAMPAS CONTEMPTA APUD COGITATIONES DIVITUM, PARATA AD TEMPUS STATUTUM? ℟ Conqueritur se opinione trium divitum amicorum despicabilem quamdam facem, abjectam & squallentem esse, & sperat parari se nunc exercitio dolorum & laborum, vt statuto tempore clariùs elucescat. Et quidem tempus hoc præstitutum in Jobo duplex fuit, scilicet illud secundæ prosperitatis, in quo multò quàm anteà splendidiùs claruit, & novissima dies, vbi beatissimâ & sempiternâ DEi luce fulgebit, quod ad justos omnes nunc despectos derivari potest. Justus enim adversa patiens est lucerna intrinsecus ardens & lucens, sed exteriùs contempta à divitibus superbis, parata tamen vt tempore statuto judicij computetur inter gloriosos Sanctos filios DEi, Sap. 5.1. *Lampas contempta.*

II. *Quid docet Job per interrogationes creaturarum* v. 7. & 8.? ℟ Docet ea, quæ amici ipsius jactitabant, ab animantibus, quibus nullus inest rationis vsus, edisci posse. Incipit verò acriter, & non eis gloriandum evincit, cùm res planas, omnibus pervias licet fastu grandi deprompserint, quas vel ex infimis etiam creaturis vnusquisq; possit percipere, qui mentis oculos ad communium rerum considerationes adjecerit.

Cognitio DEi ex creaturis.

III. Quid docetur v: 11. & 12. *Nonne auris verba dejudicat, & fauces comedentis saporem? In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia?* ℞ Sicut quæ sensibilia sunt, extern sensu statim percipiuntur; ita etiam quæ intelligibilia sunt, modò quis velit animum inten dere, intellectu facile capit; qualia sunt DEi opera, & eorum auctor DEus: vsu præsertim & ex perientiâ longæ ætatis accedente, quæ Jobo jam septuagenario majori defuisse minimè videtu Ita S. Chrysost. Cui subscribens S. Thom. putat hîc agi de cognitione DEi, quam homo ex re rum sensibilium cognitione & contemplatione venatur. *Invisibilia enim ipsius*, Rom. 1. 20 *à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoq; ejus virtus & divinitas.* Et quia antiqui multa audierunt, videruntq;, & aliorum sensuum vsu perceperunt, ma jorem quàm alij scientiam consecuti sunt; & ideo additur, *in antiquis est sapientia &c.*

Labia veraciũ commutat DEus.

IV. *Quomodo dicitur DEus commutare labia veracium, putà prophetarum & doctorum* v. 20.? ℞ Non quòd DEus ijs suggerat aut inspiret falsitatem, vt Beza & alij Calvinistæ blas phemant. Sed quia permittit, cùm impedire posset; deserit, cùm juvare posset occasiones erro ris objici sinit, quibus decipiantur, ita Tirinus. Quod tamen ex parte DEi rectè fieri minim dubitandum est, qui occulto suo & justo judicio, propter peccata populi similive de causa facit vt prædicatores pro veritate doceant falsitatem, palpent & adulentur peccatis. Facit id, inquam DEus, non inspirando, impellendo vel adigendo; sed permittendo, deserendo, & blanditia mundi & carnis aliasq; erroris occasiones rectum ob finem ex parte sua objiciendo, quibus ips illaqueati alios deinde secum præcipites trahunt in ruinam.

CAPUT XIII.

Ejusdem argumenti est cum cap. præced. nisi quòd hîc fortiùs vrgeat Job suam innocentiam: rogetq; DEum, dignetur sibi aperire, propter quæ peccata, vel alias causas tam graviter affligatur.

Iob cũ Deo disputat

QUæstio I. *Quomodo dicitur Iob cum DEo disputare* v. 3.? ℞ Idem est, ac verum in quirere, rationibus vltrò citroq; acceptis ac redditis, vtpote cum veritatis auctore & assertore, quem in adstruenda vera sententia demisso animo acturus non formidat. Non enim præfracto & contumaci ingenio, vincendi aut concertandi studio cum Domino Job disceptat; sed quasi discipulus, qui informari desiderat à Magistro, qui modestè interrogat, & causas eorum, quæ fiunt aut quæ docentur, exquirit, vt quæ dicuntur, meliùs in telligat, & erroris causas omnes amputet, ne quid imposterum faciat, quod Magister improbet, aut alij reprehendant. In quo sanè nihil apparet, quod modestum & ingenuum discipulum non deceat. Sic fecit Isaias c. 38. 3. *Obsecro Domine, memento quæso, quomodo ambulaverim coram te in veritate & in corde perfecto.*

Mendacij fabricatores.

II. *Quomodo amici Iobi dicuntur fabricatores mendacij* v. 4. ℞ Quòd ex mendacijs eorum essent orationes & ratiocinationes compositæ. Licet enim eorum propositiones essent plerumq; veræ, cum de toto genere iniquorum loquerentur, in assumptionibus tamen vt plurimum errant, quòd subsumant, aut Jobum aliquâ culpâ teneri, aut scelerum suorum pœnas pendere: compo nebant igitur ac fabricabant mendacium, quod veris adjunctis probare, aut verosimile reddere nitebantur.

Faciem alicujus accipere.

III. *Quid est,* NUMQUID FACIEM EIUS (Dei) ACCIPITIS v. 8. ℞ Accipere faciem vel personam in judicio idem est, quod non ex veritate & ex æquitate ferre sententiam, sed ex qualitate personæ; cùm vel reuerentiâ erga potentem, vel misericordiâ erga pauperem commo ti non æquum judicium reddimus. q. d. Job: Numquid in hac, quæ mihi cum Deo est disce ptatione, vos judicium exercentes DEi personam accipitis? hoc est, eum reuerentes, eiq; mo rem gerentes, illi causam adjudicatis, vt me innocentem condemnetis? Quod judicium ei gra tum esse non potest, qui acceptionem personarum in judicio reprobat Leu. 19. 15. Deut. 1. 17. quia ei valde contumeliosum est, si non aliter, quàm corrupto judicio lucretur, quod est ab surdissimum.

Carnes suas dentibus lacerare.

IV. *Quid est lacerare carnes suas dentibus* v. 14.? ℞ Lacerare carnes suas indicat magnam doloris vim, siue hominem spectes, quem vrit ingens dolor, siue in quem hostili alij atq; ar denti aut impotenti furore rapiuntur. Qui enim ingenti furore insaniunt, impotes nimirum doloris, & ignominiæ, aut certè sui ipsorum suas lacerant carnes, vt qui laborant rabie, aut a liquo alio furore lymphatico abripiuntur. Hinc factum est, vt qui se propter casum aliquem durum aut ignominiosum excruciant, dicantur seipsos lacerare, aut deuorare. Sanè qui hostes suos duriùs accipiunt, aut in illos furiosè bacchantur, comedere dicuntur, aut esurire illorum carnes, aut sanguinem sitire.

Animam suam in manibus portare.

V. *Quid est animam suam in manibus portare*? ℞ Animam in manibus portare phrasi Hebræis vsitata, significat vltimum discrimen, quando quis vitam suam manifesto periculo ex ponit: tunc enim animam suam, quasi in manu sua portare videtur, vel, si mavis, in manibus

ponere,

nere. Sicut enim res, quæ ſuper extenſas volas manuum defertur, facile aut eripi, aut cadepoteſt; & ſi ſeruatur, ſolius DEi protectione ſeruari videtur: ita etiam ille, qui ſe manifeſto tæ periculo exponit, ſolius DEi ope adjutus, eam illi offerre accommendare dici poteſt. Sic nathas de periculoſo Dauidis cum Goliatho certamine dicebat, Sauli Regi: *& poſuit animam am in manu ſua, & percuſſit Philiſthæum.* 1. R. 19. 5.

CAPUT XIV.

Fragilitatem deprædicat humanam, ſimulq; diuinam erga miſeros rovidentiam, maximè quòd poſt hanc vitam ærumnoſam, concedat alram felicem, adeoq; & corporum quoq; reſurrectionem.

QUæſtio I. *Semen hominis, quomodo immundum eſt* v. 4.? ℞ Non quaſi inſit ei aliqua qualitas, quæ ſui contagione animam pueri inficiat, & peccatum originale afflet, vt voluêre Tertull. & alij, qui animam non creari, ſed eſſe ex traduce docuerunt; ſed, *cauſaliter* dici *immundum ſemen*, quia eo ipſo, quo cauſa eſt generationis hominis citq; vt hic infans ſit filius Adæ, cenſetur etiam cauſa immunditiæ originalis, quæ propria eſt lis Adæ.

Semen hominis immundum.

II. *Quis eſt ſenſus* v. 11. QUOMODO SI RECEDANT AQUÆ DE MARI ET FLUVIUS ACUE FACTUS ARESCAT: SIC HOMO CUM DORMIERIT NON RESURGET? ℞ Comrat hominem mortuum cum mari & fluvio, cujus aqua vbi ſemel aruerit, eadem numero on redit. Quemadmodum, inquit, aquæ, quæ de ſuo capite per decliuia loca defluxêre eodem labi non poſſunt ſiccato alueo, vnde primùm decurſu prono receſſerunt; ſic etiam nec homo functus vitâ reuiuiſcet, ſcilicet naturæ viribus, neq; dum cœlum ſtabit, à ſomno mortis excibitur. Ita Sanctius, Pineda & alij.

III. *Quomodo intelligendus eſt verſus* 14. PUTASNE MORTUUS HOMO RURSUM VIVAT? INCTIS DIEBUS QUIBUS NUNC MILITO, EXPECTO DONEC VENIAT IMMUTAIO MEA? ℞ In prima parte loquitur de reditu ad vitã mortalem: in ſecunda autem de immorli reſurgentium regeneratione, q. d. Non poteſt fieri, ut mortuo mihi ſemel iterum ad hanc tam redeundi facultas concedatur: quod cùm ita ſit, vitæ illius immortalis ſpes me ſuſtentat, amuis omnino videam hanc vitam mihi deſerendam eſſe. Vel dubitationem ipſe proponit futura reſurrectione. Dum nimiùm, inquit, formidare mortem videor, videri nolo de altes vitæ fide dubius aut parum firmus; quare ſtatui ſiniſtræ alicui ſuſpicioni occurrere, meq; fidem palàm profiteri; nihil enim aliud expecto, quàm veriſſimam illam corporum reſurctionem ad vitam immortalem, quam vocat *immutationem.*

Iob ſpe reſurrectionis ſe ſuſtendat

CAPUT XV.

Eliphaz arguit Jobum ſuperbiæ, impatientiæ & blaſphemiæ in Deum, cujus oculis dicit neminem mundum aut innocentem inueniri. Deſcrit deinde impiorum hypocritarum multiplicem nequitiam, terrorem, pœam & maledictionem.

QUæſtio I. *Quid eſt in ventum loqui* v. 2.? ℞ Idem eſt quod vaga, frivola, inutilia, otioſa proferre, quæ vt irrita & inania à ventis rapiantur, & inſtar leuium rerum, nulliusq; frugis intereant. Sanè ventoſa vulgò dicuntur verba ſonantia, atq; immoderatiùs inflata, in quibus nihil eſt ponderis, nihil ſenſus, quæ ſtrepitu terrent, non men feriunt; & ventoſa lingua, quæ grandia prædicat, fallacibus tantùm inflata verbis, & anifeſtis confuta mendacijs.

In ventum loqui.

II. *Quid eſt ardore ſtomachum implere* v. 2.? ℞ Nihil eſt aliud quàm furorem animo conpere, & intus æſtuare, idq; agere & cupere, vt acerbitatis virus in moleſtum hominem, aut monitorem parum opportunum erumpat. Stomachus autem ſicut etiam venter, in ſcriptu ſacra, pro corde aut etiam animo ſumitur. Quare dum æſtuare aut ardere dicitur ſtomaus, nihil dicitur aliud, quàm animum furore, aut furorem in animo inflammari.

Stomachus ardore impletur.

III. *Quid eſt bibere quaſi aquam iniquitatẽ* v. 16.? ℞ Sicut febricitans ſitiens aquam auidiſſiè & copioſiſſimè haurit; ita peccator ex ſiti & febri concupiſcentiæ ſuæ auidiſſimè & copioſiſſiè ejus delectationes fluxas haurit, eiſq; ſe immergit. Hæc ergo verba ſic optimè ab Interpretibus cipiuntur, vt ipſis innuatur homo à praua conſuetudine corruptus, qui humanitatis ſenſum amiſiſſe videatur, vt nullo jam animi dolore in peccata, quantumvis grauia illa ſint, ruat, on ſecus, ac ſitiens feruente æſtu gelidam aquam, ad ſedandam ſitim & æſtivum ardorem frigerandum, ebibit.

iniquitas quaſi aqua bibitur.

IV. *Quis eſt ſenſus* v. 18. ET NON ABSCONDUNT PATRES SUOS? ℞ Chaldæus haet: *non abſconderunt, quæ tradita ſunt à Patribus eorum.* Significat ergo Vulgatus, q. d. Non

Patres abſcondere.

abſcondunt Patres ſuos ſibi narraſſe: Hebræus, non abſcondunt eà ſe audiviſſe è Patribus ſui. Itaq; declarat Eliphaz per manus Majorum hanc accepiſſe doctrinam. Quæ diſcendi ratio tam tam habet auctoritatem, vt oraculi vim habeat.

Mendicitas meticuloſa.

V. *Quomodo intelligendus eſt* v. 23. CUM SE MOVERIT AD QUÆRENDUM PANEM NOVIT, QUOD PARATUS SIT IN MANU EJUS TENEBRARUM DIES? ℞ Cùm, inquit, vrgente fame cogatur miſer, quem conſcientiæ angor pungit & inſtimulat, cibum quærere, occurſat vndecumq; gladij jam intenti jugulo formido, & ex ea paratæ mortis certa ſuſpicio; ita vt famelicus dicere poſſit, quod cum ſingultu & lacrymis dicebant captivi Babylonij Thren. 5. *In animabus noſtris afferebamus panem nobis à facie gladij in deſerto.* Poteſt etiam motio illa ad quærendum panem de mendicitate, in quam impius devolvitur, intelligi: vbi anxietas coarctat impium timentem, ne à quibus panem poſtulat, vulnus aut necem accipiat. Poteſt quoq; motio illa ad opulentos impiosq; tyrannos pertinere, qui cùm ſe movent, hoc eſt accedunt ad menſam, venenatum panem aut cibum ſibi ſupponi verentur. Siue ergo dives ſiue mendicus impius ſit, diem tenebrarum, hoc eſt mortis, qua lux ei extinguitur, formidat, & ſurdo verbere cæditur. Illa verò verba, *in manu ejus*, ſignificant proximam & in promptu eſſe mortem vel certè metonymicè in factis ejus, impij ſcilicet, qui factis ſuis mortem accerſit.

Manus arida.

VI. *Quid eſt*: ET MANUS EJUS ARESCENT. v. 32.? ℞ Eſt metaphora ſumpta ab arbore; à qua ſicut ſtirps pro parentis ſumitur aut generis origine, ſic etiam rami aut germina, quæ ex trunco ſeu ſtirpe pullulant, pro filijs aut poſteris vſurpantur. Ut ergo proximè dicebatur impius Pater, qui radix eſt, ante ſuum tempus periturus; ſic etiam eædem filijs intenduntur minæ, quibus etiam brevis aut immaturus exitus denuntiatur, quod proximè dixerat v. 30. *Ramos ejus arefaciet flamma.* Poſſunt etiam manus, quæ multorum operum adminiſtræ ſunt, pro operibus ipſis ſumi, q. d. Eliphaz, non ſolùm breves futuros dies hominis impij, qui communem hominum ætatem non implebit, ſed etiam inutiles; cùm aridas habeat manus, & rebus vtiliter gerendis, aut nullomodo, aut non niſi parum idoneas.

Mors immatura.

VII. *Quis eſt ſenſus* v. 33. LÆDETUR QUASI VINEA IN PRIMO FLORE BOTRUS EJUS, ET QUASI OLIVA PROJICIENS FLOREM SUUM? ℞ Eſt metaphora ſumpta ab vuis quæ antequam matureſcant, amputantur, vt ex ijs omphacium fiat. Idem eodem ſenſu, diverſâ tamen metaphorâ inſinuat Dauid pſ. 57. 10. dicens: *priuſquam intelligerent ſpinæ veſtræ rhamnum, ſicut viventes ſic in ira abſorbet eos.* Qua ſimilitudine ſignificat eos immatura morte perituros, antequam peruerſitas eorum creſcat, & adoleſcat. Eamdem ſententiam hîc varijs ſimilitudinibus illuſtrat, quæ immaturam filiorum mortem ſignificent. Deficient enim, inquit, filij hominis impij, antequam ex illis ad parentis ſolatium, aut vſum fructus vllius perveniant; ſicut è vinea botrus, aut flos ex oliua ante maturitatem excuſſus, ſpem eludit agricolæ, & mœrorem affert.

CAPUT XVI.

Job amicis reponit, ſi ſuo loco eſſent ſecùs locuturos. Explicat ſigillatim morbos & miſerias quas patitur citra meritum ſuum.

Eliphaz furorem collegit in Job.

QUæſtio I. *De quo dicit Job* v. 10. COLLEGIT FUROREM SUUM IN ME? ℞ Cohærentior videtur ſententia, quæ hoc ad Eliphazum, ac proinde ad reliquos ejuſdem opinionis aſſertores refert, quos ſequenti verſu arguit calumniarum & crudelitatis. q. d. falſiloquus iſte, quidquid furoris habuit & virium in me totum effudit, & ſicut fera à venatore laceſſita dentibus infrendens & ſcintillantibus oculis omnia minatur; ſic ille totus in me inflammatus effrenata bacchatur inſaniâ. Ergo minæ, fremitus, oculi terribiles, acerrimum hoſtem evincunt, qui vt fidiſſimus amicus acceſſerat; eoq; magis geſtus hi furoris indices ſeſe prodiderunt, quò religioſiùs ſe pro DEo dimicare graviter ſeductus Eliphaz exiſtimavit.

Maxillam percutere.

II. *Quid eſt percutere maxillam* v. 11.? ℞ Apud Hebræos eſt proverbialis dicendi modus de ſumma & atroci contumelia, vti Delrius docet in adagialibus ſacris veteris teſtamenti parte 2. Adagio 28. Similis huic locus eſt Thren. 3. 30. *Dabit percutientibus ſe maxillam, ſaturabitur opprobrijs.* Quem locum, vti & hunc, de Chriſto Domino, cujus Job typum geſſit, Patres vulgò interpretantur, vtpote qui in vita non ſemel atrociſſimis contumelijs, colaphis & plagis fuit coopertus, & pœnis ſaturatus. Beda hîc, *percuſſerunt maxillam meam*, inquit, percuſſiſſe intelligendi ſunt, dum ei in faciem probra & maledicta conjectant.

Saccus ſignum pœnitentiæ.

III. *Quid eſt*, SACCUM CONSUI SUPER CUTEM MEAM v. 16.? ℞ Job hîc animum ſuum demiſſum inuſitato luctus & pœnitentiæ habitu declarat. q. d. Cùm nulla pars corporis eſſet non vlceroſa, & ſaucia, non tamen adhibui mollia linteamina, quæ fouere vulnera & linire dolorem poſſent, ſed ſumpſi aſperum & cilicinum ſaccum; & nequidquam ad lugentis & verè pœnitentis effigiem deeſſet, aſperſi me cinere, qui à luctus & pœnitentiæ ſacco diſſociari non ſolet.

IV. *Cur DEus in cœlis habitare dicitur* v. 20.? ℞ Licet DEus vbiq; ſit, dicitur tamen in

cœlis

elis habitare; tum quia gloria ipsius ibi potissimùm elucet; tum quòd inde ad modum conpiendi nostrum tamquam ex alta turri, quidquid hic agitur, contemplatur. *Deus habitat in cœlis*

V. *Quis est sensus* v. 22. ATQUE UTINAM SIC JUDICARETUR VIR CUM DEO, QUOMODO JUDICATUR FILIUS HOMINIS CUM COLLEGA SUO? ℟ Utinam, inquit, Eus in hac causa disceptanda illum sequeretur ordinem, quem homines in suis de more judicijs ercendis observant; qui rationes hinc inde conferunt, easq; judicibus expendendas proponnt, qui sive ad constituenda præmia, sive ad imponenda supplicia, mensuram aliquam hant à lege constitutam. q. d. Possem facilè meam causam probare & justificare. Verùm non apud DEum se res habet, qui supra leges est, neq; semper punit, vt judex, sed interdum exer-, & probat vt pater, quiq; quos magis amat, severiùs affligit. Judicamur itaq; cum DEo, it nostram cum eo causam disceptamus, cum precibus & lacrymis non ad morem forensis epitus cum præmeditatis rationum aut cavillorum argutijs: Sic nimirum vir cum collega & compare argumentari solet, vt ratio rationem, & vim vis opposita depellat, & veritas ndem ex argumentorum congressione se prodat. At cum DEo longè aliter. Neq; DEus eom semper modo veritatem pronuntiat, quo homo absoluto judicio; ita vt omnes intelligant, id DEus aut maximè velit aut probet externo aliquo signo. Et hoc videtur Jobus voluisse, m ea ratione voluit judicari cum DEo, id est, judicium subire DEi, qua homo mortali judicausam suam disceptandam permittit, qui per præconem, aut publicâ aliquâ atq; legitimâ :mâ, quid æquum sit aut secus pronuntiare solet. *Ordo judicij*

CAPUT XVII.

Ex ærumnarum magnitudine & multitudine certam sibi mortem iminere præsagit: vnde amicos increpat, qui bona præsentis vitæ pro præio toties pœnitenti inculcarent. Mavult enim quietem vitæ futuræ.

QUæstio I. *Quis est sensus* v. 5. PRÆDAM POLLICETUR SOCIJS ET OCULI FILIORUM EJUS DEFICIENT.? ℟ Docet Jobus, quomodo suis amicis disputatio ista non sit ex voto successura, & agit præcipuè cum Eliphazo; qui hîc princeps erat & magister, atq, ideo dictus aliorum pater. Hic autem quasi strenuus robustissimi exitus Imperaror victoriam sibi & alijs prædam pollicebatur, At eveniet longè aliter quàm phazus ipsi sibi persuaserat. Nam filij qui exspectant prædam, & in eam intentos habent ulos, deficient à sua expectatione depulsi. Quod ita accidit. Nam cap. 31. homo alienus iq; non numerabatur in illis amicis, qui consolationis gratiâ ad Jobum accesserant, vocatus u cùm vidisset ambitiosos hos viros rationabilem responsionem non invenisse, gravi in illos dignatione succensuit.

II. *Quo sensu dicitur* v. 6. POSUIT ME QUASI IN PROVERBIUM VULGI ET EXEMUM SUM CORAM EIS? ℟ Mecum comparant homines, & ex me petunt dicendi modos, ibus aliorum calamitates amplificent. Cùm enim miserrimum & infelicissimum quempiam nificare volebant, vulgò dicebant Jobo miseriorem, Jobo infeliciorem; & hoc sensu dicit se proverbium vulgi abijsse, & in exemplum esse propositum. *Job proverbium vulgi*

III. *Quid intendit Job dicere* v. 13. SI SUSTINUERO, INFERNUS DOMUS MEA EST T IN TENEBRIS STRAVI LECTULUM MEUM? ℟ Dicit Jobus amicis suis assiduè occintibus, & illud monitum vltrò citroq; opportunè importunè inculcantibus, si videlicet vitam rrigeret, & ad DEum confugeret, fore vt ab eo in statum pristinum restitueretur. q d. Frustrà ingeminatis; quia licet sustinuero, & pœnitens ad DEum me convertero, ac patiens fuero, n jam mihi moriendum est, & migrandum ad statum & locum mortuorum, vt corpore in ulchro posito, anima descendat ad limbum inferni, vbi video lectum mihi esse paratum, eoq; cogitatione mea ibi meam quietem jam composui.

IV. *Pro quo sumitur infernus* v. 16. IN PROFUNDISSIMUM INFERNUM DESCENENT OMNIA MEA? ℟ Infernum hîc passim Interpretes exponunt de sepulchro; sed meò Pineda cum S. Greg. & plerisq; Patribus contendit hîc agi de inferorum loco siue limbo: imò, quia additum epithetum profundissimum, quod non aptatur bene sepulchro: deinde, quia cit, *descendent omnia mea*, hoc est, præcipua mea, nempe anima, quâ potissimùm sum ho-o, vnà cum ijs quæ propriè sunt mea, non quæ fortunæ aut mundi: propria verò sunt cogitiones, dicta, facta; pro quibus solis, vt quæ nostra sunt (in bonis gratiam suppono) retribu- expectanda. Hinc additur dubitatio: *putasne saltem ibi erit requies mibi*, id est, Ibine stan dabitur requiescere? non erit opus vlteriori expiatione? Vides vt vir justus, adhuc paueat trepidet: & audent hæretici etiam toti flagitijs aperti certò sibi omnia tuta, quieta, felicia reomittere? S Thom. quadruplicem distinguit infernum; scil. infimum seu damnatorum; vbi t carentia visionis Divinæ & pœna sensûs; & huic superiorem, scil, puerorum, in quo est cantia visionis sine pœna sensûs; tertium purgatorium, in quo est carentia visionis & pœna nsûs ad tempus, non tamen sine gratia, vltimum deniq; in quo est carentia visionis sine vlla ena sensûs, aut gratiæ privatione, qui est limbus Patrum. *Infernus pro quo sumitur.* *Infernus quadruplex*

CAPUT XVIII.

Etiam Baldad pergit arguere Jobum impatientiæ & jactantiæ: descr bit impiorum pedicas, & pœnas, vt inde probet, Jobum non nisi ob ju scelera puniri à DEo.

QUæstio I. *Quid est*: NUMQUID PROPTER TE DERELINQUETUR TERRA v. 4. ℞ An idcirco tanto furore seu impatientia quereris coram DEo & toto mundo, quò putes te vnum omnibus eminere? & te cadente, lucem, gloriam, decus vniversæ terr simul tecum occasura? vt meritò DEus, ad hoc præcavendum, ne tu cadas, potiù rupes loco movere, leges impiorum vindices refigere, totumq; vniversi cursum invertere debe at. Ita Olympiodorus in catena.

II. *Quid Baldad vult indicare illis verbis* v. 5. NONNE LUX IMPIJ EXTINGVETU NEC SPLENDEBIT FLAMMA IGNIS EJUS? ℞ Idem est, ac si diceret: Videris mi Job mo dò animam agere, & prosperitatem desperare; qua sanè in re tibi rependitur, quod commeru isti: impietati nimirum tuæ pœna rependitur, vt quidquid illustre ac splendidum mortaliu oculis exhibuisti, obtenebretur, & in hac ignominiosa obscuritate intereas. Sic nempe à DE constitutum est, vt lux impij extinguatur; neq; decet, vt tui gratiâ hic divinæ providentiæ ord mutetur. Quid ergo mirum, si pereas ad extremam ærumnam deturbatus? sanè prosperitas impi evanescit, & splendor ejus emoritur: claritas illa, qua domus ejus videbatur illustrari, obscu ratur, & lux emendicata deficit.

Gressus arctari.

III. *Quis est sensus* v. 7 ARCTABUNTUR GRESSUS VIRTUTIS EIUS, ET PRÆCIPI TABIT EUM CONSILIUM SUUM? Arctare gressus, est reprimere, compescere, præpedire; si cut è contrario dilatare gressus, est expedire, prosperare, conatum progressumq; rerum bene ce dentium adjuuare, promouere, gressus virtutis idem est, atq; conatus robusti, neruosi, poten tes. Jam verò *consilio suo præcipitari* eleganter dicuntur, qui suo conatu mortem & calamita tem sibi conflant, suo, vt ajunt, gladio jugulantur, vt Goliath & Holofernes.

In maculis ambulare.

IV. *Quid est*: IN MACULIS AMBULAT v. 8.? ℞ Hebraicè est, in implexo reti. Nam retis oculi seu cancelli, *maculæ* vocantur latinè. q. d. Sicut auis capta reti, & vno filo ejus, vel ocello, dum egredi conatur, in alium graditur, & magis sese implicat: ita impius captus reti concupiscentiæ suæ, ex vno vitio in aliud, ex vna macula in aliam transit, magis magisque se intricando.

Mors primogenita.

V. *Cur mors dicitur primogenita* v. 13. ℞ quia inter omnia mala principatum tenet quasi jure primogenituræ. Nam prima per peccatum Adæ invecta est in mundum, adeoq; quasi primogenita peccati filia & princeps, in regno peccati successit patri, & pro eo dominatur: & omnia alia mala ipsi tamquam Dominæ & principi famulantur.

Socij ejus qui non est.

VI. *Qui sunt socij ejus, qui non est* v. 15.? *Si non est, quomodo habet socios*? ℞ det S. Greg. l. 14. Moral. c. 10. *Ejus socij, qui idcirco jam non est, quia à summa essentia recessit, & per hoc quotidie excrescente defectu, quasi ad non esse tendit, rectè non esse dicitur, quia bene esse perdidit.* Igitur cum S. Greg. licebit dicere, impium non esse, qui peccando bene esse perdit. Cæterùm ne domus in qua tot scelera patrata sunt, perstet, optat eam insperso sulphure, quod facillimè ignem concipit, conflagrare, vt prodigio illo cæteri ab impietate deterreantur.

Impij stirps & radix extinguitur.

VII *Quis est sensus v. 16* DEORSUM RADICES EIUS SICCENTUR; SURSUM AUTEM ATTERATUR MESSIS EIUS? ℞ Radicitus familia ejus & stirps extinguatur, ne scil. alia succrescere possit, & si quæ jam sursum succreuerit, illa etiam atteratur & decutiatur. Explicat hîc magis id, quod proximè de sulphure dicebat, à quo terra redditur infæcunda. Cùm enim radices dicuntur exsiccandæ, spes omnis propaginis aufertur & nouorum germinum. Nam si radix subter aruerit, etiam rami desuper marcescunt, quia succum accipiunt à radice. Quæ metaphora sæpe occurrit in hoc libro, vbi rami dicuntur filij, & stirps seu radix pater, aut generis auctor, à quo progenies tota diffunditur. Porrò *in messe*, quæ sursum dicitur atterenda, progenies intelligitur, quæ ex stirpe succrescit.

CAPUT XIX.

Job crudelitatis arguit amicos, fortiterq; contendit, se non propter sua scelera flagellari à Deo, sed propter alias justas causas. Unde solius, sed certæ, resurrectionis spe se solatur.

QUæstio I. *Quo sensu dixit Job.* v. 6. DEUS NON ÆQUO JUDICIO AFFLIXIT ME? ℞ Non pro mensura peccatorum meorum immisit mihi pœnas, vt vos contenditis: neq; hoc spectauit, vt puniret de condigno peccata mea. Supple, sed longè alias causas habuit, cur me ita torquendum putarit, æquissimas & justissimas, quas vos vel ignoratis vel dissimulatis. Et ùt alia nulla esset, illa sola, quòd creator in creaturam suam plenum jus habet, illi ab omni injustitia excusando sufficeret.

II. Cur

II. *Cur Job evulsæ arbori se comparat* v. 10? ℞ Arboris succisæ, cujus pars stipitis cum radicibus in terra relinquitur, spes non perit, cùm ramos iterato partu producat, seseq; in cōrum effundat: at si ab radice eruatur, si à fibris ipsis extirpetur, nihil ei omnino spei superest, quia penitus illico exarescit; quamobrem evulsa stirpitus arbor amissæ spei hieroglyphicum censetur. Job igitur sub evulsæ hujus arboris similitudine se omnem posteritatis spem amisisse lamentatur, quippe qui liberis ad vnum omnibus ruinâ domûs oppressis & extinctis, præ nimia ægritudine insuper gignendi potentiam amiserit, & instar ligni aridi jam nunc per mortem euellendus videatur. *Iob evulsæ arbori se comparat*

III. *Furor & ira quomodo de Deo enunciatur?* ℞ Furor & ira, prout alij affectus humani traducuntur in DEum per similitudinem quamdam effectuum, quales ab homine irato proderunt. Nam quod ad rem attinet ipsam, compertissimum est, naturam Diuinam ejusmodi motus pati non posse, cùm sit ipsamet serenitas & tranquillitas. Tales locutiones accipiendæ sunt ait S. Dionys. *eo quo DEum decet modo*, Scil. sine turbulentia passionis, quæ in diuinum Numen non cadit; quin imò docet etiam in Angelis longè aliter quàm in nobis oportere vim irascibilem considerare. *Furor & ira quomodo de Deo enunciatur*

IV. *Quomodo queritur de filijs v. 17. cùm hi omnes jam oppressi fuerint?* ℞ Non queritur de filijs ex vxore præcipua susceptis, ij quippe omnes simul convivantes interierant c. 1. sed de ijs qui hæredes non erant, quos vxores aliæ non domui præfectæ, sed proli destinatæ, quas concubinas scriptura vocat, ei genuerant, quemadmodum de Abraham, Jacob & alijs ejus ætatis aut etiam posteris, viris sanctissimis memoriæ proditum est. *Filij ex concubinis.*

V. *Cur Jobi labijs Satan pepercit* v. 20. DERELICTA SUNT TANTUMMODO LABIA CIRCA DENTES MEOS? ℞ Loquendi instrumenta morbo non corripuit, vt liberè loqui Jobus posset, in noxia, in sermones invtiles, in querelas & in blasphemias prorumperet labiorum integritate abutens, vt spiritualium diuitiarum thesaurum, qui intus latebat, surripere diabolus posset. Solis ergo labiis pepercit; vt loquendi libertate Jobus in nocitura effunderetur, & inuadere illius mentis opes posset, qui alias inuaserat & rapuerat. Sed irritus illius dolus fuit, & cassa fraus; non labiis abutitur Dei Athleta, vt in Deum pugnet, sed vt Deum laudet, & diabolum ipsum de sua paratura repercutiat. *Labijs Iobi pepercit Satan.*

CAPUT XX.

Quia solent impij justo Dei judicio gravissimè puniri, & fortunis omnibus euerti, vti Jobo jam contigerat: colligit Sophar sed malè, Jobum impium fuisse, & suis sceleribus eas sibi pœnas accersiuisse.

QUæstio I. *De quo loquitur Sophar v. 12.* CUM DULCE FVERIT IN ORE EIVS MALVM, ABSCONDET ILLUD SVB LINGVA SVA? ℞ de peccatore delectante se in peccato ad modum hominis dulce quidpiam ore versantis. q. d. Sicut cùm quis comedit dulciaria, multùm ac diu ea ore suo voluit, ac revoluit retinetq; vt suaui illo sapore diutius perfruatur; sic impius peccandi illecebris inescatus in faucibus animæ tenacissime voluptatis malum recondit; nec illud statim deglutiet, nec vorabit, nec euomet aut abjiciet, sed in ipso gutture, velut in repositorio recondet, optans sibi collum gruis cum Philoxeno apud Arist. l. 3. Ethicorum c. 11. vt lenta ciborum transmissione diutiùs gulæ auidissimæ indulgeret.

II. *Quis* PANIS EIVS IN VTERO ILLIVS VERTETVR IN FEL ASPIDVM INTRINSECVS v. 14? ℞ Deliciæ illæ peccati, quibus vt pane fruebatur, & vt cibo suauissimo delectabatur, vertentur illi in fel, venenum scil. amarissimum; conscientiæ tormentum, intestinumq; exitium, præsens & æternum. Fel enim in arcano sermone pœnarum acerbitatem significat, quibus impii & infandis sceleribus cooperti in ævum sempiternum cruciabuntur. Quemadmodum in Vatum prædictionibus consimili sententia & fæces calicis & absynthium & fel draconum, aliaq; hujusmodi amaritudine & acerbitate præcipua reponuntur. *Panis vertitur in fel aspidum.*

III. *Quis est sensus* v. 16. CAPVT ASPIDVM SVGET, ET OCCIDET EVM LINGVA VIPERÆ? ℞ Idem est, ac hauriet pessimum & lethale venenum. Aspis enim maximè in capite venenum habet & in saliua; vipera verò in lingua, vt S. Greg. notauit. Venenum autem aspidum duo habet: primò dulcissimum est super lac & mel: 2dò est omnium maximè exitiosum ac lethale, de quo dicitur: *venenum aspidum insanabile*, quod nullum admittit remedium: eoq; igneæ ardentisq; qualitatis; ideoq; hominem succendit, æstuantem reddit, & omnis quietis impatientem. Vnde qui caput aspidis sugeret, simul ex vna quidem parte summam caperet voluptatem propter dulcedinem quam sentiret; ex alia verò summa inquietudine inflammatus & æstuans interiret propter venenum. Ecce quid auaro accidat: *caput aspidum suget.* Quis explicabit, quanta auiditate concurrat ad pecunias sugendas, exspolians pauperem, deuorans viduam, decipiens simplicem, circumueniens minùs astutum? certè non minori quàm infantuli, fame & siti vehementissima excitatus ad vbera sugenda. Sed infelix ille, quia venenum *Caput aspidum sugere*

aſpidum ſugit: quod etſi ex vna parte pro ſua dulcedine delectet, ex alia tamen pro ſuo ard re inflammat, ſuccendit, æſtuantemq; reddit.

IV. *Quia vult dicere Sophar* v. 17. NON VIDEAT RIVULOS FLUMINIS, TORREN TES MELLIS ET BUTYRI? ℟ Fuerunt quidem tibi ô Jobe olim torrentes lactis & mellis ſic rivuli aquæ, ſed deinceps non erunt. Abundauerat enim Jobus his maximè rebus quas cura agricolæ, cùm multos habuerit pecorum, armentorumq; greges, multa juga boum, nec deera ei apes. Cùm autem id tam huic Sophar, quàm illius amicis videatur eſſe propoſitum, vt diaboli voto Jobum exagitent, & illa eſſe putent impietatis argumenta, quæ Jobo poſt tantam rum abundantiam contigiſſe vident bonorum commoditatumq; naufragia; defuturos eſſe d cunt impio atq; tyranno mellis butyriq; torrentes, quia illos jam Jobo exaruiſſe viderant.

V. *Quid per arma ferrea & arcum æreum intelligitur* v. 24.? ℟ Arma ferrea ſunt vel gl dius, vel pugio, vel lancea, quibus Dominus exercituum pugnat cominùs contra peccata, pacem tribuat peccatori, ac vulneratum ſanet; at arcus æreus eſt futura vindicta, qua damn tos ferit eminùs horribile intonans judicium, & in longè poſitos innumeras evibrans ſagitta Nec ſine myſterio temporales tribulationes ferreis armis comparantur, quia ferrugine corrun puntur: æterna verò ſupplicia idcircò æri aſſimilantur, quia nunquam deſinunt, nec vlli ſubj cent corruptioni mutationis.

CAPUT XXI.

Errorem amicorum vt refellat Job, docet impios plerumq; in hac vit proſperari, pios verò affligi. Unde colligit non rectè concludi, impium eſſe, quia à Deo affligitur.

QUæſtio I. *Cur dicit Iob* v. 4. NUMQUID CONTRA HOMINEM DISPUTATIO ME EST, UT MERITO NON DEBEAM CONTRISTARI? ℟ Vult dicere: Si quæſti eſſet de offenſione, aut inimicitia hominis, haud quaquam contriſtarer aut anxi forem? jam autem cùm quæratur, an DEum offenderim, meritò angor, & totis viribu contendo, vt rei veritas eluceſcat, quæ in magnam Dei gloriam ceſſura ſit. Eſt enim viri omnino pij zelo veritatis vrgeri, moleſteq; ferre, in hujuſmodi occaſionibus negligi, vt ſurdi parietibus occinere videatur. Agitur quippe Dei cauſa, quam dum tueri ſe putant hi Jobi conſolatores moleſti, veriùs oppugnant, dum dicunt affligi tantùm in hac vita ſceleratos & improbos. Quod de Deo minus decorè ac verè dictum eſſe Job multis probat.

Felicitas impiorum. II. *Cur dicit Job* v. 13 DUCUNT IN BONIS DIES SUOS, ET IN PUNCTO AD INFERNA DESCENDUNT? ℟ Deſcribit apparentem felicitatem impiorum, qui à vulgo felice eo nomine cenſentur, quòd cùm totâ vitâ bonis fortunæ abundarint, etiam ſine dolore ex hac vita migrent, citò moriantur, nec longa ægritudine diſcrutientur & tabeſcant. Putabant enim veteres pertinere ad felicitatem non longo morbo tabeſcere, ſed ſtatim mori. Id quod etiam eſt perſpicuum ex Threnis 4. 6 vbi dicitur majorem fuiſſe pœnam iniquitatis Jeruſalem ſubverſione Sodomorum, cujus rei ſtatim redditur ratio: *quæ ſubverſa eſt in momento.* Audi prophetam: *major effecta eſt iniquitas populi mei* (id eſt, pœna iniquitatis) *peccato Sodomorum, quæ ſubverſa eſt in momento.* Quia videlicet Jeruſalem multò tempore paſſa eſt obſidionem & captivitatem.

Vita lucernæ comparatur. III. *Cur Iob vitam noſtram lucernæ comparat* v. 17.? ℟ Quia ſæpe vitæ noſtræ quod lucernæ ſolet euenire. Videmus non rarò lucernam in templo corum divino altari lucentem, oleo cæteriſq; ad lucendum requiſitis ſufficienter inſtructam & aptam ardere, lucere, ſed flatu quodam venti ſuborto ſubitò extingui. Talis eſt vita noſtra. Vides hominem opulentum rebus omnibus affluentem, qui habeat domum in ſalubri loco fundatam, & optima ſupellectili ornatam, abundet victu & veſtitu juxta voluntatis ſuæ exigentiam, habeat reliqua omnia in vitæ conſeruationem & durationem aptiſſima; & tamen aliquo accidenti levi vitam ſubitò cum morte commutare, occaſione ſcil. alicujus cibi vel potûs vel etiam venti.

Glarea. IV. *Quis eſt ſenſus* v. 33. DULCIS FUIT GLAREIS COCYTI, ET POST SE OMNEM HOMINEM TRAHET, ET ANTE SE INNUMERABILES? ℟ *Dulcis* ſeu gratus admodum & amicus *fuit Glareis* id eſt, arenis ſeu glebis Cocyti, LXX. *lapidibus torrentis*; Hebræus *Cocytus* & Chaldæus *glebis torrentis.* Ponitur enim hîc ſpecies pro genere, *Cocytus* pro quouis *fluvio* vel *torrente.* Eſt verò Cocytus Arcadiæ fluuius, ex *ſtyge* promanans, quem eſſe inferorum fluvium Pöëtæ (ad quos hîc Job alludit) ideo finxerunt, quòd ad illam paludem ſolerent recondi in arenis, more tum recepto, cadera defunctorum, vt mordacibus illius aquis citò exederentur. Glarea eſt terra prope fluuios arenoſa, & lapidoſa, in qua cadauera recondebantur. Senſus ergo eſt: delationem cadaueris impii ad ſepulchrum non tam triſtem & amaram eſſe, quàm lætam & dulcem, vtpote feſtis epulis & ludis conditam: vt ferè videatur deductio eſſe ad nuptialem thalamum: ac proinde non ſit tanto impiis horrori. Nam quòd mors horribilium omnium horribiliſſimum concomitetur & conjungatur, nihil noui mali affert impiis, cùm *poſt ſe*

omnem

nem hominem trahat & ante se innumerabiles, id est, omnibus siue bonis siue malis, pari le- mors immineat, trahatq; omnes subsequentes, sicut traxit omnes præcedentes. Cùm ergo nia in hac vita cedant impiis, non item piis, ex voto & animi sententia, certò inde colli-ur, imò post hanc vitam vtrisq; reseruari condignam retributionem. 2dò non propter sola lera homini aduersa immitti à Deo in hac vita. Unde sequitur tertiò ex iis colligi non pos- Jobum impium & sceleratum esse, vt amici contendebant.

CAPUT XXII.

Eliphaz vt Jobum conuincat impietatis, enumerat sigillatim patrata ipso scelera: pœnitenti tamen prospera rursus omnia promittit.

QUæstio I. *Unde Eliphaz impingit Jobo crimina, à quibus erat maximè alienus?* ℞ Eliphazum judicare de Jobo ex afflictione, quæ causa est, cur omnia peruertat, nos autem eâ prudentiâ præditos esse oportet, vt cùm DEus affligit aliquem, non statim concludamus, eum hominem esse improbum, ac pro meritis tractari.

II. *Quid Eliphaz intelligit per laqueos* v. 10. CIRCUMDATUS ES LAQUEIS? ℞ Laque- *Laquei Jobi.*
appellat cruciatus, dolores, anxietates, infamiam, omnia deniq; mala, quibus Jobus vt mœ-stissimo carcere constrictus fuit. Eodem nomine calamitates vocabat David dicens ps. 10. 6. *Pluet super peccatores laqueos, ignis & sulphur* &c. & ps. 65. 11. *Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro.*

III. *Quid per tenebras & aquas intelligit Eliphaz* v. 11? ℞ per tenebras intelligit calami- *Calamitates tenebræ*
tates, statum infelicem ac tristem. Sicut enim felix status per lucem, ita vicissim infelix per tenebras denotatur. Cujus appellationis ratio est; quia qui potentes sunt & in dignitate positi, degunt, lucem quærunt, & quasi radios quosdam nitoris & fortunæ suæ dispergunt: quibus contrà sunt adversa omnia, lucem oderunt, seq; abdunt in tenebras, & animi fuliginem etiam atrato habitu manifestant. Eliphaz itaq; ignominiam appellat tenebras, vt claritatem nominis Jobi obnubilatam notet. Impetum verò aquarum pœnas & afflictiones nominat, est enim aqua similiter hieroglyphicum lacrymarum, vexationis, molestiæ, calamitatum, vt plurimis locis David ostendit, illius enim illa vox in mœrore & calamitate positi ps. 68. 2. *Intrauerunt aquæ usq; ad animam meam*, è quibus cùm esset aliquando eliberatus Eucharisticum illud cecinit ps. 17. *assumpsit me de aquis multis.* *Aquæ afflictiones.*

IV. *Qui sunt cœli cardines* v. 14? ℞ Sunt duo illa puncta immobilia ac fixa, circa quæ u- *Cardines cœli.*
niversa mundi machina circumagitur. Dicuntur autem cardines, quia sicut janua in suo circumvoluitur cardine, qui numquam mouetur, cùm tamen januam assiduè circumvoluat & versus; sicut duæ stellæ, quæ à vertendo poli nominantur, qui etiam ab Astrologis vertices dicuntur, duas cœli portas, (sic enim occasus & ortus appellantur) assiduo circumactu conuertunt.

CAPUT XXIII.

Job contra humanum judicium, quo censebatur impius, optat diuinum judicium, quo sperat se innocentem declaratum iri: neq; conscientiam suam aliud sibi dictare.

QUæstio I. *Quis est status controuersiæ inter Jobum & Eliphazum?* ℞ Dixerat Eliphaz in *Controversia inter Jobum & Eliphaz.*
fine capitis præcedentis, DEum semper justos cogniturum; nec solùm erga illos misericordiâ vsurum, sed etiam erga vniuersam regionem in gratiam ipsorum, vt in Hebræo exprimitur. Ad hoc itaq; Jobus respondet se, quamuis summa seueritate manu Dei tractetur, id tamen non esse promeritum, idq; vt verum esse probet, ait se, si sibi licitum causam suam agere, posse ostendere, se nequaquam ob peccata sic à Deo puniri, in quo to- illi cum amicis vel potiùs aduersariis controuersia est.

II. *In quo Eliphaz verum dicit & in quo aberrat?* ℞ Verum quidem est, Dominum pollicitum esse, fore vt se propitium erga eos, qui se puro & sincero corde colunt, exhibeat, nec solùm in ipsis consistat hoc beneficium, sed ad familiam vsq; ipsorum, quin etiam vniuersam regionem proferatur. Deus tamen propterea non adstringit se certæ cuidam & perpetuæ regulæ: videmus enim quomodo suos, & eos qui in omnibus morigeros se ipsi & obsequentes præbere conantur, in patientia exerceat. Non est igitur mensura quædam æqualis, nec omnes temporariæ promissiones, quæ continentur in S. Scriptura, hoc est illæ, quæ ad hanc vitam spectant, ita generales sunt, vt in illis semper sit hærendum. Nam Dominus noster fidelibus suis altera vita gratiæ suæ plenitudinem reservat; sufficitq; adeo ipsi, si in ista vita illius gustum aliquem subinde habeant, quò cœlestium in illis bonorum desiderium, magis excitetur, & non omnimodâ terrenæ felicitatis saturitate extinguatur.

III. *Cur Job causam suam cum Deo vult disceptare* v. 3.? ℞ Non vt cum illo expostulet, suam apud Deum causam tueatur, & iniquum probet esse judicium, quasi majora quàm pro

meritis tormenta sustineat; sed vt ab illo discat, cur ipsum tam duris cruciatibus exerceat, & alij cognoscant, non solùm in hoc sæculo peccatorem pœnas perpeti, sed etiam justos.

IV. *Cur optat Job in eo judicio proponi à Deo, & palàm fieri æquitatem causæ, cur scil. ipsum afflixerit.* v. 7.? ℟. Ut videant omnes & agnoscant, à beneuolentia potiùs, quàm ab offensione, & à parente potiùs quàm ab hoste tantam inflictam esse plagam, vt sic Deo ipso judice vincat amicos supra modum infensos, efficiatq; vt mutatâ sententiâ discant in hoc sæculo honestis de causis justos etiam à Domino solitos esse vexari. ita Sanctius, qui rem totam pulchra illustrat similitudine à Medico petita dicens: æquitatem proponit, qui ostendit aliquo facto, in quo accusari posset injustitiæ, se non fuisse injustum. Quomodo Medicus, qui vrit &

Medicus urens & secans. secat, & amarum poculum proponit ægroto, censeri posset crudelis ab eo, qui Medicum esse ignoraret, & hominem videret esse dissectum, aut à candente ferro notatum & combustum; ille tunc æquitatem proponeret, qui hominis ægritudinem ostenderet, cui aliter occurri non posset vtiliter, & se esse Medicum, qui probè nosset morbi naturam, qui hominem extingueret, nisi ipse propugnatorem opponeret: qui tam abesset longè, vt crudelis haberetur, quòd secaret & vreret, etiamsi in ea vexatione doleret, & ingemisceret ægrotus, vt potiùs beneuolus censeretur & clemens, quòd ea curatione malè affectum hominem vendicaret à morte. Sic igitur Jobus petit, vt Deus ostendat grauem illam plagam à beneuola prouenire, non ab hostili manu; à parente; vt medico, qui sanare, non ab hoste, qui perdere & abolere nititur.

V. *Quid est*, VT PERVENIAT AD VICTORIAM JUDICIUM v. 7.? ℟. Vt judicante Domino, & vexationis causam afferente, vincat Jobus amicos, qui ex hoc judicio mutent animos, & discant, etiam in hoc sæculo honestis de causis justos homines à DEo vexari.

CAPUT XXIV.

Ostendit occultam esse prorsus rationem prouidentiæ diuinæ & gubernationis hujus mundi, quippe qui sæpè etiam ad sæuissimam tyrannorum, latronum & adulterorum improbitatem diu admodum conniueat, nec nisi futuræ vitæ cruciatibus puniat.

QUæstio I. *Quid intendit Job illis verbis* v. 1. AB OMNIPOTENTE NON SUNT ABSCONDITA TEMPORA.? ℟. Diluit objectum sibi ab Eliphazo crimen negatæ prouidentiæ Diuinæ, dum c. 22. 13. ait, *& dicis: quid enim nouit Deus &c.* Quod hîc validè elidit, profitens DEum vniuersa tempora exactè nosse tam propriè quàm metonymicè sumpta. Ita Lessius lib. 4. de perfectionibus diuinis. Siquidem ipse est author omnis temporis ac durationis, & conditor ac dispensator conseruatorq; eorum, quæ in tempore existunt, carens initio durationis, cùm numquam inceperit, & omne tempus anticipet, occupet, ambiatq;.

Dies Dei. II. *Quid est* v. 1. QUI AUTEM NOUERUNT EUM, IGNORANT DIES EIUS.? ℟. Amici ejus fideles, & ei addicti homines, qui ipsum per fidem cognouerunt, non tam familiarem cum eo habent consuetudinem, vt omnia ejus consilia in rebus administrandis intelligant: plurima enim ignorant, quæ abscondita sunt apud DEum, & signata in thesauris ejus: ignorant *dies illius*, hoc est, æternitatem ejus, quæ etiam pijs incomprehensibilis existit. Ita S. Greg. Vel potiùs dies posuit pro operibus & consilijs, quæ per dies exequitur DEus. Nam ea consilia, quæ suscipit DEus in hoc mundo regendo non ita facilè explicari possunt, vt putabat Eliphaz: sunt enim difficillima, & quæ viros sanctos in magnam rapiunt admirationem, vti S. Paulum Rom. 11. 33. Scopus igitur Jobi est hoc loco ostendere DEum ad tempus sua judicia occultare, nec primo quoq; tempore vindictam suam in improbos exequi, nec bonos liberare, sed permittere, vt multi injurias patiantur.

III. *Quid est transferre terminos* v. 2.? ℟. Nihil est aliud, quàm in alienos fundos & possessiones irrumpere, quæ plerumq; terminali lapide aut alio certo & familiari signo distinguuntur, quod faciunt Tyranni, qui quidquid sibi vsui futurum esse putant, id ad se pertinere affirmant, & quà jure, quà injuria, quod suum esse dicunt, suum esse faciunt, neq; quiescendum esse putant, donec aliorum dispendio suas augeant opes & terminos amplificent. Ita Sanctius.

IV. *Quid Job vult dicere* v. 22. DETRAXIT FORTES IN FORTITUDINE SUA? ℟. Vult ostendere, improbos, postquam pauperes, qui se tueri non possunt, & auxilio hominum destituti sunt, oppresserunt, audaciores fieri, & in feras immanes euadere, ita vt nemini parcant, in diuites robustos, eos qui auctoritate & dignitate pollent, impetum faciant, Tum sanè confusio est extrema, ita vt hoc vnum agant, vt nimirum obvium quemq; violentiâ plùs quàm belluinâ diripiant; nulla deniq; in illis humanitas, nullus pudor sit. Verumtamen inquit, *cùm steterit* in prospera scil. peccati & tyrannidis licentia, *non credit vitæ suæ*: quia tyrannus ob malam conscientiam omnia tuta timet.

V. *Quo sensu dicit de impijs*: SICUT SUMMITATES SPICARUM CONTERENTUR? ℟. Duo supplicia indicat; vnum, quod est resectio spicæ à culmo; alterum, quod est tritura. Pri-

imò interitus impij, quo anima falce mortis præciditur, hoc eſt, ſeparatur à corpore; 2dò rtareus cruciatus, quo anima proteritur, ſiue torquetur. Cæterùm expende, quomodo non dixerit ſicut ſpicas, ſed *ſicut ſummitates ſpicarum*; quæ profectò non aliæ niſi ariſtæ, quas veluti gittas cælum versùs ſpica videtur emittere, quibus vndequaq; ſepta ipſi olympo bellum inrre videtur; at tunc conteruntur, quando ad maturitatem ſegetes decollantur: ſicut vtiq; perbi ariſtis ſimiles tunc prorſus conterentur, quando ampliùs contra cælum velut ariſtæ elentur. Nam vt benè S. Greg: l. 16. Mor. c. 15. *Superborum carnalis gloria dum nitet, cadit, m apud ſe extollitur, repentino interrupta fine terminatur.*

CAPUT XXV.

Baldad ex infinita DEi ſublimitate, & creaturarum vilitate probat, ominem DEO comparatum, non debere, nec poſſe, mundum cenſeri el juſtum.

QUæſtio I. *Quæ ſunt illa ſublimia, in quibus DEus facit concordiam* v. 2.? ℞. Aliqui cælos intelligunt, qui cùm varios habeant inter ſe, Imò & contrarios motus, quorum alij tardiſſimè, alij velociſſimè ſuos verſant & conficiunt orbes; & cùm vario ſe motu in alias atq; alias cæli plagas contorqueant, eſt tamen inter illos incredibilis concordia q; concentus: quod ſanè niſi ab omnipotenti manu fieri non poſſet. Alij Angelos putant; ter quos licet varij ſint ordines, neq; natura eadem ſiue ſpecies, ita tamen ſtudijs moribusq; onſentiunt, vt idem ſapiant ac velint, & illam ſummam ſibi libertatem eſſe putent, ſi à Diui voluntate numquam recedant.

In ſublimibg Deus facit concordiam.

II. *Qui ſunt milites DEI* v. 3.? ℞. Sunt Angeli ad ejus imperata expeditiſſimi, per quos rages horrendas impijs ſolet inferre: ſunt autem illi fortes, & magnificentiſſimè inſtructi ad ella Domini conficienda, omnes veterani & principes; qui à primo ſui ortu cingulo militiæ onati, palmâ & laureis glorioſè redimiti, ſatanam è cælo pepulerunt, jam inde ab eo tempore ilites DEi nominati, quos Nahum c. 23. *fortes Dei* conſimili modo nuncupat: *clypeus fortium us ignitus, viri exercitus ejus in coccineis.*

Angeli milites Dei.

III. *Quare diuinus ſplendor non dicitur obſcurare ſolem, ſed lunam & ſtellas* v. 5.? ℞det S. homas hîc inquiens, *ubi conſiderandum, quòd de ſole mentionem non facit; quia non apparet nſibiliter, quòd ad præſentiam majoris luminis lumen ejus obtenebretur. Sed luna & ſtellæ etiam d præſentiam corporalis ſolis obtenebrantur*, q. d. Luna & ſtellæ & exiliora quæq; lumina ad ajoris luminis exortum apparent deficere & obſcurari; vnde quid mirum, ſi à conſpectu auſtioris lucis obtenebrentur? at ſolis fulgores à nullo creato lumine obfuſcantur, & ita neq; diuiniori Deitatis lumine infuſcabuntur. Neq; enim increatum jubar eſt ſicut creatus ſplenor, qui obſcurat minores luces. Hæc eſt natura, vel potiùs probrum creati luminis, extingue alienas luces, vt accendat ſuas: diuinus verò ſol generosè permittit etiam ipſo exorto reliuas ſplendeſcere luces, niſi ab alio validiore lumine extinguantur. Subtiliſſimè Angelicus Door, ſcil. numquam viſus eſt ſol obſcurari majoris luminis claritudine, ſed prænitere ſemper ad æſentiam omnium; ſecus luna & ſtellæ, etſi alioquin luminoſiſſima ſint aſtra. Vnde lunam ſtellas obtenebrari dicit ad præſentiam DEi, quod de ſole non dicit; ne ſol, qui numquam pud homines viſus eſt à majori lumine obnubilari, hanc à DEo contumeliam patiatur.

Splendor diuing non obſcurat ſolem.

CAPUT XXVI.

Reſpondet Job, non egere DEum vano & imbecilli ſeu Baldadi, ſeu liorum hominum auxilio, vt incomprehenſibilis ejus majeſtas & potentia nnoteſcat; ſat innoteſcere nobis per ejus effectus & opera verè ſtupenda.

QUæſtio I. *Quo ſenſu dicit Job ad Baldad:* CUIUS ADIUTOR ES &c. v. 2.? ℞. Per ironiam dicta eſſe communis eſt interpretum opinio, quaſi ipſe DEum vt imbecillem adjuuare niteretur. Dum enim Baldad tam multis DEi poteſtatem & terrorem commemorabat, ſanè videbatur DEi partibus quodammodo diffidere, niſi ipſe illas tam perosè ſuſciperet defendendas, veritus ne ſi Jobus cum DEo diſputaret, inferior DEus in ſua auſa euaderet, & ſi ſolus Iob cum ſolo DEo ageret, poſſet DEo judici imponere tamquam reum ignaro. Quare meritò Iob orationem ejus irridet, ſicut c. 13. 7. cæteros amicos ſuos eadem e cauſa irriſerat.

II. *Quomodo dicuntur gigantes ſub aquis gemere* v. 5.? ℞. Agitur hîc de illis, qui ante iluuium vixerunt: quapropter fortaſſis etiam dicti ſunt ſub aquis gemere, quia tempore Noë qui vnus gigantum, ſed juſtus) oppreſſi fruſtra moliantur emergere. Cur autem dixit Iob adhuc ſuo tempore illos ſub aquis gemere? quia nimirum his aquis oppreſſi ad centrum terræ deſcen-

Gigantes ſub aquis gemunt.

descenderunt, vbi infernus est; cui artificio DEi librata pelagi abyssus superimpendet: & quotquot in inferno degunt sub aquis gemunt.

III. *Quomodo teste Jobo* v. 6. NUDUS EST INFERNUS CORAM DEO, quod juxta Thomam idem est, ac si diceret, *Ea quæ in inferno aguntur, conspicua sunt coram oculis eju secundùm ejus judicium aguntur:* quomodo verum erit, quod idem DEus damnatis virginib dicat, *nescio vos?* si enim nescit in inferno cruciatus, quomodo nudus est infernus coram illo ℟. Nescit misericordia quod justitia noscit; vnde & noscit & nescit: & secundùm decretu Emisseni Eusebij, *vltrà nescientur à DEo, qui DEum scire noluerunt.* Quæ verba notanda, illi Oseæ oraculo 1. 6. aptanda: *non addam vltrà misereri, sed obliuione obliuiscar eorum.* Misericordia ergo eos nescit, sed justitia noscit, & non ignoscit.

CAPUT XXVII.

Pergit Job fortiter inculcare suam vitæ totius innocentiam: & causa affert, cur adeo studuerit illi fouendæ & conseruandæ, & primò, qui impios nihil boni manet post hanc vitam.

QUæstio I. *Quo sensu dicit Job, DEum rapere judicium suum* v. 2.? ℟. Non significat sibi ab eo fieri injuriam, aut se ita justum esse, vt DEus non habeat ipsum adhuc asperiùs tractandi justam occasionem; sed potiùs id, quod in lege scriptum est de justiti illa vindice ordinaria, quæ in sceleratos exerceri solet; tum eorum sermones respicere qui vltra vel supra illam justitiam non sunt progressi. Hoc ergo sensu Job ait DEum abstulisse id est, abscondisse, judicium suum, eò quòd illud orbi nondum patefaceret, cur tantis ærumni obrueretur: nequaquam autem ait, DEum ita ipsum tractando vti ratione tyrannica; neq; significat se ejusmodi jus habere, vt possit causam obtinere & absolvi, si se non peccasse contenderit; sed tantùm declarat, afflictionem quam patiebatur, instar densæ nubis judicium suum obscurare, quò minùs innocentiæ ac rectitudinis suæ cognitio fiat manifesta. Nam quamdiu non intelligimus, cur illum DEus sic afflixerit, ecce judicium ejus quasi ablatum, absconditum & sepultum, ita vt hominibus sceleratus ac detestabilis videri possit.

Hypocritarum preces. II. *Quomodo dicit Job* v. 10. *Hypocritam* NON INVOCARE DEUM OMNI TEMPORE ℟. Quia etsi aliquando simulet se precari, nihilominus in eo non perseuerat, nec constante & perpetuo tenore vtitur. Et in eo quidem hypocritarum preces à precibus filiorum DEi differunt. Hypocrita enim non examinato corde suo faciet quidem in speciem id, quod faciunt filii DEi, quando DEum deprecantur, quia id rebus suis conducere intelligit; sed se minima tentatio ingruat, & non ex voto succedant res, illicò excandescit, nec ampliùs DEum ad auxilium suum inuocat, sed adversùs illum obmurmurat, & ejusmodi rabiem despumat, vt satis ostendat, se antea nihil à DEo expectasse aut sperasse, nec ipsum corde integro, sed ficto & simulato duntaxat quæsiuisse.

Domus impiorum similis tineæ & umbraculo. III. *Cur impiorum domus tineæ & vmbraculo custodis assimilatur* v. 18.? ℟. Tinea quidem ædificat domum suam cum alterius jactura & injuria, corrodendo suauiter & insensibiliter quod alienum est: & tantum extendit domum suam, tamq; amplam extruit, quantum alteri detrahit. Similiter impius ædificat domum suam cum alterius jactura corrodendo aliena, sibiq; vsurpando, virum simplicem suauiter & insensibiliter decipiendo, innocentem circumveniendo, per vsuram palliatam, & opertam injustitiam recipiendo ea, quæ aliorum sunt, & tantum opibus crescit, domumq; suam extendit, quantum alijs detrahit. Aut sicut umbraculum custodis vineæ vel cucumerarij, quod leui manu extructum, exiguo duntaxat tempore, quo vuæ fructusq; maturi custodiuntur, vsui est, ac deinde statim dissipatur, tam parum firmitatis habitura est domus, quam sibi ex alienis sumptibus & rapinis molitur impius.

Deus sibilat super impiũ IV. *Quomodo dicitur Deus sibilare super impium* v. 23.? ℟det Corn. in Prouerb. c. 1. v. 26. Ridet & subsannat siue exsibilat DEus sceleratos & impios sui contemptores, imò dum eos hostiliter, sed justè pro meritis acriter punit, omnibus irridendos & subsannandos objicit. 2dò cùm eis sua scelera exprobrat, vti immisericordiam exprobrabit impijs à se in die judicij damnandis. 3tiò Dum de illorum justa pœna gaudet, facitq; vt omnes Angeli & Sancti gaudeant, vti gauisuros de excidio Babylonis docet S. Ioan: Apoc. 18. 20. 4tò, quia dum eos hostibus, præsertim dæmonibus, tradit, qui illos torquendo irrideant & subsannent.

CAPUT XXVIII.

Secundam causam recenset Job, cur adeo studuerit semper innocentiæ; quia hæc vnica via est ad obtinendam veram sapientiam; quæ licet in Dei sinu occulta, inaccessa & inscrutabilis maneat, homini tamen particula illius aliqua communicatur per sincerum timorem Dei: qua particula

cula jubetur in hac vita contentus esse, integrâ sapientiâ fruiturus in tura DEI visione.

QUæstio I. *Quis est sensus* v. 3. TEMPUS POSUIT TENEBRIS, ET VNIUERSORUM FINEM IPSE CONSIDERAT; LAPIDEM QUOQUE CALIGINIS ET UMBRAM MORTIS.? ℟. DEus certum & determinatum tempus constituit *tenebris*, hoc est, metallis, aliisq; rebus in tenebris latentibus (de quibus præcessit) quamdiu latere & occultari, pro qualitate & exigentia naturæ suæ debeant, donec ea certis indicijs prodit, vt ad ilitatem hominum, propter quos facta sunt inferiora omnia, in lucem producantur: ipse quoq; nem & consummationem omnium rerum istarum considerat, exactè sciens quando & res ipsæ genere suo perfectæ, & quamdiu duraturæ sint, *Lapidem quoq; caliginis*, id est, gemmas & pides pretiosos in densissimis & profundissimis tenebris ac subterraneis terræ visceribus, quasi umbra mortis absconditos videt DEus, & suo tempore eruderat, & profert in lucem.

II. *Quomodo intelligendus* v. 4. DIUIDIT TORRENS A POPULO PEREGRINANTE OS, QUOS OBLITUS EST PES EGENTIS HOMINIS ET INUIOS.? ℟. Alicubi, inquit, torrens separat incolas à peregrinis, facitq; terram inviam, ita vt egentes & mendici, qui omnia rruagantur, eò non transeant. q. d. Licet hi populi alijs hominibus exteris incogniti sint, Eo tamen optimè noti sunt, qui aliquando iter ad eos pandet, vti fecit in Indias, Peruanam Mexicanam. *Sapientiæ pretium.*

III. *De qua sapientia loquitur Job* v. 13. NESCIT HOMO PRETIUM EIUS, NEC INVEITUR IN TERRA SUAUITER VIUENTIUM? ℟. Loquitur de vera sapientia, in qua nostra ta est beatitudo, scil. de sapientia tam increata & æterna, quæ est ipse DEus primus totius sapientiæ & scientiæ fons, quàm de creata nobis ab ipso infusa, qua eum cognoscimus, amamus colimus, & quæ recta sunt, juxta ipsius voluntatem peragimus. Utraq; inquit, adeo pretiosa t, vt nesciat homo pretium ejus, quia vt dicit S. Greg. l. 18. Moral. c. 22. non habet pretium, ec dignè æstimari potest: est enim inæstimabilis & omnibus pretiosis infinitè pretiosior; nec roprijs meritis, viribus vel industrijs, aut vilis bonis temporalibus potest emi, acquiri aut inniri.

CAPUT XXIX.

Job vt refellat quæ Eliphaz c. 22. sigillatim affinxerat Jobo scelera, sillatim recenset virtutes suas, quibus ab adolescentia perpetuò emicuit; d quæ jam defectu virium & mediorum, & multitudine miseriarum ccultabantur: unde optat pristinæ restitui felicitati, quò rursùm palàm notescant.

QUæstio I. *Quid intendit Job* v. 2. QUIS MIHI TRIBUAT, VT SIM JUXTA MENSES PRISTINOS &c. ℟. Nequaquam indignatur aut lamentatur, quòd videat se bonis sibi à DEO olim datis spoliatum, sed potiùs adversarios redarguit, ostendendo eos malè in judicio, quod de ipso faciebant, procedere, eò, quòd ex statûs mutatione, quam in pso animaduertebant, eum pro homine penitus damnato haberent, nec ejus temporis, quo oim ipsum tamquam eximium aliquem, & selectum virum reueriti erant, meminissent. Ad anlquum igitur felicitatis suæ statum meritò sic aspirat.

II. *Quid designat Lacerna* v. 3. *Quando splendebat lucerna ejus super caput meum & ad umen ejus ambulabam in tenebris?* ℟. Est fauor & benignitas DEi illum dirigens, lætificans & rosperans, *in tenebris*: id est, in difficultatibus & doloribus, vt inter calamitates & perplexitates caliginosæ hujus vitæ inoffensus incederet, quando, inquam, illuminatio gratiæ DEi, quasi ax aut candela lucens super apicem mentis siue verticem rationis Jobi splendebat, eumq; in mnibus credendis & agendis illuminabat, & ille minimè rebellis, nec inobediens lumini ducaum ejus diligenter sequebatur, omnia secundùm Diuini luminis instructionem solicitè dirigens. *Lucernæ DEI.*

III. *Quo sensu dicitur Job lauisse pedes butyro v. 6.* ℟. Est metalepsis q. d. Tanta mihi rat rerum omnium ad familiæ sustentationem necessariarum abundantia, vt quasi pro aqua mihi esset lac atq; butyrum; ita vt si voluissem, in lacte atq; butyro pedes potuissem abluere, icut in aqua solent ablui, nec vel tantillo damno id mihi fuisset. Quod verò addit: *Petra undebat mihi rivos olei*, perinde est; ac si diceret. Non solùm fœcunda terra, sed & sterilis & petrosa, propter Domini benedictionem, magnam oliuarum & olei copiam profundebat, t quasi per rivos vltrò fluere videretur.

CAPUT XXX.

Recenſet intolerabiles miſerias, quibus loco priſtinæ felicitatis nun obruitur.

QUæſtio I. *Quomodo DEO pharetra & ſagitta accommodantur* v. 11.? ℞. Elegans em blema eſt, in quo pingitur DEus pharetram geſtans, aperiens, ſagittas promens, arcu adaptans & excutiens: pingitur etiam vt validus equorum domitor frœnum inden adſtringens, vt ea ratione calamitas, qua homo ſubjugatur, frœno notetur; ſicut pha retrâ ſignificatur diuina prouidentia, è qua ſagittæ calamitatum promuntur; quæ in homine collimantur ac in finem diuinæ gloriæ tandem diriguntur.

II. *Quo ſenſu dicit Job de Deo* v. 21. MUTATUS ES MIHI IN CRUDELEM? ℞ Vult di cere, qui in te ipſo crudelitatis nihil habes, mihi, quem reſpirare à percuſſione non ſinis, crude lis videris. Ita enim DEus crudelis eſſe non poteſt, ſicut nec mutari vllatenus poteſt. Sed dum circa nos quædam proſpera & adverſa variantur, in eo, quod nos mutamur, quaſi ejus circa no mutatum animum ſuſpicamur. Ipſe verò in ſe incommutabilis permanens, aliter atq; aliter i cogitatione ſentitur hominum pro qualitate meritorum. Sic & lux ſolis, cùm nequaquam ſi ſibimetipſi diſſimilis, infirmis aſpera, ſanis autem oculis lenis videtur, eorum videlicet immu tatione, non ſua.

III. *Quis eſt ſenſus* v. 22. *Eleuaſti me & quaſi ſuper ventum ponens eliſiſti me validè?* ℞ Ex ſublimi faſtigio, in quod me euexeras, nunc in profundum malorum barathrum præcipi tas eò acerbiori & magis miſerando caſu, quò è ſublimiori fortuna. Poſtquam enim ſic in al tum me nullo ſtabili fundamento nixum quaſi ſupra ventum ſublimaueras, ſubitò me permiſi ſti è ſupremo felicitatis gradu ad infimam vſq; ſortem & extremam calamitatem decidere, ve luti ſi quis ex ſuprema, vel media regione aëris in profundum terræ puteum corrueret.

Frater draconum.

IV. *Quid innuit Iob* v. 29. FRATER FUI DRACONUM ET SOCIUS STRUTHIONUM ℞ Conciues & cognati mei crudeles ſeſe mihi exhibuerunt ad ſimilitudinem draconum, no ſolùm non conſolantes vel alleuiantes meum dolorem, ſed etiam ſuis venenoſis ſibilis, id eſ maledicis detractionibus & convitiis, mea vulnera aggrauantes, quibus tamen ego numquam aliter, quàm amicè & ſocialiter convixeram, facti ſunt erga me crudeles & immiſericordes quaſi ſtruthiones, quibus non ſunt viſcera miſericordiæ, & qui vix propriorum fœtuum mise rentur. Dicuntur enim Struthiones oua ſua paſſim in vijs aut arena à quouis eo accedente pro culcanda diripiendáue deſerere. Sic nimirum etiam ſocii & ſodales, qui Jobum fouere ac ſola ri in tantis doloribus debuiſſent, eum dereliquerunt.

CAPUT XXXI.

Enarrat plures alias virtutes ſuas, quibus à puero aſſueuit: removen ſcelerum à ſe ſuſpicionem, quæ ſemper exhorruit: Deniq; DEum ipſum citat & optat judicem ſuæ innocentiæ.

QUæſtio I. *Quomodo Iob filijs extinctis imprecatur ſibi eorum eradicationem* v. 8? ℞ Etiam alijs bonis exſpoliatus, ſegetum furta inter imprecationes recenſet. Optand quippe modus eſt, qui nihil niſi affectum requirit: potuitq; cupere mala ſibi inferri, ſ ſtatus id ferret: præterquam quòd, vti probabilius eſt, filios ex aliis vxoribus, qua concubinæ appellantur, ſuſceperat, quos mors illa infauſta non ſuſtulerat.

II. *Quid eſt levare manum ſuper pupillum* v. 21.? ℞ Idem eſt, ac ſi dicat: ſi grauis exacto fui, aut pupillum fortunis exui, etiam mihi per ſententiam judicis addictis. Significat ſcil ſe nulla vmquam aſperitate, rigore, aut inclementia vſum fuiſſe, ſed omni manſuetudine, le nitate & humanitate. Obtinuit autem vt contra aliquem, ſuper aliquem vel in aliquem ma num levare vel extendere, ponatur pro vlciſci, ferire, opprimere grauiter juxta illud pſ. 73. 3 *Leva manus tuas in ſuperbias eorum in finem.* Id eſt, tandem vlciſcere, & prorſus preme.

III. *Cur timor Diuinus tempeſtati comparatur* v. 23.? ℞ ob duplicem cauſam. Unam tra dit S. Greg. 21. Mor. c. 17. *Quia ſicut tempeſtas cogit ad merces in mare projiciendas, vt vita ſeruetur; ita diuinus timor impellit ad bona temperalia abjicienda, ne ſpiritualia amittantur.* Al tera eſt, quia ſicut coorta tempeſtate omnes in preces, & vota & lacrymas ſolvuntur, omnes præterita crimina abjurant, noua viuendi exordia promittunt, diuinam gratiam humiles de precantur: ita planè timore diuino intra præcordia æſtuante etiam ſanctiſſimi viri hæc omnia exequunntur.

IV. *Quid intendit Iob* v. 26. *Si vidi ſolem cùm fulgeret, & lunam incedentem clarè?* ℞ ali qui volunt B. Jobum voluiſſe aſſerere, ſe numquam idololatriæ vitio fuiſſe coinquinatum, & idcirco antiquiorem communioremq; idololatriam expreſſiſſe, qua homines ſolem, quem Apol linem, & lunam, quam Dianam vocabant, adorare ſoliti fuerant; quemadmodum Sap. 13. Salo mon teſtatur. Sed aliud voluit Job de ſe exponere, illud autem fuit ſe numquam ſibi arrogaſ-

ſe glo-

gloriam & honorem ex bonis suis operibus: quod majus esse ipsismet bonis operibus S. Aug. ps. 7. & S. Bernardus serm. 13. in Cant. demonstrant. Fulgentis igitur solis & lunæ clarè cedentis typo diuitiarum suarum fulgorem & bonorum operum splendorem voluit indicare: ec nequaquam vidit, non quòd cæcus esset, aut quia non videret, quæ agebat, sed quia non dit concupiscendo ex eis gloriam.

V. Quid est *osculari manum suam ore suo* v. 27.? ℟det S. Greg. l. 22. Mor. c. 5. *Manum am* inquit, *osculatur ore suo, quid laudat, quod facit, & testimonio propriæ locutionis sibi virtem tribuit operationis. Qua in re quis despicitur, nisi is qui ipsa operandi munera largitur,* anc autem esse summam iniquitatem, & veluti DEi negationem patet ex eo, quòd quantum iidem ex nobis est, DEum gloriâ & laude sua, quam vnicam à nobis requirit, sacrilegè fraumus & quasi spoliemus.

CAPUT XXXII.

Fessis jam & cedentibus tribus amicis, quartus incipit Eliu, jactans longè aliis & validioribus argumentis conuicturum Jobum, sed vt ex rogressu patebit, nec validioribus nec nouis argumentis, sed solis verborum nouis ampullis Jobum aggreditur.

QUæstio I. *Quo referendum est relativum sibi v. 1. eò quòd justus sibi videretur?* ℟ Potest referri vel ad tres amicos vel ad ipsum Jobum. Ad tres amicos referendum putat. S Greg. quasi nimirum hac prolixa Jobi oratione tres amici conuicti, præsertim illa officiorum ejus narratione, & quòd iram, diram imprecationem, si secus esset, adjunxisset, sibi jam persuasissent esse justum. Attamen illud relativum *sibi* non ad tres vis sed ad ipsum Jobum referendum esse probatur ex eo, quod ita purior sit latina locutio, nam nicis minimè visus est justus, quousq; à Deo conuicti sunt, & jussi ab ipso Jobo veniam imtrare, quò ipse DEum pro iis precaretur, vt in fine libri narratur.

II. *Quid est, spiritus est in hominibus, & inspiratio Omnipotentis dat intelligentiam* v. 8.? Ipse est in hominibus DEi Spiritus, qui veram docet homines sapientiam, & DEi inspiratio it hominibus veram & salutarem intelligentiam; ideoq; sapientia & intelligentia donum est nnipotentis DEi, qui per Spiritum suum Sanctum; quibus vult, & quando vult & quantum ult, ea impertitur tam juuenibus, quàm senibus non habito ætatis aut personæ respectu.

III. *Quid dicit Eliu* v. 19. *En venter meus quasi mustum absq; spiraculo, quod lagunculas srumpit?* ℟. ait se plenum esse sermonibus, aut quia in memoria tenebat omnia, quæ in lona disputatione dicta fuerant à Jobo & tribus senioribus, aut quæ ipsi occurrebant ad produendam disputationem opportuna: dicit ergo vrgeri se vehementer à verborum copia, quæ sic itima complent distenduntq; præcordia, vt timendum sit, ne si diu continere luctetur, ilia impantur. Id quod duplici similitudine ad rem apposita illustrat: vna est à parturientibus, tera lagunculis musto occluso plenis petita.

CAPUT XXXIII.

Etiam Eliu negat Jobum justum & innocentem esse, neq; ad ejus imietatem declarandam judicio diuino, ad quod Job prouocarat, ait opus se verbali eloquio aut voce DEi: multis & varijs modis DEum loqui olere.

QUæstio I. *Quomodo Deus per somnia & visiones erudit?* ℟. Solet Deus non justos tantùm, verùm etiam impios alloqui, atq; à sceleribus per visa terroresq; diuertere: sic Abimelechum, ne Sarâ abuteretur, coërcuit: sic Laban, ne Jacobo officeret admonuit: sic Pharaonem & Nabuchodonosorem erudijt. Animum ergo hominis somno indulgenis, à tumultibus rerum aspectabilium, atq; exteriorum auocatum, & diuinis monitis per quiem accipiendis aptatum DEus ita instruit, vt ejus aures, id est, intellectûs vim perceptricem perire eleganter dicatur occultaq; illi manifestando, quibus ad disciplinam instruatur.

II. *Quomodo DEus nobis aperit aures* v. 16.? ℟. Duplicem in nobis DEus efficit aurium pertionem: Interdum enim aures aperit nobis, vt cogamur sentire ipsum esse qui loquatur; sed amen interim obstinati sumus, doctrinam & correctiones, quibus erga nos vtitur, repellimus, iec castigationem vllam ad nos corrigendos admittimus. Est altera auris apertio melior, cùm DEus ita flectit & emollit animos nostros, vt sponte quæ proponit accipiamus, nosq; attentos, ò vt penitus doctrinæ ipsius subjiciamur, præbeamus. Quando igitur hîc dicitur DEum aperie aures, non inde sequitur omnes promiscuè dociles se præbere, omnesq; ad ipsi obediendum lispositos esse, sed hîc agitur tam de reprobis, quàm de filijs DEi. Reprobis enim etiamnum quodammodo auris aperitur; quin inuiti sentire coguntur DEum ipsos alloqui; sed quia eam

cogitationem repellunt, semper tamquam surdi remanent. Interim boni inde capiunt vtilitatem dum agnoscunt DEo non esse reluctandum.

III. *Quid intelligitur per tres vices* v. 29.? ℞. Multiplex est tres has vices exponendi modus: Primus isq; maximè literalis, est, qui numerum ternarium, pro incerto quouis magno numero accipit. q. d. Multis vicibus siue sæpiùs loquitur & erigit DEus singulos hominum. Ternarius enim significat vniuersitatem, vti & septenarius. Secundus est, quo per tres vices tres viæ intelliguntur, quibus DEus cum sceleratis agere solet. Ita Olympiodorus in Catena: *Hæc sapientis atq; adeo robusti DEi sunt opera, vt tripartita quadam ratione peccantes convertat; verbis inquam horribilibus, somnijs, morbis. His vijs tribus is, in cujus nutu & potestate cuncta versantur, cum vnoquoq; agit homine, vt vnâ aliquâ ex his, is qui noxâ tenetur, eruditus vitet interitum, atq; Deum in vita laudibus efferat.*

CAPUT XXXIV.

Adjactabundi hominis verba prudenter silente Jobo, Eliu blasphemiæ illum incusat, aliorumq; criminum: fusè demonstrans, Deum in judicijs suis numquam errare, aut injustè agere.

QUæstio I. *Quid est currere aut ambulare cum DEO* v. 9? ℞ Est ad Dei exemplum & similitudinem viuere, ac diuinæ voluntati reuerenter ac fideliter se accommodare. Carpit Eliu Jobum, quasi sentiat frustra DEum coli, qui nihil boni suis cultoribus & sequacibus conferat, fortasseq; malus interpres alludit ad illud Jobi assertum: Innocentem & impium ipse consumit. c. 9 22, vel ad illud: *si impius fuero, væ mihi est, & si justus non levabo caput saturatus afflictione & miseria* c. 10. 15. Vel certè ex eo collegit, quia se justum Jobus sæpè appellavit, & se durè tractari conquestus est.

II. *De quo tempore intelligendus est* v. 11. OPUS HOMINIS REDDET EI, ET JUXTA VIAS SINGULORUM RESTITUET EIS? ℞ De vltimo judicio, & æternis bonorum præmiis ac malorum suppliciis. In præsenti autem vita, vt Eliu intellexit verba hæc nihil habent certitudinis aut veritatis. Enim verò in præsenti vita DEus non reddit homini secundùm opera ejus: nam & peccata dissimulans, non punit hîc, & quantoq; malè agentibus gratiam largitur sicut ipsi Paulo, qui priùs fuerat blasphemus & persecutor, & nihilominus tamen tantam est à Deo consecutus misericordiam, vt non modò Christianus fieret, sed etiam talis tantusq; Apostolus. At verò in die judicii non ita fiet: tunc enim tempus erit judicandi tantùm secundùm justitiam, sicut dixit DEus ps. 74. 3. Cùm accepero tempus, ego justitias judicabo.

III. *Quomodo peccato temporali justè respondeat pœna æterna?* ℞ juxta S. Aug. l. 21. de Civit. DEi, in retributione justitiæ non considerari æqualitatem temporis inter culpam & pœnam: nam etiam secundùm humanum judicium pro culpa adulterii, quæ breui tempore committitur, infligi solet pœna mortis; in qua non attendit legislator breuem illam moram occisionis, sed id potiùs spectat, quòd ille per mortem perpetuò excluditur à societate viuentium. Similiter etiam homo pro culpa temporali, pœnâ æternâ punitur: quod quidem justissimum esse intelligitur ex infinita dignitate Dei, in quem peccatur: tantò enim grauiùs quis peccat, quantò major est dignitas personæ, in quam peccat: plus enim peccat, qui percutit principem, quàm qui percutit priuatam personam. Quò fit, vt culpa peccati mortalis contra DEum quamdam velut infinitatem contrahat: & cùm non possit pœna esse infinita secundùm intensionem, relinquitur, vt sit infinita secundùm durationem.

CAPUT XXXV.

Pergit Eliu falsò accusare Jobum; quasi dixisset, Deo cordi non esse pios præ impiis: docetq; si non Deo, certè ipsi homini & pietatatem prodesse & impietatem obesse plurimùm.

QUæstio I. *Unde malitiose aut insipienter intulerit Eliu, Jobum dixisse, se justiorem esse Deo* v. 2? ℞ Potuit inferre tum ex variis Jobi assertionibus prauè intellectis, tum ex constanti Jobi asseueratione, qua se insontem esse, & à Deo absq; culpa cædi defendit. Eo ipso enim, quòd Jobus sine delicto se plecti affirmauit, visus est Eliu Deo notam injustitiæ impingere, ac proinde se Deo, vti minùs justo, aut certè injusto anteferre.

II. *Quid calumniatur Eliu* v. 3. *Dixisti enim: non tibi placet, quod rectum est; vel quid tibi proderit, si ego peccavero.*? ℞ Calumniatur Jobum Dei abnegasse prouidentiam, neq; probis consulere, neq; in improbos animaduertere, neq; vllam vtrorumq; curam gerere, & propterea dixit: Dixisti enim: *Non tibi placet, quod rectum est* &c. id est, neq; ad te DEus pertinet quòd rectum faciam, neq; quòd peccem; vtrumq; parum attendis, quòd nihil emolumenti nihilq;

detri-

trimenti ad te veniat ex vtraq; re. Rectè autem S. Greg. notat ad hunc locum lib. 26. Mor. 17. *Si tota libri series attenditur, nihil horum beatus Job dixisse monstratur. Sed arrogantes ri, sicut & superius diximus, habere hoc proprium solent, vt dum in nimia invectione prodeunt am invehendo mentiantur: & cùm non possunt reprehendere justè, quæ sunt, reprehendunt ntiendo, quæ non sunt.*

III. *Quid est carmen in nocte* v. 10.? Rdet S. Greg. l. 26. Mor. c. 12. *Carmen in nocte est læ-ia in tribulatione; quia etsi pressuris temporalitatis affligimur spe jam tamen de æternitate gau-mus. Carmina Paulus in nocte prædicabat dicens*: spe gaudentes, in tribulatione patientes om. 12. 12. Carmen in nocte David sumpserat, qui dicebat ps. 31. 7. *Tu es refugium meum ribulatione, quæ circumdedit me: exultatio mea, erue me à circumdantibus me.* Ecce noctem bulationem, pressuram nominat; & tamen liberatorem suum inter angustias exultationem cat. Foris quidem nox erat in circumdatione pressuræ, sed intus carmina resonabant de nsolatione lætitiæ. *Carmen in nocte.*

CAPUT XXXVI.

Fortiùs vrget Eliu, vt Iob se ex animo conuertat ad Deum, vtpote em suis sceleribus, ac nominatim injustis pro tribunali sententiis, pro-ocârit ad tantam iram.

QUæstio I. *Quis dicitur in tempestate & quis in pace mori* v. 14.? ℞ In tempestate dicitur mori, cui vis aut alia quævis causa grauis & turbida vitam adimit, neq; illum pacatè naturæ vis mitior aut necessitas extinguit. Quod opponitur morti pacificæ, qua videlicet homo in scriptura dicitur *in pace mori*. Sic lib. 3. Reg. c. 2. præcepit David Salomoni filio, ne canos Joab, quem expertus fuerat infidelem, ad sepulchrum deduceret cificè. Quo loco Sanctius noster docet pacificè seu in pace mori illos, qui non vi extrinsecus allata perierunt, sed aut senio confecti, aut morbo consumpti: ita vt non tam homo à ferraut hominum injuriâ, aut subitâ ruinâ aut tempestate, quàm à natura ipsa mortali videatur extinctus. Hoc nempe significatur *in tempestate*, quæ plerumq; repente ingruit; & securum minem ante suum tempus abripit & perimit; vt in naufragio experiuntur quotidie qui abrbentur à fluctibus, & quos vibrata è nubibus fulmina conficiunt. *Mors in tēpestate & pace.*

II. *Quis sensus* v. 15. REVELABIT IN TRIBULATIONE AUREM EIUS ℞det S. Greg. l. 26. Mor. c. 23: *aurem in tribulatione reuelare, est auditum cordis verberum plagis aperire.* ris igitur bonis calamitates non solùm nullo detrimento erunt, sed etiam commodum magnum hoc ex eis reportabunt, quòd illis ad pietatem informabuntur, & diuinæ doctrinæ periores fient, id enim significat aurem ejus reuelare, id est, docebit eum. Dici enim non pot, quantâ, quamq; diuinâ prouidentiâ eum augeant calamitates, qui patienter eas, & æquo imo tolerat, DEi fretus præsidio. Hunc fructum se ex ijs percepisse intelligebat Dauid dicens 118. 71 *Bonum mihi quia humiliasti me, vt discam justificationes tuas.*

III. *Quis est sensus* v. 16. SALVABIT TE DE ORE ANGUSTO LATISSIME? ℞ eripiet de calamitate, quæ similis est puteis foueisq; os angustum habentibus, quibus si semel homo absorbeatur, non superest spes emergendi. Qua metaphora vsus est David dicens ps. 68. *Non absorbeat me profundum neq; vrgeat super me puteus os suum.* In eaq; re DEus amicis is quàm eximius patronus sit, luculenter declarat, cùm in summa rerum desperatione sumam salutem affert, quam significat *latissimè* dicens, id est, latissimè saluabit, ex magna rerum gustia in amplissimam vindicans latitudinem, ut dicitur ps. 17. 19. *Prævenerunt me in die afflictionis meæ; & factus est Dominus Protector meus, & eduxit me in latitudinem, saluum me fe-, quoniam voluit me.*

IV. *Quomodo intelligendus* v. 17. CAUSA TUA QUASI IMPII JUDICATA EST, CAUAM JUDICIUMQUE RECIPIES? ℞ Grauem hæc sententia continet exhortationem commitione permixtam, cujus sensus est: DEus te vt impium mulctavit: recipies, vti egeris; pœnam malè, præmium, si rectè. *Causa* enim & *judicium* pro termino causæ siue discussionis atque dicij, præmij scilicet pœnaq; ponuntur q. d. Hactenus te quasi magnorum scelerum reum jucauit DEus, & vehementer afflixit, quia convictus es impietatis: sed jam resili, si sapis, & eta deinceps peccata ob quæ puniris: nam si inposterum honestè vixeris, non minùs tua meta liberali atq; paterna manu compensabit. Ita Sanctius, Tirinus & Corderus. *Jobi causa ut impij judicata.*

CAPUT XXXVII.

Ex fulmine, tonitru, ventis, imbribus & horum mirabilibus effectibus ncludit Eliu inscrutabilia esse Dei judicia; sicut etiam est ejus potentia, ajestas & sapientia, vnde monet Jobum, vt se nutui diuino penitus subciat, integreq; permittat.

Quæstio I.

QUæstio I. *Quis est sensus* v. 7. *Qui in manu omnium hominum signat, vt noverint ope- sua?* ℞ Franciscus Valesius, de sacra Philosophia c. 32. putat sensum esse q. d. Qui f cit, vt quisq; in manu sua legat, quasi in organo organorum descriptum ejus suum officium. Sicut enim agricola per ligonem & falcem sui monetur officij; ita hom videns manus suas monetur se natum ad laborem, ad artes exercendas, & Deo seruiendum & Meliùs Tirinus & Corderus ad literam hæc exponunt de manu & potentia DEi & in istis ve bis, *qui in manu omnium* hominum signat, Hebraismum notant, vt sit sensus: qui manu s potentiâ suâ diuinâ (quam singulariter exerit, dum tonat, pluit, aliasq; tempestates excita apertè ostendit, se omnium hominum personas & res omnes obsignatas habere, quasi serâ, cla stro vel sigillo. In Hebræo est: *in manu omnem hominem clausum tenet.* Nam tonando, fulm nando, pluendo, ningendo, & quasvis pro libitu tempestates ciendo, re ipsa demonstrat, & qu sigillis signat, se absolutum esse Dominum vniuersi & omnium hominum, *vultq; vt singuli n uerint opera sua,* id est, opera hæc omnia à Deo esse, & à manu diuina. Frustra ergo Francis Valesius & quidam alij conantur ex hoc loco astruere chiromantiam physicam seu naturalem qua ex manu hominis colligatur indoles animi ejusdem, sicut ex physiognomia vultûs. Ne enim hìc sermo est de manu hominis, sed de manu Dei siue potentia ejus.

Interiora dicuntur loca Austra lia & cur? II. *Quid est: ab interioribus egredietur tempestas, & ab Arcturo frigus* v. 9. ℞ à Merid & Australi plaga & polo Antarctico, qui nobis perpetuò absconditur, & quasi intra terræ vi cera conditur, ideoq; interior appellatur; quia plaga illa nobis abscondita est, vt solent esse i teriora loca domûs, & quidem septuaginta pro *ab interioribus* aptissima metaphora posueru *de promptuariis,* quasi venti in cellarijs quiescant, è quibus, vbi opus est, à DEo promantu Inde ergo DEo sic disponente oritur ventus tempestuosus, humidus & calidus, pluuiæ & in ber morborum parens. Unde LXX pro *egredietur tempestas* vertunt, *superueniunt dolores,* quòd Austra livento flante morbi maximè propagentur, qui varios ac multiplices adferu dolores. Ab Arcturo autem, id est, septemtrione & polo Arctico, vbi est Arcturus, siue co stellatio illa, quæ dicitur vrsa, egreditur frigus & ventus Borealis, quem constat esse frigidi simum. Jam verò quod subtexuit: *Flante Deo concrescit gelu* &c. idem est ac si dicat: DEo fr gidos ventos emittente, aqua coit ac congelascit, & induratur; Austro verò aspirante intepesc cœlum, & coactæ prius aquæ funduntur & colliquantur. Quod ad sermonem arcanum, v DEus animam nunc velut congelare sinit, mox calore diuino in dulcissimas lacrymas resolui eleganter traducitur.

Aurum ab Aquilone venit. III. *Quomodo ab Aquilone aurum venit* v. 22. ℞ Septuaginta legunt: *ab Aquilone nub Aurei fulgoris.* Vento enim Aquilonari discussis nubibus serenatur àër, & aurea lux solis & co li emicat. Et sic cohæret versui præcedenti: q. d. Si aureum jubar solis oculo tuo ferre non po tes, quî poteris lucis illius inaccessæ & diuinæ Majestatis radios tolerare? ita Titelmannu Vatablus. Quamquam etiam, vt in Latino sonat, propriè verum sit ex Aquilonaribus region bus aurum prodire. Dantur enim non paucæ in Bohemia auri argentiq; fodinæ, & qui de me tallis scribunt, Pannoniam quoq; & citeriorem Germaniam inter feraces auri prouincias nu merant; & Hungarici ac Salisburgenses aurei, quos ducatos appellant, abunde satis id testan tur, quorum aurum purissimum in istis partibus eruitur & cuditur. Et hoc sensu sic formar dum esset argumentum: Quid jactas te diuina arcana penetrare, qui capere non potes neq; ex ponere hoc naturæ arcanum? quomodo videlicet aurum non modò in calidis sed etiam in fri gidis regionibus nascatur, & quidem nobilissimum ac præstantissimum. Id verò fit tum per oc cultas cœli influentias, tum per antiperistasin, calore se intra viscera terræ ob externi frigori vim cogente & condensante. Ita Tirinus.

CAPUT XXXVIII.

Deus ipse disputationi se interponit, & reprehenso Eliu ac silere jusso docet Iobum cæterosq; omnes, diuinam potentiam ac sapientiam suan esse homini prorsus incomprehensibilem, inductione facta per varias cre aturas, & creaturarum operationes & proprietates, quæ aciem menti humanæ penitus effugiunt.

QUæstio I. *Quomodo respondit DEus Iobo de turbine* v. 1.? ℞ Respondens, id est, allo cutus Dominus Jobum, neq; enim dignabatur alloquio suo reliquos, vtpote in ami cum sibi charissimum valde injurios. *De turbine,* id est, è nube obscura, aut caligine procellosa, & quasi tonante. Erat hæc index diuinæ majestatis ac sublimitatis. Sic apparuit etiam postea Moysi & Israelitis Exodi 19. & Eliæ 4. Reg. 2. Et significare voluit, cala mitatem Jobi, turbinem esse citò transiturum.

II. *De quo loquitur DEus* v. 2. QUIS EST ISTE? ℞, de Eliu. Nam de ipso id exponunt S. Greg. Titelmannus & alij. Et est hoc probabilius, quàm vt Jobo aptetur, qui jam pridem fi- lucrat.

hrat. Eliu ergo tacere jusso, convertit DEus sermonem ad Jobum; simul tamen cum Jobo vebat alijs quoq; præsentibus aptari sua dicta.

III. *Quæ sunt Bases terræ & Lapis angularis* v. 6.? ℞. Sunt ipsa terræ à DEo indita sta-bitas, qua in loco suo firma & immota consistit, perinde ac si basibus inniteretur, & lapidi-b angularibus latera vndiq; stringentibus vinciretur, ita passim DD. Vnde non est, quòd pro h basibus cum Valesio supr. c. 52. confugiamus ad imam terræ partem circa centrum, quam dit esse grauissimam, solidissimam, & quasi adamantinam. Multò minus cùm Thalete senti-eum, terram aquis, vt lignum innatare. Minimè omnium cum Xenophane & Empedocle, innensam esse terræ profunditatem. *Bases terræ*

IV. *Quæ sunt astra matutina* v. 7? ℞. Sunt sidera propriè dicta, Allegoricè, Angeli, qui *Astra matutina.* Matutini vocantur, non quòd ante mundum creati sunt, vt voluerunt Basil. Nazianz. Orig. Hieron. Amb. Hilarius, Damasc. in Catena: sed quia sub prima mundi initia creati sunt, ita Concil. Lateranense & Doctores passim: qui addunt, Angelos bonos propter excellentiam tum naturæ tum gratiæ dona, meritò comparari astris semper lucentibus, numquam occumbenti-bus, numquam cadentibus. Iidem propter eximiam excellentiam vocantur hîc filij DEi, vt pa-tet ex LXX. & Chaldæo. Porrò jubilum Angelorum, cujus hîc est sermo, describit Isaias c. 6. *Sanctus, sanctus, sanctus &c.*

V. *Quo sensu dicitur mare erupisse quasi de vulua procedens*, v. 8.? ℞. LXX. habent *de ventre Matris suæ.* Mater autem maris est omnipotentiæ diuinæ sinus, è quo quasi infans pro-diit, inquit Olympiodorus, vel est chaos illud seu abyssus Gen. 1. v. 2. vnde quasi ex vtero pro-rupit. Hebræi enim formationem & originem cujusq; rei vocant egressum è matrice. Qua ea-dem phrasi etiam Verbum Diuinum ps. 109. v. 3. dicitur *genitum ex vtero* Patris.

VI. *Qui thesauri ex grandine extrahi possunt* v. 22. ℞. Inimicus persequens grandini si-milis est, quia omnia vastare videtur, honorem, quietem, diuitias, & vitam, sed ingentes the-sauri ex eo possunt extrahi, si ex amore DEi sustineatur, imò diligatur. Consultò au-tem non dixit DEus se grandinem congelare aut efficere, sed eâ vti ad pugnam contra hostes, ex quo ingentes thesauros extrahit. Cùm enim nomine grandinis impij persequentes & impiè agentes intelligantur, DEus illorum voluntatem non facit prauam, nec in frigidissimum gran-dinem conuertit; (id enim operatur malitiæ frigiditas, quæ in illa inuenitur;) ipsâ tamen DEus aptè vtitur in die belli ad victoriam de inimicis suis reportandam. Sæpe namq; per im-pios, tamquam immisso grandine omnia vastante, illos qui se offendunt, punit: quomodo per reges Chaldæorum Jerosolymam ejusq; populum castigauit; qui & Assur propterea voca-tur virgam furoris sui Isa. 10. 5. Hoc ergo grandine agit contra offendentes se, inde magnos thesauros trahens: nam per hujusmodi flagella, virgam & persecutiones eos qui peccauerant ad pœnitentiam adducit, culpas eorum pœnis excutit, & trahit, vt conuertantur ad DEum pu-nientem, quem benignè agentem contempserant. Per grandinem etiam hostes perdit DEus. Exod. 9. & 13. Josue 10. & aliàs sæpiùs. *Ex grandine thesauri extrahuntur.*

VII. *Quàm mirabilis lucis diuisio & æstus partitio, quæ à mortalibus tenuiter cognoscitur, vel etiam ignoratur* v. 24.? ℞. Sunt quædam loca, vbi rarò nubes coeunt, lucemq; adimunt; alia item vbi frequenter cælum atris nubibus obducitur, & serena solis facies absconditur. Sunt item quædam loca sole torrida, alia diuersis gradibus æstu hiantia vel algore rigentia; quo-rum exactas rationes, & cur à DEo ita statutum sit, planè nescimus.

VIII. *Plejades qualis est constellatio?* v. 31. ℞. Plejades sunt sidus stellarum septem caudæ Tauri inhærentium, latinis dictæ *Vergiliæ*, quia Veris Nuntiæ & consequenter florum ac fructu-um omnisq; amœnitatis reductrices; vnde Hebræus illas vocat, *delicias Plejadum*, quarum mi-rabilis est ordo, neq; satis à mortalibus capitur, cur ita conjunctæ sint, & quid arcanum in ea propinquitate lateat. *Plejades.*

CAPUT XXXIX.

Proponit DEus quorumdam animalium admirabilem naturam, in quibus magis apparet diuina prouidentia cum admirabili sapientia conjuncta, arguens Jobum, quòd cum ipso contendere voluerit, & expostu-larit; quibus Jobus commotus, culpam suam agnoscit, & se temere locu-tum fatetur.

QUæstio I. *Qui sunt mores & natura ibicum* v. 1.? ℞. Ibices sunt genus caprarum syl-vestrium, cujus totam historiam breuiter describit Plinius l. 8. c. 53. Capræ, inquit, in plurimas similitudines transfigurantur. Sunt capreæ, sunt rupicapræ, sunt ibices per-nicitatis mirandæ, quamquam onerato capite vastis cornibus gladiorumq; vaginis, in hæc se librant, vt tormento aliquo rotati in petras, potissimùm è monte aliquo in alium tran-silire quærentes, atq; recussu perniciùs, quò libuerit, exultant. Hæc ille. Et Albertus M. nul-lum ait animal cursu & agilitate tantùm pollere, & simul tam ingentia cornua habere, quàm caper *Ibices.*

caper montanus, quem Latini ibicem vocant: hujus enim cornua à capite usq; ad clunes pro tendi, dum cadit ex alto corpus inter cornua protegere à collisione, & ictus lapidum magnorum excipere cornibus. De partu tamen illorum nihil peculiare scribitur. Esse tamen in eo aliqui notabile, in quo diuina prouidentia eluceat, ex hoc loco verosimile fit. Quod tamen ideo igno ramus, quia in petris, locisq; abditis & abruptis pariunt, vbi à mortalium nemine, aut num quam, aut non nisi perquam rarò videri possunt.

Accipiter plumescit.

II. *Quomodo plumescit accipiter expandens alas suas ad Austrum* v. 26.? ℞. Quotanni de nouo, vt nouis plumis succrescentibus quasi reuiuiscat; naturali instinctu *expandens alas su ad Austrum*, seu ad flatum venti Australis: qui quia lenis est & calidus, laxat corpora & poro vt plumæ faciliùs excidant. Et hoc facit, inquit Ælianus l. 12. c. 4. antequam Nilus inundet, i est, ante dies caniculares, post solstitium, vt, sicut arbores nouam comam, sic ipse nouell pennas ante hyemem induat. Addit Aldrouand. hunc modum renouandæ juuentutis, esse o mnium penè auium, sed non quotannis, vt in accipitre contingit.

CAPUT XL.

DEus adhuc post confessionem acriùs instat, arguens Jobum, quò visus sit diuinæ justitiæ detraxisse; ostenditq; ei potentiam suam in Behe moth & Leuiathan, Jobo tandem silentium indicens.

Behemoth.

QUæstio I. *Quid vox Behemoth significat* v. 10? ℞ S. Thomas ait nomine Behemot circumscribi *elephantem*. Hujus autem appellationis congruentia, cur plurali nomi ne *Behemoth* siue *Bestiæ* vocetur, passim ea traditur, quia vnus cùm sit omnium i se bestiarum claudit quantitates & qualitates: quantitates quidem, quia vt Arist. l. 4 Hist. Animalium c. 4. & Plinius l. 8. c. 1. dixerunt, est omnium animalium maximum: qualita tes autem & proprietates, quia vt ibidem Arist. indicat, habet dentes fortissimos vt leo, quo eboris natura demonstat; cornua valida sicut taurus, non à capite, sed ab ore procedentia; ser pentis agilitatem in proboscide, aut tuba, quam huc illucq; versat, ideoq; anguis à quibusdam vocatur, lupi & vrsi voracitatem, nam ingentem cibi copiam absumit &c.

II. *Quomodo elephantis vis prouenit ex umbilico* v. 11.? ℞ Lumbi & umbilicus in alijs a nimantibus sunt teneriores, in elephante sunt partes robustissimæ, eò quòd è spina dorsi dedu cti nerui umbelicum fortissimè deuinciant, adeo vt & turres cum pluribus armatis militibu dorso impositæ, cingulo sub ventre constricto firmentur: quam constrictionem, nisi ventre es set durissimo, ferre ibidem non posset.

Elephantis cauda cedro comparatur.

III. *Quomodo cauda elephantis breuissima cedro comparatur* v. 12? ℞ Alia animalia ha bent caudas à natura corporum suorum magnitudini respondentes: solus elephas est, qui eam habeat brevissimam, strictam, nullis pilis vestitam, adeoq; ne muscis quidem abigendis idone am, quas idcirco cutem in rugas contrahendo comprimit & occidit. Quomodo igitur potest ele phanti conuenire, quòd stringat caudam suam quasi cedrum? Verùm diuina sapientia non tam elephantis caudam, quàm dæmonis actiones voluit describere. Caudæ nomine scriptura de dæ mone agens ejusdem tentationem intelligit, metaphorâ à serpente desumptâ, qui caudâ ferit, vel à scorpione, qui per eamdem venenum instillat. Nam, vt Plinius ait, scorpionis cauda semper in ictu est. Nullo momento diabolus meditari cessat, ne quando desit occasioni.

Elephas principium viarũ Dei.

IV. *Quomodo Elephas dicitur principium viarum Dei* v. 14.? ℞ Principium, id est, præcipu um operum & animalium terrestrium à Deo procreatorum, siue magnitudinem spectes, siue forti tudinem, siue comitatem, siue docilitatem, & quasi prudentiam naturalem, qua & linguas recto rum intelligere & distinguere norunt, tripudiare, scribere, reges & DEum adorare assuescunt, & alia pene incredibilia faciunt, de quibus fusè Plinius & pulchrè Lipsius Cent. 1. ep. 650. Allegoricè S. Greg. & S. Thom. in Catena id primo Angelorum Lucifero adaptant.

V. *Quomodo omnes bestiæ agri ludent ibi* v. 15. juxta elephantem tutæ & ludibundæ versantur? ℞ Elephas cùm sanguinarius non sit, nec carnibus, sed solis herbis vescatur, non est, cur reliquis bestiis terrori sit, quin, etsi quid subinde adversùs tam potentem belluam moliantur, non nisi lu dere, illamq; oblectare videntur.

Elephantẽ capiendi modus.

VI. *Quis modus capiendi Elephantem* v. 19. IN OCULIS EIUS QUASI HAMO CAPIET EUM? ℞ Videtur alludere ad vulgarem morem, quo bellua illa, vastissima licet & robustissima, tamen facili negotio se capi sinit. Nempe in foueam ante paratam à venatoribus adacta & delapsa, cùm ab illis in parte corporis teneriore, putà oculo, vel nare fodicatur, & vulneratur, ex composito oc currenti alteri, qui illos vulnerantes abigit, & famelicæ belluæ hordeum, cibum illi gratissimum subinde porrigit, ipsa se illi gratitudinis ergo, vt vitæ seruatori ac benefico pastori, sponte sub jicit. Ita S. Thom. & alij apud Gesnerum, qui ex Arist. & Æliano plures alios modos suggerit capiendi & cicurandi elephantes.

Leuiathan.

VII. *Quis est Leviathan* v. 20? ℞ LXX. Draco. Nomine hoc Hebraicè designatur quivis maximus piscis: hic verò cetus seu balena, non ex vulgaribus istis, quæ mare Balthicum vel Me diterra-

-erraneum incolunt, sed ex horrendis illis Oceani monstris, de quibus Plinius l. 9. c. o com-
-morat, vnam subinde balenam in mari Indico longam esse 960 pedes & vastitate corporis
-æquare quatuor jugera. Et vt alij notant, cùm ejusmodi belluæ è mari prominent, instar in-
-sularum esse videntur, in quas incauti nautæ si impegerint, in profundum cum vniuersa naui de-
-ciuntur.

CAPUT XLI.

Fusiùs explicat robur balenæ: vt inde clariùs eluceat diuina potentia & sapientia & dominium absolutum, etiam in omnes alias creaturas.

QUæstio I. *Quæ dicitur ceti sternutatio* v. 9.? ℞ Tanto impetu & vi eructat aquam, vt dispersa & dissiliens in subtilissimas guttas vel vapores, à solis radiis aut lucido àëre illustrata, eminus ignis potiùs fulgens, quàm aqua videatur. Hinc S. Chrysost in Catena, & S. Thomas hîc dicunt cetum dum sternutat, videri flammas ignis ejaculari. *Ceti sternutatio.*

II. *An & qui pisces respirent*? ℞ Omnes pisces respirare senserunt Democritus, Anaxago-ras, Diogenes apud Arist. l. de Respiratione c. 2. Tertull. item de Anima c. 10. & Plin. l. 9. c. 7. qui multis probat omnibus animantibus halitu aliquo & àëre opus esse tum ad nutritionem & refectionem spirituum animalium, tum ad caloris natiui refrigerium. Sed contrarium, idq; ve-rius, cum suis tuetur Arist. l. de Respiratione c. 1. Ubi docet ea omnia & sola respirare, quibus est pulmo; piscibus autem passim ad refrigerium sufficere aquam, & ad spiritus exiguos, quos habent, fouendos sufficere calorem nativum ac sanguinem: cùm enim continuò sub aquis de-gant, vbi nullus, vel exiguus est àër, non videtur vnde eum haurire possent. Dicendum ergo ex Arist. Certum esse quosdam pisces habere pulmones, ac per eos respirare, videlicet Delphinos, physeteres, balenas & similes: vnde fistulam habent in capite eminentem, per quam respirant: verùm quia frigidiores sunt, ideo minùs frequenti indigent respiratione; ideoq; pulmones ha-bent nimis exangues & fungosos; qui vbi semel aërem imbiberunt, pisces hi ab eo diu refrige-rari possunt, absq; recentis àëris accessione. Quòd si tamen aliqui diutiùs sub aqua detineantur, moriuntur; vti aliquando accidit Delphinis reti deprehensis. *Pisces respirare.*

CAPUT XLII.

Job iteratò culpam agnoscit coram Deo, veniamq; petit & impetrat: lauaturq; à Deo præ amicis, qui jubentur per holocausta & intercessionem Jobi reconciliari Deo. Job duplicia omnia recuperat, & plenus dierum in pace quiescit.

QUæstio I. *Quo sensu dicit Job* v. 5. NUNC AUTEM OCULUS MEUS VIDET TE? ℞ Significat se in Dei cognitione tantùm profecisse illa Dei concione (qua illi exposuerat Deus mentem suam & consilium in afflictionibus & ærumnis, quibus eum probaverat) vt oculos sibi aperuisse videretur, & visum recepisse, atq; adeo Deum de facie quodam-modo tunc cognouisse; quasi anteà famâ solùm & auditione, tunc verò oculorum conspectu co-gnosceret. Nouerat quidem antea DEum Jobus, suspexerat, coluerat per fidem, quæ est ex auditu; nunc verò calamitate factus eruditior, & sermone Dei è turbine loquentis illuminatior, dum an-tiquam notitiam cum præsenti confert, illam auditum, hanc visum appellat: non sanè quòd Deum certè, vt in patria intueatur, sed quòd singulari luce perfusus, illustriùs excelsiusq;, quàm antè DEo sentiat.

II. *Cur noluit Deus amicis parcere, nisi Job interueniret*? ℞ Validissima sunt nobis Sanctorum patrocinia pio cultu beneficentiaq; operibus procurata & extorta. Et quæ nihil obtinerent per se sacrificia, amicorum cœlestium fauore adjuncta homines à perditione liberant. Solet enim DEus ob Sanctorum suorum gratiam multa dissimulare in peccatoribus. Sic de Achabo dicitur 2. Paral. 21. *Et fecit malum coram Domino, & noluit Dominus perdere domum Dauid propter testamentum, quod disposuerat cum Dauid.* Peccante scil. Achabo, & regiæ domus ruinam merente potuerunt Dauidis merita DEum à vindicta rouocare, vt qui sciat in suorum Sanctorum gratiam viuis peccatoribus aliquando fauere.

III. *Quomodo DEus dicitur conuersus ad pœnitentiam Jobi cùm oraret pro amicis suis* v. 10? ℞ Dicitur id more nostro juxta illud Jer. 18. *Si pœnitentiam egerit gens illa &c. agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui, vt facerem ei: & subitò loquar de gente, & de regno, vt ædificem & plantem illud.* Hac nimirum phrasi fauor diuinus notatur, quem absq; vlla mutatione DEus, qui priùs affligebat, impendit. Sed quid? Num tunc & non priùs pœnitentiam egerat? Cur ergo tunc ad pœnitentiam Jobi conversus dicitur Dominus? Sanè, quòd tunc potissimum quodcumq; bonum Jobi opus Deo maximè placuit; tunc ipsius pœnitentia ad eum potissimùm clamauit: tunc Dei voluntas de opibus & Regno ipsi restituendo omnino firmata est; cùm ipse non curabat, quod sibi vtile esset.

QUÆSTIONES EXEGETICÆ IN PSALMOS.

Liber Psalmorum est quasi compendium & summa totius veteris testamenti quidquid enim Moyses vel in historia tradidit, vel in lege præcepit, & quid quid prophetæ cæteri, vel exhortando ad virtutes, vel prædicendo futura, scri pserunt, id totum in psalmis Dauid breuissimè comprehendit, vt probat Bellarm. præ fat. in psalmos. Qui etiam cum SS. Hilario & Chrysost. differentiam notat inter Psa mum & Canticum, & psalmum Cantici, & Canticum psalmi: quòd psalmus sit sonu organi solius, sine vlla voce hominis cantantis: Canticum verò sit vox cantantis ho minis absq; organi modulatione: Psalmus Cantici dicatur, cùm cantico præcinent psalmi sonus subsequitur; canticum psalmi, cùm sonitu præeunte, æmula vox ca nentis auditur.

S. Aug. lib. 7. de Ciu. c. 14. Theophyl. Euthymius, Emanuel Sa, Mariana & al volunt, solum Dauidem omnium Psalmorum fuisse Authorem. Sed in fine psalmi 71 desinere dicuntur psalmi Dauidici: & mox subnectuntur psalmi Asaphi Prophetæ Et 2. Paral. 29. v. 30. præcipit Ezechias Leuitis, vt cantent psalmos non modò Da uidis, sed etiam Asaphi, vnde multò probabilius censent S. Hieron. Hilarius & He bræi varios psalmos à varijs prophetis compositos esse, ijs nempe qui in titulis sub inde prænotantur, v.g. Moyse, Asaph, Ethan, Heman, Idithun, Salomone, & tribus filijs Core, *sed plerosq; à* Dauide. *Quos deinde Esdras simul in vnum volumen compegit.*

Psalmus I. Beatus vir &c.

Est adhortatio ad studium pietatis, & impletionem legis diuinæ. In hoc enim sita est felicitas vitæ præsentis. Secus facientes DEO *vindice peribunt.*

Abitus in consilium impiorum.

I. *QUid est abire in consilium impiorum?* ℞. Bellarm. est sequi eorum consilia, leges, sententiam, quæ sunt omninò contraria viæ DEi, id est, legi DEi. *2dò* abire in consilium impiorum, est illis se adjungere comitem, cum quadam facilitate & delectatione. Plus enim est abire in consilium impiorum, quàm eò rapi & duci: nam qui rapitur inuitus rapitur: qui ducitur aliquo modo reluctans, & difficiliorem se præbens ducitur. Qui verò abit, promptum se & alacrem ostendit, vel pedibus viam se esse decursurum, velut suaui musica delinitum viæ molestias non timere. Non est opus vinculis, vt rapiatur: non curru, vt ducatur; sed ipsemet abit cum prodigo domum suam deserens, & regionem longinquam petens, vbi cum meretricibus omnem substantiam suam dissipet.

Via peccatorum.

II. *Quæ est via peccatorum?* ℞. Est eorum agendi ratio, ac modus & progressus in sceleribus, quibus intenti dies noctesq; in vanis cogitationibus & actionibus traducunt. S. Greg. l. 16. Mor. c. 5. *Via elati*, inquit, *superbia; via raptoris, auaritia: via est lubrici, concupiscentia carnalis.* Anima enim nostra cogitationibus suis & affectionibus ambulat, sicut corpus pedibus.

Statio in via peccatorum.

III. *Quid est stare in via peccatorum?* ℞. Est jugiter in ea perseuerare, & constanter in ea ambulare cum peccatoribus: laborem itineris non recusando, sed semper ad deteriorem statum prolabendo. Ipsa enim obstinatio, licet in ijsdem vitijs, magnus est ad interitum cursus: in via lubrica sunt scelerati, semper in abyssum defluunt. Stare in via hoc loco, inquit Bellar. non est quiescere, & non ambulare, sed est ambulando non recedere à via inchoata. Status ille immobilitatem quamdam voluntatis malo adhærentis ostendit. Hinc DEus, inde conscientia, inde terror judicij & inferorum, inde spes præmiorum, ac bonorum cælestium impellit, sed stat cautes obdurata atq; immobilis hæret.

Cathedra pestilentiæ.

IV. *Quid est cathedra pestilentiæ?* ℞. Bellarm. censet cathedram pestilentiæ esse societatem pestilentem hominum. S. Aug. ait, cathedram pestilentiæ esse doctrinam perniciosam, cujus sermo vt cancer serpit. 2. Tim. 2. 16. Græcè morbus hic vocatur Gangræna, & qui mortem affert, nisi citò pars corporis eo affecta rescindatur.

V. *Quinam sedent in cathedra pestilentiæ?* ℞. S. Aug. Bellarm. & alij dicunt eum sedere cathedra pestilentiæ, qui praua docet, siue sint fidei, siue probatis moribus contraria. Sede-in cathedra pestilentiæ, inquit Bellarm. est esse in consessu hominum pestilentium, siue assi-e pestilentibus, & cum eis legem Domini despicere, quasi nihil conducat ad beatè viuendum, est, cum gaudio & lætitia: sed vtilius sit carnis desideria perficere, sensibusq; in omnibus ulgere. Vox sedentium in cathedra pestilentiæ describitur Malach. 3. illis verbis: vanus est, seruit DEo: & quod emolumentum, quia custodiuimus præcepta ejus, hæc ille. Ex his patet mum gradum ad malum esse consentire malo consilio, & patrare peccatum. 2dò in pecca-perseuerare, atq; hoc quidem grauiùs illo. Grauissimum autem omnium & maximè diaboli-m, alios etiam ad peccandum inducere: id quod malo exemplo, suggestionibus, instigatio-bus, multisq; alijs modis fieri potest, nulla tamen ratio ad id efficacior est, quàm peruersa ctrina. *Sessio in cathedra pestilentiæ.*

VI. *Quid est habere voluntatem in lege?* ℞det imò Hugo à S. Victore c. 2. in psalmos il-n habere voluntatem in lege, qui diligit veritatem. Multi, ait, habent legem in corde, sed n habent cor in lege: legem in corde habent, qui cognoscunt veritatem. Qui verò legem in rde habent, non cor in lege, hi portant legem, non portantur à lege: onerati sunt non ad-ti: quia scientia, vbi non est charitas, grauat, non alleuat, hæc ille. 2dò ille habet volunta-a in lege, qui vult & amat legem. Vbi enim thesaurus, ibi & cor tuum. In lege Domini vo-tas ejus, non quælibet, sed cum affectu & complacentiâ, cum delectatione & voluptate, vo-tas beneplaciti & amoris. Hoc est legem Domini non pœnæ metu, sed amore justitiæ ser-, ac tamquam generosus filius, assiduus in hoc est, vt ex lege patris sui cælestis volunta-n cognoscat, & cognitam faciat. *Voluntas in lege.*

VII. *Quid innuitur* v. 3. ET ERIT TAMQUAM LIGNUM &c.? ℞. Vult propheta quo-n simili exprimere, qualis sit beatitudo viri illius, qui vitauerit malum & fecerit bonum. nc itaq; virum confert arbori: riuis autem aquarum, dona gratiæ Spiritus Sancti, quibus justus perpetuò irrigatur, vt legimus Ioan. c. 7. Fructibus, opera charitatis: Folijs, vigo-n illum, gaudium ac voluptatem, quam habent sancti in agendo gratias DEo, canendo hym-s, fundendo preces, prædicando beneficia, & mirabilia opera ejus: breuiter, quidquid vivi-m ac speciosum est in omni vita eorum.

VIII. *Quomodo dicitur* v. 6. NON RESURGENT IMPII IN JUDICIO, *cùm fide certum omnes homines resurrecturos, & judicandos esse?* ℞. Sensus est, impios non resurrecturos ad icandum, cum Christo, neq; futuros in magno illo Sanctorum synedrio, quo justi senten-m Christi judicantis, suo testimonio & assensu approbaturi sunt. Vel eos in judicio non stituros, sed causâ casuros. Resurgent quidem etiam peccatores, sed non in congregatione torum. Statuet enim Dominus oues à dextris, hœdos autem à sinistris Matt. 25. *Impij non resurgent in judicio.*

IX. *Quæ est via justorum & iter impiorum?* ℞. est cursus totius vitæ, eorum opera, acti-es, contentiones, studia, cogitationes. Non est vis facienda in vocibus via & iter, idem e-m denotant. Nouit illam justorum viam DEus: id est approbat, amat, dirigit, conseruat, omouet, securam & felicem efficit. Sic dicitur Prou. 4. 27. *Vias quæ à dextris sunt, nouit minus: peruersa verò sunt, quæ à sinistris sunt.* Principium motus à dextra parte sumitur, vt tauit Arist. & quæ à dextris sunt, censentur esse felicia. Viæ itaq; à dextris positæ, sunt bo-: actiones & laudabiles, quibus ad æternam felicitatem tenditur, & ad Christi dexteram, vbi nt oues in judicio extremo: viæ quæ à sinistris sunt, actiones sunt peruersæ, quæ ducunt sinistram, vbi erunt hœdi; & inde in æternam infelicitatem dejiciunt. *Via justorũ & iter impiorum.*

Psalmus II. Quare fremuerunt gentes &c.

Est vaticinium de incarnatione, regia potestate, & imperio Christi, i frustra se opponent reges & principes terræ.

I. *Quænam gentes, qui populi, Reges, & principes in Christum insurgant?* ℞. Nomine entium videntur intelligendi Gentiles, nam sic intellexerunt Apostoli Act. 4. per populos au-m Hebræi, vt constat ex eodem c. 4. Act. Verba quoq; valde propriè tum Gentilibus, tum pulis Hebræorum accommodantur. Gentiles enim fremuisse dicuntur, quasi animantia ra-nis expertia, populi Judaici meditati sunt inania, quia ipsi consilium injerunt, vt JEsum per-rent. Primus Rex qui infremuit, fuit Herodes Matt. 2. Eum secuti sunt Principes & pulì Judæorum. Nam Herode turbato, turbata est omnis Hierosolyma cum illo. Deinde mpore passionis Domini iterum alius Herodes & Pontius Pilatus cum Principibus & populis dæorum in Christum insurrexerunt. Deniq; post Christi passionem & resurrectionem sem-r persecutiones à regibus siue Imperatoribus inchoabantur, & à populis Duces suos sequen-bus fouebantur. Licet verò indignatio & fremitus propriè contra Christum esset, non con-a DEum, imò sub colore gloriæ DEi, & quasi ex zelo diuini honoris; tamen reuera, qui *Gentes insurgent in Christum.*

Chriſtum oppugnabant, DEum verum oppugnabant. Chriſtus enim operibus diuinis ſe ver DEi filium oſtendebat, & qui odit Filium ſine dubio odit & Patrem. Ita Bellarm.

II. *Quis loquitur* v. 3. DIRUMPAMUS VINCULA EORUM, ET PROJICIAMUS A NO BIS JUGUM IPSORUM? ℞. Lorinus cum alijs cenſet hic loqui Gentes, populos, reges ter ræ, & principes, eſſeq; hunc eorum fremitum, meditationem, & deliberationem in conuenticul ſuo, vt Chriſti vincula & jugum, id eſt, monita atq; legem rejiciant, neq; eum aut patrem eju ſinant regnare ſuper ſe, ſed eorum regnum conentur euertere. Sed ſic pſalmus eſſet intricati or. S. Hilarius & Cyprian. l. 1. c. 13. putant fideles ſeſe animare ad excutiendum jugum idolo latriæ, & legis veteris, vt Chriſti ſuaue jugum tollant. Sed quomodo poſtea dicerent: *ego au tem conſtitutus ſum Rex*? plures autem inducere loquentes in hoc pſalmo non eſt neceſſe Le Blanc putat ſolum Chriſtum hic loqui ad Apoſtolos & ad omnes fideles. Sic enim facili eſt & planus totius pſalmi contextus: in eo enim toto Chriſtus loquitur, & partim hoſtium ſu orum furorem, partim DEi patris erga ſe benignitatem atq; munificentiam, partim neceſſita tem ei ſeruiendi declarat.

Vincula diſrumpenda.

III. *Quanam ſunt vincula & jugum, quæ Chriſtus jubet diſrumpi & projici?* ℞ Imo intel ligi de corporis vinculis & tormentis, quibus Chriſtus affligebatur. In Hebræo eſt in futuro *dirumpemus, projiciemus* & futurum Hebraicum ſæpe exponi poteſt per modum exhortantis imperantis & optantis, vt plerumq; fit apud prophetas & præſertim in pſalmis. 2do accipi il la vincula & jugum quibus ſpiritualiter ipſi tenebantur, & alios irretire atq; obruere molieban tur, nempe idololarriam & nefarios ritus, quibus gentiles erant addicti, & legem Moſaicam qua adſtringebantur & grauabantur Judæi.

Deus irridebit impios.

IV. *Quomodo v. 4. dicitur DEus eos irriſurus & ſubſannaturus?* ℞ ſignificatur, eos diui no judicio per ſigna & prodigia, per martyrum patientiam, per conuerſionem gentium & po pulorum, perq; alios modos ſoli DEo notos, ita confundendos, vt omnium irriſioni, & ſub ſannationi pateant: id videmus impletum. Nam ſacerdotium Judaicum, & idololatricum nunc ab omnibus irridetur. Carent enim Judæi & gentiles templis & ſacrificiis. Reges quoq; genti lium, qui Eccleſiam perſequebantur, omnes miſere perierunt.

Ira & furor Dei.

V. *Quomodo dicitur v. 5. locuturus ad eos in ira ſua, & in furore ſuo eos conturbaturus?* ℞ Non eſt propriè ira, nec furor in DEo, ſed ſemper cum tranquillitate judicat, ſed dicitur pe metaphoram iraſci, & furere, quando ſeuerè punit, & tunc præſertim, quando ea punitio non prodeſt illis ad ſalutem æternam, id enim facere ſolent, qui iraſcuntur & furiunt, qui non no cent, vt ſanent, quomodo medici faciunt, ſed nocent, vt noceant, vt patet in Herode ab An gelo percuſſo, & Maximino vermibus conſumpto. Itaq; David, *Domine* inquit, *ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me.* Cupiebat enim argui & corripi, ſed paternè non hoſtiliter, ad ſalutem, non ad interitum.

Chriſtus Rex Eccleſiæ.

VI. *An Chriſtus fuerit Rex ſpiritualis totius Eccleſiæ?* ℞ fuiſſe ob ſummum ſuum Sacer dotium, & præcipuè de hac poteſtate agitur hîc v. 6. imò quòd dicatur Rex ſuper Sion mon tem ſanctum, eſt enim figura Eccleſiæ. 2dò quòd dicatur prædicans præceptum ejus. Habuit itaq; Chriſtus vt homo ſupernaturalem quamdam poteſtatem, vt loquitur Suarez tom. 2. in 3. p. diſp. 47. in vniuerſam Eccleſiam, quæ meritò regia appellatur, cùm plurimis modis ſuperet omnium temporalium regum poteſtatem & dignitatem. Imò in fine ejus, qui cœleſtis eſt & ſempiternus, 2dò in amplitudine, quia non ſolùm terram vniuerſam, ſed etiam cœlum ipſum amplectitur. 3tiò quia non temporalis eſt & caduca, ſed æterna. 4tò non ſolùm corporibus ſed etiam animis dominatur: eorumq; vtilitatem & ſanctitatem præcipuè efficit, vnde ad hunc finem cæteras res omnes ſibi ſubjectas habet. Actus autem hujus ſupereminentis poteſtatis ſunt, 1. Eccleſiam conſtituere. 2. Sacramenta ordinare, iiſq; vim dare ſanctificandi. 3. Poteſtatem dare ad remiſſionem peccatorum, & tribunal ſtatuere, in quo ſedeant judices, qui in foro animæ etiam de internis judicent. 4. Eoſq; certis verbis vel externis ſignis à peccatis abſoluere, & animas ſanctificare, cùm vellent. Nulli prorſus vnquam tanta poteſtas eſt communicata.

Chriſtus filius Dei.

VII. *De qua generatione loquitur* v. 7. FILIUS MEUS ES TU, EGO HODIE GENUI TE? ℞det Bellarm. loqui imò de generatione æterna, quæ colligitur ex Apoſtolo Heb. 1. vbi ſic ait: *tantò melior Angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditavit, Cui enim dixit aliquando Angelorum, filius meus es tu, ego hodie genui te.* Hic locus non poteſt intelligi de generatione aliqua creata, vt de Natiuitate vel reſurrectione ſecundùm carnem, quia per generationem creatam etiam Angeli ſunt filij DEi, vt patet ex 1. 2. & 3. cap. Job, & tamen Apoſtolus intendit probare: Chriſtum eſſe filium, Angelos autem miniſtros. Dicitur: *hodie genui te* quia æternitas eſt præſens duratio carens initio & fine. DEus in æterna generatione matris conſortio non indiguit, ſed ipſe genuit filium ſuum vnigenitum juxta illud pſalm 109. *ex vtero ante Luciferum genui te.* 2dò exponi poteſt de Reſurrectione Domini juxta illud Act. 13. *Et nos vobis annuntiamus eam, quæ ad Patres noſtros repromiſſio facta eſt, quoniam hanc DEus adimpleuit filijs veſtris, reſuſcitans Jeſum.* Sicut & in pſ. 2. ſcriptum eſt: *filius meus es tu, ego hodie genui te.* Et quadrant optimè hæc verba in reſurrectionem Domini, tum quia reſurrectio

eſt

…quædam regeneratio Matt. 19. *in generatione cùm sederit filius hominis*; tum quia resurre…do Christi fuit à solo DEo, & ipse dicitur primogenitus mortuorum Col. 1. tum deniq; quia …die Resurrectionis cœpit gloriosa exaltatio Christi, & manifestatio nominis supra omne no…n Phil. 3. *propter quod & DEus exaltauit illum.* Et ipse Dominus dixit Matt. vlt. *data est mihi …nis potestas in cœlo & in terra.* 3tiò exponi potest de Natiuitate Christi secundùm carnem …die, id est, hoc meæ incarnationis die, *genuit me* secundùm naturam meam humanam, cre…do illam, & naturæ diuinæ hypostaticè vniendo: sic enim de nouo produxit me hominem …um, & filium suum naturalem. S. Aug. l. 3. Doctr. Christianæ c. 27. observat: posse vnius …ejusdem loci S. Scripturæ, vt proprias significationes, ita & sensus literales plures esse, quos …iritus S. etiam immediatè simul intenderit, ad plura simul mysteria designanda.

VIII. *Quæ sunt gentes dandæ Christo in hæreditatem* v. 8.? ℟. Est Ecclesia tota vniuersa…, quæ non ampliùs constet solis Judæis, vt constat Synagoga, sed sit planè Catholica seu vni…salis complectens omnes nationes & populos, & quidem vsq; ad terminos terræ, nempe …otquot per fidem & obedientiam se sibi tanquam regi suo subdere volent. Unde constat hunc …lmum ad literam non de Davide (nam Davidi numquam obtigit tam amplum imperium) …l de Messia Dauidis filio exponendum esse. *Gentes hæreditas Christi.*

IX. *Cur Pater æternus velit Christum orare ad habendam illam hæreditatem, quæ ipsi vt …o debebatur?* ℟. cum Suarez 3. parte q. 21. disp. 45. Eum petijsse imò quia ex diuina proui…ntia & ordinatione ita erat prædefinitum, conuersionem gentium dandam ejus precibus & …n aliter: sicut decretum erat, vt moriendo nos redimeret, & ita intraret in gloriam suam. …ò Pater inuitat ad petendum illam mundi conuersionem, vt denotet desiderium illam con…lendi. Sic Dauid inuitat Berzellai, à quo adjutus fuerat, cùm fugeret Absalonem, vt quid…m à se postulet 2 Reg. 19 Salomon matrem suam Bethsabee, Assuerus Estherem. *Hæreditas danda ob preces.*

X. *Quid significatur verbis illis v. 9.* REGES EOS IN VIRGA FERREA ET TANQUAM …S FIGULI CONFRINGES EOS? ℟. det Bellarm. significatur potestas Christi in Ecclesiam, …in omnes homines summa & justissima, vt possit tam facile bonos remunerare, & impios sup…ciis afficere, quàm facile potest figulus virga ferrea vasa recentia & lutea facere. In priore …rte versûs describitur summa potestas Christi ex parte virgæ ferreæ, id est, judicii rectissimi, …lexibilis, & cui resisti non potest; in posteriore parte hominum subjectorum, qui erunt respe…ti Christi sicut vasa lutea recentia respectu figuli. Itaq; illud: *confringes*, non significat actum …potestatem, id est, non significat Christum confracturum omnes gentes; sed subjectas ei fu…as omnes gentes, vt possit eas pro arbitrio confringere, siue misericorditer confringendo in …infidelitatem & peccata, & formando ex vasis contumeliæ vasa honoris; siuè justè & seue…confringendo eos æternis suppliciis propter ipsorum demerita. *Virga ferrea.*

Psalmus III. Domine quid multiplicati sunt &c.

David fugiens à facie Absalom excitat in se spem diuini auxilij num…quam sibi defuturi.

I. *Quid causæ fuit, cur tam citò tanta multitudo à Dauide ad Absalonem transierit?* ℟. …cia plures solem orientem quàm occidentem adorant. Tunc David jam erat sexagenarius va…s bellis & calamitatibus ita fractus, vt post decennium ne calefieri quidem posset: Absalom …rò erat natus annos circiter 29, genitus enim fuit sub initium regni Davidis in Hebron, à …o tempore anni fluxerant 30. Si autem animum Absalomis spectes, erat acer, viuidus, au…x, populo tamen affabilis, justitiæ in speciem tenax, juvandi omnes cupidus, subdolus & va…. Si corpus spectes, de eo dicitur, 2 Reg. 14. 25. Porrò sicut Absalom, *vir non erat pulcher in …ni Israel, & decorus nimis: à vestigio pedis vsq; ad verticem non erat in eo ulla macula.* De…de causa moralis & præcipua defensionis illius fuerunt peccata Davidis, quæ DEus puniebat. *David à multis deseritur.*

II. *Quænam erant illa peccata, quæ Deus in Davide tam grauiter insequebatur?* ℟. det …Petrus Damiani punitam tunc fuisse nimiam Davidis indulgentiam in puniendo Absalone ob …mnonem fratrem occisum. Veriùs tamen potest argui indulgentiæ nimiæ erga Amnonem post …uersum stuprum, & pollutam sororem suam Thamar: inde enim fons malorum exstitit. Ni…lominus præcipua & radicalis hujus belli ab Absalone gesti causa fuit adulterium Dauidis cum …thsabæa, quod contigit anno regni ejus 19. Secunda deinde causa subsecuta nempe cædes U…e mariti Bethsabææ, vt crimen crimine cælaretur, & posset Bethsabæa Duci in vxorem. Sed …tim sequenti anno post pueri natiuitatem ex illo adulterio concepti mittitur Nathan Prophe…, qui varias clades Davidi intentet, ac præsertim dicat 2 Reg. 12. v. 9. Uriam Hethæum per…sisti gladio, & vxorem illius accepisti in vxorem tibi, & interfecisti eum gladio filiorum …mmom, quamobrem non recedet gladius de domo tua vsq; in sempiternum, id est, diutissimè. …nc primò occisus est Amnom ab Absalone. 2dò Absalon à Joab, 3tiò Adonias à Salomone, …i tres filii Davidis erant. In eodem quoq; solario, id est, domûs tecto plano, ex quo aspe…rat Bethsabæam se lavantem, Absalom polluit 10 concubinas ejus in oculis solis. *Peccata Davidis puniuntur.*

III. *Qui ſunt illi multi, qui dicunt Davidi* v. 2. NON EST IPSI SALUS IN DEO EIUS ℞ cum Origene Abſalonem cum miniſtris ſuis hoc omnibus inculcare conatos eſſe, fruſtra Da- videm à Deo auxilia petiturum, à quo ob peccata derelictus eſſet, vt ex tam vnanimi totiu populi ab ipſo ſeceſſione conſtabat. 2dò arbitror Davidem alludere ad Semei & comites ejus de quo 2 Reg. 16. qui in comitatu ſuorum maledicebat Davidi, mittebat lapides contra ipſum & vniuerſos ſervos ejus, vocabat virum ſanguinum, id eſt, homicidam, Uriæ ſcilicet interfe- ctorem &c. Hoc ferè ordinarium eſt, vt imperfecti exiſtiment viros bonos in graui ærumn conſtitutos fruſtra ſperaſſe in Deo, ſic Job vxor ejus dicebat, *adhuc permanes in ſimplicitate tu* c. 2. Sic Tobiæ vxor: *manifeſtè vana facta eſt ſpes tua, & eleemoſyna tua modò apparuerunt* c. Sic de Chriſto dicebant Matt. 27. *Confidit in Deo, liberet eum, ſi vult.*

IV. *Quis ſenſus verborum* v. 5. EGO DORMIUI ET SOPORATUS SUM ET EXURRE- XI, QUIA DOMINUS SUSCEPIT ME? ℞. Senſus eſt, q. d. Cùm clamauiſſem ad DEum, & me exauditum ſenſiſſem, tantam animi quietem percepi, vt ob circumſtantes hoſtes non ange- ter, ſed crederem fore, vt res proſperè cederet: atq; illud, quod ſperaueram, contigit, DEo m ſuſcipiente & extollente. Ita Hieronymus & alij. Myſticè hæc intelliguntur de Chriſto Domino cui cùm in cruce pendenti acerbiſſimis conuicijs acclamarent: *Vah qui deſtruis templum &* Matt: 27. ipſe conuerſus ad patrem dixit: *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum.* Itaq illis circumfrementibus obdormiuit, & cum ſummo honore ſepultus jacuit in ſepulchro in ter- tium usq; diem. Tunc verò diuina virtute excitatus, cum ingenti gloria reſurrexit. Impoſſi- bile enim erat, Sanctum Domini videre corruptionem, aut mortis vinculis detineri.

Dentes peccatorũ contriti.

V. *Quis eſt ſenſus verborum* v. 7. DENTES PECCATORUM CONTRIUISTI? ℞. iden eſt, ac maledicentiam illorum & opprobria confudiſti, mendaces eos oſtendiſti, ita vt ne muti re quidem audeant, eſt forma loquendi prouerbialis: dicebant: *non eſt ſalus ipſi in DEO ejus* tu verò me ſaluaſti, eos attriuiſti, ita S. Aug. & alij, ſic eſt metonymia: dens enim pro morſu ponitur, cauſa pro effectu, morſus verò ponitur pro maledicto & conuicio metaphoricè. The- odoretus ſumit dentes peccatorum pro eorum viribus, ſumpta metaphora à feris, quæ maximè fortes ſunt & terribiles dentibus, ijs verò priuatæ, ſunt imbecillæ, & facile expugnabiles.

Pſalmus IV. Cùm invocarem.

Hortatur hoc pſalmo Dauid, tum ſocios ſuos, qui fugientem à faci Abſalom comitabantur, tum hoſtes ſuos & alios omnes, vt DEum ex animo colant, & ab eo pacem & rerum omnium copiam ſperent.

In finem, in carminibus

I. *Quomodo intelligendus titulus hujus pſalmi:* IN FINEM IN CARMINIBUS? ℞. Rab- bini exponunt, in finem, id eſt, vsq; ad finem ſæculorum, ſeu ad tempora Meſſiæ ſpectat hic pſalmus. Vel, ad finem legis, id eſt ad Chriſtum. Vbi noſter habet *in finem*, S. Hieron. vertit *victori*, id eſt, qui alios peritiâ ſeu dignitate vincebat, ſeu ſuperabat: ſupple detur hic pſalmus *ad canendum.* Itaq; ſenſus erit, pſalmus Dauid inter hymnos canendus perpetuò, atq; ipſum Chriſtum propriè reſpiciens, atq; hoc idem dicendum eſt de alijs, qui ſequuntur, eodem titulo inſcriptis.

II. *Quis ſenſus verborum* v. 1. IN TRIBULATIONE DILATASTI MIHI? ℞. Cor triſti- tiâ coarctatum, & in anguſtias contractum lætitiâ infusâ amplificaſti & latum effeciſti. vt enim rectè notat Lorin. phyſicè loquendo triſtibus comprimitur cor, & in anguſtum contrahitur, ac obruitur noxio humore: lætis ſpargitur ſanguis ac lanxantur quodammodo ſpatia cordi, quod indicat rubedo totius oris in ridentibus & in affectis contraria perturbatione pallor ſanguine ad cor ſe cogente. Bellarm. hîc ait: DEus aliquando exaudit remouendo tribulationem; ali- quando dando patientiæ virtutem; & hoc eſt majus beneficium; aliquando non ſolùm patien- tiam, ſed etiam gaudium in tribulatione dando & hoc eſt beneficium maximum, & de hoc lo- quitur pſalmus, Tribulatio enim anguſtias facit, gaudium dilatat corda, ſed qui gloriatur in tribulatione, huic triſtitia vertitur in gaudium, & tribulatio ei non anguſtias, ſed dilatatio- nem offert.

Gaudium dilatat cor

Filij hominum.

III. *Qui filij hominum intelliguntur* v. 3.? ℞. Lyranus putat ſermonem dirigi ad eos, qui Sauli præſto erant contra Dauidem, DEi auxilio fretum. Pſalmus enim hic eſt de perſecutione Saulis. Senſus itaq; eſt, q. d. Cur vos, ô homines, humanis & incertis commoti rationibus quæritis in caſſum me obterere: & vanis ac mendacibus Ziphæorum aliorumq; me capere ſpe- rantium conſilijs creditis, & magis ac magis me quæritis? S. Chryſoſt. hîc filios hominum cenſet vocari eos, qui viuunt in improbitate & procliues ſunt ad vitium. Ideo nos non eſſe vocandos filios hominum, licet enim natura id ſimus, gratiâ tamen ſumus filij DEi, cujus ima- ginem portamus, eam imaginem perdiderant, qui ante diluuium luxuriæ ſe dederant Gen. 6. Videntes autem filij DEI (Sethi poſteri colentes prius DEum) filias hominum (puellas impias de Caini poſteritate) quòd eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus, quas elegerant.

Statim

...tim postea DEus dicit: non permanebit spiritus meus in homine in æternum (post longum ...mpus) quia caro est, id est, carnalis, & in carnis vitia procliuis. ita S. Chrysost.

IV. *Qui sunt graui corde?* ℞. Aliqui dicunt graues corde esse eos, qui obtusiori sunt in... *Corde graves.* ...gnio, & ad DEi verbum segnes & tardi. Vel qui tentationibus & afflictionibus commoven... ...r & perturbantur, & quiduis potiùs agunt, quàm diuinum auxilium implorent. S. Chrysost. ...lum hunc accipit de omnibus peccatoribus. Graues corde, inquit, sunt, qui sunt crasso cor... ...di carnales, affixi terræ, vitium prosequentes, improbitatem exercentes, libidine & voluptate ...rrupti, ac marcidi; ait autem illum affectum & inclinationem ad terrena & ac delicias esse ...atem impietatis.

V. *Quosnam alloquitur Dauid* v. 5. IRASCIMINI ET NOLITE PECCARE? ℞. Dauid *Ira sine peccato.* ...a Saul & alios ei adjunctos hostes suos conuersus, monet vt furentem, & injustam ac sangui... ...n sitientem iram contineant, ne peccent. q. d. Si fortè ex imbecillitate naturæ aut calumnia... ...tum mendacijs irâ subitâ excandescatis, illam cohibete, vt non peccetis in me à DEo vnctum ...destinatum regem, sicut ex ira, præcipites aduolatis, vt peccetis me occidendo. Nota ex eo ...tempore, quo consecratus est à Samuele Dauid in domo patris sui Isai in medio 7. fratrum su... ...orum, spiritus Domini in eum directus est, & spiritus malus in Saul: quod contigit anno o... ...ctauo regni Saul, post quod tempus regnauit 10. annis; sed infortunatus, & à DEo derelictus ...n sæpe in rabiem ac furorem agebatur.

VI. *An aliquando licitum sit irasci, cùm Dauid dicat,* IRASCIMINI ET NOLITE PEC- *Irasci licet.* CARE? ℞. affirmatiuè cum S. Thoma, qui ait 2. 2. a. 1. q. 158. cùm quis irascitur secundùm ...tionem rectam, tunc irasci esse laudabile, & argumenta in contrarium objecta confutat, & ...ait, iram per zelum esse bonam: iram verò, per vitium esse malam. Quinimò art. 8. toto docet, ...defectum iræ consequentis judicium rationis, vitiosum esse. Tenemur enim aliquando irasci, ...ad propulsanda mala vel nobis vel proximo impendentia, & ad justam vindictam de alijs su... ...mendam ob impietatem. Sicut fecit Phinees Num. 25. Elias 3. Reg. 18.

VII. *Quis sensus verborum,* QUÆ DICITIS IN CORDIBUS VESTRIS, IN CUBILIBUS *Compunctio in corde.* VESTRIS COMPUNGIMINI? ℞. In Græco sic habetur: quæ dicitis in cordibus super cubilia ...vestra, compungimini, ex quibus infert Bellarm. nostram lectionem sic esse ordinandam, Quæ ...dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris, de his compungimini tacentes. Sensus igitur est, ...tempore nocturno cùm estis soli in cubilibus, liberi ab omnibus alijs curis, tunc in cordibus ...vestris cogitate omnia vestra errata, & quæ dicitis & confitemini apud vos in corde, de his ...coram DEo, tacentes præ verecundia, compingimini. q. d. Ira vestra diurna in me apparuit, ...quam videns monui, vt non peccaretis: nunc sciens etiam nocturnas inuidias, rancores, ama... ...ritudines, malas nocendi mihi voluntates, moneo vt ab illis desistatis, & qui me vultis confi... ...gere, cor vestrum vero & sancto dolore configatis, vt omnis malitia & maleuolentia inde ex... ...eat, & DEo reconciliemini, ab omni sorde emundati.

VIII. *Quomodo intelligenda verba* v. 6. SACRIFICATE SACRIFICIū JUSTITIÆ ET SPE- *Sacrificiū justitia.* RATE IN DOMINO? ℞. Vult dicere inquit Le Blanc, irascimini & multa cogitatis in cordibus ...vestris contra me, ô Saul & Duces ac milites: sed frustra, cùm erga me innocentem sitis injusti, ...persequendo & quærendo ad mortem. Justitiam exercete, mihi ablatum honorem, familiam, ...quietem, cæteraq; restituite, hoc sacrificium in odorem suauitatis acceptabit DEus, & quæ ab ...illo petetis, obtinebitis. Alludere videtur ad Doëg Jdumæum, qui erat in tabernaculo, quan... ...do Dauid fugiens furentem Saulem venit ad Achimelech summum Pontificem, à quo panes ...propositionis accepit in cibum, & gladium Goliathi, quem ibi Dauid DEo consecrauerat. ...quod ille aduertens renunciauit Sauli, & eo jubente occidit Achimelech & 85. sacerdotes ac ...Nobe ciuitatem sacerdotum percussit in ore gladij. Hæc autem summa fuit injustitia, & hæc ...innocentium mactatio, ac desiderium idem faciendi Dauidi innoxio, erat veluti sacrificium in... ...justitiæ Sauli, Doëgo, alijsq; satellitibus, ideo res eorum omnes in deterius labebantur: monet ...itur eos, vt ad sanam mentem redeuntes, irâ cohibitâ ne peccent, & compunctione eorum ...excitata, quæ dixerant & fecerant, sacrificent sacrificium justitiæ, reparando damna sibi & alijs: ...c fore, vt DEus liberalem se præstet.

IX. *Quomodo lumen vultûs DEI signatum est super nos?* ℞. Signum diuini fauo- *Lumen vultus Dei.* ...ris & affectus erga nos certissimum clarissimumq; habemus lucidam & serenam tuam, putà ...beneficentiam perpetuam, quæ continuos radios ex igne & sole diuini pectoris (putà quotidia... ...na beneficia) in nos vibrat & effundit. Sic expone etiam similes phrases, *illumina vultum tu...m super nos, illustra faciem tuam mihi &c.* id est, lætum, beneuolum, beneficum te mihi ex...hibe, ita S. Chrysost. Tirin. & alij. Ex hoc enim fonte, perpetuò *dedisti lætitiam in corde meo* ...id est, summopere gaudere me fecisti, neq; hoc propter sola spiritualia beneficia, sed etiam ...propter temporalia, nempe *à fructu frumenti, vini & olei*, id est, rerum omnium copia, qua ...*multiplicati sunt*, seu abundant, quicumq; mecum tibi deseruiunt. Vnde *in pace in idipsum dor...miam*, id est, quietus & securus de eadem tua erga me singulari prouidentia, affectu, & fauore ...deinceps placidissimè dormiam, & in vtramq; aurem conquiescam.

Psalmus V. Verba mea &c.

David in persona Ecclesiæ, vel animæ afflictæ, orat Deum, vt impios cohibeat, pijs benedicat.

I. *Quis est titulus hujus psalmi, & quid denotat?* ℞ *In finem* (de quo psal. 4.) *pro ea*, scilicet Ecclesia vel anima justa, *quæ hæreditatem consequitur*, nempe cœlestem, pro qua hîc luctatur. Ita Chrysost. Aug. Theodor. Videtur similius vero, psalmum hunc institutum fuisse, & jussum cantari pro felicitate terræ sanctæ distributæ in tribus Israelis; mysticè autem pro Ecclesia, quæ est hæreditas Christi. Simul tamen & maximè literaliter David petit, sibi restitui hæreditatem suam, siue regnum sibi diuinitus promissum, & per Saulem ablatum.

Non Deus volens iniquitatem.

II. *Quid notandum circa versum* 5. QUONIAM NON DEUS VOLENS INIQUITATEM TU ES? ℞. Non dicitur, quòd DEus sit nolens iniquitatem: quia cùm sit omnipotens, si efficaciter nollet vllum esse peccatum, nullum esset: non dicitur etiam, quòd sit volens iniquitatem, quia cùm sit ipsa prima & essentialis bonitas, hoc est prorsus impossibile: sed dicitur; quod sit non volens iniquitatem, quod est negatiuum non positiuum: vult tamen positiuo actu voluntatis suæ permittere peccata, permissio enim illa bona est: itaq; ad illam potest terminari actus diuinæ voluntatis. Dices. Mala fieri & non fieri sunt contradictoriè opposita: sed DEus non vult mala non fieri, quia cùm mala quædam fiant, non semper voluntas DEi impleretur, ergo DEus vult mala fieri. ℞. cum S. Thoma 1. p. q. 19. a. 9. ad 3. Quòd licet mala fieri, & mala non fieri contradictoriè opponantur: tamen velle mala fieri, & velle mala non fieri, non opponuntur contradictoriè, cùm vtrumq; sit affirmatiuum. DEus igitur non vult mala fieri, neq; vult mala non fieri, sed vult permittere mala fieri. Et hoc est bonum.

Deus non potest velle iniquitatē.

III. *Cur DEus non possit velle iniquitatem?* ℞. Quia voluntas omnis non est nisi boni. Vt enim ait S. Thom. 1. 2. q. 8. a. 1. Voluntas est appetitus quidam rationalis: omnis autem appetitus non est nisi boni. Cujus ratio est: quia appetitus nihil est aliud, quàm quædam inclinatio appetentis in aliquid. Nihil autem inclinatur nisi in aliquid simile & conueniens. Cùm igitur omnis res, in quantum est ens & substantia, sit quoddam bonum, necesse est, vt omnis inclinatio sit in bonum, & inde est quod Philosophus dicit l. 1. Ethic. quod bonum est, quod omnia appetunt; sed considerandum est, quòd cùm omnis inclinatio consequatur aliquam formam, appetitus naturalis consequitur formam in natura existentem: appetitus autem sensitiuus vel etiam intellectualis seu rationalis, qui dicitur voluntas, sequitur formam apprehensam: sicut igitur id, in quod tendit appetitus naturalis, est bonum existens in re: ità id, in quod tendit appetitus animalis vel voluntarius est bonum apprehensum. Ad hoc igitur, quòd voluntas in aliquid tendat, non requiritur, quòd est bonum in rei veritate, sed quòd apprehendatur in ratione boni, & propter hoc Arist. dicit l. 2. Physic. quòd finis est bonum, vel apparens bonum. DEus autem videt res, vt sunt, nec fallitur apparentiâ: itaq; non potest velle malum culpæ, cùm in eo nulla sit ratio veri boni.

Psalmus VI. Domine ne in furore &c.

Est oratio peccatoris timentis diuinum judicium, & ad reconciliationem aspirantis.

Octaua.

I. *Quid est octaua, pro qua & hic & vndecimus psalmus inscribuntur?* ℞. cum Bellarm. & Hebræis *octauam* fuisse cytharam octo chordarum: Sensus itaq; tituli est, Psalmus Dauidis, seu Dauidi à DEo inspiratus, vt cantetur *in carminibus*, seu hymnis, vt legit S. Aug. hoc est, inter sacra cantica & hymnos *pro* (siue *supra*, vt est in Hebræo) octaua, idq; in finem, id est, semper: vel in Christum, à quo fluit omnis gratia & remissio & sanatio peccatorum.

Argui in furore & ira.

II. *Quid est argui in furore & ira?* ℞. Tunc DEus arguit & corripit peccatorem in ira & in furore, quando non castigat, vt saluet ex amore paterno; sed castigat, vt perdat, & justitiæ satisfiat. Quod facit in hac vita, quando percutit cœcitate & obstinatione, vt sit peccatum pœna peccati: in alia verò quando perdit in gehennam. Hoc igitur concussus horrore Dauid, & timens abyssum judiciorum DEi, non recusat flagellum pœnarum, quæ non separant à DEo, sed compellunt ad DEum; sed horret malum illud super omnia verè horrendum, id est, tradi in desideria cordis sui, in passiones ignominiæ, obdurari & excæcari, & tandem in æternum separari à facie DEi. ita Bellarm. S. Chrysol. Serm. 45. *Argue me*, ait, *sed non in ira: corripe me, sed non in furore. Argue me, vt pater, non vt judex. Corripe me, non vt Dominus, sed vt parens. Argue me, non vt perdas, sed vt corripias. Corripe me, non vt interimas, sed vt emendes.* S. Greg. apertè in furore argui de alia vita explicat, sed hoc timendum ostendit: optandum verò esse in hac vita flagellari; cùm ait: Hîc me potiùs argue: dum tempus est misericordiæ, corripe: dum dies salutis est, exerce. Quisquis in hac vita flagellis atteritur, in mansuetudine corripitur, quia correptionibus emendatur. In illo autem tremendo examine iniquus omnis in furore arguitur: quia pœnam interminabilem venia nulla comitatur. Hæc Greg.

III. *De qua morte loquitur v. 6* QUONIAM NON EST IN MORTE, QUI MEMOR SIT TUI, IN INFERNO AUTEM QUIS CONFITEBITUR TIBI? ℟. cum S. Damasc. & Bellarm. de morte æterna. Damnati siquidem ad gehennam, non recordantur Dei, vt eum laudent, neque vllus est in inferno, qui confiteatur Domino, id est, laudet Dominum confitendo ejus beneficia. Qui hunc locum intelligunt de morte corporali, & per infernum intelligunt sepulchrum, & sensum esse volunt, quòd mortui in sepulchris jacentes Deum non laudant, neq; eius memores sunt, cùm nihil sentiant: allegant verba Ezechiæ apud Isa. c. 38. *quia non infernus confitebitur tibi, neq; mors laudabit te;* & satis constat, Ezechiam petiuisse liberari à periculo mortis corporalis. Sed profectò locus etiam Ezechiæ debet intelligi de morte æterna, ac de inferno damnatorum. Nam licet Ezechias timebat mori corporaliter, timebat tamen etiam mori in æternum, & cecinit illud canticum gratias agens DEo, quia intellexit ex dono corporis sanitatis tamquam ex signo diuinæ beneuolentiæ sibi remissa esse peccata, & liberatum se esse à periculo gehennæ, vnde ait: *Tu autem eruisti animam meam, vt non periret; projecisti post tergum tuum omnia peccata mea, quia non infernus confitebitur tibi &c.* Et sanè si de morte sola corporali hæc intelligerentur, valde exilia essent argumenta. Nam etsi mortui corporaliter, & in sepulchro jacentes non laudent DEum, tamen animæ viuunt, & DEū laudant: & ipsa etiam corpora in sepulchro exspectant veritatem, id est, fidelitatem DEi de promissa resuscitatione. Soli ergo sunt, qui descendunt in lacum æternæ damnationis, qui non exspectunt veritatem DEi, neq; DEi recordantur in bonum, neq; laudant, aut vnquam laudabunt. Hæc Bellarm. *Mors æterna.*

Psalmus VII. Domine Deus in te speraui &c.

Dauid auxilium DEI postulat in Saulem, injustum aggressorem: illud sibi adfuturum pollicetur. De obtento gratias agit.

I. *Quis est iste Chusi in titulo psalmi?* ℟. S. Hieron. Beda, Bredembachius & alij per Chusi accipiunt Saulem, qui vnum è majoribus habuit Jemini, itaq; jure dicitur filius Jemini, Vel vocatur filius Jemini, id est, de tribu Benjamin.

II. *Cur Saul vocatur Chusi?* ℟. Vocatum esse Chusi, siue Chus, id est, Æthiopem, vt S. Hieron. vertit ob mores atros & malos. Nam Æthiops in scriptura semper in malam partem sumitur. Dauid Saulem vocat Chusi, vt hoc nomine symbolico & obscuriore non videatur in vnctum à DEo regem liberiùs loqui. Tanta debet esse vel in sceleratissimos Principes reuerentia & modestia. *Saul dicitur Chusi.*

III. *Quis est sensus versus 3.?* NE QUANDO RAPIAT VT LEO ANIMAM MEAM &c.? ℟. Ne quando Saul rapiat animam meam, id est, vitam meam, vt leo solet absq; misericordia interficere animalia cætera; *dum non est, qui redimat, neq; qui saluum faciat*, id est, dum tu non redimis, neq; saluas. Sciebat enim Dauid omnem industriam humanam sine DEo esse vanam. Vtitur voce redemptionis pro quacumq; liberatione, etiamsi non fiat propriè per solutionem pretij. Sicut enim dicitur DEus vendere, quos alienat quodammodo à sua misericordia, & tradit ministris suæ justitiæ puniendos; ita dicitur DEus redimere, quos iterum à ministris justitiæ erutos misericorditer liberat. *Anima pro vita.*

IV. *Quid est* ISTUD, *quod Dauid dicit se non fecisse v. 4.?* ℟. Vult dicere, si id feci, propter quod Saul me persequitur, & quod fecisse me dicit, nempe si de vita illi auferenda, aut de regno mihi vendicando cogitaui. Hoc ipsum explicat verbis sequentibus, *si est iniquitas in manibus meis*, iniquitas scilicet antonomasticè: nempe scelus læsæ majestatis, si Saulis sanguine manus meas polluere volui, cùm id potuerim, nec fecerim in spelunca & in castris. Ad hoc enim videtur alludere, & ex eo probare omnimodam innocentiam suam, erga Saulem, quem numquam læserat. Nota cùm se innocentem Dauid asserit, non velle dicere, se non peccauisse contra DEum, sed tantum intelligere, se nihil mali admisisse contra eos, à quibus lacessebatur. Pergit Dauid explicatiùs se innocentem declarare, & ab omni in adversarios iniquitate purgare v. 5. *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis*, id. Si reddidi mala retribuentibus, id est tribuentibus mihi, nempe bona; id est, si Sauli, qui me in suum Generum assumpsit, quicquam damni intuli, aut inferre molitus sum, cadam penitus ab omni spe mea, & ab inimicis dejiciar. Vel etiam potest sensus esse: si reddidi mala iis, qui mala mihi pro bonis reddunt, vt Sauli, qui postquam ei vitam donaui, me ad mortem persequitur.

V. *Quid petit Dauid v. 7.* EXURGE DOMINE IN IRA TUA, EXALTARE IN FINIBUS INIMICORUM TUORUM? ℟. Demonstratâ innocentiâ suâ petit justam defensionem. Et quia Deus per metaphoram dicitur dormire, cùm non adjuuat; surgere à somno, quando incipit adjuuare juxta illud: *exurge quare obdormis Domine?* ideo nunc dicit, surge in ira tua, id est, irascere inimicis meis, eosq; repelle, ac terre, ne mihi noceant. Appare sublimis in finibus inimicorum, vt omnes te videant, id est, vt omnes præsentiam tuam sentiant.

VI. *Quod*

VI. *Quod est præceptum, quod dicitur Deus mandasse* v. 7.? ℞. Præcepit DEus judicibus terræ, vt liberent innocentes de manibus opprimentium, ex quo sequitur, vt ipsum quoq; id facere deceat, qui est judex super omnes judices. *Et synagoga populorum circumdabit te*, id est ex hac demonstratione præsentiæ tuæ in his cohibendis inimicis meis, & in defensione mea fiet, vt multi alij agnoscant te, & confiteantur tibi, teq; laudent, & sic circumdabit te, quia vbi sunt aliqui congregati in nomine tuo, ibi tu es in medio eorum. *Et propter hanc* synagogam laudantium te populorum, quandocumq; opus erit, in altum solium justitiæ tuæ iterum ascende, & appare conspicuus in finibus inimicorum tuorum, quia *Dominus judicat populos*, id est, quia Domini supremi, qualis tu es, proprium est judicare populos.

Cor & renes

VII. *Quid per cor & renes intelligit Dauid* v. 10.? ℞. Per cor intelligit intentiones & cogitationes, per renes verò appetitus seu affectiones: sicut cor omnium partium corporis primum formatur in vtero, deinde cerebrum, tardissimè oculi, sed hi primum emoriuntur, cor nouissimè. Sic cogitatio in animo est primum viuens, & vltimum moriens. Nam omnem affectionem præcedit cogitatio, & affectione jam emortua adhuc cogitatio palpitat, & velut igniculus fumans conatur eam succendere & viuificare, vt ipsa se conseruet. Rectè quoq; sunt symbolum affectionum, quia in renibus sedes est voluptatis. Moraliter nota, Deum esse timendum, & cogitationes, atq; affectiones nostras esse ad eum dirigendas, cum eas videat & scrutetur, vt judicet & præmio aut supplicio afficiat.

VIII. *De quo loquitur Dauid* v. 15. ECCE PARTURIIT INJUSTITIAM, CONCEPIT DOLOREM, ET PEPERIT INIQUITATEM? ℞det le Blanc de Saule. Saul qui Dauidi occidenti Goliathum promiserat filiam suam, parturiit injustitiam, voluit enim contra justitiam eâ illum priuare, exponendo eum gladiis Philisthinorum, eam tamen injustitiam non peperit. Post datam Dauidi victori Michol filiam suam veluti fructum illarum nuptiarum, Saul concepit dolorem; & sumptum passiuè, id est, quem ipse in animo pateretur, & actiuè, id est; quo Davidem vellet affligere: & peperit iniquitatem, cùm lanceam in eum contorsit & misit, qui eum domi occiderent, ac fugientem, & in montibus ac desertis errantem cùm exercitu persecutus est.

IX. *Quem lacum seu foueam intelligit David* v. 16.? ℞ occultas fraudes omnium sceleratorum, speciatim tamen fraudes Saulis & varias insidias Davidi paratas. Illum lacum & foveam aperuit, cùm intus in animo suo mala in eum consilia agitauit, & nocendi modos: effodit verò, quando per Dòeg Idumæum, per Ziphæos, aliosq; conatus est eum concludere intercipere, & in sepulchrum indigna morte trucidatum dejicere. Incidit autem in *foueam* (id est interitum, vt S. Hieron. reddit) *quam fecit*: mortem enim quam Dauidi parauit sibi ipsi intulit, victus à Philisthæis in monte Gelboe. Cùm enim dixisset armigero suo: euagina gladium tuum, & percute me, & noluisset armiger, arripuit Saul gladium, & irruit super eum 1. Reg. vlt. & sic verificatum de Saule, quod David subdit: *conuertetur dolor ejus in caput ejus.* Victo enim Sauli à Philisthæis caput præcisum est 1 Reg. vlt. v. 9.

Psalmus VIII. Domine Dominus noster.

Deprædicat magnitudinem excellentiæ diuinæ ex tot & tam miris ejus operibus.

Pro torcularibus.

I. *Cur in titulo hujus psalmi ponitur.* PRO TORCULARIBUS? ℞ quia psalmus hic cantatus est pro torcularibus, id est, pro & in vberi, & copiosa vindemia, vt de illa gratias ageret in festo tabernaculorum, quod celebrabatur die 15to Septembris, atq; per 7 dies durabat, vt memores essent Judæi protectionis diuinæ in deserto per 40 annos, & de fructibus terræ collectis DEo gratias referrent. Hinc dicit DEus Moysi Exodi 23 v. 16. *Solemnitatem quoque in exitu anni custodies, quando congregaueris omnes fruges tuas in agro.* In regione calida, vindemia etiam erat perfecta, eo tempore. Obseruat Bellarm: titulum *pro torcularibus*, haberi in tribus psalmis, qui ad amorem DEi præcipuè pertinent, scilicet in hoc 8uo, & in 80, deniq; in 83. Unde ex materia horum psalmorum suspicatur dici *pro torcularibus*; quia sunt aptissimi ad exprimendum vinum diuini amoris ex cordibus hominum, vel quia cum lætitia & cordis jubilo canendi sunt; quomodo lætari & canere solent tempore vindemiæ, qui de torcularibus ingentem vini copiam exprimunt.

Infantes & lactentes.

II. *Quinam intelliguntur infantes & lactentes* v. 3? ℞ imò per infantes & lactentes possunt intelligi homines, qui comparatione Angelorum sunt veluti infantes & lactentes, præsertim circa intelligentram rerum diuinarum. Ergo, inquit, ex ore mortalium hominum perfecisti laudem, reuelans eis gloriam tuam, propter inimicos tuos, id est ad confusionem superborum Angelorum, vt destruas inimicum, & vltorem, id est, vt perdas sapientiam primarij inimici tui, diaboli, & defensoris, siue vltoris ejus, id est, agminis reproborum Angelorum, qui illum secuti sunt. 2dò per infantes & lactentes, possunt intelligi homines humiles & parvuli in oculis suis, & imperiti scientiarum sæcularium, quales fuerunt multi prophetæ & Apostoli,

& ingens

& ingens numerus Monachorum, & Virginum sanctarum, nec non verè puerorum, qui in tenera ætate adeò perfectè cognouerunt gloriam DEi, & admirabile nomen ejus, vt pro ipso mortem oppetere non dubitauerint. In hoc sensu allegauit Christus hunc psalmum Matt. 21. *Nunquam legistis, quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem*? Inimici autem dicuntur sapientes hujus mundi, & defensores ipsorum, qui quamuis DEum cognouerint, tamen non sicut DEum glorificauerunt, ideo insipientes facti sunt Rom. 1. Cùm dicitur, *vt destruas inimicum*, non loquitur de destructione personæ, sed sapientiæ, juxta illud Isaiæ, *perdam sapientiam sapientum*, & illud 1. Cor. 1. *Stultam fecit DEus, sapientiam hujus mundi.*

III. *De quo homine loquitur* v. 6. QUID EST HOMO &c.? ℟. imò de quolibet homine, cùm enim propheta DEi creatoris præstantiam atq; magnificentiam ostentat initio psalmi, ex contemplatione cœli & terræ, postea delabitur ad hominem, vt ex ejus consideratione idem probet. 2dò secundùm sensum literalem ac præcipuè intentum, esse de Christo, nec dubitari posset, cùm Paulus Heb. 2. 6. textum illum de Christo citet.

IV. *Quomodo Christus est minoratus ab Angelis*, id est, præ Angelis, seu infra Angelos? ℟. imò ob incarnationem præcisè, quia corpus humanum est minoris excellentiæ, quàm sit substantia Angelica, quæ est immortalis & gloriosa. Unde S. Paulus Philipp. 2. 7. *Non rapinam arbitratus est esse se æqualem DEo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens.* Exinaniuisse ait Corn. id est, inanem & vacuum effecit, vt qui erat plenus majestate, gloria, robore, adoq; plenitudo totius entis, eà se euacuarit; factusq; sit ex Domino servus, ex DEo homo, ex creatore creatura. 2dò in passione præsertim minoratus est ab Angelis, qui sunt impassibiles & immortales. Sed in alijs multis Christus Angelis superior est. *imò* quia DEus est, ita enim sese dejecit infra Angelos, vt altitudinem & majestatem suam priorem non amiserit, semper enim DEus fuit, Verbum & Filius Patris æterni ipsi consubstantialis. *2dò* major & præstantior est Angelis ratione unionis hypostaticæ. Nam cùm per illam natura humana subsistat subsistentia Verbi, ideo est Filius DEi naturalis etiam vt homo: quia etiam vt homo involuit suppositum diuinum. Unde Heb. 1. 4. *tantò melior Angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditavit*: Angeli autem sunt administratorij spiritus & serui Christi, & ipsi ministrarunt post superatum dæmonem Matt. 4. *3tiò* Christus ratione gratiæ sanctificantis, donorum Spiritus S. virtutum omnium est longè excellentior Angelis: habet enim illa omnia vt fons & radix, Angeli vt riui & rami. Nam omnis eorum gratia à Christo profluit &c. *Christus minoratus ab Angelis.*

Psalmus IX. Confitebor tibi Domine.

Gratias agit pro victoria de suis hostibus: dein à v. 22. orat DEum, vt pios semper tueatur contra impios.

I. *Quis est ille filius, cujus mentio fit in titulo hujus psalmi: in finem pro occultis filij*? ℟. cum S Hieron. Aug. Bellarm. & alijs, filium hic antonomasticè intelligi Christum filium Dei. Nam vt ait hîc S. Aug: ipse Dominus, cùm sine additamento ponit filium, seipsum vnigenitum vult intelligi, vt ait Joan. 8. v. 36. *Si vos filius liberauerit, tunc verè liberi eritis. Non enim dixit filius Dei: sed tantùm dicendo filius, dat intelligi, cujus sit filius.*

II. *Quænam sunt occulta filij, pro quibus cantatur hic psalmus*? ℟ imò occulta illa seu mysteria, esse mysteria incarnationis Domini, & totam ejus œconomiam, nec enim cognosci potest ratione naturali aut etiam ab Angelo Verbum incarnatum. 2dò præcipuè occulta filij Dei, seu Verbi incarnati est ejus passio & mors. Hoc illud est incomprehensibile mysterium: vt DEus, qui est suum esse, moriatur. Unde S. Hieron. vertit: *Victori super morte filij.*

III. *De qua confessione agitur* v. 1. CONFITEBOR TIBI? ℟ S. Thom. 2. 2. q. 3. a. 1. ad 1. notat quòd triplex sit confessio, quæ notatur in scriptura. Una est confessio eorum, quæ sunt fidei: & illa est proprius actus fidei, vtpote relata ad fidei finem. Alia est confessio gratiarum actionis siue laudis: & ipsa est actus latriæ, ordinatum enim ad honorem Deo exteriùs exhibendum, quod est finis latriæ: 3tia est confessio peccatorum: & hæc ordinatur ad deletionem peccati, quæ est finis pœnitentiæ, unde pertinet ad pœnitentiam. Dico itaq; in hoc psalmo agi de confessione laudis, vt patet ex sequentibus: nempe, *narrabo omnia mirabilia tua.* Et ex v. *lætabor & exultabo in te*, quæ non sunt propria pœnitentium, quorum est lugere & flere, non verò lætari & exultare ac psallere. *Confessio triplex.*

IV. *Quænam mirabilia Dei narraturum se dicit David?* ℟. Sunt ea quæ continentur in illo mysterio redemptionis nostræ. Verè enim, ait Bellarm. quasi compendio quodam comprehendit omnia opera mirabilia DEi redemptio generis humani, opus summæ misericordiæ, in quo recapitulantur omnia beneficia DEi, juxta illud Apostoli ad Ephes. 1. instaurare omnia in Christo, id est, recapitulare, vt sonat vox græca, & in vnam quasi summam omnia redigere. *Redemptio hominis cōpendiū mirabilium.*

V. *De quo inimico loquitur David* v. 4. IN CONVERTENDO INIMICUM MEUM RETRORSUM? ℟ cum Bellarm. & aliis, de diabolo. In convertendo, inquit, inimicum meum retrorsum, id est, cùm convertetur inimicus meus diabolus retrorsum, fugere videlicet incipiens *Diabolq inimicq Davidis.*

ens à facie tua; tunc omnes ejus milites infirmabuntur, & peribunt, id eſt, cognitâ fugâ Ducis debiles reddentur, & dilabentur; ac euaneſcent, ac ſi periiſſent. De hac fuga diaboli loquitur Dominus Joan. 12. *Nunc judicium eſt mundi, nunc princeps hujus mundi ejicietur foras*. Scilicet è multis hominum corporibus, ex animabus, ex aris & templis ei dicatis, ex tota terra in inferos detruſus, & ibi religatus rudentibus inferni. A tempore enim Chriſti Paſſionis Lucifer non egreditur ex tartaro, neq; egredietur, niſi per tempus & tempora, & dimidium temporis, id eſt per duos annos cum dimidio, quibus in fine mundi dominabitur & ſæuiet Antichriſtus.

VI. *Quis ſenſus v. 5.* QUONIAM FECISTI JUDICIUM MEUM ET CAUSAM MEAM ℞ idem eſt, ac pro me judicaſti, mihi cauſam adjudicaſti. Ut enim ait S. Thom. Chriſtus functus eſt pro nobis officio judicis, aduocati, & teſtis. Adde & ſolutoris ac redemptoris, perſoluit enim pretium, quod debebamus, atq; ex juſtitia ſatisfecit: deinde tulit ſententiam contra dæmonem adhuc captiuos retinere volentem. Unde ſubditur: *ſediſti ſuper thronum, qui judicas juſtitiam*, vbi crucem vocat thronum, juxta illud S. Leonis ſerm. 8. de paſſione Domini: O ineffabilis gloria paſſionis, in qua & tribunal Domini, & judicium mundi, & poteſtas eſt crucifixi. Atq; hæc ſunt verè occulta filij Dei, vt habetur in titulo pſalmi. Qui enim in hominum oculis reus videbatur, & cum ſumma ignominia pœnas luere, is illo ipſo tempore in throno ſedens juſtitiam judicabat, id eſt, juſtiſſimè judicabat, jam pretio perſoluto hominem liberandum, & diabolum dominio ſpoliandum, & reipſa chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, vt ſcribit Apoſt. Coloſſ. 2. tulit de medio affigens illud cruci, & ſpolians principatus & poteſtates.

VII. *Quid denotatur illis verbis*: INCREPASTI GENTES ET PERIIT IMPIUS &c.? ℞ Poſt debellatum diabolum per crucem Chriſtus D. per Apoſtolos increpauit gentes, arguens mundum de peccato, de juſtitia & de judicio, & eo modo periit impius, in eſt, periit impietas idololatriæ, & homo de impio factus eſt pius. Nec ſolùm periit impius, qui tunc erat; ſed deleuit Chriſtus nomen eorum, id eſt, gentilitatis & idololatriæ in æternum, vt non ampliùs ſint rediturae, quaſi ſtirpitus eradicatæ, id quod jam videmus ita impletum, vt ne Judæi quidem colant amplius idola, qui ad ea colenda proniſſimi erant. Rationem reddit, cur non ſit reditura idololatria, quia perierunt arma diaboli, & ciuitates vbi habitabat, ita vt non habeat, nec vnde offendat, nec vbi ſe defendat, illud *inimici* eſt genitiui caſus, vt patet ex græco: dicuntur autem frameæ inimici defeciſſe, quia nihil nocere poſſunt armatis fide JEſu Chriſti. Ciuitates Chriſtus deſtruxit, cùm per totum mundum idola ſuſtulit.

VIII. *De quo ſanguine loquitur* v. 3. QUONIAM REQUIRENS SANGUINEM EORUM RECORDATUS EST? ℞. Sanguinem in propria ſignificatione ſumi. Agit enim Dauid præcipuè de pauperibus Apoſtolis & Apoſtolicis viris, qui Chriſti legem promulgantes multas plagas percipient, & ſæpe occidentur. Sicut S. Paulus locum pſalmi 43. v. 23. ſibi & alijs Apoſtolis attribuit *propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oves occiſionis*. q. d. ſicut oues neci deſtinatæ, & in laniena jugulandæ & excoriandæ, DEus verò recordatur eorum, vires, patientiam, alacritatem ſuppeditando, & victoriam illuſtrem de tormentis & tyrannis.

IX. *Quæ ſunt portæ mortis* v. 15.? ℞. Portæ mortis dicuntur ipſa mors, ſeu ipſe tranſitus hominis per mortem, quæ eſt veluti porta, qua tranſitur ab hac vita ad illam. Ab ea porta exaltat DEus, cùm efficit vt generosè & fortiter cum victoria, alacritate & perſeuerantia finali tranſeatur. Sic ſenſus plenus eſt: qui exaltas me de portis mortis, vt (poſt mortem ſcilicet) annuntiem laudationes tuas in portis filiæ Sion, id eſt cæli.

Deus longè recedit.

X. *Quid eſt Deum longè recedere* v. 22.? ℞. Certum eſt Deum vbiq; eſſe præſentem nec poſſe vllum locum relinquere, cùm per ſuam immenſitatem per omnia ſpatia realia in infinitum diffundatur, dicitur tamen à nobis longè eſſe, cùm non magis juuat, quàm ſi longè abeſſet: tunc enim velut ex arena vel acie videtur ſe ſubducere, & ſuis viribus pugilem & militem ſuum relinquere.

XI. *Quo igne incenditur pauper, dum ſuperbit impius*? ℞ det Bellarm. Dum ſuperbit impius, id eſt, dum impius proſpere agit, & glorioſus apparet, tunc incenditur pauper, id eſt, ſcandalizatur, & vritur æſtu cogitationum juſtus pauper; comprehenduntur in conſilijs, quibus cogitant, id eſt, vterq;, tam impius glorioſus, quàm impius pauper comprehenditur, & illaqueatur conſilio, id eſt, cogitatione ſua. Nam impius cogitat ſibi deberi illam felicitatem, & ipſe ſe decipit: juſtus verò videns impium proſperè agere, cogitat, quid hoc ſibi velit, & magis ac magis ſe involuit.

Pſalmus X. In Domino confido.

Suadentibus vt fugiat Saulem, reſpondet ſe DEo nixum, in tuto eſſe.

I. *Quis loquitur ab illis verbis*: QUONIAM ECCE PECCATORES INTENDERUNT ARCUM? ℞. Probabile eſt, hîc amicos Dauidis loqui, & reddere rationem, cur ſit fugiendum q. d. *quomodo dicitis animæ meæ*, transmigra in montem ſicut paſſer, & quomodo hanc rationem datis: *quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt ſagittas ſuas in pharetra*

Vl per arcum, sagittam, & pharetram totus belli apparatus intelligitur, quia olim ordinaria ar a erant arcus & sagitta. Vel certè aptè ad similitudinem passeris subjicitur similitudo arcus & agittarum. Nam vt volantem passerem, quia apprehendere manu nequeunt aucupes, jaculis de cere moliuntur: ita Saul, & cæteri Dauidis hostes, cùm eum vi capere propter ejus vigilantia & prudentiam non possent, artibus & dolis circumueniebant, & quo vires pertingere ne ibant, astu & fraudibus peruenire conabantur.

II. *Quodnam est illud templum, in quo DEus dicitur esse ac sedere?* ℟. Per templum intelligitur cælum supremum, quod est templum non manu factum. Itaq; secunda pars, *Dominus in cælo sedes ejus* est explicatio prioris. Per Dominum denotari Filium vult Chaldæus, cùm ve it Verbum Domini, Valentia autem Patrem æternum. Le Blanc totam Trinitatem accipit, cu enim Spiritus S. excluderetur, cùm de sanctitate & loco sancto agitur, cùm illi sanctificatio tri uatur. Et quidem ter repetitur vox Domini, vt Trinitas personarum declaretur: Dominus (P ter) in templo sancto suo: Dominus (Filius) in cælo sedes ejus. Dominus (Spiritus S.) in rrogat justum & impium.

III. *Quibus oculis DEus aspicit pauperem?* ℟. Dionysius Carth. duos oculos dat DEo, ne pe misericordiam & prouidentiam. Hi sunt oculi columbæ, quæ sedent super (id est juxta) aq as, hoc est afflictiones justorum, vt ijs formam suam imprimant, & sui memoria dolorem m liant atq; opem afferant. Cant. 5. v. 12. ait sponsa sponsum alloquens: *oculi tui sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resident juxta fluenta plenissima.* Nota vox co mbæ non est genitiuus singularis, sed nominatiuus pluralis, vnde & subditur, quæ lacte sunt lo in plurali, non quæ lata est. Comparantur ergo oculi sponsi duabus columbis, quæ reside t super riuulos aquarum & fluenta plenissima: tum quia columbæ delectantur aquis, vt in ijs eipsas velut in speculo speculentur, vtq; ijs se abluant, sunt enim nitoris amantissimæ: tum vt n ijs videant vmbram accipitris, itaq; ejus vngues auolando effugiant: tum quia oculus in uo orbe & cauitate humida residens, & innatans similis est columbæ residenti & innatanti aq is, ex orbe enim hoc oculorum stillant lacrymæ, ceu aquæ ex fonte: Vnde Hebræum *ain* tam oc lum quàm fontem significat. Quod enim fons in terra, hoc in homine est oculus, ille stilla quam, hic lacrymas: ille orbicularis est, hic rotundus. Oculi Christi sunt fontes miserico lissimæ pietatis & prouidentiæ erga omnes quos aspicit, patet in Samaritana quam vidit, cù sederet supra fontem Ioan. 4. 6. Matt. 4. 18, cùm Petrum & Andream ad se vocauit, patet in Matthæo, in Zachæo &c.

IV. *Quid est palpebris interrogare filios hominum?* ℟. est exactè & intima quæq; scrutari at ntè, accuratè, exquisitè. Palpebræ, inquit Bellarm. ponuntur pro oculis, & oculi pro mente, k interrogare pro exactè cognoscere, acsi exactissimè priùs interrogasset & examinasset. Palpe ras itaq; DEi dicit S. Hieron. esse subtilitatem Diuini judicij & judicia DEi occulta. Itaq; tu c considerat filios hominum, vt ait Cassiod. cùm eos negligere quasi dormiens æstimatur: at , vt loquitur Euthym. per palpebras significare voluit, quòd si quando DEus videtur non a cere: sed in absconditis animi ac mentis morari, tunc tamen nihilo minùs videt. Qui enim attentè rem considerare vult ac diu, palpebras ferè conjungit, vt vis sit magis vnita & pote ior, & oculus non dissipetur, ad alia objecta, & varijs incurrentibus speciebus attentio non m nuatur.

V. *Cur vitio vertitur ei, qui diligit iniquitatem, quòd oderit animam suam, cùm dicat Christus* Ioan. 12. 15. *qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* ℟. Odisse animam diuerso modo sumi in duobus illis lo s, vt satis apparet. Sufficiat S. Aug. tract. 51. in Ioan. [Magna & mira sententia, quemadmodum sit hominis in vitam suam amor, vt pereat, Si malè amaueris, tunc odisti: si bene o d is, tunc amasti. Felices qui oderunt custodiendo, ne perdant amando] Bene odit animam su m, qui ejus concupiscentijs & desiderijs prauis resistit, & priùs mori paratus est, quàm Deu offendere. Is potest dicere Rom. 8. 38. *Certus sum quia neq; mors neq; vita &c. poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo JEsu.* Tale sanctum odium sui habebat, & perfectum D i amorem, S. Tiburtius martyr, qui Torquato judici dicebat: applica eculeos, suspende Christ nos, damna, percute, incende, vniuersa deniq; supplicia adhibe: si exilium minaris; hoc p losophantibus est totus mundus: si mortis supplicium; euadimus mundi carcerem: si ignes, m jora his in cupiditatibus incendia vincimus: decerne quidquid libet. Omnis nobis vilis est p na, vbi pura comes est conscientia.

VI. *Qui sunt ij laquei, quos pluet super peccatores* v. 7.? ℟. pluuia laqueorum, quam Deus in celeratos immittit in hac vita sunt variæ pœnæ, ex quibus se explicare non possunt, lites, neg ia intricata & inuoluta, bonorum jacturæ, morbi, infamia & similia. Verbo, laquei sunt o mnia quæ nos implicant, irretiuntq;, & ne euadamus perstringunt. In morte sunt laquei v ij habitus vitiorum, qui animam complectuntur, & multis spiris cingunt, remorsus conscienti , fraudes admissæ, restitutiones faciendæ, liberorum, vxoris, affinium, amicorum lecto circ nstantium nimius amor, deliciarum, honorum, diuitiarum animo obuersantium jactura,

Templum in quo sedet DEUS.

Oculi DEi.

Palpebris interrogare

Odium animæ suæ.

Laquei peccatorum.

dolores corporis, timor ſuppliciorum æternorum. In his & alijs miſera ſe impij anima, vi in labyrintho & fune tartareo convoluit, neq; exitum videt. In extremo judicio pluit Domi nus laqueos ſuper peccatores, quia tradet eos damnationi æternæ, quam euadere non valebunt. Vel meliùs, laquei peccatorum in judicio erunt accuſationes innumeræ dæmonum, hominum Angelorum bonorum, & conſcientiæ propriæ, quibus reſpondere, & ſolutionem inuenire non poterunt. Deinde peccata admiſſa animam eorum nodo indiſſolubili cingent, corpus verò ca tenæ flammeæ conſtringent. In inferno deniq; ligabuntur impij Matth. 22, 13. Tunc dice rex miniſtris, ligatis manibus & pedibus, mittite eos in tenebras exteriores.

VII. *Cur ignis, ſulphur, ſpiritus procellarum dicitur pars calicis?* ℟. Non deſignatur tot pœna damnatorum, ſed tantùm ejus pars. Nam imò non fit mentio pœnæ damni, id eſt, pri uationis DEI. 2dò non declaratur pœnarum æternitas, & alia multa, Unde Euthym. piè no tat: Si, ait, vel ſola hujus calicis pars adeo intolerabilis eſt, quid dicendum eſt de reliquis ſup pliciorum partibus? hoc eſt, de alijs ſuppliciorum generibus.

Pſalmus XI. Saluum me fac.

Dauid in domo impiorum, fortè domeſticorum Saulis, habitans orat ne ab ijs contaminetur.

Veritas triplex.

I. *De qua veritate eſt ſermo* v. 1. *quoniam diminutæ ſunt veritates à filijs hominum?* ℟. Triplex eſt veritas, alia doctrinæ, alia vitæ, & alia juſtitiæ, hæ diminutæ ſunt inter homines & ab ipſis hominibus. imò veritas doctrinæ imminuta eſt, quia multiplicata ſunt documenti errorum, ait Dionyſ. Hæretici non tollunt prorſus veritates fidei, ſicut pagani, ſed illas immi nuunt, partem aſſerentes, partem tollentes, ſicq; Chriſtum diuidunt, & pro ſua phantaſia colo rant, 2dò veritas vitæ eſt, cùm vita reſpondet verbis, promiſſis, faciei, compoſitioni corporis nomini Chriſtiano, officio, profeſſioni. Cùm enim ab illis diſſonat, eſt mendax & fallax. Co lumbinam ſimplicitatem & innocentiam omnes præ ſe ferre geſtiunt, ſed pleriq; in guttur verſicolores habent: aut aptiùs multos comparabis cygno, qui in pennis eſt candidus, in carn niger. Verba alata ſunt, & pennas habent, alba in plerisq; ſunt, ſed caro & ejus concupiſcen tia eſt denigrata ſuper carbonem. 3tiò eſt veritas juſtitiæ: id eſt, veracitas & fidelitas in pro miſſis, & de hac hîc potiſſimum eſt ſermo. Vult Dauid dicere, evidens defeciſſe ſanctum, id eſt, non eſſe ampliùs vllum juſtum & ſanctum, quia omnes ſunt perfidi, & qui opem promiſe rant, me licet innocentem contra omnem juſtitiam accuſant apud Saulem, & falſa de me in aula, & toto regno jactant.

In corde & corde loqui

II. *Quid eſt in corde & corde loqui* v. 3.? ℟. Eſt loqui duplici corde, vt ait S. Aug. Aut aliud loqui voce oris, aliud geſtare in animi intentione. In corde & corde locuti ſunt, inquit, Bellarm. id eſt, duplici corde locuti ſunt, aliud volentes loqui, & aliud volentes facere, & ſic decipere.

Labia noſtra à nobis ſunt.

III. *Quis eſt ſenſus verborum,* LABIA NOSTRA A NOBIS SUNT? ℟ idem eſt, ac ſermo noſter eſt in noſtra poteſtate, & liber, vt neq; de factis alicui nobis reddenda ſit ratio. Vel *à nobis ſunt*, id eſt, pro nobis faciunt, à parte noſtra pugnant, ſunt nobis optimum inſtrumentum ad præualendum alijs hominibus, ita Bellarm. *à nobis ſunt*, id eſt, nobis, qui à parte Saulis ſtamus, & illi Dauidem tradere volumus, licèt omnia loqui ad placitum, & verbis fallere, nemo enim nos reprehendet; *à nobis ſunt*, id eſt, à nobis ipſis habemus vim eloquendi & perſuadendi, quæ volumus, illam non ferimus DEo acceptam.

Impij in circuitu ambulant.

IV. *Quis ſenſus verborum,* IN CIRCUITU IMPII AMBULANT? ℟. David cuſtodiâ DEI ſecurus ridet impios, ſe ac ſuos cum fatigatione & inutili labore conquirentes, quia in circuitu ambulant, labor eorum numquam finietur. In circuitu, id eſt, circa nos, circa vrbem Ceilam, in qua nunc ſum, & circa totam Judæam ſcelerati à Saule in omnem partem miſſi circumcurſant, vt nullo in loco latere poſſim ac tutus conſiſtere: & quidem hoc facis ſecundùm altitudinem tuam, id eſt ſecundùm profundiſſimam & incomprehenſibilem ſapientiam, & inveſtigabilia judicia tua, per quæ pateris multiplicari & exaltari hoſtes meos vitiis omnibus coopertos.

Pſalmus XII. Uſquequo Domine.

Queritur de tarda Dei ope in tam diuturna Saulis perſecutione.

Obliviſci Dei.

I. *Quomodo DEus dicitur obliviſci?* ℟. DEus nullius rei poteſt obliviſci. Eſt enim mens æterna, infinitæ ſapientiæ fons & oceanus, rerum omnium tum præteritarum tum præſentium lucidiſſimum ſpeculum. *Illi*, vt ait S. Amb. l. de interpellatione Dauid, *omnia quæ ſunt facta, & futura, præſentia ſunt,* Obliviſci tamen dicitur 1mo, cùm ob alicujus delicta eum derelinquit tentariq; permittit atq; affligi, vt flagello erudiatur ita Euthym. 2dò cùm etiam ſine delicto procraſtinat inuocatus, & differt juvare. Ita Theodoretus. Memoria eſt veluti fons & radix be-

d beneficentiæ: itaq; hoc obstructo fonte & succisa radice arescant omnia necesse est.

Faciem auertit D 9.

II. *Quandonam DEus à nobis faciem auertere dicitur*? ℞. DEus à nullo hominum faciei suam, id est, intellectum diuinum potest auertere, cùm sit vbiq; præsens, & omnia simplicimo & perfectissimo actu intueatur: dicit tamen David: *usquequo auertis faciem tuam* (hald. splendorem vultus tui *) à me*? est catachresis, quia DEus facie caret. Auertere autem faciem dicitur DEus, *cùm non dat animæ notitiam sui, quæ adhuc purum mentis oculum non habet*, vt ait S. Aug. vbi adverte cum Bellarm. qui tentatur duo mala pati solet, praua desideria in voluntate, & tenebras in intellectu. Quando praua desideria valde urgent, tunc videtur DEus obliuisci & deserere animam. Quando tenebræ obscurant intellectum, videtur DEus auertere faciem suam ab anima. Ipse enim lux est, & ideo illuminat, cùm conuertit faciem: in tenebris relinquit, cùm auertit. Propter primum dicit homo in tentatione: *Usquequo Domine obliuisceris mei in finem*? propter secundum dicit: *usquequo avertis faciem tuam à me*? 2o & meliùs, DEus auertit faciem suam, cùm dissimulat quasi non videns, vt loquitur Mariana: cùm quasi iratus & auerso vultu, fauorem suum non exhibet, vt ait Jansenius [facies Di, ait Euthymius, potentia illa in Deo est, qua aspicit nos, ac custodit, & beneficiis donat. Aersio autem Dei contraria operatio est, quando nimirum indignos quosq; à custodia & protectione sua auertit, tanquam ea operentur, quæ in ipsius conspectu abominabilia possint videri]

Mors peccati.

III. *Quomodo dicit David*, NE UMQUAM OBDORMIAM IN MORTE? ℞. Ne fide extincta mors peccati adueniat. Ut enim ait Cassiod. *Oculi cordis in mortem obdormiunt, quando fidei lumine sepulto, carnali delectatione clauduntur*. Sumpsit ex S. Aug. qui ait: oculos cordis oportet intelligi, ne delectabili defectu peccati claudantur. Peccatum est mors. 1mò mors est priuatio vitæ, ita peccatum est priuatio gratiæ. Nam non potest stare gratia cum peccato. 2. mors priuat visu oculorum, aurium &c. ita & peccatum, terrena enim, & vana, atq; inutilia videt, audit, loquitur &c. sed nulla diuina, cælestia, atq; æternitati vtilia 3. mortuus nihil sentit ita nec peccator. 4. mortuus computrescit ac fœtet 5. mortuus domo ejicitur, eadem est sors sceleratorum, quos DEus & Angeli ob fœtorem atq; putredinem à se rejiciunt: Ipsos sufficit sacros peccatum corrumpit Isa. 1. 14. *Calendas vestras* (id est Neomenias, quæ fiebant primo die mensis) *& solemnitates vestras odiuit anima mea, facta sunt mibi molesta, laboraui sustinens*.

Psalmus XIII. Dixit insipiens.

Atheorum multitudo, impietas, & peruersi fructus.

I. *Cur insipiens dicit* IN CORDE SUO non esse DEum? ℞ S. Hieron. qui id de infideli exponit: quia non est ausus dicere, ne deorum suorum numina violaret. S. Chrysost. ait: *Dixit insipiens in corde suo: non est DEus. Est enim vbiq; sed non est in corde insipientis* S. Aug. *Dixit imprudens* (sic ipse legit) *in corde suo non est DEus: quia hoc nemo audet dicere, etiamsi ausus fuerit cogitare*. q. d. omnes creaturæ arguerent mendacij eum, qui hæc diceret in illum insolarent, ei os vt venenatum fontem, & stygis fornacem atq; hiatum occluderent.

Deum esse quomodo notum est.

II. *Est ne per se notum DEum esse?* ℞ Hæc propositio, *DEus est*, considerata secundùm se est per se nota sed comparata cum intellectu viatorum & connaturali modo intelligendi nostro, non est per se nota nobis. Prima pars probatur ratione S. Thomæ 1. p. q. 2. a. 1. quia ex hoc aliqua propositio est per se nota, quòd prædicatum includitur in ratione subjecti, vt homo est animal, est de ratione hominis: atqui in hac propositione, *Deus est*, prædicatum idem est cum subjecto, Deus enim est suum esse, vt docet S. Thom. q. 3. a. 4. igitur necesse est propositionem illam esse notam secundùm se: est enim cognoscibilis per solam cognitionem ac penetrationem suorum terminorum, id est, prædicati & subjecti, absq; vlla dependentia ab alio termino, cujus tertij termini notitia præter notitiam duorum terminorum sit necessaria ad notificandam illam propositionem. Si enim esse pertinet intrinsecè ad rationem formalem Deitatis, ita se habet respectu illius, vt ne nostro quidem intelligendi modo cum fundamento in re possit in Deo concipi prior aliqua causa seu ratio, propter quam Deitati conueniat esse. Itaque hæc propositio *Deus est*, propositio est immediata, id est, quæ non est à priori demonstrabilis. Secunda pars, nempe quòd Deum esse non sit per se notum quo ad nos, probatur ratione S. Thomæ, quia, inquit, nos nescimus de DEo, quid est, ergo hæc propositio, DEus est, non est nobis per se nota? sed indiget demonstari per ea, quæ sunt magis nota quo ad nos, & minus nota quo ad naturam, scilicet per effectus. Nullus enim creatus intellectus potest naturaliter habere de Deo conceptum quidditativum per se, & immediatè, siue intuitiuè, sed solùm meditè, & per aliud: id est, per mediatum conceptum creaturarum, à creaturis abstractum.

III. *Si non est per se notum quo ad nos, Deus est; cur vocatur insipiens, qui illum in corde suo negat?* ℞ quia habemus naturalia principia sensuum & luminis rationis, quibus licèt per discursum ex effectibus, tamen facilè, & absq; vllo doctore possumus venire in cognitionem existentiæ DEi. S. Thom. q. 10. de veritate art 22. ad 1. Cognitio, inquit, existendi DEum di-

citur omnibus naturaliter inserta: quia omnibus naturaliter insertum est aliquid, vnde potest peruenire ad cognoscendum DEum esse. Sap. 13. 5. *à magnitudine enim speciei* (id est, formæ & pulchritudinis solis & lunæ &c.) *& creaturæ, cognoscibiliter poterit creator horum videri.*

Demonstrationes, quòd Deus sit.

IV. *Vnde peti possunt demonstrationes, quòd DEus sit?* ℟. 1ma demonstratio peti potest à motu, vt facit Arist. Phys. 7. & 8. & Metap. 9. In rerum natura est primum aliquod mouens omnia alia, quod ipsum à nullo mouetur. Omnia enim quæ moueri experimur, mouentur ab alio: quod enim mouet, est actu: & quod mouetur est in potentia, & nihil est simul in actu & potentia ad idem. Omnis autem motus, quod mouetur ab alio, debet necessariò venire ab aliquo primo mouente immobili: mouens enim secundum non mouet nisi in virtute mouentis prioris; sicut baculus non mouet lapidem, nisi per hoc quòd est motus à manu, neq; potest in hoc esse processus in infinitum: Quia tunc nullus esset motus, cùm numquam terminari possit processus in infinitum. 2da Demonstratio, quòd DEus sit, petitur ex ratione causæ efficientis, vt docet Arist. l. 2. Metaph. text. 6. Nam est in rerum natura causa quædam efficiens prima, quæ ipsa videlicet non sit ab alia, alioquin daretur processus in infinitum, quod est impossibile in productionibus: quia nulla causa media quidquam efficit, nisi vt est à causa priore, nullus autem infinitus processus potest vnquam compleri. Sic S. Paulus docet ex aspectu creaturarum Philosophis innotuisse Deum Rom. 1. 19. *Quod notum est DEi, manifestum est in illis. Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur; sempiterna quoq; ejus virtus & diuinitas. Ita ut sint inexcusabiles, quia cùm cognouissent DEum, non sicut DEum glorificauerunt.* 3tia Demonstratio petitur ex ratione entis contingentis, & entis necessarij. Est enim in rerum natura aliquod ens necessarium, quod fuit semper, & quod non habet causam suæ necessitatis. Omne enim contingens aliquando non fuit: si igitur omnia essent contingentia, aliquando nihil fuisset: si autem aliquando nihil fuit, quis omnia creauit. *4ta* Demonstratio petitur ab admirabili rerum gubernatione. Est enim aliquod ens perfectissimum & sapientissimum, à quo res omnes naturales in fines suos diriguntur. Videmus enim creaturas omnes tendere ordinatè in finem suum, à se autem ipsis moueri non possunt, cùm ratione careant.

Conscientia impiorum.

V. *Cur tam meticulosi sunt impij, vt trepident timore, vbi non est timor?* ℟. quia conscientia eos mordet, & meritam se esse pœnas, itaq; semper vltrices furias adesse putat: quia læsam habent imaginationem & mentem, putant se ea videre, quæ non vident, sentire quæ non sentiunt. Quia sciunt DEum se habere hostem, Angelos, sanctos omnes, & viros pios, vnde putant gladium ceruicibus suis semper intentari, itaq; trepidi fugiunt. quia nimis amant terrena, & illa timent amittere, cùm tamen illorum, vtpote vilium bonorum amissio non sit timenda.

Psalmus XIIII. Domine quis habitabit.

Via in cælum innocentia vitæ, & charitas in proximum.

Cælum tabernaculũ & mons.

I. *Quod tabernaculum, & quem montem hîc David intelligit?* ℟. Per tabernaculum & montem intelligit cælum, seu Ecclesiam in cælo triumphantem. Tabernaculum Moysis typus fuit cæli, & cælum instar tentorij expansum est, ps. 60. v. 5. & Apoc. 21: v. 3. In Hebræo est, vt notat S. Hieron. *Quis peregrinabitur in tentorio tuo?* quia nos omnes respectu cæli non ciues nati sumus, sed peregrini per adoptionem adscripti: hinc cælo quasi peregrini excipimur, inquit S. Chrysost. Per montem omnes pene interpretes intelligunt cælum empyreum & felicitatem: ibi enim est perfecta & secura quies, nullo autem alio in loco. Hic in motu sumus, ibi in termino: hic in exilio, ibi in patria: hîc tempestas est, ibi portus: hîc bellum est, & vulnera, ibi pax & sanitas; hîc luctus & tristitia, ibi lætitia sempiterna.

II. *Quis sensus verborum*, QUI INGREDITUR SINE MACULA? ℟. Qui viam cæli init & prosequitur nullo peccato vel actuali vel habituali maculatus & deturpatus, ille perueniet ad tabernaculum vel montem sanctum DEi, id est, in cælum, si tamen fugæ peccati addat exercitium virtutum. Duo enim sunt viri justi officia, declinare à malo & facere bonum, vnde hîc additur, *& operatur justitiam.* Vbi aduerte, justitiam tripliciter sumi posse 1. strictè, vt est specialis virtus. 2. latè, pro omni virtute. 3. pro virtute debita & ex obligatione. Ugo Card. & alij justitiam generaliter sumunt pro bonis operibus quibuscumq;, ita vt sensus sit. Qui operatur justitiam, id est, qui bene viuit, & bona opera facit, ille saluabitur, & manebit in Dei tabernaculo & monte sancto.

Justitia triplex.

Veritas in corde.

III. *Quis loquitur veritatem in corde suo* v. 3.? ℟. Qui non cogitat in corde suo aliquam falsitatem, qua proximum decipiat, sed tantùm veritatem concipit apud se. ita Jansenius, q. d. qui non machinatur in animo suo fraudes ac dolos, quibus alium intercipiat, & inopinantem laqueis suis irretiat, sed sincera tantùm & candida versat animo.

Proximus.

IV. *Quis est proximus* v. 3? ℟. Omnis homo nobis proximus est, quia proximè nullo mediante ad nos accedit, nosq; contingit per eamdem naturam humanam, Christi gratiam,

Eccle-

Ecclesiæ communionem, Sacramentorum participationem, gloriæ spem & alia. *Illum arbitrare proximum*, inquit S. Isidor. Pelus. in epist. *Qui tui maximè indigeat, & sponte tua ad auxilium ferendum accede*, vt fecit Samaritanus oleum & vinum infundens in vulnera jacentis & confossi à latronibus, eum imponens in jumentum suum, dans duos denarios stabulario, hoc est, hospiti, qui stabulo & hospitio præerat, vt illius curam haberet vsq; ad suum reditum. His charitatis actibus se illius afflicti proximum probauit, vt dicitur Luc. 10. 37.

V. *An & quomodo obliget juramentum?* ℞. Juramentum tres comites habere debet, scilicet justitiam, judicium, & veritatem. 1mò enim, vt ait S. Thom. 1. p. q. 89. a. 3. requiritur, vt aliquis non leuiter, sed ex causa necessaria & discretè juret. Et quantum ad hoc requiritur judicium, scilicet discretionis, ex parte jurantis. 2dò quantum ad id, quod per juramentum confirmatur: vt scilicet neq; sit falsum, neq; aliquid illicitum: & quantum ad hoc requiritur veritas, per quam aliquis juramento confirmat, quod verum est: & justitia, per quam confirmat, quod licitum est. Judicio autem caret juramentum incautum: veritate autem juramentum mendax: justitiâ autem juramentum iniquum siue illicitum. Hoc posito docet S. Doctor a. 7. quòd quicumq; jurat aliquid se facturum, obligatur ad id faciendum, ad hoc quod veritas impleatur, si tamen alij duo comites adsint, scil. judicium & justitia. Verba v. 4. *Qui jurat proximo suo & non decipit*, possunt intelligi tum de tempore præsenti, cùm quis jurat, q. d. qui cùm jurat, non habet animum decipiendi: tum de tempore postquam juravit, q. d. qui fideliter implet ea, quæ jurauit, ille habitabit in tabernaculo & monte sancto DEi. Adde, reprehendos esse illos, qui juramenta sua fraudulenter & vafre interpretantur, vt qui pactus induciis aliquot dierum, de nocte prædas agebat. Solimanus Turcarum Imp. infensus Ibraimo, quem antea præ cæteris dilexerat, & ad summum fortunæ fastigium euexerat, ita vt omnia in ejus imperio posset, dormientem occidi imperauit: quod, vt ait Jouius, cùm ipse aliquando familiari sermone à Solimano postulasset, vt non se tantis honoribus onerare contenderet, ne demum amplitudine odiosa supra æquum florentem, è tanto fastigio præcipitem dare aut occidere, necesse haberet: fidem Solimanum in ea verba dedisse, vt numquam ei viuo vitam erepturum polliceretur: sicq; ne fidem datam falleret, non aliter, quàm altè stertenti necem intulisse: quoniam Telesmanes quidam, seu Sacerdos Turcici juris interpres, dormientem nequaquam inter viuos censeri asseuerasset. ita Spond. tom. 3, anno 1535. num. 26.

Juramentum an & quomodo obligat.

Psalmus XV. Conserva me Domine.

Christo appropriatur, qui orat Patrem, vt se à malis præseruet & protegat. Gratias agit de sua resurrectione & glorificatione.

I. *Quænam sunt illæ Christi voluntates* v. 2. ? ℞det Bellarm. intelligi omnem beneuolentiam ejus, omniaq; studia erga electos, declarando illa tum per prophetas, & varias veteris testamenti figuras: tum per Christi ipsius & Apostolorum miracula: præsertim autem intelligi mirabilem ejus erga ipsos beneuolentiam, cùm pro ijs animam suam ponere voluerit.

II. *Quid per infirmitates intelligitur* v. 3. ? ℞. opum jactura, morbi, dedecora, aliaq; his similia. Bellarm. explicat de pœnitentibus peccatoribus. Antea, inquit, infirmissimi erant multiplicatis peccatis vsq; ad summum: sed postea sancti per gratiam fortes effecti sunt, & ideo exultarunt ad currendam viam. Hoc apparuit in principio Ecclesiæ, quando conuersi homines ab idololatria, ad martyria festinabant.

III. *Quis est sensus* v. 4. NON CONGREGABO CONVENTICULA EORUM DE SANGUINIBUS? ℞. idem est, ac, non placebunt mihi congregationes, quas siue Judæi, siue Gentes habebunt ad cruenta pecudum sacrificia instituenda. Itaq; illos conuentus non congregabo, non suadebo, vt ejusmodi cætus fiant, eosq; ne nominabo quidem, sed enitar, vt obliuioni tradantur.

IV. *Quis sensus* v. 5. DOMINUS PARS HÆREDITATIS MEÆ ET CALICIS MEI? ℞. Dominus est mea hæreditas, mea possessio, meus cibus, meus potus: vt beatissimi sint, qui hanc partem mecum possident, hunc cibum mecum comedunt, hunc calicem mecum bibunt. Hæc est enim vera illa ambrosia: hoc verum illud nectar immortalitatis. Quid ego libarem de illorum sacrificijs sanguinarijs, quasi vel carnem taurorum esuriens, vel sanguinem hircorum sitiens? meum sacerdotium nouo & inaudito sacrificio constat. Ego enim cùm essem in gloria patris, demisi me huc, vt assumerem hominem: vt ipsa Deitas humanitati fieret possessio, cibus, potusq; immortalitatis, & humanitas Deitati victima seu holocaustum in odorem suauitatis. Ad hoc sacrificium inuitaui genus humanum vniuersum, memetipsum in cibum & potum distribuens, vt me edentes, DEum edant, hoc est, ipsissimam vitam æternam. Itaq; factum est, vt jam DEus mea pars sit, meaq; hæreditas, atq; in DEo possideam, conseruem, sustentem, & vitâ æternâ viuificem omnes gentes totius mundi. Hoc nimirum est, quod jam loquitur apud prophetam per apostrophen: tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi: siue, vt ex Hebræo sonat, tu sustentas sortem meam. Sors & hæreditas Christi nos sumus. Amissi eramus

Hæreditas Christi.

mus per Adæ primi parentis peccatum: reſtituti autem per juſtitiam noui Adæ, qui eſt Chriſtus JESUS.

Funes ceciderunt in præclaris.

V. *Quomodo intelligenda illa verba:* FUNES CECIDERUNT MIHI IN PRÆCLARIS &c.? ℞ funibus, illi qui diuidebant hæreditatem, agros dimetiebantur. Hoc eſt igitur, quod dicit, cùm illi menſores agrorum admetirentur mihi meam partem, præclarè mecum actum eſt, nempe vt DEus ipſe factus ſit fundus meus in cœlo, in terris autem poſſeſſio omnium gentium juxta illud pſ. 2. dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Quàm præclara ſeu amœna & jucunda fuerit Chriſto Domino hæreditas, qua cœlum terræ, DEum generi humano tanquam fundum fundo conjunxit, multis modis locisq; ſcripturæ declarauit. In ea precatione, qua vſus eſt ad patrem, aditurus prælium illud, quo profligaturus erat tyrannum diabolum ab inferiore hac hæreditatis parte genere humano, audi quanto cum ardore animi dicat: ego claritatem, quam tu dediſti mihi, dedi eis, vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. Ego in eis, & tu in me: vt ſint conſummati in vnum, & cognoſcat mundus, quia tu me miſiſti, & dilexiſti eos, ſicut & me dilexiſti: Pater, quos dediſti mihi, volo vt vbi ſum ego, & illi ſint mecum Joan, 17. Ecce hæc eſt illa præclara hæreditas, quam filius à patre petiit: à qua tyrannum diabolum depulit quam ſibi patriq; vindicauit: cui patrem ipſum reconciliauit: de quibus omnibus deinceps laudans gratias agit DEo patri, his Verbis. *Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum.*

VI. *Quis ſenſus horum verborum* BENEDICAM DOMINUM &c.? Qui ſpiritum ſuum in me ſine menſura, abundantiſſimaq; plenitudine effudit, qui me doceret voluntatem ipſius patris, atq; ſapientiam omnem. Hoc enim & S. Joan. c. 3. ſignificat: quem enim miſit DEus, verba DEi loquitur: non enim ad menſuram dat DEus ſpiritum:. pater diligit filium, & omnia dedit in manu ejus. Et ipſe Chriſtus D. de ſe Joan. 8. à me ipſo facio nihil, ſed ſicut docuit me pater, hæc loquor. Hæc omnia de humana ejus natura intelligenda ſunt, in cujus perſona propheta hîc loquitur: niſi fortè & ſecundum diuinam ejus naturam, velimus dicere filium eadem ratione omnia diſcere & accipere à patre, qua ex patre naſcitur. Nam ſicut illud naſci ex patre, non facit illum juniorem patre, cùm natiuitas illa ſit æterna, neq; initium habens neq; finem: ita neq; diſcere illum à patre & accipere à patre, facit illum vel indoctiorem, vel pauperiorem, vel vlla ex parte minorem patre: ſed ordinem duntaxat perſonarum indicat: qui ordo à patre tanquam principio ſeu fonte omnium incipit. Sed commodius hæc de humana natura intelliguntur, in qua non modò cæleſtia illa atq; diuina arcana patris, hominibus ante ipſum abſcondita, didicit, ſed etiam, cùm eſſet filius DEi, vt ait Apoſt: Heb. 5. didicit ex eis, quæ paſſus eſt, obedientiam: & conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. Nam vt in eadem ep. c. 2. ſcribit: debuit per omnia fratribus ſimilari; vt miſericors fieret, & fidelis pontifex ad DEum, vt repropitiaret delicta populi. In eo enim, in quo paſſus eſt ipſe & tentatus, potens eſt & eis, qui tentantur, auxiliari. Hoc nimirum eſt, quod ſequitur: *& uſq; ad noctem increpuerunt me renes mei.* Sic enim S. Auguſt. hoc interpretatur: ſuper intellectum autem, inquit, vſq; ad mortem erudiuit me inferior pars mea, carnis aſſumptio: vt experirer tenebras mortalitatis, quas ille intellectus non habet. Tenebras mortalitatis expertus Chriſtus: quia mortuus & ſepultus, deſcendit ad inferna. Sed hæc omnia magno invicto, & excelſo animo aggreſſus eſt, ac ſuperavit: quia ſciebat ſibi certam paratam eſſe victoriam, nimirum quòd DEum ſibi haberet à dextris, hoc eſt defenſorem ac protectorem adversùs omnia mala.

VII. *De quo ſunt intelligenda verba* v. 9. CARO MEA REQUIESCET IN SPE? ℞ De Chriſto Domino. Hoc eſt, corpus meum in diem tertium ſecurum dormiet in ſepulchro, indubitata certaq; concepta ſpe reſurrectionis, Quia ipſa Eccleſia caro Chriſti, ſicut Adam figura dixiſſe legitur: *hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea.* Quæ ſicut redivivus ex mortuis ſponſus, in cœlum præceſſit, ita & ipſa, reviviſcentibus omnium, quicumq; vnquam obdormient in Domino corporibus, eodem eſt ſecutura. Hujus tam beatæ ſpei rationem ſubjicit dicens: *Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.* Deſcendit quidem in anima ſua Chriſtus ad inferna, relicto tantiſper in ſepulchro corpore non vt illic aliquid pateretur: ſed vt ſolutis doloribus inferni, juxta quod impoſſibile erat teneri illum ab eo, inquit Petrus, Spiritus piorum patrum, qui in ejus adventum crediderant, liberaret, captivitatemq; captivam duceret, & de Diabolo potentiſſimè triumpharet. Quo deſcenſu & illud effecit, vt & animæ Sanctorum jam non poſſent ab inferno teneri: ſed exutæ corporibus, cum DEo vivant, magno cum gaudio expectantes reſurrectionem corporum ſuorum. Porrò quod ait propheta: *non dabis ſanctum tuum videre corruptionem* ſignificat Chriſti corpus nequaquam corruptum iri in ſepulchro putredine. Quamquam verò corpora noſtra ſepulta putreſcunt, non pereunt tamen, ſed tamquam ſemina conduntur terrâ, vt tempore à DEo præfinito, lætiſſimo cum fructu reſurgant. *Seminatur* 1. Cor. 15. *in corruptione; ſurget in incorruptione &c. Notas mihi feciſti vias vitæ,* id eſt mortuum ac ſepultum, tu ſtatim reſuſcitabis ad vitam.

Pſal-

Pſalmus XVI. Exaudi Domine

Oratio Davidis à Saule (allegoricè Chriſti à Judæis) graviter afflicti.

I. *Quid eſt*, NON IN LABIJS DOLOSIS v. 2.? ℟ Exaudi orationem meam, quæ non procedit ex labijs doloſis, ſed in juſtitia nititur. Itaq; ſenſus eſt, moveat te Domine juſtitia, moveat deprecatio, moveat juſti deprecatio. Labijs doloſis fit deprecatio à peccatore. Iſa. 29. v. 13. *appropinquat populus iſte ore ſuo, & labijs ſuis glorificat me, cor autem ejus longè eſt à me.* Id autem eſt fraudulentum, ore orare & ſupplicare, corde autem maledicere DEo per occulta peccata.

II. *Quis ſenſus* v. 2. DE VULTU TUO JUDICIUM MEUM PRODEAT, OCULI TUI VIDEANT ÆQUITATES? ℟ Bellarm. vultum pro ore ſumi cenſet, & ſenſum eſſe, q. d. Te appello Domine, à te judicari volo, qui es judex juſtiſſimus, *De vultu tuo*, id eſt, ab ore tuo, judicium meum prodeat, id eſt, ſententia pronuntietur, *Oculi tui videant æquitates*, id eſt, noli claudere oculos & conſidera quid juſtitia exigat. Non enim ponitur hoc loco æquitas pro epiichia, ſed pro ipſa vera juſtitia, vt ſonant vocabula Hebræa & Græca.

III. *De qua nocte loquitur* v. 3. PROBASTI COR MEUM ET VISITASTI NOCTE? ℟ De illa nocte, qua niſus eſt Saul configere Davidem lanceâ in pariete, & declinavit David à facie Saul, lancea autem caſſo, id eſt irrito & inani vulnere perlata eſt in parietem. *Et David fugit & ſalvatus eſt nocte illa*: ſe in domum ſuam recipiens. Miſit autem Saul ſatellites ſuos in domum David, vt cuſtodirent eum, & interficerent manè, quod cùm annunciaſſet David Michol vxor ſua dicens: *niſi ſalvaveris te nocte hac, cras morieris*, depoſuit eum per feneſtram; porrò ille abijt, & aufugit, atq; ſaluatus eſt 1. Reg. 18. Tunc tenebroſa nox fuit Davidi atque fornax probatoria. Alijs verò temporibus, quibus Saulem hoſtem in poteſtate habuit, potiùs erat illi res proſpera, quàm adverſa. Per noctem etiam poteſt intelligi tribulatio illa longiſſima, calamitoſiſſima & obſcuriſſima, qua Saule perſequente cogebatur David huc illuc fugere, & e monte in montem ſe ſubducere, perpetuam propè noctem in ſpeluncarum tenebris agens.

IV. *De quo igne dixit David*: IGNE ME EXAMINASTI? ℟ De igne tribulationis. Ignis enim vocabulo, quamlibet tribulationem deſignari clarum eſt. Deut. 14. 20. *Vos autem tulit Dominus & eduxit de fornace ferrea* Ægypti, *vt haberet populum hæreditarium*. Iſa. 8. v. 10. Dñs ipſe ait: *Ecce excoxi te, ſed non quaſi argentum* (quia ſi gloriam omnem voluiſſem removere, te totum conſumpſiſſem) *elegi te in camino paupertatis.*

V. *Quænam ſunt opera hominum, quæ noluit loqui David, cùm ait*: UT NON LOQUATUR OS MEUM OPERA HOMINUM, PROPTER VERBA LABIORUM TUORUM, EGO CUSTODIVI VIAS DURAS? ℟ Oſtendit, unde factum ſit, vt DEus non invenerit in eo iniquitatem: & dicit ex eo factum eſſe, quòd cuſtodierit vias duras juſtitiæ propter præcepta DEI, non ob aliquam ſpem humanam. Nam qui ob ſpem humanam cuſtodiunt vias juſtitiæ exteriùs id faciunt, vbi homines vident, ac per hoc invenitur in eis latens iniquitas; qui verò propter Dei mandatum viam juſtitiæ non deſerunt, id faciunt exteriùs & interiùs, atq; ideo nulla in eis iniquitas invenitur. Ait ergo: *Ego cuſtodivi vias duras*, id eſt permanſi in via juſtitiæ, quamvis aſpera & dura, neq; me vlla tribulatio ab ea via declinari fecit. Permanſi autem in hac via propter verba labiorum tuorum, id eſt, propter mandata tua ſiue propter promiſſiones & minas tuas. Ut non loquatur os meum opera hominum; id eſt, vt non cogar implorare humanam opem, ne; ab ſpe humana pendeam, neq; laudem opera hominum.

VI. *Quid eſt adipem ſuum concludere* v. 10.? ℟. Per adipem cor & viſcera intelliguntur quoniam circum hæc multa ſolet ineſſe pinguedo. Ait igitur, omnem eos à corde atq; à viſceribus miſericordiam intra ſe ipſos clauſiſſe. Miſericordia enim à corde, atq; à viſceribus dicitur deſcendere. ita Euthymius. Sed cùm Scriptura ſæpiùs vtatur adipe & pinguedine pro opulentia & quæ hanc plerumq; comitatur, ſuperbia, ferocia, atq; tyrannide, optimè alij hoc modo interpretantur: adipem ſuum concluſerunt, hoc eſt, opes facultatesq; copioſas ſuis commodis repoſuerunt, vnde tam inſolenter ferociunt, ac contra DEum imprimis, & contra homines blaſphemias faſtu pleniſſimas congerunt.

Pſalmus XVII. Diligam te Domine.

In finem puero David; qui locutus eſt, Domino verba cantici hujus, in die, qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum ejus, & de manu Saul. 2: Reg. 22. 2.

I. *De quibus doloribus loquitur David* v. 5.? ℟. De ijs quos ſenſit, quando Saul quærebat eum interficere. *Circumdederunt me dolores mortis*, id eſt, vndiq; me talia pericula oppreſſerunt, vt de ſalute corporali deſperarem. *Et torrentes iniquitatis conturbauerunt me*, id eſt, ille periculum & dolor proficiſcebantur, quòd multitudo iniquorum inſtar torrentis me inuaſerant,

ſerant, & conturbauerant, quomodo conturbari ſolent, qui à torrente aquarum deferuntur, circumuoluuntur. *Dolores inferni circumdederunt me*, id eſt mœror animi, qualem patiuntu quibus imminet diſceſſio ex hoc mundo ad locum mortuorum, qui eſt infernus, ante Chri paſſionem limbus. Laqueos mortis vocat inſidias iniquorum, quibus petebatur ad mortem.

II. *An & quando illa tempeſtas contingit, quam refert Dauid* v. 8.? ℟det Bellarm. Quò Dauid deſcribat iram DEi aduersùs hoſtes ſuos more pòëtico: ſicut enim cum iraſcitur rex al quis, & bellum parat, totum ejus regnum turbatur: ita cùm iraſcitur rex totius mundi, tot mundus turbatur, ac potiſſimum tria viſibilia elementa, terra, aër & aqua. Non ſignificat hi loco Dauid reipſa terram, aërem & aquam ita perturbata fuiſſe, vt verba ſonare videntur; ſe ſignificat, talem eſſe iram DEi, vt poſſit continuò tremefacere terram vſq; ad ima fundame ta, & in aëre continuò excitare ventos, nubeſq; tenebroſas & tonitrua atq; fulgura. Deni fontes & flumina & maria ita ſiccare, vt appareant cauernæ terræ & fontium origines. Tite mannus accommodatè hanc tempeſtatem exponit de clade Philiſthinorum, de qua agitur Reg. 5. ibi enim refertur, quemadmodum Philiſthæis diffuſis in valle Raphaim, ad quærendu Dauid vnctum in regem Iſrael, Dominus ipſi apparuit in cacumine pirorum. Sic enim reſpo ſum fuit Dauidi à Domino. Cùm audieris ſonitum clamoris, gradientis in cacumine piroru tunc inibis prælium, quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam, vt percutiat contra Ph liſthiim. Et de hoc miraculo commodè intelligi poteſt Dauid hîc locutus. Videtur inſign admodum & manifeſta fuiſſe victoria, quam à DEo cælitus accepit pro ſe pugnante, ideo d gnum duxit, illam ſingulariter in ſua gratiarum actione commemorare. Percuſſit enim tu temporis Philiſthæos, à Gabaa vſq; Geſer plagâ maximâ. Voluit tamen Dauid hîc etiam e primere opem, quam ipſi præbuit DEus in varijs bellis, licet non eſſet tam ſenſibile miraculu

III. *Cur hîc* v. 11. *& apud Ezech. Deus dicitur aſcendiſſe ſuper Cherubim, & habere illos currus ſtipatores*? ℟. vt oſtendat ſe non punire ſine cauſæ notitia, & ſine ſumma ſapienti Nam Cherubinis tribuitur ſcientia & cognitio, ſicut Seraphinis ardor & charitas.

IV. *Quomodo grando & carbones ignis poterant ſimul cadere?* ℟. fuiſſe miraculum. S 9. 24. habetur: *& grando & ignis miſta ferebantur*? LXX. adhuc ſignatiùs vertunt; erat aute grando & ignis ardens in grandine. Hoc prodigium admiratur Salomon Sap. 16. 22. *Nix a tem & glacies ſuſtinebat vim ignis, & non tabeſcebant: vt ſcirent, quoniam fructus inimicoru exterminabat ignis ardens in grandine, & pluuia coruſcans.* Rationem addit, quia creatura cr atori deſeruiens exardeſcit in tormentum aduersùs injuſtos. Sic etiam contra quinq; reg Chananæorum, qui Gabanitas, veluti transfugas impugnabant, dicitur Joſue 10. 11. *Domin miſit ſuper eos lapides magnos de cælo*, id eſt, lapides grandinis: tonitrua & fulmina addit Joſ phus l. 5. Antiq. Judaic. c. 2. Hinc exſtitit illa celebris victoria, quam vt aſpiceret & auger ſol, ſtetit per 12. vel 14. horas præter ſolitum, quod cùm acciderit ſub veſperam, fecit diem 2 vel 28. horarum & conſequenter diem naturalem 36. aut 38. horarum.

V. *Quid eſt, tu illuminas lucernam meam*? ℟. A te habeo principium omnis boni, quo eſt lumen ad diſcernenda vera bona à falſis, & vera mala à falſis. Primum enim vulnus peccato originali naturæ inflictum eſt ignorantia veri boni, & ideo prima curatio à lumine d uino incipit. Tu, inquit, illuminas lucernam meam, id eſt, oculum interiorem cordis mei ſolus illuſtras. DEus meus illumina tenebras meas, id eſt, tu pater luminum, tu lux vera, quo tenebræ non ſunt vllæ, ſicut hactenus cœpiſti illuminare interiores oculos cordis mei, i perge illuminare tenebras meas, id eſt, expelle omnes tenebras meas. Nam ſine gratia DEi i luſtrante, quod attinet ad ſupernaturalia myſteria, meræ tenebræ ſunt in corde noſtro. Na non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, tamquam ex nobis.

Pſalmus XVIII. Cæli enarrant gloriam DEI.

Sol & cæli tum materiales, tum allegorici (nempe Apoſtoli) prædican gloriam DEI contra atheos, vti & lex DEI ſanctiſſima contra impios.

I. *De quibus cælis hic agitur?* ℟. De cælis materialibus. q. d. Cæli ſua ſublimitate, varie tate, ornatu, amplitudine, motu & influxu, oſtendunt nobis & inclamant ſummam DEi eſ potentiam, ſapientiam atq; bonitatem, ac præcipuè cælum ſidereum, quod firmamentum voca mus, magna eſſe & admirabilia DEi opera declarat. Et tot literas aureas nobis oſtendit, quo ſtellas, quæ id aperiant & legendum proponant orbi vniuerſo.

II. *Quomodo dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam*? ℟. Dies vnus die bus alijs q. d. de die in diem, de nocte in noctem, id eſt, continuò cæli (ſuo aſpectu, motu & ſucceſſione tam ordinata, tamq; mirandis affectibus) loquuntur & annuntiant hominibu gloriam, potentiam & ſapientiam DEI.

III. *Quid intendit Dauid demonſtrare verbis illis:* NON SUNT LOQUELÆ NEQU SERMONES, QUORUM NON AUDIANTUR VOCES EORUM? ℟. Demonſtrat prædica tionen

»nem cælorum fieri omnibus linguis, id est, intelligi ab omnibus nationibus, ac si cæli omni- n nationum linguis loquerentur, quia videlicet omnes vident pulchritudinem & præstantiam :li, & inde venire possunt in cognitionem pulchritudinis & excellentiæ conditoris.

IV. *Qui allegoricè per cælos intelliguntur?* ℟det Bellarm. Apostoli, & alij viri Apostoli- , quia eleuati sunt à terra per contemplationem, ampli per charitatem, splendidi per sapien- im, semper sereni per animi tranquillitatem, celerrimè moti ab intelligentia per obedienti- ı, pluentes per instructionem, tonantes per objurgationes, fulgurantes per miracula, multa na terris largientes & nihil ab eis quærentes per veram liberalitatem, purissimi ab omni sor- per vitæ sanctitatem, deniq; habitaculum summi regis per justitiam perfectam. Nam anima ti sedes est sapientiæ.

V. *Cur dicitur DEus in sole posuisse tabernaculum, & non domum suam?* ℟. Quia in sole mmoratur DEus tempore peregrinationis nostræ, quo eum videmus per speculum creatura- m inter corporales autem creaturas sol obtinet principatum. Sed cùm peruenerimus ad pa- am, non in tabernaculo solis DEum videbimus, sed in propria ejus domo, quæ videlicet æ- nitas ejus est. In Hebræo habetur: soli posuit tabernaculum in eis, id est, DEus posuit in cæ- tabernaculum soli, constituit solem in cælo tamquam in tabernaculo. Probat autem pro- ieta DEum posuisse in sole tabernaculum suum tamquam in excellentissima creatura, tribus tionibus, quarum prima ducitur à pulchritudine, altera à robore, tertia à beneficentia. *Et ipse,* quit, *tamquam sponsus procedens de thalamo suo.* Hæc est ratio ducta à pulchritudine: ipse, quit, decorus, nitidus, ornatus exoritur, tamquam si sponsus aliquis esset, qui de thalamo nu- iali procederet; & verè nihil pulchrius & lucidius sole inter omnia corpora reperitur. Alte- ratio, ducitur à robore & viribus, quòd sine fatigatione, summa celeritate decurrat viam oprie immensurabilem. *Exultauit vt gigas,* velut fortis & robustus vt in Hebræo habetur, *l currendam viam.* Significatur hoc loco solem immensum cæli spatium, velocissimo cursu, ıe vlla defatigatione vel labore peragere. *A summo cælo egressio ejus, & occursus ejus usq; ad mmum ejus.* Per summum cælum oriens designatur. Non enim hoc loco per summum intel- gitur altum, sed extremum, vt patet ex Hebræo & Græco. Dicitur autem extremum, vbi res cipit, & vbi desinit. Incipit autem cælum ab oriente, quia inde surgit ejus motus, & ibi- m etiam desinit. Sensus igitur est, solem exoriri ab oriente, & per occidentem, toto cæli nbitu decurso, ad ejus orientem reuerti. *Nec est,* qui *se abscondat à calore ejus.* Hæc est po- ema ratio ducta ab vtilitate, quam capiunt omnia inferiora à sole. Siquidem ita fouet sol nnia calore suo viuifico, vt dici possit communis quidam parens omnium rerum, quæ na- untur in terra, & in mari. Et ea causa est, cur sol tam assiduè & tam sollicitè totum orbem rcumeat, & visitet, vt res nulla se abscondat, id est excludatur à participatione tam insignis :neficij. Ita Bellarm.

Psalmus XIX. Exaudiat te Dominus.

Pia populi vota pro salute & victoria regis sui Dauidis ad bellum roficiscentis: Allegoricè pro victoria Christi & Christianorum contra atanam.

I. *De qua tribulatione agitur hîc v. 1.* ℟. 1mò. Diem tribulationis esse totam vi- *Dies tribulationis,* m nostram, in qua nos varij hostes conterunt & tribulant, velut frumentum DEi. Di- s est vita nostra, & quidem breuis, si æternitati ac DEo comparetur, psal. 89. 4. *Mil- anni ante oculos tuos, tamquam dies hesterna, quæ præterijt.* 2dò dies tribulationis re- tè sumitur cum Eusebio, pro die belli: non quando Dauidi pugnandum fuit cum Goliatho Gigante, sed cùm jam regnaret, & pergeret in Ammonitas, vt quidam dicunt: aut potiùs st incertum ad quod bellum primò eum psalmum fecerit, vsui futurum in omnibus. *3tiò* ræcisè dies tribulationis accipitur tempus alicujus calamitatis euenientis siue belli siue pa- is tempore. Vnde videmus omni tempore hunc psalmum nunc vsurpari orantibus pro Rege. Quod si prophetia est de Christo, per diem tribulationis, intelligitur dies passionis, in qua, vt dicit Apost. Heb. 5. cum clamore valido & lacrymis preces, supplicationesq; offerens ad eum, qui posset eum saluum facere à morte, exauditus est pro sua reuerentia. Exauditus est autem, non vt mortem euaderet, sed vt mortem moriendo destrueret, & vitam resurgendo repararet, & confusio in gloriam, mortalitas in immortalitatem verteretur, sicut ipse ait Ioan. 17. *Pater venit hora, clarifica filium tuum,*

II. *Cur DEus totius orbis Dominus dicitur DEus Jacob?* ℟ Ut spes excitetur de futuro au- *Deus Iacob* xilio in die tribulationis, licet longa sit & molesta, atq; à variis hostibus: sicut DEus Jacobum patriarcham in se credentem & sperantem protexit à fratre suo Esau, & à patruo Laban atq; à Chananæis. Gen. 35. 3 Hoc auxilium toti familiæ suæ, vt eam ab idolorum amore & cultu auerteret, atq; trepidantem ob cædem Hemor & Sichem, & omnium Sichimitarum, precatus. *Abjicite DEos alienos* (quos in præda vrbis Sichem accepistis) *qui in medio vestri sunt, & mundamini,*

aamini, ac mundate vestimenta vestra. Surgite & ascendamus in Bethel, ut faciamus ibi alt DEO, qui exaudiuit me in die tribulationis (cùm Esau cædem meam meditaretur, cùm Lab me fugientem est insecutus, cùm timebam Esau venientem ad me cum quadringentis viri *& socius fuit itineris mei:* ducens me in Mesopotamiam ad Laban, & inde reducens ad patre meum Isaac adhuc viuentem.

III. *Quodnam sanctum intelligitur* v. 3. MITTAT TIBI AUXILIUM DE SANCTO, DE SION TUEATUR TE. ℟. 1. cum Bellarm. per sanctum posse sumi cœlum: est enim d mus totius sanctitatis & mons cælestis, in quo DEus, qui est omne bonum, inhabitat: Hinc Moyses Deut. 26. 15. *Respice de sanctuario tuo, & de excelso cœlorum habitaculo, & bene populo tuo Israel.* 2do cum Theodoreto per *sanctum* potest intelligi sanctuarium: id est, tabe naculum quod Dauid erexerat DEo in monte Sion prope aulam suam, & vbi arcam posuer cum Cherubinis aureis & propitiatorio, in quo sedebat DEus reddens oracula. Ex eo arcæ l co mitti auxilium regi suo Dauidi postulat populus.

IV. *Quomodo precatur populus à Deo* v. 4. MEMOR SIT OMNIS SACRIFICII TUI, HOLOCAUSTUM TUUM PINGUE FIAT? ℟. Vult dicere: DEus memorem se esse ostend omnium sacrificiorum, quæ nunc offers, & antea sæpe obtulisti: se autem eorum memorem d clarabit, si optatam tibi det victoriam. Tunc enim DEus dicitur obliuisci, cùm negligit & n juvat: meminisse, cùm bonis cumulat & opem præbet. Quod autem optat populus holoca stum *pingue* fieri, hoc est gratum & acceptum, sicut solent esse victimæ pingues, & selectæ toto grege, sicut Abelis sacrificium placuit, est metalepsis: ex antecedenti enim intelligitur co

Holocaustũ pingue.

sequens, nempe ex pinguedine & excellentia victimæ divina acceptatio. Nota pro *pingue fi* Pagnin. vertit *in cineres*, hoc est in cineres redigat, igne scilicet è cœlo immisso, sicut fecit sacrificio Abelis, Aaronis, Abrahami, ac postea in sacrificio Salomonis, Eliæ, Nehemiæ & al orum. Incinerare itaq; ponitur pro gratum & acceptum habere. Est metalepsis, quia ex cons quenti intelligitur antecedens, ideo enim victimas DEus exurit igne cælitus immisso, quia placent.

Psalmus XX. Domine in virtute tua.

Dauidi jam reduci populus gratulatur de parta victoria & salut Allegoricè de Christo.

I. *Quis sensus verborum*: DOMINE IN VIRTUTE TUA LÆTABITUR REX? ℟ No lætatur Rex noster, neq; lætabitur de parta victoria & subactis hostibus, perinde quasi ho sua industria, virtute, robore, ac fortitudine, militumq; suorum numero, armis, solertia, vi gilantia, ardore & impetu eam sibi populoq; suo gloriam ac lætitiam pepererit, sed illam tib acceptam referet, te ejus authorem, promotorem & consummatorem agnoscet. Et *super saluta re tuum*, id de salute illi à te præstita gaudebit, & voce etiam exultabit.

II. *Quid est*, DESIDERIUM CORDIS EIUS TRIBUISTI EI? ℟. Est phrasis Hebraica dare petitionem, pro eo, quod est dare rem petitam; quomodo 1. Reg. 1 dicit Heli Sacerdo Annæ, *DEus Israel det tibi petitionem tuam, quam rogasti eum.* Sic etiam hîc dicitur: deside rium cordis ejus tribuisti ei; id est, id ei tribuisti, quod desiderabat, *Et voluntate labiorum eju non fraudasti eum*, id est, non fraudasti eum ea re, quam volebant labia ejus, id est, quam se vel le & desiderare labiis orationem fundendo demonstravit. In summa dicit, datum fuisse, quo corde desiderauerat, & labiis expetiuerat.

III. *Quænam sunt benedictiones, quibus Christum prauenit Deus Pater?* ℟. Sunt conce ptio de Spiritu S. vnio ad personam verbi, infusio omnium scientiarum ac virtutum, & ips Dei visio, quæ omnia in primo instanti conceptionis illi data fuerunt; proinde præuentus fui benedictionibus dulcedinis. Quod verò sequitur: *posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso*, vel vt habetur in Hebræo, de auro perfecto, videtur referendum ad regnum & sacerdotium, quod etiam ab ipsa conceptione habuit, propter quæ Christi nomen accepit, corona enim aurea, insigne etiam regium & sacerdotale.

IV. *Quo sensu dicitur*: VITAM PETIIT A TE, ET TRIBUISTI EI LONGITUDINEM DIERUM IN SÆCULUM ET IN SÆCULUM SÆCULI? ℟. Beneficia superiora præventus accepit: at corporis gloriam & immortalitatem, & alia deinceps petiit & obtinuit, petiit vitam, cùm imminente passione preces & supplicationes obtulit ei, qui posset eum salvum facere à morte Heb. 5. DEus autem tribuit ei longitudinem dierum in sæculum & in sæculum sæculi, id est, vitam sempiternam, vt resurgens à mortuis jam non moriatur, & mors illi vltra non dominetur.

Cor impij clibanus.

V. *Quare cor impij afflicti comparatur clibano, seu furno ardenti?* ℟. 1ma similitudo est, quòd vtriusq; ignis est internus; itaq; quocumq; clibanum transfers, ignem & flammas vehis, 2. ignis in clibano aut furno conseruatur, quia paleis & lignis impletur: ita cor impiorum plenum est rebus vilibus, & facile combustibilibus 3. Ignis totum furnum implet, itaq; nullus ibi locus est sine flammis. Ita nullus locus est in corde impii sine flamma peccati & combustione dolo-

.. qta flammæ in furno in seipsas reflectuntur, ideoq; se invicem magis inflammant. Cor im-
j & cogitationes ejus in se ipsa reflectuntur, & dolor dolorem auget, ex consideratione vari-
um peccatorum & miseriarum, quas illa reflexio ostendit ps. 105. 18. *flamma combussit pec-
tores.* 5. flamma ex furno egredi non potest, ideo ignis ibi est ardentior, partibus maximè
lidis resilientibus in alias, & mutuo concursu sese augentibus. Impiis in judicio præsertim os
cludetur, mutire & hiscere non audebunt, ideo grauior erit dolor, quem euaporare non
terunt. Zach. 5. 8 *Hac est impietas, & projecit eam in medio amphora, & misit massam plum-
am in os ejus*; mulieris scil. seu impietatis, vt ait Theodoretus: vel amphoræ, cui os occlusit,
consequenter mulieris in eam conjectæ & conclusæ, vt volunt alij.

Psalmus XXI. DEus Deus meus respice in me.

Psalmus hic de paßione & resurrectione Christi apertè loquitur.

I. *Quid respicit titulus hujus psalmi*: IN SUSCEPTIONE MATUTINA? ℞. resurrectionem,
æc enim facta est tempore matutino, & per virtutem DEI suscipientis quodammodo Chri-
um de sepulchro, & educentis eum, ad auram vitalem juxta illud psalmi 3. *& exsurrexi, quo-
iam Dominus suscepit me.*

II. *Quo sensu queritur Christus se derelictum à Deo*? ℞. non significat eum fuisse dereli- *Christi derelictio.*
um à persona Verbi, quasi esset dissoluta vnio hypostaticâ; vel destitutum à gratia & bene-
olentia patris; sed significat permissum fuisse à DEo, vt ipse in humana natura pateretur hor-
ilia illa tormenta, & mortem ignominiæ plenam, à qua, si DEus voluisset, eum facillimè li-
rare potuisset. Neq; orta est querimonia illa ab impatientia, vel ab ignorantia, quasi Chri-
us ignoraret causam suæ passionis, aut non libenter ferret, se à Patre in illis doloribus de-
lictum, sed fuit querimonia illa, protestatio quædam acerbissimæ passionis. Cùm enim toto
assionis suæ tempore omnia tanta animi æquitate pertulerit, vt ne gemitus quidem exaudi-
tur, potuissent homines credere, illum superiore aliqua virtute impassibilem redditum dolo-
s non sensisse. Ideo vicinus morti protestatur, se verum esse hominem, vereq; passibilem, &
Patre derelictum in doloribus, passionis acerbitatem sensu doloris intimo & maximo hau-
se.

III. *Quis est sensus verborum*, LONGE A SALUTE MEA VERBA DELICTORUM ME-
RUM? ℞. Delicta & peccata meorum subditorum, quæ ego mea feci, & in me expianda su-
epi, *longè à salute mea*, supple, me faciunt: id est, impediunt, ne gaudeam optato solatio
salute, seu ne saluer & eripiar ex his doloribus & tormentis. Ita Athan. Euseb. Cyrill. Amb.

IV. *Quo sensu dixit Christus*: CLAMABO PER DIEM, ET NON EXAUDIES, ET NO-
TE, ET NON AD INSIPIENTIAM MIHI? ℞. Hic videtur esse sensus: clamabo die & nocte,
non exaudies, & tamen hoc mihi ad insipientiam adscribi non poterit; quia licet sciam, me non
audiendum, vt mortem temporalem euadam, tamen prudenter clamo, quia scio me exau-
iendum, quo ad principalem intentionem meam, quæ est, vt humanum genus redimatur, &
go non detinear in morte, sed resurgam ad vitam immortalem.

V. *Quomodo Christus dicit se non fuisse exauditum, cùm S. Paulus Heb. 5. 7. dicat eum* *Oratio Christi an exaudita.*
exauditum fuisse pro sua reuerentia? ℞. Quæstio hæc: an oratio Christi semper fuerit exaudi-
, coincidit cum quæstione de voluntate Christi, an semper fuerit impleta? docet autem Su-
rez cum omnibus Theologis, absolutam voluntatem ejus semper impletam esse, non tamen
mplicem affectum seu velleitatem. Cùm ergo oratio sit explicatio voluntatis, constat illam
rationem, quæ ex absoluta voluntate proficiscebatur semper esse exauditam; non verò quæ
x sola conditionata voluntate, & secundùm quid. Quòd porrò fuerint in voluntate Christi
fficaces actus, patet Isa. 53. 7. *Oblatus est, quia ipse voluit*: in qua voluntate, vt ait Paulus,
anctificati sumus: per illam enim efficaciter nostram redemptionem perfecit. Quòd in eadem
oluntate fuerint aliqui actus inefficaces, probatur ex Matt. 26. 39: Pater, *si possibile est, tran-
eat à me calix iste.* Non fuisse autem hunc affectum efficacem & absolutum ostendunt verba
equentia: *verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* Et ex his patet, quomodo rectè Christus
icat: *& non exaudies*, & S. Paulus verè etiam asserat, *exauditus est pro sua reuerentia.*

VI. *Quo sensu dicitur*: TU AUTEM IN SANCTO HABITAS LAUS ISRAEL? ℞. idem
st, q. d. Dum ego mediis in doloribus & tormentis relictus ab omnibus excrucior, tu securus
abitas & quiescis *in sancto* id est, in sanctuario, quod triplex est. 1mò vel terrenum taberna-
culum Moysis, quod tempore Davidis erat in Gabaon. 2dò, terrenum tabernaculum Davidis,
n monte Sion extructum prope aulam suam, vbi erat arca, propitiatorium & Cherubim. 3tiò,
& potiùs, sanctum siue sanctuarium est cœlum, in quo DEus sedet & quietus & gloriosus ha-
itat in medio Angelorum suorum, & vnde omnia prospectans omnibus prouidet, bonos ju-
ans, impios obterens sine vlla difficultate aut labore. Sensus itaq; est, q. d. quamdiu in pas-
ione & cruce luctor cum acerrimis doloribus, & ex omni parte cingor crudelissimis hostibus,
u regnas in cælo & triumphas, meam afflictionem vides, eiq; mille modis potes subuenire. Suc-
curre

Deus laus Israel. curre itaq; cùm ego sim rex populi tui Israel, cujus tu es laus & gloria. Deus est *laus Isra* non formalis sed causalis. Deus est Israelis, seu populi Judaici ab Israele, id est, à Jacobo de scendentis, laus tam actiua quàm passiua. Nam imò est laus illius populi actiua, hoc est po pulum illum glorificans, præ cæteris extollens, tot prodigijs, miraculis, beneficijs afficiens, a pud eum manens & populos alios incitans ad ejus admirationem, venerationem & laudem. 2d passiuè potest dici Deus laus Israelis, q. d. qui laudatur & glorificatur à populo Israel. ps. 75. *Notus in Judaea, in Israel magnum nomen ejus, & factus est in pace locus ejus, & habitatio e jus in Sion.*

VII. *Quomodo Christus dicit:* EGO SUM VERMIS ET NON HOMO? ℞. In tali stat sum hoc tempore, vt non solùm minoratus ab Angelis, sed ab hominibus videar; nimirum no uissimus virorum, vt dixit Isaias, imò infra omnes homines factus, cùm & Barabbæ & latroni bus postpositus sim. Itaq; adeo factus sum vilis, vt vermis potiùs videar esse, quàm homo, Op probrium hominum, de quo homines erubescunt, quasi de homine dedecoroso, quod imple tum est, quando Petrus ipse jurauit, se non nosse hominem illum. & abjectio plebis, id est, quer etiam plebs vilissima populi pars; ita abjecit, vt diceret, non hunc sed Barabbam.

VIII. *De qua tribulatione loquitur Christus* v. 12. QUONIAM TRIBULATIO PROXIM EST? ℞det 1. S. Hieron. intelligi hîc totam passionem, & maximè quando instabat Judas & cum cohortibus veniebat in hortum Gethsemani, vt eum caperet. Probabiliùs tribulatio intel ligitur ipsa crucifixio, & acerbitas dolorum, quos tunc patiebatur. Nam ly *proxima* non ex cludit præsentiam, sed dicit jam hostes adesse, circumstare, esse prope, non otiosos, sed lingu motione capitis, totoq; corpore illudentes, fel & acetum subministrantes.

IX. *Quinam sunt illi vituli Christum circumdantes in passione & cruce* v. 13.? ℞. S. Aug diuidit vitulos à tauris, & per vitulos sumit multitudinem luxuriantis populi: per tauros ver principes ejus, nempe pontifices, sacerdotes, Pharisæos, scribas, seniores. S. Leo Serm. 11. d Pass. ait: *furit in vnum populus, & miseretur omnium Christus.*

Judaeorum plebs vituli. X. *Cur plebs Judaeorum comparatur vitulis?* ℞. Propter petulantiam, cùm motibus in sanis à varijs gesticulationibus ac cachinnis Christo cruci affixo insultarunt. De doloribus enin in cruce toleratis hîc agitur, contra quos auxilium petitur. Gaudium itaq; illorum denotatu fuisse brutum & insulsum. Lorinus illam petulantiam Judæorum & militum fuisse ait, cùm ve lut fictitium Regem spinis coronarunt, vestierunt purpurâ, pro sceptro arundinem in manus de derunt, flexerunt coram eo genua per ludibrium, pro regis salutatione faciem ejus conspue runt, oculos tamquam commentitio prophetæ obuelauerunt, & colaphos impegerunt. Expli cari potest per ea, quæ S. Athan. in libello de passione imaginis Domini ait gesta à Judæis Be rithi vrbe Syriæ. In ea vrbe plebs insana Judæorum eam Christi imaginem arripuit, in faci em ejus spuit, alapis eam cæcidit, crucifixit, acetum felle mixtum ori ejus præbuit, coronan spineam capiti imposuit, arundine caput ejus percussit, lancea latus ejus aperuit, ex quo exi uit sanguis & aqua? Hæc & alia ibi. Nonne brutorum pecudum est, imagini vt homini vi uenti insultare.

Judaeorum primores tauri. XI. *Cur Judaeorum primores tauris comparantur?* ℞. Propter insanam rabiem in Christum Nam vt ait S. Thom. hîc, taurus est animal melancholicum, & propterea diu retinet iram: iratus verò acerrimè furit. Quæ enim pugnæ diriores, quàm taurorum, de quibus Statius 4. Thebaid. Alternaq; truces moriuntur in ira. Intuere S. Antonium in eremi medio cinctum vndiq; tauris mugientibus, leonibus rugientibus, canibus latrantibus &c. tum oculos flecte in Christum vndiq; impetitum à Judæorum magnatibus, illum velut victimam discerpendam ob uallantibus, & cornibus, vnguibus, dentibus, toto impetu aggredientibus & laniantibus.

Judaei leones. XII. *Cur Judaei Leoni comparantur?* ℞. Le Blanc tres causas dat: Propter auiditatem no cendi Christo, eumq; occidendi. *Aperuerunt super me os suum*, propter crudelitatem, *sicut leo rapiens*, propter clamores aduersùs Christum captum, patientem & crucifixum. Auiditas præ dæ in leone tanta est, vt sicut ait Plin. l. 8. solida deuoret, nec capiente auiditatem aluo, con jectis in fauces vnguibus extrahat: adeoq; se cibis infarcit, vt ob satietatem interim triduo cibis careat. Oritur hoc ex ardenti calore: totus enim est igneus, ejusq; ossa siquis concutiat ex il lis ignis veluti silicum attritu elicitur. Leonum ossa medullis carent, neq; enim fistularum modo caua sunt, vt notat Ælianus l. 2. hist. animal. c. 2. Polyb. in hist. refert, leones annis graues hominem appetere, quod ad reliquarum venatus ferarum vires ætas non suppeditet: tunc Africæ vrbes circumsedere, vt inopinantes incolas inuadant: tanto malo succursum esse suo tempore, ait, crucibus, quibus nonnulli leones appensi terriculo cæteris extitêre, eosq; me tuentes in deserta compulêre. Hæc vidisse se asserit in Africa versantem cum Scipione Africa no. Pleræq; feræ, inuenta præda silent, sibiq; prouident, leo autem irrugit. Amos 3. 4. *Numquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit prædam. Numquid dabit catulus leonis vocem de cubili suo, nisi aliquid apprehenderit.* De Judæis Jer. 12. 8. *Facta est mihi hæreditas mea, quasi leo in sylua, dedit contra me vocem, ideo odiui eam.* Reliqua Judæis applicata vide apud Le Blanc, apud quem inuenies Judæos leonibus pejores fuisse.

XIII. *Quis*

XIII. ***Quis est sensus verborum* v. 15. *& sequentium*?** ℞. ***Sicut aqua effusus sum***, id est, non
…tili vllo modo, sed instar mollissimæ aquæ me præbui versandum in omnem partem. *Et di-*
…rsa sunt omnia ossa mea, id est, omnis fortitudo mea dilapsa est à me, non quòd verè poten-
…m amiserim, sed quòd eâ vti noluerim, & aduersarijs meis potentiâ suâ vti permiserim,
…cta illud: *hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.* Itaq; debilem atq; imbecillum me præ-
…i ad resistendum, quasi solam carnem sine ossibus haberem. *Factum est cor meum tamquam*
…a liquescens in medio ventris mei. id est, non solùm exteriùs patientem, & mitem me præbui,
…l etiam interiùs humilis corde fui, non intumuit, neq; obduruit cor meum contra persecu-
…res nolens ignosci & vlcisci parans; sed contra potiùs factum est sicut cera liquescens ex affe-
…i pio erga illos, miserans illorum cæcitatem, & pro eis rogans: Pater ignosce illis. *Aruit tam-*
…am testa virtus mea, id est, robur meum quasi exaruit omni virore exhausto, quia videlicet
… me ligari, & vulnerari permisi, quasi impotens essem ad resistendum. Et lingua mea adhæ-
… faucibus meis, id est, ne verbis quidem aduersarios lædere, & de ipsorum injustitia conqueri
…lui. *Et in puluerem mortis deduxisti me,* id est, & sic tandem illis persequentibus, & me non
…sistente, tu DEus meus, sine cujus permissione nihil fieri potest, in mortem & sepulturam ad-
…xisti me. Vocatur enim puluis mortis ipsa sepultura, quia mortui puluere tegi solent. Quo-
…am circumdederunt me canes multi, id est, detractores multi, Pontifices scilicet & Pharisæi,
…i falsis criminationibus subuersionis populi, tributi denegati, regni affectati & similibus Pi-
…um coegerunt, vt me crucifigendum militibus traderet.

Psalmus XXII. Dominus regit me.

Dauid gratulatur sibi de insigni erga se beneuolentia DEi & Christi, …asi soliciti pastoris erga ouiculas suas.

I. *Cur Dauid dicit de DEO* v. 3. ANIMAM MEAM CONVERTIT? ℞. Quia DEi solius *Animam Deus conuertit.*
… nostra conuersio, vires nostras gratiâ DEi non adjutas superat: auerti ab ipso possumus
…aia nostra voluntate, ad eum conuerti non possumus sine ejus vocatione. Hinc Jeremias c. 31.
… Deum sic loquentem inducit: Audiui Ephraim transmigrantem: *Castigasti me & eruditus*
…m quasi juuenculus indomitus. Conuerte me & conuertar, quia tu Dominus meus. Hinc S. Aug.
… Concil. Trident. deducunt contra Pelagium, conuersionem nostram incipere à DEo, ac DEi
…atia liberum arbitrium præueniente. Clarè v. 19. *Postquam enim conuertisti me, egi pœniten-*
…am: & postquam ostendisti mihi, percussi femur meum in signum doloris.

II. ***Quomodo Deus nos conuertit?*** ℞. 1mò Voce. Cant. 6. 12. *reuertere, reuertere Sulami-* *Conuersio debetur Deo*
…, vt intueamur te. 2dò manu sua & operatione, factus pastor reliquit 99. oues in caula, &
…rrexit in desertum quæsiturus ouem errantem Luc. 15. Angelos in cælo factus homo, non An-
…licam, sed humanam naturam assumpsit. Bene S. Bern. Serm. 84. in Cant. illud c. 3. 1. *quæsiui*
…em diligit anima mea, considerans dicit: minimè prorsus, nisi priùs quæsita quæreres, sicut
…c diligeres, nisi dilecta priùs. Non in vna tantùm benedictione, sed in duabus præuenta es,
…nedictione & quæsitione. Dilectio causa quæsitionis, quæsitio fructus dilectionis est, & certi-
…do. Dilecta es, ne ad supplicium potiùs quæsitam suspiceris: quæsita es, ne frustra dilectam
…nqueraris.

III. ***Quænam à Dauide intelligitur*** VMBRA MORTIS? ℞. 1mò sunt loca tenebrosa & *Vmbra mortis.*
…ericulis omnibus exposita ferarum, latronum, præcipitiorum. ita Bellarm. 2dò vmbra mortis
…t ipsum periculum mortis, extremum vitæ discrimen, quale solet esse in syluis vmbrosis, præ-
…rtim in vallibus angustis, depressis ac profundis. Quasi vellet dicere: etsi contingeret me per-
…enire vsq; ad maxima pericula, ita vt quasi proximus videar morti, jamq; me mors ipsa vi-
…eatur operuisse, & velut obumbrasse, atq; expandisse se supra me, non tamen conturbabor.

IV. *Cujus rei virga & baculus sunt symbola?* ℞. Aliqui putant per virgam & baculum *Virga & baculus.*
…dem prorsus significari. Alij distinguunt: è quibus quidam, per virgam, correptionem leni-
…rem: per baculum verò duriorem intelligunt, pro peccatorum diuersitate: quarum vtraq; non
…d mortem, sed ad salutarem correptionem percutit. Gladius autem ad mortem. Unde huic
…ulla solet adjungi consolatio. Hoc enim quos percutit Dominus, hostes suos judicat: virgâ
…utem & baculo, quos corripit, eos tanquam amicos suos diligit. Quidam per virgam dunta-
…at illam salutarem correptionem intelligunt, siue illa grauior sit, siue levior pro ratione pec-
…ati, per baculum verò sustentaculum: è quibus Euthymius scribit hoc modo: virga est, qua
…rrantes corrigimus: baculus verò, quo pusillanimes nituntur.

V. ***Quænam est illa mensa, de qua loquitur*** v. 5. ℞ 1mò, Jansenius mensam illam seu ci- *Mensa Dauidis.*
…os in mensa positos ait esse abundantiam rerum, quas Deus Davidi suppeditauit. q. d. coram
…ne quasi mensam parasti, vinumq; optimum propinasti, dum me omnium rerum copiâ abun-
…dare fecisti, vt illis refici & recreari liceat, videntibus etiam hostibus meis & inuidentibus,
…ec tamen impedire meam felicitatem valentibus. 2dò Orig. Euthym. & Bellarm. mensam il-
…am intelligunt de consolatione spirituali, qua tam Dauid, quàm alij serui DEi confortantur in
…uis tribulationibus.

Oleo David impinguatus.

VI. *De quo oleo agitur*: v. 5. IMPINGUASTI IN OLEO CAPUT MEUM? ℟ 1. Hebr explicant de vnctione Dauidis in Regem. Sic autem oleo dicetur impinguatus, 1. quia Samu cùm eum regem designauit, & vnxit in domo Isai patris ejus, abundanter oleum in caput ej effudit, dixerat enim illi DEus 1. Reg. 16. 1. *Imple cornu tuum oleo, & veni, vt mittam te Bethlehemitem: prouidi enim in filijs ejus mihi regem.* Ad vngendum verò Saulem vsus erat ta tùm olei lenticulâ, id est, parvo vase ad modum lentis efformato, gutturnio scil. ex quo gu tatim liquor effluit. 2dò Dauidis caput impinguatum est oleo, quia ter inunctus est, 1. in d mo patris in medio fratrum. 2. in Hebron, quando creatus est Rex Juda statim post morte Saulis 2 Reg. 2. 4. Deniq; tertiò etiam in Hebron vnctus est, cum reliquæ 11 tribus eum sibi regem elegerunt post mortem Isboseth filij Saul, qui per septennium regnauit super illas 11 tri bus Israel c. 5. 3. *2dò* Unguentum hoc, quo David est impinguatus & copiosè inunctus, consolatio abundans, qua eum cumulabat DEus etiam in mediis tribulationibus, & in consp ctu hostium armatorum. Ita Bellarm.

Calix inebrians.

VII. *Quis est calix inebrians* v. 5.? ℟. Inebrians, id est exhilarans, & oblivionem ind cens rerum mundanarum, seu aduersarum, seu prosperarum. Hic calix est affluentia & cop bonorum maximè spiritualium, quæ DEus suis electis propinat, maximè verò Eucharisti Quin & passionis calix, quo subinde dignatur electos suos, *quam præclarus est*! nempe perj cundus & maximè gloriosus est non minus imperatori DEo spectanti, quàm martyri & mil ti triumphanti.

Psalmus XXIII. Domini est terra.

Scriptus est occasione translationis arcæ Domini in montem Sinai; m gis tamen convenit translationi humanæ naturæ Christi in cœlum d Ascensionis.

I. *Cur terra dicitur fundata super maria & super flumina?* ℟ quia supereminet aquis, sit habitabilis. Super maria fundauit DEus terram, id est, vt superficies terræ esset altior s perficie maris, item fluminum, alioquin enim maria & flumina terram obruerent, si altiora esse

Anima non in vanum accepta.

II. *Quid est non accipere in vano animam suam?* ℟ Qui non frustra vitam à DEo acc pit, sed operibus sanctis sese exercuit, quibus finem suum, nempe æternam beatitudinem co sequi posset: qui otium fugit atq; desidiam, cui non fuit anima deses, sed feruens, & ad ager dum alacriter expedita. Hinc Ruffinus ait: in vano animam suam accipit, quisquis infructuo viuit. In vano animas suas acceperant, quibus pater familias dicebat Matt. 20. 6. *quid hic st tis tota die otiosi*? qui ne otio vacarent vanitatis, continuò audierunt, *ite & vos in vineam m am, & quod justum fuerit, dabo vobis.* Quisquis ad bene operandum se præparat, hic est, q non accipit in vano animam suam.

Portæ Regis gloriæ.

III. *De quibus portis hic sermo est?* ℟. Aliqui hæc de portis templi Hierosolymitani interpr tantur, & introductione arcæ in illud templum, sed hoc nimis Judaicum est, & nihil nisi oc cidentem literam sapit. Præstat sequi spiritum viuificantem, & hæc à propheta in Angeloru persona, Christum triumphantem præcurrentium dicta accipere. Et hoc bifariàm accipitu Quibusdam enim placet, prius hoc, quod exclamant, *attollite portas &c.* dici ad principes inf rorum, vt illis mandetur, vt aperiant portas, ingressuro victori illi regi gloriæ Christo. Quo autem paulò pòst eisdem verbis repetitur, ad ciues cælestes, vt his apertis, atq; adeo sublati portis recipiant regem suum, è tanto prælio victorem, cum lætissimo, gloriosissimo triumph redeuntem. Alij vtrumq; ad cœlestes illius ciuitatis ciues seu principes dictum accipiunt, & repetitionem, ardentissimi cujusdam lætissimiq; affectus significationem habere.

Psalmus XXIV. Ad te Domine levavi.

Implorat diuinam misericordiam & opem, vt à peccatis exsolutus, periculis quoq; liberetur.

Via & semita Domini.

I. *Quæ sunt viæ, & quæ semitæ Domini?* ℟. Viæ sunt præcepta faciliora, & ad quæ omnes tenentur: semitæ sunt præcepta arctiora & difficiliora, siue consilia, quæ aliquibus ad perfectionem majorem proponuntur. Ita Beda, S. Thom. Ruffin. & alij. Verba Ruffin. Per vias, ait, latiora & minora præcepta justitiæ possunt intelligi. Per semitas verò, altiora & perfecta mandata. Ad latiorem justitiæ pertinet viam, cùm ex rebus possessis præcipimur decimas dare, pauperes recreare, nudos vestire, eleemosynis peccata redimere, & cæteris misericordiæ operibus deseruire. Ad semitas autem peruenire videtur, cùm omnibus, quæ habemus, renuntiare jubemur, cuncta quæ mundi sunt despicere, nosmetipsos abnegare, DEum ex toto corde diligere.

Delicta juventutis.

II. *Quænam delicta juventutis, & quas ignorantias intelligit David* v. 7.? ℟ S. Aug. S. Thom. Beda & alij juventutem hìc non sumunt pro ætate, sed pro audacia, temeritate & præcipita-

...pitatione, quæ esse solet in juventute, seu adolescentia. Est Metonymia. Delicta itaq; juven-...tis sunt delicta confidentis audaciæ, ita S. Aug. quæ inconsulto calore & confidenti & præ-...piti audacia fiunt. Delicta temeritatis, quæ scilicet scienter & temerariè fiunt. ita Beda, Pec-...ta ex superbia commissa. ita S. Thom. juvenes enim naturaliter sunt superbi & præsumptuosi.

III. *Quænam tandem sunt illa, delicta juventutis, id est confidentis audaciæ & superbiæ ac ...meritatis, quæ sibi ignosci petit David?* ℞. intelligit adulterium cum Bethsabee commissum, ... cædem Uriæ, quæ euenêre anno regni ejus 19. ætatis 49. Fuerunt & delicta & ignorantiæ ...ventutis, id est, qualia solent juvenes admittere ob luxuriam, tum in eam ruendo effrenatè ... præcipitanter, tum riuales suos & inspectores, atq; eos qui impedimentum passioni objice-... possunt, de medio tollendo. Scripsit autem hunc psalmum David post rebellionem Absolo-...s filij, quæ contigit anno regni ejus 30. ætatis 60. Tum autem memor minarum sibi à Na-...an propheta intentarum ob illa scelera 2. Reg. 12. 11. orat, vt DEus delicta illa & ignoran-...s non meminerit, id est, non puniat, punire desistat, jam satis punita in morte filij ex adul-...rio nati, in pollutione Thamar filiæ suæ, in cæde Amnon primogeniti sui, in ejectione sui ...regno, in contaminatione 10 concubinarum suarum in oculis totius Jerosolymæ à proprio ...io.

IV. *Quo laqueo tenebatur David, cùm dixit* v. 15. QUONIAM IPSE EVELLET DE LA-...QUEO PEDES MEOS? ℞. 1. Bellarm. per laqueum intelligit omne periculum tentationum, ... Agellius intelligit insidias hostium tam visibilium quàm invisibilium, 3. Le Blanc putat e-...n loqui de reatu pœnæ subeundæ ob adulterium cum Bethsabea commissum, & ob cædem ...riæ, eo enim laqueo adhuc tenebatur, & eo stringi se videbat, atq; sentiebat in rebellione ...bsolonis, à quo ejectus erat è civitate regia ac throno, atq; in arctum compulsus, vnde vix ...se expedire posset, nisi DEus speciali auxilio adesset. *Laqueus Dauidis.*

V. *Quæ sunt illæ necessitates, à quibus eripi David postulat* v. 17.? ℞. S. Thom. & Beda ...ecessitates illas idem esse volunt cum tribulationibus cordis. Siue in quantum sunt ineuita-...les, sic enim sunt necessariæ, vt explicat S. Aug. siue in quantum vtiles, vt S. Thom. vnde ...ngelus Raphael dixit Tobiæ c. 12, *quia acceptus eras Deo, necesse fuit, vt tentatio probaret* ... 2. Timoth. 3. 17. *Omnes qui piè volunt viuere in Christo JESU, persecutionem patientur.* S. ...ieron. Ruffinus & alij tribulationes cordis & necessitates distinguunt & pro diversis sumunt. ...no S. Hieron. tribulationes cordis ait passionis dolores, necessitates verò esse, vt pro homi-...bus moriatur, Christus scil. de quo explicat. 2do Ruffin. per tribulationes cordis intelligit ...teriores commotiones mentis, per necessitates, exteriores, afflictiones. Verba Ruffini sunt: ...ribulationes cordis, inquit, intelliguntur interiores animi passiones, vt sunt vitia & defide-...a praua, delectationes mentis & concupiscentiæ, & alia hujusmodi, quibus tribulatur cor. Ne-...ssitates ad corpus pertinent, quibus affligitur exterior homo: vt est in fame, & siti, in frigo-... & calore, in infirmitate & corruptione carnis & alijs similibus: quæ ideo dicuntur necessi-...tes, quia quasi sunt naturales, & velimus, nolimus, contingunt nobis.

Psalmus XXV. Judica me Domine.

Exul orat liberari à persecutione Saulis, & patriæ ac templo restitui.

I. *An non temere ait David dicens:* PROBA ME DOMINE ET TENTA ME, URE RE-...NES MEOS ET COR MEUM? ℞. negatiuè, non enim id dixit, fortitudinem suam & con-...stantiam jactando, sed optans à calumnijs insectantium liberari. Fretus bonâ conscientiâ & ...nceritate cordis sui dicit Domino, proba me & tenta me, id est, explora diligenter, an ita sit, ...nspice intimos & profundos recessus cordis mei, quin etiam vre renes meos & cor meum, id ...st, examina cogitationes & appetitiones meas, eâ diligentiâ, qua probatur aurum, cùm igne ...xaminatur. Non enim hoc loco, vt putat Bellarm. petit David probari se ac tentari per ad-...versitates, vel renes suos & cor suum aduri igne tribulationum, cùm potiùs contrà, liberati-...onem ab adversis in hoc psalmo petat; sed postulat, probari se ac tentari, per exactam explo-...rationem & inspectionem: & quia DEus omnia exactissimè videt & perspicit, sententia hujus ...oci est, vt DEus notam faciat hominibus innocentiam serui sui, & calumnias inimicorum re ...psa & factis refellat.

II. *Quodnam est concilium vanitatis?* ℞. Theodor. intelligit conuentus Gentilium, idolo-...latrarum in suis profanis templis, à quibus Dauid semper abhorruit, dum exulauit apud Regem ...Philisthinorum. Hæc enim opponuntur ijs, quæ postea in eodem psalmo habentur: *Domine di-...lexi decorem domus tuæ:* & paulò antè, *circumdabo altare tuum Domine:* & infra, *in Ecclesijs ...benedicam te Domine.* Vocat cætum idololatrarum concilium vanitatis, quia nihil inanius ido-...lis, quæ sunt falsæ imagines. Quod significat Apostolus, cùm ait; *scimus, quia idolum nihil ...est in mundo* 1. Cor. 8. & passim in Scripturis idola vocantur vana, vel vanitates, vt Deut. 32. *...Ipsi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis* 1. Reg. 12. *Nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis, neq; eruent vos, quia vana sunt.* Iidem ido- *Concilium vanitatis.*

lolatræ rectè dicuntur iniqua agentes, quia summa iniquitas est, cultum soli DEo debitum r bus creatis exhibere.

Lotio manuum.

III. *Quis est sensus verborum* v, 6. LAUABO INTER INNOCENTES MANUS MEAS ℟. 1. Conuersabor cum viris probis, illis vtar familiariter, illis adhærebo, cum quibus non c inquiner, sed emunder ac melior fiam. Titelmannus ait, hoc posse intelligi de lotione manuu corporali ante accubitum ad mensam, q. d. ero familiaris, & ad mensam sedebo cum innoce tibus. Vel potest accipi lotio, id est, emundatio à peccato & macula, quia cum bono bonus eri cum innocente innocens eris.

2do. Dauid dicit se loturum manus inter innocentes, id est, innocentiam suam declarat rum in actionibus præteritis. ita Theodor. Vbi nota, cùm antiqui Judæi contestari volebant alicujus sceleris esse innoxios coram multitudine manus lauabant: vt scil. ex illa manuum mu ditia, animæ puritatem significarent. Sic fecit Pilatus Matt. 27. 24. Acceptâ aquâ lauit man coram populo dicens: *innocens ego sum à sanguine justi hujus*, q. d. inuitus & à vobis coact ad mortem condemno hunc justum virum, itaq; non in me, sed in vos culpa recidit, vosq; po luit. Sed rectè S. Aug. Serm. 118 de temp. ait: Lauerit licet manus Pilatus, tamen sua facta no diluit. DEus ipse jusserat, vt post repertum cadauer hominis recenter occisi, & cujus aucto nesciretur, seniores illius ciuitatis conuenirent, & manus suas lauantes innocentiam suam con testarentur. Deut. 21. 6.

IV. *Quomodo dicit Dauid se circumdaturum altare, cùm non esset sacerdos, non poter accedere ad aram propiùs, nec intrare atrium Leuiticum?* ℟. Dicebantur Laici altare circum dare eminus, dum starent in atrio Israel, & per septa introrsum spectarent sacrificia. Sens ergo Dauidis est, equidem cogor exulare, & morari apud idololatras, attamen ipsorum sacr non adeo, nec approbo: quin imò possem, cum sacerdotibus sacrificaturis, lauare manus in pro testationem innocentiæ meæ, & vtinam liceat mihi citò vero Deo ad ejus tabernaculum sacri ficare. Tunc enim tabernaculum adhuc tantùm, in locum templi adhibebant, in cujus simili tudinem postea Salomon stabile exstruxit.

Psalmus XXVI. Dominus illuminatio mea.

Docet in maximis periculis maximè fidendum DEo, & anhelandum ad vitam æternam.

Carnes alicujus edere

I. *Quid per carnes intelligitur, cùm dicitur, vt edant carnes meas?* ℟. Bona temporalia Sic Ecclæ. 4. 5. dicitur: *stultus complicat manus suas, & comedit carnes suas.* quod S Hieron sic vertit: stulti junctis manibus desident otiosi, & quidquid habent, consumunt. Mich. 3 v. 3 caro, pellis & ossa sumuntur pro substantia & facultatibus. *Principes Jacob & Duces domû Israel comederunt carnem populi sui, & pellem eorum desuper excoriauerunt: & ossa eorum confregerunt, & conciderunt sicut in lebete, & quasi carnem in medio ollæ.* id est, medio Jerosolymæ, in qua pauperes velut in olla & lebete à potentioribus concidebantur & coquebantur. Euthym. & alij per carnes intelligunt corpus & membra.

II. *Quomodo carnes Dauidis edere cupiebant, qui ipsum tribulabant?* ℟. est parœmialis formula, quæ primò deduci potest à gladio, qui os habere dicitur, & deuorare, q. d. vt me crudeliter occidant. Hunc sensum indicat Origenes: Deus dicit Judæis & Jerosolymitis ipsis Isa. 1. 20. *Si me ad iracundiam prouocaueritis: gladius deuorabit vos.* Deinde modus ille loquendi desumitur à feris, quæ occidunt, vt deuorent. *vt edant carnes meas*: q. d ferarum more persequebantur, & deuorare conabantur: ita Theodor. Ut tamquam rabidi canes me deuorarent ac perderent ait Jans. quasi canes aut leones famelici carnibus meis saturari desiderant. Ita Bellarm.

III. *De quo templo, & de qua domo DEi agitur* v. 4.? ℟. S. Aug. Ruff & alij de cælo, eumq; sensum literalem esse judicat Bellarm. Euthym. tamen & alij de tabernaculo Mosaico explicant. Chald. fauet, qui vertit: vt habitem in domo sanctuarij Domini omnibus diebus vitæ meæ. Accommodatiùs Cajet. exponit de tabernaculo, quod Dauid ædificauit in monte Sion prope palatium suum, vt sicut Moysi duci populi imperauerat DEus Num. 3, 38, vt habitaret juxta ostium domus Domini, ita & ipse rex factus idem faceret. Probabile est, quòd hoc ipsum fecerit regnans in Hebron, & quod jam id facere decreuerat, cùm à Saule agitaretur, & hunc psalmum caneret.

IV. *De quo tabernaculo loquitur Dauid* v. 5. QUONIAM ABSCONDIT ME IN TABERNACULO SUO? ℟. Per tabernaculum intelligit Euthym. protectionem DEi, q. d in medio periculorum meorum abscondit me protectione sua. Quam ideo tabernaculum appellauit, quia fugientem ad DEum in periculis beatum Dauid diuina protectio, tabernaculi instar, hospitio quodammodo suscepit, ac susceptum seruauit. Alij exponunt de tabernaculo Mosaico, in quo Dauid latuit in Nobe fugiens Saulem, & accipiens ab Abimelech Pontifice panes propositionis, & gladium Goliath, meliùs tamen accipitur de tabernaculo ab ipso Dauide postea excitato in

) in Hebron, vel potiùs in Sion, ſicut jam in futurum prævidebat. Videbat enim ibi refugi-
m ſuum futurum in omni anguſtia, ſicut Moſaicum tabernaculum ſæpiùs fuit Moſi in deſerto.
)ices verba ponuntur in præterito, nempe *abſcondit & protexit*. ℞. in Hebræo eſſe in futuro.
)einde poni in tempore præterito ad denotandam certitudinem ſuæ ſpei & prædictionis, vt
æpe aliàs facit. In tabernaculo poſito in Nobe vix manſit Dauid, fugiebat enim quàm citiſſi-
ıe poterat. Sed ſæpè DEum conſulturus tabernaculum adijt in Sione in rebus difficilibus &
ericuloſis.

Pſalmus XXVII. Ad te Domine clamavi.

Orat ne innocens cum nocentibus perdatur, & exauditus gratias agit.

I. *Quis hic lacus eſt, in quem timet Dauid deſcendere?* ℞. Poteſt accipi pro ſepulchro, *Lacus.*
.d. niſi DEus exaudiat & reſpondeat, ero ſimilis hominibus mortalibus, qui per mortem diſ-
oluuntur, atq; ad inferos deſcendunt, ſine ſpe reſurgendi, niſi in nouiſſimo die. Meliùs tamen
ccipitur lacus pro loco ſubterraneo animarum. Sicut Iſa. 14. *Verumtamen ad infernum detra-*
eris in profundum laci. & c. 38. *Non expectabunt, qui deſcendunt in lacum veritatem tuam*:
uomodo etiam accipitur in illa oratione Eccleſiæ: libera animas omnium fidelium defuncto-
um de pœnis inferni, & de profundo laci.

II. *Quinam ſunt illi, de quibus dicit Dauid v. 3. quòd loquantur pacem cum proximo, &*
ntus eum perdere optent? ℞. eſſe Abſalonem & Achitophilem præſertim, cum quibus Dauid
onuerſabatur familiariter, & qui eadem ſæpe menſa cum ipſo vtebantur. Nam Abſalom erat fi-
us Dauidis ex Maacha filia Tholmani regis Geſſur, & poſt mortem Amnonis maximus natu
nter ejus filios, itaq; hæres futurus regni. Achitophel autem erat auus Bethſabee vxoris Uriæ,
ethſabee enim erat filia Eliam filij Achitophel, vt probabiliter opinantur Heb. & Salianus.
onjurauit autem contra Dauidem, vt vitium nepti illatum vlciſceretur: ſed ſcelerate, tum quia
 regem furebat; tum quia Dauid aſſumpſerat ſibi Bethſabee in vxorem, ſicq; injuriam
actam compenſauerat.

III. *Quæ fuerunt adinuentiones impiorum in Dauidem?* ℞. 1. Abſalonis affabilitas erga *Adinuenti-*
mnes ad palatium venientes, prehenſatio, oſcula, deſiderium oſtenſum, vt juſtitia fieret, accu- *ones impio-*
atio eorum, qui juri dicendo præerant. 2. Abitus in Hebron ſub ſpecie pietatis, ſollicitatio *rum.*
nultorum ad defectionem ob mentitas & coloratas rationes. 3. Concubinarum Dauidis pol-
utio in oculis totius vrbis regiæ, & alia ejusmodi. Pro his omnibus petit dari illis retributio-
em, id eſt, mercedem dignam eorum ſceleribus.

IV. *De quo loquitur v. 7.* ET REFLORUIT CARO MEA? ℞. Bellarm. intelligit de glori-
ſa Reſurrectione Chriſti, q. d. caro mea, quæ per mortem exaruerat, non ſolùm redijt ad vitam,
ed ad florem ætatis, ſanitatis, lætitiæ, venuſtatis maximæ redijt, & ideo ex voluntate mea, id
ſt, ex corde, confitebor ei confeſſionem laudis, & gratiarum actionis. Alij autem, inter quos
yranus, non ad reſurrectionem hæc, ſed ad gaudium illud referunt, quo afficimur, cùm ſen-
imus nos euaſiſſe pericula, aut ſuperaſſe mala. Et refloruit caro mea: quia (inquit Lyranus)
x lætitia cordis interiori, fit quædam refloreſcentia in carne exteriori, ſecundùm quod dici-
ur Prou. 17. *Animus gaudens ætatem floridam facit, ſpiritus autem triſtis exſiccat oſſa.* Hæc
onformia ſunt textui Hebræo, in quo ſic habetur: & exultauit cor meum, & de cantico meo
onfitebor ei. Hoc eſt (interprete Paraphraſte) præ gaudio ſubſilijt cor meum, & carminibus
neis teſtabor, quantum beneficij ab illo acceperim.

Pſalmus XXVIII. Afferte Domino.

Excitat omnes ad victimas & laudes DEo offerendas, qui vel ſola voce ſua, ſeu tonitru, maximam oſtendit potentiam & majeſtatem.

I. *Qui filij DEI, quos filios arietum afferre jubentur?* ℞. ſimpliciter intelligi poteſt ipſe
Propheta exhortari populum Iſraeliticum, per filios DEI ſignificatum, juxta illud Exod. 4. Filius
meus primogenitus Iſrael, vt arca jam in tabernaculo repoſita, certatim offerant Domino filios
arietum, id eſt, agnos, & cætera, quæ ad laudem cultumq; pertinentia ſequuntur in pſalmo.

II. *Quænam fuit vox Domini, & vbi audita?* ℞. Omnia in hoc pſalmo poſita poſſunt ge-
neratim ſumi de DEo. 1. vt eſt author naturæ. 2. vt eſt author legis Moſaicæ. 3. vt eſt author legis
gratiæ. Ac imò Deus ut author naturæ deſcribitur hîc ſummâ potentiâ dominans in aquis, aëre,
igne, terra, animalibus, hominibus, toto orbe. Primo poteſtas ejus in aquis exprimitur v. 3. *vox*
Domini ſuper aquas, quod apparet in creatione, in diluvio, in mari rubro, in Jordane: 2dò
poteſtas DEi in aëre exprimitur v. 5. *Vox Domini confringentis cedros*, cùm ſcil. vehemens ven-
tus, ſi præſertim fulmen accedat, euertit duriſſimas, & altiſſimis nixas radicibus arbores. 3tiò
poteſtas Dei in igne oſtenditur v. 7. *vox Domini intercidentis flammam ignis*, hoc eſt, fulmen
à fulmine diuidentis, atq; in terras ejaculantis. 4tò poteſtas DEi in terra declaratur v. 8. *vox*

Domini concutientis desertum. 5tò potestas ejus in feras terræ v. 9. *vox Domini præparantis cervos*, & reuelabit condensa. 6to potestas in homines, qui sibi supplices esse debent. *& in templo ejus omnes dicent gloriam.* 7mo potestas in reliqua terræ bona v. 10. *Dominus diluvium inhabitare facit.* 8vo potestas in justos, quos donis cœlestibus & temporalibus cumulat v. 11. *Dominus virtutem populo suo dabit, dominus benedicet populo suo in pace.* Quomodo Deus, vt legis Mosaicæ author, item vt author legis gratiæ ejusq; rex & potentia hic describatur, vide L Blanc hic.

III. *Quomodo intelligendus* v. 10. DOMINUS DILUVIUM INHABITARE FACIT, ET SEDEBIT DOMINUS REX IN ÆTERNUM? ℞ Idem est, ac copiosum imbrem effundit super terram, ex quo rebus omnibus alimentum producitur, & vita sustentatur, & ipse idem Deus sedebit Rex, & Dominus in æternum, omnia regens, omnia gubernans, omnia disponens. Deinde cum Dominus in extremo judicio reuelauerit condensa, & ab hominibus justitia ejus laudata fuerit, tunc diluvium inhabitare faciet, effundens omnia genera bonorum in bonos & omnia genera malorum in malos, & sic nullo penitus resistente, sublato de medio omni alio principatu, & regno Dæmonum, atq; hominum impiorum, sedebit Dominus rex in æternum.

Psalmus XXIX. Exaltabo te Domine.

Gratias agit Deo quòd ejus ope ereptus graui morbo, & multis malis, novum palatium regium, quod sibi, & novum tabernaculum, quod Deo in arce Sion construxerat, dedicare & frui potuerit 2. Reg. 6.

Exaltare Deum.

I. *Quomodo possumus exaltare DEum?* ℞ imò in nobis exaltamus ejus majestatem, bonitatem, sapientiam, misericordiam, justitiam, aliaq; attributa, & eorum excellentiam meditando. 2dò in aliis, partim verbo illa explicando, laudando, commendando: partim factis rectè viuendo, & exemplo eos ad virtutem incitando. Sed si DEum sic exaltas, ipse te exaltabit super pennas ventorum, & aquilarum, & vsq; ad tertium cœlum, sicut Paulum S. Amb l. de Isaac c. 7. ait: Quantò quis ad Dominum intendit, tantò ampliùs Dominum elevat, & ipse eleuatur. Unde & ille ait: *exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me.* Sanctus enim exaltat Dominum, peccator humiliat.

II. *Quomodo DEus suscepit Davidem?* ℞ 1. eum à caulis ouium eleuando ad regiam dignitatem per manum Saulis, 2. liberando à variis hostibus, illisq; calcandis eum præponendo partim cum esset Rex in Hebron per septennium soli tribui Juda præpositus, partim post inunctionem à tribubus omnibus factam, & post occupationem Jerusalem domitis Philisthæis & Jebusæis, 3. eripiendo à lethali morbo, qui ipsum ad sepulchrum propè dejecerat. 4. Deniq; eum in omnibus negotiis fouendo & dirigendo paterna manu, atq; in rebus arduis juvando & roborando, vt omnes difficultates perrumperet, & à multis periculis seruaretur.

III. *Quis est sensus verborum* v. 4. DOMINE EDUXISTI AB INFERNO ANIMAM MEAM: SALVASTI ME A DESCENDENTIBUS IN LACUM? ℞. Idem est, ac si diceret cùm morbo lethali defixus jacerem, & jam anima pene vinculis corporis soluta discederet ad limbum patrum descensura, eam tua potenti virtute retinuisti, & impedivisti, ne jungeretur ijs, qui ex hac terra in hunc lacum patrum descendunt.

IV. *Quomodo intelligendus* v. 6. QUONIAM IRA IN INDIGNATIONE EIUS, ET VITA IN VOLUNTATE EIUS? ℞. Quando DEus punit, hoc facit ex indignatione in scelera nostra, & à nobis irritatus & prouocatus: cùm verò vitam, id est, felicitatem & bona omnia largitur, hoc facit ex beneficentissimæ naturæ inclinatione atq; desiderio, sponte ad benefaciendum fertur, invitus verò & coactus ad iram, id est, ad punitionem & vindictam. Sap. 1. 13. *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum.* Ezech. 18. 23. *Numquid voluntatis meæ mors impij, dicit Dominus DEus, & non vt conuertatur à vijs suis, & viuat?*

Psalmus XXX. In te Domine speravi.

Implorat & impetrat opem Dei.

I. *De qua extasi loquitur titulus hujus psalmi?* ℞. Theodoret. Bellarm. intelligunt de ea, quam passus est David, cùm audiuit Absalonem filium & omnem populum toto corde contra se conspirasse, tunc enim timore repentino & maximo correptus fuit, vt quasi extra se positus, videretur. Cajet. verò & alij interpretantur de deserto Maon, in quo cingebatur in modum coronæ ab exercitu Saulis regis præsentis, & suos animantis, ita vt David quodammodo desperaret se posse euadere 1. Reg. 23 Potiùs autem ibi agi de persecutione per Saulem, quàm per Absalonem illata patet v. 19. psalmi, vbi dicitur: *muta fiant labia dolosa, quæ loquuntur aduersus justum iniquitatem.* Cùm enim à Saule patiebatur, erat innocens: cùm verò Absalon rebellauit, jam David graviter peccaverat.

II. *Quæ-*

II. *Quænam erant Dauidis sortes in manibus DEi?* ℟ Titelmannus verbo omnia inuoluit, . d. omnis fortuna mea, omnis mea spes in te vno sita est. Vel: quidquid mihi toto vitæ tem-ore contingit, te iubente ac decernente fit. Veriùs per sortes intelligit David tempora vitæ necis q. d. in manu tua sunt omnes dies mei, menses & anni, & quidquid in ijs potest acci-ere. q. d. in tua est potestate, vt viuam vel moriar, vt capiar ab hostibus, vel eorum manus iadam. Christus apparens S. Joanni Apostolo in veste poderis, id est, cum talari tunica hya-nthina, qualem habebant Mosaici Pontifices, tenens manu 7. stellas ait Apoc. 1. 18. *fui mor-us (in cruce) & ecce sum viuens, & habeo claues mortis & inferni*, id est, potestatem oc-dendi & viuificandi, ad inferos deducendi, & reducendi. Data est Christo omnis potestas in elo & in terra Matt. 28. 18. Sis stella, & sors tua erit in manu Christi cum splendore, eris x mundi, & poneris super candelabrum, vt luceas omnibus, qui in domo sunt Ecclesiæ, & qui foris sunt. *Sortes Dauidis in manu Dei.*

III. *De qua ira loquitur* v. 10. CONTURBATUS EST IN IRA OCULUS MEUS? ℟ t ambiguum, nam potest intelligi de ira DEi, & de ira Dauidis. Malim cum Aug. intellige-de ira DEi. Constat enim ex l. 1. & 2. Reg. Davidem in persecutione Absalonis, & in om-bus alijs persecutionibus numquam excanduisse, sed mitissimum & patientissimum semper fu-le. Itaq; sensus erit, in ira tua, qua peccatum meum punis, conturbatus est oculus meus, id t, oculus corporalis præ lacrymis caligauit, vel oculus interior obtenebratus est, conturbata t etiam anima mea, dum timore magno concussa est, & deniq; conturbatus est venter meus, enter inquam, interior animæ meæ, id est memoria, quæ est receptaculum cogitationum. Ita euiter S. propheta omnium animæ partium meminit, dum per oculum intellectum, per ani-am voluntatem, per ventrem memoriam intelligi voluit.

IV. *Quam vituperationem multorum commorantium in circuitu audiuit David* v. 14? ℟. idere mentionem facere vituperationis Semei, qui in faciem ei maledicere, & in eum lapi-es jacere ausus est, nimirum existimavit Semei, Dauidem à regno ejectum nullius potentiæ inceps futurum, sed tamquam vas inutile in cloacam projiciendum. Maledictio hæc describi-r 2. Reg. 16. & quamuis ibi solius Semei maledicentis mentio fiat, tamen credibile est plu-s alios eodem tempore malè locutos fuisse de Davide, vt verum sit, quod hîc dicitur, vitupe-ntium multorum.

V. *Quid est sensus verborum* v. 21. ABSCONDES EOS IN ABSCONDITO FACIEI TUÆ? . Intra oculos tuos, intra pupillam oculi tui: hoc enim est absconditum vultûs DEi. q d. sem-r illos aspicies, illos in oculis semper feres, erunt tibi gratissimi, ab ijs numquam oculos tu-amouebis, semper eorum commodis, securitati & delectationi eris intentus. Sic ps. 31. 8. t DEus: *firmabo super te oculos meos* S. Hieron. *cogitabo de te oculo meo*. q. d. Aspectus hic n est vanus & inutilis, sed cum amore & efficacia, luce ac delectatione. Ibi sunt sancti pro-l à conturbatione hominum.

VI. *Quæ nam est ciuitas illa munita, in qua DEus mirificavit misericordiam suam erga Da-dem?* ℟ Probabile est, quòd fuerit Ceila, quam imo obsidentibus Philisthæis feliciter DEi e liberavit, percussis hostibus plagâ magnâ 1. Reg. 23. 5. 2dò inde seruatus est cogitantibus eilanis eum tradere Sauli exultanti, quòd ingressus esset vrbem.

Psalmus XXXI. Beati quorum remissæ sunt iniquitates.

David admonitus peccati sui à propheta Nathan, agnoscit se peccato-em, & veniam non suis viribus, sed Dei gratiæ adscribendam.

I. *Quo sensu dicuntur peccata tecta* v. 1.? ℟ dicuntur tecta, non quòd sint, & non vide-ntur, sed quòd abolita sint, & eorum loco justitia successerit: & ideo verè tecta sint & abscon-ita etiam oculis DEi, cui nihil tegi vel abscondi potest eorum, quæ vsquam extant. Vnde i-em Propheta varijs metaphoris vtitur ad remissionem peccatorum significandam, vt quod vni eest, per alteram suppleatur: Sed illa præter cæteras insignis est in ps. 50. *Asperges me Domi-e hyssopo & mundabor: lauabis me & super niuem dealbabor.* Quo loco dicitur peccatorum re-issionem non solùm tegere maculam, sed verè abluere, & non solùm verè abluere, sed ad-ere, nec solùm tollere nigredinem, sed addere albedinem tam veram, vt niuis candorem su-erare dicatur. *Peccata tecta.*

II. *Quomodo dicuntur peccata non imputari*? ℟ idem est non adscribi ad reatum, siue on in rationes Sap. 12. *Quis tibi imputabit si perierint nationes, quas tu fecisti*; id est, quis xiget à te rationem, si perierint omnes homines? vel quis te ob hoc reum faciet? & Ezech. 3. de pecatore pœnitente dicit DEus, *omnia peccata qua peccauit, non imputabuntur ei*, id est, on reddet rationem de eis. Cæterum duobus modis potest non imputari peccatum. imò, si erè aliquis non peccauit, & proinde nihil. Et hoc modo intelligi ur, id quod ex libro Sap. itaui: quis tibi imputabit, si perierint nationes, quas tu fecisti? nam, etiamsi perierint omnes omines, non culpa Dei perirent, proinde non posset hoc imputari DEo. 2dò si peccatum re- *Peccata non imputantur.*

missum & condonatum fuerit, vt jam non sit, quod imputetur. Tertius modus imputationis quem finxerunt hæretici, vt non imputari peccatum, sit peccatum quidem hærere in anim peccantis, sed non reputari peccatum à DEo, nullo exemplo S, Scripturæ probari potest, s apertissimè potiùs improbatur, tum alibi, tum ps. 5. Odisti omnes qui operantur iniquitaten perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Nam si DEus odit & vult perdere iniquos, cer dum manet in eis iniquitas. imputatur eis peccatum,

David diu hæsit in peccato.

III. *De quo silentio intelligendus est Dauid cum ait* v, 3. QUONIAM TACUI, INVETE RAVERUNT, OSSA MEA? ℟: Pene omnes Patres & interpretes intelligunt de silentio Da vidis non confitentis sua peccata adulterii & homicidij. Duravit autem hoc silentium nove saltem aut decem menses. Nam David non priùs dixit peccaui: quàm cùm Nathan prophet eum ingeniosa parabola ouis Domino suo ablatæ ad mentem rerevocauit. Hoc autem non fe cit nisi post natiuitatem filij ex adulterio suscepti, vt patet 2. Reg. 12. Neq; tempus hoc no vem aut 10 mensium, prorogari multum debet, si Cajetano credamus, qui puerum ex adulte rio natum vult mortuum esse die septima ab ejus natiuitate, cùm dicatur cap. cit. v. 18. *acc dit autem die septima, vt moreretur infans.* Sed si Abulensem sequamur, qui vero similiùs ar bitratur, diem illam septimam, non à pueri natiuitate, sed ab ejus morbo, luctuq; Davidis d sumendam, erit omnino incertum, quamdiu David peccatum suum reticuerit, & neglexerit, pro nihilo duxerit. Bellarm. ait, Davidem anno integro, fortasse diutiùs in cæno peccati ja cuisse, & confessionem distulisse. Hoc considerans contremisce, cùm tantus propheta, vir s cundùm cor DEi, qui faciebat omnes voluntates ejus, tam turpiter sit lapsus, post mitigat adolescentiæ & juventutis ardores, jam annos 49 natus, nec resipuerit, nisi post tam lon gum tempus, & quidem grauiter à Nathan propheta reprehensus.

Tacere & clamare.

IV. *Quomodo poterat David tacere cùm clamaret? tacere enim & clamare sibi opponun tur?* ℟. Tacere & clamare posse sumi hic diuersis temporibus, sicq; sibi non opponuntur, im post longum silentium fortiùs clamatur, & contra, sensus itaq; erit, *quoniam tacui, inuetera uerunt ossa mea, dum clamarem tota die* q. d. tacui, id est, feci finem clamandi, seu ejuland cùm viderem me consumi, peneq; deficere clamoribus, & ejulatu assiduo. Bellarm. & alij vo lunt sensum esse, q. d. quia longo tempore distuli confessionem peccati mei, ideo post illiu cognitionem veram, & dolorem ex ipsa conceptum, tam assiduè tota die, id est, die ac no cte, q. d. totis 24. horis diei clamaui & irrugij, vt debilitata sint, exhausta, & attrita ossa mea hoc est, prope meum robur omne sit consumptum. *Vociferando & peccatum accusando consu mui*, ait Theodor.

Afflictio medicina.

V. *Quomodo Dauid conversus est in ærumna?* ℟. Bellarm. & alij volunt sensum esse, q. c propter afflictiones & calamitates mihi à te immissas cognoui grauitatem peccatorum meo rum, & à voluptatibus rebusq; terrenis auersus, quòd mihi tantum fellis ac veneni in aureo & melleo poculo propinassent, ad te sum ex animo conuersus, teq; aspexi, vt summum meum bonum. Conuersionem illam fecit afflictio. Nam vt ait S. Aug. in ps. 21, Intelligat homo me dicum esse DEum, & tribulationem medicamentum esse ad salutem, non pœnam ad damnatio nem. Sub medicamento positus vreris, secaris, clamas: non audit medicus ad voluntatem, se audit ad sanitatem,

Spina confixa.

VI. *Quomodo Davidi confixa est spina?* ℟. Spina configens Davidem est tribulatio eum pungens & fodiens, q. d. punctiones & persecutiones passus; ad viam salutis, de qua decide ram, remigaui. Unde Bern. Serm. 48, in Cant. *Bene confixus, qui conuersus exinde est*, (Be ne pungeris, si compungeris, cùm sentiunt pœnam, corrigunt culpam) & talis dicere potest conversus sum in ærumna, dum configitur spina. Spina culpa est, spina falsus frater, spina vi cinus malus &c.

Diluvium erit judicium extremum.

VII. *Quodnam est diluvium aquarum multarum, in quo ad eum non approximabunt?* ℟ S. Hieron. Ruffinus, Bellarm. & alij diluuium aquarum intelligunt de die judicij, vbi maxim fluctus calamitatum, & dolorum obruent sceleratos, ad sanctos verò non peruenient. Diluvio porrò simile erit judicium extremum. 1mò ob universalitatem punitionis. 2dò, ob magnitudi nem calamitatis. 3tiò ob paucitatem saluandorum, quorum typus fuit Noe seruatus cum vxo re sua, tribus filijs, & tribus eorum vxoribus. 4tò ob inutilitatem pœnitentiæ. Postquam enim Noe est ingressus arcam, & cataractæ cœli ruptæ sunt, nihil profuit clamor & gemitus ad cœ lum suspirantium. In judicio clamabunt impij Matt. 7. 22. Multi mihi dicent in illa hora, Do mine, Domine, &c. & tunc confitebor illis; quia numquam noui vos: discedite à me, qui o peramini iniquitatem.

Psalmus XXXII. Exultate justi.

Est exhortatio ad justos homines, vt DEum laudent, ob ejus potentiam, prouidentiam & bonitatem.

I, *Quinam sunt recti, qui sunt aptissimi ad laudandum DEum?* ℟, Per rectos intelligit justos. Bene justi dicuntur recti, quia rectis placet DEus, qui est ipsa rectitudo, inquit Bellarm. & quod

quod placet, libenter laudatur. Distortis non placet DEus, cujus opera & judicia rectissima nt, & ideo non quadrant voluntatibus iniquorum: inde iniqui & distorti, non libenter DEn laudant, sed reprehendunt & blasphemant. Pro verbo decet in Hebræo est *speciosa*, & sens est in ore rectorum speciosa est laus DEI. Atq; huc allusit Eccl. c, 1. *Non est speciosa laus in ore ccatoris.*

II. *Quid est confiteri Domino in cithara, & psallere in psalterio decem chordarum?* ℟. Est udare DEum ex cognitione creaturarum agnitum: cùm series creaturarum sit instar citharæ, r admirandam rerum connexionem, proportionem, vnius ab altera dependentiam, creatoris pientiam resonantis. Item tropologicè per psalterium decem chordarum, intelligitur coorditio actionum, & potentiarum naturalium, omniumq; affectuum, secundùm legem naturam, in decalogo explicatam.

III. *Quale canticum novum vult cantari David* v. 3.? ℟. Canticum novum propter 4 caus. *1mò* ratione causæ efficientis, id est, nouæ charitatis, vel gratiæ & fidei. *2dò* ratione obcti & materiæ: id est, de noua & quidem illustri victoria; & de nouo rege, id est Christo inrnato. *3tiò* ratione causæ formalis, id est, canticum pulcherrimum, valde jucundum & exllens. Deinde cum nouo & insolito feruore cantatum, qui est veluti causa formalis moralis. ò deniq; ratione causæ finalis, nempe vitæ æternæ & solius DEI gloriæ. Ad literam itaq; nticum novum est canticum præter consuetudinem admirabile, nec priùs auditum. Sic enim lent cantari noua cantica, quia sua nouitate magis feriunt animum. *Canticum novum.*

IV. *Quodnam est Verbum Domini rectum* ? ℟ est mandatum ejus, doctrina, instructio, juss, promissio. Ita Bellarm. Lorinus & alij. Vel est specialis promissio de victoria obtinenda cta Davidi per Pontificem vestitum suo Ephod atq; Rationali. Solebant enim Hebræi, prætim David, consulere Dominum, qui per Sacerdotem supremum, id est, Pontificem, respondebat, & reddebat oracula, vt patet 1. Reg. 23. 6. c. 30. 7.

V. *De qua fide sermo est, cùm dicitur* OMNIA OPERA EIUS IN FIDE ? ℟ in fide, idem , quod, in fidelitate. q. d. fidelia, veracia, neminem fallentia, respondentia dictis & promisejus, ab omni fraude, & omni injustitia aliena. Ita S. Aug. Theodor. & alij

VI. *Quo verbo Domini cœli firmati sunt* ? ℟ 1mo. Verbo, id est, jussu, imperio, mandato, oluntate Domini cœlos esse firmatos. q. d. non fuit Deo necessaria mora in tanta cœlorum m vastorum & excelsorum molitione, non eguit labore & machinis, non implorauit opem inistrorum, non adhibuit materiam, verbulo vnico potenti condidit & stabilivit cœlos. Eam facilitate & simplici mandato eosdem cœlos ornauit & potentes fecit ad influendum in blunaria, ita Orig. Euthymius & alij. 2dò Verbo Domini cœli firmati sunt, id est, per Verm, quod est secunda Persona Trinitatis & filius DEI. Ita pene omnes interpretes. Verbo DEI buitur omnium rerum creatio, seu Patri æterno per Verbum Gen. 1. v 1. *In principio*, id est, filio *creauit cœlum & terram.*

VII. *Quis est Spiritus oris DEI, quo firmauit virtutem cœlorum*? ℟ est Spiritus Sanctus, omnes pene interpretes. Creator est enim Spiritus S. sicut Pater & Filius, & hoc profitetur clesia cùm orat, *Veni Creator Spiritus*, & statim initio Gen. c. 1. v. 2. *Spiritus Domini feretur super aquas.*

VIII. *Cur Spiritus S. dicitur spiritus oris ejus* ? ℟ vt appareat ejusdem esse substantiæ cum o à quo emittitur. Ita Euthymius & S. Basil. 2dò, quòd non est creatus aliunde 3. quòd Pa & Filius sunt tantùm vnum principium Spiritus Sancti. Ex his infertur tres esse personas in initate. Nam per Dominum intelligitur Pater: per Verbum, Filius: per Spiritum Domini, iritus Sanctus. Deinde infertur; opera, Trinitatis ad extra esse indiuisa, cùm & Pater, & Verm, & Spiritus S. cœlos fecerint, firmauerint, virtuteq; dotauerint.

IX. *Quid denotat conclusio maris velut in vtre* v. 7.? ℟. Denotat facilitatem illas omnes uas in vnum alueum congregandi, atq; coaceruandi, sicut in vtrem aquæ immittuntur, aut sacculum pecuniæ. Verbulo id fecit DEus Gen. 1. v. 9. *Dixit verò Deus, congregentur aquæ, a sub cœlo sunt in vnum locum, & appareat arida.*

Psalmus XXXIII. Benedicam Dominum.

Laudat DEum, & alios hortatur, vt vnà secum laudent.

I *Quando David hunc psalmum cecinit*? ℟ cùm liberatus à periculo, quod incurrerat Philisthæis in aula Regis Achis, & adhuc timens Saulem se ad mortem odio habentem, & nni conatu perquirentem secesset in speluncam Odollam. Ibi igitur David exultans dicit se udaturum DEum omni tempore. Indicat id titulus hujus psalmi. *Davidi cùm immutauit vulm suum coram Abimelech, & dimisit eum & abijt.* Vocatur autem Rex Achis hîc Abimech, vel quia fuit binomius, quod erat frequens apud Judæos, & in populis Orientalibus, vel ia Abimelech fuit nomen commune regibus Palæstinæ, sicut Romæ Cæsar & Augustus, Ærpto Pharao,

II. *Quid immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum?* ℟. 1. Immittet ſeipſum vt ſit vice exercitûs. 2. Auxilium ſuum, quod prope continuum eſt, licet à nobis ſæpe non ſentiatur. Alludit Dauid ad Angelum, qui columnam nubis & ignis ducebat in deſerto, vt a æſtu diurno, & tenebris nocturnis populum præſeruaret. Cùm enim Ægyptij perſequerentur populum Iſrael, qui erat in caſtris ſuper mare, non poterat effugere, cùm cinctus mari, montibu & exercitu Pharaonis. Sed Angelus *immiſit ſe* (medium inter Ægyptios & Hebræos, vt his il nocere non poſſent) *tollensq́; ſe Angelus* Exod. 14. 19. (in columna nubis delitescens eamq mouens) *qui præcedebat caſtra Iſrael, abijt poſt eos, & cum eo pariter columna nubis, prior dimittens poſt tergum, ſtetit inter caſtra Ægyptiorum & caſtra Iſrael, & erat nubes tenebroſ* (ex parte Ægyptiorum, quia illam ibi denſauerat Angelus) *& illuminans noctem,* (ex parte Hebræorum, vt poſſent tranſire mare rubrum illa nocte) *ita vt ad ſe inuicem toto noctis tempor accedere non valerent.*

Timor Sanctis neceſſarius.

III. *Cur etiam ipſis ſanctis timor eſt neceſſarius,* TIMETE DOMINUM OMNES SANCTI EIUS? ℟ quia quamdiu ſub tentorijs carnalibus verſamur & pellibus, tela hoſtilia involitant, & jam victores nonnumquam confodiunt. Numquam tuta eſt humana fragilitas, inquit S. Hier. in regula Monachor. tit. de fide & timore, & quantò magis virtutibus creſcimus tantò magis timere debemus, ne de ſublimibus corruamus. Deinde etiam Sancti timere deben DEum, ob ſummam ejus majeſtatem & potentiam, ſicut dicebat Job c. 31. 23. *Semper quaſi tumentes ſuper me fluctus timui DEum, & pondus ejus ferre non potui.* Item ob exactiſſimam ejus juſtitiam, qua repetit nouiſſimum quadrantem datum ad operandum, & de verbo otioſo requirit rationem. Hinc Job ait c. 9. 28. *Verebar omnia opera mea, ſciens, quòd non parcet delinquenti.*

Inopia non eſt timentibus DEum.

IV. *Quomodo verum eſt, quòd* NON EST INOPIA TIMENTIBUS DEUM? ℟ Imò ho poſſe intelligi de inopia ſpirituali, nam timor Domini ditat animam omnibus virtutibus vt dicetur pſ. 111. 2dò etiam de inopia corporali, hoc poſſe accipi, eo modo, quo dicetur pſ. 36. 2 *Non vidi juſtum derelictum: nec ſemen ejus quærens panem.* Ut enim ait S. Aug. hîc, potio eſt ratio, vt DEus paſcat innocentes & ſervos ſuos, quàm ſceleratos. *Paſcebat, inquit, te Dominus contemnentem, & deſeret timentem ſe.*

V. *Quomodo diuites egent & eſuriunt* v. 11? ℟ 1. quia ſæpe à diuitijs ſuis excidunt, v patuit in Dionyſio tyranno, Beliſario & aliis. LXX eguerunt, vertunt oſtiatim more pauperu ſtipem quæritarunt, mendici facti ſunt. Theſauri diuitum auro gemmiſq; nonnumquam referti ſunt, ſed ſtatim inſtar dolij Danaidum hæ aquæ in mare ſalſuginis & doloris defluunt, ob ſumptus nimios in ædificijs & conuivijs, ob luxuriam vxorum in veſtibus, & filioru compotationes ac ludos in ganeis & luſtris. 2. Etiam cùm ditiſſimi ſunt impij, tunc maxim egent, qui inſtar Tantali in medijs aquis ſitiunt, & inſtar Cerberi ſemper os famelicum aperiunt, plura ſemper appetentes.

Pſalmus XXXIV. Judica Domine.

David hoſtibus ſuis, Allegoricè, Chriſtus Judæis, excidium prædicit ſibi ſalutem precatur.

Scutũ Dei.

I. *Quænam ſunt illa Dei arma & ſcutum* v. 2. ℟. Clypeus major Dei eſt bona ejus voluntas, charitas ſeu miſericordia erga pios. Scutum breuius eſt ipſius æquitas & juſtitia. D primo dicitur pſ. 5. v. vlt. *Domine vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos.* De 2do dicitu Sap. 5. 20. *Sumet ſcutum inexpugnabile æquitatem,* qua ſe ſuosq; ab impijs tueatur. Cùm enin videt impiorum injuſtum impetum in ſanctos, exitatur, vt juſtitiâ ſuâ eos innocentes protegat

Framea Dei

II. *Quid v. 3. per frameam intelligitur?* ℟ Ira DEi, ſeu vindicta, & juſtitia vindicativa Quòd autem dicitur illa framea effundi, notat primò facilitatem illius vindictæ, cùm placuerit Deo illam exercere. 2dò ſæpe illam immitti ex improuiſo. 3tiò copioſam & abundantem vindictam ſignificat. Si ſub ſpecie gladij conſiderare placet DEum vltorem, vide quàm ſit terribilis Deut. 32. v. 41. *Si acuero vt fulgur gladium meum, & arripuerit judicium manus mea* (id eſt potentia mea) *reddam vltionem hoſtibus meis.* Non dat vltionem, quia ejus natura eſt miſericordia, ſed eam reddit ob datas ſibi injurias. Non punit niſi motus ab extrinſeco.

Laquei dæmonis.

III. *Quos laqueos tendit nobis Dæmon?* ℟. Triplicis eſſe generis. Primus enim dæmonis laqueus ſunt diuitiæ, quæ tam ſtricto nodo hominem vinciunt, vt inde expedire ſe nemo poſſit, qui in eas ſemel inciderit. Job 18. v. 8. dicitur de ſcelerato. *Immiſit in rete pedes ſuos, & in maculis* (id eſt foraminibus) *ejus ambulat, tenebitur planta illius laqueo.* Non planta ſolùm & infima pars hominis, ſed caput & mens hoc vinculo arctatur, & in terram deprimitur. pſ. 56. 7. *Laqueum paraverunt pedibus meis, & incurvaverunt animam meam.* 2dus laqueus, & quidem lethalis eſt carnis voluptas. Eccl. 7. v. 37. ait Salomon, *& inveni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum eſt, & ſagena cor ejus &c.* 3tius laqueus dæmonis maximè proprius eſt ſuperbia pſ. 141. 4. *In via hac qua ambulabam, abſconderunt laqueum mihi.* Et

pſ. 139.

[.] 139. v. 6. apertiùs dicitur: *Absconderunt superbi laqueum mihi. Et funes extenderunt in laque-*
m, juxta iter scandalum posuerunt mihi.

IV. *Quæ est sterilitas animæ, quam inimici Davidi retribuebant* v. 12? ℟. Sterilitas hic po- *Sterilitas animæ.*
[.]st duobus modis accipi. Imò generatim pro desolatione, & vastitate vniuersali, qualis acci-
[.]it Jobo, qui vna die amisit opes, filios, sanitatem. Et huc pertinet expositio Theodoreti &
[.]uthymij, qui accipiunt sterilitatem pro oblivione, id est, tali desolatione, vt ipsum etiam no-
[.]en obliuioni tradatur. Potest 2dò accipi sterilitas pro vno genere mali, sed maximæ æstima-
[.]onis, tum apud diabolum, qui illud per ministros suos inferre conatur, tum apud hominem
[.]stum, qui illud cogitur pati. Id malum est, vt homo justus infamiâ, per falsa testimonia, no-
[.]tus, sterilis & orbus maneat, vt nec fructum facere possit, & quod jam fecit, pereat. Sic
[.]ellarminus.

V. *Quis sensus* v. 14. QUASI PROXIMUM ET QUASI FRATREM NOSTRUM SIC
[.]OMPLACEBAM? ℟ in Chaldæo est: ac si socius meus, & frater fuisset, sic me placidè ges-
[.] erga inimicum meum, *Humiliabar* coram te: nempe, vt hac via auerterem ab eis seu impen-
[.]entia, seu jam in eos sæuientia mala, propter quæ ex animo contristabar, compatiebar & lu-
[.]ebam. Bellarm. putat sensum esse ex S. Hieron. complacebam mihi, siue affectus eram erga
[.]umquemq; aduersariorum quasi erga proximum, siue socium & amicum, imò etiam erga
[.]atrem nostrum, nec solùm sic affectus eram, sed humiliabar, & inclinabam me ad eum, ex
[.]ompassione dolens & contristatus de malis ejus, quomodo pia mater inclinatur tristis ad fili-
[.]n languidum, & jacentem.

Psalmus XXXV. Dixit injustus.

Malitiæ impiorum opponit bonitatem & beneficentiam Dei.

I. *Quis sensus verborum,* DIXIT INJUSTUS, UT DELINQUAT IN SEMETIPSO? ℟ to *Delinquere in seipso.*
[.] semetipso potest referri 1mo ad *dixit,* vt sit sensus q. d. dixit, statuit, decreuit in semetipso,
[.] est, intra seipsum, vt delinquat, i. e. se peccaturum. q. d. vult ex deliberata malitia peccare,
[.]on tantùm ex infirmitate labitur, sed ex fixo proposito. *2dò in semetipso,* potest referri ad
[.]linquat, ita vt sit sensus, q. d. dixit injustus se peccaturum in semetipso, i. e. intra se ipsum, in
[.]edio cordis sui, q. d. sibi in ipsa peccati malitia complacet, & tanta scelera ac blasphemias
[.]ente voluit, vt eas ore non audeat expromere: nempe quòd non sit DEus, aut non sit timen-
[.]us. Sic ps. 13. 1. dicitur: *dixit insipiens in corde suo, non est DEus.*

II. *Quo sensu dicitur* v. 7. HOMINES ET JUMENTA SALVABIS DOMINE? ℟ Homi- *Homines & jumenta saluantur.*
[.]es & jumenta sunt boni & mali, justi & injusti, qui rationis dignitatem & impulsum seruant,
[.] qui proni terram spectant, ac terrenis sensibus pascuntur. Ita S. Hieron. & alij. Quòd pec-
[.]tor in jumentum & in belluam commutetur docet Orig. in illud Ezech. 14. 7 *Homo, homo de*
[.]omo Israel. Verba illius sunt: iste non est homo, sed homo jumentum. Matth. 3. 7. *genera-*
[.]o viperarum, quis vobis demonstravit fugere à ventura ira? Talis non est homo homo, sed ho-
[.]o serpens. Et qui in fœminas inhiantes vnusquisq; ad vxorem proximi sui hinniebant, iste
[.]on est homo homo, sed equus] Commodè huc refertur quod Athan. Kircherus ait in prodro-
[.]o Ægyptiaco, solitos Ægyptios in suis hieroglyphicis, aut homini caput alicujus animalis
[.]pingere, aut animali alicui caput hominis, quia homines pleriq; sensuum ductu ad anima-
[.]um mores sæpe devolvuntur.

III. *Unde constat, quod jumenta, id est, peccatores saluet DEus?* ℟. Hoc ipse dicit apertis *Peccatores salvat Deus*
[.]erbis Marci 2. 17. *Non necesse habent sani medico, sed qui malè habent, non enim veni vocare*
[.]stos sed peccatores. Hoc patet in parabola pastoris quærentis vnam oviculam perditam, reli-
[.]is 99. in parabola filij prodigi, in Zachæo cui Christus, *hodie salus domui huic facta est.* Ma-
[.]dalenæ dicitur Luc. 7. *fides tua te salvam fecit:* erat pejor jumento, habens 7. dæmonia: fit
[.]ræstantior hominibus.

IV. *Quænam est Domus Dei, in qua inebriabuntur sancti?* ℟ imò hæc Domus est Ecclesia *Domus Dei.*
[.]ilitans in terris, ita S. Amb. qui sic loquitur: imperfectis succus lactis, perfectis mensa refecti-
[.]nis de qua dixit ps. 22. 5. parasti in conspectu meo mensam, in qua panis vivus, id est, Verbum
[.]Ei, in qua Oleum Sanctificationis, quo impinguatur caput justi, & sensus firmatur interior,
[.]t aboleatur oleum peccatoris: in qua etiam poculum illud inebrians, quàm præclarum, vel
[.]uàm validum dixit Græcus. Validum enim quo abluuntur flagitia vel delentur. Bona ergo
[.]brietas poculi salutaris. 2dò hæc domus Dei, in qua sancti inebriantur totaliter, & ab ebrieta-
[.]e numquam exeunt, est cœlum, vbi est Ecclesia triumphans. De illa domo præsertim hic est
[.]ermo, quia ibi propriè est vbertas, & superabundantia numquam deficiens, aut imminutio-
[.]em patiens. ita S. Aug: Bellarm. & alij. Si S. Petrus Matt. 17. videns gloriam corporis Chri-
[.]i in monte Thabor, exclamauit: *bonum est nos hic esse,* & quid dicet anima sancta, cùm intra-
[.]erit in gaudium Domini, cùm videbit, quod oculus non vidit 1. Cor. 2. 9. &c. Vide S. Bern.
[.]erm. 11. in Cant.

V. *Qua-*

Ubertas domus Dei inebrians.

V. *Quænam eſt ubertas inebrians ſanctos in domo DEi?* ℟. De vino præcipuus hîc eſt ſer mo, quod inebriat intellectum, voluntatem, & totam animam. Tum in hac, tum in alia vit præcipuè intellectus inebriatur in contemplatione DEi, vt Moſes in Sinai, Petrus in Thabor Magdalena ad pedes JESU, Joannes in ejus pectore. S. Greg. illud Cant. 2. 4. introduxit m Rex in cellam vinariam conſiderans ait: quid per cellam vinariam congruentiùs, quàm ipſa arcanam æternitatis contemplationem accipimus? in hac æternitate Angeli ſancti, ſapienti inebriantur, dum ipſum DEum facie ad faciem videntes, omni voluptate ſpirituali ſatiantu Hanc ſancta mens, ſi à Spiritu S. introducatur, poſtpoſitis omnibus temporalibus intrat, in qu ex illis Angelicis delitiis, quantum ſibi conceditur, guſtat. Etſi adhuc quia in corpore corru ptibili detinetur, ſe perfectè non ſatiat, tamen ex illo minimo, quod curſim ſumit, conſidera quantum debeat amare, quod amat. *2dò* voluntas in domo DEi inebriatur amore ejus. Si pöet Anacres, amatorem pulchritudinis terrenæ jure vocat amore ebrium: quid dicetur de eo, q totus rapitur in amorem boni infiniti? *3tiò* tota anima in domo DEi inebriatur ſpirituali gra tia. Ea enim eſt ornamentum, cibus & potus animæ, ſine illa nuda eſt, famelica & ſiti mori ens. Ubertatem domus Dei ait Beda eſſe abundantiam ſpiritualis gratiæ. Hac vbertate inebri antur ait Ruffin. qui tanto Omnipotentis DEi amore repleti ſunt, vt mente mutata ſibimetipſ extranei eſſe videantur.

VI. *Cur David delectationem Sanctorum comparat torrenti v. 9.* cùm torrens ſit riuus flu uiuſq; temporarius, qui citò ſiccatur, felicitas verò Sanctorum ſit æterna? ℟ Non eſſe neceſſ in aliqua ſimilitudine omnia conuenire, alioqui non eſſet ſimilitudo, ſed identitas. Dico ita beatorum felicitatem & voluptatem comparari torrenti, quia tria ſunt in torrente. 1mò mul titudo maxima aquarum è monte defluens, 2dò repentina inundatio: in alueo enim ſicco, mo apparet ingens fluuius. 3tiò impetus aquarum decurrentium, & obuia omnia ſecum rapient um. De his vide Le Blanc hîc.

Fons vitæ Deus.

VII. *Quis eſt fons vitæ v. 10?* ℟ Ipſe DEus. Fons vitæ non eſt in his terris, ſed in cœlo vbi ſe DEus manifeſtat, ſcilicet perennis & felicis vitæ ait Janſen. Nam ea, quam hîc viuimu vita, non tam vita, quàm mors quædam continua eſt. Tu ipſe fons es, & origo vitæ veræ, e quo quidem nunc profluit ſperantibus in te vita ſpiritus & mentis. Verùm, cùm eis ex ho mundo liberatis dabitur apud te agere in domo tua, tum ex fonte tuo auguſtiſſimo haurie vitam ſempiternam; quæ cùm feliciſſima ſit futura, perpetuam ſatietatem ac voluptatem affer eis neceſſe eſt. Quibus verbis occurrit objectioni, quæ fieri poterat. Nam non bene videtu cauſa reddi, cur DEus torrente voluptatis potet Sanctos, cum dicitur, quoniam apud eum e fons vitæ; ſed potiùs dicendum fuiſſet, eſt fons lætitiæ aut ſapientiæ. Bellarm. egregiè ait: a pud DEum eſt fons vitæ, qui idem eſt cùm fonte ſapientiæ. DEus igitur qui eſt fons ſapientia hoc ipſo eſt fons vitæ, quia ſapere ſapientibus eſt viuere: & quia fons eſt vitæ, hoc ipſo fon eſt eſſendi, quia viuere viuentibus eſt eſſe. Dicitur autem fons ſapientiæ, vitæ & eſſentiæ, qui non habet ab alio, vt ſapiat, aut viuat, aut ſit: ſed ipſe eſt ſapientia, eſt vita, eſt eſſe, & om nia alia, quæ vtcumq; ſapiunt, vivunt, aut ſunt, ab illo id habent. Hæc Bellarm. & plura alia

In lumine videbimus lumen.

VIII. *Quid eſt*, IN LUMINE TUO VIDEBIMUS LUMEN? ℟ Lumine & per lumen glo riæ videbimus te ipſum DEum. Ita S. Thom. q. 12. art. 2. dicendum, ait, quòd ad videndun DEi eſſentiam requiritur aliqua ſimilitudo viſiuæ potentiæ, ſcilicet lumen diuinæ gloriæ con fortans intellectum ad videndum DEum, de quo dicitur in pſ. 35. in lumine tuo videbimus lu men. S. Aug. 8. de ciuit: c. 8. negat aptiori ſimilitudine declarari beatitudinis noſtræ modun poſſe, quàm oculi lucem cernentis.

Pes ſuperbiæ.

IX. *Quis ſenſus v. 12.* NON VENIAT MIHI PES SUPERBIÆ, ET MANUS PECCATO RIS NON MOVEAT ME? ℟ duplex poteſt eſſe ſenſus. Aut, amoue à me quàm longiſſim homines ſuperbos, ne mihi vel pedibus ſuis inſultent, vel ſceleratis violentisq; manibus vin afferant: aut ne permittas me ipſum prolabi in affectum ſuperbiæ: neq; exemplis moueri ſce leratorum hominum, vt illos imitatus operer mala. *Ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem.* Ibi hoc eſt in pede ſuperbiæ. Nam omnis ruinæ principium fuit ſuperbia. Per hanc Lucifer de cidit è cœlo, per hanc Adam & Eua è paradiſo: per hanc corruunt omnes, qui operantur ini quitatem. *Expulſi ſunt, & non potuerunt ſtare.* Nam quî poterunt ſtare, quibus ipſe DEus re ſiſtit.

Pſalmus XXXVI. Noli æmulari.

Solatur pios, ne offendantur proſperitate impiorum, vtpote breui per itura, cùm pij ſolida & ſtabili beatitudine ſint donandi.

Diuitum infelicitas.

I. *Quis ſenſus v. 1.* NOLI ÆMULARI IN MALIGNANTIBUS? ℟ Ne invideas pecca tori diuitias ſuas, potentiam, gloriam, ſanitatem, amicos, aliaq;: hæc enim citò defluent, cùm fœnum ſint, vt dicitur v. ſeq. Sic dicitur Eccl. 9. 16. *Non zeles gloriam & opes peccatoris: non enim ſcis quæ futura ſit illius ſubuerſio.* Vel etiam poteſt ſenſus eſſe, noli imitari malignos & ſcele-

scelerátos, vt tibi bona caduca & citò peritura compares. Ab imitatione peccatorum & de-
(s)iderio atq; amore felicitatis ipsorum deterrere te potest S. Laur. Justin. l. de spirituali animæ
(p)ræfectione. Nihil sanè ait, infelicius felicitate peccantium, quibus tamquàm desperatis ægrotis,
(t)amquam contrarium & morbo incongruum nihil negatur, quod libeat. Deinde horrificam
(ad)uersus omnibus diuitibus & felicibus hujus sæculi sententiam subtexit: nullum tam euidens
(per)petuæ damnationis indicium est, quàm continuis transitoriæ prosperitatis gaudere successi-
(bu)s, per quos homo in hac miseriarum valle finem suum instituit, nolens veluti peregrinus &
(adu)ena, sed in hoc mundo cupiens conversari vt ciuis.

II. *Quomodo oportet delectari in Domino?* ℟ hoc potest fieri tripliciter. 1mò per contem- *Delicia in Deo.*
(pla)tionem ei vniendo nostrum intellectum, in contemplatione enim prægustatur dulcedo Dei
(Ps.) 33. 9. *gustate & videte, quoniam suauis est Dominus.* 2dò per charitatem adhærendo illi
(per) voluntatem. Ut quis ait Bellarm, operetur & fit amicus DEi, ita in illo securè confidat,
(ne)cessaria est charitas, ideo dicit, *delectare in Domino*, id est, ama DEum ex corde, & ille fit
(del)iciæ tuæ. Itaq; erit Metalepsis. Ponitur enim consequens pro antecedenti: nempe delecta-
(tio), quæ ex amore sequitur, pro amore ipso. 3tiò per operationem ad illum applicando reliquas
(an)imæ & corporis facultates, Orig. inquit: non potest & in carne & in spiritu habere deli-
(cia)s. Sed si quis in carne deliciatur, sicut ille diues, carebit gremio Abraham & delicijs. Qui
(ve)rò in præsenti sæculo pane afflictionis vescitur, sicut & ille pauper, cùm hinc abscesserit, in
(de)licijs erit. Deliciare ergo in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Quodsi adhuc ple-
(ni)ùs intueri vis, quomodo quis delicietur in Domino, perspice, quòd Dominus veritas est, &
(sa)pientia est, & justitia est, & sanctificatio est. Si ergo abundaueris in delicijs veritatis, si ab-
(un)daueris in intellectu sapientiæ, si copiosus fueris in actibus justitiæ, tunc plenè & integrè
(de)liciaris in Domino. Hæc Orig.

III. *Quomodo reuelanda Deo via nostra?* ℟ per confessionem peccatorum. Sic dicebat *Via nostra*
(Jo)b c. 13. 15. *Vias meas in conspectu ejus arguam.* Hinc S. Amb. ait, *Quis reuelat Domino vi-* *Deo reue-*
(a)*m suam*, nisi qui DEo occultorum suorum arbitro interna sui pectoris confitetur? Bene ait *landa.*
(Reu)ela: hoc est aperi conscientiam tuam, ne eam sæculi istius grauet vmbra vel carnis, prorum-
(pe)ntia semina si fuerint obumbrata, tenuantur: soli objecta pinguescunt. Premit se intra homi-
(ne)m conscientia, cùm latere non possit: & tamdiu differt, quod vulnus efferuest, vt jam non
(fi)dei salubritate, sed immedicabili atrocitate vulneris detegatur. Reuela, inquit, ad Dominum
(vi)am tuam: hoc est, aperi viam tuam: noli abscondere, sicut abscondebat Cain, qui latere cu-
(pi)ebat. Omnis enim qui malè agit, odit lucem. Reuelabat David viam suam, qui ait ps. 44.
(D)ico ego opera mea regi. Aperi sensum tuum, vt nihil sit, quod timeas reprehendi. Hæc S.
(A)mb. propriè tamen reuelatio viarum, id est actionum & affectionum coram DEo, fit per ora-
(ti)onem, & de illa hìc potissimùm agitur.

IV. *Quo sensu dicitur* v. 6. EDUCET QUASI LUMEN JUSTITIAM TUAM, ET JUDI-
(C)IUM TUUM TAMQUAM MERIDIEM? ℟det Orig. hom. 1. Tuam justitiam, quam tu egi-
(st)i in occulto, & reuelasti eam soli Deo, hanc producet sicut lumen DEus, & ostendet te ju-
(st)um illuminatum sole justitiæ, cœlo & terræ, & omnibus, quæ in cœlo sunt, ostendet lumen
(ju)stitiæ tuæ, & (si ita dici oportet) jactabit se de te tamquam de filio, tamquam qui acceperis
(sp)iritum adoptionis. Producet ergo justitiam tuam sicut lumen, quia qui secundùm manda-
(tu)m Domini justus est, justitiam suam ita facit, sicut ipse mandauit dicens: vos autem cùm fa-
(ci)tis justitiam vestram, nesciat sinistra, quid faciat dextera vestra. Hæc ergo justitia, quæ ita fit,
(u)t non hominibus appareat, nec vt humanam gloriam captet; sed fit in occulto, vt Pater, qui
(v)idet in occulto, reddat palàm in tempore suo, producitur à Deo sicut lux, & judicium tuum
(s)icut meridies.

V. *Quomodo verum est, non vidi semen justi quærens panem?* ℟ vt non reperiat. Si qui
(a)utem verè justi, & sperantes in Domino derelicti videntur, & quærentes micas panis, vt La-
zarus in Euangelio, ij aliquid melius à Domino acceperunt, quàm fit copia rerum temporali-
(u)m, neq; mutarent meritum patientiæ cum omni temporali felicitate. ita Bellarm.

VI. *Nonne David sibi contradicit, hìc enim ait*: NON VIDI JUSTUM DERELICTUM,
(i)n persona verò Christi dicit ps. 21. *Deus Deus meus, quare me dereliquisti?* Ps. 26. 10. in sua
persona ait: Pater meus, & mater mea dereliquerunt me. ps. 37. 12. Amici mei & proximi mei ad-
versùm me appropinquauerunt & steterunt. ℟ cum S. Amb. hìc, quòd justus etsi in sæculo
derelinquatur, à Domino tamen non derelinquitur. Hoc probat exemplis varijs. imo Jobi.
Neq; enim, ait, Job cùm esset in stercore à Domino derelictus est: quem in Angelorum con-
sortio Dominus ipse sua voce laudabat: quem tentari passus est, vt coronaret. Tentationem
autem in corpus dedit, in animam denegauit. 2dò Davidis. Nec, inquit, dereliquit David,
cui regnum dedit, vt populo imperaret electo, quem parricidalibus prœliis appetitum, regni
sui depulsum finibus, victoriæ jure restituit &c.

VII. *Licetne mendicare, aut ordines instituere mendicantium, si semen justorum non dere-* *Ordines*
linquitur à Deo, neq; panem quærit? ℟ Licet, nam mendicantes religiosi sponte mendicant amo- *mendican-*

re paupertatis, non necessitate inopiæ, neq; derelicti dici possunt, cùm DEus eos mirabili si prouidentia alat, & sustenter. Cæteri mendicantes, vt plurimùm non sunt filij eorum, q consueuerint misereri aliorum & donare: ad hos enim propriè hæc promissio pertinet. Sæ etiam neq; justi sunt ipsi, neq, filij justorum. Deniq;, vt supra dictum, si qui verè justi & sp rantes in Domino derelicti videntur, & quærentes micas panis, vt Lazarus: ij melius aliquid Domino acceperunt, quàm sit copia rerum temporalium.

Psalmus XXXVII. Domine ne in furore tuo arguas me.

Describit pœnas adulterij sui, morbos & hostium vexationes, qu humillimè deprecatur.

Sagitta Dauidi infixa.

I. *Quas sagittas Dei infixas sibi dixit David* v. 3.? ℞ Minas prophetæ Nathan & incr pationem seueram ob peccatum adulterij & homicidij 2. Reg. 12. Certè ista exprobratio ben ficiorum & comminatio pœnarum pupugit sine dubio grauissimè animum Dauidis & verecu diâ, timore & dolore vehementissimo illum affecit, ita Bellarm. Sagittas Domini Dauidi in fixas putat S. Basil. fuisse tribulationes multas & calamitates illi inflictas ob peccata, Gene includit & morbum. Crediderim tum cæteras, tum præsertim afflictiones ob Absalonis fil defectionem ortas intelligi. Cor enim parentis lethali sagitta confoditur, cùm filij furorem se contortum videt. Sagittæ illæ erant multæ. Nam 1. filius ex adulterio susceptus mortuus e 2. Thamar Dauidis filia à proprio fratre Amnone violata est. 3. Amnon à fratre Absalone o cisus est. 4. Absalon à patre defecit, eum è throno expulit, ejus 10 concubinas in vrbis reg oculis polluit. 5. eum Semei lapidibus & maledictis appetiit.

Cicatrices Dauidis,

II. *Quæ cicatrices Davidis computruerunt & fœtuerunt* v. 6.? ℞ Cicatrices hîc esse v rias occultationes peccati non sanati, sed per hypocrisim obtecti. Cicatrix enim est signu vulneris obducti, siue vulnus illud intus sanatum sit, siue non. Unde sæpe ex aperta cicatric aut ex corruptione vulneris interna sequitur morbus grauis & mors. David cum Bethsaba peccauerat, hoc erat vulnus, illud tegere conatur. 1. Uriæ morte, & matrimonio cum Bet sabæa. 2. Dissimulatione & varijs artibus. Sed quò magis exteriùs tegebatur, eò magis inter ùs corrumpebatur, putrescebat & fœtebat per additionem peccati ad peccatum, & per vari anxietates. Deinde fœtor erumpebat exteriùs per infamiam tum in Judæa, tum in vicinis p pulis. 3. per malum exemplum. Hinc Christus comparat hypocritas Matt. 23. v. 27. sepulchr dealbatis, & plenis ossibus mortuorum fœtentibus. Figurantur Dan. 14. v. 6. per idolum Be quod exteriùs erat æreum, intus verò lutum.

III. *De quibus illusionibus loquitur David* v. 8.? ℞ Rabbini, & qui eos sequuntur, fabu lantur, nescio quid de morbo corporali & fœtente, quo David laborauerit in partibus corp ris pudendis. Sed SS. PP. Amb. Aug. Hieron. & Greg. referunt hos versiculos ad carnale concupiscentiam, vt similis sit hæc Davidis querimonia illi, quæ legitur Rom. 7. video alia legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in legem peccati Infelix ego homo, quis me liberabit &c.

Psalmus XXXVIII. Dixi custodiam.

David ob maledicta Semei conticescens, Deo illa queritur, oratq; v sui ob peccata meritò afflicti misereatur, & in hac vitæ breuitate & miseria consoletur.

I. *Quid denotat titulus hujus psalmi:* IN FINEM, IPSI IDITHUM? ℞ Erat Idithum vnu ex tribus Principibus Cantorum 1. Paral. c. 16. & l. 2. c. 5. cui David hunc psalmum inscripsit vt ab ipso caneretur.

II. *Quo tempore hic psalmus conscriptus est & de qua re agit*? ℞ conscriptum esse à Davide fugiente Absalonem, cùm Semei ipsum lapidibus & contumelijs impeteret. Describitur autem hic breuitas & vanitas præsentis vitæ, vt intelligamus spem nostram non in hac vita, sed in Deo, in quo vita æterna est, esse ponendam, & ideo dandam esse operam patientiæ & paci cum omnibus hominibus, & præcipuè linguam esse custodiendam ab omni rixa & jurgio & contentione, vt non impediamur à cursu ad brauium supernæ vocationis. Hic psalmus propter doctrinam tam sublimem cani debet in finem id est, semper, vsq; ad mundi consummationem. Idem etiam psalmus rectè inscribitur pro victoria, quia nulla potest esse victoria nobilior, quàm per patientiam vincere in bono malum, & sibi ipsi hominem imperare. ita Bellarm.

III. *Quo sensu dicitur*, SILUI A BONIS v. 3.? ℞ à bona & justa mei excusatione. Vel, adeo silui, vt ne bona quidem verba proloquerer, ne fortè verbum aliquod querulum, & impatiens incauto excideret. Unde factum, vt dolor internus animi diu compressus, ipsa taciturnitate recrudesceret. S. Amb. ait Dauidem tacuisse, quia erat innocens in ijs, quæ à Semei obtrude-

debantur. Bona conſcientia, inquit, non eget defenſione verborum, quæ ſuo nixa eſt teſti-
onio, ipſa ſui judex.

IV. *Quomodo homo ambulat in imagine?* ℞ Hoc dupliciter poteſt accipi, ita vt homo *In imagine ambulat.*
e ſit imago, aut etiam vt res ipſæ, in quibus homo ambulat, ſint imagines. Bellarm. de re-
s ipſis imaginem ſumit, & vult ſignificari hominem ambulare non in rebus veris, ſed tan-
n in imaginibus rerum, ſic dicimus hominem ambulare in luce, in tenebris, in fide; ſicq;
bulare in imagine opponitur ambulare in veritate: quatenus imago opponitur veritati. Me-
s autem dicitur homo pertranſire in imagine, id eſt, inſtar imaginis, velut imago; cùm ſit
e imago. Dupliciter autem iſta imago ſumi poteſt, 1. vt ſit homo imago Dei. 2. vt ſit figu-
quædam, ſpecies, abumbratio, vmbra, imaginarium ſimulacrum, & non res ſolida, ſtabilis
firma. SS. Amb. Hieron. Aug. De imagine Dei exponunt, q. d. homo factus eſt ad Dei ima-
nem, eamq; circumfert, quocumq; pergit. SS. verò Athan. Baſil. Cyrill. exponunt in imagi-
pertranſit homo, id eſt, homo tranſit inſtar imaginis caducæ & vmbraticæ, eſt imago ac
cies, figura & adumbratio, non res ipſa ſolida & veritas.

V. *Quomodo ſubſtantiam tuam apud Deum reperire & conſeruare poſſis?* SUBSTANTIA
EA APUD TE EST v. 8. ℞ ſi peregrinum & aduenam te eſſe cogites in terris, tunc enim
contemnes bona, quæ præteris, & quæ prætereunt, ac DEus te ſui amantem amabit ditabitq;,
ut Abraham, Iſaac & Jacob, qui demorati ſunt in terra promiſſionis, tamquam in aliena, in
ſulis habitando, & defuncti ſunt *confitentes quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram* Heb.
13. Unde ſtatim ſubditur v. 16. *Unde meliorem appetunt, id eſt, cœleſtem. Ideo non confundi-
r DEus vocari Deus eorum.* Dicitur enim DEus Abraham, Iſaac & Jacob.

VI. *Quis eſt ſenſus v. 12.* TABESCERE FECISTI, SICUT ARANEAM, ANIMAM EIUS?
Feciſti, vt anima ejus contabeſceret inſtar araneæ, quæ laborat in texenda tela, ut capiat
uſcas, & interim illa exſiccatur, & conſumitur. Sic enim animæ hominum carnalium juſto
ei judicio perpetuò laborant in rebus temporalibus acquirendis, & in eo labore conſumunt
genium, & mentem, & inde anima exſiccatur omni honore gratiæ, vt ne cogitent quidem
ſalute ſua, neq; vllo deſiderio tangantur veræ felicitatis.

VII. *Quomodo David dicit,* ET AMPLIUS NON ERO v. 14.? ℞ Ampliùs non ero, ſup-
e peregrinus, q. d. remitte mihi exilium, in quod relegatus ſum. Si remiſeris, antequam di-
dam hinc, non ero ampliùs exul & peregrinus. Cùm enim tu remiſeris, non ero peregrinus,
d ero ciuis Sanctorum tuorum, ero cum patribus meis, qui & ipſi fuerunt antè peregrini,
nc verò jam ciues ſunt. Ero domeſticus DEi, vt pœnam non timeam, gratiam merear.

Pſalmus XXXIX. Exſpectans exſpectavi Dominum.

David vel potiùs Chriſtus, gratias agit Patri de impenſa ſibi ope, liberatione, & loco ſacrificiorum legalium promptam perpetuamq; ei ffert obedientiam, & ſe ipſum holocauſtum in cruce.

I. *Quem Dominum exſpectarunt SS. Patres?* ℞ Per Dominum intelligitur hic Chriſtus in-
rnandus, de quo dicit Abacuc c. 2. 3. *Si moram fecerit, exſpecta eum, quia veniens veniet, &
on tardabit.* Iſa. 25. 9. *Ecce Dominus DEus noſter iſte: exſpectauimus eum, & ſaluabit nos.* Ex-
ectatus eſt Chriſtus à tota Eccleſia, velut Redemptor, qui nos per Adæ peccatum ad æter-
am mortem damnatos, & hoſtis poteſtati traditos, pretio ſui ſanguinis redimeret, ſatisfaci-
ns ad æqualitatem juſtitiæ pſ. 110. 9. Redemptionem miſit populo ſuo: mandauit in æternum
ſtamentum ſuum.

II. *Quæ ſunt illæ vanitates & inſaniæ falſæ v. 5.?* ℞ Vanitates & inſaniæ falſæ ſunt va- *Inſaniæ falſæ.*
a auxilia, quæ à creaturis quibuslibet ſperantur, ſiue ab honoribus, ſiue à diuitijs, ſiue à vo-
uptatibus, ſiue à quacumq; alia re vel homine. Ita SS. Aug. Amb. Hieron. Bellarm. & alij.
Dicuntur inſaniæ, ſeu res inſanæ, quæ non eligerentur, niſi ab inſanis.

III. *Quæ mirabilia facta ſunt in natiuitate Chriſti?* ℞ Varia. 1. In Incarnatione eſt ad- *Natiuitas Chriſti mirabilis.*
mirabilis vnio, qua DEus fit homo, & homo DEus. S. Bern. Serm. 1. de Aſſumpt. B. V. Quis,
it, etiamſi linguis hominum, Angelorumq; loquatur, explicare queat, quemadmodum ſuper-
eniente Spiritu, obumbrante virtute altiſſimi, caro factum ſit Verbum Dei, per quod facta
ſunt omnia, & Dominus majeſtatis, quem non capit vniuerſitas creaturæ, intra virginea ſe
clauſerit viſcera factus homo. 2. In incarnatione mirum eſt, quòd vir perfectus ſit in vtero
matris Jer. 31. v. 22. *Creauit Dominus nouum ſuper terram. Fœmina circumdabit virum.* 3. quòd
Chriſtus ſit conceptus & natus ex Virgine ſine humano ſemine, ſola virtute & operatione Spi-
ritus Sancti. Hoc contemplans Iſaias exclamat c. 7. v. 14. *Ecce Virgo concipiet & pariet fili-
um, & vocabitur nomen ejus Emmanuel.* Figuratum hoc fuit in Adamo ex terra virgine, id eſt,
non proſciſſa aratro, nec ſemine grauida procreato, vt docet S. Iren. l. 3. c. 31. Item in rubo
ardente & non combuſto S. Greg. Nyſſen. oratione de Chriſti Nativ. 4. Quòd filius matrem

ætate ſuperet. Nam Chriſtus eſt filius Patris æterni ab æterno ante Luciferum genitus, & tamen in tempore natus de Maria, quæ eſt verè DEI Mater, vt docet S. Thom. 3. p. q. 25. a. licet non ſit mater diuinitatis, vt habet in 3. diſt. 4. q. 2. a. 2. 5to quòd Chriſtus vnius momenti puer habuit vſum liberi arbitrij. 3. p. q. 34. a. 2. habuit plenitudinem gratiæ & cognitionis. q. 7. a. 1. & 9. virtutes a. 2. Spiritus S. dona. a. 3. in primo inſtanti ita meruit, vt aliorum ſanctificator eſſet. q. 34. a. 3. quin etiam fuit perfectus comprehenſor in eodem inſtanti a. 4. ibid. & in 3. diſt. 13. q. 1. a, 2.

Sacrificia veteris legis.

IV. *Cur dicuntur v. 7. ſacrificia veteris legis Deo non placuiſſe?* ℞ Non placuerunt ill boum, ouium, agnorum, hœdorum, vitulorum ſacrificia ſecundùm ſe ſumpta, & à cultu interno offerentium ſeparata. Hæc enim immolatio animalium non dabat gratiam niſi ex oper operantis: in lege autem gratiæ Sacramenta dant illam ex opere operato. Deinde ſacrificia ill non placuerunt, nec ſufficientia fuerunt pro ſatisfactione peccatorum noſtrorum, Itaq; neceſſarium fuit, vt Chriſtus incarnaretur, & ſeipſum in ſacrificium offerret ad condignam patr æterno ſatisfactionem offerendam. Et hic eſt ſenſus genuinus hujus loci, vnde ſtatim additur *tunc dixi, ecce venio.* Quod autem cæteroqui placuerint DEo ſacrificia, patet ex eo, quod ill igne de cœlo miſſo probauit, erantq; ab ipſo inſtituta, vt eſſent figuratiua ſacrificij in cruc offerendi,

Aures perforatæ.

V. *Quo ſenſu dicit Dauid in perſona Chriſti:* AURES AUTEM PERFECISTI MIHI v. 9 ℞ Hugo Card. legit, perfectam obedientiam dediſti mihi. Chaldæus vertit: *aures ad auſcultanda præcepta tua perforaſti mibi.* Alluditur ad ritum illum, quo ſubulâ perforabatur auris illius qui poſt annum ſextum ſeruitutis, nolebat anno ſeptimo diſcedere à domo heri ſui, ſed ei volebat adhuc ſeruire. Præceptum extat Exod. 21. 5. quodſi dixerit ſervus. Diligo Dominum meum, & vxorem & liberos, non egrediar liber: offeret eum Dominus dijs (id eſt Judicibus) E applicabitur ad oſtium & poſtes, perforabitq; aurem ejus ſubulâ (vt ſciat ſe perfectam habere debere obedientiam, licet dura & aſpera præcipiantur) & erit ſeruus ei in ſæculum, id eſt uſque ad annum quinquageſimum Jubilæi, in quo omnes ſerui Hebræi, libertatem ſuam recipiebant

VI. *In cujus libri capite ſcriptum eſt, Chriſtum venturum, vt faciat voluntatem Patris ſui* ℞ per librum illum intelligitur ſacra ſcriptura, quæ abſolutè & per excellentiam ab Hebræi vocabatur liber ſeu volumen, quia complicabatur. Per caput libri accipitur Geneſis juxta Hieron. & alios, & quidem initium ejus, *in principio creauit DEus* vbi *tò in principio* explicant in Chriſto Domino Rib. *caput libri* ait eſſe caput ſecundum Gen. vbi ſcriptum eſt de Chriſto & Eccleſia in ſenſu allegorico: hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea, Nam ſicut ex latere dormientis Adæ ædificata eſt Eua, ita poſtea ex latere Chriſti dormientis in cruc ædificata eſt Eccleſia, cum ſanguis & aqua ex eo fluxerunt, in quibus duo maxima ſacramenta, ſcil. baptiſmus & Euchariſtia, figurata ſunt. Unde Paulus hæc Geneſis verba citans Eph. 5 & allegoricè explicans ait: *Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia.* Alij de alijs capitibus explicant. Sed videtur ſimpliciſſima & maximè literalis expoſitio ſi nomine capitis intelligatur ſumma totius libri diuinarum ſcripturarum. Siquidem in textu Hebraico ſolùm habetur in volumine libri ſcriptum eſt de me, q. d. in toto volumine, quia ſumma totius ſcripturæ Chriſtum loquitur. Dominus enim dixit Luc. vlt. oportet impleri, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſis & prophetis & pſalmis de me, & ibidem interpretabatur duobus diſcipulis in omnibus ſcripturis, quæ de ipſo erant, incipiens à Moyſe & omnibus prophetis.

Pſalmus XL. Beatus qui intelligit.

Orat pro ijs qui afflictis benefaciunt: queritur inde de fictis & fraudulentis amicis.

Benedictio miſericordiæ.

I. *In quo conſiſtit beatitudo ejus, qui intelligit ſuper egenum & pauperem?* ℞ cum Valentia, cùm 7. ſint opera miſericordiæ, hoc loco 7. oſtendi promiſſa miſericordibus. 1mo ait: *Dominus liberabit eum in die mala*: id eſt in die judicij, quia dicet omnibus miſericordibus: *venite benedicti &c.* 2. quia conſeruabit eum in gratia, ne cadat in peccatum. 3. Viuificabit eum à peccato ad gratiam, ſi fortè ceciderit in aliquod peccatum. 4. beatum faciet eum in terra viventium, id eſt, in gloria. 5tò liberabit eum ab inimicis viſibilibus & inviſibilibus, & ab omni periculo. 6. adjuvabit eum in omnibus infirmitatibus & doloribus corporalibus. 7. dum fuerit infirmus ad mortem in lecto, verſabit & mutabit ſtratum, & lectum mortis ejus in ſanitatem & vitam, & revocabit eum à morte corporali.

II. *Quid eſt verſare ſtratum in infirmitate?* ℞ Eſt mutare ſtratum ægroti in ſtatum ſanitatis. ita S. Amb. S. Chryſoſt: & alij. Si quando decubuerit, inquit Janſenius, in lecto ob morbi dolorem, Dominus auxiliabitur ei, confirmans ſua conſolatione animam ejus, ne morbo ſuccumbat, aut ab ægritudine eum curans: tu Domine in infirmitate ejus vertes & mutabis penitus ſtratum ejus, in quo languidus jacet, reddens eum ſanum, vt jam lectum ægritudinis re-

aquat, & pro eo locum quietis ascendat. Tu etiam in morbo ipsius sic te geres, quasi si to-
m ejus lectum (vt fieri ad infirmorum consolationem solet) versares, angulis vndiq; venti-
tis, facies enim, vt mollius cubet, leuiùsq; ferat morbum.

III. *De quo pane est sermo* v. 10. QUI EDEBAT PANES MEOS? ℞ præcipuè de pane
ommuni & corporali. Sic Luc. 22. 21. *Ecce manus tradentis me mecum est in mensa.* Joan. 13.
6. *Ille est, cui intinctum panem porrexero.* Agit de suo proditore, panem hunc intinctum fu-
se Eucharistiam quidam censent. Sed jure id negat S. Aug. tr. 62. in Joan. S. Thom. in c. 13.
oan. Concilium Braccarense 3. in suis decretis c. 7. Fuit enim buccella panis, quam Christus
ost cœnam agni paschalis, cœnam communem, & cœnam Eucharisticam, intinxit in embam-
a vel jusculum aliquod delicatius, quod adhuc erat in mensa. Hoc autem signo indicauit
roditorem 1. vt hujus psalmi prophetiam veram esse ostenderet. 2. vt denotaret panis oblati-
ne, quæ est symbolum amicitiæ, modum proditionis per aliud amicitiæ signum, nempe per
sculum. Hac autem buccella apertum scelus suum Judas videns, penitus cor suum tradidit Sa-
næ veluti desperans: & ideo statim introiuit in eum satanas, videns cor illud esse obstinatum.

IV. *Cur Christus ab Apostolo & domestico suo amico tradi voluit?* ℞ 1. quia acerbior est
æc injuria, quàm ab alio prodi: eximium autem erga nos amorem ostendere voluit. 2. vt in
mni statu securos nos esse non putaremus. Si enim Angelus in cœlo cecidit, Adam in para-
iso terrestri, Judas in domo Christi, quis securum se fore credet? Etenim ait S. Thom. in c.
). Matt. Status dignitas non sanctificat hominem, & vt S. Hieron. in c. 20. Ezech. Non sta-
m qui eligitur tentari non potest, nec perire, sed suo potest vitio corruere, sicut euenit etiam
i Saule: siue hoc fiat per liberam voluntatem, vt ait Euthym. in c. 6. Joan. siue per negligen-
am & pigritiam, vt S. Chrysost. hom. 10. de pœnitentia.

Psalmus XLI. Quemadmodum desiderat cervus.

*Continet aspirationem Dauidis ejecti ad tabernaculum; & mysticè ho-
ninis justi ad cœlum, vel Deum: sed & Christi ad Patrem. Datus ad
anendum filijs Core, qui Patre terrâ absorpto, cum tota domo sua mira-
ulosè penduli in äëre, quia pij & innocentes, seruati sunt.* Num. 16. 32.

I. *Cur cervus ad fontes currit?* ℞ 1. vt se refrigeret. 2. vt vires reparet. 3. vt sitim leuet, *Cervus cur ad fontes recurrit.*
uæ sitis tres ob causas oritur. 1. ob cursum. 2. ob deuoratos serpentes. 3. deniq;, ob attem-
erationem humorum cerui. Prima, & maximè obuia sitis ceruorum causa, est cursus diutur-
us, quando instante vi canum & equitum fatigati, anhelant, ardentq;, fontesq; ac fluvios per-
uirunt. Et quidem fertur cervum, vbi se fluvio obuio immerserit vires nouas resumere, & cæ-
tos cursus alacrius absoluere. 2da causa sitis in ceruo, est serpentum interemptio &
euoratio. S. Thom. notat serpentem à ceruo comedi præsertim cùm cerus de renouatione
ia cogitat, in eamq; rem cursu ferri ad fontes. S. Epiphan. c. 5. Physiologi ait cervum post
o vitæ annos serpentem investigare, & postquam ex cauernis captum vorauit, illicò ad aqua-
um fontes currere. Quodsi trium horarum spatio se explere non potest, moritur. Si autem a-
uæ potus obtingat, ad annos denuò 50 vitam protrahit. 3tia sitis in ceruo causa est cerui ipsi-
s natura & complexio. Cervus est natura siticulosus, & ideo frequenter currit ad fontes aqua-
um. Efficitur autem sitibundus, & à natura & ex eo, quòd serpentes comedat, & illorum ala-
ır corporibus.

II. *Quid est* EFFUDI IN ME ANIMAM MEAM v. 5.? ℞ q. d. effusè lætatus sum, effusè
ne exhilaraui. Ne his vocibus, aut quibusuis calamitatibus succumberem, ea frequenter mente
evolui, quæ mihi promisisti eorumq; recordatione animam meam tribulationibus & dolore
imium angustatam & coarctatam, intra me effudi, dilataui & relaxaui. Lætitia cor dilatat &
piritus vitales per totum corpus diffundit, tristitia verò cor contrahit atq; arctat ob infrigi-
lationem, & defectum spirituum vitalium.

III. *Cur DEus dicitur* SALUTARE VULTUS? ℞ Salutare vultûs nostri erit DEus in cœ-
o, cùm se ostendet Sanctis clarè videndum facie ad faciem. Tu es solus vultus mei ait Bellar-
ninus, dum illuminas fulgore tuo vultum meum: & facis, vt videat facies mea faciem tuam,
k cognoscam, sicut & cognitus sum.

IV. *Quid erat Hermonijm?* ℞ det Bellarm. Quis propriè sit mons Hermonijm, & an di-
ersus sit à monte Hermon, non omnino liquet: tamen verisimile est, esse montes diuersos, &
n diversis locis sitos. Nam S. Hieron. in vita S. Paulæ distinguit hos duos montes, & constat
nontem Hermon esse montem amplissimum, & Hermonijm hoc loco dicitur esse modicus. For-
asse igitur Hermonijm erat mons aliquis in Galilæa non longè à Jordane, cùm Dauid hæc duo
conjungat.

V. *Cur ait David se de terra Jordanis & Hermonijm montis memorem fore Dei?* ℞ quia
unc Jordanem & Hermonijm montem cernebat cervis abundantem, quando hunc psalmum

 scribe-

scribebat, aut mente versabat exul, vt vult Jansenius, aut venatione se exercens, cùm esset R[...]
pacatus. Unde vritur comparatione cerui ad fontem currentis.

VI. *Quid v. 8. per abyssos & cataractas intelligitur?* ℟ Sensus est, abyssus abyssum inu[...]
cat, q. d. calamitas calamitatem vocat, adducit, accersit, trahit, quod dicitur, sæpe ex v[...]
magno incommodo in aliud adhuc majus & molestius devoluimur. Hinc ille dicebat, finis v[...]
us mali gradus est futuri. Similitudinem verò hanc censet Bellerm. sumi ab ingenti pluvia, qu[...]
dicitur, maxima aquarum inundatio, & profunditas super me venit, & illa transeunte alia [...]
pervenit, quasi à priore vocata: venerunt autem istæ magnæ inundationes in voce catara[...]
rum tuarum, id est, in strepitu & sonitu apertionis cataractarum cœlestium, vnde aquarum i[...]
undatio descendebat.

VII. *Quæ sunt excelsa & fluctus* v. 9. OMNIA EXCELSA TUA ET FLUCTUS TUI S[...]
PER ME TRANSIERUNT? ℟ Bellarm. vult alludi ad diluvium generale, in quo cataract[...]
cœli apertæ sunt, id est tam ingens pluvia descendit, ac si cataractæ aliquæ in cœlo apertæ [...]
issent, & inde tota illa aqua magno cum impetu descendisset, & ex ea inundatione facta [...]
abyssus, id est, maxima aquarum altitudo & profunditas. Le Blanc per excelsa & confracti[...]
nes intelligit excelsos fluctus Jordanis prope montem Hermonijm ad cautes allisos, & per ill[...]
ex alto decidentes per cataractas insonantes; vnde supra dixit, abyssus abyssum invocat in v[...]
ce cataractarum tuarum.

VIII. *Quid significant dies & nox* v. 10. IN DIE MANDAVIT DOMINUS MISERICO[...]
DIAM SUAM ET NOCTE CANTICUM EJUS? ℟ Dies sumitur pro prosperitate, & n[...]
pro adversitate. Ita Aug. Bellarm. & alij. In die, id est, in prosperis, præcepit DEus misericor[...]
diam suam intelligere & alijs facere: & nocte præcepit canticum, id est, exultationem: vn[...]
Apostolus ait, in tribulationibus gaudentes. 2. in die prosperitatis docet eam, sed nocte trib[...]
lationis eam manifestat clariùs. 3. & commodiùs, in die prosperitatis DEus mandavit, id e[...]
misit misericordiam, id est, consolationem ac visitationem, & nocte canticum ejus supple, er[...]
q. d. etiam in nocte tribulationis DEus dabit alacritatem spiritualem. Vel, etiam in afflicti[...]
ne DEus laudabitur, & ipsi gratiarum actio concinetur.

Psalmus XLII. Judica me DEUS.

Orat ne impiorum pœnis involvatur, sed tabernaculo & altari Do[...]
mini restituatur.

I. *De quo potest hic psalmus intelligi?* ℟ De quolibet viro justo tentationibus agitato. D[...]
Davide sic explicat Bellarm. Videtur ait, David oppressus fuisse, vel à Rege Saule, vel tentatu[...]
graviter à Dæmonibus, à quibus cùm non posset refugium habere ad homines, DEum judicem
appellat; ait igitur: judica me DEus, id est, tu DEus esto judex meus: non enim habeo, ad quem
pro justitia confugiam, nisi ad te.

II. *Quid per lucem & veritatem intelligitur* v. 3.? ℟ Hesychius per lucem intelligit DE[...]
um verbum: per veritatem Spiritum S. Sic reperire potes hic tres Trinitatis personas. 1. Patrem
emitte, Pater enim misit Filium & Spiritum S. 2. Filium *lucem*. 3. Spiritum *veritatem*. Voca[...]
tur Spiritus veritatis Joan. 14. 17. item dicitur c. 16. 13. Cùm venerit ille Spiritus veritatis, do[...]
cebit vos omnem veritatem. Hugo Card. emitte lucem tuam, ait, & veritatem tuam creatam
scilicet, lucem gratiæ, contra tenebras ignorantiæ, & culpæ. Veritatem triplicem, scilicet, vitæ
doctrinæ & justitiæ. Hugo à S. Vict. c. 52. in psalmos, lucem sumit pro fide, veritatem pro ve[...]
ritate DEi. Per fidem, ait, illuminat: per veritatem fidem remunerat: illuminando misericors
remunerando verax. Ipsa duo me deduxerunt à malis, & adduxerunt ad bona tua.

III. *Quis est mons Sanctus & quæ tabernacula* v. 3.? ℟ Montem hic intelligit montem
Moria, qui erat pars montis Sion, in quo tempore Davidis nondum erat templum, sed taberna[...]
culum cum arca: erat verò tempore, quo populus exulabat in Babylone. Favet Chald. qui ver[...]
tit, *in montem domûs Sanctuarij tui.* Bellarm. montem hic ait esse cœlum, in quo est cœlesti[...]
Jerusalem. Per tabernacula sumitur domus ipsa DEi, vbi sunt multæ mansiones, & multa ta[...]
bernacula pro electis.

IV. *Quod est altare DEi* v. 4.? ℟ S. Thom. altare DEi sumit intransitivè, id est, ipsum
DEum. Ugo etiam Card. sensum esse ait: introibo ad altare, quod est DEus, ad quem intrantes
sumuntur in holocaustum igne amoris succensi. Bellarm. ab ea mente non multum recedit,
dum ait, sensum esse, q. d. introibo ad altare DEi, nempe cœlum, quod qui ingrediuntur,
continuò sacerdotes fiunt; vt ex illis eorum verbis intelligi potest: *fecisti nos DEo nostro regnum
& sacerdotes.* Apoc. 5.

Psalmus XLIII. DEus auribus nostris audivimus.

Pij Judæi queruntur se (contrà quàm patribus suis acciderat) libidi[...]
ni impiorum impunè exponi causa religionis. DEumq; obsecrant, vt tan-
dem subveniat.

I. De

I. *De quibus est hic psalmus?* ℟ Judæi explicant de præsenti sua captivitate facta per
.omanos. Sed meritò id rejiciunt, Lyran. & alij. 1. quia non contigit sine eorum culpa. 2.
uia finem numquam est habitura: non enim sunt vmquam redituri in patriam suam, vt dici-
ur Luc. 21. 24. *Cadent in ore gladij, & captivi ducentur in omnes gentes, & Jerusalem à gen-
ibus calcabitur, donec impleantur tempora nationum.* id est, vsq; ad mundi finem. Intelligi-
ur ergo hic psalmus de Martyribus, qui passi sunt in captivitate Assyrica, sub Sennacherib,
ùm eos Tobias senior magna charitate sepeliebat. 2do de Martyribus, qui passi sunt sub Anti-
cho Epiphane, cùm ab Ægypto expulsus jussu Romani Senatus venit Jerosolimam, vbi om-
ia cædibus complevit, ac deinde per suos præfectos cogere voluit Judæos ad idolorum culturam.

II. *De quo opere loquitur David* OPUS QUOD OPERATUS ES IN DIEBUS EORUM
T IN DIEBUS ANTIQUIS? ℟ De liberatione ab Ægypto, & de omnibus mirabilibus fa-
tis in deserto & in terra Chanaan, vt patet ex sequentibus.

III. *Quot gentes disperdit DEus in Chanaanitide?* ℟ 1. Gen. 15. 19. numerantur 10. gen-
es illius terræ, quibus si addas Hevæos, habebis gentes 11. juxta numerum filiorum Chanaan
ecensitos Gen. 10. 15. Illas pollicetur DEus se daturum Abrahami posteris, à fluvio Ægypti,
sq; ad fluvium magnum Euphratem, quas omnes gentes non possederunt Hebræi ob sua sce-
era, nisi tempore Davidis & Salomonis. 2dò septem præcipuas gentes numerari Deut. 7. 1.
tq; illas fuisse partim funditus deletas, partim subjugatas per Josue, vt ex ejus libro constat.

IV. *Quodnam est illud Martyrum cornu* v. 6.? ℟ Ad literam esse gratiam illis à DEo infusam,
t robur inditum. Luc. 21. 16. ait Christus discipulis: Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non
oterunt resistere & contradicere omnes adversarij vestri. Illud ventilabimus cornu, est meta-
horicum, ducta similitudine à tauris, qui cornibus projiciunt in ventum & in auras, quidquid
llis objicitur. Nos, inquit, tuâ potentiâ freti, ea facilitate hostes nostros abigemus & fundemus,
ua solet ferocissimus taurus cornibus ventilare paleas.

V. *Quid est averti retrorsum post inimicos suos* v. 11. ℟ Duplex sensus esse potest. Primus
uidem, quod dicitur poni in loco postremo eos, qui erant in primo; ita vt veluti captivi tene-
ntur sequi hostes suos, ita Bellarm. Secundus sensus est, quod dicitur fugari ab hoste, sic *post*
on denotabit situm, sed dejectionem & inferioritatem. Sic S. Hieron. clarè vertit: *vertisti
erga nostra hosti.* Hoc dici potest de Mathathia & filijs ejus Machabæis, qui fugerunt furo-
em Antiochi, & aliorum Regum sæpe. De Mathathia l. 1. Machab. c. 2. 1. dicitur: surrexit
Iathathias filius Joannis filij Simonis Sacerdos ex filijs Joarib ab Jerusalem & consedit in mon-
. Inde fugit postea ipse & filij ejus in montes, & reliquerunt, quæcumq; habebant in civitate,
uæ hostes diripuerunt sibi.

Psalmus XLIV. Eructavit cor meum.

Recenset Christi sponsi, & Ecclesiæ sponsæ pulchritudinem, majestatem, virtutes ac dotes.

I. *Quodnam verbum bonum hic eructatur?* ℟ 1mò, qui censent Patrem æternum loqui,
licunt illud verbum bonum esse filium DEi ab æterno genitum, eructatio porrò denotat 1mò ge-
ierationem verbi esse naturalem & necessariam. 2dò fieri ex plenitudine essentiæ Divinæ, quæ
nfinita est, & consequenter infinitè communicabilis. 3tiò fieri ex ipso sinu Patris & vtero, atq;
orde. 4tò Verbum esse consubstantiale. Filius DEi non est verbum vocale, non enim extra pa-
rem producitur, sed est verbum internum mentis Divinæ. Producitur enim per actionem in-
ellectûs immanentem, & consubstantialem. 2dò & meliùs, cùm David ipse loquatur in hoc
salmo, *verbum bonum*, est carmen ipsum epithalamium & nuptiale, quod concinit in hono-
em Christi sponsi, & in honorem Ecclesiæ ejus sponsæ. Incipit autem illud carmen, seu can-
icum ab his verbis v. 3. *Speciosus formâ &c.*

II. *Cur lingua Prophetæ & Concionatoris vocatur calamus?* ℟ Ut appareat eos tantùm
esse instrumenta DEi. Ita Euseb. Bellarm. & alij. Verba Eusebij sunt: Propheta linguam suam
non manum periti scribæ, non scribam, sed calamum Scribæ velociter scribentis nuncupat,
ostendens propheticam linguam instrumentum alterius esse, nempe Spiritus Sancti vtentis ea,
quæ sanè scriba fuit, cujus stylus & calamus erat lingua prophetarum: ita vt alius sit scriba ve-
lociter scribens, nimirum Spiritus S. alius Propheta, & tertium prophetica lingua, quæ calami
& styli locum obtinuit, cùm sit instrumentum Spiritus Sancti vtentis ea. ita ille.

III. *Quis gladius Christi intelligitur* v. 4. ACCINGERE GLADIO TUO? ℟ Gladius *Gladius Christi.*
Christi est ejus potentia, tum in faciendis miraculis, vt ait Valentia, tum in hoste nempe Dæ-
mone debellando & puniendo, vt Nicephor. tum in domandis & proterendis tyrannis, tum in
convertendis & terrendis peccatoribus, & protegendis justis. Deinde gladius Christi est verbum
ejus, tum in scripturis contentum, tum ore proprio, vel Apostolorum atq; concionatorum pro-
latum. ita S. Aug. & alij Eph. 6. 17. Galeam salutis assumite, & gladium spiritus (*spiritualem*)
quod est verbum DEi. & ad rem nostram aptissimè Heb. 4. 12. *Vivus est sermo DEi & efficax
& penetra-*

& penetrabilior omni gladio ancipiti. Apocal. 1. Chriſtus apparet S. Joanni, *& de ore ejus gla dius vtraq; parte acutus exibat.*

IV. *Cur dicitur Chriſtus accingi gladio ſuper femur*? ℞ Ob myſterium Incarnationis: fe mur enim eſt ſymbolum generationis, ita S. Hieron. Aug. & alij. q. d. inquit S. Hieron. T Chriſte indue carnem, pugna contra Diabolum, & libera genus humanum de inferno. Accin gere gladio, verbo prædicationis, qui diviſit filium à patre, filiam à matre, nurum à ſocru circa femur tuum, ſuper carnem aſſumptam. Potentiſſimè, non ſegniter, neq; leviter, ſed vi riliter. Ubi vides, quòd potentiſſimè ſumit, adverbialiter, ſed eſt nomen, vt patet ex Hebræ & Græco.

V. *Cur dicitur* v: 5. *deducet te mirabiliter dextera tua?* ℞ Quia non egebat alienâ. No enim inquit S. Cyrillus, conſultore tibi opus eſt ad procurandum orbis ſalutem. Satis enim e ad hoc præſtandum dextera, id eſt, potentia. Ratio à priori eſt, qui Chriſtus habet eanden potentiam & naturam, quam habet Pater. Id S. Aug. ſic meditatur hic: non dextera ipſius ipſum deduxit dextera ſua. Ille enim DEus, nos homines. Dexterâ ſuâ deductus eſt. id eſt po tentiâ ſuâ. Etenim potentiam, quam Pater habet, habet & ipſe, & divinitatem Patris habe & ipſe immortalitatem Patris habet & ipſe, æternitatem Patris habet, virtutem Patris habet Deducet enim mirabiliter eum dextera ejus faciens Divina, patiens humana, malitias hominun ſternens bonitate ſua. ita Aug.

VI. *Quanam ſunt ſagittæ* v. 6.? ℞ Sunt verba ejus, quibus cor omnium percutit, tum per ſe tum per Apoſtolos. Ita S. Hieron, S. Baſil. & alij. Chriſtus ipſe vocatur ſagitta electa. Iſa, 49 2. S. Aug. in pſ. 119. in ea verba: ſagittæ potentis acutæ ſic ait: Sagittæ potentis acutæ verba DEi ſunt. Ecce jaciuntur & transfigunt corda: ſed cùm transfixa fuerint corda ſagittis verb DEi, amor excitatur, non interitus comparatur. Novit Dominus ſagittare ad amorem: & ne mo pulchriùs ſagittat ad amorem, quàm qui verè verbo ſagittat: imò ſagittat cor amantis, v adjuvet amantem, ſagittat, vt faciat amantem. Hæc Aug. Cadunt porrò in corde inimicorum vt ex inimicis amicos faciant. S. Aug. ſic explicat: inimici erant, inquit, acceperunt ſagittas tuas, ceciderunt ante te. Ex inimicis amici facti ſunt: inimici mortui ſunt, amici viuunt. Ho eſt, pro his, qui commutabuntur, vt habet titulus hujus pſalmi.

Oleum lætitiæ.

VII. *Quodnam eſt oleum lætitiæ* v. 8.? ℞. Cum S. Baſil. Cyrillo, Aug. & alijs, eſſe gratiam vnionis hypoſtaticæ, aliaſq; gratias Chriſto infuſas in Incarnatione. Hæ enim *propterea*, id eſt, in eum finem illi datæ ſunt, vt in munere ſuo Regis, ſacerdotis, & prophetæ excellentiſſimè diligeret, & exequeretur juſtitiam. Poteſt nihilominus etiam intelligi de gloria, dotibuſq; Chriſto in reſurrectione collatis in præmium ſuæ juſtitiæ, vt ſentit S. Hieron. Præ conſortibus, ſeu participibus, id eſt, pluſquam omnes ſocios tuos, putà reliquos Sanctos omnes, qui conſortes & comparticipes ſunt regni gloriæ Chriſti: ita Theodoretus.

VIII. *Quis ſenſus v. 9.* MYRRHA ET GUTTA ET CASIA A VESTIMENTIS TUIS? ℞ Gutta, id eſt, ſtacte, id eſt, lacryma ſeu liquor myrrhæ, & caſia ſeu cinnamomum, q. d. omnium virtutum gratiſſimi odores ſpirant à veſtimentis tuis, nempe ab humana natura tua, ſeu anima & corpore. Hic enim eſt ille habitus ſerui, quem filius Dei induit ad Philipp. 2. Quæ veſtimenta tua deprompta ſunt *è domibus*, Chaldæus è palatijs, id eſt, è ſacris repoſitorijs *eburneis*, Chaldæus, *ſtratis dente elephantino*, id eſt, pretioſiſſimis, candidiſſimis, & mundiſſimis, putà è viſceribus B. Virginis.

IX. *Quis eſt ſenſus verborum* v. 10. FILIÆ REGUM IN HONORE TUO? ℞ Supple, adſunt. Hebraicè, *in magnificentijs tuis*, id eſt, in magnifica aula tua, in gynæceo ſponſæ tuæ q. d. in Eccleſia tua multæ erunt reginæ, quæ tibi ſeruient, imò tanquam peculiari ſponſo, ſuam tibi virginitatem vel cælibatum dicabunt, inquit Baſil. Euſeb. Athanaſ. Hoc fecit Cunegundis Henrici, Clotildis Clodouæi, Pulcheria Marciani Imperatorum vxores & virgines, Radegundis item, Eliſabetha, & ſorores Rudolphi, Mathiæ, & Ferdinandi II. Imperatorum, & tot aliæ Principes. *Aſtitit regina*, quaſi primaria conjux tua, *à dextris tuis*, id eſt loco honorificentiſſimo, inter omnes filias regias vna præcellens, ſcilicet Eccleſia gentium, veſtita aurea chlamyde charitatis, & circumamicta *varietate* gemmarum, id eſt omnis generis virtutum.

X. *Ad quam fit ſermo* v. 11. AUDI FILIA? ℞ S. Hieron. Aug. & Theodor. id referunt ad primariam reginam: ſed Chaldæus ad Synagogam Judaicam, vnde vertit, *audi Congregatio Iſrael*, q. d. audite & videte Iſraelitæ, quæ & quanta populo gentili obuenerint bona; ſi vobis eadem vultis, *inclinate* etiam vos *aurem* veſtram legi & voluntati hujus regis *Meſſiæ*, id eſt, obedite, credite, ſeruite illi, *& obliuiſcimini*, ac deducite veterem cultum ac ceremonias majorum veſtrorum, id eſt Synagogæ, *& adorabunt eum*, ſcilicet variæ, imò omnes nationes. *Filiæ Tyri* q. d. etiam Tyrij tam famoſi idololatræ præeunt tibi, ô Synagoga, exemplo ſuo, & ſubdunt ſe imperio Meſſiæ, munera ei deferentes in ſignum obedientiæ. Neq; hi ſoli, ſed etiam *omnes diuites plebis* id eſt ditiſſimi populorum vel populi ditiſſimi.

XI. *Quomodo reliqua hujus pſalmi intelligenda* à v. 14. *omnis gloria ejus &c.* ℞ *Ejus*, ſcilicet reginæ, ſponſæ Meſſiæ, putà Eccleſiæ è gentibus conuerſæ *ab intus*, id eſt, latet præcipuè intus

ius in animo, nempe in internâ ſpe, fide, charitate, cæteriſq; virtutibus, non verò in ſolis ceremonijs & ritibus externis, quibus tu ô Synagoga, omnem gloriam, & decorem tuum conſuis. ita S. Hieron. *In fimbrijs aureis* q. d. Non tamen in ſolo animo ſtat decor illius, ſed ab interna virtute promanat quoq; magnus ſplendor exteriùs *in fimbrias*, id eſt, in opera ejus externa, nempe in varias & pulcherrimas ceremonias, quibus & ipſa vtitur, & in alios actus externos, quos elicit omnium virtutum, ita ferè Baſil. *Virgines poſt eam* id eſt, Virgines pediſſequæ illius. *proxima ejus*, id eſt, ſodales & amicæ, ſcilicet particulares particularium locorum Eccleſiæ, vel animæ ex ſingulis nationibus, quæ ſub ſole ſunt, converſæ, *afferentur tibi*, ſeu ad te ô Rex, & ſponſe Chriſte, vt à te tuaq; gratia deducantur in templum tuum, putà Eccleſiam Catholicam, & exinde in cœlum. *Pro Patribus tuis*, id eſt, loco Patriarcharum & Prophetarum (quibus adeo gloriatur Synagoga) *nati ſunt tibi*, ex hac noua ſponſa tua *Filij* putà Apoſtoli, & omnes Apoſtolici viri, qui facile æquabunt vel etiam ſuperabunt Patrum Synagogæ præſtantiam & virtutem, talesq; ſe exhibebunt, vt meritò *conſtituas eos Principes* in Eccleſia tua, tuoſq; vicarios, & ſummam rerum ipſis committas per uniuerſum orbem terrarum. Ita fig. Athan. Cyrill. Baſil.

Pſalmus XLV. DEus noſter refugium.

His pſalmus intelligendus eſt de liberatione Eccleſiæ Chriſtianæ à perſecutionibus Infidelium.

I. *Quænam ſunt arcana, de quibus in titulo* PRO ARCANIS ? ℟ pro arcanis, id eſt, pro myſteriis vocationis gentium ; ſpiritualium & corporalium, inimicorum ejectione, atq; in abyſſum depreſſione, & proborum exaltatione, ac recreatione in Paradiſo, vbi fluminis impetus lætificat ciuitatem DEI. Hæc autem omnia erant arcana Judæis, qui gentes abominabantur, & à ſalute rejiciebant. Deinde nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ DEus reuelauit diligentibus ſe.

II. *Quis ſenſus* v. 3. PROPTEREA NON TIMEBIMUS, DUM TURBABITUR TERRA, ET TRANSFERENTUR MONTES IN COR MARIS. ? ℟ Etiamſi creaturæ omnes inter ſe collidantur, & vniuerſus orbis confundatur, ſolus tamen vir pius non timebit. Terram autem hic inquit S. Chryſoſt. & montes & cor maris, non dicit elementa, ſed eorum nomine intolerabilia pericula ſignificat. Etſi omnia, inquit, videamus confuſa, etiamſi perturbationem ſinè intolerabilem, & ſi ea omnia euenire, quæ numquam facta fuerunt; etiamſi ipſam, vt ita dicam, creaturam cum ſe ipſa collidi, & ipſius naturæ terminos moueri, & omnia ex ipſis convelli fundamentis, & prima elementa confundi, & omnium deniq; rerum maximam fieri perturbationem, non modò non vincemur, ſed ne timebimus quidem. In cauſa autem eſt, quod omnium horum Dominus opem fert, manum porrigit & aſſiſtit. Si verò vel his euentibus minimè cederemus, nec molles aut ignaui redderemur, multò magis ſi nos inimici inuadant, & in nos aciem dirigant. Hæc ille. In agitatione maris non timebit juſtus pſ. 54. 24. Non dabit in æternum fluctuationem juſto. Neq; in concuſſione terræ, hoc Chriſtus promittit, vbi narratis bellis, commotionibus terræ, obtenebratione ſolis, lunæ & ſtellarum, ſigniſq; alijs judiciorum præceſſuris, ſubdit. His fieri incipientibus, reſpicite, & leuate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra. Luc. 21. 28.

III. *Eſtne aliqua vrbs in cœlo, quam Beati incolant?* ℟ Probabile eſſe in cœlo empyreo certum quemdam eſſe locum, in quo Sancti ſimul habitent, & ordinatiſſimam, pulcherrimam & feliciſſimam ciuitatem efficiant, ſicut eam deſcribit S. Joan. Apoc. 21. nihil enim videtur obſtare, imò eſſe conuenientiſſimum, vt vno in loco junctis vocibus DEum laudent. 2. vt mutuis colloquijs & conuerſatione recreentur. 3. ad perfectiſſimam charitatem declarandam & augendam. 4. vt omnibus in vnum collectis magis appareat copioſa Chriſti redemptio. 5. collectis in vnum locum ſanctis meliùs elucet diſtinctio meritorum & præmiorum. 6. Chriſti regis gloria hoc exigit, vult enim ſeruos ſuos eſſe, vbi ipſe eſt, & eorum ſplendor, in ejus decus redundat. Poſſunt tamen libere per totum cœlum empyreum, imò per totum orbem Angeli & ſancti pro voluntate deambulare, DEo illis annuente.

IV. *Cur cœleſtis ciuitas vocatur tabernaculum* v. 5. ? ℟ Ut ejus Sanctitas denotetur, cùm tota ſit veluti templum Salomonis, & tabernaculum Moſaicum, in quo DEus laudetur & honoretur. Deinde vt denotetur ſumma Sanctorum vnio, & communio, quod non in domo laxa, & capaci, ſed in tabernaculo degant, in quo vnus ab alio abſtrahi, aut celari nequit, ſed omnes ſeſe inuicem vident & perfruuntur, atq; cœleſtem regem inter ipſos placidiſſimè degentem, ipſoſq; beantem, & omnibus bonis, doniſq; cumulantem præſentem habent.

V. *Quæ eſt vox DEi conturbans gentes, disjiciens regna, atq; commouens terram?* ℟ Eſt præcipuè vox Chriſti in die judicij. Ibi ſe altiſſimum demonſtrabit, & impios eſſe vilem & abjectum puluerem & cinerem. Vocem illam terrificam varijs emblematis exprimunt prophetæ, quæcumq; ſunt in natura rationali, animata, & inanimata, terroris plena illi comparantes: imò

imò Isaias furentis militis clamori confert c. 42. 13. Dominus sicut fortis egredietur, sicut vi[r] præliator suscitabit zelum: vociferabitur & clamabit, super inimicos suos confortabitur (& dicet) Tacui semper, silui, patiens fui, sicut parturiens loquar, dissipabo & absorbebo simul, desertos faciam montes &c. Jerem. c. 52. 30. Leoni: Dominus de excelso rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit vocem suam: rugiens rugiet super decorem suum &c. Isa. 30. 27. Igni devoranti & torrenti inundanti comparat Christum judicem. Ecce nomen Domini venit d[e] longinquo, ardens furor ejus & grauis ad portandum: labia ejus repleta sunt indignatione & lingua ejus quasi ignis deuorans: Spiritus (halitus qui efflabatur ab ore irati) ejus velut torrens inundans vsq; ad medium colli ad perdendas gentes in nihilum, & frœnum errori (potestatem dæmonis decipientis) quod erat in maxillis populorum.

Psalmus XLVI. Omnes gentes plaudite.

Inuitantur omnes gentes ad laudandum DEum, dum Christus in cœlum ascendit.

I. *Quanam est illa hareditas, de qua* v. 5. ELEGIT NOBIS HÆREDITATEM SUAM, SPECIEM JACOB, QUAM DILEXIT? ℟ Est Ecclesia primitiua ex Judæis constans, de qu[a] Bellarm. sic ait: DEus Christus post ejectos Chananæos, & populum suum in eorum terram introductum, elegit sibi in peculiarem, & propriam hæreditatem, primitiuam Ecclesiam ex Judæis credentibus, id est, Apostolis, cæterisq; discipulis. Elegit, inquit, nobis, id est, in nobis siu[e] ex nobis, *hareditatem sibi*, populum scilicet peculiarem. *Speciem Jacob, quam dilexit:* id est elegit pulchritudinem quamdam eximiam populi Judaici, qui dicitur Jacob, quam pulchritudinem meritò adamauit, & ideo ex eo populo Ecclesiam, quasi propriam hæreditatem sibi ipse constituit.

II. *Qua sunt causa latandi in die Ascensionis?* ℟ esse tres præcipuas. 1ma est regis nostri gloria. S. Bern. serm. 2. de Ascens. Solemnitas ista, inquit, gloriosa est, & vt ita dicam gaudiosa: in qua & singularis Christo gloria, & nobis spiritualis lætitia exhibetur. Consummatio enim & adimpletio est reliquarum solemnitatum, & felix clausula totius itinerarij Filij DEi. *2da* est nostra vtilitas & gloria, id est, 1. quia vt ait Christus Joan. 14. 2. vadit parare nobis locum. 2. quia corpora nostra è terris eleuaturus est supra cœlos, sicut suum extulit. *3tia* est lætitia Angelorum exultantium, quòd videant palatia Angelorum rebellium, & ex ciuitate cœlesti dejectorum, repleri, & regem suum de omnibus hostibus triumphare, & in plena possessione imperij sui super creaturas constitui.

III. *Cur tam sape dicit Dauid psallite?* ℟ Hæc repetitio denotat in propheta vehementiam gaudij, & desiderium, vt homines & Angeli Christo regi suo & DEO psallant alacriter atq; perseueranter.

IV. *Quid est psallere sapienter*? ℟ Dionys. Carthus. psallendum esse ait sapienter, id est, cum interiori mentis sapore, cordialiq; gustu verba psalmodiæ proferenda. S. Basil. in regulis breuioribus resp: ad interrogationem 276. *Guttur escas gustu dijudicat, mens autem intelligendi verba discernit: si quis igitur ad vim verbi cujusq; animo etiam ita simul afficiatur, quemadmodum gustatu ad qualitatem cujusq; cibi, prorsus hic mandato illi satis facit, quod est psallite sapienter.* S. Chrysost: *psallite sapienter* ait, est non voce tantùm, sed etiam factis psallere, non lingua tantùm, sed etiam ritu. Nonne enim insipientis est coram Jesu genua flectere, cum prophetam vocare, & manu alapas ei infringere, eum voce confiteri & factis negare. Psallit sapienter, ait Bellarm. qui attentè & consideratè psallit. S. Edmundus Cantuar: in speculo Ecclesiæ sic ait: Canta versiculos sapienter. Sapienter cantare est, quod homo dicit ore, prudenter cogitare. Nam si tuum corpus in choro, labia tua in psalterio, & cor tuum in foro, miserrimè diuisus es in te ipso, ne exaudiaris à DEo. Cassiodorus verè, *nemo*, inquit, *sapienter facit, quod non intelligit.*

V. *Quinam Principes populorum congregati sunt* v. 9.? ℟ Principes populorum ad Christum ascendentem, & in throno suo regio sedentem aggregati sunt omnes Sancti cum ipso limbis eleuati. Hi enim, qui ex virtute viuunt, sunt principes & Dij terræ, majores terra & rebus omnibus terrenis, quibus dominantur & quas calcant. Eos ad se trahit, sibiq; aggregat Christus.

Psalmus XLVII. Magnus Dominus.

Canit vrbis Jerosolymæ, aut potiùs Ecclesiæ Christi, magnificentiam, felicitatem, nobilissimasq; victorias.

I. *Quid in titulo intelligitur per secundam Sabbathi*? ℟ S. Amb. putat esse diem Dominicum, quia est secundus à Sabbato, quod erat Principale festum Judæorum, & quoniam in Euangelijs legimus, Christum resurrexisse in prima sabbati, respondet S. Amb. diem Domini cum

m apud Judæos fuiſſe ſecundam Sabbati, & ideo ſic nominari in titulo hujus pſalmi, ſed pro-
er Dominicam reſurrectionem, diem Dominicum eſſe cœpiſſe primam ſabbati, & ideo in E-
ngelijs vocari primam ſabbati. SS. Hieron. & Aug. intelligunt hoc loco per ſecundam Sab-
ti diem ſequentem poſt Dominicum, qui eſt prima Sabbati non ſolùm in Euangelijs, & eti-
n in titulo pſalmi 23. & hæc eſt verior ſententia: Sabbatum enim apud Judæos, erat quidem
ſtus & ſolemnis dies, at non dicebatur primus, ſed vltimus dies hebdomadæ.

II. *Quis ille magnus Dominus & laudabilis nimis* v. 2.? ℞ eſt Chriſtus Rex gloriâ coro-
itus. Videtur enim diſtinguere Dominum à DEo, cùm ait: *magnus Dominus & laudabilis
mis, in ciuitate DEi noſtri.* Per Dominum itaq; intellige Chriſtum: per DEum aut Patrem aut
tam Trinitatem. Magnus vocatur Chriſtus ad Tit. 2. 13. *expectantes beatam ſpem & aduen-
m gloriæ magni DEI & Saluatoris noſtri JEſu Chriſti.* Magnus autem eſt, ob immenſam glo-
im, qua decoratus eſt atq; reſplenduit, cùm in Aſcenſione ſua thronum conſcendit, & in eo
nſedit ad dexteram Patris.

III. *Quis ſenſus* v. 3. FUNDATUR EXULTATIONE MONS SION &c.? ℞ Per mon-
m Sion & ciuitatem Jeruſalem intelligitur Eccleſia. De qua non dicit, fundata eſt, ſed fun-
itur, quoniam ſemper in varijs locis fundatur Eccleſia, vbi antea non erat. Non enim Ec-
eſia eſt vna parua domus, quæ ſtatim fundari poteſt, ſed eſt ciuitas magna totum terrarum
bem occupans; & varijs temporibus, in varijs locis per architectos ſpirituales, qui ſucceden-
s Apoſtolis, Chriſtum, lapidem fundamentalem prædicando jaciunt, ac deinde lapides viuos
perædificant. Eadem Eccleſia dicitur *latera Aquilonis*, quoniam ſicut mons Sion corporalis *Eccleſia dicitur latera Aquilonis.*
us eſt in terra promiſſionis ad partem borealem, & eſt quaſi murus quidam defendens eam
gionem à vento illo frigido & furioſo, qui dicitur Aquilo, ſic etiam Eccleſia Chriſtiana eſt
uaſi murus oppoſitus Aquiloni ſpirituali, id eſt, flatibus ſpirituum immundorum, qui enim re-
uieſcunt in ſinu Eccleſiæ, id eſt, acquieſcunt doctrinæ, quæ docetur in Eccleſia, & obediunt
gibus ejuſdem Eccleſiæ, non facile læduntur ab aquilone, ſpirante pernitioſa dogmata, vel
empla. Ita Bellarm.

IV. *Quomodo intelligendus* v. 5tus & ſeq.? ℞ Latini Patres eos exponunt de gentibus *Naues Tharſis contritæ.*
nuerſis ad fidem. Græci verò de gentibus oppugnantibus fidem. Bellarm putat vtramq; ſen-
ntiam veram eſſe. Itaq; juxta Latinos hic erit ſenſus. DEus cognoſcetur eſſe in Eccleſia ex
nuerſione gentilium: quoniam ecce reges terræ & populi eorum cum eis ex potentia Verbi
Ei per Apoſtolos prædicati, & virtute ſignorum ac prodigiorum per eoſdem patratorum con-
rſi, congregati ſunt, & conuenerunt in vnum, id eſt, ex varijs ſectis & ſuperſtitionibus con-
enerunt in vnitatem fidei, & congregati ſunt in vnam Eccleſiam, quaſi in populum vnum.
ognoſcentes magnitudinem errorum & peccatorum ſuorum, dum idola pro Deo colerent,
nturbati ſunt; & commoti ſunt per veram pœnitentiam: vnde etiam tremor apprehendit e-
s, conſiderantes periculum æternæ damnationis. Tremor autem non leuis ſed grauiſſimus ap-
ehendit eos, qualis eſt dolor parturientis, qui tamen in gaudium magnum deſinit, cum ho-
o natus eſt in mundum, ſic dolor pœnitentis deſinit in lætitiam inenarrabilem, cùm adopti-
nis gratia, quæ ſalutis æternæ ſemen, & pignus eſt, cordi pœnitentis infunditur. Et tunc im-
etur, quod ſequitur, *in ſpiritu vehementi conteret naues Tharſis*; Spiritus enim Sanctus homi-
em juſtificatum inhabitans, & vehementi ardore charitatis inflammans confringit naues Thar-
s, per quas ſuperbia, luxuria, & auaritia ſignificatur: naues enim tumentibus velis per fluctu-
ntes vndas in Tharſis properantes aurum & argentum adducebant 3 Reg. 10. tumor velorum
perbiam, fluctuatio nauis luxuriam, aduectio auri & argenti auaritiam deſignat. At juxta ex-
oſitionem Græcorum ſenſus eſt: DEus in Eccleſia cognoſcetur ex admirabili victoria Chriſti-
næ religionis adverſus impios perſecutores. Ecce enim reges terræ auditâ famâ Chriſtianæ
eligionis, congregati ſunt, conuenerunt in vnum, id eſt, ex varijs locis & ſuperſtitionibus con-
enerunt adverſus Chriſti Eccleſiam, vt eam perſecutionibus ſuis opprimerent, & extinguerent,
ed videntes fortitudinem SS. Martyrum, & mirabilem conſtantiam, in ſexu etiam fragili, &
n ætate tenera; nec non ſigna & prodigia, quæ per eos DEus faciebat, & quòd numerus Chri-
ianorum perſecutionibus & mortibus augebatur, admirati ſunt, conturbati ſunt, commoti ſunt,
artim indignatione, partim dolore, & tremor apprehendit eos, ſicut dolor parturientis, cùm
iderent templa idolorum corrui, & Chriſti regnum ipſis inuitis, & totis viribus repugnantibus
reſcere. Hoc autem accidit, quia Dominus in ſpiritu vehementi; cum admirabili manifeſtati-
ne potentiæ ſuæ contriuit idololatriam, quomodo ſolet tempeſtas venti breuiſſimo tempore
iſſipare & conterere naues in mari.

Pſalmus XLVIII. Audite hæc omnes gentes.

Eſt adhortatio utiliſſima ad virtutem ſectandam & fugienda vitia, ut nimium diuitiarum, & honorum, ac rerum terrenarum ſtudium.

I. *Quæ eſt iniquitas calcanei.* v. 6.? ℞ iniquitas calcanei eſt finalis impœnitentia. Ita Aug. *Calcanei iniquitas.*
Beda & alij. Calcaneus enim eſt pedis extremitas. Pſalmus hic maximè agit de auaro diuite
& po-

& potente. Hic cùm totâ vitâ sese implicuerit, ijs se circumdatum videt in morte. Omni ex parte furiæ infernales eum circumsistunt, ac memoriæ recursant, nullus est effugio locus. Hinc ei apparet vidua bonis spoliata, inde orphani exhausti, inde innoxij in fraudem inducti. Ex his omnibus oritur trepidatio.

II. *Quomodo peccatorem circumdat iniquitas calcanei?* ℟det Bellarm. instar aggeris, aut muri, vt nullo modo euadere possit. Iniquitas calcanei, inquit Bellarm. circumdabit me, id est, quod me timere faciet in die illa mala, non est paupertas, quia judex non corrumpitur donis, non est humillitas generis aut status, quia Judex non respicit personas: non est malitia testium aut aduocatorum, quia judex omnia nouit: non est potentia aduersariorum, quia judex neminem timet: deniq; nihil est aliud, nisi iniquitas, & non quæuis iniquitas, sed sola iniquitas calcanei, id est, iniquitas extremæ vitæ meæ, iniquitas perseuerans usq; ad finem vitæ: illa enim si inueniatur in illa die in me, omnino circumdabit me instar aggeris aut muri, vt nullo modo euadere possim, quia tunc non erit locus pœnitentiæ vel indulgentiæ. ita ille

III. *Quo sensu dicitur*, v. 7. QUI CONFIDUNT IN VIRTUTE SUA &c.? ℟ Qui non timent diem malum mortis & judicij, sed in potentia sua & robore confidunt, atq; in diuitiarum suarum abundantia superbiunt & inaniter gloriantur, neminem reperient, à quo liberentur, Neq; enim fratres ipsi & charissimi quicumq; succurrere poterunt, multò minùs quivis alij homines. Nihil reperient in thesauris suis, quo DEum judicem incorruptibilem placare possint & animam suam à damnatione eripere. Tunc incipient angi & laborare, numquam finem doloris sui reperturi, vivent enim, tota æternitate in tormentis. Illud *frater non redimit, redimet* S. Basil. legit ita, primum membrum sine interrogatione, secundum verò cum illa: *frater non redimit, redimet homo*? q. d, Nec frater, nec vllus alius homo redimet.

Tabernacula sunt sepulchra.

IV. *Quanam sunt illa tabernacula eorum in progenie & progenie* v. 12? ℟ Bellarm. per tabernacula intelligit sepulchra, q. d. habitacula, vbi manebunt corpora eorum, donec generationes & generationes peragentur, quod sine dubio erit vsq; ad consummationem sæculi, q. d. sepulchra eorum erunt ipsorum tabernacula perpetua: illa habebunt pro tabernaculis æternis, fœtidis in sepulchris manebunt in perpetuum, non in ditibus illis locis, quibus voluptuosè ædificatis sua imposuerunt nomina. Genebr. Tabernacula eorum erunt in progenie & progenie, diu durabunt. Ipsis pereuntibus, eorum domicilia in alias, atq; alias ætates manebunt. Tabernacula autem vocantur domus impiorum, vt non esse stabiles appareat.

Homo similis jumentis.

V. *In quibus similis factus est homo jumentis insipientibus* v. 14? ℟ imò in necessitate moriendi, Per peccatum enim mors intrauit in mundum. 2dò in generandi modo, si enim homo non peccasset, absq; libidinis deformitate fuisset, vt ait Aug. l. 22. de civ: c. 24. Non est tamen admittendum, quod ait S. Greg. Nyssenus de hominis opificio c. 17. nempe in statu innocentiæ non futuram fuisse propagationem generis humani per sexuum commixtionem, sed ad instar Angelorum multiplicationis per ipsosmet factæ. S. Bonav. in 2. dist. 20. q. 4. rectè docet, futuram quidem fuisse illam commixtionem sexuum, sed absfuturam turpitudinem conscientiæ & pœnalem passionem. 3tiò Deniq; hic præcipuè intelligitur similitudo in deprauatis moribus & furiosis passionibus S. Aug. l. 2. de pecc. Orig. c. 40. Etsi homo in honore positus & non intelligens, comparatur pecoribus, eisq; similis fit, non tamen vsq; adeo similis fit vt pecus fit. Comparatur nempe per vitium, non per naturam: non pecoris vitio, sed naturæ Tantæ namq; excellentiæ est in comparatione pecoris homo, vt vitium hominis natura sit pecoris, nec tamen ideo natura hominis, in naturam vertitur pecoris. S. Bern. ait, non periit imago DEi in homine, & similitudo, sed alia superinducta: non planè anima natiuâ se exuit formâ, sed superinduit peregrinam: illa adhibita, non ista perdita est; & quæ superuenit, obscurare ingenitam potuit, sed non exterminare.

VI. *Quo sensu dicitur* v. 14. HÆC VIA ILLORUM SCANDALUM IPSIS, ET POSTEA IN ORE SUO COMPLACEBUNT.? ℟ Sensus est, q. d, Hæc ipsorum via, hoc est, agendi & vivendi ratio, qua se impij ad bruta dejiciunt, atq; eorum mores imitantur, erit ipsis causa scandali, id est, offensionis & ruinæ; idq; in principio malæ vitæ cernent, & lugebunt: sed postea cùm rationem & appetitum rationalem penitus obscurarint, & ad ima dejecerint, de vitijs suis etiam fœdissimis, & homine indignis gloriabuntur, atq; in ijs placebunt sibi, sicut sues in luto, & scarabæi in stercore.

Scelerati ouibus similes.

VII. *Cur scelerati ouibus comparantur* v. 15. cùm ouis sit animal maximè innocens? ℟ Reprobos damnatos, & in infernum corruentes, comparari ouibus: quia oues sunt animal stupidum, vnde fit, vt temere in præcipitia & loca periculosa se præcipitent, vt præuias sequantur, sine vlla discretione & consideratione. 2dò. Sicut oues in inferno ponuntur impij, vt denotetur multitudo gregatim & aceruatim in præceps ruentium, atq; sese ibi addensantium, vt oues facere solent. Ita Genebr, & Bellarm. 3tiò quia ducuntur ad cædem hoc ignorantes. ita Lyran. imò gestantes & exultantes, sicut oues coronatæ in triumphis & alijs festis.

Mors depascet impios.

VIII. *Quanam mors & quomodo depascit impios* v. 15.? ℟ imò. Per mortem, secundam scilicet, accipiendus est infernus. ita S. Chrysost. cujus verba sunt. Mors depascet eos. Hic mihi vi-

i videtur mortem dicere interitum, qui illic eſt, & ſupplicium, quemadmodum etiam alibi
icit Ezech. 10. *Anima quæ peccauerit, ipſa morietur*: non ſubſtantiæ ablationem, ſed pœnam
gnificans: perſiſtit autem in metaphora. Quoniam enim dixit oues, earum quoq; paſtorem
ſtendit. Quis autem hic eſt? vermis venenatus, tenebræ nuſquam ceſſaturæ, vincula quæ ſol-
i nequeunt, ſtridor dentium. Dionyſ. Carth. Ipſa, inquit, pœna inferni, quæ morte amarior
t, erit cibus impiorum ac damnatorum. Ita ſicut eſuriens cibo impletur: ſic ipſi pœnis per-
etuis implebuntur, & ſicut per cibum conſeruatur anima in eſſe, ſic pœna infernalis conſerua-
it impios in eſſe, ſemper eos torquendo, & numquam conſumendo. Nota, ſicut ouis ſummas
erbas carpit, non verò eas ſtirpitus euellit, vt renaſcantur ad paſtum: ita ſemper renouan-
ır pœnæ damnatorum, numquam terminantur. 2dò per mortem intelligitur diabolus. Ita S.
ug. & alij. Sic Job 18. 13. dicit Baldad Suhites: *Deuoret pulchritudinem ejus* (impij) *conſumat
rachia illius primogenita mors*, id eſt, diabolus, vt explicat Philippus Presbyter. Sic etiam
poc. 6. 8. ait Joan. *ecce equus pallidus, & qui ſedebat ſuper eum, nomen illi mors, & infernus
equebatur eum*. Nota paſtor impiorum, id eſt, diabolus: paſtor verò juſtorum eſt vita, id eſt,
hriſtus.

IX. *Quodnam eſt illud manè, quo juſti dominabuntur impiorum?* ℟ Impiorum juſti do-
inabuntur in matutino, id eſt, in die judicij extremi, quod eſt initium beatæ æternitatis pro
nctis, qui tunc ſceleratos condemnabunt, à DEo conſtituti eorum judices. Ita S. Aug. Bel-
ırm. & alij. Purpura, byſſoq; fulgent impij in hac vitæ caligine, ſed vbi ſe dies æternitatis
peruerit, vermes illi lucentes, & ligna putrida mendacem ſplendorem amittent, & putredi-
em ſuam abjectionem tegere non poterunt. Pij verò, quos hìc vilis lacerna texit, regia chla-
ıyde ac diademate inſignes radiabunt, pedibuſq; ſubjectos impios proterent, & ſtabunt in ma-
na conſtantia contra ipſos.

X. *Quomodo auxilium impiorum veteraſcet in inferno à gloria eorum* v. 15? ℟ 1mò à
loria eorum, id eſt, poſt gloriam ipſorum. Sic latinè *à cœna*, id eſt, poſt cœnam. 2dò à glo-
ia, id eſt, propter gloriam, quia ſcilicet gloriati ſunt. Iſaiæ 14. 11. de Balthaſare Babylonis
ege & de Lucifero habet: *detracta eſt ad inferos ſuperbia tua, concidit cadauer tuum, ſub-
er te ſternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes*. Ecce robur & gloria veteraſcens, &
utreſcens à gloria. 3tiò, *à gloria*, id eſt, juxta gloriam, ſecundùm gloriam, proportione ſer-
ata præſentis gloriæ & gloriationis in mundo. Ita S. Thom. Apoc. 18. 7. de meretrice Ba-
ylone ornata & in diuitijs gloriante dicitur: *Quantum ſe glorificauit & in delicijs fuit, tan-
um date illi tormentum & luctum*. Et inveteratam & putreſcentem gloriam. 4tò deniq; & me-
ùs *à gloria*, id eſt, per gloriam & præ gloria. Senſus autem eſt, dominabuntur impiorum ju-
i in matutino, id eſt, in die judicij: *& auxilium & robur eorum*, impiorum *veteraſcet*, atque
onteretur *à gloria eorum*, juſtorum ſcilicet, qui eis dominabuntur. q. d. juſti dominabuntur
npijs, & impij non poterunt dominationem ipſorum excutere, omnis eorum poteſtas inter-
bit, corrupta & inutilis erit.

Pſalmus XLIX. DEus Deorum Dominus.

Aſaph canit Chriſtum judicem in extremo judicio ſaluaturum electos uos, non ob victimas pecudum, ſed ob animi innocentiam, juſtitiam & ietatem.

I. *Cur hic pſalmus inſcribitur Aſaph?* ℟ non quòd illum compoſuerit Aſaph, ſed quòd
lli traditus fuit cantandus. Habetur enim l. 1. Paral. c. 16. à Davide Rege Aſaph Leuitam con-
ſtitutum fuiſſe, vt cymbalis perſonaret. Erat ſcilicet cantorum præfectus, ſicut Core & Idithum,
uibus etiam alij pſalmi ad cantandum ſunt traditi, idem intellige de pſalmis, qui inſcripti
unt Eman & Etham.

II. *Cur Chriſtus dicitur DEus Deorum* v. 1.? ℟ Eſſe hoc loco Hebraiſmum, q. d. DEus ma- *Chriſtꝰ Deus Deorum*
imus, potentiſſimus, excellentiſſimus, ſolent enim Hebræi eo modo ſumere duo ſubſtantiua, vt
xprimatur ſubſtantiuum nomen, cum ſuperlatiuo. Sic dicitur Sanctum Sanctorum, id eſt, lo-
us templi, ſeu tabernaculum ſanctiſſimum: Canticum canticorum, hoc eſt, canticum excellen-
iſſimum. Deinde non incommodè *Deus Deorum* dicitur Chriſtus, q. d. qui eminet, & excel-
it ſuper omnes Deos: qui fecit & conſeruat, aut ſubjugat & conterit Deos.

III. *Quos Deos?* ℟ 1mò. S. Chryſoſt. de idolis ſumit, qui ſunt Dij non veritate, ſed ap-
ellatione, & ſtulta exiſtimatione hominum. Horum Dominus eſt, ijs vtens vt mancipijs & fa-
ellitibus, eoſq; juſto judicio domans. 2dò Chriſtus eſt *DEus Deorum*, id eſt, principum & ju-
licum, ij enim Dij vocantur Exod. 22. 28, vbi DEus præcipit populo ſuo: *Dijs non detrahes*:
bi Pagn. vertit, judicibus. Pſ. 81. 1. *DEus ſtetit in ſynagoga Deorum*: *in medio autem Deos
lijudicat*: Pagn. vertit, in medio judicum. 3tiò Chriſtus eſt *DEus Deorum*, id eſt, hominum per
ratiam adoptatorum, & ad naturam diuinam eleuatorum. Gratia enim facit conſortes natu-
æ diuinæ. Ita S. Aug. & alij. Aptè dij vocari poſſunt, ait Euſeb. qui Dei ſeruant imaginem.

S. Aug. copiosè & piè: manifestum est, ait, quia homines dixit Deos, ex gratia sua deificatos, non ex substantia sua natos. Ille enim justificat, quia per seipsum, non ex alio justus est: & ille deificat, qui per seipsum, non alterius participatione Deus est. Qui autem justificat, ipsi deificat, quia justificando filios DEi facit. Dedit enim eis potestatem filios Dei fieri. Si fili Dei facti sumus, & Dij facti sumus: sed hoc est gratiæ adoptantis, non naturæ generantis. Unicus enim DEi filius DEus, & cum Patre vnus Deus, Dominus & Saluator noster JESUS Christus, in principio Verbum, & Verbum apud DEum, DEus Verbum: Cæteri qui fiunt Dij, grati ipsius fiunt: non de substantia ejus nascuntur: vt hoc sint, quod ille, sed vt per beneficium peruenient ad eum, & sint cohæredes Christi &c.

Ignis in die judicij.

IV. *Qualis futurus est ille ignis, qui in die judicij in conspectu ejus exardescet?* ℞ ignen verum, sensibilem, & elementarem futurum. Probatur ex 2 ep. Petri c. 3. *Ille tunc mundus*, ait *aquâ inundatus perijt: cœli autem, qui nunc sunt, & terra eodem verbo repositi sunt igni reseruati in diem judicij, & perditionis impiorum hominum.* Cùm igitur aqua diluuij fuerit vera & sensibilis, atq; eam opponat igni judicij, patet eum fore sensibilem & realem.

V. *Unde venturus est ille ignis?* ℞ Imò, quidam putant ab inferno educendum. 2dò & veriùs, ait Lactantius, è superiore regione descensurum. Arbitror autem futurum ignem elementarem, qui est proximus cœlo lunæ, & supra àëris regionem locum suum habet, si tame vllus ignis ibi est; sin nullus est, à Christo producendum de nouo.

Ignis præcedet judicem

VI. *Cur ignis ille præcedet Judicem?* ℞ imò ob majestatem ejus. 2dò ad illuminationem & splendorem Beatorum. 3tiò & præcipuè, ad terrorem impiorum, atq; ad eorum punitionem. Sicut enim, vt rectè ait Suarez in 3. p. q. 59. disp. 57. Sect. 1. corpora Beatorum statim ac re surgent, incipient frui dotibus gloriosis, attolliq; ad cœlestia cum Christo: ita è contrario damnati statim incipient pœnam sensûs, etiam in corporibus experiri, & ab igne detineri ac cruciari: & ideo necesse est, vt ante judicem ignis adveniat, qui saltem eum locum occupet, in qu erunt corpora damatorum.

VII. *Quod cœlum de sursum, & quam terram aduocabit Christus discernere populum suum* v. 4.? ℞ Aduocabit Angelos cœlestes, & selectissimos sanctos homines discernere populum suum, id est, vt discernat seu separet ac diuidat oues ab hœdis, illas ad dexteram, hos ad sinistram collocando. Ita S. Aug. & alij. Christus apertè promittit Apostolis judiciariam potestatem Matt. 19. 28. *Amen dico vobis, quòd vos, qui secuti estis me &c.* Nec hoc restringendum est ad solos 12 Apostolos, sed extendendum ad viros Apostolicos, præsertim, qui omnia su bona pro Christo reliquerunt. S. Bern. de S. Benedicto. Angeli quoq; in die extremi judicij judicabunt Matt. 25. 3. *Cùm autem venerit filius hominis in majestate sua, & omnes Ange cum eo, tunc sedebit super sedem majestatis suæ.*

Testamentũ super sacrificia.

VIII. *Quid est ordinare testamentum super sacrificia* v. 5? ℞ est ordinatè facere testamentum ejus, id est, legem, quæ est testamentum, hoc est, conditio testamenti, seu pacti & fœderi cum DEO initi. Illam autem ordinant super sacrificia, id est, in sacrificijs, hoc est, in boni operibus, & in omni cultu diuino. Est Synecdoche. Sacrificium enim ponitur pro omni actu religionis. Per ordinationem autem indicatur devotio & studium bene aptandi victimas super altare: id est, omnia opera sua faciendi, vt decet, ac tanti regis majestas postulat.

Psalmus L. Miserere mei DEus.

Pœnitens Rex David, adulterium & homicidium sibi remitti obsecrat

Misericordia magna.

I. *Quam misericordiam magnam intelligit David, secundùm quam optat, vt DEus sui misereatur?* ℞ Petit magnam, quia petit sibi peccata condonari, alia enim nihil prosunt in oculis Dei maculato & ejus inimico. Bellarm. vocatur, inquit, magna misericordia, qua peccata remittuntur: tum quia peccatum magna miseria est: tum quia comparatione hujus misericordiæ, parua misericordia potest dici ea, per quam DEus bona temporalia tribuere solet: bona enim temporalia DEus etiam inimicis suis, atq; ijs, quos in fine reprobaturus est, nisi resipuerint, præbet: gratiam verò remissionis peccatorum illis tantùm donat, quos in filios & hæredes æterni regni adoptare dignatur. 2dò magnam misericordiam petit, quia in justificatione peccatoris DEus non tantùm delet peccata, sed etiam dat gratiam supernaturalem, omnes virtutes infusas charitatis comites, ipsum Spiritum S. & præterea opera bona mortificata viuificat. Numquam DEus remittit peccata sine infusione gratiæ. Non simpliciter, inquit, S. Athan. misericordiam, sed magnam implorat, vt non solùm à peccatis liberetur, sed etiam inter justos censeatur. Filium prodigum pater non solùm recipit pœnitentem, sed etiam donat stolâ primâ, id est, pristinâ, qua antè vti solebat, id est, veste Spiritus Sancti, vt explicat Glossa interlin. 2. annulo, id est signaculo fidei, ait Beda. 3. calceis, hoc est, promptitudine ad actus virtutum ait Hieron. & Amb. 4. vitulo saginato, id est, Christo in Eucharistia.

II. *Quis est sensus verborum:* UT JUSTIFICERIS, IN SERMONIBUS TUIS, ET VINCAS CUM JUDICARIS? ℞ det S. Greg. Judicabunt te, inquit, qui negant post lapsum reparationem fieri, &

ri, & remiſſionem peccatorum nemini dandam aſtruunt. Quos, ſi mihi peccatum remiſeris, elut fabricatores mendacij & peruerſorum dogmatum cultores ſuperabis. Vel juſtificeris in ermonibus tuis. Promiſiſti enim, quòd de ſtirpe mea carnem ſis aſſumpturus: ſed ſi me de nto non emundes ſcelere, de cujus ſemine carnem aſſumas, videor indignus. Ita ille.

III. *Quæ incerta & occulta ſapientiæ Dei, dicit ſibi manifeſtata David* v. 8. ? ℟ Incerta on in ſe, ſed nobis, itaq; incerta & occulta idem ſignificant. Sunt autem illa. 1mo. remiſſio ecatorum per Meſſiam, hoc enim paucis innotuerat. 2. Venia ſcelerum Davidi ipſi conceſſa, uod erat incertum, antequem DEus per Nathan prophetam id declararet. 3 promiſſio regni 1 ejus familia duraturi. 4. promiſſio, quòd ex ejus ſemime naſciturus eſſet Chriſtus 5. Varia e Chriſto materia. 6to & optimè, quælibet revelatio Davidi facta ac præſertim illæ, quas ſalmis ſuis incluſit, ſiue res præceſſerint ipſius Dauidis tempora, ſiue ipſo viuente contigerint, ue poſtea. In pſalterio enim pleraq; totius ſcripturæ myſteria continentur: vnde pſalterium nerito vocatur breuiarium ſcripturæ. *Incerta ſapientia Dei*

IV. *Cur dicit:* ASPERGES ME HYSSOPO? ℟ vult dicere, plenè & perfectè juxta præſcriptum legis mundabis & purificabis me. Nam Lev. 14. & Num. 19. præſcribitur, vt aſperſone hyſſopi ſanguine tincti eluatur immunditia legalis. Allegoricè, aſperſione ſanguinis hriſti remittuntur peccata, inquit Euſeb. & Theodor. aſperſio cum aſpergillo ex hyſſopo denoıt pœnitentiam, quæ animam lauat, de qua S. Chryſoſt. hom. 38. ait: peccatum ita maculat, t nulli fontes, nulla flumina, ſed lacrymæ ſolùm, atq́, confeſſio mundare queat, S. Iſodor. Peiſ. l. 1. ep. 408. DEus, ait, qui nos vitam per reſipiſcentiam obtinere cupit, de pectore tuo auam ducet, quæ tibi pro altero quodam lauacro ſit, ac voluntaria piſcina, conſcientiam tum, ab inquinamentis repurgans, vt Angelis, quos in mœrorem conjeciſti, lætitiæ cauſam præeas, S. Joan. Damaſc. vocat lacrymas alterum baptiſmum. *Hyſſopi aſperſio.*

V. *Quinam ſunt effectus illius aſperſionis & ablutionis?* ℟ Duos hic aſſignari nempe emundationem & dealbationem. *Aſperges me hyſſopo, & mundabor: lauabis me & ſuper niuem ealbabor.* 1mo enim pœnitentia animam emundat. Pet. Cellenſis l. de panibus c. 11. *aqua hæc crymarum paradiſum irrigat: Eccleſiam, vt ſit ſine macula, lauat, aut facit aut inuenit paradium.* S. Greg. Naz. orat. 39 Quintum locum ait, lacrymarum Baptiſmus tenet: ſed aſperior laborioſior: quo quidem ille tingitur, vt qui per ſingulas noctes lectum ſuum ac ſtratum larymis lauat, cui ipſæ quoq; vitij cicatrices fœtent, qui lugens & contriſtatus ingreditur, qui Ianaſſis reſipiſcentiam, ac Niniuitarum humilitatem, cui miſericordia impertita eſt, imitaır: qui Publicani verbis, in templo vtitur, ac ſupra inſolentem & ſuperbum Phariſæum juificatur. 2dò pœnitentia animam mundatam dealbat. Heb. 9 13. *Si enim ſanguis hircorum aut aurorum, & cinis vitulæ aſperſus, inquinatos ſanctificat* (legaliter) *ad emundationem carnis: uantò magis ſanguis Chriſti emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortis.* Applicatur auem per pœnitentiam quæ dealbat inſtar niuis. Iſa. 1. 18. *Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, uaſi nix dealbabuntur* (eſt metonymia: non enim peccata, ſed peccatores dealbantur) *& ſi uerint rubra ſicut vermiculus, velut lana alba erunt.*

VI. *Quid eſt creari cor mundum?* ℟ eſt creari munditiem in corde. Non enim petit ſii creari cor, ſed cor mundum, quatenus ſcilicet mundum eſt formaliter, & reduplicatiuè, vt *Cor mundũ* ale, ſicut loquuntur Theologi. Illam porrò cordis munditiem ponit Dydimus in purgatione *quomodo* b omni peccato. Creari autem dicitur à Deo illa mundities, ſiue gratia mundans, quòd de- *creatur.* ur nullis præuijs meritis, ſed veluti ex nihilo per ſolam DEi miſericordiam. Prima enim ratia non cadit ſub meritum.

VII. *Quid eſt projici à facie DEi* v. 13.? ℟ dicitur projici à facie DEI, qui dimittitur ac *A facie Dei* eſeritur, non ampliùs recipiendus in gratiam, 1. Reg. 16. dixit Dominus ad Samuel; vſquequo *projici.* u luges Saul, cùm ego projecerim eum. Et 2. Reg. 7. Miſericordiam meam non auferam ab o, ſicut abſtuli à Saul, quem amoui à facie mea. Et 4. Reg. 24. Iraſcebatur Dominus contra eruſalem, & contra Judæam, donec projiceret eos à facie ſua. Ait igitur Dauid ne projicias me facie tua, id eſt, ne ſinas me iterum labi in peccatum: ne fortè in perpetuum me à gratia tua emoueas: parum enim mihi eſſet lauari, & ſuper niuem dealbari, & ſpiritum rectum in me nnouari, ſi tandem à facie tua cum reprobis projiciendus eſſem. Ita Bellarm. Donum itaque erſeuerantiæ poſtulat, ne fortè recuperatam lacrymis gratiam iterum perdat.

VIII. *Quid eſt liberari de ſanguinibus* v. 16.? ℟ à pœna & vindicta, quam de me petit *De ſangui-* anguis Uriæ effuſus q. d. velut miles armatus & fortior me, animam meam conſtringit, ab *nibus libe-* llo me libera. Utitur autem plurali numero *de ſanguinibus*, quia multi cum Uria occiſi ſunt, *rari.* Joab juſſu Dauidis expoſiti in obſidione ciuitatis Rabba in Ammonitide, vt Urias ab hoſte cciderețur.

Pſalmus LI. Quid gloriaris.

David increpat Doeg Idumæum proditorem præſagiens illi exitium, ibi ſalutem. De hoc vide 1. Reg, 22: ad intelligendum titulum hujus pſalmi,

I. *Quo-*

Lingua cogitat dolū.

I. *Quomodo lingua dicitur cogitasse dolum, cùm cogitare proprium sit cordis, non lingua?* ℞ Lingua calumniatoris dicitur cogitare dolum, quia diu multumq; cogitatum effundit, cùm tempus opportunum videt ad nocendum. Pöeticè tribuitur cogitatio linguæ, ficut meditatio ps. 34. 28. & 36. 30. & intellectus datur manibus. ps. 77. 72. Talem linguam meritò compare caudæ scorpionis semper intentæ ad vulnerandum. Plin. l. 11. c. 25. *Semper cauda in ictu est nulloq; momento meditari cessat, neq; quando desit occasioni.* Et hoc notabile est, quod idem Author dicit, virginibus lethalem semper esse ictum scorpionis & fœminis ferè in totum. Calumniatoris vulnus inflictum virginibus & fœminis, quarum virginitatem aut castitatem aggreditur, vix sanari potest, restat enim semper aliqua suspicio S. Chrysost. ait, qui in iniquitate potens est, impias cogitationes in lingua sua gestat: qui autem in vitio inferior est, licet minimè puras cogitationes habeat, eas tamen occultat, atq; quantum potest, in seipso extinguere atq; delere conatur. ita ille. Sed tum demum corruptio totalis est, cùm *tota die* lingua malitiam versat & cogitat, seu exagitat.

II. *Quo sensu dicitur,* SICUT NOVACULA ACUTA FECISTI DOLUM? ℞ Sicut novacula acuta facillimè scindit pilos, ita tu facillimè Saulem decepisti. Paucissimis verbis Doëg Sauli persuasit, Achimelech sacerdotem, cum Davide conjurasse, qui fuit dolus & impostura gravissima. Potest etiam per dolum intelligi dolosa & fraudulenta occisio Sacerdotum, quam Doëg effecit interficiendo progeniem Sacerdotum vsq; ad parvulos & lactentes, quomodo novacula abradit penitus omnes pilos quamvis tenuissimos. Dicitur autem dolosa occisio, quia Sacerdotes non fuerunt vocati ad regem tamquam inimici, vt timere potuerint se occidendos sed circumventi sunt, & de improviso perierunt.

Verba præcipitationis

III. *Quomodo dicitur v. 6. lingua dolosa dilexisse omnia verba præcipitationis?* ℞ Omnia tua verba, ô Doëg loquax & dolose, fuerunt verba præcipitationis, id est, primò præcipitantia Saulem ad decernendam cædem Achimelech Pontificis & sacerdotum sine vllo adhibito judicio. 2dò præcipitantia teipsum & satellites tuos ad tantum scelus patrandum. 3tiò Deniq; præcipitantia Pontificem, Sacerdotes, vxores eorum ac liberos in ruinam.

Doëg prædicitur perditio.

IV. *Quam pœnam prophetat David Doëgo?* ℞ Exitium sempiternum. Propterea, inquit DEus te destruet in finem, id est, propter hoc tuum peccatum DEus te radicitus destruet in hoc sæculo & in futuro, ita vt in æternum destructus maneas: quibus significari videtur æterna desolatio in hoc sæculo, & æterna damnatio in futuro. Atq; hæc est justa retributio impiorum vt qui alios perdunt, ipsi quoq; malè pereant. Deinde quod generatim dixerat, explicat per partes dicens: *evellet & emigrabit te de tabernaculo* (verba neutra in scriptura sæpe sumuntur pro activis, etiam activè vsurpatur *migro* apud Gellium. l. 2. c. 29. & apud Tullium l. 3. Offic.) *& radicem tuam de terra viventium.* id est, hoc modo te penitus destruet, quia punit te exilio, & orbitate, ita vt primum amittas opes & patriam, deinde in exilio & sine liberis moriaris. Evellet te, & emigrabit: id est, migrare faciet de tabernaculo tuo, & sic exul & vagabundus errabis. Et radicem tuam evellet de terra viventium, id est, te cum omni posteritate tua de terra eradicabit: filij enim similes sunt radicibus, quia per eos pater radicatur & stabilitur in terra. Et quoniam per terram viventium significari potest patria cœlestis, indicatur hoc loco etiam damnatio sempiterna.

Oliva fructifera.

V. *Cur David se vocat olivam fructiferam in domo DEi?* ℞ Opponit se Doëg Idumæo, illum comparat ligno arido; se verò olivæ virenti: illum dicit evellendum de tabernaculo suo, se dicit radicandum in domo DEi: illum dicit sperasse in divitijs suis, se autem in misericordia DEi. Ego similis sum olivæ fructiferæ in domo DEi, id est, non evellar, non eradicabor, vt Doëg lignum aridum: sed radicabor magis & magis, vt oliva speciosa semper vites, & fructum adferens.

Psalmus LII. Dixit insipiens.

Est deploratio insipientiæ generis humani. Hic psalmus est idem cum 13tio.

I. *Quid in titulo hujus psalmi per Maeleth intelligitur?* ℞ S. Hieron. vertit per chorum, sed per chorum videtur intellexisse instrumentum musicum, vt ipse testatur in epistola ad Dardanum, de musicis instrumentis. Potest etiam per chorum intelligi cætus cantorum canentium, vt sensus sit, psalmum esse compositum pro choro, vt videlicet canatur à multis simul.

Vana gloria.

II. *Quas pœnas recenset propheta inferri solitas vana gloria captatoribus?* ℞ Tres præsertim. 1mò quòd DEus ossa dissipet, 2dò quòd eos confundat, 3tiò quòd illos spernat. Ac 1mò de ossium confractione & dissipatione dicitur v. 6. *DEus dissipavit ossa eorum, qui hominibus placent.* Per ossa virtutes intelligit Hugo. Et verò mentem stabiliunt, sicut ossa corpus, plenæ sunt suavitatis, sicut ossa medullæ, ijs crescentibus augetur homo interior, sicut crescentibus ossibus homo exterior: ossa dolorem non sentiunt, nec virtus vera & solida: ossa alba sunt, virtus innocens est. Vana gloria virus est virtutum, vt loquitur S. Bern. in vita S. Malachiæ, Verè appetitus laudis & vanæ gloriæ, ait Arnobius, scabies est virtutis, tinea sanctitatis. 2da pœna eorum, qui per inanem gloriam hominibus placere volunt, est confusio. *Confusi sunt.*

DEo plerumq; puniuntur, & in ignominiam dejiciuntur. Sunt ædificatores turris Babel in
ampo Sennar. Babel significat confusionem, Sennar dentium excussionem. Ipsi dicebant
Gen. 11, 4. *Venite faciamus nobis civitatem, & turrim,cujus culmen pertingat ad cælum, & celebremus nomen nostrum, antequam dividamur. Sed DEus dissipavit ossa eorum, & confusos dispersit per terram. Venite* ajebat DEus, *descendamus & confundamus ibi linguam eorum, vt non audiat vnusquisq; vocem proximi sui.* Tertia pœna studentium vanæ gloriæ, est projectio & contemptio eorum à DEo. *Quoniam DEus sprevit eos.*

III. *Cur DEus spernit inanis gloriæ sectatores?* ℞ Est injuria, quam DEo faciunt, eum privando re, quam maximè amat, & quæ illi soli debetur. Isa. 42. 8. *Ego Dominus, hoc est nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo.* Deinde, qui vanam gloriam captat, veram negligit, quæ est DEus: itaq; est DEo injurius, qui ipso spreto muscas & ventos venatur. Similis est ei, qui coram Principe laudes vernulæ ambiret, eo contempto.

Psalmus LIII. DEus in nomine tuo.

David DEi opem implorat adversus Ziphæos proditores. De quibus 1. Reg. 23. 19. & 26. 1.

I. *Quo tempore hic psalmus factus est?* ℞ Anno regni Saulis 12. ætatis Davidis 26. fugæ ejus, 3. Ante Christum 1079. fugiens ab vrbe Ceila David recepit se in desertum Ziph, vbi manebat in locis firmissimis, naturâ non arte munitis, quæ scopuli eminentes aditu; difficiles, instar arcium & castrorum faciebant. Ibi latentem illum cum sexcentis militibus Ziphæi ad Saulem deferunt; siue gratiam ejus aucupantes, siue furorem timentes, siue ab aliquibus Davidis militibus aliquid passi, aut metuentes. Saul hoc nuntio lætus, statim cum exercitu advolat, eoq; in modum coronæ cingit Davidem; ita vt desperaret se posse evadere ope scilicet humana. Tunc cecinit hunc psalmum, opem DEi implorans in summo illo discrimine.

II *Cur voluntariè & liberaliter est sacrificandum DEo?* ℞ Ratio petitur ab ipsa DEi liberalitate voluntaria & regia, nam & dona naturæ & dona gratiæ dedit non meritis, & dedit cum munificentia. Donum incarnationis & passionis maximæ voluntarium & magnificum fuit, se enim totum exinanivit, nihil sibi relinquens, ne guttam quidem sanguinis. Isa. 53. 7. *Oblatus est quia ipse voluit.* Gal. 5. 20. *Dilexit me & tradidit semetipsum pro me.* Christus dicit Joan. 10. 18. *Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam à me ipso.* Deinde honorificentius & gratius est DEo sacrificium voluntarium quàm coactum. Vult amicos & filios DEus, & servos alacres, non mancipia in ergastulum compacta & catenata. Hilarem datorem diligit DEus 2. Cor. 9. 7. Si panem dederis tristis, inquit S. Aug. in ps. 42. & panem & meritum perdidisti.

III. *Qui erant alieni, qui insurrexerunt adversum David, & qui fortes qui quæsierunt animam ejus?* ℞ Alieni erant Ziphæi, qui proximi videbantur, sed corde erant alieni à me: insurrexerunt contra me irritantes Saulem ad me persequendum. Fortes erant Saul cum armato exercitu, quæsierunt vitam meam ad extinguendum eam: Hæc enim erat tota ratio persecutionis: quia enim timebat Saul, ne aliquando David regnaret, cupiebat eum de medio tollere: quamvis enim Davidem innocentem esse Saul non ignorabat, tamen cupiditas retinendi in propria familia regnum quam rationem statûs nunc vocant, faciebat, vt justum videretur quod injustissimum erat.

Psalmus LIV. Exaudi DEus orationem meam.

Orat DEum David, vt se liberet à fallacibus amicis, ac præ cæteris ab Achitophel. 2. Reg. 15.

I. *Quid petit præcipitari David* v. 10.? ℞ imò gloriam & honorem impiorum, Absolonis præsertim ad thronum irrumpentis, & Achitophelis summas dignitates aspirantis. Ubi adverte, cùm dicit, *præcipita*, non tam esse imprecationem, quàm prophetiam. 2dò *præcipita* eos scilicet, q. d. citò moriantur. Ubi nota alludi ad mortem Absolonis, qui præcipitatus ex mula, & appensus arbori, inde dejectus est multis lancearum ictibus: item ad mortem Achitophelis, qui laqueum injiciens collo, seipsum ex infami trabe præcipitavit. 3tiò deniq; & optimè *præcipita* linguas, id est consilia & consiliorum declarationem, q. d. fac vt præcipitanter consultent inter se & Absolon præceps ac sine prudentia imperet. In suis consultationibus non maturè deliberata loquantur. Sic DEus Isa. 19. 3. prædicens obventuram cladem Ægyptijs per Sennacherib regem Assyriorum ait: *Dirumpitur Spiritus Ægypti in visceribus ejus & consilium ejus præcipitabo* & v. 11. *Stulti principes Taneos, sapientes consiliarij Pharaonis dederunt consilium insipiens* nempe bellandi cum Sennacherib.

II. *Quid est, diuide linguas eorum?* ℞ id est, fac, vt inter se non consentiant, vt varietate consili-

Linguarũ divisio. te consiliorum se interturbent. Divisionem porrò linguarum fuisse in consiliarijs Absalonis, patet ex eo, quòd Achitophel sibi non credi videns abiit & laqueo se suspendit. Alludit ad confusionem & diuisionem linguarum in Babel, de qua dicitur Gen. 11. 7. *venite, descendamus & confundamus linguas eorum.* id est, ex vna lingua Hebraica faciamus varias linguas aliarum matrices, secundùm varias familias seu cognationes: nempe 55. vt colligi potest ex cap. 10. Vide ea de re Pererium l. 15. & 16. in Genesim.

III. *Quo sensu dicitur* v. 16. DESCENDANT IN INFERNUM VIVENTES? ℟ Subita & improvisa morte ex hac vita ejiciantur, nullo præmonente morbo. De his Job c. 21. 13. *In puncto ad inferna descendunt.* Hoc accidit murmuratorum in Moysem ducibus: scilicet Core, Dathan & Abiron, de quibus Num. 16. 31. & seqq. *Dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum deuorauit illos cum tabernaculis suis, & vniuersa substantia eorum.* Hæc prophetia impleta est in ijs, qui Dauidem persequebantur à partibus Absalonis stantes. Pugnâ enim commissâ victi sunt, perierunt ad viginti millia 2. Reg. 18. & multò plures erant quos saltus consumpserat de populo, quàm hi, quos voraverat gladius in die illa.

IV. *Quale testamentum & qui contaminauerunt* v. 22.? ℟ qui hunc psalmum explicant de Ceilana proditione, & de persecutione Saulis, dicunt: testamentum illud, seu pactum esse juramentum Saulis ipsius, quo sæpiùs pollicitus erat, se non insidiaturum vitæ Dauidis, quem generum sibi adoptauerat, data ei filia Michol in vxorem. Sic ly *ejus* sumendum esset pro reciproco pronomine suum, quod sæpe fit in scriptura. Deinde testamentum illud seu pactum est promissum Dei factum Dauidi, de eo conseruando in regno suo totâ vitâ, & de dando regno Salomoni filio ejus. Hoc pactum seu promissum Absalon volebat interuertere, quòd esset maximus natu filiorum Dauidis; Salomon verò longè ipso junior. Absalon natus erat Davidi ex Maacha filia Tolmai regis Gessur, hoc etiam illi animos addebat. Salomon verò erat filius Bethsabeæ, quæ antea fuerat vxor Uriæ. Adde adulterium Bethsabeæ, quod nocebat Salomoni, licet nato in legitimo matrimonio.

V. *A quo diuiduntur peccatores* v. 22.? ℟ Imò à Deo velut sole, qui faciei suæ radijs & splendore vespertiliones illos fugat, & in tartari spelæa detrudit ps. 33. 17. *Vultus autem Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.* Gen. 4. 14. Cain gemebundus inclamat: *ecce ejicis me hodie à facie tua, & à facie tua abscondar, & ero vagus & profugus in terra; omnis enim qui inuenerit me, occidet me.* 2dò diuiduntur à viris justis. Leprosi sunt contaminati, & à cœtu mundorum separati, ne illos inquinent Lev. 13. omni tempore, quo leprosus est & immundus, solus habitabit extra castra. 3tiò scelerati ab ipsis socijs suis diuiduntur, sicut vulpeculæ Samsonis, varijs & insanis passionibus ardentes. Clade oborta sibi quisque consulit aliorum oblitus 2. Reg. 5. 20. Victis Philisthæis, qui in vallem Raphaim se infuderant, ovans David dixit: *diuisit Dominus inimicos meos coram me, sicut diuiduntur aquæ,* à seipsis, cùm in scopulos incurrunt. Absalone devicto, dispersi sunt hac illac perduelles & pleriq; occisi 2. Reg. 18. 8 *fuit autem ibi prælium dispersum, super faciem omnis terræ.*

Psalmus LV. Miserere mei DEus, quoniam conculcavit me homo.

David fugiens Saulem, cùm esset apud allophylos, id est, alienigenas, in Geth, 1. Reg. 21. orat liberari à persecutione Saulis.

I. *Quis est ille populus, qui à sanctis longè factus est, vt habetur in titulo?* ℟ Est populus, qui erat cum Davide. Statim enim, vt evasit David ex Geth, fugit ad speluncam Odollam. Cùm id audissent fratres ejus, & omnis domus patris ejus, descenderunt ad eum illuc, & convenerunt ad eum omnes, qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo: & factus est eorum Princeps, fueruntq; cum eo quasi quadringenti viri 1. Reg. 22. Hi autem cùm essent fugitivi & exules, erant elongati à sanctis, id est, à sanctuario, quod erat in Nobe vrbe, quæ suberat Sauli, eaq; vrbe paulò pòst eversa, translatum est in Gabaonem. Itaq; hunc psalmum fecit in spelunca Odollam, sed suum periculum velut præsens describit, & liberationem sibi promittit. Varios enim psalmos scripsit & cecinit David: non cùm res gerebantur, de quibus agit, sed postea memor illorum.

II. *Quid per tituli inscriptionem intelligitur?* ℟ Sensus totius tituli est. q. d. Psalmus hic scriptus *in finem*, id est semper cantandus, pro populo seu multitudine illorum virorum, qui erant cum Davide in spelunca Odollam remoti à sanctuario. Scriptus est autem Davidi, id est, pro Davide, vt in Davidis consolationem & gloriam, scribatur in aliqua columna, quando captus est à Philisthæis, Gethæis in aula Achis regis ipsorum. q. d. hic Psalmus dignus est, qui semper duret & semper canatur: est monumentum ære perennius.

III. *Quis est ille homo, qui conculcavit Davidem* v. 2.? ℟ Achis, apud quem coactus est simulare insaniam 1. Reg. 21. Aut veriùs Saul, à quo lanceâ petitus, ex aula ejectus; morti destinatus, vxore & bonis atq; dignitatibus nudatus. Ab eo enim non semel tantùm, vt ab Achis, sed sæpiùs

d sæpiùs est impetitus: vnde sequitur *tota die impugnans*, tota die, id est assiduè & perpetuò. on solus Saul in Davidem sæuit, sed adulatores ejus, & Dauidis gloriæ inuidentes. v. 3. conlcauerunt me inimici mei tota die.

IV. *Quid est timere ab altitudine diei?* ℟ est timere, quamdiu sol erit altus, donec nox nebris suis texerit speluncam Odollam, in qua cum 400 militibus meis lateo: de nocte secus sum, sed de die intercipi nullo negotio possum. 2dò ab altitudine diei timere, est timere potentia, felicitate, superbia, seueritate & judicio Saulis, atq; hostium sibi invidentium. Ita Aug. Hieron. & alij. Dies enim ob lucem est symbolum felicitatis, ob eleuationem solis, est mbolum potentiæ & superbiæ, ob ardorem, seueritatis & afflictionis, ob lucis penetratiom ad intima corporis diaphani, dies notat examinationem judicis omnia videntis & scrutis: lux, herbas, flores, arbores, homines, ac cætera in terris posita exhibet oculis nostris; sagacitas, diligentia, ira judicis penetrat ipsa cordium secreta. Timendum porrò erat Dadi ab altitudine diei, id est, potentiæ regis Saulis, cùm in eum summo odio arderet, & catali eum supplicio afficere posset.

Psalmus LVI. Miserere mei DEus.

In spelunca Engaddi obsessus à Saule implorat opem Dei, eâq; obtent i gratias agit.

I. *Quid petit David in titulo:* NE DISPERDAS? ℟ Historia cujus occasione hic psalus conscriptus est, habetur l. 1. Reg. c. 24. tunc enim David Saulem fugiens absconditus est m aliquot ex suis in spelunca Engaddi, & cùm Saul casu ad eam speluncam deuenisset, & los in eam intrasset, vt purgaret ventrem; David, qui in parte interiore latebat, incitatus à suis, interficeret Saulem, noluit id facere, itaq; voluit aliquid ad æternam rei memoriam scrium, ne disperdas, siue ne perdas, quia Dauid non perdidit Saulem. Alij volunt Dauidem pro rogare DEum, vt non sinat se occidi, & perdi. Alij deniq; arbitrantur, illis verbis significa instrumentum musicum, in quo psalmi isti concinendi erant.

II. *Ubi laqueum parauerunt pedibus Dauidis, & incurvauerunt animam ejus, & foderunt te faciem ejus foueam, & inciderunt in eam* v. 7.? ℟ hæc dicta sunt de spelunca Engaddi, in a latebat Dauid. Imò enim Saulis exercitus trium millium virorum eam speluncam cingens, Dauidem quærens ad necem, erat veluti laqueus Saulis venatoris. 2dò in ea spelunca Dauid milites ejus erant incuruati in ejus angulis, vt meliùs laterent, dum ille exercitus transiuit. Itaq; *incurvauerunt animam meam*, id est, me, est Synecdoche. 3tiò spelunca illa erat foa, in qua erat conclusus Dauid; perinde quasi in eam rem Saul illam fodisset, & in eam sum compulisset. 4tò Deniq;, Saul in illam foueam incidit, cùm in speluncam intrauit ventrem purgaturus, quo tempore à Dauide nullo negotio occidi potuit.

III. *Ad quid ait David v. 8. paratum esse cor suum?* ℟ imò ad ea toleranda incommoda, æ tolerabat in spelunca Engaddi, & in persecutione Saulis. 2dò ad alia omnia facienda & tienda, quæ DEus vellet, Bis autem dicit, *paratum paratum* q. d. paratissimum. Hæc enim petitio signum est deliberatæ maximè voluntatis. 2. fortitudinis nihil timentis, & objecta terculamenta rejicientis. 3. alacritatis, feruoris ac promptitudinis ad acceptanda, quæ DEus jut.

Psalmus LVII. Si verè vtiq; justitiam loquimini.

Prædicit Saulem, ejusq; adulatores, qui Dauidem calumniabantur, erdendos à Deo.

I. *Quomodo v. 4. peccatores dicuntur alienati à vulua, errasse ab utero?* ℟ est hyperbo, & parœmialis locutio: id est, dudum aberrant à virtutis via, obstinati sunt in sua malitia, tà vitâ fuerunt scelerati, à prima infantia, à teneris vnguiculis, ab vberibus, à lacte matris elera didicerunt, & sectati sunt, atq; in viam vitij abierunt, relictâ virtutum semitâ. Sic in ontrarium dicebat Job c. 31. 18. *Ab infantia mea creuit mecum miseratio, & de vtero matris eæ egressa est mecum.* Scilicet velut dux, comes & nutrix futura.

II. *Qui sunt malorum judicum dentes, & quomodo conteruntur?* ℟ imò dentes eorum sunt *Dentes malorum judicum.* ccusatores & sycophantæ, qui calumnijs famam rei innocentis lacerant. Item decreta ipsa & ntentiæ, quibus innoxius discerpitur, & bonis suis spoliatur. 2dò conteruntur dentes illi, ùm suomet ore judicantur. 2. cùm sibi contradicunt. 3. cùm eorum injustitia fit omnibus maifesta, quod DEus vt plurimùm facit, & jam sibi David accidisse gloriatur ps. 38. *Quoniam tu ercussisti omnes aduersantes mihi sine causa, dentes peccatorum contriuisti.*

III. *Cur David hostes suos & judices comparat leonibus quibus fractæ sunt maxillæ & molares dentes* v. 7. ℟ Alludit ad Samsonem, qui descendens in Thamnatha cum Patre suo & atre dilaceravit leonem, quasi hœdum in frusta discerpens Jud. 14. 2dò & potiùs alludit ad m sibi à DEo datam, qua leonem & vrsorum rapientium arietes de grege apprehendebat men-

tum, eosq; suffocabat & interficiebat 1. Reg. 17. 35. Molas porrò intelligit molares dentes, qu sunt fortissimi & maximi. Cum ergo dicit dentes eorum confringes, vult asserere, omne robu & potentiam peccatorum, quamvis robustissimorum auferendam. *In ore eorum*, id est, dum ad huc sunt in ore ipsorum viventium, & rugientium.

Peccatores ad nihilum deuenient.

IV. *Quomodo peccatores ad nihilum devenient, sicut aqua decurrens*? ℟ Vult dicere po tentiam impiorum fore brevissimam, & post modicum ita redigendam esse ad nihilum, vt to ta progenie extincta ne vestigium quidem ejus remaneat. Similitudo autem ducitur vel à tor rentibus juxta Aug. qui ita interdum intumescunt, & omnia secum rapiunt, vt flumina maxi ma esse videantur, & tamen post vnam vel alteram horam omnino siccantur, & evanescunt, v ne gutta quidem aquæ remaneat in alveis torrentium; vel ducitur similitudo ab ingenti pluvi hyemali, vt exponit S. Hieron. quæ per loca declivia ita statim decurrit, vt post modicum ces sante pluvia, nusquam aqua ipsa compareat. Exempla inmemorabilia adduci possunt, tun potentissimorum tyrannorum, vt Saulis, Achab, Jeroboam, vel Neronis, Caij, Domitiani & similium: tum hæresiarcharum magni nominis, vt Arij, Nestorij, Dioscori & cæterorum. A nihilum, inquit, devenient, tamquam aqua decurrens, torrentis vel pluviæ; quæ velocissim transit & vestigium non relinquit, ac ne putaremus casu fieri, vel ex naturalibus causis, vt po tentissima regna tyrannorum, aut famosissimæ hæreses tam citò finem accipiant; subjungit pro pheta, *intendit arcum suum, donec infirmentur*, id est, impiorum potentia tam celerem finen habebit, quia DEus omnipotens intendit arcum suum adversus eos, neq; arcum remittet, do nec illi infirmentur, ac debilitentur, & viribus amissis deficiant & pereant.

V. *Quomodo peccatores auferentur sicut cera quæ fluit?* ℟ Hæc est tertia similitudo quæ demonstrat, non minus facile esse DEo potentiam tyrannorum, aliorumq; impiorum a nihilum deducere, quàm facile est soli aut igni ceram liquefacere; cera enim quantumvi indurata, calori Solis vel ignis nullo modo resistit, sed continuò liquescit, & diffluit, & peri Ita auferentur de medio peccatores. Nam supercecidit ignis iræ DEi in illos, & ipsi tamquan cera continuò liquefacti perierunt, & non viderunt ampliùs solem, quem soli viventes vide re possunt.

VI. *Quomodo dicitur, Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum &c.*? ℟ Est vltim similitudo, qua docet propheta, impios succidendos & perdendos à DEo, antequam impler possint mala, quæ aduersùs justos meditati sunt, vt non habeant gaudium de exterminio justo rum, quod maximè cupiebant: quomodo Saul antea malè periit, quàm de morte David lætar potuerit: & Diocletianus & Maximianus alijq; persecutores Ecclesiæ priùs perierunt, quàm vl timum excidium Christianorum viderint, ad quod totis viribus inhiabant. Similitudo auten desumpta est à spinis, quæ ab agricola succiduntur, dum teneræ sunt, antequam ad robur rha mni, quod est lignum magnis & durissimis spinis instructum, crescendo perueniant. Prius quam intelligerent spinæ vestræ, id est, priusquam ad perfectionem suam spinæ teneræ crescen do peruenirent, vt ad instar rhamni pungere, ferire & lacerare possent: sicut viuentes, sic i ira absorbet eos, id est, DEus absorbebit (absorbet enim positum est pro absorbebit, sicut i Euangelio ardet pro ardebit) DEus inquam absorbebit eos in ira sua, sicut viuentes absorbe solet terra aut mare.

VII. *Quid est lauare manus in sanguine peccatoris*? ℟ Exultabit vindictam illam mente ver sans, & plagas cruentati & prostrati hostis sui manibus tractans, & ejus sanguine purpurans Alludit ad cruentam necem Saulis hostiumq; suorum, & ad morem victorum, qui partâ victo riâ stant primò exultantes in campo, in quo jacent, & moriuntur hostes, atq; in eo aspectu læ tantur, cùm vident vindictam, quàm de ipsis sumpserunt; adò accurrunt ad cadauera jacentia illa spoliant, eorum vulnera aspiciunt, mirantur, manibus versant, socijsq; ostentant, & Dei ju stitiam, regisq; sui ac ducis potentiam, prudentiam, fortitudinem, ac felicitatem celebrant. Illa autem lætitia est DEo grata, & propterea dicuntur lauari manus in sanguine peccatoris. Sic, cùm Moses DEo zelum ejus acuente idololatras omnes vitulo aureo supplices neci desti nasset, Leuitæ verò illi obedientes viginti tria millia eorum trucidassent, ait Exod. 32. 29. *Consecrastis manus vestras Domino, vnusquisq; in filio, & in fratre suo, vt detur vobis benedictio.*

Psalmus LVIII. Eripe me.

David obsessus domi à seruis Saulis, orat liberari 1. Reg. 19.

I. *A quo petit eripi David*? ℟ à Saul & satellitibus ejus, qui missi fuerunt à Saule 1. Reg. 19. vt custodirent domum Dauid, ne fortè noctu effugeret, vt eum manè facto interficerent, sed David conjugis suæ consilio & auxilio per fenestram noctu dimissus aufugit. Scribit igitur in hoc psalmo Dauid orationem, quam imminente tam ingenti periculo fudit ad DEum, & simul prædicit, vt solet, inimicorum suorum perditionem. Quòd autem in ea perturbatione & temporis angustijs, cùm fugam captabat, David versus composuerit, non est credibile. Id autem fecit, aut cùm venit ad Samuelem in Ramatha & Najoth, aut postea memor euitati periculi,

uli, & commotionum mentis eo tempore. Hoc de multis pſalmis dicendum arbitror. Da-ıd enim etiam regnans, ſubinde memoriâ repetens varijs occaſionibus à DEo accepta bene-ſia, pſalmos faciebat de ijs gratias agens.

II. *Quomodo verum eſt, quod David dicit:* NON MISEREARIS OMNIBUS, QUI OPE-ANTUR INIQUITATEM, cùm conſtet DEum miſertum eſſe ipſius Dauidis operantis ini-citatem adulterij & homicidij, & Petri ipſum Chriſtum negantis, & Pauli Eccleſiam perſe-entis? ℞ DEus miſeretur operantium iniquitatem non vt Judex, ſed vt Pater miſericordia-m, dum operantes iniquitatem miſericorditer conuertit. David autem hoc loco loquitur de Eo, vt judex eſt, qui reddet vnicuiq; ſecundùm opera ſua, ac præſertim in vltimo judicio ullius impij, vel iniqui miſerebitur, cùm venerit magna illa viſitatio omnium gentium, in a reddent omnes DEo ſummo judici rationem factorum ſuorum.

III. *Cur ingens & intolerabilis fames vocatur canina?* ℞ quia maxima fame laborant, magnum calorem & ſiccitatem, vnde in æſtate & hyeme frequenter ſolent in rabiem agi æ fame, vt ait Dioſcorides, quia canes ſunt naturâ voraces, quod denotat reuerſio ad vomi-m, quem iterum reſorbent. Præcipuè fames canina vocatur ob rabiem. q. d. rabida fames, n quia cum rabie devorat inteſtina, tum quia rabidos efficit eos, quos corripit ob doloris im-tientiam. S. Hilar. hoc loco, impudentiam ait & rabiem in nuncupatione canum argui. *Fames canina.*

IV. *De qua conuerſione ad veſperam, & de qua rabie canum hic agitur?* ℞ Agitur de ſera conditione iniquorum in noviſſimo die. Ipſi enim convertentur ad veſperam, id eſt, fi-ro die, in quo fructuosè converti licebat, nimisq; ſerò ſapere incipient, & pœnitentiam a-re nihil profuturam. S. Greg. Nyſſ. tr. 2. in pſ. c. vlt. explicat de migratione in tenebras ex-riores, & locum damnationis, ibi erit irrita omnis converſio & ibi viget fames canina & bida, numquam tota æternitate vel vnica mica panis ſatianda, vel aquæ guttula refrigeran-. De illa veſpera dicunt damnati Jer. 6. v. 4. *Væ nobis, quia declinauit dies, quia facta ſunt bra longiores veſperi.* Pœnitentiam agunt, & præ anguſtia ſpiritus gemunt, vt habetur Sap. v. Diues epulo ex mediis flammis oculos attollebat, & ſe convertebat in ſinum Abrahæ, vt uæ guttam obtineret Luc. 16. ſed fruſtra. Speciatim hoc etiam exponitur de Judæis. Illi e-m, his etiam in terris caninam famem paſſi ſunt Jeroſolymis: vbi in obſidione Titi vndecies ntena hominum millia aut gladius aut morbi aut fames abſtulerunt. *Conuerſio ad veſperā.*

V. *Cur petit hoſtes ſuos non occidi* v. 12.? ℞ imò quia Saul erat Rex, necem autem prin-pum, etiam cum vitæ noſtræ periculo impedire debemus. 2. quia Saul erat ſocer ejus, & pa-r Jonathæ, quem David amabat ſicut animam ſuam. 3. vt Saul & alij conuerterentur. Chald. rtit: *ne ſubitò occidas eos.* 4tò quia alij exequebantur juſſa regis, quæ non tenebantur ita ex-minare, ſed poterant ſupponere eſſe juſta: quod tamen hic erat difficile; nota enim erat om-bus innocentia Dauidis, & furor Saulis, qui à ſpiritu malo abripiebatur. 5. Ne ſuperbirent Phi-ſthæi. 6. Ne illi & alij homines contermini contemnerent Judæos, & victos pro nihilo du-rent, atq; expilarent, ea de cauſa hic ponitur. *Ne quando obliuiſcantur* homines *populi mei* daici, qui ſolus te cognoſcit & colit.

Pſalmus LIX. DEus repuliſti nos.

David victis Philiſthæis, Moabitis & Syris, cùm expeditionem in I-umæam pararet, opem Dei implorat 2. Reg. 8. & 1. Paral. 18.

I. *Quid eſt potari vino compunctionis?* ℞ eſt forma prouerbialis, qua ſignificatur grauis olor & afflictio alteri infligi, ita vt ad intimas ejus medullas, & intima cordis penetralia pe-etret, inſtar potus amariſſimi, ſe per omnes venas & poros corporis diffundentis. Unde fiat ı eo ſtupor & ebrietas quædam mentis, qua ſepultus hæreat neſcius quid agat homo afflictus. *Vinum compunctionis.*

II. *Quam ſignificationem ſiue ſignum intelligit David dicens* v. 6. DEDISTI METUENTI-US TE SIGNIFICATIONEM, VT FUGIANT A FACIE ARCUS? ℞ Per illam ſignificatio-em poteſt intelligi nuntium velox de ſtrage militum occiſorum, quo admoniti finitimi Idu-æis Judæi, alijq; partim fugerunt *à facie arcus*, id eſt, ab arcu jam apparente, & mox ſagit-is excuſſuro: partim vrbes ſuas muniuerunt bono præſidio militum, alijſq; rebus, vt hoſti non aterent. Vel ſignum illud arbitror eſſe cometam aliquem, aut ſimile ſignum aliquod cœleſte, uod præſagiret cladem illorum militum, aut quod apparuit eo ipſo tempore, quo fiebat. So-et DEus ante luctuoſa bella & clades magnas, cometas velut terrificas cœli linguas, oſtenta-e. Ante clades maximas ab Antiocho Ephinane, alijſq, Judææ illatas viſi ſunt in aëre diebus 40 equites diſcurrentes, auratas ſtolas habentes, & haſtas, quaſi cohortes, armatos, & curſus quorum per ordinem digeſtos, & congreſſiones fieri cominus, & ſcutorum motus, & galeato-um multitudinem gladijs diſtrictis, & telorum jactus, & aureorum armorum ſplendorem, om-ıiſq; generis loricarum vt habetur l. 1. Mach. c. 1. Ante excidium Jeroſolymæ ſigna plurima oblata vide apud Joſephum de bello Judaico. *Signa ante clades.*

III. *Quis eſt ſenſus* v. 8. DEUS LOCUTUS EST IN SANCTO SUO, *& reliquorum?* ℞.

Vult

Vult dicere: non est cur pristinarum calamitatum recordatione me excruciem: DEus enim i sanctuario suo mihi inter orandum & per Sacerdotem indutum veste Pontificia, reuelauit fo re, vt longe lateq; imperem, quod nunc ex parte impletum video. Nam mihi subduntur i tribus, quæ Isbosetho Saulis filio parebant. Ac proinde Sichima ipsa, & tabernaculorum valli quæ Jacob pater noster possedit, meæ sunt. Galaaditis v. 9. in qua regiam sibi Isboseth posue rat, mihi obedit, & regio tota, quam Manasses & Ephraim filij Joseph, eorumq; posteri in bel lo fortissimi, ac robur exercitus mei, & vitæ meæ protectio, occuparunt. Tribus autem Juda cui regia dignitas promissa est, peculiari me amore, cultuq; prosequitur. Moabitæ quoq; v. 10 Lothi progenies, à me subacti, affatim mihi meoq; populo pecora ad cibum ex opimis pascui suis suppeditant. Fines imperij mei vsq; in Idumæam proferam, eamq; licet montibus a speram victori pede decurram, cùm jam in valle Salinarum de ea victoriam insignem retule rim. Philisthæos varijs prælijs fractos domitosq; sub jugum misi. Quis me exercitumq; meum in ciuitatem Bosram Idumææ v. 11. munitissimam arcem & metropolim deducet victorem, & totam Idumæam mihi subjiciet? Tu solus id potes præstare v. 12 & præstiturum spero, licet no rejeceris permissa militum nostrorum strage per Idumæos, & subtracto auxilio tuo ab exercitu quem in præsidium illius prouinciæ reliqueram.

Psalmus LX. Exaudi DEus deprecationem meam.

A molesto exilio sub Absolomo liberatus, longam vitam & felix re gnum à Deo deposcit.

Fines terræ I. *Quomodo Dauid dicit*, A FINIBUS TERRÆ AD TE CLAMAVI, *cùm numquam fue rit exul in finibus terræ?* ℞ per fines terræ potest intelligi maxima distantia ab eo, qui clamat ad eum, cui clamatur. DEus enim cui clamatur, est in finibus cœli, id est, in summo cœlo; i verò qui clamat, est in finibus terræ, id est, in ima terra, vt hæc sit ratio tanti clamoris. Quo niam in ps. 129. dicitur: *de profundis clamaui ad te Domine*. Magna enim voce clamare debet qui in imo positus, exaudiri vult ab eo, qui sedet super Cherubim, in altissimo cœlo, id est qui intelligens infinitam distantiam inter suum nihil, & diuinas perfectiones, tamen cum ips DEo colloqui in oratione præsumit.

Dauid in petra exaltatus. II. *Quando DEus Dauidem in petra exaltauit?* ℞ in petra, id est, in locis tutissimis En gaddi, cùm Saulem fugeret, in deserto Ziph, in colle Hachila, in deserto Maon; vbi, cùm de speraret David se posse euadere à facie Saulis, qui cum tribus hominum millibus, quibus ad cu stodiam suam ordinariè vtebatur, eum cingebat, audiens Saul Philisthæos irruptionem fecisse in regnum suum, recessit. Unde locum illum appellauit Dauid, Petram diuidentem. Hæc expli catio esset commoda, si ageretur in hoc psalmo de persecutione Saulis, sed agitur de persecu tione Absalonis, Unde in petra exaltatum se dicit, id est, in vrbe Mahanaim. Cùm anxius in summo dolore versarer, propter persecutionem Absalonis filij mei. Tu me in vrbe & arce ex celsa Mahanaim exaltasti & securum fecisti.

III. *Cur non dicit Dauid, dedisti hæreditatem* AMANTIBUS sed TIMENTIBUS *nomen tu um?* ℞ imò. Ne de illa desperarent reges; quia faciliùs est timere DEum, quàm amare perfe ctè: amor enim proprius sua quærit commoda. 2dò in timore amor includitur. Est enim timor filialis, Uterq; affectus, timor scilicet & amor simul jungendi sunt, vt se conseruent, & à la psu impediant.

Psalmus LXI. Nonne DEo subjecta erit anima mea?

In vno Deo sperandum, non in hominibus vel opibus terrenis.

I. *Cur Dauid dicit se debere Deo subjici?* ℞det *ab ipso enim salutare meum* S. Hieron. ver tit, *quia ex eo salus mea*, q. d. mihi vt homini DEus omnes creaturas subjecit: mihi vt regi, totam Judæam subdidit, Philisthæos, Moabitas, Syros, Idumæos, Ammonitas, aliosq; populos: ab ouium gregibus abstractum sceptro, coronaq, ornauit jam per annos 30, & imperium me um vsq; ad mare, & ad magnum flumen Euphratem extendit; nonne par est ratio, vt vni me DEo subdam in hac afflictione, qua Absalon nititur me obterere; præsertim cùm salutem mi hi paratam ostendat, & ab eo vno eam expectare possim.

II. *Cur Dauid se comparat parieti & maceriæ?* ℞ imò, quia erat murus Israelis, quem toties texerat contra hostes plurimos. 2dò parieti inclinato & maceriæ impulsæ se comparat, quia jam erat senior; natus scilicet annos 59. & ejectus erat è throno ab Absalone juvene pul cherrimo & omnibus gratioso, omnes enim adorant solem Orientem. Itaq; erat in summo dis crimine totalis ruinæ. 2. Reg. 15. v. 14. ait Dauid, quòd Absalon impellet super se ruinam.

III. *Quo sensu dicitur* PRETIUM MEUM COGITAVERUNT REPELLERE v. 5.? ℞ S. Amb. Hilar. Basil. & Theodor. legunt, *honorem meum*, id est decus & dignitatem meam re giam, conati sunt id est à me auferre, pro qua cucurri in siti, id est, tam anxiè laboraui &

suda-

daui. Hebraicè *à celsitudine ejus consuluerunt expellere.* Vocat celsitudinem DEI, quia à Deo omissam & destinatam, quam & DEI honorandi causâ quærebat. Unde sequitur, *cucurri in* i, corporis scilicet & animi quoq; desiderio æstuantis. *Ore suo benedicebant*, blandientes mi- tamquam regi, corde autem mala omnia imprecabantur mihi.

IV. *Unde dicit se non emigraturum David* v. 7.?. ℞ imò ex vrbe Mahanaim, in quam se ceperat fugiens Absalonem. q. d. priùs migraui è Jerusalem memor peccatorum meorum, quæ puniri me à DEo sentiebam; nunc non discedam è loco, in quo versor, memor boni- tis DEI erga me. Constans animus sæpe vincit, vbi fugax omnia perdit. 2dò dicit se non nigraturum à DEo suo, asylo suo, & ab ejus mandatis. Multi similes sunt fugacibus, ac ti- idis auibus, quæ vel ad ramusculi fractionem euolant. Prov. 27. 8. *Sicut auis transmigrans de ido suo, sic vir qui derelinquit locum suum.* Israelitis hoc exprobrat Oseas c. 9. & 11. *Ephraim uasi auis auolauit.* Isa. c. 16. 2. *Sicut auis fugiens, & pulli de nido auolantes, sic erunt filiæ Moab.*

V. *Quid est effundere corda coram Deo?* ℞ Ea quæ in corde sunt. Est Metonymia. imò *Cordis effusio.* atq; effundenda sunt coram DEo corda nostra, id est, vitia, & mali affectus cordis, vt aspe- u DEI cor vacuum & purgatum emundetur, & fiat locus DEI capax. Ita S. Basil. Amb. & alij. oc autem fit per confessionem. Verba S. Basilij sunt: Impossibile est, vt capaces diuinæ gratiæ ddamur, nisi perturbationes, & vitia nostras animas possidentes prius ejiciamus. 2dò *effun- te coram illo corda vestra:* id est, curas, desideria, affectus, afflictiones, necessitates ostendite, plenè apertèq; declarate in oratione. Sic Dauid ait ps. 141. 3. *Effundo in conspectu ejus o- tionem meam & tribulationem meam ante ipsum pronuntio.* Sic Anna 1. Reg. 1. 15. dicebat eli Pontifici in tabernaculo: mulier infelix nimis ego sum, & quod inebriare potest, non bi, *sed effudi animam meam in conspectu Domini.* Nolite inquit S. Aug. in hunc ps. corda stra retinere intra corda vestra: effundite coram illo corda vestra: non perit, quod effundi- : ille enim susceptor meus: si suscipit, quid times effundere? jacta in Domino curam tuam spera in eum.] Effusio amorem denotat, amici enim sua sibi secreta aperiunt, atq; in ami- rum sinum effundunt, vt nihil velint eos latere.

VI. *Quomodo cor effundendum coram Deo?* ℞ Sicut aqua. Ugo Card. inquit, effundite ram illo corda vestra per confessionem. Cor enim peccatoris est quasi plenum stercoribus. nde Dominus non infundit ibi gratiam suam, nisi priùs stercora effundantur per confessio- em. Thr. 2. 19. Effunde sicut aquam cor tuum. Non sicut lac, cujus color remanet. Non sicut num, cujus odor remanet. Non sicut mel, cujus sapor remanet. Sed sicut aquam, de qua, m effusa fuerit, nihil remanet. Ita effundendum est peccatum de corde, vt nec color rema- at in signis exterioribus, nec odor in verbis, nec sapor in affectu. ita Ugo. Vas, inquit S. Ba- . quod humore quopiam tetri odoris & graueolentis præoccupatum fuerit, atq; imbutum, si id elueris diligenter, odorati cujuspiam vnguenti influxum neutiquam poterit recipere. pus itaq; ea, quæ priùs insunt, effundere, vt eorum fiat capax, quæ immittere constituisti.

VII. *Quomodo fieri potest, vt locutus semel Deus, duo dicere audiatur?* ℞ *Semel*, siue vnum rmonem meum locutus est DEus, *duo hæc audiui*, nempe primò DEum esse potentem & mise- cordem. 2dò reddere vnicuiq; secundùm opera sua. Fieri enim potest, vt in vna collocuti- ne non duo tantùm, sed multa alia audiantur. S. Basil. Homo, inquit, si quis fortè cum alio uopiam semel congrediatur, de multis differet, poteritq;, qui ejus audiuerit verba, dicere: se- el quidem me allocutus est, & plura dixit. Simile hoc, quod propheta dixit: semel mihi DE- s apparuit; duæ autem res sunt, quas mihi dixit. ita Basil.

Psalmus LXII. DEus DEus meus.

Solatur seipsum David contemplatione diuinæ bonitatis: prædicens ostibus suis interitum, sibi salutem.

I. *Super quas vitas melior est misericordia Dei?* ℞ super omnes. imò Chaldæus interpre- *Misericordia melior super vitas.* atur, de vita impiorum. Sic enim vertit: *melior est misericordia tua, quam facies justis in mun- o venturo, vitâ quam dedisti impijs in mundo isto,* Euthymius intelligit, vitas delicijs & volu- tatibus deditas. 2dò alij intelligunt vitam vegetatiuam, sensitivam & rationalem. 3tiò Melior t misericordia tua super vitas, id est, plusquam vitæ longissimæ & felicissimæ, quas sibi ho- nines exoptant. 4tò super vitas, id est super vitam meam, q. d. pluris facio tot dona miseri- ordiæ tuæ mihi collata, quàm vitam meam. 5tò super vitas, tam meam, quàm meorum pa- entum, liberorum, subditorum, militum, amicorum. q. d. video me meosq; in hoc bello de ita periclitari, sed tu es Pater & Dominus meus misericors, quidquid feceris, misericordiam uam laudabo, tua enim natura est bonitas.

II. *Cur in oratione manus eleuandæ?* ℞ quia orare debemus cœlestia non terrena. Orent, *Manus in oratione leuandæ.* nquit, S. Anselmus in Ep. 2. ad Timot. leuantes ad cœlestia, non deprimentes ad terrena ma- us puras à peccatorum sordibus, ne enim confundantur manus ad DEum leuatæ, debent & peccatis esse puræ, & in omnibus operibus esse exercitatæ. 2dò leuandæ sunt manus in ora- tione,

tione, vt indicemus nos à Deo ſolo auxilium ſperare. Tertull. in Apologetico c. 30. In cœlum ait, ſuſpicientes Chriſtiani manibus expanſis, quia innocuis: capite nudo, quia non erubeſcimus denią; ſine monitore, quia de pectore oramus. Sic itaą; ad DEum expanſos vngulæ fodiant cruces ſuſpendant, ignes lambant, gladij guttura detruncent, beſtiæ inſiliant. Paratus eſt a omne ſupplicium ipſe habitus orantis Chriſtiani.] Sic medijs in flammis fornacis Babylonica tres pueri manus ad DEum adjutorem eleuabant. S. Andreas Cretenſis orat. 2. de exaltat. S Crucis. Suſtulerunt, inquit, olim manus in altum Azarias & ſocij ejus in Babylonicæ fornacis igne precantes, & elatam in altum ignis flammam extinxerunt crucem exaltatam adumbrantes. 3tiò denią;. Leuandæ ſunt manus in oratione, vt denotetur opera eſſe verbis jungenda. *Dij enim facientes adjuvant*, vt eſt in parœmia. Jer. Threu. 3. 41. Leuemus corda cum manibus, quod expendens S. Greg l. 18. Mor. c. 5. Corda, inquit, cum manibus leuat, qui orationem ſuam operibus roborat. Nam quiſquis orat, ſed operari diſſimulat, cor leuat, & manus non leuat: qui verò operatur, & orat, manus leuat, & cor leuat.

Adeps & pinguedo.

III. *Quid per adipem & pinguedinem depoſcit ſibi David* v. 6 ? ℞ Charitatem ita Aignanus. Adeps enim, inquit, realiter defendit vitalia interiora, & ipſa operit: ſic & virtus charitatis & amicitiæ proximum operiendo cuſtodit. Unde Lev. 3. dicitur. Offerent Domino adipem, qui intrinſecus operit vitalia, & quidquid pinguedinis eſt intrinſecus. Vitalia enim interiores virtutes dicuntur, quas operit charitas, & cuſtodit, quas DEo debemus offerre, quia omnis actus veræ charitatis terminatur ad DEum: adeps ergo charitatis operit vitalia: quando quis vitam proximi charitate defendit, nutrit, & protegit. Dicit Magiſter de proprietatibus rerum l. 7. quodſi adeps vel pinguedo in corpore hominis diſſoluatur, ſtatim deficit calor naturalis, & mors ſubitanea ſequitur. Quid enim eſt calor naturalis, niſi ipſa vita gratiæ, in qu conſiſtit noſtrum viuere ſpirituale; ſicut & vita corporalis in naturali calore? ſi ergo adeps interiùs coagulatus diſſoluatur, id eſt vnio charitatis ad proximum diſrumpatur, ſtatim ceſſa calor ſpiritualis, in quo vita conſiſtit, & ſic ſubitò ſequitur mors animæ, S. Hieron. breuite explicat: repleatur anima mea adipe & pinguedine, id eſt, cœleſti tua gratia & conſolation pingui & delicata.

IV. *Quid ſignificat*, PARTES VULPIUM ERUNT ? ℞ ſignificatur carentia ſepulturæ & quòd impij hac illac per agros ſparſi, à feris deuorandi ſint. Partes, id eſt portio, eſca & cibus vulpium erunt, q. d. à feris etiam imbellibus deuorabuntur. Vulpem enim ſynecdochic poſuit pro qualibet fera. Vulpis autem ſpecialem fecit mentionem. 1mò ob hoſtium vafritiem & fraudes, quibus ſe amicos ſimulantes, vt patuit in Abſalone & Achitophele, ſtatim in deteſtabilem conjurationem eruperunt, 2dò ob eorum feritatem, quia vulpes numquam manſueſcit, ſic illos nulla beneficia cicurarant. 3tiò ob eorum multitudinem, Judæa enim vulpibu abundat, vt patet ex 300 vulpibus à Samſone captis, & immiſſis in ſegetes Philiſthinorum; & probabiliter ſaltus ille, in quo commiſſum eſt prælium contra Abſalonem, multas habeba vulpes.

Pſalmus LXIII. Exaudi DEus orationem meam.

Contra hoſtiles inſidias & calumnias opem diuinam implorat, prædicitą; earum auctores magna juſtorum voluptate oppreſſum iri. Allegoricè de Chriſto.

I. *Quomodo de Chriſto intelligendus* v. 3. PROTEXISTI ME A CONVENTU MALIGNANTIUM ? ℞ Notum eſt ex Euangelio quàm ſæpe conuenerint Principes Judæorum adversùs JEſum, vt eum morti traderent, & doctrinam ejus ac nomen extinguerent, Nec ſolùm Principes in concilium conuenerunt ad conſultandum; ſed etiam multitudo militum, ac ſatellitum conuenit ad operandum iniquitatem, ad Chriſtum videlicet illudendum, flagellandum & crucifigendum. Sed protexit eum DEus, vt neą; conuentus malignantium Judæorum, neą; multitudo gentilium operantium iniquitatem ei noceret, Permiſit quidem DEus Chriſti carnem flagellari & cædi; ſed & flagella & mors mundi ſalutem operata in gloriam & triumphum verſa ſunt.

Verba gladius & ſagitta.

II. *Quomodo exacuerunt vt gladium linguas* &c. ? ℞ conſultando, accuſando, inſiſtendo apud Pilatum, vt Chriſtum de mundo tolleret. Comparat autem propheta verba malignantium Judæorum gladio & ſagittis, quoniam gladius de propinquo ferit & præſentem: ſagitta longè poſitum, & abſentem vulnerat: ſic Judæi palàm præſentem Chriſtum gladio linguæ occiderunt, cùm eum coràm in concilium ſuum adductum accuſarunt, & quaſi convictum damnarunt dicentes, reus eſt mortis; & poſteà ad tribunal Pilati iterum accuſarunt quaſi ſeductorem, & vt crucifigeretur ſæpe inſtiterunt; & hoc modo gladio linguæ iterum interfecerunt. Sed etiam in abſentem ex occulto per inſidias quaſi ſagittas tetenderunt, cùm tam ſæpe ad eum miſerunt; qui eum caperent in ſermone, hic erat finis, & quaſi ſcopus inſidiarum, vt eum maculatum & peccatorem, id eſt blaſphemum & ſeductorem falſis teſtimonijs & accuſationibus oſtenderent.

III. *Quid*

III. *Quid est scrutari iniquitatem?* ℞ Est quærere falsa testimonia, & ijs quasi veris, scien- *Scrutatio*
r abuti. Defecerunt autem scrutantes scrutinio; quia nihil inuenerunt, quod vel colorem ve- *iniquitatis.*
ratis habere videretur: & quia DEi judicio tanta cœcitate percussi sunt, vt non adverterent
ab omnibus deridendos, quòd etiam dormientes testes adduxissent, cùm ad custodes sepul-
ri dixerunt, *dicite, quia vobis dormientibus venerunt discipuli ejus noctu & furati sunt eum,*
am cœcitatem notauit & expendit Aug.

IV. *Quis homo accedet ad cor altum?* ℞ Christus quà homo est, accedet, offeret & ob- *Cor altum.*
jiet se quasi infirmus & quasi nesciens, & tamen verè penetrans profunda cordis ipsorum: ac-
det ad omnes illas passiones, quas in occulto corde suo disposuerunt; id est, perferet patien-
, & humiliter injurias, quas illi alto, profundo & prauo corde machinati sunt. Potest etiam
r cor altum, intelligi cor ipsius Christi, vt sensus sit, accedet homo Christus ad cor altum,
est, ingredietur cor suum profundum & secretum, quo disposuit objicere Judæis formam ser-
percutiendam, & celare intus formam DEi, per quam resuscitandus erat. *Et exaltabitur De-*
, id est, humiliabit se, vt homo, exaltabitur vt DEus, quia tunc maximè demonstrabitur sapi-
tia diuina, vincens malitiam humanam, quando apparebit, Christum moriendo mortem de-
uxisse, & resurgendo vitam reparasse.

V. *Quomodo sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum?* ℞ Plagæ ab aduersarijs Chri- *Sagittæ*
o inflictæ, tam parum illi nocuerunt, ac si factæ essent à sagittis infantium parvulorum, *paruulorū.*
m & tela infantium leues festucæ sunt, & manus eorum infirmæ, ac teneræ, quæ nihil de-
menti adferre possunt. Et verè quales plagas intulerunt Christo Judæi, cùm triduo, vel po-
is in momento post triduum, ita curatæ sint, vt corpus ejus impassibile & immortale sur-
xerit. *Et infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum,* id est, calumniæ ac blasphemiæ eorum in-
matæ sunt, quia nihil ei nocere potuerunt, ac si gladij plumbei fuissent; sed infirmatæ sunt
ntra eos, id est, in detrimentum, & pœnam ipsorum calumniantium: & blasphemantium.

VI. *Quomodo* CONTURBATI SUNT OMNES, QUI VIDEBANT EOS, ET TIMUIT O-
NIS HOMO.? ℞ Conturbati sunt omnes, qui videbant eos, Judæos videlicet attonitos &
nfusos, quando ab Apostolis audiebant, eum quem occiderant, surrexisse à mortuis, in cœlum
cendisse, & venturum judicem viuorum & mortuorum, & ea, quæ audiebant, signis magnis,
diuinis approbari cernebant: & tunc *timuit omnis homo,* id est, omnes qui recta ratione u-
ntur, cœperunt contremiscere, & expauescere, ac dicere, quid faciemus viri fratres? de
c timore sancto sic scribit Luc. Act. 2. fiebat autem omni animæ timor: multa quoq; prodi-
a, & signa per Apostolos in Jerusalem fiebant, & metus erat ingens in vniuersis.

Psalmus LXIV. Te decet hymnus DEus in Sion.

Docet DEum laudandum ob datam Ecclesiæ pacem, & bonorum om- ium copiam.

I. *Quomodo hic psalmus dicitur canticum Jeremiæ,* cùm numquam fuerit in Babylone,
itur ab ea non potuit exire? ℞ Verum est, quòd Jeremias non iuit in captiuitatem Babylo-
cam, cùm enim conatus semper esset persuadere Sedeciæ regi, vt se dederet Chaldæis, & su-
n vrbem, honorificè habitus à Nabuchodonosore & relictus in Judæa cum Godolia toti re-
oni præfecto, sicut optauerat. Occisus tamen est Godolias proditoriè ab Ismahele, quem sta-
m fugauit Johanan, & deduxit Jeremiam licet inuitum in Ægyptum, vbi reprehendens vi-
a obrutus est lapidibus. Dicitur tamen hic psalmus Canticum Jeremiæ, quia sæpe illum ceci-
it, consolans eos, qui erant reliqui in Judæa & Ægypto, & reditum captiuorum prædicens.
riter hic psalmus dicitur Canticum Ezechielis, licet ante reditum ex Babylone mortuus fue-
t, quia illud sæpe concinens, ejus verbis prophetias suas de reditu ex captiuitate confirmabat.

II. *Quorum iniquorum verba praualuerunt super captiuos Judæos* v. 4.? ℞ Babylonio-
m. Darius & Cyrus ceperunt Babylonios, cùm non crederent eos esse capiendos: vnde, licet
bsessi cum magna securitate festos dies agebant, & irridebant obsidentes Medos & Persas.
ùm igitur esset septuagesimus annus captiuitatis Judæorum eos irridebant Babylonij, quòd
ctitassent sæpiùs, se illo anno in patriam suam liberos redituros. Fortasse illa ipsa nocte, qua
pta est Babylon, verba illa illusoria in Judæos jactabantur. Causa enim, ait Salianus tom.
, anno 3516. num. 22. cur ex improuiso deprehensi sunt Babylonij, fuit authore Herodoto,
uòd cùm illis is dies festus esset, exercendis choreis & oblectationibus opera dabatur. Quem
em de industria captatum à Cyro esse scribit Xenophon. Ac fossæ quidem, ait, jam actæ e-
ant. Cyrus verò cùm audijsset celebrari Babylone festum quoddam, quo Babylonij omnes
octe tota potarent, & commessarentur, quàm primum eo die tenebræ accessissent, magna mor-
lium multitudine adhibita, fossarum ostia versus amnem aperuit, hoc cùm factum esset, a-
ua noctu in fossas manabat, & alueus fluuij per vrbem tendens, hominibus permeabilis esse
œpit. Interea Balthazar incalescente mero jactauit blasphemias contra Judæorum DEum, quasi
ausam malorum suorum & obsidionis, eum vt imbellem irrisit, & vasa ejus profanauit. Tunc

varias in Judæos captiuos minas fuisse jactatas etiam probabile est. Sed eadem nocte vrbs cap est, & Balthazar cum suis conuiuis occisus. Itaq; jure dicunt captiui: *verba iniquorum præu luerunt super nos, & impietatibus nostris tu propitiaberis.*

Jordanis flumen Dei,

III. *Quodnam flumen DEI v. 1. repletum est aquis?* ℟ Jordanis, loquentur enim capti redituri in Judæam de illa sua terra per fluuium Jordanem fœcundanda, ejus enim magnam pa tem secat & irrigat. Jordanis vocatur flumen DEi, quia terram DEi nempe Judæam, in qua p pulus DEi habitabat, alluit, sicut ipsa Judæa sæpe vocatur terra DEI. Alludit Dauid seu captiu rum turba ad plenitudinem Jordanis tempore messis, tunc enim ob liquatas niues in vicin montibus intumescit & exundat. Tempus autem messis in Judæa est mensis Martius, est eni regio calida: quòd autem tunc fruges maturescant, ex eo patet, quòd in paschate primæ frug hordeaceæ DEO ex lege offerebantur, & mensis Nisan, qui est Martius, ab Hebræis nomina tur mensis nouarum frugum.

Annus benignitatis.

IV. *Quis est annus benignitatis* v. 13. BENEDICES CORONÆ ANNI BENIGNITATI TUÆ? ℟. Annus benignitatis est annus remissionis, septimus scilicet, quo terra non coleb tur, nec vites, & quo serui exibant liberi: item annus quinquagesimus, qui erat annus Jubilæ in quo & serui donabantur libertate, & terra quiescebat, & omnes redibant ad suas possessio nes, quas vendiderant. Sensus itaq; est, q. d. benedictione complebis coronam, id est, totu circulum, anni remissionis: ideo, licet nec seramus, nec metamus, nihil nobis deerit ad vita sustentandam necessarium. Meliùs tamen annus benignitatis dicitur, quo egrediebantur è B bylone per Cyrum liberati. Cùm enim læti egrederentur sub initium anni sacri, mense N san: id est, mense Martio, à quo incipiebat annus sacer, prædicunt totum illum annu fore fertilitate sua illis commodum: ita vt sine difficultate viuere possent in terra promissio nis, ad quam pergebant.

V. *Quid denotat*, INDUTI SUNT ARIETES OUIUM? ℟. id est, induentur. Præter tum pro futuro ponitur ob certitudinem euentûs. *Induti sunt arietes*, q. d propter opima pa cua arietes duces gregis ouium erunt induti optimo vellere & plurimo. Bonitas enim pasc orum dat copiam & bonitatem velleris.

Psalmus LXV. Jubilate DEO omnis terra.

Jubilat Israel se liberatum à tyrannis.

I. *Quo sensu dicitur* v. 3. PRÆ MULTITUDINE VIRTUTIS TUÆ, MENTIENTU TIBI INIMICI TUI? ℟. Mentientur tibi, id est, de te, inimici tui, etiam in multitudine po tentiæ, hoc est, in ipsa luce resurrectionis, & in mirabilibus eam probantibus, vt accidit pri mò in Pharisæis & alijs Judæis seipsos excœcantibus audita militum testificatione Matt: 28, 1 2dò in ipsis militibus dicentibus, corpus Christi abreptum à discipulis. ibid. 3tiò in Gentili bus, resurrectionem irridentibus, vt accidit Athenis prædicante Paulo Act. 17. 32. Simpliciù respondetur, in multitudine fortitudinis tuæ, id est, cùm maximè teipsum à mortuis resuscitan do fortitudinem tuam ostendes, mentientur tibi hostes tui: id est, non præstabunt ea, qu erant polliciti: dixerant enim, descendat nunc de cruce, & credimus ei. Matt. 27. 42. Mult alia effutijsse, non est dubium v. g. si seipsum suscitet à mortuis, illi credemus. Hoc auten non fecerunt, ideo mentiti sunt ei.

II. *Cur dicitur* v. 4. OMNIS TERRA: *non verò* TOTA TERRA *adoret te*? ℟. qui triplex est terra. 1. terra viuentium, id est, cælum. 2. terra mortuorum, id est, infernus, 3. terra morientium, id est, mundus. In his tribus terris adoratur, colitur, & timetur DEus. S. Paulus dicit flecti omne genu cælestium, terrestrium & infernorum in nomine JESU Philipp. 2. Deinde *omnis terra*, omnes homines vniuersi orbis. Est Metonymia. Omnes autem homines ad hoc creati sunt, vt DEum adorent. Lactantius l. 3. Instit. Diuin. c. 28. *Omnis*, inquit, *sapientia hominis in hoc vno est, vt Deum cognoscat & colat, hoc nostrum dogma, hæc sententia est.*

III. *Quid est animam ponere ad vitam*? ℟. Qui fecit, vt anima mea non periret, & qui me titubare & labi non permisit. Hæc dicuntur ab electis, qui post multas, variasq; tentationes ad portum salutis tandem aliquando perueniunt. Per animam intelligitur totus homo, quod frequens est in Scriptura S. Illud autem, *posuit*, significat, ordinauit, siue præordinauit, seu prædestinauit, vt sensus sit, qui me præordinauit ad vitam, siue, qui me posuit in numero eorum, qui victuri sunt in æternum. Quod autem sequitur, *& non dedit in commotionem pedes meos*, ad donum perseuerantiæ pertinet, quod est proprium prædestinatorum ad vitam; quos enim DEus prædestinauit, eos etiam conseruat, protegit ac dirigit, vt non cadant ad dexteram vel ad sinistram.

IV. *Quo sensu dicitur* v. 10. QUONIAM PROBASTI NOS, IGNE NOS EXAMINASTI? ℟. Varijs metaphoris explicat propheta tribulationes justorum; ac primum metaphora fornacis, probantis argentum, vt significet, justis à DEO permitti tribulationes, non vt lædantur, sed vt probentur, vel probati, & puri, sinceri, fideles ostendantur, ignis enim paleas consumit,

argen-

gentum & aurum purius reddit: & palea in igne fumat, argentum igne lucet. Hinc Angelus dicit Tob. 12. *Quia acceptus eras DEO, neçesse fuit, vt tentatio probaret te.* Et Sap. 3. *DEus tentauit illos, & inuenit eos dignos se, tamquam aurum in fornace probauit eos.*

V. *Quid est induci in laqueum?* ℟. in captiuitatem nos tradidisti in hostibus nostris, in vincula, in catenas, in compedes, in carceres. Sicut enim aues & feræ, cùm laqueis comprehenduntur, libertate sua priuantur; ita dici possunt homines induci in laqueos, cùm captiui effecti carceribus includuntur, vel catenis & vinculis constringuntur. Posuisti tribulationes in dorso nostro, id est, nos more jumentorum onerari & cædi verberibus permisisti, quibus oneribus intelliguntur varij labores, & dolores, quos Sancti in hoc mundo ab impijs pertulerunt; cùm ad metalla fodienda; ad marmora secanda, ad onera pro exstruendis ædificijs portanda, aliaq, id genus laboriosa opera facienda non sine flagellis & verberibus adigebantur.

VI. *Quomodo justi transiuerunt per ignem & aquam?* ℟. Ignis & aqua contraria sunt; ignis ardet, aqua congelatur; ille acerrimus, ista mollissima; ignis desiccat aquam, & aqua extinguit ignem: quare si ignis dolore afficit hominem, aqua consolari, & mulcere deberet, tamen in pœnam justorum Seruorum DEi, ignis & aqua conjurasse videntur, ignis consumendo, aqua suffocando. Igitur per ignem intelligit Bellarm, acriora supplicia, flagella, vulnera, cædes, combustionem: per aquam supplicia lenta, & diuturna, vt exilia, carceres, nuditatem, famem. S. Aug. per ignem intelligit omne genus angustiarum, & molestiarum constantium hominem; per aquam verò omne genus voluptatum, & abundantiam temporalium bonorum, quæ spiritum suffocant. Sed sicut ignis consumit lignum, non aurum, sic etiam aqua corrumpit & putrefacit lignum, non aurum: Itaq; justi & Sancti, qui sunt auro similes, sine detrimento transeunt per ignem & aquam, quia in tribulatione patientiam, in prosperitate modestiam seruant. Sed filij hujus sæculi similes ligno putrido in igne consumuntur, in aqua suffocantur; quia impatientes in tribulatione murmurant, maledicunt, blasphemant: dissoluti in prosperitate mollescunt, luxuriantur, superbiunt.

Psalmus LXVI. DEus misereatur nostri.

DEum orat, vt per Aduentum Messiæ omnes gentes sentiant Diuinam misericordiam & salutem.

I. *Cur opus Incarnationis dicitur opus misericordiæ?* ℟. quia nemo mereri potuit de condigno vnionem hypostaticam Verbi diuini cum natura humana. 1. Non Christus ipse, quia meritum debet antecedere præmium, saltem ordine naturæ: in Christi autem humanitate, nullum meritum præcessit vnionem, quæ est fons omnis meriti Christi. 2. Non homines justi, qui præcesserunt, quia gratia eorum fuit inferioris ordinis quàm vnio hypostatica. 3. Deniq; nulla pura creatura id potest; quia si considerentur gratia creata & opera, quæ ab illa procedunt, secundùm se tantùm, & intrinsecam suam naturam, solùm habent naturalem proportionem, & condignitatem cum gloria, cujus semen est gratia: quæ cum vnione hypostatica nec proportionem habent, nec condignitatem, cùm gratia nec semen ejus sit, sed inferioris cujusdam ordinis, neq; ex natura sua ad illam ordinetur. Hinc mysterium Incarnationis tribuitur in Scriptura diuinæ misericordiæ Luc. 1. 78. *Per viscera misericordiæ DEI nostri, in quibꝰ visitauit nos oriens ex alto.* Et charitati Joan: 3. *Sic DEus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.* *Incarnatio opus misericordiæ.*

II. *Quæ terra, quem fructum dedit* v. 6? ℟. Terra, id est, Deipara dedit fructum suum, id est, sibi proprium, & quem nulla creatura producere erat digna. *Suum*, quia sola illum produxit, sine interuentu vllius hominis. Deipara fuit Virgo; itaq; ejus vnius fructus est Christus, nouus Adam. Vetus Adam ortus est de terra Virgine, id est, non subacta, ita & nouus Adam. S. Greg. l. 18. Moral. c. 36. Ipse ante sæcula de patre sine matre: ipse in fine sæculorum de matre sine patre. Ipse conditoris templum, ipse conditor templi, ipse author operis, ipse opus authoris: manens vnus ex vtraq; & in vtraq; natura, nec naturarum copulatione confusus, nec naturarum distinctione geminatus. *Marra terra dedit fructum suum.*

III. *Cur* v. 8. *ter nominatur DEus?* ℟. Ad innuendum mysterium SS. Trinitatis, quæ operata est incarnationem filij. Secundo autem loco non dicitur simpliciter *Deus*, vt primo & tertio loco, sed cum addito, *Deus noster*, id est Emmanuel, propter personam filij, qui per incarnationem singulari modo noster effectus est, inquit S. Hieron. Aptè ad hanc rem Serm: de Pent. *Diuisit sibi*, ait, *opus nostræ reparationis misericordia Trinitatis.* Pater æternus Filium mittit. Spiritus S. virginem obumbrans ex purissimo ejus sanguine corpus ejus efformat, Filius carni vnitur & animæ. Duo vestem porrigunt, tertius ea induitur.

Psalmus LXVII. Exurgat DEus.

Carmen est triumphale de victoria Hebræorum.

I. *Quomodo Christus ascendit super occasum?* ℟det S. Greg. l. 29. Moral. c. 2. Super occasum, ait, Dominus ascendit, quia vnde in passione occubuit: inde majorem suam gloriam resurgen- *Christus ascendit super occasum*

resurgendo manifestauit: super occasum videlicet ascendit, qui mortem quam pertulit, resurgendo calcauit. Le Blanc ait, Ascendit super occasum in sua Ascensione Christus: quia ascendit super omnes cælos mobiles, & ab ortu quotidie inclinantes se in occasum; Tamdiu enim ascendit, donec veniret ad cælum empyreum, & omnes Angelorum choros prætergressus sederet ad dexteram Patris in throno gloriæ æternus Rex hominum & Angelorum, & Dominus omnium creaturarum.

II. *Quos vinctos, quos exasperantes, & habitantes in sepulchris eduxit Christus v. 8.?* ℟ In fortitudine sua Christus in cœlum ascendens eduxit vinctos, qui habitabant in sepulchris, id est, in ergastulis, & eduxit illos ipsos, qui eum exasperabant suis peccatis, sed per pœnitentiam mortui erant in gratia. Sepulchra porrò vocat limbum, qui erat lacus sine aqua, vbi manebant omnes, qui erant mortui in gratia DEi ante Christi in terras aduentum, & vnde eos eduxit resurrecturus à mortuis, atq; in cœlum secum ducturus, siue totâ vitâ fuissent innocentes, siue post admissa peccata resipuissent.

III. *Quomodo DEus dicitur egressus in conspectu populi, & pertransisse in deserto?* ℟ Per Angelum, qui ejus personam sustinebat: vnde tanquam legatus DEi loquebatur, perinde ac si DEus esset. Exod. 33. 2. Mittam præcursorem tuî Angelum, vt ejiciam Chananæum & Amorrhæum &c. Non enim ascendam tecum, quia populus duræ ceruicis est. Hoc dicit iratus ob idololatriam & adorationem vituli aurei. Angelus ille primarius, qui dedit legem, & populum duxit ac direxit, videtur fuisse S. Michaël, qui erat præses Synagogæ, sicut nunc est Ecclesiæ.

Pluuia voluntaria.

IV. *Quæ est pluuia voluntaria, quam Deus segregauit hæreditati suæ v. 11.?* ℟ est gratia. Pluuia illa dicitur voluntaria, quia imò, vt ait S. Aug. nullis præcedentibus operum meritis datur. Si enim gratia, jam non ex operibus: alioquin gratia jam non est gratia. Non enim dignus sum, inquit, vocari Apostolus, qui persecutus sum Ecclesiam DEi: gratiâ autem Dei sum id quod sum. Hæc est pluuia voluntaria. Voluntariè quippe genuit nos verbo veritatis. Istam pluuiam cùm DEus transiret in deserto, id est, prædicaretur in gentibus, cœli distillauerunt, non tamen à seipsis, sed à facie DEi: quoniam & ipsi gratiâ DEi sunt id quod sunt. ita S. Aug. 2dò gratia dicitur pluuia voluntaria, ob liberum arbitrium illam liberè recipiens, neminem enim cogit: sed à montibus eam rejicientibus defluit in valles & terras sinum suum illi pandentes. Propriè tamen pluuia voluntaria Christi, quam è cœlis demisit ascendens in cœlum, & in throno suo sedens, est Spiritus Sanctus, de quo Joel c. 22. 8. *Effundam spiritum meum super omnem carnem.* Et Christus ipse Joan. 7. 38. *Qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent aquæ viuæ.* Quod Joannes explicans subdit: *hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.* S. Bern. Ser. 2. in Pent. Hodie, inquit, cœli distillauerunt à facie DEi Sinai, & à facie DEi Israel, & pluuia voluntaria segregata est hæreditati Christi. Spiritus enim Sanctus largiori munere suæ majestatis in Apostolos superuenit, & tribuit eis charismatum dona.

Animalia habitantia in Ecclesia Christi.

V. *Quæ sunt animalia, quæ habitant, in hæreditate seu Ecclesia Christi?* ℟ omnes fideles, qui etiam vocantur oues pascuæ ps. 73. de illis habetur ps. 76. 21. *Deduxisti sicut oues populum tuum in manu Moysi & Aaron.* Totius Ecclesiæ ouibus sufficit Spiritus Sanctus, nullis enim terminis clauditur, replet orbem terrarum. Ubiq; totus est inquit S. Prosper ep. ad Demetriadem, & omnia comprehendit: sed ab illis modo quodam intelligitur recedere, quos destiterit gubernare. Potes dicere Spiritum Sanctum esse illum imbrem matutinum & serotinum promissum terræ sanctæ Joel 2. 23.

VI. *Quis est sensus v. 13.* REX VIRTUTUM DILECTI: DILECTI, ET SPECIEI DOMUS DIVIDERE SPOLIA? ℟ Rex virtutum, id est, Rex exercituum multorum, dilecti, dilecti, id est, dilectissimi, Christi videlicet, dilectissimi Deo & hominibus, ipse dabit speciei domus, id est, ad speciem & decorem domus Dei, quæ est Ecclesia, diuidere spolia, gentium videlicet ad fidem Christi conuersarum per Euangelizantes Apostolos. Ubi verbum dabit, subintelligitur ex versiculo præcedenti, vt hic sit integer sensus, Dominus dabit Verbum euangelizantibus virtute multa, & ipse idem Dominus Rex virtutum dilectissimi, dabit ad speciem domûs diuidere spolia. Illud autem dilectissimi conjungitur cum nomine, virtutum, Rex virtutum, id est, exercituum, qui exercitus sunt Christi filij DEi dilectissimi.

Dormitio inter medios cleros.

VII. *Quomodo intelligendus est v. 14.* SI DORMIATIS INTER MEDIOS CLEROS, PENNÆ COLUMBÆ DEARGENTATÆ, ET POSTERIORA DORSI EIUS IN PALLORE AURI. ℟ det Pineda in c. 5. Job v. 22. n. 1. Si dormiatis, inquit, inter medios cleros, siue sortes, in tanto scilicet discrimine, vt sortiantur milites, cujus futuri mancipia sitis, aut missis deliberent sortibus de facultatibus vestris, eritis tamen securi & tuti. Confirmat exemplo Petri, qui cùm dormiret inter duos milites vinctus catenis duabus, & ita sopitus somno, vt latere percusso debuerit excitari liberatus dimissus est Act. 12. Produs in c. 17. Ezech. v. 3. & in c. 24. v. 6. Sensum vult esse, quasi diceret: si jaciantur de vobis sortes ad vitam vel interitum, inter milites Babylonios, qui pro vexillo gestant columbam deargentatam, cujus dorsum rutilat, quasi aurum fuluum, eruemini, & vos potiùs eorum diuidetis spolia, ita ille. Tirinus ait Chal-

daos

eos hoc insigne assumpsisse in gratam memoriam Semiramidis reginæ suæ, quæ vt poëtæ fabulantur, à columbis enutrita fuerat, & à morte in columbam conuersa. Jerem. c. 25. 46. 50. mo-t omnes, vt fugiant *à facie gladij columbæ*, id est Chaldæorum.

VIII. *Quomodo intelligendus* v. 15. DUM DISCERNIT CÆLESTIS REGES SUPER EAM, IVE DEALBABUNTUR IN SELMON? ℟ id est, vsq; dum placuerit DEo reges Chaldæorum judicare, damnare, punire, profligare. Quod fecit mittendo aduersùs Balthasarem Chal-eum reges Persarum & Medorum Cyrum & Darium, qui Babylonem expugnarunt. & Mo-rchiam Chaldæorum ad se transtulerunt. Dan. 5. in fine, tunc *niue dealbabuntur*, supple Is-elitæ eo usq; captiui, & varijs miserijs denigrati, mox instar niuis albescent, id est, indu-tur vndiq; lætitiâ & felicitate, cujus symbolum est nix. Nam primo anno imperij Cyri so-ta est captiuitas Babylonica 1. Esdr. 1. Nota proverbium, *dealbari niue in Selmon*, est exhi-rari in locis tristibus: nam Selmon mons erat in tribu Ephraim vicinus Jordani, asper, ca-rnosus, & caliginosus, tamen niue perpetua pulcher & amœnus. Idem mons Selmon dici-r mons DEi, mons pinguis, quoniam Ecclesia est mons propter excellentiam dignitatis, & est ons DEi, quia in ea DEus habitat, elegit enim eam in habitationem sibi, & est mons pin-is ob abundantiam gratiæ, & donorum Spiritus Sancti. Et est etiam mons coagulatus, & r hoc pinguissimus, quia lac diuinæ gratiæ non defluit, sed quasi coagulatum in ea semper anet. Ut quid suspicamini montes coagulatos & pingues? q. d. Non est, quòd existimetis e alios montes æquè pingues, atq; hic Selmon. Hic enim est unicus mons, in quo benepla-tum est DEo habitare in eo: nec in eo habitabit ad tempus, vt fecit in monte Sina, sed ha-tabit in finem, id est, semper.

Niue dealbari in Selmon.

IX. *Quis est sensus versûs* 18. 19. & 20. CURRUS DEI DECEM MILLIBUS MULTIPLEX c.? ℟ Comparat Propheta descensum DEi in montem Sinai vt daret legem veterem popu-Judaico, cum ascensione Christi in cœlum, vt inde mitteret donum Spiritus Sancti, & le-m nouam populo Christiano, quam comparationem facere videtur propheta, vt ostendat, de tanta abundantia lactis, & tantus candor Ecclesiæ data sint. Currus DEi decem millibus ultiplex, currus quo vehebatur DEus, cùm descenderet in montem Sina, erant multa millia ngelorum, quæ omnia non erant gementia sub pondere, sed lætantia & plaudentia præ vo-ptate vehendi Dominum. Dominus enim in eis sedens fuit in Sinai, in monte sancto. Quòd item Angeli descenderint in montem Sinai, dicitur Deut. 33. *Dominus de Sinai venit, & de ir ortus est nobis, apparuit de monte Pharan, & cum eo Sanctorum millia.* Quòd autem cur-s Dei sint Angeli, scriptura passim docet, cum ait; *qui sedet super Cherubim*, sensus ergo est, ominus olim descendit in montem Sina cum multis millibus Angelorum, sed tu Messias ascen-isti in altum, id est, in summum cœlum, cepisti captiuitatem, id est, captiuos diaboli fecisti ptiuos tuos; miseram captiuitatem in captiuitatem felicissimam commutâsti. Et sic triumpha-r multis millibus Sanctorum, quos ab inferis eduxisti, comitatus in regnum tuum intrasti. ccepisti dona in hominibus, id est, accepisti à Patre dona Spiritus Sancti in hominibus, id est, o hominibus à te redemptis, & ea dona à patre accepta dedisti hominibus. Deniq; il-d: *etenim non credentes inhabitare Dominum Deum*, significat etiam incredulos per dona piritus Sancti conuersos esse ad Christum, & ad bonam captiuitatem pertinere cœpisse. Ubi il-d etenim, ponitur pro, etiam, vt habetur in Hebræo.

X. *Quis est sensus* v. 23. VERUMTAMEN DEUS CONFRINGET CAPITA INIMICO-UM SUORUM, VERTICEM CAPILLI PERAMBULANTIUM IN DELICTIS SUIS? ℟ q. . Licet Christus in cœlum ascendens sit DEus saluos faciendi: & ipsius sint exitus seu euasio-es mortis: tamen saluat tantùm, & à morte eripit amicos suos, inimicos verò & in delictis is ambulantes & gloriantes confringit & conterit, pede victore & triumphante calcans super-um, & ornatum eorum verticem. Verticem capilli, id est capillatum, est Hebraismus.

XI. *Quis sensus* v. 24. & 25. EX BASAN CONVERTAM, CONVERTAM IN PRO-UNDUM MARIS? ℟ ex Basan regione pinguissima conuertam & tollam hostes meos, Og egem ejus & alios, eosq; dejiciam in profundum maris: id est, in summas & profundissimas iserias, atq; ad vltimam & extremam perditionem. Adeo vt in tanta clade pedes populi Dei, anguine eorum tingantur & cruententur, & lingua canum tingatur ab ipso occisorum sangui-e, sicut lambuerunt postea, sanguinem Achab. Ubi aduerte, quòd Basan sumitur Synecdo-hicè pro tota Chanaanitide, seu terra promissa, ex qua ejecit DEus impios, idem facturus sce-eratis omnibus per totum orbem. Mentionem autem fecit Basan regni, quia primò Israelitæ egnum illud totum occuparunt, omnibus ad internecionem deletis ac rege ipso.

XII. *Quæ est Paraphrasis à v. 26. usq; ad finem?* ℟. Versu 26. Amici tui & Apostoli tui gra-dientem te maximâ pompâ in cælum, magnoq; Angelorum & patrum comitatu sanctuarium uum subeuntem in quo regnaturus es in æternum contemplati sunt. v. 27. Illico ad tam sua-em mirabilemq; intuitum ipsi, cùm sint futuri orbis Christani Principes, in voces laudis & antica proruperunt, cum cæteris fidelibus, atq; Deipara, & cæteris mulieribus, quæ ad tantum pectaculum affluxerant, & hymnos suos alijs admiscebant. v. 28. Eja sacri Principes in Eccle-

 sijs sa-

sijs & sacris conuentibus DEum Christum in cælo nunc Dominantem celebrate: fontes cælestes prius latentes, nunc reclusi sunt toti orbi v. 29. Inter hos Principes erant nonnulli ex tribu Benjamin, qui minimus inter fratres extitit: ijq; cum cæteris in Ecstasim rapti tantum Ascensionis mysterium mirabantur. In illis quoq; populi Christiani Ducibus, alij de tribu Juda, alij è tribu Zabulon, alij è tribu Nephthalim electi sunt, atq; Ecclesiæ præpositi. v, 30. Exere ad nos juuandos fortitudinem tuam, ô Christe, quam in triumpho tuo manifestas; quod dum viueres, in nobis cœpisti, stabili & perfice. v. 31. Reges ipsi tua virtute ad Ecclesiam tuam confluent, indeq; tibi in cælo manenti se suisq; in debitum cultum offerent v. 32. Irrumpentes in caulas tuas sæuissimos hostes lanceis armatos, imperio tuo cohibe. Congregantur enim ferocissimi principes instar taurorum furentium, adjunctis sibi populis, qui velut vaccæ petulcæ insaniunt, in fideles tuos. Ut cornibus, calcibusq; ab Ecclesia & cælesti hæreditate excludant eos, qui tuba Euangelica tentati & probati sunt, digniq; habiti, qui sacris tuis cætibus adjungantur. v. 33. Adunatos & plebejos & principes, vt conferto agmine cladem alumnis suis inferant, dissipa, eorumq; robur infringe. Vel ex Ægypto, quæ idolorum est studiosissima, populi ad fidem tuam aggregabuntur, & semotissimi Æthiopes illam præcedent per Eunuchum regina Candacis conuersi. &c.

Psalmus LXVIII. Saluum me fac DEus.

Dauid in persona Christi ob zelum religionis multa patiens, auxilium de cælo petit.

Tempestas passionis Christi.

I. *Quam grauis fuit tempestas passionis Christi?* ℟. Explicatur per aliquot versus, imò rogat Patrem, vt se cum dolorum aquis luctantem à periculis liberet, jam enim pene dissolutam mentis nauem fluctus subeunt, vt eam in triste naufragium compellant. 2. Ad arenosas, rimosasq; syrtes infixus hæreo: neq; vbi pedem possim tutò figere, reperio, adeo omnia infida sunt; lubrica & periculosa. 3 Inde me resorbens & concussans fluctus in altum passionis mare abstulit, atq; vndis subsultim inuadentibus obruit, ac demersit. 4. In hac mentis corporisq; fluctuatione irritos clamores emisi, tamq; diuturnos, vt raucedinem contraxerim, neq; tamen vllus præsto fuit, qui naufraganti manum præberet. Oculos supplex in cælum ipsum extuli, vt inde mihi subsidium quærerem; sed elanguerunt & fatigati sunt, dum frustra liberandum me à calamitate & morte, per paternam opem confido. 5. Non tot in capite capilli increscunt, quot hostium cunei in me agglobantur, cùm tamen optimè semper de illis sim meritus, nec vllum vnquam læserim.

II *Quid denotant verba* v. 5. QUÆ NON RAPUI, TUNC EXOLUEBAM? ℟. Prouerbium est q. d. alieni criminis pœnas dedi. Potest tamen propriè de Christo sic exponi: rapinam pomi vetiti, vel honoris Diuini, quem Adam ejusq; posteri injustè sibi rapere voluerunt ego Christus exolui?

Peccata hominum peccata Christi.

III. *Quæ fuit insipientia Christi & quæ delicta* v. 6. DEUS TU SCIS INSIPIENTIAM MEAM, ET DELICTA MEA A TE NON SUNT ABSCONDITA. ℟det Tirinus, q. d. Si quid stultè & perperàm deliqui, vt hostes mei mentiuntur, tu optimè nosti: testem te inuoco, & judicem, vt si quid deliqui, patefacias: sin autem, innocentiam meam manifestes. Bellarm. aliter explicat, inquiens, insipientiam Adami, quam in se suscepit, & delicta sua vocat delicta ejusdem Adami, & cæterorum hominum, quæ portauit, non commisit. DEus, inquit, tu bene nosti, quæ sit insipientia mea, & quæ delicta mea, id est, tu nosti me pati propter insipientiam primi hominis, qui seductori credidit, similem DEO se futurum, si ligno vetito vesceretur, & propter inobedientiam ejusdem, quæ insipientiam illam consecuta est.

Judicia in porta.

IV. *Quinam sunt illi sedentes in porta, qui aduersùs Christum loquebantur* v, 13? ℟. Sunt omnes judices tam politici, quàm Ecclesiastici, qui Christum irriserunt, vt Doctores, scribæ, pharisæi, Sacerdotes & pontifices in domo Annæ & Caiphæ, & Herodes rex & Pilatus Judææ præses, ejusq; assessores Judices. Ubi nota, quòd olim apud Hebræos solebant Judices & magistratus causas decidere in vrbium portis, vt facilius & liberiùs ex agris omnes eò confluerent, & citiùs expedirentur. vti præcipitur Deut. 17. 18. Dices cùm Romani imperabant, non exercebantur judicia in portis, vnde Christus condemnatus est in prætorio Pilati. ℟. etiam vsu mutato exercendi judicia in portis, phrasim tamen mansisse, vt sedentes in porta pro judicibus sumerentur,

Mensa in laqueum.

V. *Quænam mensa intelligitur* v, 23. FIAT MENSA EORUM CORAM IPSIS IN LAQUEUM, ET IN RETRIBUTIONES ET IN SCANDALUM? ℟. Mensa est omnis eorum delectatio & recreatio, ac speciatim celebritas atq; festiuitas Agni paschalis, ad quam ex omnibus orbis partibus de more confluxerunt Judæi, cùm à Tito conclusi sunt. Et ipsa die azymorum, in qua incipiebant festa paschalia à Joanne immissis clanculum suis militibus armatis in templum, quotquot ibi reperti sunt zelotæ, omnes ad vnum interfecti sunt. Cibi etiam cupiditas in summa fame causa necis fuit plurimis, qui crucibus appendi malebant, quàm lenta fame tabescere. &c. V. Josephum de bello Judaico l. 7. c. 6.

VI.

VI. *Quomodo dorsum Judæorum incuruatum est, ob Christum crucifixum?* ℟. Incuruatio [pe]rpetua dorsi denotat perpetuam Judæorum seruitutem. Alluditur enim ad seruitutem Ægy[pt]iacam, in qua opprimebantur operibus portantes paleas, lutum & lateres.

VII. *Quid denotat,* APPONE INIQUITATEM SUPER INIQUITATEM v. 28? ℟. Hoc [n]on de pœnis tantùm, sed & de culpis exponi potest. Nam solet subinde DEus peccata punire [no]uis peccatis, ac tandem etiam excœcatione, non causando malitiam, sed subtrahendo copio[si]orem gratiam, & permittendo diabolo majores vires, & tentandi facultatem. Ita S. Aug. [S]. Thomas & alij.

VIII. *Quomodo dicitur* v. 29. DELEANTUR DE LIBRO VIUENTIUM? ℟. Ne sint de [n]umero justorum, vt mox sequitur: *& cum justis non scribantur.* Porrò liber vitæ est ipsa DEi [p]ræscientia, & quasi memoria, & prædestinatio ab æterno. Et sicut duplex est prædestinatio, [v]na inchoata, altera completa & perfecta: ita duplex quoq; est liber vitæ, vnus inchoatus & [m]utatus & mutabilis, in quo descripti sunt omnes & soli justi, alter completus & immutabilis, [in] quo scripti sunt omnes & soli qui defacto saluabuntur. Et ex hoc libro nemo deleri potest, [e] priori potest, & defacto deletur, quicumq; è justo fit reprobus. Et sic Christus, & S. Paulus, Moyses, & hîc Dauid vsurpant nomen libri vitæ. Et orat Ecclesia, vt omnium fidelium no[m]ina beatæ prædestinationis liber adscripta retineat. *Liber viventium.*

Psalmus LXIX. DEus in adjutorium meum intende.

Sibi & pijs omnibus implorat opem DEI: hostibus verò confusionem. [H]ic psalmus idem prorsus est cum fine psalmi 39.

I. *Cur hic versus:* DEUS IN ADJUTORIUM MEUM INTENDE: DOMINE AD ADJU[V]ANDUM ME FESTINA, *vsurpatur initio omnium Horarum Ecclesiasticarum?* ℟. vt ostenda[m]us nos prorsus diffidere viribus nostris, ad obtinenda ea, quæ postulaturi sumus, & ad vincen[d]os hostes nostros. Ut enim ait Jer. 17. 5. *Maledictus homo qui confidit in homine* (id est in seipso) [& qui] *ponit carnem brachium suum: & à Domino recedit, cor ejus erit enim quasi myrica in deserto: [e]t non videbit, cùm venerit bonum: sed habitabit in siccitate in deserto, in terra salsuginis & in[h]abitabili. Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia ejus.* S. Hieron. eum [lo]cum explicans dicit: Maledictus, qui ponit carnem brachium suum, id est fortitudinem su[a]m: & quidquid egerit, non Domini clementiæ, sed suæ putauerit esse virtutis. Qui enim hoc [a]git, à Domino recedit cor ejus, asserens se posse, quod non potest. Et erit quasi myricæ, siue [li]gnum infructuosum in solitudine & terra salsuginis, id est, inhabitabilis, quæ hospitem non [h]abet DEum, nec Angelorum præsidia, nec Spiritus Sancti gratiam, nec scientiam magistro[r]um. Ita Hieron. Richardus à S. Victore in Cantica. *Quantum,* ait, *fideles de se diffidunt, tan[t]ùm in Diuina spei adjutorio confidunt: & quantum de se infirmantur, tantùm fortes sunt & [sunt] potentes in DEO.*

II. *Cur Dauid, cùm dixisset de quærentibus animam, id est, occidere volentibus,* CONFUN[D]ANTUR ET REUEREANTUR: *de volentibus ipsi mala,* AUERTANTUR RETRORSUM [E]T ERUBESCANT, *non addidit* STATIM: *sed agens de irridentibus dicit:* AUERTANTUR [S]TATIM *erubescentes, qui dicunt mihi Euge Euge?* ℟. quia nihil est irrisione homini mole[s]tius; tollit enim honorem, quem homines plurimi faciunt, & vitæ ipsi præponunt. Hinc con[t]ra irrisores maximo furore pleriq; insurgunt. Cùm Dionysius tyrannus vxorem sibi à Rhegi[n]is petijsset, responderunt: nullam se habere præter carnificis filiam; quo dicto excandescens, [a]rma in eos mouit, vrbem cepit, & crudeliter in eos desæuijt. ita Diodorus Siculus l. 14. Da[u]id seuerissimè vltus est Ammonitas, quòd Hanon rex eorum, legatos ejus vestibus & barbâ fœ[d]è mutilatos irrisisset, vt habetur 2. Reg. 10. Elisæus sanctissimus propheta 42, pueros de Be[t]hel egressos vrsis deuorandos objecit, quòd per irrisionem illum vocarent caluum. 4. Reg. 2.

Psalmus LXX. In te Domine speraui.

Dauid jam senex opem DEI implorat contra impios Achitophelem, Absalonem cæterosq; conjuratos. In gratiarum actionem pollicetur, se DEI potentiam, justitiam, bonitatem vbiq; deprædicaturum.

I. *Quomodo intelligendus titulus hujus psalmi filiorum Jonadab & priorum captiuorum.* ℟. Filios Jonadab fuisse homines ab obedientia celebres. Scribit enim Jer. c. 35. eos habuisse præceptum parentis sui, vt vinum non biberent, & in domibus non habitarent, idq; diligentissime obseruasse. Deinde sciendum filios Israel bis fuisse captiuos factos à Rege Nabuchodonosor, semel tempore Joachin Regis Jerusalem, & iterum tempore Sedechiæ; sed priores captiuos ad verbum Domini per Jeremiam prædicatum, sponte se tradidisse in captiuitatem; po- *Filij Jonadab.*

fteriores vi coactos fuisse, vt patet ex l. 4. Reg. 10. & ex ipso Jeremia. Credibile autem est filios Jonadab fuisse ex primis, qui obedierunt DEO ad verbum Jeremiæ, vt se traderent Regi Babyloniæ, cæteros autem eorum exemplum esse secutos. Et congruit Ethymologia nominis: Jonadab enim spontaneum significat. Hic igitur psalmus canitur in persona filiorum Jonadab, & cæterorum, qui sponte in priorem captiuitatem cum Rege Joachin profecti sunt.

Deus patientia nostra. II. *Quomodo DEus est patientia nostra?* ℞. *Tu es patientia mea*, id est, causa, cur libenter patiar, cùm sciam à te afflictionem esse profectam, sentio paternum esse flagellum tuum, cui me filiali reuerentia & amore subjicio. *Tu es patientia mea*, id est dans robur ad patiendum & forti animo sufferendum hæc aduersa. Sic dicitur ps. 61. 6. Verumtamen DEO subjecta est anima mea, quoniam ab ipso patientia mea.

Dauid portentum miseria. III. *Qualè prodigium seu portentum fuit Dauid* v. 7.? ℞. Dauid fuit prodigium & portentum miseriæ & calamitatis in persecutione, cùm Pater à filio sine causa regno expelleretur, flens & ejulans montem oliuarum pedibus in fuga scanderet, à Semei conuicijs & lapidibus appeteretur, in deserto famelicus vix latitaret, locum securum quo se reciperet, non haberet, totus populus toto corde Absalonem sequeretur.

Dauid non nouit literaturam. IV. *Quomodo Dauid de se dicit* v. 16. QUONIAM NON COGNOUI LITERATURAM? ℞. Quoniam non noui literas: quia non sum eruditus in scientijs & versutijs humanis. Ita Jansen. Lyranus, & alij, literaturam sumunt pro scientia sæculari & humana. Raynerius pro scientia inflante, quæ superbire facit. Dices, Dauid scribebat carmina eleganti metro, & ipse dicit ps. 118. *Super senes intellexi*: ergo erat eruditus. ℞. Hæc habuit per scientiam à DEO infusam. Nam addit, *quia mandata tua exquisiui.* Quòd non habuerit humanam scientiam, aut certè paruam, probatur: quia anno ætatis suæ vigesimo, quo vnctus est in regem clàm à Samuele, seruabat oues; post vnctionem directus est in eum spiritus Domini, id est, spiritus prophetiæ, fortitudinis, & spiritus regius ac principalis, qui hominem mutat in virum alterum, & plebeias virtutes mutat in virtutes regias & heroicas. S. Hieron. inquit: ideo directus in eum spiritus Domini dicitur, eò quòd tunc psalmos canere cœperit.

Introire in potentias Domini. V. *Quid est introire in potentias Domini?* v. 16.? ℞ Bellarm. hunc sensum esse vult. q. d. Non cognoui literaturam, id est, non noui sapientiam hujus mundi, non confido in humanis consilijs, non approbo astutiam & prudentiam sæculi: sed introibo in potentias Domini, id est, adhærebo penitus omnipotentiæ DEI, in illa confidam, in illa quasi in acie munitissima abscondar. Et sic memorabor justitiæ tuæ solius, id est, non recordabor humanorum consiliorum, aut virium mearum vel amicorum meorum: sed recordabor, & mente retinebo justitiam, qua seruas promissa, qua punis impios, qua pios coronas.

Psalmus LXXI. DEus judicium tuum regi da.

Christi regnum in figura Salomonici regni, pacificum, amplum, felix, æternum fore prædicitur.

Permanere cum sole & ante lunā. I. *De quo dicitur* v. 5. ET PERMANEBIT CUM SOLE ET ANTE LUNAM? ℞ Facit Dauid transitum à Salomone ad Christum: dicit enim Salomonem regem permansurum in regno, quamdiu sol & luna permanebunt in cœlo, id est, quamdiu tempus durabit. Et quoniam de persona Salomonis hæc dici non possunt, cogit nos Spiritus Sanctus, vt hæc intelligamus de Salomone, non per se, sed per Christum, vt sensus sit, continuabitur regnum Salomonis per Christum, qui ex progenie ejus nascetur, vsq; ad mundi consummationem. Et permanebit Rex Salomon in filio suo, qui verè erit pacificus & amabilis Domino, cum sole, id est, quamdiu sol erit, & ante lunam, id est, & coram luna, in generatione & generationem, id est, vsq; ad finem sæculi. Nec tamen hinc sequitur, cum fine mundi regnum Christi finem habiturum, sed post finem mundi, regnum ejus manebit supra solem & supra lunam sine vlla varietate in æternum: nam regni ejus nullus erit finis Dan. 2. & Luc. 1. Sicut intelligitur illud Matt. 28. *Ecce ego vobiscum sum usq; ad mundi consummationem.* Hic enim significatur, Christum futurum nobiscum vsq; ad mundi consummationem per gratiam & auxilium: sed in æternum futurum per gloriam & felicitatem.

Vellus Gedeonis quid figurabat. II. *Quomodo Christus descendit sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram?* ℞ Petente Gedeone Jud. 6. signum à DEo, factum est, vt vellus in area positum impleretur rore cœli, area tota sicca permanente; deinde sequenti nocte area tota compluta est, solo vellere in medio areæ remanente arido, sic igitur descendit Christus imò ad Judæos per vellus significatos, totâ reliqua terra permanente arida, dicente ipso, *non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel* Matt. 15. Deinde venit ad gentes per Apostolorum prædicationem, & sic compluta est terra pluuiâ doctrinæ salutaris, & gratiâ Baptismi, & solum vellus remansit aridum ariditate incredulitatis, vt hodie etiam cernimus. Ita S. Aug. Addit S. Bern. serm. 2. super missus est: Christum descendisse sicut pluuiam in vellus per incarnationem, & sicut stillicidia stillantia super terram per prædicationem, quia sicut ros cadit de cœlo in vellus

cum

um maximo silentio, ita Christus descendit in Virginem, vt lanam purissimam cum maximo lentio, & cælesti solùm virtute; & sicut stillicidia stillantia super terram maximo sonitu guts demittunt in terram; sic idem Christus venit per prædicationem suam & Apostolorum cum agno strepitu verborum & miraculorum.

III. *Quomodo Christus liberat pauperem à potente?* ℟. Liberat pauperem à potente, id est, manum genus bonis gratiæ spoliatum, & in naturæ donis non mediocriter depauperatum diabolo, qui est ille fortis armatus, qui custodit atrium suum; est leo rugiens, & circumiens inveniat, quem deuoret; est ille Leuiathan, qui reputabit, quasi paleas ferrum, & quasi lium putidum, æs. Liberat pauperem, *cui non erat adjutor.* Nam neq; homo, neq; Angelus oterat condignè satisfacere justitiæ diuinæ læsæ, quæ est infinita: sed requirebatur persona finitæ dignitatis, quæ infinitatem moralem refunderet in actus humanos & meritorios, vt oblatum pretium esset offensæ æquale, ac debito pœnæ æternæ. *Christus liberat pauperem à potente.*

IV. *Quomodo Christus ab vsuris & iniquitate liberat & redimit animas pauperum?* ℟. nò vetando vsuras per edicta Pontificum, Regum & sua: Luc. 6. 35. *Mutuum date, nihil insperantes* ab hominibus scilicet, vt addit Syrus: Dicitur autem anima redimi ab vsuris, quia ura animam laqueat, vt ait S. Amb. l. de Tobia c. 14. fœnus pecuniæ, funis est animæ, vt Leo Serm. 6. de jejunio septimi mensis. Hoc autem fecit Christus ad nos veniens, qui venit, ait S. Chrysol. serm. 28. vt auaritiæ curaret vulnera. 2dò ex vsuris & iniquitate redimet Eus animas pauperum sibi seruientium, quia efficiet, vt habeant sibi ad victum & vestitum cessaria: ita vt non cogantur pecuniam sumere ad vsuram, vel acceptam possint persoluere: q; fraudibus & iniquitate occulta impiorum capiantur. *Usura*

V. *Quale nomen pauperum est honorabile coram Christo?* ℟ imò quòd eos voluit suo noine vocari & esse Christianos. Hoc nomen datum est fidelibus Antiochiæ cùm S. Paulus & Barnabas ibi multos conuertissent vt patet Act. 11. 26. 2dò nomen honorabile est, vt filij EI nominentur, & sint Joan. 1. 12. *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios ei fieri his, qui credunt in nomine ejus.* S. Leo serm. 6. de Nativ. ait, omnia dona excedit hoc onum, vt DEus hominem vocet filium, & homo DEum nominet Patrem. *Nomen pauperum honorabile.*

VI. *De quo est sermo* v. 15. ET VIVET ET DABITUR EI DE AURO ARABIÆ? ℟ Hæc Christo dicuntur, de quo proximè dictum erat, ex usuris & iniquitate redimet animas eom, & honorabile nomen eorum coram illo. Sensus itaq; est, q. d. Christus, qui mortuus fuat in cruce, vt pauperes, id est, homines per peccatum suum bonis spoliatos redimeret, postea uet per resurrectionem vita immortali, florente & felice.

VII. *Quodnam aurum Arabiæ dabitur Christo resurgenti & in cælos ascendenti?* ℟ per rum Arabiæ intelligitur aurum præstantissimum. Per illud autem non incommodè Cassiorus accipit omnia dona Christo offerenda. Est Synecdoche, Arbitror præsertim significari, m à toto orbe colendum, vt Regem. q. d. tibi offeretur corona aurea, velut regi hominum Angelorum. Unde à Magis oblatum aurum dicunt SS. Patres, vt eum regem esse testarent, & hîc sequitur, *& adorabunt de ipso semper*, quod fieri solet regibus à subditis reuerenm & venerationem exhibentibus. Alij tamen to *de ipso* non referunt ad Christum, sed ad rum Arabiæ q. d. dabitur ei de auro Arabiæ, id est, de omnibus pretiosis donis omnium prouciarum etiam ditissimarum, & adorabunt de illo ipso auro semper offerentes, q. d. non seel tantùm, & in primo feruore, illud aurum & cætera dona offerent, sicut fecerunt Magi in us Natiuitate, sed hæ oblationes durabunt vsq; ad finem mundi.

VIII. *De quo rege intelligitur* v. 16. ET ERIT FIRMAMENTUM IN TERRA, IN SUMIS MONTIUM: SUPEREXTOLLETUR SUPER LIBANUM FRUCTUS EJUS: ET FLOEBUNT DE CIVITATE SICUT FOENUM TERRÆ? ℟ de Rege Messia, & felicitate spiuali, dum regnabit hæc sumenda sunt. Duplex autem vbertas futura hîc significatur, imò idem tempore Messiæ seu Christi erit firmamentum, robur & abundantia doctrinæ & prædicationis Verbi DEI, quod est panis animæ. Nam vt ait Christus Matth. 4. 5. *Non in solo pavivit homo, sed in omni Verbo, quod procedit de ore Dei.* 2dò tempore Messiæ erit Euchalia, quæ est firmamentum, id est, firmus & solidus animæ cibus. S. Aug. tract. 11. in Joan. : Reficieris, si accesseris, deficies, si recesseris.

IX. *Quomodo super Libanum extolletur fructus Christi?* ℟ per Libanum intelligi potest nò idololatria, est enim Syriæ mons, vbi viguit idolorum cultus, ita Euthym. & Niceph. lò Libanus significat Jerosolymam & templum Zach. 11. 1. *Aperi Libane portas tuas, & comet ignis cedros tuas.* Ita S. Hieron. Cyrill. & Ribera, quia & vrbs & templum erat ex cedris bani. Dico itaq; fructum Christi extolli super Libanum, imò quia idola dejecit, ingredis Ægyptum adhuc puer, vt Hieron. dicit, ac prædixit Isaias c. 19. 1. deinde moriens & in elo regnans, 2dò Christi fructus extollitur super Libanum, id est, Ecclesia super Synagogam. lò fructus ejus superextollitur super Libanum, id est, super sanctos: quia, vt ait, Ruffinus: *alij montes extolluntur sanctitate, Dominus noster superextollitur diuinitate.*

X. *Quomodo florebunt de ciuitate sicut fœnum terræ?* ℟ De ciuitate, id est ij, qui sunt de ciui-

de ciuitate, q. d. Ciues Ecclesiæ diuina charitate inter se vniti. Non floret, nisi qui est in ciuitate, id est, ciuium vnitate; herba solitaria citò exficcatur, aut conteritur. Sancti & eorum opera comparari possunt fœno prati non quatenus vile est, ac citò arescit; sed ob multitudinem, ob varietatem florum, alij enim sunt albi per innocentiam & simplicitatem, alij rubri per charitatem, alij cærulei per spem cœlestium. Ob pulchritudinem, ob fragrantiam, ob succum salubrem & medicinalem, ob irrigationem continuam diuinæ gratiæ, ab ea enim oritur omnis florum & herbarum in prato vigor & pulchritudo. S. Chrysost. hom. 1. de Laudibus S. Pauli. Nihil, ait, prorsus errauerit, qui pratum insigne quoddam virtutum, & paradisum spiritualem, Pauli animum nuncupauerit: tam mirâ enim gratiâ floruit, tamquam huic gratiæ congruente vitæ perfectione resplenduit. Hæc ille.

Psalmus LXXII. Quàm bonus Israel DEus.

Quærit cur pij hîc miseri sint, impij felices? respondet, quia Deus æternam his miseriam, illis felicitatem præparauit.

I. *Quo sensu Dauid de impijs dicit?* v. 4. NON EST RESPECTUS MORTI EORUM, & *non est* FIRMAMENTUM IN PLAGA EORUM? ℞ Dicit eos frui pace & prosperitate, quia tanta sanitate vtuntur, vt de morte non cogitent, quasi semper essent victuri: etsi fortè plaga aliqua, siue morbus illis contingat, ea plaga non habet firmamentum sed continuò euanescit. Illud, *non est respectus morti eorum* hunc sensum habere videtur, q. d. non respiciunt iniqui in mortem suam: neq; alij qui eos vident, in mortem ipsorum: id est, non videntur vnquam morituri, propter diuturnam & stabilem sanitatem, qua fruuntur.

II. *Quid est transire in affectum cordis* v. 7.? ℞ est se totum tradere explendis animi affectibus, vt non legi DEi, vel rectæ rationi, sed suis concupiscentijs obsequantur ita S. Hieron. Seu vt Bellarm. loquitur, est transmutari & conuerti in carnales passiones, & effici totum carnalem & animalem, quod alijs verbis dicitur Rom. 1. *Tradidit eos Deus in desideria cordis sui*, & infra, tradidit eos in passiones ignominiæ.

Os in cœlum ponere. III. *Quis ponit in cœlum os suum?* ℞ qui DEum blasphemat. 1. ejus potentiam negando, 2. prouidentiam in hæc inferiora. 3. deniq; ipsam ejus essentiam. Tales blasphemiæ fuerunt Pharaonis Exod. 5. v. 15. Sennacherib regis Assyriorum 4. Reg. 8. v. 13. Nabuchodonosoris regis Babyloniorum Dan. 3. v. 19. Antiochi regis Syriæ 1. Machab. 6. v. 16. Herodis Act. 12. v. 21. Sed in eorum vultum, os, oculos, & totum corpus, verba eorum & sputa, ac diuina verba reciderunt, vt ibi dicitur. Ratio est, quia vt monet Job c. 15. v. 25. contra omnipotentem pugnant. Ibi enim Eliphaz Themanites post recensitas frequentes impij neces, terrores, clamores, ait: *Tetendit adversus DEum manum suam, & contra omnipotentem roboratus est. Cucurrit aduersùs eum recto collo, & pingui ceruice armatus est. Operuit faciem ejus crassitudo, & de lateribus ejus anima dependet.*

Lingua pertransit in terra. IV. *Quomodo lingua impiorum pertransit in terra?* ℞det Ruffinus. Contempto cœlesti Domino seipsos in hac vita laudant, & magnificant, sicut dixerunt ps. 11. v. 5. *Linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt. Quis noster Dominus est.* Et verè in hoc lingua eorum pertransit in terra: quia loquacitas eorum metas humanitatis & modum excessit in natura, cùm se in tantum extollerent, vt DEum esse supra se contemnerent. ita ille. *Lingua eorum transit in terra*, id est, vbiq;, libere & impune grassatur, in omnes sæuit, nemo est, qui illis & eorum dicterijs & contumelijs audeat resistere, ita Tirinus & alij.

V. *Quid posuit DEus impijs* v. 18. PROPTER DOLOS POSUISTI EIS? ℞det S. Amb. bona, Ruffinus, putat illa bona esse diuitias, quas DEus dat impijs, vel vt laqueum, quo capiantur, & quo illos decipiendos & irretiendos præuidet: Quod, vt rectè Ruffinus monet, non sic accipiendum est, vt omnipotens DEus, qui justus est & bonus, hæc temporalia bona malis propter dolos ponat, vt ponendo hæc sic eos decipere intendat: sed in his bonis, quæ bene ipse, qui bonus est, malis ponendo tribuit, ipsa eorum voluntas prona, & peruersus vsus seipsos corrumpunt. Nam acceptis à bono DEo terrenis bonis, vnde meliores bene dispensando, & misericorditer largiendo esse debuerunt, inde proprio vitio suæ cupiditatis & superbiæ corrupti, fallacias, dolos, inuidias, & altera mala exercuerunt, ita Ruffinus.

Psalmus LXXIII. Ut quid DEus repulisti in finem.

Prædicit vrbis, templi & populi ruinam sub Nabuchodonosore, & sub Antiocho Epiphane, quem & reprimi orat.

I. *De qua congregatione loquitur* v. 2. MEMOR ESTO CONGREGATIONIS TUÆ? ℞ De Synagoga Judæorum, eam possedit DEus ab initio, quia primus fuit ejus Rex ac Dominus. Nam à tempore eductionis ex Ægypto anno mundi 2544. quo DEus Judæos congregauit in vnum populum ab alijs separatum, dat eis leges & magistratus, vsq; ad annum mundi 2961. ante

nte Christum 1092. Quo Saul in regem electus est, nullus fuit Rex: qui populum illum regeet, sed DEus ipse erat Rex ejus, qui præficiebat ipsi duces ac judices: vnde cùm populus à Sauele petijt regem, Samueli dixit DEus 1. Reg. 8. 7. *Non te abjecerunt, sed me, ne regnem super eos.*

II. *Quæ est virga hæreditatis* v. 2.? ℞ Virga est sceptrum. 2. Regnum per Metonymiam, ua signum ponitur pro re significata, nempe sceptrum pro regno. 3. Tribum, quia Num. 17. Nomina 12 tribuum inscripta sunt virgis amygdalinis, vt appareret, cuinam tribui DEus velet dare Sacerdotium: virga autem Aaronis fronduit ac fructus protulit: siue, quia sicut ex arore exoritur virga, ita ex Jacob ortæ sunt 12 tribus. Virga igitur hæreditatis est sceptrum seu egnum hæreditarium. Regnum autem hæreditatis DEi erant Israelitæ & terra promissionis. Hæc enim sibi DEum secreuerat in peculium & hæreditatem in toto orbe. *Virga hæreditatis.*

III. *De qua persecutione agit hic psalmus?* ℞ Variant Actores, alij intelligunt de persecutione Nabuchodonosoris, alij Antiochi, alij Titi & Vespasiani, alij Diocletiani & Maximini, alij Antichristi. Verior sententia est eorum, qui exponunt de persecutione Antiochi illustris, de quo agitur in libris Machabæorum: aliæ enim aliorum sententiæ non videntur commodè sustineri posse, inquit Bellarm. Nam tempore captiuitatis Babylonicæ non deerant prophetæ, & tamen hic dicitur: jam non est propheta, Tempore Diocletiani non fuit populus Christinus repulsus à DEo, & derelictus in finem, sed contra multis miraculis illustratus & propagatus: quod idem dici potest de tempore Antichristi: eminebit enim tunc Ecclesia in fortissimis Martyribus suis, hîc autem dicitur, vt quid DEus repulisti in finem? In tempus Titi & Vespasiani omnia conuenire videntur: Nam tunc nulli ampliùs erant prophetæ in Israel & templum incensum fuit: & facta est desolatio, quæ durabit vsq; in finem. Sed verba hujus psalmi non conueniunt Judæis perfidis, qui non erant oues pascuæ DEi, neq; verè confitebantur Domino, sed erant inimici & rebelles: & tamen in hoc psalmo dicitur, *iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ*, & infra, *ne tradas bestijs animas confitentium tibi, & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem.* Neq; Ecclesia frequentaret hunc psalmum, si contineret voces infidelium Judæorum. Verior ergo est sententia, quæ totum psalmum ad literam exponit de persecutione Antiochi.

IV. *Cur propheta petit, vt DEus leuet manus in superbias hostium, & non in superbos?* ℞ Quia viri justi postulant & optant peccata destrui, non ipsos peccatores. Vel certè hostes Judæorum ita erant superbi, vt superbia esse viderentur, sic metonymicè sumetur abstractum pro concreto, Porrò Antiochi Epiphanis superbia patet 1. in cogitatione, nam 2. Machab. 5. 21. putabat se præ superbia, terram ad nauigandum, pelagus verò ad iter agendum deducturum propter mentis elationem. 2. Superbia ejus patuit in locutione 1. Machab. 1. 25. locutus est in superbia magna. 3. Deniq; in actione, intrando in templum, in quod nullus præter Sacerdotes, intrabat, illud spoliando & polluendo, Deum se prædicando, atq; vt DEum adorari curando 1. Machab. 1. 23. Quomodo autem DEus leuauerit manum suam in superbiam ejus vide 2. Machab. 9. imò autem DEus percussit ac dejecit superbiam cogitationis. Nam v. 11. cœpit ex graui superbia deductus ad agnitionem sui deuenire diuina plagâ admonitus. 2dò DEus dejecit superbiam locutionis, ait enim, justum est subditum esse DEo, & mortalem non paria Deo sentire, tiò dejecit superbiam actionis. Mira enim se facturum pro Judæis pollicetur v. 14. & seq. *Quanta malignatus est inimicus in sancto*, seu in sanctuario aut templo vide 1. Machab. 1. 22. & seq.

V. *Quomodo hic psalmus potest intelligi de persecutione Antiochi, cùm v. 7. dicatur:* INCENDERUNT IGNI SANCTUARIUM TUUM, IN TERRA POLLUERUNT TABERNACULUM NOMINIS TUI, hoc potiùs factum est sub Nabuchodonosore & tempore Titi? ℞ Etiam tempore Antiochi portæ templi exustæ fuerunt: sic enim habetur 1 Machab. 4. & viderunt Machabæi sanctificationem desertam, & altare profanatum & portas exustas, & in atrijs virgulta nata, sicut in saltu, vel in montibus, & pastophoria diruta, & paulò pòst loquens scriptura de renouatione templi: dedicauerunt, inquit, portas, & imposuerunt januas. Illud igitur incenderunt igni sanctuarium, potest intelligi de parte non de toto, videtur id satis apertè colligi ex sequentibus: nam si totum sanctuarium concremassent, non diceret David in altera parte versiculi *in terra polluerunt tabernaculum nominis tui*, quod enim crematum fuisset, pollui non potuisset. Incenderunt ergo portas, & ipsum templum seu tabernaculum polluerunt, ponentes in eo idolum abominationis, & sacrificantes idolis, vt dicitur 1 Machab. 1.

VI. *Cur Ægyptij & ipse Pharao Rex Draconibus comparantur?* ℞ 1. Quia Ægyptij serpentes & dracones adorabant. 2. Ægyptij reges anteriorem partem Draconis, tauri, & leonis in capite gestabant, velut insignia principatûs. 3. Ægyptij draconibus comparantur ob scelera sua. 1. ob superbiam. Sic Pharaonem superbum Ezechiel vocat Draconem magnum c. 29. v. 2do Draco typus est auari: nam thesauros seruat, vellus aureum, aurea poma Hesperidum tiò. Luxuria in serpente humi repente, ac terræ applicito, eiq; toto corpore incubante figuratur. &c. Vide le Blanc. *Ægyptij Dracones.*

VII. *Quis*

VII. *Quis est sensus* v. 20. RESPICE IN TESTAMENTUM TUUM: QUIA REPLETI SUNT, QUI OBSCURATI SUNT TERRÆ DOMIBUS INIQUITATUM? ℟ Sensus est, q. d. Si non vis nos respicere, saltem respice pactum, siue testamentum, quod fecisti cum Patribus nostris, vt esses nobis in DEum, nosq; protegeres ac defenderes in terra, quam nobis dedisti. Quoniam qui obscurati sunt terræ, id est, qui obscuri sunt in terra, viles & barbari homines. Repleti sunt domibus iniquitatum, id est, abundant jam domibus, siue palatijs iniquè nobis ereptis. Illud *obscurati terræ* obscurum est, & ideo varijs modis exponitur, sed res non est magni momenti: & facile est, vt Latinus interpres dixerit, *obscurati* pro obscuri. Obscuri autem terræ ij dicuntur qui non sunt ullius nominis in terra.

Psalmus LXXIV. Confitebimur tibi DEus.

Dialogus est Dei & prophetæ: docetq; timendum impijs, gaudendum pijs in extremo judicio.

Justitias Deus judicat. I. *Quid est, justitias judicabo?* ℟ Sceleratos & tyrannos, quos permittit DEus tamquam flagella, & virgas furoris sui punire peccata populi sui, vt contigit Nabuchodonosori, Antiocho & alijs. 2dò *justitias judicabo*, id est, Judæos, qui confidunt in justificationibus legis Mosaicæ. Sed jure dicunt Isa. c. 64. v. 6. *facti sumus vt immundus omnes nos, & quasi pannus menstruatæ, vniuersæ justitiæ nostræ*, id est justificationes legis veteris, vt S. Hieron. exponit. 3tiò DEus justitias judicat, id est, justa & bona opera nostra. imò vt illa meritis præmijs afficiat. 2dò vt næuos illis admixtos puniat. Oculos enim habet capreæ acutissimos, qui vel atomos indiuisibiles perspiciunt, Scrutabitur Jerusalem in lucernis Soph. 12. quid tutum erit in Babylone. Vide S. Bern. serm. 55. in Cant. In Angelis reperit prauitatem Job. 4. 18, & in ipso sole, id est, anima justorum, nonnullas maculas. Non ita dealbant stolas suas sancti in sanguine, quin restet aliquid coinqinatum. Præsertim DEus judicat justitias, id est, eos qui opera sua faciunt, vt videantur & æstimentur justi ab hominibus, qui dilatant phylacteria & fimbrias suas, & sibi applaudunt in benefactis, atq; ab hominibus laudantur.

Terra liquefacta. II. *Quis loquitur* v. 4 LIQUEFACTA EST TERRA, ET OMNES, QUI HABITANT IN EA, EGO CONFIRMAUI COLUMNAS EIUS? ℟ Bellarm. censet hic loqui populum justorum dicentem: si justè judicabis Domine, quis sustinebit? nam liquefacta est terra, id est, defluxit, corrupta est, dissipata est propter iniquitates habitantium in ea: & omnes habitantes in ea defluxerunt, & corrupti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsq; ad vnum. *Columnæ terræ.* Respondet Dominus: Ego confirmaui columnas ejus, q. d. non omnis terra omnino corrupta est, nam ego confirmaui columnas ejus, viros perfectos, ob quos terra subsistit. Semper enim DEus habuit seruos suos electos & perfectos. Nam Gen. 6. vbi dicitur terra corrupta ob iniquitates inhabitantium, ibi dicitur Nòé vir justus atq; perfectus. ita Bellarm.

Calix in manu Domini. III. *Quis calix in manu Domini* v. 9.? ℟ in potestate DEi est justitia vindicatiua, quæ dum superbos peccatores punit, simul exaltat, & consolatur justos humiles, quos ab oppressione impiornm liberat Porrò calix vini meri dicitur justitia vindicatiua in scripturis passim, vt Isaiæ 51. Jer. 25. Thren. 4. Ezech. 23. Apoc. 14. & alibi. Ratio hujus metaphoræ est, quia vinum merum epotum debilitat adeo totum hominem, vt nec sciat, nec possit se juuare: ebrius enim amittit judicium, tremit, cadit, soporatur. Qui punitur ab homine sæpe remedium habet, vel fauoris, vel fugæ, vel violentiæ: qui autem punitur à Deo, tamquam multo vino mero inebriatus repente cadit, & omni prorsus remedio caret. Addit propheta, plenus misto, id est, plenus est calix Domini non simplici vino vnius generis, sed mistione variorum generum vini meri, qua mistione non temperatur vinum, sed fortius redditur. Id significat justitiam DEi vindicativam abundare multitudine & varietate pœnarum. *Ignis & sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum* ps. 10. *Et inclinauit ex hoc in hoc*, id est, jam DEus propinauit multis hunc calicem iræ suæ, inclinauit calicem ex hoc ore in hoc os, transtulit ad varias gentes, puniuit Sodomitas, Chaldæos & alios. Verumtamen fæx ejus non est exinanita, id est, adhuc remanet grauissima pars justitiæ vindicatiuæ, quæ seruatur in diem vltimi judicij, & tunc ex ea bibent omnes peccatores terræ. Tunc enim non erit ampliùs locus misericordiæ, sed omnes, qui peccatores in illa die invenientur, cogentur bibere fæces calicis iræ Domini.

Psalmus LXXV. Notus in Judæa DEus.

Laudat Deum pro victoria obtenta de Assyrijs tempore Ezechiæ, cùm ex castris blasphemi Sennacherib vna nocte cæsi essent 185000. 4 Reg. 19.

I. *Quas potentias arcuum, scutum, gladium, & bellum confregit DEus* v. 4? ℟ describitur victoria aduersùs Assyrios, vbi DEus liberauit Jerusalem ab obsidione Regis Sennacherib sine vlla pugna Judæorum. Angelus enim Domini vna nocte occidit 185000 Assyriorum, & eo modo con-

d confregit DEus potentias arcuum, id eſt, ſagittas, quas Aſſyrij parauerant, vt jacerent in Hebræos, & ſcutum quod parauerant, vt ſe defenderent ab Hebræis, & gladium, quem exacuerant, vt cominus pugnarent aduersùs eos, adversùs quos ſagittis eminus pugnaſſent; deniq; bellum totum confregit, id eſt, auertit ab vrbe Jeruſalem.

II. *Quo ſenſu dicitur* v. 5. ILLUMINANS TU MIRABILITER A MONTIBUS ÆTERNIS? ℞ Oſtendit propheta, vnde potiſſimùm orta ſit victoria Hebræorum adverſùs Aſſyrios; id autem facit per Apoſtrophen ad DEum, illuminans, inquit, tu mirabiliter à montibus æternis, id eſt, confregit Dominus omnia arma offenſiua & defenſiua Aſſyriorum. Ille autem Dominus tu es, qui hæc feciſti: dum ex cœlis tamquam æternis quibuſdam montibus tuis, ac veluti altiſſima ſpecula, & arce tua, mirabiliter fulguraſti, & Angelum tuum tamquam cœleste fulmen miſiſti in exercitum Aſſyriorum, vnde turbati ſunt omnes illi milites Sennacherib, tamquam amiſſo judicio obtenebrati, & præ ſtupore mentis Inſipientes corde effecti.

III. *Qui nam ſunt viri diuitiarum* v. 6.? ℞ Viri diuitiarum, id eſt, viri diuites. Eſt Hebraiſmus, quo ponuntur duo ſubſtantiua pro ſubſtantiuo & adjectiuo. Sic Chriſtus Iſaiæ 53. 3. vocatur *vir dolorum*, id eſt, dolens, afflictus, imò affictiſſimus. Sic enim ſæpe Hebræi exprimunt gradum ſuperlatiuum: itaq; viri diuitiarum dicentur viri ditiſſimi, quales fuerunt Aſſyrij qui erant Monarchæ pene totius Orientis, iiſq; plurimi reges & prouinciæ tributa pendebant, & hic ipſe Sennacherib, principes, duces & milites ejus poſſunt dici *viri diuitiarum*, quia multi diuitias expilauerant, præſertim Judæam, cujus pene omnes vrbes ceperant, & Ægyptum victo Tharaca rege Æthiopum & ipſis Ægyptijs. *Viri diuitiarum.*

IV. *Quomodo Aſſyrij dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt in manibus ſuis?* ℞ Somnus hic vocatur mors eorum, quia de nocte contigit; ſomnus enim eſt imago mortis, & mors quædam breuis, imò & omnes iſti viri diuitiarum nihil inuenerunt in manibus ſuis, id eſt, qui ditiſſimi erant, & majores diuitias appetebant, poſt mortem illam repentinam in infernum detruſi, nihil inuenerunt in manibus ſuis, neq; ex ijs quæ habebant, neq; ex ijs quæ ſperabant.

Pſalmus LXXVI. Voce mea ad Dominum clamaui.

Orat liberari malis, præſertim moleſtis & anxijs cogitationibus, quibus premebatur.

I. *Quid eſt, vigilias anticipare* v. 5.? ℞ eſt prius euigilare ad orandum & meditandum, quàm excitentur à ſomno vigiles & cuſtodes, qui debent per ternas horas ſuo tempore vigilare & excubare, ſeu: eſt ſæpiùs in nocte excitari à ſomno, & ſollicitius quàm excitentur varij vigiles & excubitores: eſt noctem inſomnem totam, aut pene totam traducere, atq; in ea DEum vigilantius orare, quàm ſtationem ſuam teneant cuſtodes. *Vigilias anticipare.*

II. *Quos dies antiquos intelligit David* v. 6.? ℞ ſunt dies ſeu anni qui præterierunt à conſtitutione mundi, in quibus SS. PP. variis afflictionibus ſunt exercitati & illuſtres de triumphata natura coronas reportarunt. S. Chryſoſt. tom. 4. l. 2. de prouidentia fuſiſſimè probat, Sanctos omnes fuiſſe calamitatibus exercitatos: Noemum, Abrahamum, Jacobum, Iſaacum, Moſem, Dauidem, alioſq; & vtilitatem afflictionis oſtendit. Utile eſt cogitare, quid ſanctis congerit. S. Bern. in vita S. Malachiæ ait, deſcriptas Sanctorum vitas illuſtres operæ pretium fuiſſe ſemper ſcribi, vt ſint in ſpeculum & exemplum, & quoddam veluti condimentum vitæ hominum ſuper terram: atq; hoc pacto viuant quodammodo apud nos, multoſq; ex ijs, qui viventes mortui ſunt, ad veram prouocent & reuocent vitam. *Dies antiqui.*

III. *Quid eſt annos æternos in mente habere?* ℞ eſt ſtatum futuri ſæculi, & diem quo viuunt electi cum DEo, reprobiq; in Inferno, corde reuoluere, quatenus ex conſideratione æternarum lætitiarum in patria, perpetuorumq; tormentorum in gehenna contemnamus vniuerſa, quæ modò delectant, patienterq; feramus, quæcumq; temporaliter grauant. Hortatur nos Salomon ad memoriam inferni Ecclæ 11. 8. *Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminiſſe debet tenebroſi temporis, & dierum multorum, qui cùm venerint, vanitatis arguentur præterita.*

IV. *Quid tunc cepit David* v. 11. DIXI NUNC CEPI? ℞ Bellarm. & Lorinus: cœpit reſpirare & in ſpem magnam erigi, vt ſibimet diceret: nunc videor mihi reuixiſſe, totuſq; innouatus & ſperans in Domino mutauiſſe fortitudinem, atq; alacer & ſine defectu volare, omni depoſita puſillanimitate & deſperatione. Meliùs nunc cepi DEo viuere, à peccatis perfectè reſipiſcere, DEo me totum conſecrare, ejus miſericordiam & juſtitiam admirari, timere & venerari, vitam perfectam ſequi.

V. *Quid eſt vox tonitrui in rota* v. 19.? ℞ eſt tonitru vehementer reſonans, & in orbem ac circulum ſe rotans & circumagens, vt ex omni parte terrorem inferat ſinuoſo & volubili ſuo ſtrepitu ac boatu. Hinc Pharao ferratos agitans currus imitabatur tonitru, ſed à DEo fulmine percuſſus interijt. *Vox tonitrui in rota.*

Pſalmus LXXVII. Attendite populule meus.

Decantat beneficia Iſraeli præſtita à peregrinatione in Ægypto vſq; a ſua tempora.

I. *Quo ſenſu dicitur* v. 8. NON EST CREDITUS CUM DEO SPIRITUS EIUS? ℞det Hieron. fidem veram non habuit, ſed deflexit cor ejus & ſpiritus ad Baalim & Aſtaroth. El as propheta cor claudicans nolebat eſſe in Iſraelitis, ſed rectum, vt vni DEo ſeruirent, no Baal. S Aug. non eſt ait, creditus cum DEo ſpiritus ejus, quia non habebat finem, quæ in petrat, quod lex imperat. Quando enim cum ſpiritu DEi operante ſpiritus hominis cooperatu tunc quod DEus juſſit, impletur. Et hoc non fit, niſi credendo in eum, qui juſtificat impiun ita ipſe. 2dò *non eſt creditus cum Deo* Spiritus ejus, q. d. per ſpem non confidit in DEo ſpir tus ejus, ei non ſe credidit, eo innixus non eſt, non poſuit in DEo ſpem ſuam. 3tiò *non eſt cr ditus cum Deo ſpiritus ejus*, id eſt, per charitatem non adhæſit illi ſpiritus ejus, non manſit in e firmus & ſtabilis.

II. *Quomodo intelligendus* v. 9. FILII EPHREM INTENDENTES ET MITTENTES A CUM, CONVERSI SUNT IN DIE BELLI? ℞det Bellarm. probabile eſſe, per quandam ſim litudinem explicari, quod dictum eſt populum Hebræum non fuiſſe conſtantem in fide, & c bedientia DEi, vt ſenſus ſit. Filij Ephrem, id eſt, Iſraelitæ ſimiles fuerunt militibus incipien tibus præliari cum hoſtibus, & mox dimiſſo prælio terga vertentibus, ſic enim Iſraelitæ in de ſerto, non ſemel promiſerunt, ſe DEo parituros, & facturos, quæcumq; ille mandaſſet, & ſta tim mutata voluntate cogitabant de reditu in Ægyptum, & contra DEum, & Moſem murmu rabant. Per filios Ephrem, ſeu tribum Ephraim intelligit David totum cœtum Iſraelitarun quia tribus Ephraim erat numeroſiſſima & potentiſſima poſt tribum Juda: & per hoc æmul tribui Juda, & in ſcripturis vt plurimum reprehenditur tribus Ephraim, & laudatur tribus Ju da; & ideo mala vniuerſi populi deſcribuntur potiùs ſub nomine Ephraim, quàm ſub nomin aliarum tribuum. Et in fine hujus pſalmi dicit, tribum Ephraim non elegit: ſed elegit tribu Juda.

III. *Cur aquas è petra eductas vocat abyſſum & flumina* v. 16.? ℞. vocari abyſſum pro pter aluei profunditatem, & aquæ copiam; vocari flumina, imò ob multitudinem riuorum e fonte inde exiliente in varias caſtrorum partes procurrentium. 2dò ob perennitatem fluxus nam ſaltem toto anno fluxit aqua de petra Horeb, quamdiu ſcilicet populus manſit prope mon tem Sinai. Ad eum autem peruenit quarta die menſis tertij ab exitu Ægypti, & inde caſtr mouit anno 2. menſe 2. 20. die menſis, itaq; ibi hæſit anno integro, demptis 14. diebus.

IV. *Quis eſt ſenſus* v. 26. TRANSTULIT AUSTRUM DE CÆLO, ET INDUXIT IN VIRTUTE SUA AFRICUM? ℞. Senſus eſt, q. d. Tranſtulit, hoc eſt abſtulit auſtrum de cælo non permiſit illi vt tunc flaret; ſed ejus loco induxit virtute ſua & potentia ventum Africum qui ab Ægypto afferret coturnices. ita Bellarm. Tirinus & alij.

V. *Quid eſt non accendi omnem iram* v. 38.? ℞. Eſt peccatores non puniri pro meritis ita S. Aug. hîc factum ait in Judæis, qui non à DEO omnes relicti, ſed reliquiæ ſaluæ facta ſunt, id eſt, Apoſtoli & alij ad fidem Chriſti conuerſi. Et in deſerto Moſes oratione ſua Deum impediuit, ne totum populum perderet, ſicut facere volebat, cùm murmurauerunt in Cades redeuntibus exploratoribus ex terra promiſſa.

Homo ſpiritus vadens & non rediens.

VI. *Cur homo dicitur* SPIRITUS VADENS ET NON REDIENS v. 39.? ℞. Vadens ait Ugo, in mortem inferni, & non rediens, quia in inferno nulla eſt redemptio. Sap. 2. *Non eſt, qui ſit agnitus reuerſus ab inferis.* Vel *vadens & non rediens.* Vadens ad mortem & non rediens, vt iterum virtute naturali & ordinaria anima vniatur ſuo corpori ante reſurrectionem generalem. Sap. 16, 14. *Cùm exierit ſpiritus, non reuertetur.* Ecclæ 12. 5. *Ibit homo in domum æternitatis ſuæ.*

VII. *Quomodo DEus repulit tabernaculum Silo* v. 60? ℞. id eſt, Tabernaculum Moſis, quod erat in vrbe Silo, DEus repulit, hoc eſt, à ſe rejecit, in eo nolens ampliùs habitare. In arca enim ſibi thronum DEus, id eſt, Angelus DEi vicarius ſtatuerat, & in propitiatorio ſedens oracula reddebat. Ex quo autem victi ſunt Ophni & Phinees à Philiſthæis & ab ijs arca capta eſt, numquam arca repoſita eſt in eo tabernaculo. Nam tabernaculum fuit in Nobe, & Gabaone: arca autem apud Philiſthæos, partim in eorum vrbibus, partim in circuitione earum, fuit per ſeptem menſes. 2dò arca apud Bethſamitas manſit aliquot menſibus, vt tota mora arcæ apud Philiſthæos & Bethſamitas vnius circiter anni fuerit, ita Salianus, 3tiò inde ducta eſt in vrbem Cariathiarim, ibiq; hæſit per annos 20, vſq; ad annum Samuelis 20, vt tradit Joſephus, aut potiùs per annos 49 vſq; annum Dauidis regis 10. tunc enim Dauid eam juſſit transferri ex Cariathiarim in Sionem montem, in tabernaculo ponendam à ſe extructo prope ſuum palatium. Inde in templum à Salomone tranſlata eſt poſt annos 40, ibiq; manſit per annos 417. donec exciſo à Chaldæis templo Jeremias eam occultauit cum tabernaculo in ſpelunca. Arca porrò in Silo manſit per annos 369. ſi ſequamur Hebræorum chronologiam: per annos 476. Si Abulenſem. 1 Reg. 4. 8 per 330. circiter, ſi Salianum.

Pſalmo

Psalmus LXXVIII DEus venerunt gentes.

Deplorat vrbis, templi, & populi vastationem sub Nabuchodonosore, & sub Antiocho Epiphane.

I. *Quomodo posuerunt Jerusalem in Pomorum custodiam?* ℟ id est, in tugurium, in quo latere solent custodes hortorum, dum poma & fructus colliguntur: quibus collectis, deserunt illud ac diruunt. Sic contigit magnæ & inclytæ Jerosolymæ, quæ cæsis vel abductis ciuibus, diruta est, ac deserta inquit Theodor. Vnde Hieron. vertit *in aceruos lapidum*; Chaldæus *in desolationem*.

II. *Qui sunt filij mortificatorum* v. 11. POSSIDE FILIOS MORTIFICATORUM? ℟ Reserua tibi quasi partem possessionis hæreditariæ tibi propriæ filios eorum, qui mortificati, id est, occisi sunt, vt scilicet ex hac sobole nouus populus tibi succrescat, qui Ecclesiam tuam roboret & augeat. Sic habetur ps. 101. Ut audiret gemitus compeditorum, vt solueret filios interemptorum. *Filij mortificatorum.*

III. *Quid est reddere in sinu eorum?* ℟ significat punitionem inimicorum non futuram exteriorem & breuem; sed internam & perpetuam, quam velint, nolint, intra se retinere debeant.

Psalmus LXXIX. Qui regis Israel.

Deplorat vastationem vineæ Dominicæ, id est, Synagogæ.

I. *Cur meminit propheta Israel, & Joseph, & non aliorum filiorum Israel?* ℟ quia per Israel intelligitur totus populus DEi. Per Joseph similiter hîc intelligitur totus populus DEi. Et quidem cur Israel totum populum significet, notum est, quia omnes Israelitæ Israelem vt patrem agnoscunt. Cur autem Joseph, qui vnus erat ex 12 filijs Israel, totum populum significet, ratio est, quia Joseph in Ægypto totum populum pauit, & toti populo præfuit, & duo ejus filij, Ephraim & Manasse duas tribus constituerunt, quod nulli alij contigit. Singuli enim filij Israel singulas tribus fecerunt, excepto Joseph, qui singulari prærogatiua duas fecit; denique diuiso regno post mortem Salomonis, in regnum Israel, & regnum Juda, primus Rex Israel, qui præfuit decem tribubus, Jeroboam fuit de tribu Ephraim filij Joseph.

II. *Quid est, manifestare coram Ephraim, Beniamin & Manasse, id est, coram toto populo tuo?* ℟ Est Synecdoche. Per Ephraim enim & Manasse intelliguntur 10 tribus: per Benjamin duæ aliæ, nempe tribus Benjamin & tribus Juda, Benjamin porrò in medio ponitur, honoris causa, quia erat frater vterinus Josephi, Ephraim & Manasse filij Joseph erant ejus nepotes.

III. *Quis est sensus* v. 4 DEUS CONVERTE NOS, ET OSTENDE FACIEM TUAM ET SALVI ERIMUS? ℟ Conuerte nos à captiuitate Assyriaca, in quam ducimur à Salmanasare victore, fac nos redire, & *ostende faciem tuam*, id est, te, sæpe enim facies pro toto homine ponitur. Est Synecdoche. 2. faciem tuam, id est, fauorem tuum, lumen vultus tui; conuertimus enim vultum ad eos, quos amamus & quibus fauemus; auertimus ab ijs, quos odimus, & quorum preces exaudire nolumus. Est Metalepsis: quia ex consequenti petitur antecedens: nempe ex conuersione faciei, fauor.

IV. *Quo sensu dicit* v. 13. VT QUID DESTRUXISTI MACERIAM EIUS &c. ℟ explicata magnitudine & excellentia populi Judaici per similitudinem vineæ, nunc persistit in eadem similitudine deplorat miseriam ejusdem populi, in quam incidit ex indignatione DEi: *vt quid destruxisti maceriam ejus?* id est, quare remouisti ab hoc populo auxilium tuum, quod erat quasi maceria claudens vndiq; vineam. Et vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam? id est, quare finis, vt omnes inimici hujus populi in illum præualeant, eumq; diripiant, quomodo diripiuntur vineæ ab omnibus iter facientibus, quando destructa est maceria? sæpe enim regnum Israelitarum, deserente eos Domino ob peccata populi prouocato datum est in prædam Philisthæis, aut Madianitis, aut vicinis gentibus.

V. *Quis est Aper de sylua & singularis ferus.* v. 14.? ℟ intelligit Regem Assyriorum, siue Salmanasar, qui totas decem tribus, siue Nabuchodonosor, qui reliquas duas captiuas transtulit in Assyrios, euersa penitus ciuitate regia, incenso templo, & regni solio deturbato. Hunc regem vocat aprum syluestrem & singularem ferum, qui non vindemiauit, sed eradicauit penitus vineam. Aprum syluestrem inimicum esse vitibus scribit hîc Theodor. & Nabuchodonosor Regem ob carnalia vitia porco similem fuisse scribit Euthym. Utraq; de causa rectissimè persecutorem populi DEi apro comparatum dicere possumus. *Aper de sylua*

Psalmus LXXX. Exultate DEo adjutori nostro.

Inuitat omnes ad lætè celebrandum festum Neomeniæ & Tubarum, institutum ad Dei beneficia recolenda.

I. *Quale praeceptum eſt in Iſrael, quod judicium in Jacob, & quod teſtimonium Joſeph?* ℟ Præceptum in Iſrael eſt pſallendi & tympana cum alijs inſtrumentis pulſandi in ſignum lætitiæ & gratiarum actionis, quia hoc præcepit DEus populo Iſrael, id eſt in populo DEI, qui à parente dicitur Iſrael. Et judicium DEo Jacob, idem repetit alijs verbis, idem enim eſt præceptum & judicium hoc loco, vt etiam in pſ. 18. & 118. & alibi. Idem quoq; eſt Iſrael & Jacob, ait igitur, & judicium DEo Jacob, id eſt, & hoc ipſum eſt decretum, quod ſeruandum eſt à populo Jacob erga DEum ſuum. *Teſtimonium in Joſeph poſuit illud, cùm exiret de terra Ægypti.* Idipſum ſecundò repetit, cum additione temporis. Idem enim intelligitur per Iſrael, per Jacob, & per Joſeph, populus videlicet DEI, qui totus conſtabat ex filijs Jacob & Joſeph. Poſuit teſtimonium in Joſeph, id eſt, conſtituit hoc præceptum in populo ſuo, qui Joſeph dictus eſt à patriarcha Joſeph, qui pater fuit naturalis duarum tribuum, & pater protectione & providentia in Ægypto omnium filiorum Iſrael. Poſuit autem hoc præceptum DEus in populo ſuo quando eduxit eum de Ægypto. Si quidem omnia præcepta, & hoc vnum cum cæteris data ſunt à DEo per Moſen in deſerto, paulò poſt egreſſionem ex Ægypto, vt notum eſt ex libro Leu. & Num.

II. *Quam linguam non nouerat populus & audiuit?* ℟ Duplex eſt expoſitio. Prior eſt S. Hieron. Aug. & aliorum, quòd per linguam, quam non nouerat populus DEI, intelligatur vox audita de monte Sina: non enim audierat vmquam antea populus vocem DEI loquentis. Poſterior expoſitio eſt aliquorum recentiorum, quòd per vocem, quam non audierat, intelligatur lingua Ægyptiaca, vt ſenſus ſit linguam, quam non nouerat, audiuit, id eſt, populus DEI in Ægypto, vnde per gratiam DEI eductus fuit, linguam, quam non nouerat, audiuit, ac per hoc cum barbaris ignotæ linguæ conuerſatus eſt.

III. *Quomodo* DIUERTIT AB ONERIBUS DORSUM EIUS, ET MANUS EIUS IN COPHINO SERUIERUNT? ℟ Ægyptij cogebant Hebræos ſeruiliter laborare in operibus duris laterum faciendorum & coquendorum, vt patet ex l. Exod. c. 1. 2. & 5. ait igitur, *diuertit ab oneribus* dorſum ejus, id eſt, diuertit ab oneribus dorſum Iſrael, ſiue Jacob, ſiue Joſeph, id eſt, dorſum populi ſui, liberans eum ab oneribus duris luti & laterum, quibus opprimebatur ab Ægyptijs. Manus ejus in cophino ſeruierunt, id eſt, diuertit Dominus ab oneribus dorſum populi ſui, cujus populi manus longo tempore in geſtandis cophinis plenis luto vel lateribus ſervierunt.

IV. *Quomodo populus exauditus eſt in abſcondito tempeſtatis?* ℟. Exaudiuit eum non ſolùm cùm timeret iram Pharaonis, ſed etiam cùm timeret tempeſtates & plagas, quibus percuſſit Ægyptum: tunc enim abſcondit populum & protexit, ne plagæ illæ ipſi nocerent. Vel, vt alij volunt, exaudiuit eum, cùm tranſiſſet per mare rubrum, & Pharao cum curribus & equitibus eum ſequeretur, Dominus latens in columna nubis & ignis excitauit tempeſtatem in mari, & ſubuertit rotas curruum Pharaonis, & univerſum exercitum interficit. Itaq; illud in abſcondito poteſt referri tum ad populum abſconditum à DEO tempore tempeſtatis; tum etiam ad ipſum DEum abſconditum in columna nubis, & inuiſibiliter pugnantem cum Pharaone & exercitu ejus.

Aqua contradictionis. V. *Quo ſenſu dicitur*, PROBAVI TE APUD AQUAM CONTRADICTIONIS? ℟. Poſt tam magna beneficia tentauit populum per aquæ penuriam, vt exploraret fidem & patientiam ejus, ſed invenit eum impatientem & infidelem. Scribitur hæc hiſtoria Exodi 17. & Num. 20. Ubi DEus permiſit ad modicum tempus, vt populus aquæ penuriâ laboraret, & populo murmurante, & verſo in ſeditionem, DEus ex petra eduxit aquas largiſſimas. Vocata eſt autem aqua illa contradictionis, quoniam propter aquam populus contradicere cœpit Moyſi, atq; ejus imperium detrectare.

VI. *Quid DEus intelligit per illa verba*: DILATA OS TUUM ET IMPLEBO ILLUD? ℟. Dilata quantum potes os & fauces deſiderij tui, quia replebo cibo ſuauiſſimo famem tuam. Hanc promiſſionem ſolus DEus implere poteſt. Quidquid enim creatum nobis DEus dedit, non ſatiat, neq; explere poteſt appetitum cordis humani. Sola DEI viſio atq; fruitio, quæ bonum eſt infinitum, & omnia omnino bona comprehendit, ſatiare nos poterit.

Pſalmus LXXXI. DEus ſtetit in Synagoga Deorum.

Eſt exhortatio ad judices, vt juſtè judicent.

Judices Dij. I. *Quis eſt ſenſus* v. 1. DEUS STETIT IN SYNAGOGA DEORUM? ℟. DEus ſtetit, id eſt; ſemper aſſiſtit præſens inviſibili majeſtate in Synagoga Deorum, id eſt, in conuentu & conſeſſu judicum, dum cauſas populi judicant: & dum illi judicant populos, DEus in medio eorum præſens aſſiſtens judicat ipſos judices. Judices dicuntur Dij, quia participant de eminentia poteſtatis & judicij Diuini: vnde & vulgò ſuſpiciuntur quaſi Dij quidam terreſtres. Sic Exodi 7. *Conſtitui te Deum Pharaonis.* & Exodi 22. *Dijs non detrahes.*

II. *Cur Deus dicitur ſtare & non potiùs ſedere in medio judicum, cùm judices ſedeant judicaturi?*

dicaturi? ℞. imò ſtare quemlibet ſitum ſignificare, & denotare ſtabilitatem, conſtantiam, & perſeuerantiam in eo ſitu. Sic dicitur Iſa. 3. 13. *Stat ad judicandum Dominus, & ſtat ad judicandos populos.* 2dò ſtare dicit eminentiam in DEO ſuper omnes alios judices. Jacobi 4. 12. *Unus eſt legislator & judex, qui poteſt perdere & liberare.* 3tiò Stare dicit promptitudinem ad puniendum ſceleratos, ad juuandum innocentes & pios, præſertim pauperes.

III. *Quid eſt faciem alicujus ſumere in judicio*? ℞. Nihil aliud eſt, niſi talem ſententiam ferre, non qualem juſtitia exigit, ſed qualem requirit amicus, vel benefactor vel cognatus. Et hoc idem eſt, reſpicere in faciem hominis, non in regulam juſtitiæ. Facies, id eſt, perſonas. Nam Synecdochicè facies ſæpe ponitur pro toto homine, cujus præcipua pars eſt. Tales judices injurij ſunt DEO, cujus perſonam ſuſtinent, auctoritatem habent, nomen inuocant. Joſaphat judicibus dicebat 2. Paral. 19. 6. *Videte, quid faciatis: non enim hominis exercetis judicium, ſed Domini. Non eſt apud Dominum noſtrum iniquitas, nec perſonarum acceptio: nec cupido munerum.* Auertit ſe DEus ab iniquis judicibus. Iſa. 59. 2. Dicit Judæis: iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos & DEum veſtrum, & peccata veſtra abſconderunt faciem ejus à vobis, ne exaudiret, manus enim veſtræ pollutæ ſunt ſanguine, & digiti veſtri iniquitate. *Non eſt qui inuocet juſtitiam, neq; eſt, qui judicet verè.* *Faciei ſumptio.*

Pſalmus LXXXII. DEus quis ſimilis erit tibi.

Iſmaelitis, Saracenis, cæteriſq; gentibus Jeroſolymam tempore Joſaphat 2. Paral. 20. infeſtantibus exitium imprecatur.

I. *Quo ſenſu de DEo dicitur*: NE TACEAS, NEQUE COMPESCARIS? ℞. Tacet DEus, cùm non vlciſcitur, nec punit: compeſcitur verò, cùm incipiens vlciſci & punire flectitur ad miſericordiam precibus Sanctorum, aut humiliatione peccatorum. Orat itaq; Joſaphat, vt in iram implicabilem DEus exurgat, & ſeueriſſimè puniat hoſtes ſuos. In Joſaphati enim perſona hîc loquitur Dauid, qui hunc pſalmum ſcripſit.

II. *Ubinam contigit victoria Baraci conterentis Siſaram?* ℞ contigiſſe prope torrentem Ciſſon, vt dicitur. Torrens porrò Ciſſon non longè à campo Mageddo defluebat in mare, qui & Campus Eſdrelon dicitur, & planities Galilææ Jud. 5. 23. ait Debbora: *torrens Ciſſon traxit cadauera eorum, torrens Cadumim, torrens Ciſon.*

III. *An factum ſit Moabitis & Ammonitis, ſicut Madianitis & Chananais*? ℞ In eo eſſe paritatem, quòd omnes illi contriti ſunt à DEo ſine ſanguine populi Iſrael, miraculoſæ enim fuerunt omnes illæ victoriæ. imò enim, vt temporis ordinem ſequar: cùm deſcendiſſet Barac de monte Thabor, perterruit DEus Siſaram, & omnes currus ejus, & vniuerſam multitudinem. De cœlo dimicatum eſt contra eos: ſtellæ manentes in ordine ſuo, hoc eſt, in ſua ſtatione, & curſu ſuo, aduerſus Siſaram pugnauerunt; non lutum itinerum ita calefaciendo, vt equorum vngulæ deciderent, ſicut putauit R. Salomon, non milites ita adurendo, vt refrigerari in torrente Ciſſon voluerint, ſicut cenſuit R. Dauid Kimhi, non eos ita frigefaciendo, vt gladios tenere non potuerint, ſicut ſcripſit Joſephus: ſed in Siſaram ac totum ejus exercitum, excitando ventos, procellas, nimbos, cometas, fulgura, vt docet Cajet. Lyr. Abul. & alij. Et hæc victoria eò fuit glorioſior, quòd pene omnes milites carerent clypeo & haſta, vt canit Debbora: nam Jabin per 20 annos ſeruitutis, illis arma eripuerat, ſicut fecerunt poſtea Philiſthæi tempore Saulis. 2dò cùm Gedeon cecinit tuba, ac milites ejus idem præſtiterunt, complodentes lagenas ſuas fictiles, & oſtentantes faces ſuas, immiſit Dominus gladium in omnibus caſtris, & mutua ſe cæde truncabant, fugientes vſq; ad Bettiſetta, & crepidinem Abelmehula in Tebbath. 3tiò Deniq; eadem clade perierunt Moabitæ & Ammonitæ, de quibus in hoc pſalmo. Cùm enim jubente rege Joſaphat cœpiſſent Leuitæ laudes canere, vertit DEus inſidias eorum in ſemetipſos, filiorum ſcilicet Ammon & Moab, & montis Seir, qui egreſſi fuerant, vt pugnarent contra Judam, & percuſſi ſunt. Namq; filij Ammon & Moab conſurrexerunt aduerſus habitatores montis Seir, vt interficerent & delerent eos: cumq; hoc opere perpetraſſent, etiam in ſemetipſos verſi mutuis concidere vulneribus 2. Paral. 20. *Victoria miraculoſa.*

IV. *Quid intendit propheta illis verbis:* PONE ILLOS VT ROTAM, ET SICUT STIPULAM ANTE FACIEM VENTI? ℞ aptiſſima ſimilitudine deſcribit inſtabilitatem & interitum impiorum, quæ procedunt ex juſto judicio DEI. Rota enim ſemper circumuoluitur, cùm ruit in præceps nec ad punctum temporis conſiſtere poteſt, & tandem tota confringitur; ſicut etiam ſtipulæ flante vento huc illucq; jactantur, donec diſſipatæ non ampliùs compareant. Ad hunc modum prædicit propheta per modum imprecationis, DEum acturum eſſe cum impijs perſecutoribus juſtorum: & reuera ſic fieri experientia teſtis eſt: nihil enim inſtabilius eſt proſperitate impiorum, & finis eorum mors æterna erit. *Proſperitas impiorum inſtabilis.*

V. *Quid prædicit verbis illis*: SICUT IGNIS, QUI COMBURIT SYLUAM, ET SICUT FLAMMA COMBURENS MONTES? ℞ prædicit velocitatem & facilitatem, qua DEus illos puniet: nam non contentus ſimilitudine venti diſſipantis ſtipulas: comparat iram DEI igni com-

barenti ligna ſyluarum, aut fœnum camporum. Sicut ignis, inquit, comburit ligna ſyluarum, inter quæ multa ſunt arida, & velociſſimè abſumuntur, & ſicut flamma comburens montes, id eſt, fœnum in montibus, præcipuè cùm ſiccum fuerit, ita perſequeris & perdes eos in tempeſtate tua, quod declarans addit, & in ira tua turbabis eos. Idem enim eſt tempeſtas & ira; vtrumq; enim juſtum DEi judicium ſignificat, quod inſtar vehementiſſimæ tempeſtatis & turbinis, cui reſiſti nullis viribus poteſt, impios percellet, conturbabit & diſſipabit. S. Aug. notat impios comparari montibus propter elationem & ſuperbiam; & lignis ſyluarum propter ſterilitatem, & carentiam fructuum bonorum, ob quæ jure ſempiternus ignis illis debeatur.

Pſalmus LXXXIII. Quàm dilecta tabernacula tua.

David è loco exilij ſub Abſolomo ſuſpirat ad templum Domini, anagogicè juſtus ad cœlum.

I. *Quanam altaria intelligit David* v. 4.? ℞ Bellarm. ſic explicat. Optauerat Sanctus Peregrinus domum cœleſtem; ſed interim dum ejus poſſeſſio differtur, conſolatur ſe, quòd vel nidulum in terris inuenerit, altaria videlicet Domini ſui: nihil enim habemus in terris, quod meliùs nobis repræſentet tabernaculum cœleſte, quàm ſacrum altare. Ibi enim adeſt multiplex memoria rerum cœleſtium: ibi quotidie immolatur agnus DEi, qui ſanguine ſuo aperuit credentibus regna cœlorum, ibi futuræ gloriæ nobis pignus datur: ibi DEo propiùs aſtamus, eiq; intentiùs ſupplicamus: ibi effundimus corda noſtra, & diuinas laudes deuotiùs & attentiùs quàm uſquam alibi decantamus. Alij altaria hîc intelligunt cœleſtia, imò quia tabernacula & atria, de quibus ſupra dixit Dauid, ſunt cœleſtia, ergo & altaria. Alludit enim ad tabernaculum Moſaicum. In atrio autem ejus erat altare holocauſtorum, in quo immolabantur victimæ: & in prima parte tabernaculi propriè dicti erat altare aureum, ſiue altare thymiamatis, in quo quotidie manè & veſperi thymiama incendebatur DEo, eo ipſo tempore, quo in altari holocauſtorum immolabatur juge ſacrificium, id eſt, agnus anniculus & immaculatus. 2dò particula cauſalis *etenim* oſtendit conjunctionem ſequentium cum præcedentibus, id eſt, altarium cum tabernaculis, & cum exultatione, quam dicit ſe habere in DEum viuum, ad quem anhelabat in cœlo ſe manifeſtantem. 3tiò ita explicat S. Hieron. hîc. Tabernacula, inquit, & atria & domus non ſunt in humili iſta terra, ſed in excelſo, hoc eſt, in regnis cœleſtibus,

Tabernacula vocantur altaria.

II. *Cur tabernacula, in quibus manent beati, vocantur altaria?* ℞. Altare dicitur quaſi alta ara: dicuntur ergo altaria illa tabernacula, quia alta & à mundanis eleuata & liberata: & ad ſolam contemplationem & laudem DEi deputata. Ita Valentia. 2dò tabernacula illa cæleſtia dicuntur altaria, propter oblationem perfectam, præſertim cùm in eis etiam Chriſtus interpellet pro nobis. ita Dionyſ. Carthuſ. Ingenioſè ait Ugo Card. dicitur cæleſtis patria, tabernacula, propter inhabitationem: atria propter latitudinem: domus propter quietem: nidus propter ſecuritatem, altaria propter perfectam oblationem.

III. *Quomodo per totam æternitatem poterunt Sancti DEum laudare?* ℞. prima ratio à priori eſt, quia eum tota æternitate amabunt. S. Aug. hîc. *Securi ſimus, fratres, non nos ſatiabit niſi laus DEi, amor DEi. Si deficias ab amore, deficies à laude. Si autem amor ſempiternus erit, quia illa inſatiabilis pulchritudo erit: noli timere, ne non poſſis ſemper laudare, quem ſemper poteris amare.* 2da ratio à priori eſt, quòd noua ſemper in infinito objecto videbunt Sancti laudanda & admiranda. Quantò, ait, plus intelligunt, plus agnoſcunt: tantò plus diligunt; tantò plus laudant, tantò ampliùs admirantur. Tertia ratio eſt à poſteriori in æternum Sancti DEum laudabunt, in ea laude non laſſabuntur, ſed delectabuntur.

A virtute ad virtutem ire.

IV. *A qua virtute ad quam virtutem eunt ſancti pergentes ad DEum?* ℞. Ab vna virtute ad aliam quamlibet, ſed præſertim perfectiorem, ſicut populus Iſraël ab vna manſione in manſionem, vt per variarum virtutum exercitium tandem veniant ad terram promiſſam & ad montem Sion, vbi templum exſtructum eſt, & DEus ſibi ſpecialem ſedem elegit. Theodoretus: Qui, ait, ſtudioſam vitam amplexi ſunt, à precibus in hymnorum cantilenam pergunt, & ab hymnorum cantilena in ſupplicationem, & ex illa in Diuinorum oraculorum lectionem, hinc in conſilia & admonitiones perfectorum hominum progrediuntur, & à virtute in virtutem tranſeuntes quotidie proprias diuitias augent. Ita ipſe.

Aſcenſiones in corde.

V. *Quid eſt aſcenſiones in corde ſuo diſponere?* ℞. Vias vel ſemitas ad aſcendendum. Alludit ad aſcenſum in templum, quod ſitum erat in monte. q. d. Beatus qui in corde ſuo ſemitas variarum virtutum, compunctionis, humilitatis, fiduciæ, charitatis diſponit, quibus paulatim aſcendat ad cæleſtem domum DEi, dum adhuc degit in hac *valle lacrymarum*, nempe *loco, quem* DEus ad id *poſuit*, ſeu deſtinauit. Ita Aug. E contra infelix, qui per varia ſcelera diſponit deſcenſiones ad infernum, inquit S. Hieron.

Pſalmus LXXXIV. Benedixiſti Domine terram tuam.

Orat, vt intuitu Chriſti plenè reconciletur DEus ijs, quos è Babylonica captiuitate liberârat.

I.

I. *Cur versus 5tus hujus psalmi*, CONVERTE NOS DEUS &c. *dicitur quotidie in Com-pletorio?* ℞ imò quia tota die conuersi fuimus ad creaturas, & varijs distenti negotijs vix o-culos ad DEum vertimus, par igitur est ratio, vt ad eum conuertamur mundi strepitu cessan-te. 2dò quia difficile est, quin contraxerimus toto die aliquem puluerem superbiæ, vt idcirco istis verbis humiliemus nosmetipsos & culpam agnoscamus implorando auxilium DEi in fu-turum, alterius psalmi sententiâ: nempe, *DEus in adjutorium meum intende* &c. 4tò dicitur hic versus sub vesperam, vt imploremus opem contra noctis insidias, dæmonum tenebras, ho-minis infinitas indigentias: quatenus diurno lumine jam recedente, mens ipsa ad DEum con-uersa luce gratiæ perfundatur, atq; ab omnibus sensibilibus rebus abstracta, intelligibili, in-commutabili, summoq; bono firmiter immergatur. *Mentis in Deum conversio.*

II. *Quomodo misericordia eluxit in Incarnatione?* ℞ quia venit Christus miserias no-stras videns esse sine remedio, nullus enim poterat satisfacere DEo offenso, tum ob vilitatem creaturæ, tum ob dignitatem infinitam DEi offensi. Præterea cùm terminus adæquatus In-carnationis sit DEus homo, nemo potuit illam mereri de condigno: itaq; fuit opus maximum misericordiæ DEi, se exinanire, & in similitudinem hominum apparere. *In Incarnatione misericordia.*

III. *Quomodo veritas, seu veracitas & fidelitas in promissis eluxit in Incarnatione?* ℞ quia DEus venit eo modo & tempore, quo se venturum patriarchis & prophetis promiserat, qui jam suis precibus & bonis operibus meriti erant de congruo, non quo ad ejus prædestinatio-nem, sed quo ad executionem, & quo ad alias circumstantias vt docet S. Thom. 3. p. q. 2. a. 11.

IV. *Quomodo justitia eluxit in Incarnatione?* ℞ quia Christus satisfecit patri æterno in rigore justitiæ pro peccatis totius generis humani. Opera enim ejus habuerunt valorem abso-lutè & simpliciter infinitum ad satisfaciendum & merendum apud DEum. Satisfactio enim crescit in valore ex dignitate personæ satisfacientis: sed persona satisfaciens in Christo est in-finitæ dignitatis, ergo &c.

V. *Quomodo pax in Incarnatione Christi eluxit?* ℞ Venit Christus, vt pacem faceret in-ter DEum & hominem, inter homines & Angelos, inter Judæos & gentiles, in regnis, pro-uincijs, ciuitatibus, domibus, inter reges & subditos, ciues ac magistratus, Dominos & seruos, & inter alios omnes. Coloss. 1. 19. *In ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare: & per eum reconciliare omnia per ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt*, id est, tam homines quàm Angelos, ait Corn. Eph. 2. 14. *Ipse pax nostra, qui fecit vtraq; vnum & medium parietem maceriæ soluens inimicitias in carne sua.* Quæ inimici-tiæ scilicet erant, veluti medius paries diuidens Judæos à gentilibus. Pacem abundantem per Messiam promiserat Isaias c. 2. 4. *Judicabit gentes, & arguet populos multos, & conflabunt gla-dios in vomeres, & lanceas suas in falces: non leuabit gens contra gentem gladium nec exerce-buntur vltra ad prælium*, & c. 66. 12. Hæc dicit Dominus: ecce ego declinabo super eam, quasi fluuium pacis.

Psalmus LXXXV. Inclina Domine aurem tuam.

David, allegoricè Christus, orat liberari ab hostibus, & prædicit con-uersionem gentium ad fidem.

I. *Quo sensu dicit David* v. 2. CUSTODI ANIMAM MEAM, QUONIAM SANCTUS SUM? ℞ Ideo peto conseruari vitam animæ meæ à te, quoniam tu eam mihi dedisti, tu me in sanguine filij tui justificasti, & per hoc viuificasti, qui in peccatis mortuus eram. Nam vt rectè dicit S. Aug. cùm quis per Sacramenta Christi justificatum se esse confidit, & ex gratia DEi Sanctum se nominat, non est superbia elati, sed confessio non ingrati, quod si quis dicere non audeat, sanctus sum, id est justificatus & mundatus, saltem dicere potest, sanctus sum, id est, fidelis sum, sanctæ religionis, & fidei professor sum, DEo per baptismum dedicatus & san-ctificatus sum.

II. *Quo sensu dicitur* v. 8. NON EST SIMILIS TUI IN DIJS DOMINE? ℞ Nemo est DEo similis, neq; in Essentia, neq; in potentia, neq; in sapientia, neq; in bonitate, non tantùm inter homines, sed etiam inter Deos, quod si per Deos intelligamus Deos falsos, nimirum ido-la & dæmones, de quibus dicitur ps. 96. *Dij gentium Dæmonia*; absolutè verum est, quod hîc dicitur: *non est similis tui in Dijs Domine:* quoniam idola oculos habent, & non vident, & ab hominibus pendent, vt sint, & vt custodiantur, & moueantur: DEus autem verus sine oculis corporalibus videt, & à nullo pendet, sed omnia ab ipso pendent. In ipso viuimus, mouemur & sumus. Act. 17. Dæmones autem ad imaginem quidem & similitudinem DEi facti sunt, sed per peccatum similitudinem perdiderunt. Si verò per Deos intelligamus Deos per participatio-nem potentiæ, & auctoritatis, quales sunt principes & Judices terræ; vel per participationem sapientiæ & justitiæ, quales sunt omnes homines justi; vel per vtramq; participationem, qua-les sunt Angeli sancti, tunc id, quod dicitur, non est similis tui in Dijs Domine, intelligendum erit de similitudine perfecta, quæ requirit æqualitatem: illi enim sunt perfectè similes in poten-tia, vel sapientia, vel justitia, qui sunt æquè potentes, æquè sapientes, & æquè justi. Constat

autem, DEum esse infinito modo potentiorem, sapientiorem & justiorem omnibus Angelis, & hominibus: proinde verum est, non esse vllum similem DEo in participatione, nisi imperfecta, & inæquali similitudine.

III. *De quo tempore intelligendus est versu* 9. OMNES GENTES QUASCUMQUE FECISTI, VENIENT ET ADORABUNT CORAM TE DOMINE? ℞ hoc partim impletum est in Ecclesia Christi, partim implebitur in die judicij. Nam quamuis tempore Dauidis, alij essent Dij Moabitarum, alij Ammonitarum, alij Philistinorum, alij aliarum gentium; tamen aduenientе Christi Euangelio in omnibus gentibus idololatria cessare, & veri DEi cultus exerceri cœpit. Itaq; omnes gentes venerunt, id est, ex omnibus gentibus venerunt, & relictis Dijs falsis, DEum verum adorauerunt: sed in die judicij omnes omnino homines, nullo excepto, apertissimè cognoscent, Deos gentium fuisse Dæmonia, vel inania simulachra, & velint nolint curuabunt genua coram Domino, & implebitur illud Isaiæ 45. *Mihi curuabitur omne genu.*

Infernus inferior.

IV. *Cur gehenna dicitur infernus inferior.* v. 13? ℞ Duplicem rationem dat Aug. vnam, quòd terra hæc plena periculis sit infernus quidam respectu cœli, sed superior respectu gehennæ; alteram, quòd in ipso inferno subterraneo sit pars superior, in qua erat Lazarus in sinu Abrahæ requiescens, & inferior, in qua diues epulo cruciabatur in flammis. Addit S. Hieron. infernum inferiorem dici gehennam respectu peccati, qui est infernus quidam, sed quasi superior.

V. *Quid petitur verbis illis* v. 16. DA IMPERIUM PUERO TUO? ℞ Peto vt miserearis mei, vt non præualeant hostes tam multi in seruum tuum, sed contra des seruo tuo robur & fortitudinem ad eos vincendos & subjiciendos, & hoc modo saluum fac me filium ancillæ tuæ, ab eorum siue occultis insidijs, sine manifestis persecutionibus. Pro voce *imperium* in Hebræo est, robur siue potentiam, ex quo patet, non peti hoc loco regnum aliquod, aut imperium, prout sonat verbum latinum, sed peti gratiam fortiter resistendi hostibus, & illos subjiciendi atq; vincendi.

Signum in bonum.

VI. *Quodnam est illud signum, quod Dauid petit* v. 17. FAC MECUM SIGNUM IN BONUM? ℞ S. Hieron. dicit esse signum crucis Christi: illud enim est signum in bonum, quia signum redemptionis, & cùm illud aspiciunt dæmones, qui nos oderunt, sine dubio confunduntur. S. Aug. exponit hunc locum de signo, quod apparebit in die nouissimo, quod erit in bonum electis, & eo viso confundentur omnes inimici nostri. Alij intelligunt de signo, quod accepit ab Isaia c. 7. Rex Achaz, cùm ei dictum est, *dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce virgo concipiet & pariet filium* &c. Hoc enim signum verè in bonum fuit Dauidi, cujus filius futurus erat Messias, & toti mundo, qui per Christum ab omnibus hostibus liberandus erat. Fortè vocatur hoc loco signum in bonum inquit Bellarm. lætitia spiritualis, quam initio petijt Dauid, cùm ait, *lætifica animam serui tui* hæc enim lætitia in homine justo, atq; in tribulatione posito signum clarissimum est gratiæ DEi, & hoc signo conspecto confunduntur non solùm dæmones, sed etiam omnes alij persecutores, & tunc sensus erit. Fac mecum signum in bonum, id est, da mihi gratiam spiritualis lætitiæ, quæ etiam ipsa vultus mei serenitate resplendeat: & videant, qui oderunt me hoc signum patientiæ & tranquillitatis animæ meæ & confundantur: quoniam tu Domine adjuuisti certantem, & consolatus es mœrentem, & tristitiam in gaudium internum jam conuertisti.

Psalmus LXXXVI. Fundamenta ejus in montibus sanctis.

Sub allegoria terrenæ Jerosolymæ florentis, populosæ, munitæ, depingit Ecclesiam Christi tum militantem, tum triumphantem.

Fundamenta Ecclesiæ.

I. *Quænam sunt fundamenta Ecclesiæ*? ℞ imò fundamentum Ecclesiæ tam triumphantis, quàm militantis est Christus: imò est fundamentum fundamentorum, vt eum hîc vocat S. Aug. 2dò, fundamenta Ecclesiæ sunt Apostoli & prophetæ Eph. 2. 20. superædificati super fundamentum Apostolorum & prophetarum, id est, super Apostolos & prophetas, qui sunt fundamentum Ecclesiæ, ait Corn. Apostolorum enim & prophetarum fidei, doctrinæ, prædicationi, institutioni quasi fundamento Ecclesia incumbit: Christus est fundamentum fundamentorum, quod seipso consistit, omnia sustentat, ipsóq; Apostolos. Apostoli verò sunt secundaria fundamenta. S. Aug. hîc, quare, inquit, sunt fundamenta Apostoli & prophetæ? quia eorum Auctoritas portat infirmitatem nostram. 3tiò fundamenta Ecclesiæ sunt virtutes variæ, fides, spes, charitas, justitia &c.

Fundamenta in montibus.

II. *In quibus montibus posita sunt fundamenta Ecclesiæ*? ℞ imo si agitur de Ecclesia militante, fundamenta ejus à Christo posita sunt in varijs montibus, præcipuè in Sione monte, & in monte Moria, in hoc quidem docens in templo, in illo instituens Eucharistiam in domo Joannis, qui cognominatus est Marcus; fuitq; socius Sanctorum Pauli & Barnabæ in professione & prædicatione Euangelij: in eadem domo apparuit discipulis post resurrectionem; ibi orantes Apostoli receperunt Spiritum Sanctum, & legem Evangelicam promulgarunt. Item in

monte

monte Oliueti posuit fundamenta Ecclesiæ, quia ibi sæpiùs orauit, ibi sudauit sanguinem & in cœlum ascendit. 2dò Si de Ecclesia triumphante agitur, habet fundamenta in montibus Sanctis, id est, in cœlis, qui ob excelsitatem & soliditatem montes dicuntur. 2dò ciuitas cœlestis à S. Joanne visa est in monte Apoc. 21. 10. *Sustulit me in spiritu in montem magnum & altum, & ostendit mihi ciuitatem sanctam.* Alludit ait Corn. ad Isaiæ c. 2. v. 2. *Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium.*

III. *Quomodo intelligendus* v. 4. ECCE ALIENIGENÆ ET TYRUS ET POPULUS ÆTHIOPUM, HI FUERUNT ILLIC? ℟ idem est, ac erunt ciues illius ciuitatis DEi, ponitur præteritum propheticè pro futuro. Est hic synecdoche, hæ enim gentes paucæ Judæis notæ ponuntur pro omnibus totius orbis gentibus, quæ in Ecclesiam Christi admittuntur. Est enim Catholica, id est vniuersalis. Hoc prædixit Isaias c. 2. vbi agens de monte posito in vertice montium, id est de Ecclesia, ait v. 2. *fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi & dicent: venite, & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob.*

IV. *Quid est Rahab* v. 3.? ℟ Theodoretus intelligit de meretrice seu cauponaria, quæ hospitio excepit duos exploratores missos à Josue in vrbem Jericho. Hæc enim fuit typus Ecclesiæ ex gentilibus conflatæ, & fornicationem cum idolis deserente, Tirinus per Rahab intelligit Ægyptios, vt vertit Chaldæus, qui à suo rege Rahab, id est, superbo, sic vocari videntur. Hieron. vertit *superbiæ* q. d. in hac Ecclesia etiam superbi Ægyptij & Babylonij scient, agnoscent & colent, vnde & ego vicissim eos agnoscam & memor ero illorum, Porrò meretrix Rahab hîc non potest intelligi, vt vult Theodor. quia hæc scribitur per *ch.*

V. *Quis est sensus* v. 5. NUMQUID SION DICET HOMO, ET HOMO NATUS EST IN EA, ET IPSE FUNDAUIT EAM ALTISSIMUS? ℟ cum S. Hieron. Aug. Bellarm. numquid Sion dicet homo, id est, num fieri poterit, vt homo aliquis dicat Sioni rem tam nouam, tam admirandam, & inauditam à sæculo. Et homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus, id est, numquid significabit aliquis ipsi Sioni, quòd homo natus sit in ea, & ipse idem fundauerit eam; cùm sit altissimus. Hinc potissimum gloriosa dicta sunt de ea, quòd ciuis ejus esse voluerit secundùm naturam humanam, qui fundator ejùs est secundùm naturam diuinam.

VI. *Cur Christus dicitur natus esse in Sione seu Jerusalem, cùm constet eum natum esse in Bethlehem*? ℟ Natus dicitur in Sion, quia Bethlehem erat subjecta Sioni metropoli, à qua non multùm aberat. Deinde Christus dicitur natus in Sion, ratione parentum suorum: Dauidis scilicet, Salomonis, & aliorum regum, qui ibi nati sunt. Deniq; Christus natus est in Sion; id est, in Ecclesia, quæ ab initio mundi incepit, atq; ad ejus finem durabit à Deo ipso fundata. In hoc psalmo agitur præsertim de Sione spirituali, hoc est Ecclesia: in typis autem sicut in parabolis, aliqua ponuntur, quæ magis typo & figuræ, alia quæ magis rei figuratæ conueniunt. *Christus natus in Sion.*

VII. *Quænam sunt scripturæ populorum & Principum, in quibus Dominus narraturus est, quòd homo natus sit in Sione, qui simul sit fundator ejus*? ℟ 1mò Bellarm. censet esse librum vitæ, in quo scripta sunt nomina electorum, qui liber legendus est à Christo in die judicij. 2dò & veriùs scripturæ populorum & principum sunt scripturæ à DEo nobis datæ: id est vetus & nouum testamentum. Dicuntur autem scripturæ populorum & principum 1mò, quia ibi scripti sunt populi & principes, ex quibus oriturus erat Christus, & quos ad se erat vocaturus. 2dò quia leges ibi positas sequi debent non tantùm plebeij, sed etiam principes. 3tiò quia Apostoli & prophetæ, qui sunt Ecclesiæ principes, eas scripserunt. *Scripturæ populorum & principũ*

VIII. *Cur propheta describens gaudium habitantium in cœlesti Jerusalem, ait futurum* SICUT LÆTANTIUM v. 7.? ℟ S. Aug. ait, non esse dictum, *lætantium*, sed quasi lætantium, ne putaremus lætitiam patriæ esse lætitiam, qualem hîc videmus in filijs hujus sæculi, qui lætantur in acquisitione auri & argenti, vel in carnalibus delitijs, aut alijs ejusmodi rebus. Erit ergo habitatio in cœlesti Jerusalem similis habitationi, vbi conuiuium, vel nuptiæ cum lætitia & canticis jucundè celebrantur, sed non erit eadem causa lætitiæ hîc & ibi, ac si diceretur, non erit habitatio tripudiantium & potantium, sed sicut tripudiantium & potantium; neq; erit habitatio lætantium in nuptiali conuiuio, sed sicut lætantium in nuptiali conuiuio.

Psalmus LXXXVII. Domine DEus salutis meæ.

Querimonia est hominis extremè afflicti v. g. Christi patientis, inquit S. Aug. & Hieron.

I. *Quis est sensus tituli hujus psalmi: Canticum psalmi Filijs Core, in finem, pro Mahelet ad respondendum, intellectus Eman Ezrahitæ*? ℟ Canticum psalmi, siue cantandus psalmus datus cantoribus filijs Core, ad illum cantandum & frequentandum vsq; ad finem sibi alternatim in choris respondendo, *pro Mahelet*, putant Interpretes fuisse instrumentum Musicum. In eo autem psalmo proponitur cantanda Eman Ezrahitæ res plena eruditionis, intelligentiæ & mysterij. Ubi aduerte Eman & Ethan fuisse sapientissimos, vnde 3. Reg. 4. 31. dicitur: *Erat sapien-*

tior cunctis hominibus: sapientior Ethan Ezrabitæ, & Heman. Et hoc dicitur, ait Valentia, quia isti fuerunt magistri Salomonis: qui declarabant ipsi Salomoni intelligentiam psalmorum ipsius Dauid & totius sacræ scripturæ, Sed postea Salomon superauit omnes in scientia & sapientia.

II. *Quomodo intelligenda verba illa,* DOMINE DEUS SALUTIS MEÆ, IN DIE CLAMAVI, ET NOCTE CORAM TE? ℟. Christus clamauit in die, id est totâ vitâ suâ: & in nocte, id est, tempore passionis: 2. clamauit in die existens in cruce: & in nocte, cùm in horto dixit Matt. 26. 39. Pater si possibile est, transeat à me calix iste.

Anima Christi repleta malis

III. *Quando & quomodo anima Christi repleta fuit malis?* ℟. In cruce, quia tunc verè fuit saturatus opprobrijs atq; doloribus. Hinc clamauit ps. 21. 1. *DEus DEus meus quare me dereliquisti, longè à salute mea verba delictorum meorum.* Tunc erat morti & inferno, id est, limbis, ad quos descendit, proximus. Ps. 122. 4. se quoq; saturatum fuisse opprobrijs dicit: *Multùm repleta est anima mea: opprobrium abundantibus* supple fui, *& despectio superbis.*

Vita Christi inferno appropinquauit.

IV. *Quomodo vita Christi inferno appropinquauit?* ℟. Non esse sensum, quòd Christus fuerit proximus damnatorum inferno, aut quòd ejus pœnas sustineret, aut sustinere deberet postea, sicut blasphemat Calvinus. Nam, vt docet Suarez tom. 2. in 3. p. q. 46. disp. 33. sect. 2. Si loquamur de interiori tristitia, quæ prouenire potest ex malo pœnæ proprio, certum est naturalem tristitiam, quam Christus habuit de malis, quæ passus est, non fuisse tam vehementem ex parte objecti, seu secundùm speciem suam, sicut est tristitia, quam damnati habent de suo statu, ac perditione. Et ratio est manifesta, quia illa tristitia oritur ex malo pœnæ alterius ordinis & rationis: nimirum ex pœna damni, & amissione æternæ beatitudinis, & habet conjunctam desperationem salutis; sicut gaudium beatorum cum certa & inamissibili possessione conjunctum est: Tristitia verò Christi de proprio malo pœnæ solùm fuit de malo temporali & humano, ergo sunt hæ tristitiæ diuersarum rationum, & illa est specie multò acerbior, sicut malum ipsum, quo nititur, est longè majus. Nam actus proportionatus est objecto suo & effectus causæ. Ita Suarez. Qui deinde probat, non fuisse etiam tam intensam tristitiam Christi, quàm est intensa tristitia damnatorum, quia elicita est tantùm secundùm vires naturales Christi: at in damnatis præter vires naturales, cogentur diuina virtute, vt eo vehementiorem tristitiam sentiant, quò majori pœna digni sunt.

Christus inter mortuos liber.

V. *Quomodo Christus dicitur inter mortuos liber* v. 5.? ℟. Quem nemo in inferno vincit: sed qui vinctorum catenam propria virtute laxauit, ita S. Hieron. Aug: & alij, q. d. factus sum & æstimatus ab imperitis & maleuolis hominibus velut homo sine adjutorio, cùm tamen sim inter mortuos liber; qui potens sim me & alios pro voluntate à morte suscitare.

VI. *Quo sensu dicitur* v. 6. SICUT VULNERATI DORMIENTES IN SEPULCHRIS, QUORUM NON ES MEMOR AMPLIUS? ℟. Sicut alij vulneribus occisi, & in sepulchris jacentes sopore mortis oppressi. Quorum non es memor amplius, id est, quorum tu DEus curam, quam de hominibus habes deposuisti, cùm ampliùs non sint inter homines, *& ipsi de manu tua repulsi sunt,* id est, ideo tu DEus oblitus es eorum, quoniam à manu prouidentiæ tuæ repulsi sunt, cùm non sint ampliùs in rerum natura. Vbi non dicit propheta, corpora defunctorum non pertinere ad curam DEi, sed homines mortuos, quia homines mortui non sunt homines, neq; indigent victu, vestitu alijsq; rebus, quibus indigent homines. Porrò Christus etiamsi in triduo mortis non fuerit homo, & verè vulneribus occisus jacuerit in sepulchro; tamen valde dissimilis erat alijs omnibus, quoniam ipse se resuscitare poterat, quod nulli alij possunt. *Posuerunt me in lacu inferiori,* id est, inimici mei, qui me occiderunt, fecerunt, vt descenderem ad inferiores partes terræ secundùm animam, qui jacebam secundùm corpus occisus in sepulchro.

Oculi Christi languebant.

VII. *Cur Christi oculi languebant* v. 10? ℟. imò ob lacrymas, quas excutiebat vehementia passionis, & Judæ ac Petri lapsus, Judæorumq; & aliorum peccatorum scelera. 2dò ob sanguinem decurrentem. S. Brigitta l. 1. Reuelat. c. 10. & l. 4. c. 74. ait sibi reuelatum esse, ob sanguinem defluentem, ex cruentatione coronæ spineæ, non potuisse Christum videre circumstantes, nisi abstergeret oculos: & in cruce, nisi sanguinem exprimeret compressione ciliorum.

Terra obliuionis.

VIII. *Quæ est terra obliuionis* v. 14.? ℟. Est sepulchrum, in quod conjecta corpora memoriam nullius rei habent, & omnium rerum obliuiscuntur, cùm animâ careant, in qua sola est vis memoriæ.

Psalmus LXXXVIII. Misericordias Domini.

Canit promissum Dauidi in Christo ejus filio regnum æternum. Unde miratur populum ejus tot jam malis ab hoste affligi.

Misericordia multa in Deo.

I. *Utrum in DEO sint multæ misericordiæ?* ℟. Essentialem in DEO misericordiam vnam esse: plures tamen dici posse secundùm varios effectus. Dionys. Carthus. sic explicat: dulcissimum planè exordium, & omni mundana, carnali, & vana voluptate vehementer suauius.

Non

Non ait miſericordiam Domini ſed miſericordias, quoniam ſecundùm multitudinem miſerationum noſtrarum multiplicatæ ſunt ſuper nos miſericordiæ Domini. Miſericordia autem DEI interdum vocatur ipſa pietas diuinæ naturæ, quæ naturaliter clemens eſt, & iſta miſericordia non eſt niſi vna, ſicut diuina eſſentia: quandoq; verò miſericordia DEI nominatur effectus pietatis diuinæ, ſicut Raphael ait, Tob. 12. 6. *Benedicite DEum cæli, quia fecit vobiſcum miſericordiam ſuam.* Et vtroq; modo accipi poteſt hoc loco miſericordia Domini: ſi in primo modo accipiatur, tunc vna ac ſimplex miſericordia DEi pluraliter explicatur propter multiplices effectus, DEus enim mille modis nouit ſuis miſericorditer auxiliari. Eritq; ſenſus, miſericordias Domini, id eſt, ipſum DEum naturaliter miſericordem, ſeu pietatem diuinam multipliciter miſerentem in æternum cantabo: hoc eſt, indeſinenter laudabo, nunc inchoatiuè, & in futuro completiuè. Si verò miſericordiæ Domini jam dicantur effectus & opera miſericordiſſimi Creatoris, ſenſus erit, q. d. miſericordias Domini, hoc eſt, dona gratiæ ſeu beneficia DEi, & multiplicem ſuæ bonitatis effectum tam mihi quàm toti humano generi impenſum in æternum cantabo.

II. *De quo intelligenda ſunt illa* verba: *Jurauí Dauid ſeruo meo: vsq; in æternum præparabo ſemen tuum: & ædificabo in generationem & generationem ſedem tuam*, id eſt thronum tuum ſeu regiam poteſtatem? ℟. De Chriſto, qui futurus erat de ſemine Dauid, & regnaturus in æternum. Declarauit hoc Iſaias c. 9. vbi ait, multiplicabitur ejus imperium, & pacis non erit finis: ſuper ſolium Dauid, & ſuper regnum ejus ſedebit, vt confirmet illud, & corroboret in judicio & juſtitia, à modo, & vsq; in ſempiternum. Id etiam declarauit Angelus Gabriel Luc. 1. Dabit illi Dominus DEus ſedem Dauid patris ei9, & regnabit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis. Neq; poſſunt hæc intelligi de regno temporali, quod jam dudum eſt euerſum, ſed de regno ſpirituali & ſempiterno.

III. *Quomodo Chriſtus vocatur primogenitus?* v. 27. ℟ Etiam vnigeniti vocantur primogeniti. Et hoc patet in ipſo Chriſto, qui ſecundùm diuinam naturam eſt vnicus filius DEi, & tamen ſub nomine ſapientiæ increatæ loquens dicit Eccli 24. 5. *Ego ex ore altiſſimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam.* Erat quoq; vnigenitus Mariæ, & tamen dicitur Matt. 1. v. 25. *Peperit filium ſuum primogenitum.* Tres autem ob cauſas Chriſtus homo eſt primogenitus, 1mò quia eſt primus in prædeſtinatione diuina, in primo enim decreto ſtatuit DEus filium ſuum incarnari, & omnibus gratiæ & gloriæ donis exornari, & ab eo velut capite in alios illa deriuari. In 2do decreto voluit nos illi conformes fieri Rom. 8. v. 29. 2dò Dicitur Chriſtus primogenitus, quia primus reſurrexit ad vitam immortalem Coloſſ. 1. v. 18. *Ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principium, primogenitus ex mortuis.* *Chriſtus primogenitus.*

IV. *Quænam miſericordia & quod teſtamentum in æternum Chriſto ſeruabuntur?* ℟ det Bellarm. in æternum ſeruabo illi miſericordiam meam, id eſt, miſericordia, qua illum prædeſtinaui, & elegi ante ſæcula, vt eſſet filius DEI in virtute, primogenitus & excelſus præ regibus terræ ſemper manebit; non enim ſoluetur vnquam vnio hypoſtatica humanitatis cum Verbo, ac per hoc ſemper erit ille homo Chriſtus filius DEI primogenitus, & excelſus præ regibus terræ, & teſtamentum meum fidele ipſi, id eſt, pactum meum cum ipſo de ſtabiliendo regno ejus in æternum fideliter ſemper obſeruabitur. Expreſſit hanc promiſſionem Angelus Gabriel Luc. 1. cùm ait, *& regni ejus non erit finis.*

V. *Quomodo thronus Chriſti eſt ſicut dies cæli* v. 29? ℟ 1. Thronum ſumi metonymicè pro regno. 2dò thronum ejus ſeu regnum eſſe ſicut dies cœli. 1mò quia eximio & diuino ſplendore irradiat. 2dò ob ejus æternitatem. S. Aug. in hunc pſalmum, dies cœli & dies terræ ſic diſtinguit: quòd dies cœli ſint æterni, dies terræ ſint temporales & volubiles [nemo ibi expectat futurum, nemo ibi perdit præteritum: ſed dies cœli ſemper præſentes ſunt, vbi erit thronus ejus in æternum.]

Pſalmus LXXXIX. Domine refugium factus es nobis

Inducitur Moyſes deplorans vitæ humanæ breuitatem, & multiplices ærumnas ex peccato, oranſq; hæc corrigi per Chriſtum.

I. *Quid precatur propheta verbis illis* v. 3. NE AVERTAS HOMINEM IN HUMILITATEM? ℟ precatur DEum, vt non ſinat humanum genus abire in extremam vilitatem & ruinam, Videbat enim hominem per peccatum primi hominis auerſum à DEo præcipitem ruere in deterius ideo clamat, *ne auertas hominem in humilitatem*, id eſt, ne ſinas auerti humanum genus à lumine vultus tui ad vilitatem & abjectionem extremam, vt oblitum veri boni amplectatur terram & lutum ſæcularium deſideriorum, & per ea demergatur in interitum ſempiternum:

II. *Eſt ne homo herba & flos tranſiens?* ℟. affirmatiuè. Job. 14. *Quaſi flos egreditur & conteritur.* Nicolaus S. Bernardi Notarius id meditans ait ep. 49. Egreditur Job & conteritur, quia vnde incipit viuere, inde incipit mori. Quotidie enim morimur, S. Greg. l. 11. Moral. *Homo herba & flos tranſiens.*

c. 26

c. 26. Qui quaſi flos egreditur, quia nitet in carne, ſed conteritur, quia redigitur in putredinem, quid enim ſunt nati homines in mundo, niſi quidam flores in campo? tendamus oculos cordis in hanc latitudinem mundi præſentis, & ecce quaſi tot floribus, quot hominibus plenus eſt. Vita itaq; in carne, flos in fœno eſt. Vnde bene pſ. 102. *Homo ſicut fœnum dies ejus: tanquā flos agri, ſic efflorebit. Veſpere decidat, induret & areſcat.* S. Aug. hîc: Decidat, inquit, in mortem, dureſcat in cadauere, areſcat in puluere. Veſperam illam ſentiebat, qui dicebat, pſ. 101. 12. *Dies mei ſicut vmbra declinauerunt, & ego ſicut fœnum arui.* Juſtorum dies à veſpera incipit, & in lucem matutinam ac ſemper duraturam terminatur. Gen. 1. 5. *Factum eſt veſpere & manè dies vnus.* Contra verò à flore incipiunt impij & in ariditatem deſinunt. Job 8. 11. Ait Baldad Suhites: *numquid viuere poteſt ſcirpus absq; humore? aut creſcere carectum ſine aqua?* & v. 12. *Cùm adhuc ſit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas areſcit. Sic viæ omnium, qui obliuiſcuntur DEum, & ſpes hypocritæ peribit.*

Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur.

III. *Quomodo* ANNI NOSTRI SICUT ARANEA MEDITABUNTUR v. 10? ℟. Meditatis laboribus ſe cruciabunt, meditatione continua ſe exercebunt. Sumitur enim actiuè hoc verbum, non paſſiuè. Eſt autem metonymia: anni enim ponuntur pro hominibus meditantibus varia lucra, ſed vana, in vita ſua. Vel eſt metaphora, tribuitur enim annis meditatio, ſicut diei locutio, cùm dicitur pſ. 18. 3. *dies diei eructat verbum:* & dies poſterior prioris diſcipulus eſt. Anni noſtri & nos ipſi ſimiles ſumus araneæ, quia in rebus inutilibus ſæpè laboramus. S. Aug. in hunc pſalmum. Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur. In rebus corruptibilibus laborabamus, corruptibilia opera texebamus, quæ nos ſecundùm Iſaiam prophetam minimè contegebant. ita Aug. Sap. 3. 11. *Vacua eſt ſpes illorum, & labores ſine fructu & inutilia opera eorum.*

Poteſtas iræ Dei.

IV. *Quæ eſt poteſtas iræ Dei* v. 13? ℟. Poteſtas iræ DEi eſt ejus vis & efficacitas tanta, vt illi nemo poſſit reſiſtere, nemo illam ferre, nemo illam explicare. Hoc ſancti omnes profitentur. Job. c. 9. 13. *DEus, cujus iræ nemo reſiſtere poteſt, & ſub quo curuantur, qui portant orbem.* Et c. 26. 11. *Columnæ cœli contremiſcunt, & pauent ad nutum ejus.* Joel. 2. 11. *Magnus dies Domini & terribilis valde: & quis ſuſtinebit eum.* Soph. 3. 8. *Effundam ſuper eos indignationem meam, omnem iram furoris mei: in igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra.*

Pſalmus XC. Qui habitat in adjutorio Altiſſimi.

Fiducia in DEum, contra hoſtes, & mala omnia tutiſſimum eſt azylum.

Verbum aſperum.

I. *Quod eſt verbum aſperum,* à quo ſe liberatum ait Dauid v. 3.? ℟ Verbum aſperum eſt inſultatio ipſorum venantium, hoc eſt, dæmonum in captam prædam involantium, & ſe mutuò ad illam diſcerpendam hortantium, ita S. Bern. Serm. 3. in pſ. 90. Quod eſt hoc verbum, ait, niſi illud inſatiabilis gehennæ: affer, affer, percute, dilacera, citò interfice velociter ſpolia detrahe. Quid eſt verbum aſperum, niſi: Tollatur impius, ne videat gloriam DEi. Quomodo exultant venatores captâ beſtiâ & clamant: Tolle, tolle, infige verubus, infer prunis, & malè bullientibus impone lebetibus. Verbum aſperum fuit, quod protulit domus exaſperans populus Judæorum, crucifige, crucifige. ita Bern. Eccli 51. 4. Liberaſti me ſecundùm multitudinem miſericordiæ nominis tui *à rugientibus præparatis ad eſcam,* de manibus quærentium animam meam, & de portis tribulationum, quæ circumdederunt me.

Alæ Dei.

II. *Quæ ſunt alæ DEi, quibus ſeruos ſuos obumbrat?* ℟ Titelm. Ludolph. & alij per alas DEi intelligunt ejus potentiam, & miſericordiam, nec immeritò, q. d. DEus ipſe, in quo habet fiduciam, ſuæ potentiæ fortitudine tibi obumbrabit, quaſi ſcapulas ſuper te expandet, ſuum auxilium ſuper te faciet apparere, vt nocumenti nihil ad te poſſit pertingere: quomodo cùm pater ſcapulas ſuas & humeros objicit pro filio, vt is, qui parvulo nocere cupit, non poſſit, obſtaculum præbentibus latis obumbrantis patris humeris.

Timor nocturnus.

III. *Quid eſt timor nocturnus, quem non timent Sancti?* ℟ Timor ponitur pro re timenda, actus ſcilicet pro objecto, eſtq; metonymia. Timor nocturnus eſt omne periculum nocturnum q. d. qui in DEo ſperat, nec nocturna nec diurna timet pericula. Homines pleriq; ſolent terroribus nocturnis conquaſſari, ſiue naturali imbecillitate propriæ imaginationis, ſiue ſomniorum triſtium ac turpium objectu, ſiue terriculamentis de induſtria excitatis. S. Aug. l. 20. Confeſſ. c. 30. deplorat in ſe fœda ſomnia. S. Hieron. ep. 22. ait, ſomniantem ſe exiſtimaſſe intereſſe ſe choreis Romanarum puellarum, cùm procul in medijs Ægypti ſolitudinibus æſtuaret. DEus ab illis timoribus nocturnis ſeruat, imò dans quietum ſomnum prov. 3. 24. *Si dormieris, non timebis* &c. 2dò DEus dat cuſtodes in nocte. Hoc figuratur in Salomone Cant. 3. 8. *En lectulum Salomonis 60 fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael, omnes tenentes gladios, & ad bella fortiſſimi: vniuſcujuſq; enſis ſuper femur ſuum, propter timores nocturnos.* Illi fortiſſimi cuſtodes ſunt Angeli, qui mentes DEo dicatas diu noctuq; cuſtodiunt.

Sagitta volans in die.

IV. *Quænam eſt ſagitta volans in die.* v. 6.? ℟ Imò Sagitta volans in die eſt inanis gloria in

is in luce sibi applaudens. Ita S. Bern. Serm. 33 in Cant. 2dò Sagitta volans in die & luce est llusio Dæmonis sub specie boni ac virtutum illudentis, & se transfigurantis in Angelum lucis. 3tiò Sagitta volans, sunt subiti & inopinati casus & pericula, quæ instar sagittarum ex improuiso involant, & enecant hominem, vt sunt veneficia sagarum, venena hostium, gladij latronum, subitæ pestes & alij morbi.

V. *Quid est negotium perambulans in tenebris?* ℟. ad literam esse, quicquid in obscuris tenebris subrepens ex improuiso perniciosum ingruit, siue sint latrones, siue lemures & larvæ, siue quid aliud. S. Aug. per negotium ambulans in tenebris intelligit vehementiores persecutiones, quæ terrent ignorantes, id est, nondum firmos in fide, nec scientes, quòd ad hoc sunt Christiani, vt futuram vitam sperent: cùm cœperint terreri de malis temporalibus, putant, quòd deseruit illos Christus, & sine causa sunt Christiani. *Negotium perambulans in tenebris.*

VI. *Quodnam est dæmonium meridianum?* ℟. ad literam esse omnem aggressorem robustum & potentem, qui non timet in ipso meridie nocere & lædere. Quoniam enim Dæmon princeps est omnium iniquorum & malefactorum, rectè transfertur hoc nomen ad omnes iniquos & malefactores, præsertim audaces & robustos. Ita Bellarm. & S. Aug. qui sic loquitur: quare dixit in meridie? quia multum feruet persecutio, majores æstus dixit meridiem. Potest dæmonium meridianum dici spiritus luxuriæ, qui tempore meridiano sæuit acrius, à gula adjutus. Eo tempore Dauid victus est à luxuria 2. Reg. 11. 2. Surgens enim de strato suo post meridiem, & deambulans in solario, seu tecto domus regiæ, vidit mulierem se lauantem ex aduerso, & eam aduocans peccauit. *Dæmonium meridianū.*

VII. *Quinam cadunt à latere & dextera justorum v. 7.?* ℟. imò. Euth. hoc explicat de sagittis hostium, q. d. si habitaueris in altissimi auxilio, cadent quidem à sinistra tui parte mille sagittæ, à dextera autem decem millia, & tamen non attingent. 2dò Aug. & Bellarm. explicant de commilitonibus viri justi, & in DEi adjutorio habitantis, q. d. cadent in hoc prælio ex commilitonibus mille à latere, & 10. millia à dexteris, ad ipsum autem non appropinquabit, neq; timor nocturnus, neq; sagitta volans in die, neq; negotium perambulans in tenebris, neq; dæmonium vastans & sæuiens in meridie. 3tiò & meliùs de hostibus exponunt S. Basil. Theodor. & alij. q. d. Si in acie cum hostibus manus conserueris, & in densissimos cuneos te immiseris, cadent à latere tuo sinistro mille hostes, & decem eorum millia à dextera tua; tu verò illæsus periculum sine vllo incommodo euades. Sensum hunc verum esse docent sequentia. Verumtamen oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorum videbis, ante te prostratorum scilicet atq; mactatorum.

VIII. *An verba illa v. 11.* QUONIAM ANGELIS SUIS MANDAUIT DE TE, UT CUSTODIANT TE IN OMNIBUS VIIS TUIS, de Christo dicantur, sicut diabolus vsurpauit illa suadens præcipitium de pinnaculo templi ad quod eum tulerat? ℟. S. Hieron. Aug. Chrysost. Anselm. & alij negant hæc de Christo dici, sed de quolibet justo. Christus enim non habuit custodem Angelum, quia ob vnionem hypostaticam DEus est, & ipsos custodit Angelos. Abusus est Lucifer Christum tentans, vt illum incitaret ad præcipitium: sed acutè dicit S. Bern. in eum insurgens Serm. 14. in ps. 90. Quid mandauit? nempe quod in psalmo sequitur: vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Numquid in præcipitijs? qualis via hæc de pinnaculo templi mittere se deorsum? Non via hæc, sed ruina: & si via, tua est, non illius. Ita Bern.

IX. *Quomodo de Angelis dicitur,* IN MANIBUS PORTABUNT TE? ℟. est catechresis, Angeli enim cùm sint puri spiritus & immateriales, carent manibus. Manus autem Angelorum ait Bellarm. sunt intellectus & voluntas: siue sapientia & potentia. Nam intelligendo & volendo omnia faciunt. Lapides in via, sunt omnia impedimenta, quæ occurrunt in hac vita, siue temporalia, siue spiritualia: scandala, tentationes, persecutiones & similia. Pedes, quibus ad lapides offendere solemus, sunt affectus humani. Pes tuus, inquit S. Bern. Ser. 13. affectio tua est. Et S. Aug. in ps. 94. Pedes nostri, inquit, in hoc itinere affectus nostri sunt. Duo autem sunt principales affectus, quasi duo pedes, amor & timor, & quocumq; homo operando, loquendo, desiderando pergit, vel amore mouetur vel timore: amore acquirendi aliquid boni, vel timore illud amittendi; vel amore cauendi malum, vel timore in illud incidendi. Tunc autem offendimus pedem ad lapidem; cùm oblata occasione temporalis boni acquirendi, vel temporalis mali euadendi labimur in peccatum: vnde bonum æternum amittimus, & sempiternum supplicium incurrimus. Sed qui habitant in Adjutorio Altissimi, ab Angelo custode ita juuantur, vt vel occasio illa tollatur: id est, lapis ille, de via remoueatur: vel animus ita illustretur ad vera bona, & vera mala internoscenda, vt pede, id est, affectu eleuato à terra, occasio temporalis boni, quod sine peccato acquiri non potest, facile contemnatur, & malum temporale, quod sine peccato vitari non potest, patientissimè toleretur. Ita Bellarm. *Manus Angelorum.*

X. *Quid est super aspidem & basiliscum ambulare, & conculcare leonem & draconem?* ℟. Est Angelos malos à justo conculcari & conteri, juxta illud Rom. 16 *Deus autem pacis conteret Satanam sub pedibus vestris velociter.* Vocat autem propheta Satanam serpentem propter

 astuti-

astutiam, & leonem propter ferociam: & quoniam multa sunt genera serpentum, vocat eum aspidem, basiliscum & draconem, quoniam cum astutia, quæ omnibus serpentibus communis est, habet aspis conjunctam obstinationem, basiliscus crudelitatem, & draco potentiam, & vires maximas, quæ omnia diabolo mirificè conueniunt. Neq; solùm hoc loco diabolus vocatur serpens & leo, sed etiam alibi sæpè: nam Job 26. & Isa. 28. serpens siue anguis tortuosus nominatur. Apoc. 12. Dicitur Draco, &c. 20. serpens antiquus. 1 Petri 5. leo rugiens.

Psalmus XCI. Bonum est confiteri Domino.

Laudandus DEus, quia omnia ejus opera sunt magna & mirabilia, quibus malos punit & perdit, bonos seruat, & præmiat.

I. *De qua factura & operibus sermo est* v. 5.? ℟. Bellarm. & Lorinus facturam & opera manuum DEi explicant de admirabili creaturarum omnium productione, conseruatione & gubernatione. q. d. ait Jansenius: Perfudisti me lætitiâ per elegantissimam hanc operum tuorum varietatem, ex consideratione operum à te factorum memet oblectabo, aduertens in eis immensam tuam potentiam, sapientiam, & bonitatem erga nos.

II. *Quo sensu dicitur* v. 11. ET EXALTABITUR SICUT VNICORNIS CORNU MEUM? ℟. Cornu meum, potentia scilicet & gloria ac felicitas mea crescet in altum, non sicut fragile fœnum, sed vt cornu vnicornis; Unicornis enim animal est gerens in fronte cornu vnicum, sed excelsum & robustum valde. *Et senectus mea in misericordia vberi*, id est, non solùm potentia mea & gloria, ac felicitas magna erit, sed etiam diuturna ac constans vsq; ad ultimam senectutem: nam & senectus mea erit in abundanti misericordia apud DEum.

Justus palmæ & cedro cōparatur.

III. *Quanam justi cum palma & cedro conuenientia?* ℟ Comparauerat impios fœno. Nam fœnum manè floret, vespere crescit, & nullo negotio secatur à messoribus vel à vento dispergitur, & ad nihil vtile est, nisi ad ignem. Palma verò stabilis est, & longo tempore flores & fructus conseruat, sicut etiam cedrus Libani celsissima & robustissima est, & ex eo exornantur palatia & laquearia regum; sic impij breuissimo tempore virent & florent, & paulò pòst in clibanum gehennæ mittuntur. Justi verò instar palmæ in æternum virebunt, & efflorescent & fructus dulcissimos adferent, nec facile succumbent oneribus, sed virtute omnia superabunt, nec non vt cedri Libani multiplicabuntur, id est, augebuntur & crescent in maximam altitudinem, multiplicatis ramis bonorum operum, & firmissimis radicibus perseuerantiæ innixi, nullo tentationum vento dejicientur, & tandem vtiles erunt instar ligni cedrini ad ornanda laquearia Regis Regum in cælesti Jerusalem.

IV. *In quo loco palmæ & cedri rationales plantari debent?* ℟. cum Dauide, *plantati in domo Domini, in atrijs domûs DEi nostri florebunt.* Per domum & ejus atria intelligit Bellarm. Ecclesiam hujus temporis, in qua floret justus. Verba ejus sunt: Dauid reddit rationem, cur justi instar palmarum & cedrorum sint futuri: quoniam non in campis syluæ, aut in desertis montibus, sed in domo Domini plantati erunt, & in atrijs DEi nostri florebunt: id est, in Ecclesia DEi per rectam fidem plantati, & aquis sacramentorum & verbi DEi rigati, in charitate fundati & radicati, flores honestatis & fructus bonorum operum parient. Siquidem extra Ecclesiam, & sine fundamento fidei, omnis plantatio eradicabitur, quippe quam non plantauit Pater cælestis. Hæc Bellarm.

Psalmus XCII. Dominus regnauit.

Laudat DEum ob creatum mundum; Allegoricè ob fundatam Ecclesiam.

Decor Christi.

I. *Quodnam mysterium contemplabatur David, cùm dicebat*, DOMINUS REGNAUIT? ℟. Contemplabatur Christum resurgentem, & visa ejus gloria atq; majestate exclamauit, *Dominus regnauit.* Ita S. Hieron. Bellarm. & alij. Illi te adjungas, morere vitijs, illa in te crucifige, vt per virtutes cum eo ad nouam vitam suscitatus regnes. Decor autem aut pulchritudo ac gloria Christi spectari potest quadrupliciter. 1mò in diuinitate. 2. in anima. 3. in corpore. 4. in ejus comitatu regio. ac 1mò Christus pulcher est, quia DEus est Patri consubstantialis, & eandem cum illo pulchritudinem participans, cùm sit splendor gloriæ & figura substantiæ ejus Heb. 1. 3. 2dò Ugo Card. decorem Christi ait esse immunitatem à peccato. Dionys. Carthus. dicit esse plenitudinem gratiarum & donorum. Verba ejus sunt: Humanitas Christi, in quantum est diuinæ naturæ personali vnione conjuncta, ejusq; instrumentum effecta verè appellatur decor ac fortitudo: sic enim plena fuit à suæ creationis initio plenitudine omnium gratiarum, beatifica fruitione diuinitatis, omnibusq; donis Spiritus Sancti. 3tiò Corpus ipsum Christi fuit speciosissimum ps. 44. 3. *Speciosus forma præ filijs hominum.* 4tò Deniq;, decorem, quem Christus induit, ait S. Greg. esse Ecclesiam ejus sponsam, hoc est, fideles omnes, quibus cingitur & ornatur.

II. *Quo-*

II. *Quomodo Christus vt homo indutus est fortitudinem?* ℟. quia habuit potestatem excellentiæ, & omnipotentiam respectu suæ voluntatis. Eam autem etiam in sua passione exeruit, quando hostes suos vnico verbo prostrauit, & de illa fortitudine agi hîc vult Glossa, meliùs tamen hîc agitur de fortitudine, quam ostendit in resurrectione. imò morte sua dæmonem prostratum spoliando, eductis è limbo Sanctis patribus, & è purgatorio varijs animabus. 2dò, seipsum resuscitando à mortuis, atq; corpus suum immortalitate & impassibilitate donando ait Lyran. & Dionys. 3tiò mulieres & Apostolos roborando. 4tò Spiritum S. è cælo mittendo, in quos sua virtute ascenderat. 5tò Ecclesiam stabiliendo, & hostes ejus prosternendo. *Fortitudo Christi.*

III. *Quæ flumina eleuauerunt vocem & fluctus suos?* ℟. Bellarm. putat, describi hîc magnitudinem persecutionem Judæorum & Paganorum aduersùs Christi regnum in Resurrectione inchoatum, & victoriam Christi de omnibus hostibus suis. Per flumina, inquit, intelligo persecutiones Judæorum, qui continuò cœperunt eleuare voces suas aduersùs Euangelium, illiq; oiq; contradicere. *Mirabiles elationes maris*: per mare, quod fluminibus multò est majus, intelligo persecutiones Neronis, Domitiani, aliorumq; Principum Romanorum. *Mirabilis in altis Dominus* id est, sed Dominus in altis habitans mirabilior apparuit, cùm de omnibus persecutoribus victoriam reportauerit, & inuitis omnibus, Regnum suum per omnes terras propagauerit. S. Aug. per flumina intelligit Apostolos, qui pleni Spiritu S. tamquam cælestia flumina per mundum discurrebant, & voces prædicando liberrimè eleuabant. Per maris eleuationes, intelligit infidelium persecutiones: quemadmodum enim cùm flumina intrant in mare, aquæ illæ salsæ ad introitum aquarum dulcium intumescunt, & fremunt; sic infideles ad prædicationem Apostolorum tamquam contrariam doctrinæ & moribus ipsorum fremere & tumultuari cœperunt. *Fluminum vox & fluctus.*

IV. *Ad quid refertur*, TESTIMONIA TUA CREDIBILIA FACTA SUNT NIMIS &c.? ℟. Propheta respondet tacitæ objectioni, quæ occurrere poterat: vnde videlicet sciamus, ea quæ dicta sunt de fundatione terræ, de abysso aquarum, quibus rebus nullus testis adfuit, cùm præcesserint omnium creationem. Respondit igitur propheta, id haberi ex testimonio DEi, qui hæc reuelauit seruo suo Moysi, & testimonium illud valde credibile esse, cùm Moyses multis signis & prodigijs, alijsq; modis seruum DEi fidelem & prophetam verum esse probauerit. Item dici potest, testimonia Christi per Apostolos ad nos delata credibilia facta esse nimis, tum ob signa & prodigia Christi & Apostolorum; tum quia videmus impleta, quia prædicta sunt; tum ob infinita alia, quæ fidem Christianam omnino credibilem faciunt, vt nemo possit, postquam prædicatores audierit, sine magna temeritate non credere. Ex quibus concludit propheta, domum DEi, id est, Ecclesiam DEi, in qua talia testimonia continentur & prædicantur debere sanctam & inviolabilem conseruari, vsq; ad mundi consummationem. Domum tuam decet sanctitudo, id est, decet, vt eam omnes vt sanctam venerentur: item decet, vt qui in ea sunt, sancti sint, & moribus sanctis respondeant sanctitati doctrinæ testimoniorum tuorum. Deniq; decet, vt à te Domine inuiolata & sancta conseruetur in longitudinem dierum, vt portæ inferi nunquam præualeant aduersùs eam.

Psalmus XCIII. DEus vltionum Dominus.

Orat, vt DEus refrœnet, comprimat, & vlciscatur impios, qui opprimunt innocentes.

I. *Cur Dauid v. 1. bis dicit*: DEUS VLTIONUM DOMINUS: DEUS VLTIONUM? ℟. Agit hic psalmus de victis Philisthinis immittentibus se in vallem Raphaim, hi autem bis victi sunt breuissimo inter vtramq; pugnam interjecto tempore. 1mò quidem in Baal Pharasim, id est, in loco, in quo DEus se probauit Dominum diuisionum, seu diuidentem: ibi autem liberè agit: quis, vt dicitur 2. Reg. 5. 20. Diuisit eos DEus, sicut diuiduntur aquæ: id est, conjecit eos in effusam fugam. 2dò propè pyros, seu moros, vt alij vertunt. Eodem anno regni Dauidis nono vtramq; pugnam & victoriam constituit Salianus.

II. *Quomodo* EXALTARI *vult DEum propheta* v. 2.? ℟. Eum alludere ad id, quod contigit in secunda victoria contra Philisthæos, de qua præsertim in hoc psalmo agitur. Nam auditus fuit sonitus in cacumine pyrorum, vt DEus daret signum pugnæ, itaq; tunc exaltatus & sublimis DEus hostes interruit. Vnde etiam collige, sonitum illum fuisse tonitrui, non verò exercitûs. Nam sonitus exercitûs auditus fuisset in infima parte pyrorum prope terram, non in earum cacumine.

III. *Quo sensu dicitur* v. 18. SI DICEBAM, MOTUS EST PES MEUS, MISERICORDIA TUA DOMINE ADJUUABAT ME? ℟. Vult dicere, etiam in extremis periculis me adjuuisti, & à lapsu proximo impediuisti. Bellarm. sensum vult esse, q. d. Si agnoscebam & confitebar infirmitatẽ meam, & me ex meipso non sufficere ad superandas tentationes, tunc misericordia tua adjuuabat me, illuminans intellectum, & purificans affectum, & vires tribuens voluntati, quæ sufficerent ad stabiliendos pedes animæ meæ in via mandatorum tuorum. Hæc Bellarm. sequens S. Augustinum, qui ait: *Confessionem vult DEus, humilitatem vult: Motus es, vt homo; adjuuat te ille, vt DEus. Sed dic tamen, motus est pes meus.*

IV. *Cur dicitur* v. 20. NUMQUID ADHÆRET TIBI SEDES INIQUITATIS QUI FINGIS LABOREM IN PRÆCEPTIS? ℞ Reddit rationem, cur DEus conſoletur juſtos in tribulationibus, & ratio eſt, quia DEus juſtiſſimus cùm ſit, & præcepta laborioſa hominibus dederit, æquum fuit, vt jugum legis alioqui aſperum & durum oleo conſolationis leniret & ſuaue redderet. Numquid adhæret tibi ſedes iniquitatis, id eſt, numquid adjungitur tibi tamquam ſocius thronus iniquè judicantium. Qui fingis laborem in præcepto, id eſt, tibi, qui in præcepto tuo obſeruando laborem inſeris, ſiue facis, vt præcepta tua non ſine magno labore poſſint impleri? *Captabunt in animam juſti*, id eſt, homines iniqui more ſuo inſidiabuntur juſtis, vt capiant eos, vt venatores prædam capiunt. *Et ſanguinem innocentem condemnabunt*, id eſt, poſtquam laqueo ſuo irrætierint, morti eum addicent, quamuis innoxium eſſe non ignorent. Sed prouidentia DEi vigilabit, & vtriſq; pro meritis retribuet.

Pſalmus XCIV. Venite exultemus Domino.

Inuitat omnes ad Dei cultum, laudem & obedientiam.

Ad Deum venire.

I. *Quomodo & cur veniendum ad Deum*? ℞ Ad DEum venire nos intellectu & voluntate: hi ſunt duo pedes animæ. Intellectus accedit per fidem. Ita Ugo. Venite, ait, paſſibus fidei, quia per fidem appropinquatur Chriſto, quia per fidem aſſimilamur ei, quod eſt appropinquare. Hæc Ugo. Voluntas accedit affectibus. ita S. Aug. Quid eſt, inquit, *venite*. Vnde vocat, vt veniant, cum quibus vult exultare Domino? niſi quia longè ſunt: vt veniendo propinquent, propinquando accedant, accedendo exultent? pedes noſtri in hoc itinere affectus noſtri ſunt. Hæc Aug. Et fidem & ardorem habebant paſtores, qui dicebant Luc. 2. Tranſeamus vſq; Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum eſt, quod Dominus oſtendit nobis, deinde debemus nos ad DEum & Chriſtum venire, velut ſeruos ad Dominum, vt illi ſeruiamus & obediamus. Vt diſcipuli ad Magiſtrum. Bonus fuit Chriſtus Magiſter paſtoribus declarans ſe illis eſſe Verbum DEi Luc. 2. Videntes autem cognouerunt de Verbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Sicut ægroti ad medicum. Sicut ſitientes ad fontem, & pauperes ad diuitem, ſicut cæci ad lumen, ſicut amici ad amicum.

Confeſſio triplex facienda Deo

II. *Quomodo præoccupanda eſt facies Dei in confeſſione*? ℞ Triplex confeſſio facienda eſt DEo. Prima eſt confeſſio peccatorum. 2da confeſſio fidei. tertia confeſſio laudis. De confeſſione peccatorum hunc locum exponit S. Chryſol. ſerm. 46. Cùm, ait, ſpes miſericordiæ eſt, cùm tempus eſt veniæ, cùm pœnitentiæ locus eſt, confiteamur patri, ne judicem ſentiamus. Prodamus, quæ fecimus pietati, ne ſeueritati cogamur exoluere, quæ tacemus. S. Aug. hîc idem ſentit, & in ea confeſſione DEum laudari docet. Maximè inquit pertinet ad laudem DEi, quando confiteris peccata tua, quia tantò ampliùs laudatur medicus, quantò plus deſperabatur ægrotus. Tantò major laus eſt ignoſcentis, quantò major exaggeratio eſt peccata confitentis. Hæc Aug. qui alio loco confeſſionis elogia coaceruat. Confeſſio, inquit, eſt ſalus animarum, diſſipatrix vitiorum, expugnatrix dæmonum: quid plura? obſtruit os inferni, & paradiſi portas aperit. 2dò de confeſſione fidei poteſt hic pſalmus accipi, q. d. Paſtores, præoccupemus faciem Chriſti nati in confeſſione, hoc eſt, ita vt fateamur & credamus eum eſſe Meſſiam noſtrum, verum DEum & hominem, qui veniat redempturus Iſrael. 3tiò de confeſſione laudis hic locus intelligendus eſt, q. d. Paſtores, præoccupemus faciem DEi noſtri humanati, in confeſſione: id eſt, ipſum laudaturi acceleremus ad eum videndum, & quidem de euntibus dicit Luc. 5 c. 2. *Venerunt feſtinantes*, de redeuntibus: *& reuerſi ſunt paſtores, glorificantes & laudantes DEum in omnibus, quæ audierant, & viderant, ſicut dictum eſt ad illos.*

Terra in manu Dei.

III. *Cur dicitur terra eſſe in manu DEi* v. 4.? ℞ vt ejus eſſe Dominus declaretur, qui de illa facere poſſit, quæcumq; placuerit, ſicut de ijs quæ manu tenemus. Vt eam firmet atq; ſtabiliat. Iſa. 40. 12. *Qui appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in ſtatera.* Vt in ea ſemper operetur, inſpiciat, quæ in ea fiunt, ejus pulchritudine delectetur, eam ſibi eſſe curæ prodat, quam ab oculis remouere nolit, vt pictor & ſculptor imaginem ac ſtatuam, quam ſemper exornat ac perficit. Manus DEi in omnibus rebus creatis eſt, & res omnes create in manu DEi, ſunt inſtrumentum in manu artificis, aut lutum in manu figuli. pſ. 88. v. 12. *Tui ſunt cœli & tua eſt terra, orbem terræ, & plenitudinem ejus tu fundaſti.* Deniq; terra eſt in manu DEi, vt ejus diuitias, cui vult, effundat pſ. 144. 16. *Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.*

Pſalmus XCV. Cantate Domino canticum novum.

Inuitat omnes ad laudandum DEum in Sion. Allegoricè in Eccleſia Chriſti.

Canticum nouum.

I, *Cur vocatur canticum nouum?* ℞. Vocatur nouum pro nouo beneficio, item quod à renouatis hominibus cani debet, in quibus non ampliùs regnet cupiditas, ſed charitas, aut vt exponit Chryſoſt. non quale fuit canticum Moyſis aut Debboræ, aut alia vetera cantica,

uæ non poterant cantari extra terram promissionis, juxta illud: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Sed canticum nouum, quod per vniuersam terram cantari queat. deo enim subjungitur: *Cantate Domino omnis terra*, id est, non solùm Judæa, sed orbis terrarum vniuersus.

II. *Cur Dominus dicitur terribilis super omnes Deos?* ℟. Quia adeo eminet super omnes ui vllo modo dicuntur Dij, vt non solùm non audeant se ei conferre, sed vt serui, vel potiùs nancipia majestatem ejus contremiscant: nam de bonis Angelis, qui sunt Dij per participationem canit Ecclesia, majestatem tuam laudant Angeli, adorant dominationes, tremunt potestates. De malis Angelis, qui sunt Dij per errorem gentium dicit S. Jacobus in ep. c. 2. Dæmones credunt & contremiscunt: & quoniam præcipuè de falsis Dijs loquitur hoc loco David, ideo subjungit rationem, cur DEus noster terribilis sit super omnes Deos dicens: *quoniam omnes Dij gentium Dæmonia, Dominus autem cælos fecit*, id est, propterea Dominus terribilis est super omnes Deos, falsos videlicet, & à gentibus per errorem adoratos, quoniam Dij gentium non sunt veri Dij, sed Dæmonia, id est, spiritus mali, qui à Deo Creatore per superbiam recesserunt, & ab eodem æternis supplicijs destinati sunt. Dominus autem non est spiritus creatus, sed spiritus Creator, qui cœlos fecit, corpora omnium maxima & pulcherrima, omnia quæ cœli ambitu continentur, id est, res omnes creatas. *Deus terribilis super omnes Deos.*

III. *De quo regno dicitur* v. 10. QUIA DOMINUS REGNAVIT? ℟. De regno spirituali, quo regnat per fidem in cordibus hominum: semper enim DEus regnat in cœlo & in terra egno potentiæ & majestatis: sed per fidem regnare cœpit in gentibus ab aduentu Messiæ, antea siquidem diabolus regnabat per errores idololatriæ, vnde & Dominus Joan. 12. nunc princeps hujus mundi ejicietur foras.

IV. *Quomodo Christus correxit orbem terræ, qui non commouebitur?* ℟. potest duplicem abere sensum, potest enim referri ad creationem mundi, quem cùm in forma DEi esset, condidit, confirmauit & stabiliuit, & tunc correxit idem erit, quod, ita directè fundauit, vt nutare non possit. Potest etiam exponi de correctione morum per optimas leges, & instituta & tunc ensus erit: Christum jure & meritò regnare debere in orbe terrarum, quia orbem terræ nutantem ob prauas institutiones gentilium, ita correxit per legem suam Euangelicam, quæ prohibet omnia vitia, vt jam commoueri non possit, si leges illas sequatur & obseruet. *Christus correxit orbē terræ.*

Psalmus XCVI. Dominus regnauit, exultet terra.

Depingit extremum judicium, & majestatem judicis Christi.

I. *Quid per terram intelligitur, cùm dicitur* v. 1. EXULTET TERRA? ℟. ipsum terræ elementum, cui per prosopopœiam tribuitur exultatio. Aut potiùs per terram denotantur homines terram habitantes, estq; metonymia, in qua ponitur continens pro contento. Homines porrò justi lætabuntur in die judicij. 1mò ob gloriam regis sui Christi, quem gaudebunt in anta gloria apparere post ignominias pro se perpessas. 2dò ob punitionem impiorum hostium uorum ps. 57. 11. *Lætabitur justus, cùm viderit vindictas, manus suas lauabit in sanguine peccatorum*, 3tiò ob gloriam beatorum Angelorum & hominum Gen. 24. 60. Fratres Rebeccæ, voris Isaac dicebant: *Soror nostra es, crescas in mille millia, & possideat semen tuum portas inimicorum suorum.* Amicorum omnia sunt communia. Cum ex thesauro infinito Sancti gloriam suam & lætitiam hauriant, nihil sibi inuicem tollunt: sed velut ex multis junctis luminibus major & jucundior lux oritur atq; lætitia. 4tò Deniq; ob gloriam & salutem propriam.

II. *An in die judicij futura sint nubes, cùm dicatur* v. 2. NUBES ET CALIGO IN CIRCUITU EJUS? ℟. 1mò. Aliqui dicunt non futuras tunc nubes veras, sed quasdam aggregationes vel densitates lucis resplendentis à corpore sancti cujuslibet, ac præsertim à Christi corpore. 2dò tamen dicendum tunc fore veras nubes. Nam clarè dicit ipse Christus Caiphæ & alijs Scribis ac Pharisæis Matt. 26. *Amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli.* Neq; dixeris, eo tempore non posse esse nubes, cùm ignis orbem purgans ante Christi aduentum omnia sit purgaturus: nubes autem multa habeant admixta, quæ purgari debeant, vt in pura elementa resoluantur. Nam 1mò aliqui respondent, per miraculum producendas esse aliquas ad hunc vsum. 2dò & meliùs alij censent ad hunc vsum illas nubes esse ab igne orbem purgante conseruandas.

III. *Cur nubes in die judicij futura sit tenebrosa?* ℟. 1mò hoc futurum esse ad terrorem. Sicut nubes tenebrosa terrebat Ægyptios mox obruendos in mari rubro Exod. 14. 20. 2dò Nubis illius tenebræ & caligo figurabunt & in memoriam reuocabunt cœcitatem impiorum, dum vixerent. 3tiò Nubis illius tenebræ & caligo denotant inscrutabilia esse Christi regis judicia. Ps. 56. *judicia Dei abyssus multa.*

IV. *An Christus in die extremi judicij sit sessurus in aliquo throno, & qualis ille sit futurus?* ℟. Videt Abul. q. 297. in cap. 25. Matt. verè illum esse sessurum. Nam Christus verè judicabit, itaq; necesse est, vt teneat aliquas ceremonias judicum, vna autem ex præcipuis est sessio. Deinde

inde sedebit, ad denotandam suam tranquillitatem & quietem, cùm hostes ejus pedibus erunt subjecti: & clarè hoc dicitur Matt. 25. *Cùm venerit filius hominis in majestate sua, & omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem majestatis suæ.* Porrò thronus ille erit nubes lucida, quæ reuerentiam, admirationem & terrorem aspicientibus injiciat. Nam Christus judex erit sublimis in aëre cum Sanctis suis. Itaq; nihil est aptius ad thronum ei constituendum, quàm nubes.

V. *Qualis & quantus ignis ante Christum præcedet, & quomodo inflammabit in circuitu inimicos ejus?* ℟. Duplicem ignem præcessurum Christum venientem ad judicium, imò quidem eum, qui purgabit totum orbem. 2dò eum, qui ejus personam comitabitur eo ipso tempore, quo è cœlis descendet: tunc enim fluuius igneus nubi illum portanti admixtus anteibit, vt omnes exterreat, & seueritatem judicij declaret ps. 49. 3. *Ignis in conspectu ejus exardescet, & in circuitu ejus tempestas valida.* Joel 2. 3. *ante faciem ejus ignis vorans, & post eum exurens flamma.*

VI. *Quomodo montes in die judicij diffluent à facie Domini?* ℟. imò per terræ motus contremiscendo & pauendo, seq; in planitiem redigendo. 2dò & maximè propriè, montes sicut cera fluent à facie Domini, igne in eorum visceribus inflammato, & metalla atq; lapides liquefaciente, atq; varios fluuios igneos inde eructante, quibus metalla liquefacta & lapides diffluent.

VII. *Quomodo cœli annuntiabunt justitiam DEI, in die judicij?* ℟. imò cœlos materiales id facturos luminis sui subtractione. Sol enim & luna obscurabuntur, & stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur Matt. 24. 2dò Angeli tunc annuntiabunt justitiam DEI euocantes tubâ omnes ad judicium 1. Cor. 15. *Canet tuba & mortui resurgent incorrupti.* 3tiò Deniq; Sancti omnes, sententiam ejus in sceleratos & pro justis latam approbantes. Ac præsertim Apostoli & perfectiores Sancti, qui simul cum Christo sedebunt orbis judices Matt. 19. *Cùm sederit filius hominis* &c.

VIII. *Cur præsertim impij confundentur in die judicij?* ℟. imò ob scelerum suorum multitudinem, grauitatem, vanitatem, quodq; ea commiserint ob res vilissimas & citò perituras. 2dò confundentur scelerati viso Christo judice irato, & tot beneficia exprobrante, 3tiò ob exprobrationes Angelorum, præsertim Angeli custodis, cujus inspirationem toties neglexerunt. 4tò ob dæmones sibi insultantes, & ingratitudinem erga creatorem exprobrantes, 5tò ob Sanctorum præsertim sibi cognitorum, aspectum, quibus sua scelera patere cernent. 6tò Deniq; ob pœnam sibi jam paratam, in quam hiante terra & flammas vltrices eructante se mox dejiciendos cernent sine vlla spe veniæ per totam æternitatem.

Psalmus XCVII. Cantate Domino.

De regno Christi æterno, & renouatione mundi per Christum.

I. *Quænam sunt illa mirabilia* v. 1.? ℟. imò aliqui dicunt esse incarnationem, quam Ecclesia vocat mirabile mysterium. Nihil enim est in toto orbe mirabilius, quàm impassibilem factum esse passibilem: æternum factum esse temporalem, DEum factum esse hominem: mirabilis etiam in eo mysterio fuit DEiparæ Virginitas. 2dò alij mirabilia Christi exponunt de ejus Natiuitate, in qua Angeli pastoribus apparent, stella è cœlo reges vocat & ducit, olei fons Romæ fluit &c. 3tiò alij exponunt de operibus mirabilibus, quæ Christus patrauit, dum viueret, mortuos ad vitam reuocando, cæcos illuminando &c. 4tò mirabilia sunt illa quæ faciet Christus, vt salutem perfectam & consummatam det Sanctis suis in die judicij extremi. Mirabilia illa sunt imò renouatio totius mundi per ignem 2. resuscitatio mortuorum corporum cum gloria & splendore. 3. Nubes terrificæ, fulgetræ, tonitrua, terræ motus, aliaq; quibus impios terrebit atq; prosternet. 4. separatio justorum ab improbis, eorumq; exaltatio. 5. dejectio sceleratorum in tartarum. 6. glorificatio æterna Sanctorum in cœlis.

II. *Quid per dexteram & brachium intelligitur,* SALUAUIT SIBI DEXTERA ET BRACHIUM SANCTUM EIUS? ℟. Dextera & brachium Christi sunt ejus potentia & fortitudo, siue spectes diuinitatem siue humanitatem, cui ob vnionem hypostaticam data est potestas excellentiæ in omnes creaturas. De eo dicitur Matt. 18. *Venit filius, hominis saluum facere quod perierat.* Gedeon ad Madianitas fugandos indiguit trecentis militibus tubâ & lucerna atq; gladio armatis Jud. 7. Samson asini mandibulâ ad fundendos Philisthæos Jud. 15. Dauid funda & lapide ad sternendum Goliathum; sed JEsus se solo & infernales laruas & eorum omnes asseclas perdomuit. Isa. 59. v. 16. *Saluauit sibi brachium suum, & justitia ejus ipsa confirmauit eum.* Saluauit sibi: id est, ad gloriam suam, vt eos amicos & familiares sibi adscisceret.

III. *Quam justitiam dicit Dauid reuelatam in conspectu gentium* v. 2.? ℟. In die judicij reuelabit Christus justitiam suam in conspectu omnium gentium. Judices olim judicabant intra velum, vt reorum aspectu non flecterentur ad misericordiam. Christus verò palàm & in conspectu omnium judicabit, vt ejus justitia omnibus innotescat, atq; ejus intuitu confundantur, qui ipsum sceleribus suis & concupiscentijs transfixerunt. Non flectetur misericordia, cùm oculi ejus tunc sint futuri flamma ignis Apoc. 1.

IV. *Cujus misericordia & veritatis recordatus hic Deus dicitur?* ℞. Misericordiæ, quam
die judicij præstabit justis, qui nomine domus Israel intelliguntur, sicut impij nomine gen-
um. Israel significat virum qui videt DEum. Isa. 63. 9. *Angelus faciei ejus saluauit eos: in di-*
ßione sua, & in indulgentia sua ipse redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis die-
s sæculi. Christus est Angelus faciei, quia est imago Patris, & ab eo per intellectum procedit,
dimit & portat electos, eosq; in cœlum eleuat tota æternitate felices futuros. Eripit tunc
os à diluuio flammarum, sicut olim Noë à diluuio aquarum Gen. 8. vbi dicitur DEus ejus
isse recordatus.

Psalmus XCVIII. Dominus regnauit, irascantur populi.

Arcâ jam in nouo tabernaculo pacificè repositâ in monte Sion, inuitat
mnes ad DEum ibi adorandum & sacrificijs honorandum, exemplo
Moysis, Aaronis & Samuelis.

I. *Quinam populi intelliguntur* v. 1. IRASCANTUR POPULI? ℞ Præsertim Jebusæi &
hilisthæi. Cùm enim Dauid in vrbe Hebrone regnasset 7. annis super tribum Juda, Isbose-
o mortuo, qui alijs 11. tribubus imperauerat, totius populi Israel creatus Rex est atq; inun-
us in eadem vrbe Hebrone: quod audientes Philisthini, ascenderunt vniuersi, vt quærerent Da-
id, illum scilicet perdituri 2. Reg. 5. Dauid verò initia regni sui nobilitaturus, statim Jeroso-
morum arcem nempe Sionem à Jebusæis occupatam & munitam invadit, ibiq; regni sui se-
em collocat, anno regni sui octauo. Anno nono, Philisthæos armis eum appetentes gemi-
ato prælio profligat. Anno decimo arcam ex vrbe Cariathiarim transfert in Jerusalem, in
ce sua eam positurus, sed territus morte Ozæ, ob arcæ contactum pereuntis, illam relinquit
domo Obededom. Anno deniq; vndecimo regni sui, visa felicitate Obededomis ob arcam,
am maximâ pompâ deducit in tabernaculum à se præparatum in Sione prope aulam suam,
aq; hic dicit: Dominus nunc in nobis regnat, alij populi infremant; frendere & tumultuari
ossunt, nocere verò non possunt, DEo nobis præsidente. Est concessio, seu permissio, cum
rcasmo & irrisione.

II. *Quomodo dicitur DEus sedere super Cherubim?* ℞ alludit David ad duos Cherubinos *Deus sedet super Cherubim.*
ureos arcæ insidentes in sancto sanctorum, super quos sedebat DEus (id est, Angelus vicarius
Ei) reddens oracula. Illi enim duo Cherubini extendebant alas suas, & eas ita invicem con-
ngebant, vt ex vna ala vnius Cherubini juncta vni alæ alterius oppositi Cherub fieret sedes,
qua DEus sederet, pedibus innixis propitiatorio aureo, id est, arræ operculo.

III. *Quodnam scabellum pedum DEi hic adorandum dicitur?* ℞. esse arcam à Mose fa- *Scabellum pedum Dei.*
am DEO jubente, & in sancto sanctorum, id est, loco tabernaculi sanctissimo positam, vt lex
Ei in ea conseruaretur, positis intra illam duabus tabulis lapideis, digito DEi exaratis. Ubi
duerte arcam illam dici scabellum pedum DEi, quia DEus, hoc est, Angelus DEi vicarius, qui
æerat populo Israel, nempe S. Michaël sedens super alas duorum Cherubinorum aureorum ar-
æ impositorum, pedes suos ponebat super illius operculum aureum, nempe super propitiatoriũ.

IV. *An Samuel fuerit sacerdos, cùm hic dicatur:* ET SAMUEL INTER EOS? ℞. fuit. *Samuel fuit Sacerdos.*
mò enim sacrificia obtulit 1. Reg. 7. 2dò benedixit hostiæ 1. Reg. 9. 13. 3tiò Regem Saulem
onsecrauit 1. Reg 10. 1. & Dauidem c. 16. v. 13. 4tò. Deniq; grauissimè reprehendit Saulem,
uòd se absente sacrificasset 1. Reg. 13. v. 13. *stultè egisti, nec custodisti mandata Domini Dei*
i, quæ præcepit tibi. Non fuisset autem causa tam seueræ reprehensionis nisi Samuel fuisset
acerdos, cujus erat victimas immolare. Et licet Samuel non fuerit de familia Aaronis cujus
oli posteri erant Sacerdotes, fuit tamen de tribu Leui, & peculiari Dei dispensatione fuit Sa-
erdos. Vocatur quidem Ephratæus, non quòd esset de tribu Ephraim, sed quòd ex Rama esset
riundus vrbe in monte Ephraim sita. In diuisione enim Chananææ tribus Leui non accepit
ortem propriam, sed per omnes tribus dispersa est.

V. *Quodnam præceptum speciale intelligit Dauid, Moysi, Aaroni & Samueli datum, cum*
it: PRÆCEPTUM QUOD DEDIT ILLIS v. 8? ℞ Fuit præceptum de rectè gubernando &
locendo populo DEi, tam in Ecclesiasticis, quàm politicis. Moses enim fuit Dux totius popu-
i DEi, & propheta deputatus ad omnia politica negotia, & aliqua Ecclesiastica. Aaron fuit
ummus Pontifex Ecclesiæ illius. Samuel fuit judex seu Princeps illius populi, non tamen sum-
nus Pontifex. Nam eo viuente Pontifex fuit Achias, 1. Reg. 14. Principes ac Reges, & præser-
im pastores animarum debent de suis subditis esse maximè solliciti, & pro ijs vigilare quasi
ationem pro eorum animabus reddituri.

Psalmus XCIX. Jubilate DEo omnis terra.

Hortatur omnes ad hilarem Dei confeßionem, id est laudem, gratia-
rum actionem & cultum.

Pedes quibus ad DEum itur,

I. *Quibus pedibus introeundum est ad DEum,* INTROITE IN CONSPECTU EIUS v. 2.? ℟. Duos pedes assignari posse, fidem & charitatem, fidem assignat Ugo Heb. 11. sine fide impossibile est placere DEo. De charitate exponit S. Chrysol. Serm. 6. intrate, inquit, non loco, sed corde. Bellarm. introite, inquit, in exultatione cordis, animo erecto & inflammato. Hæc ille. Charitas in DEum ipsum intrat, & ei nos vnit. S. Dioys. Areopagita de diuinis nom. c. 4. Amor, ait, vim habet faciendi vnum, & colligandi, præstantiq; modo res inter se miscendi, quæ in pulchro & bono propter pulchrum & bonum, antè constitit. Possunt duo alij pedes, quibus ad DEum itur, assignari, nempe oratio & actio. Oratio ad DEum intrat ps. 87. 2. *Intret in conspectu tuo oratio mea.* Cùm autem ad illum intrauerit, ab illo non discedit. ps. 18. 15. *Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.* Est instar Cherubinorum aureorum super arcam semper stantium, versis vultibus in propitiatorium. Actio ad DEum intrat Cant. 2. 14. *Surge amica mea, speciosa mea & veni.*

II. *Quomodo jubemur v. 3. scire DEum, cùm sit incomprehensibilis?* ℟ Jubemur tantùm scire, quòd Dominus sit DEus, non autem scire, qualis & quantus sit: hoc enim est impossibile. S. Chrysol. Ser. 61. hoc admonet. Qui, ait, credit in DEum, discutere DEum non præsumat. DEus quòd sit, sufficit scire. Qui requirit, vnde sit, & quantus sit DEus, DEus quid sit, hic nescit. Sol importunum tenebrat aspectum, ad DEum inconcessus cœcatur accessus. DEum qui vult videre, visionis ejus discat tenere mensuram. Hæc Chrysol. Deinde tantùm nobis imperatur, vt sciamus, quòd Dominus, id est, Christus, est DEus, Joan. 17. 3. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te, solum DEum verum, & quem misisti Jesum Christum.* S. Chrysol. Serm. 6. Sic ait: Dominus ille est DEus, qui fuit in carne nostra pusillus: Hinc est, quòd ille Dominus DEus est, qui fuit in cunabulis nostris capax: dulcis in gremio, mitis in habitu, in nostro contubernio blandus. Et ideo introite in conspectu ejus, in exultatione. Quia totum pauorem diuinitatis, totum metum judicis in habitum nostrum dedit, prouidenti locauit aspectu, & ingressus non pœnas judicis metuat, sed parentis præsumat amplexum. ita Chrysol. Multis antithetis DEum & hominem Christum fuisse docet S. Chrysost. hom. de Cruce: Christum, ait, cùm audieris, non solummodo DEum putes, sed DEum & hominem crede. Scio namq; esurijsse Christum, & scio Christum de quinq; panibus & duobus piscibus satiasse quinq; millia hominum, exceptis paruulis & mulieribus. Scio Christum sitisse, scio Christum super aquas ambulasse. Scio Christum mortuum, & scio Christum ad dexteram Patris consedisse. Scio Christum lapidatum, & scio Christum ab Angelis adorari. Et quædam quidem defero Deitati, quædam autem assigno humanitati: quia noui Christum de Maria natum. Et scio Christum ante omnia sæcula genitum, & apud DEum semper DEum esse Verbum. Hæc Chrysost.

Portæ quibus intratur ad DEum.

III. *Quænam sunt illæ portæ, per quas ad DEum intratur* v. 4.? ℟ Propheta hortatur populum, vt introeat portas tabernaculi, quod in Sione monte extruxerat ad ponendam arcam prope suum palatium. Seu potiùs occasione illius tabernaculi, & portarum ejus, monet omnes, vt in cœlum aspirent, & ad Christum ibi regnantem pergant, ac præcipuè gratulatur Sanctis in die judicij illud cum Christo intrantibus. Aduerte autem in tabernaculo Mosaico, Dauidico, & in templo Salomonis, fuisse tres portas, per quas intrabat populus, nempe: portam orientalem, portam meridionalem, & portam septemtrionalem: in occidente nulla erat porta, ad DEum enim accedenti nihil occidit. Post mortem non patet ingressus ad gratiam. Tunc enim dicetur impijs: *nescio vos.*

IV. *Quænam sunt atria, in quæ introeundum est ad DEum accedenti, cùm dicat David.* v. 4. INTROITE IN ATRIA EIUS IN HYMNIS? ℟ Dauid hortatur populum & Sacerdotes vt intrent in atria tabernaculi jam dicti, à se extructi in Sione ad arcam reponendam. Erant autem illa atria in eo tabernaculo, sicut in tabernaculo Mosaico, & postea in templo Salomonis, partim pro populo, partim pro Sacerdotibus. Illa tamen atria licet interpretari de paradisi ipsius penetralibus, plateis ac domibus Beatorum. De illis Dauid ait ps. 64. 5. *Beatus, quem elegisti & assumpsisti, inhabitabit in atrijs tuis.* Ps. 83. 11. *Melior est dies vna in atrijs tuis super millia.*

Psalmus C. Misericordiam & judicium.

Dauid in seipso officium pij & justi principis describit.

I. *Quo sensu dicitur* v. 2. QUANDO VENIES AD ME? ℟ imò sensus est, psallam & intelligam in via immaculata, quando per spiritum prophetiæ venies ad me, per tuas illustrationes me illuminans, & mysteria tua mihi reuelans. adò psallam & intelligam in via immaculata, quâ per gratiam tuam & lucem cœlestem venies ad me, vt in me habites, mecum loquaris, me gubernes, dites atq; recrees.

II. *Quid est omnes peccatores terræ interficere in matutino?* ℟ In matutino, id est, maturè, celeriter, antequam mala radicarentur, interficiebam omnes peccatores terræ, eos videlicet, qui morte digni erant, & quibus vita concedi non poterat, sine periculo innocentium. Id autem faciebam, vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem, id est,

vt ciui-

vt ciuitati sanctæ & pacificæ pacem suam & tranquillitatem restituerem, exturbatis inde omnibus perturbatoribus.

Psalmus CI. Domine exaudi orationem meam.

Extremis obrutus miserijs, opem implorat diuinam, simulq; ut instauretur Jerusalem, & templum à Chaldæis exustum.

I. *Quo sensu dicitur* OSSA MEA SICUT CREMIUM ARUERUNT v. 4 ? ℞ Ossa corporis sicut cremium aruerunt, hoc est ardenti febre & mentis dolore exaruerunt, vt vitali succo & medulla careant. Per ossa autem synecdochicè intellige totum corpus, q. d. sum prorsus exanguis sine succo, sine vigore, instar torris ac titionis semi ustulati, aridus & deformatus.

II. *Quid spectat Dauid comparando se pelicano solitudinis, nycticoraci & passeri?* ℞ Declarare vult metum suum, mœrorem & fastidium rerum omnium terrenarum, desideriumq; fugiendi in solitudinem ad peccata sua deflenda & Deo vni vacandum. In ipsa aula se, quantum potuit à turba & tumultu abstraxisse docet, ac solitarium vixisse, Titelmannus sic exponit, q. d. Assimilatus sum pelicano solitudinariæ aui, quæ sic diligit solitudinem, & moratur in solitudine, siue in deserto; ita & ego propter nimium animi mœrorem, qui pœnitens angor, hominum fugio consortia, publicum fugio & loca secreta quærito, amica mœroribus; factus sum quasi coruus nocturnus, quasi noctua aut bubo habitans in secreto, & tenebroso aliquo angulo domicilij, qui lucem fugit atq; conspectum hominum, noctibus autem vigilat, & grauiter cantat velut canticum lugubre. Sic enim & ego lucem & conspectum hominum fugiens, per noctem vaco fletibus & lugubres edo gemitus. Assimilatus sum passeri solitario, habitanti in tecto ædificij, qui aliorum fugiens consortium, continuo clamore, & eo quidem vnico, atq; inuariato, clamat fortiter, sed tamen absq; omni modulationis dulcedine. Ita & ego elongaui fugiens, & mansi in solitudine, expectans eum, qui saluum me faceret.

III. *De quibus compeditis & vinctis loquitur*, v. 21. ℞ commodissimè & literaliter compeditos intellige SS. Patres ante Christi aduentum in limbo detentos. Ita Valentia. 2dò omnes iustos, qui tunc viuebant, & sub dura lege seruiebant. 3tio omnes afflictos & in necessitate constitutos. Nam in maximis præsertim periculis & desperatissimis rebus adest DEus orationibus.

IV. *Quomodo terra peribit?* ℞ imo, eam non esse perituram in sua substantia, nam non inclinabitur in sæculum sæculi. 2dò peribit in suis herbis, floribus, arboribus, animalibus, hominibus, vrbibus, omnia enim illa igne absumentur. 3tiò peribit terra in fine mundi, amittens aliquas qualitates, sed vt meliores recipiat, erit enim lucida, & diaphana seu translucens.

V. *Quomodo peribunt cœli in fine mundi?* ℞ 1. Non esse perituros quoad substantiam: sunt enim orbis pars perfectissima & ornatissima. 2. Cœli tunc peribunt quo ad motum: non enim erit necessarius cœli motus ad generationem plantarum, animalium & hominum. Hæc autem cessatio motûs fiet ex sola DEi voluntate. Corpus enim circulare est indifferens ad motum & quietem. Quòd autem finitis hominum generationibus non sit futurus cœli motus, probatur ex Apoc. c. 10. 6. Jurauit Angelus per viuentem in sæcula sæculorum, *quia tempus non erit amplius.*

VI. *In quo situ quieturi sunt cœli in fine mundi?* ℞ probabiliter quietutos in eodem situ, in quo creati sunt: ita vt sol sit in hoc hemisphærio, luna in altero. S. Isidorus post judicium, inquit, sol laboris sui mercedem recipiet, & lucebit septempliciter, & non veniet ad occasum, neq; sol neq; luna: sed in ordine, in quo creati sunt, stabunt, ne impij in tormentis sub terra positi fruantur luce eorum. Hæc Isidorus. Terra autem in nulla parte superficiei suæ saltem carebit luce. Tostatus q. 470. in cap. 25. Matt. Non fiet, inquit, aliqua obscuritas super terram cessante motu solis, & hoc quia omnia elementa habebunt claritatem datam sibi in illa innouatione: Terræ superficies erit clara vt vitrum, aqua vt crystallus, aër vt cœlum, ignis vt corpora radiantia: & ideo etiamsi non mitterentur radij solis super terræ superficiem, non esset obscura. Hæc Tostatus.

Psalmus CII. Benedic anima mea Domino.

Seipsum, Angelos, & homines omnes excitat ad laudandum DEum ob tot accepta beneficia.

I. *Quæ sunt retributiones* v. 2. ? ℞ Symmachus vertit, *omnia beneficia*, quæ retribuit nobus. Hæc mox enumerat sex diuersa. Primum est remissio peccatorum; 2. sanitas mentis & corporis, 3. liberatio è periculis corporis & gehennæ. 4. Quòd suâ beneficentiâ quasi corona nos vndiq; cinxerit; 5. Quòd bonis tum corporalibus, tum spiritualibus repleat animum, & satiet appetitum aliàs insatiabilem. 6. Quòd nouis viribus & vigore corpus animumq; instauret, atq; instar aquilæ (quæ in senectute exutis pennis & attrita rostri aduncitate rursum juuenescit, vt refert Aldrouandus l. de auibus, in aquila) totos innouet, hîc per gratiam, in cœlo per gloriam inquit Chaldæus, Hieron. & Aug. simile habet Isaiæ 40, v. vlt. *Retributiones.*

Spiritꝰ pertransiens. II. *Quis est sensus* v. 16. SPIRITUS PERTRANSIBIT IN ILLO, ET NON SUBSISTET, ET NON COGNOSCET AMPLIUS LOCUM SUUM? ℟ det Bellarm. q. d. Spiritus vitalis, seu ipsa vita corporis non permanebit in homine, sed transiens in eo erit, & numquam subsistet in eodem statu, quia semper mutabitur de infantia ad pueritiam, de pueritia ad adolescentiam, de adolescentia ad juuentutem, de juuentute ad maturitatem, de maturitate ad senectutem, de senectute ad mortem. Et non cognoscet ampliùs locum suum: id est, non redibit ad locum, vnde discessit: nec videbit ampliùs ætatem, quam semel dimisit. In quo multum distant incorruptibilia à corruptibilibus, cœlestia à terrenis: siquidem sol & luna, & stellæ oriuntur manè in occidente: & occidente vespere in occidente: sed iterum reuertuntur in circulos suos, & nihil immutatæ vident locum vnde discesserunt: quæ verò oriuntur ex terra, cursum suum peragunt, sed currendo mutantur, & non redeunt vmquam ad locum, vnde cursum suum inchoarunt, sed senescunt & pereunt. Itaq; per spiritum hoc loco non intelligo animam rationalem, quæ immortalis est, & in die nouissimo redibit ad corpus: sed spiritum vitalem, siue vitam corporalem. Quodsi quis velit hîc per spiritum significari animam rationalem, dicere debebit, ejusmodi spiritum non rediturum ad locum suum, id est, ad corpus, vi suâ, sed omnipotentiâ DEi, nec cognosciturum ampliùs locum suum, quia immutatum inueniet, videlicet corpus immortale inueniet, cùm mortale reliquerit. Sic Euthymius.

III. *Quomodo misericordia Domini ab æterno & vsq; in æternum est super timentes eum* v. 17? ℟. Misericordia Domini, quæ fuit ab æterno super timentes eum in prædestinatione, durabit vsq; in æternum in glorificatione, ait Bellarm. Atq; ita erit DEus multum misericors, siue multitudinem beneficiorum, siue magnitudinem, siue durationem, consideremus. Quis autem dignè recogitet, quid sit, quòd Dominus vniuersorum, qui bonorum nostrorum non eget, jam inde ab æterno misereri decreuerit, pulueris hujus, id est, hominis, eumq; cœlestibus spiritibus coæquare, atq; in æternum sibi summo bono felicissimè inhærere voluerit, certè par esset, vt tantæ misericordiæ, ne ad momentum quidem obliuisceremur, & perpetuas ei gratias ageremus.

Psalmus CIII. Benedic anima mea Domino.

DEum laudat super mundi constitutione (vt est in græco) id est, pro mundi creatione & gubernatione.

I. *Quomodo dicitur DEus induisse decorem & pulchritudinem* v. 2.? ℟ Decorem induit DEus se pulcherrimis creaturis, veluti vestibus circumcingens. Lyranus censet confessionem sumi pro Angelis: decorem pro cœlo empyreo. Alij per confessionem & decorem intelligunt Angelos & Sanctos S. Greg. 32. Moral. 7. in illud: circumda tibi decorem, & in sublime erigere, & esto gloriosus, & speciosis induere vestibus sic loquitur: Dominus speciosis induitur vestibus, quia Sanctorum Angelorum choros, quos condidit, in vsum sui decoris assumpsit, & velut quamdam vestem, gloriosam sibi Ecclesiam exhibet non habentem rugam aut maculam, Vnde ei per prophetam dicitur, *confessionem & decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento.* Hic quippe confessionem induit, illic decorem; quia quos hic per pœnitentiam confitentes fecerit, illic fulgentes per decorem justitiæ ostendit. Hæc Greg. Rem hanc in hoc psalmo enucleatiùs persequitur Valentia: ait enim, primam Hierarchiam Angelorum, quorum est Deum laudare, per confessionem intelligi, 2dam verò per decorem, cùm dedicata sit ad decorem DEi & vniuersi. Tertiam deniq; per lumen, cùm sit à DEo constituta ad illuminandum mundum per lationem cœlorum & astrorum, & ad illuminandos specialiter homines.

Angeli sunt spiritus. II. *Quis est sensus* v. 5. QUI FACIS ANGELOS TUOS SPIRITUS? ℟ S. Aug. l. 15 de ciuit. DEi c. 23. Sic exponit: scriptum est, qui facit Angelos suos Spiritus, id est, eos qui naturâ sunt spiritus, facit esse Angelos suos, injungendo eis officium nuntiandi. Idem in conc. 1. in hunc psalmum sic loquitur: Angelus officij nomen est, non naturæ. Quæris nomen hujus naturæ, spiritus est: quæris officium, Angelus est. Sic ergo qui erant jam spiritus conditi à creatore DEo facit eos Angelos, mittendo eos nuntiare quod jusserit. Sic ille. S. Thomas & Theodor. sic explicant, q. d. facis, vt Angeli tui ac ministri sint instar ventorum veloces, & habeant ignis efficaciam.

Angeli ignis vrens. III. *Cur Angeli vocantur ignis vrens?* ℟ 1. Quia in seipsis ardent amore DeI. 2. quia alios inflammant & vrunt, vrendoq; expurgant. Id fecit Seraph. Isaiæ labia vrens calculo quem forcipe tulerat de altari Isaiæ 6. 16. 3. quia sursum ad DEum ipsi feruntur, & ad DEum alios eleuant. 4. Reg 2. 11. Cùm pergerent, & incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus & equi ignei diuiserunt vtrumq; & ascendit Elias per turbinem in cœlum. 4. quia impios in cinerem redigunt. Hoc fecerunt Angeli Sodomam cremantes.

Abyssus. IV. *Quænam abyssus intelligitur* v. 7.? ℟ Intelligenda est abyssus, seu profunditas aquarum, quæ initio creationis tegebat totam terram, ab ea pertingens vsq; ad cœlum. DEus enim in primo creationis instanti tria produxit, nempe empyreum cœlum, terram & immen-

sam aquam, quæ totum spatium interjectum compleret, vt ex ea DEus cœlos alios, aërem, aliaq; formaret. Illa profunditas dicitur abyssus, id est, sine fundo, si enim abyssos vocamus in mari illas aquæ cauitates, quæ bolide explorari non possunt, licèt terræ diameter sit tantùm bis aut ter mille leucarum, qualis erat abyssus à cœlo ad terram pertingens, cùm à terra ad concauum firmamenti seu cœli stellati sit distantia octoginta millionum milliarium.

V. *Quas aquas dicit Dauid stare super montes?* ℞. Aquæ steterunt super montes, cùm immensa illa aquarum moles occupabat totum spatium inter cœlum & terram, cùm cœpit rerum creatio. Nota futurum apud Hebræos sæpe habet vim præteriti siue perfecti, siue imperfecti: præsertim quando præcedit præteritum, vt hoc loco. Hinc colligitur aliquos saltem montes creatos esse in primo instanti, quo tota terra creata est. Nam alioqui quomodo abyssus illa primigenia texisset montes. Opinor tamen alios additos tertio creationis die, cùm cauitates fecit DEus pro mari & fluuijs. Quantum enim terræ ex illis cauitatibus abstulit, tantum in alio terræ loco posuit, ad montes excitandos & firmandos, eamq; terram condensauit in lapides & rupes. Itaq; illo tertio die dicuntur ascendisse montes, & descendisse campi, partim quia montes, qui erant formati, apparuerunt, partim quia alij sunt illo ipso die efformati. *Aqua super montes*

VI. *Cur dicuntur onagri expectare in siti sua* v. 11? ℞ hoc dici, quia est animal sitibundum. 1mò quia incolit tantùm siccas & calidas regiones Africæ & Asiæ ac præsertim Arabiæ. Hinc Jer. 14. 6. dicitur: *onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones, defecerunt oculi eorum: quia non erat herba.* 2dò sitim illam auget ruditus per singulas diei horas, noctisq; in æquinoctio verno.

VII. *Quænam sunt illa superiora, de quibus DEus rigat montes* v. 14.? ℞ esse nubes montibus altiores. Cùm enim DEus interiores terræ partes humectet & fœcundet aquis abyssi & maris se per occultos meatus infundentis. Cùm fluuijs & fontibus camporum superficiem irriget atq; locupletet, necesse fuit montes aquis cœlestibus irrigari atq; recreari.

VIII. *In qua tempora facta est luna* v. 20? ℞ Ut ejus beneficio menses dignosci possint, quos illa perficit nouo exortu suo, progressu, plenitudine, declinatione: deinde quæ forent anni tempestates, quando celebrandæ neomeniæ, certiq; alij festi dies: deniq; qui dies essent naturales, artificiales, sacri, profani, critici, forenses, vt & anni qui solares, lunares, magni &c.

IX. *Quando respexit DEus terram & fecit eam tremere, tangit montes & fumigant?* ℞. Alludit ad montem Sinai trementem & fumantem, cùm ad eum descendit Angelus Michaël, DEi legatus, legem populo Israel daturus Exodi 19. v. 16. Deinde multi montes fumant internis incendijs ardentes, vt Ætna, Vesuuius, Hecla & alij. Sæpe etiam montes tanguntur fulmine, & ardent ac fumant subito incendio syluarum suarum, vitium, segetum, domorum & arcium, quia fulmen non cadit rectâ viâ, sed obliquâ, ideo sæpiùs turres, montes ac loca sublimia attingit, quàm alia; fulmini autem nihil potest resistere. Sic autem DEus terrorem potentiæ suæ incutit hominibus.

Psalmus CIV. Confitemini Domino.

Inuitat ad laudandum Deum ob beneficia liberationis ex Ægypto, & inductionis in terram Sanctam.

I. *Quænam opera Dei annuntianda inter gentes proponuntur* v. 1.? ℞ locus hic intelligitur de omnibus DEi operibus, sed præcipuè de ijs, quæ fecit in protectione Patriarcharum, deductione in Ægyptum, conseruatione in eo regno, mirabili eductione ex illo, & introductione in terram Chanaan, de quibus agitur in hoc psalmo. *Opera Dei annuntianda.*

II. *An tenebantur Judæi prædicare gentibus, cùm dicatur* v. 1. ANNUNTIATE INTER GENTES OPERA EJUS.? ℞det Abul. in 1. Paral. 16. q. 19. ex peculiari præcepto id aliquos facere debuisse, vt Jonam: alios cùm adigerentur ad superstitionem, adstrictos fuisse ad veritatis confessionem: cæteros, cùm sese offerret occasio, ex quadam supererogatione prædicare potuisse, non ex necessitate communis præcepti: quia lex solis Hebræis data erat, vt necessaria, ac ipsis etiam vetita erat communicatio cum gentibus, ne peruerterentur idololatriâ Exodi 34. 15. Deut. 7. 2. Itaq; hoc loco aut rei futuræ prædictio est, vt Arnobius declarat: aut indicatur charitas Dauidis, qui non solus contentus cognoscere DEum ac laudare, à multis imò ab omnibus cognosci ac laudari cupit: atq; quod in se est, vt id in alijs consequatur, studet.

III. *Cur Ægyptus dicta est terra Cham* v. 32.? ℞ 1mò. quia probabile est Cham ibi habitasse. Nam sicut Japheto ejusq; posteris ad habitationem data est tota Europa, & partes aliquæ Asiæ septemtrionales; Semo & posteris ejus Asia ab Euphrate fluuio vsq; ad vltimas orientis oras, & America tota, sic Chamo & ejus filijs data est tota Africa cum Ægypto, atq; in Asia regiones Syriæ & Palæstinæ. Mesraim autem filius Chami secundus præcipuè in Ægypto mansit, tamquam in possessione sibi speciatim tradita post diuisionem linguarum, quæ facta est anno 275. post diluuium, vnde Ægyptum Hebræi vocant Mesraim. 2dò itaq; Ægyptus vocatur terra Cham, quia illius princeps fuit Mesraim ejus filius. *Ægyptus terra Cha.*

IV.

IV. *An per totos 40 annos sanitas perfecta permanserit in tribubus* Israelitarum, ita vt toto illo tempore nullus ægrotauerit v. 35. ℞ Hoc non videri; cùm enim constet omnes, qui in egressu excesserant annum vigesimum, esse mortuos in deserto, probabile est morbos aliquos antecessisse mortem, id enim est ordinarium. Dicere autem omnes morte violenta esse defunctos, non possumus, cùm ejus rei nullum habeamus fundamentum in scriptura. Nam locus hujus psalmi est tantùm de exitu ab Ægypto, quòd nullus fuerit tam imbecillus & æger, vt remanere in Ægypto coactus fuerit, sed omnes, ne vno quidem relicto inde exiuerint.

Psalmus CV. Confitemini Domino.

Celebrat Dei misericordiam Judæis toties peccantibus exhibitam, oratque vt Deus eam continuet, & dispersos per orbem Judæos exules in patriam reducat.

I. *Cur Dauid seu populus Israel v. 6. loquens allegat Parentum seu majorum suorum peccata, quæ potiùs tegere deberet?* ℞ 1mò. Quia Hebræi erant in lumbis patrum, itaq; sunt eorum quodammodo propria. Sic Leui dicitur decimatus cum Abraham. 2dò peccata patrum recenset, quia illa imitatus est per contumaciæ similitudinem, & cum illis peccauit, quos suis moribus retulit. 3tiò vt se magis confundat atq; humiliet, professus indignitatem se jam à parentibus ipsis contraxisse rebellibus. 4tò deniq;, vt DEi misericordiam extollat, quæ peccantibus illis pepercit, eumq; incitet ad similem veniam concedendam.

II. *Quinam fuerunt Core, Dathan & Abiron v. 18.?* ℞ 1. Core fuisse de tribu Leui, filium Isaar, fratris Amram, qui fuit Pater Moysis & Aaronis. Itaq; fuisse fratruelem ipsorum; cumq; eos consanguinitate proximè attingeret, doluisse sibi esse prælatos, ideoq; seditionis hujus primum fuisse authorem: vnde à Moyse vocatur seditio Core: ab Apostolo Juda, contradictio Core. 2dò. Dathan, Abiron & Hon fuisse de tribu Ruben, filij primogeniti Jacob.

III. *Cur hi potiùs quàm alij rebellarunt?* ℞ Core sibi Pontificatum Aaronis quæsiuisse, Rubenitas verò ambiuisse principatum Moysis. Cùm enim Ruben esset primogenitus, debebat jure naturæ præesse cæteris fratribus, & consequenter ejus posteri. Sed ob incestum cum Bala vxore patris sui Jacob illo honore principatûs & honore Sacerdotij priuatus est. Nam tribui Leui datum est Sacerdotium, & tribui Juda regnum. Nec vllus vmquam Rex aut Pontifex fuit de tribu Ruben, Moyses fuit Princeps in deserto de tribu Leui, Machabæi postea fuerunt Reges etiam de tribu Leui: tribus Ephraim habuit regnum Samariæ, sicut tribus Juda regnum Jerosolymæ, cùm in duo regna diuisæ sunt 12 tribus Israel.

IV. *An Core fuerit à terra absorptus; nam hic fit tantùm mentio, Dathan & Abiron?* ℞ fuisse absorptum. Hoc apertè dicitur Num. 26. 10. *Aperiens terra os suum* deuorauit Core morientibus plurimis, quando combussit ignis 250 viros. Filij tamen Core seruati sunt. Nam cùm terra aperta est, stantes in äere manserunt diuina virtute, donec sub pedibus eorum clauderetur. Nam non consenserant rebellanti patri, sed conabantur eum ad meliorem mentem reuocare: vnde Lyranus censet fuisse donatos spiritu prophetiæ.

V. *Vbi & quomodo illi 250 viri, Core socij, igne consumpti fuerunt?* ℞ id factum esse prope altare holocaustorum in atrio ipso Leuitarum, antequam ingrederentur Sanctuarium, in quo erat altare thymiamatis, vbi thus volebant adolere. Ignem è cœlo in eos cecidisse putat Philo, alij ex altari holocaustorum in ipsos inuolasse. R. Salomon probabilius opinatur ignem ex thuribulis singulorum exilijsse & ipsos combussisse.

VI. *An fuerint redacti in cineres?* ℞ Philo dicit, eos ita conflagrasse, vt ne minimùm quidem membrum relinqueretur, quod sepulchris posset inferri: Josephus etiam sic loquitur: ita sunt absumpti, vt ne cadauerum quidem reliquiæ apparerent. Solus Aaron superfuit illæsus, vt manifestum esset, diuinitus coortum hoc incendium. Ita Josephus.

VII. *An soli illi 250 igne perierunt?* ℞ Die sequenti perijsse quatuordecim millia hominum & septingentos. Cùm enim omnis multitudo filiorum Israel murmuraret contra Moysem & Aaronem ob necem tot procerum suorum, ignem DEus immisit, qui hanc plagam intulit, quæ longè major extitisset, nisi Aaron vestibus Pontificijs ornatus, arrepto thuribulo accurrisset, & stetisset inter viuentes & mortuos, impediens scilicet in oratione & thurificatione, ne incendium vlteriùs procederet. Hæc plaga autem contigit anno quarto exitûs ab Ægypto.

VIII. *Quomodo filij Israel initiati sunt Beelphegor v. 27.?* ℞ 1mò. Probabile esse, aliquot è primarijs consecratos fuisse in illius sacerdotes. Osee propheta vocat eos effœminatos: quia vt S. Hieron. & S. Cyrillus interpretantur, viri cùm essent, in fœminas mollitie mutabantur, & muliebri vociferatione ac cymbalis vtentes, facesq; ferentes circumcursabant. 2dò alij dicuntur initiati Beelphegor, quia idolo se deuouerant scortando, & de ejus sacrificijs participando. Vnde hic dicitur: *initiati sunt Beelphegor, & comederunt sacrificia mortuorum.*

Psal-

Pſalmus CVI. Confitemini Domino, quoniam bonus.

Hortatur ad laudes & gratias Deo deferendas, maximè ob quadruplicem liberationem. Primam, à diuturna vagatione per deſertum; ſecundam, à fame & captiuitate varia; tertiam, à morbis; quartam, à periculis maris.

I. *De qua exacerbatione eloquiorum Dei & irritatione conſilij loquitur* v. 11.? ℟. Alludit ad ea quæ paſſus eſt Jeremias propheta prædicens captiuitatem 70 annorum. Fuit enim infenſus populo & principibus, illuſus & afflictus ab omnibus, in teterrimum carcerem conjectus cùm optimum daret conſilium. imò non rebellandi contra Aſſyrios, 2dò non confidendi in auxilio Ægyptiorum, quod prædicebat fore irritum, 3tiò durante obſidione tradendi ſe Nabuchodonoſori & Chaldæis. Hæc omnia conſilia erant à DEo, & tamen illa contempſerunt, Rex Sedecias, principes, populus ac præſertim pſeudoprophetæ.

II. *De qua ſiccitate loquitur* v. 33? ℟. Chaldæus paraphraſtes ſiccitatem illam vult intelligi de tempore Joëlis prophetæ, ſic enim vertit: *quando peccauit domus Iſrael in diebus Joel prophetæ, induxit caritatem annonæ in orbem, poſuit flumina in deſertum, & egreſſus aquarum in ſiccitatem.* Joel quidem c. 1. 20, mentionem facit famis ſua ætate ſæuientis ob nimiam terræ ariditatem, ait enim exſiccatos fuiſſe fontes, & deuorata ſpecioſa deſerti ab igne. 2dò tamen probabilius eſt agi de vaſtatione Judæorum, cùm in eam irruerunt Chaldæi, & ex ea rebelles DEo ejecerunt. Solet enim DEus famem, peſtem ac bellum ſimul jungere in excidione populorum.

III. *De quo loquitur* v. 40 EFFUSA EST CONTEMPTIO SUPER PRINCIPES? ℟. de Sedecia, cùm captus eſt à Nabuchodonoſore & excæcatus, atq; in cauea ritu ferarum Babylonem tractus, ibiq; per duos annos in carcere detentus uſq; ad mortem. Cum eo omnes Principes, nobiles & magiſtratus abducti ſunt, aut obtruncati ſolis pauperibus in Judæa relictis ad excolendam terram. De Sedecia ſpeciatim & principibus ejus dicitur Jer. 24. 9. *Dabo Sedeciam Regem & principes ejus in vexationem, afflictionemq; omnibus regnis terræ: in opprobrium & in parabolam, & in prouerbium, & in maledictionem in uniuerſis locis, ad quæ ejeci eos.* Ut ſcilicet homines, cùm volent malè precari alteri, dicant, contingat tibi id, quod contigit Sedeciæ Regi Juda, ejuſq; familiæ & aſſeclis.

IV. *Quid tropologicè ſignificat*, POSUIT DEUS FLUMINA IN DESERTUM, ET EXITUS AQUARUM IN SITIM.? ℟. Cùm Judæos gratijs ſuis, lege, templo, ſacerdotio ac Sacramentis & donis priuauit, poſuit verò deſertum in ſtagna aquarum, & terram ſine aqua in exitus aquarum, cùm gentiles fidei & virtutum expertes aquis baptiſmi & gratiarum ubertate recreauit. Fontium in Eccleſia uberem fluxum diu ante præuiderat Iſaias Propheta, ſic enim ait c. 35. 6. Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum: quia ſciſſæ ſunt in deſerto aquæ, & torrentes in ſolitudine. Et quæ erat arida, erit in ſtagnum, & ſitiens in fontes aquarum. In cubilibus, in quibus priùs Dracones habitabant, orietur viror calami & junci. Et cap. 51. 3. Conſolabitur Dominus Sion, & conſolabitur omnes ruinas ejus, & ponet deſertum ejus quaſi delicias, & ſolitudinem ejus quaſi hortum Domini.

Pſalmus CVII Paratum cor meum DEus.

Pſalmus hic compoſitus eſt, quantum ad ſex primos verſus è fine pſalmi 56, & quantum ad reliquos, è fine pſalmi 59, tamen argumentum habet inſignius, nempe non de Davidis liberatione è Saulis manu, aut de ejus victorijs contra Idumæos & Ammonitas ſed de Chriſti & Eccleſiæ contra Mahometanos, & Antichriſtum triumphis, ut Rabbi David annotat. Sed nollem ad hos ſolos hunc pſalmum reſtringere.

Secundò itaq; & meliùs de Chriſti reſurrectione agitur, & de fructu illius, nempe de converſione totius orbis, de quo Chriſtus triumphabit. Variæ enim gentes hîc expreſſæ, ſynecdochicè ponuntur pro nationibus totius orbis, ita S. Aug. & alij. Non nego tamen etiam in ſenſu literali intelligi pſalmum poſſe de Davide exultante ob victorias varias de hoſtibus ſuis reportatas, ob quas Deo gratias agat.

Pſalmus CVIII DEus laudem meam ne tacueris.

David dira imprecatur Doëg proditori ſuo. 1 Reg. 12. allegoricè Chriſtus Judæ & Judæis.

I. *Quomodo à dexteris Judæ ſtetit Diabolus?* v. 6. ℟. Velut ejus Dominus & triumphator, illi præſidens & imperans pro voluntate eumq; captiuum trahens Joan. 13. 37 Poſt buccellam introiuit in eum Satanas, Gloſſa rectè advertit, ſuper eum conſtitui dæmones qui Chriſto noluit eſſe ſubditus. S. Aug. monet Judam geſſiſſe perſonam totius Synagogæ, quemadmodum S. Petrus gerebat perſonam totius Eccleſiæ, & ideo quæ hic dicuntur de Juda, illi quidem con-

 uenire

uenire, sed conuenire etiam & illustrius, toti synagogæ, quæ recusans habere Christum Regem, habuit diabolum, & Cæsarem, & ejus loco Pilatum.

Oratio Iudæ in peccatum.

II. *Cur oratio Judæ facta est illi in peccatum?* v. 7. ℞ Rationem reddit S. Hieron. quia orauit sine spe indulgentiæ, & desperans laqueo se suspendit. S. Aug. dicit, quia non est facta per Christum mediatorem. Euthymius addit, quia Judas, vt etiam cæteri persecutores Christi, orabant DEum pro exterminatione Nominis Christiani. Posset etiam addi, quia Judas non à Deo, sed à Diabolo auxilium petijt, diabolus autem suspendium illi suasit. Quo loco admonendi sunt lectores, orationem peccatoris non semper esse peccatum, sed sæpe multum valere ad remissionem peccatorum, ut intelligi potest ex oratione Publicani Luc. 18. tunc autem fieri in peccatum, & verè esse peccatum, cùm is, qui orat, vel non orat, quem debet orare, id est, DEum verum, sed idola, vel diabolum: vel non orat pro re bona, quam æquum est à Deo petere, sed pro re mala, quæ Deo displicet, vt pro ruina inimicorum: vel non orat per vnicum mediatorem, qui est Christus, sed per merita sua, quæ superbè habere se præsumit: vel deniq; non orat cum spe, aut fide, aut alijs necessarijs bonæ orationis comitibus.

Iudas an Episcopus.

III. *Quomodo Judas dicitur* v. 8. *Episcopatum amisisse, cùm numquam fuerit Episcopus?* ℞ Nota Judam fuisse Sacerdotem. Apostoli enim facti sunt Sacerdotes à Christo in vltima cœna his verbis Luc. 22. 9. *Hoc facite in meam commemorationem*, quibus verbis dedit illis potestatem consecrandi & transubstantiandi panem in corpus, & vinum in sanguinem suum. Nota 2. Judas etiam fuit Episcopus, secundùm aliquorum sententiam, qui censent his verbis, *Hoc facite in meam commemorationem* Apostolos factos fuisse à Christo Episcopos, ita censet Corn. à Lap. in cap. 26. v. 26 Matt. Lorinus verò censet tantùm post resurrectionem Christi Apostolos fuisse ordinatos Episcopos. Qui in ejus sunt sententia, dicunt id ab eo factum esse illis verbis Joan. 20. 21. Pax vobis. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Hæc cùm dixisset, insufflauit & dixit eis: accipite Spiritum S. &c. ℞ itaq; primò, posito quòd Judas numquam fuerit Episcopus, dici hîc amisisse Episcopatum, id est, Apostolatum suum, officium, dignitatem, munus. 2dò probabilius est Judam propriè loquendo fuisse Episcopum: nam in vltima cœna fuit, & Eucharistiam percepit, vt communis est Patrum sensus. itaq; præsens erat, cùm Christus statim post consecrationem dixit: *Hoc facite in meam commemorationem*, & illis verbis Apostolos constituit Episcopos, vt putat Corn.

Iudas habuit vxorem & liberos.

IV. *An Judas habuerit vxorem & filios?* ℞ habuisse constat ex v. 9 *fiant filij ejus orphani, & vxor ejus vidua.* Nec caret probabilitate ideo suffuratum esse Christi & Apostolorum pecuniam, quam asseruabat, vt eam vxori & liberis daret, qui sic furtis ejus assentiebantur, ideóque pœnâ digni erant. S. Aug. Lyran. Dionys. Carthus. & alij vxorem ei tribuunt & liberos.

Iudas dilexit maledictionem.

V. *Quandonam Judas dilexit maledictionem* v. 17? ℞ Tunc, cùm audiens à Christo: *Væ homini illi, per quem filius hominis tradetur, bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille.* Matt. 26. 24 hoc contemnens, abijt ad ejus hostes, vt eum illis eadem nocte traderet, quod etiam præstitit. Judæi quoq; maledictionem dilexisse censendi sunt, cùm clamauerunt Matt. 27. 25. *Sanguis ejus super nos & super filios nostros.* Quomodo super eos venerit hæc maledictio, cognitum est in euersione totius Judææ, ac præsertim Jerosolymæ, & nunc apparet in eorum captiuitate, & per totum orbem miserabili dispersione.

VI. *Quomodo DEus v. 14. recordatur scelera auorum & majorum ac parentum Judæ, vt eum puniat,* cùm tamen Ezech. 18 dicatur: *filius non portabit iniquitatem patris*? ℞ Ezechiel loquitur de filijs, qui non imitantur peccata parentum; psalmus autem loquitur de filijs, qui peccata parentum imitantur. DEus enim irritatus peccatis parentum, expectat quidem filios ad pœnitentiam, sed si illi pergant iniquitates parentum imitari, & sic implere mensuram patrum suorum, tandem omnes exterminat, non solùm considerans peccata præsentium, sed etiam præteritorum. Et hoc est, quod Exod. 20 Deus dixit, cùm legem populo daret: *Ego sum DEus tuus fortis zelotes visitans peccata parentum in filios in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me.*

VII. *Quo sensu dicitur* v. 18. ET INDUIT MALEDICTIONEM SICUT VESTIMENTUM &c.? ℞ Per pulchras similitudines declarat propheta maledictionem diuinam esse cumulum omnium malorum, tum externorum tum internorum. Primò comparat eam vestimento, quod totum corpus undiq; tegit: & quia vestimentum non intrat ad viscera, comparat etiam aquæ, quæ hominem demersum in mari, non solùm exteriùs abluit, sed etiam intrat ad stomachum, ad ventrem, ad pectus, ad omnia interna corporis humani: & quoniam aqua non penetrat ossa, imò neq; carnes, venas, neruos, addit comparationem olei, quod subtilissimum est, & non solùm carnes, & venas, & neruos, sed ipsa etiam ossa peruadit. Sic igitur diuina maledictio, non solùm Judæ & Judæorum, sed omnium illorum, quibus dicetur, ite maledicti, replebit malis corpus, & omnia ejus membra; replebit animam & omnes ejus sensus, replebit & mentem, & usq; ad intima intelligentiæ, & voluntatis penetrabit. Addit propheta, *fiat ei sicut vestimentum quo operitur, & sicut zona qua semper præcingitur.* Id est, non solùm maledictio illi adhæreat sicut vestimentum, sed etiam firmissimè adhæreat, quo modo cingulum firmissimis

& mul-

& multiplicibus nodis adstringi solet. Quis dignè cogitare valeat, qualis sit nodus, quàm firmus, quàm indissolubilis, decretum immutabile omnipotentis voluntatis Dei.

Psalmus CIX. Dixit Dominus Domino meo.

Canit non Abrahæ, non Dauidis, non Ezechiæ (vt volunt Judæi) sed Christi Messiæ gloriam, regnum & Sacerdotium æternum.

I. *Quis est sensus* v. 1. DIXIT DOMINUS DOMINO MEO? ℟ *Dixit Dominus* DEus Pater, *Domino meo*, Messiæ. Hic enim non solùm titulo Deitatis, sed & redemptoris & singularis gratiæ, & in omnibus præcellentiæ, verè est Dominus Dauidis & totius orbis, ex hoc versu conuicit Christus Judæos Matt: 22. v. 44. quòd non sit solùm filius Dauidis, & purus homo, sed etiam verus DEus. Dixit verò, imò ab æterno, 2dò in Incarnatione, 3tiò in resurrectione, vel in cœlum ascensione.

II. *Quid significat sessio Christi ad dexteram Patris?* ℟ Quietem & auctoritatem præcipuè regiam denotat. Illud autem à dexteris meis significat æqualitatem & consortium regni DEi Patris super omnes creaturas. Quam æqualitatem semper habuit filius DEi ratione diuinæ naturæ sed ad eam eleuatus est ratione naturæ humanæ, post humiliationem vsq; ad mortem, mortem autem crucis Phil. 2. & omnis lingua confiteatur, quia Dominus IEsus Christus in gloria est Dei Patris. Idem enim est esse in dextera Dei, & in gloria Dei, hoc est in majestate Dei, Heb. 1. Cui dixit Angelorum, sede à dextris meis, nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi &c. vbi per sedere à dextris DEi, significatur differentia inter Christum & Angelos, quòd isti sint ministri, & serui, & ideo non sedeant, sed mittantur in ministerium. Christus autem vt rex & Dominus sedeat cum Patre, creaturis omnibus superior. *Sessio Christi ad dexteram Patris.*

III. *An corpus Christi sedeat in aliquo throno in cœlis?* ℟ imò Christum ordinariè stare, cùm sit hic situs homini naturalis, & in corpore glorioso nulla sit fatigatio. Sic à S. Stephano stans visus est Act. 7. 55. ℟ 2dò videri mihi valde probabile esse thronum in augustissimo paradisi loco, in quo non numquam rex Christus sedeat coronâ gloriæ in medio Angelorum & Sanctorum diuina majestate spectabilis; imò in quo Sanctissima Trinitas, Pater, Filius & Spiritus S. se visibilem præbeat oculis corporeis Sanctorum. Cùm enim oculus corporeus non possit videre DEum, cur negabimus sub aliqua specie corporea, siue humana, siue qua alia Sanctissimas illas Trinitatis personas se amicis suis repræsentare, cum summa sua gloria & beatorum lætitia. Cur Pater æternus se Isaiæ spectabilem exhibuerit Isaiæ 6. 1. Danieli prophetæ Dan. 7. 9. S. Joanni Apoc: in throno magnifico Angelis & hominibus circumsepto, & id facturus non credatur ijsdem, & alijs per totam æternitatem, S. Ignatio Fundatori nostro, cùm esset Manresæ tota se Trinitas visibilem exhibuit, Pater æternus & Filius Romam pergenti, vt Societatis confirmationem procuraret: cur eidem hoc negabitur in cœlis. Si Moyses licet sciret S. Michaelem esse incorporeæ naturæ, tamen ejus videndi etiam oculis corporeis desiderio tenebatur, quid facient Sancti amore Sanctissimæ Trinitatis inflammati? Nonne illi dicent verba Moysis Exod. 33. 13. *Si inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam.* *Deo in cælo visibilem se exhibet.*

IV. *Quamdiu Christus sessurus est ad dexteram Patris?* ℟ dicit ipse Pater æternus, *donec ponam inimicos scabellum pedum tuorum*, id est ad diem judicij. Ita Genebr. qui subdit, etiam donec pedibus tuis subjiciam cunctos tuos hostes, etiam vsq; ad consummationem sæculi, quo tempore omnia tibi plenè subjiciam. Significat autem propheta his verbis, regnum Christi numquam finiendum, neq; periculum esse, vt ab inimicis euertatur, cùm DEus statuerit paulatim omnes omnino inimicos illi subjicere, vt pacificè postea duret in æternum, sicq; Christi regnum semper magis & magis propagandum, donec nullus omnino superfit inimicus, qui illi genua non flectat. Porrò ista propagatio quotidie impletur, dum alij conuertuntur ad fidem & obedientiam, & sponte subjiciuntur pedibus Christi, vt in eis tamquam in scabello quiescat; & tandem finito exilio pergunt ad patriam, vbi feliciter cum Deo quiescunt: alij vel peruertuntur, vel in peruersitate perdurant, & tandem per mortem ad judicium rapiuntur, & damnati ad inferos detruduntur, vbi Christi pedibus perpetuò comprimuntur. In nouissimo die propagatio complebitur, & tum Christo flectetur omne genu cœlestium, terrestrium & infernorum.

V. *Cur dicit Pater*, DONEC PONAM? *Nonne etiam filius ponit inimicos suos scabellum pedum suorum?* ℟ omnino quod Pater operatur, etiam Filius operatur: sed tribuitur hæc actio Patri, quia per eam redditur merces obedientiæ filij. Præterea omnis actio quæ ad potentiam pertinet, Patri solet tribui, quamuis etiam filio sit communis, quoniam à Patre Filio communicatur, non Patri à Filio, & Filio quidem vt DEus est, communicatur per generationem, eidem filio, vt homo est, communicatur per gratiam hypostaticæ vnionis.

VI. *Quomodo Christus virgam virtutis suæ emisit ex Sion?* ℟ id fecisse per Apostolos qui in Sion accepto Spiritu Sancto, legem euangelicam in totum orbem tulerunt, eumq; ipsius imperio subjecerunt. Ps. 2. 6. *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem Sanctum*

ejus, prædicans præceptum ejus. Hoc prædixerat Isaias c. 2. 3. *De Sion exibit lex & verbum Domini de Jerusalem, & ædificabit gentes, & arguet populos multos*, Christus ipse ait Luc. 24. 47. Oportebat prædicari in nomine ejus pœnitentiam & remissionem peccatorum *in omnes gentes*, incipientibus ab Jerosolyma. Virga hoc loco sceptrum significat, & per sceptrum intelligitur regalis potestas: per virtutem autem significatur robur & fortitudo. *Dominare in medio inimicorum tuorum*, est quasi fausta acclamatio & exhortatio ad propagandum imperium per omnes gentes.

VII *Quo sensu dicitur* v. 3. TECUM PRINCIPIUM IN DIE VIRTUTIS TUÆ IN SPLENDORIBUS SANCTORUM? ℟ Tecum erit principatus manifestus, tunc apparebit omnibus tuum esse regnum, & apud te solùm esse verum principatum, *in die virtutis tuæ*, in die videlicet nouissimo, quando potentia tua cœlum mouebit, solem obscurabit, terram concutiet, mortuos excitabit, & omnes ad tribunal tuum adducet. *In splendoribus Sanctorum*, id est, quando circumdatus eris Sanctis tuis, qui omnes fulgebunt sicut Sol. *Ex vtero ante Luciferum genui te*, id est, ideo tecum erit tantus principatus, quia ego DEus Pater omnipotens genui te, non ex nihilo, vt res creatas, sed ex vtero meo, vt filium verum, naturalem & consubstantialem, idq; ante Luciferum, id est, antequam stellas crearem, ante omnem creaturam, ante omnia sæcula. Per vterum intelligitur essentia Dei secreta, & intima; & quamuis vterus propriè ad matrem non ad patrem pertineat; rectè tamen Deus Pater dicitur ex vtero genuisse, tum vt clariùs ostendatur filius consubstantialis Genitori, tùm quia DEus non opus habuit vxore ad filium gignendum & pariendum. Ipse enim genuit, ipse peperit. Unde dicit Isa. vlt. Numquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam. Potest etiam hic locus non incommodè exponi de temporali Christi natiuitate. Est enim natus ex vtero solo Virginis, sine ullius viri semine, vnde vocatur filius hominis, non hominum. Ante Luciferum genitus; id est, media noctè. Sap. 18. 14. *Dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus Domine* à regalibus sedibus venit: Sed tunc impropriè sumi debet, *genui te*, pro produxi te. Non est Pater Christi, vt homo est.

Christus Sacerdos in æternum.

VIII. *Cur dicitur Christus Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech?* ℟ Dicitur Sacerdos in æternum, tum quia effectus vnici sacrificij, quo corpus suum obtulit in cruce, manet in æternum. juxta illud Heb. 10. Una oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos: tum quia viuens ipse in æternum, sacrificium ipse quotidie offert per manus ministrorum sibi inuicem in Ecclesia succedentium, quod confirmat Apostolus Heb. 7. dicens: & alij quidem plures facti sunt sacerdotes, idcircò quòd morte prohiberentur permanere: hic autem quòd maneat in æternum sempiternum habet Sacerdotium. Secundùm ordinem Melchisedech, per ordinem intelligitur ritus, lex, traditio, consuetudo. Opponitur autem ordo Melchisedech ordini Aaron Heb. 7. Distinguitur verò ordo Melchisedech ab Ordine Aaron in multis. 1. Melchisedech non legitur successisse alteri, neq; ei successisse alter legitur, nam ideo dicitur sine patre, sine matre, sine genealogia, neq; initium dierum, neq; finem vitæ habens, vti dicitur Heb. 7. In sacerdotio autem Aaronis vnus alteri succedebat, quia singuli moriendo sacerdotium filijs relinquebant. 2. Melchisedech erat Rex & sacerdos, Aaron simplex sacerdos. 3. Melchisedech obtulit panem & vinum; Aaron oues & boues. 4. Melchisedech erat sacerdos vniuersalis, non vnius gentis tantùm; Aaron erat sacerdos duntaxat Hebræorum; 5. Melchisedech non egebat tabernaculo vel templo ad sacrificandum; Aaron egebat, & ideo nunc apud Hebræos cessauit sacrificium quia euersum est templum. Christus igitur est Sacerdos secundùm ordinem Melchisedech, quia reuera nulli successit, neq; alius ei successit in amplissima dignitate sempiterni sacerdotij: & ipse verè & propriè non habet patrem vt homo, neq; matrem vt DEus. Idem Christus Rex est & Sacerdos, & obtulit panem & vinum in cœna, id est, corpus suum sub specie panis, & sanguinem suum sub specie vini, & non est sacerdos Hebræorum tantùm, sed Hebræorum & gentium, neq; alligatur sacerdotium ejus vni templo, vel tabernaculo, sed vt prædixit Malachias c. 1. à solis ortu vsq; in occasum in omni loco sacrificatur & offertur oblatio munda.

Secundùm ordinem Melchisedech.

IX. *Quis loquitur* v. 5. DOMINUS A DEXTRIS TUIS: CONFREGIT IN DIE IRÆ SUÆ REGES? ℟ det Bellarm. Propheta postquam dixerat, filium à Patre Sacerdotem æternum appellatum fuisse, conuertit sermonem ad Patrem, ac dicit, Christum verè fore Sacerdotem æternum: quoniam etiamsi multi reges terræ conspirabunt, vt sacerdotium totamq; ejus religionem euertant: ipse tamen sedens à dextris patris, confringet reges aduersarios, & illis omnibus inuitis sacerdotium & sacra sua perpetuabit. Dominus à dextris tuis, id est, Christus à dextris tuis sedens, sicut illi dixisti, sede à dextris meis, confregit in die iræ suæ reges: id est, in die qua irascetur inimicis suis, regibus terræ, Ecclesiam suam persequentibus, confringet eos, & jam in prænotione mea confregit, jam enim præuideo per spiritum prophetiæ, Herodem ab Angelo percussum, Neronem destitutum sibi manus injecisse, Domitianum, Maximinum, Decium & cæteros interfectos, Valerianum captiuum in manus Barbarorum deuenisse, Diocletianum, & Maximianum præ desperatione imperium deposuisse, Julianum, Valentem, Hunnericum, & omnes de-

nes de-

nes deniq; inimicos reges miserè perijsse atq; in gehennam detrusos, meritas pœnas dare.

X. *Quas ruinas, & quomodo implebit?* ℟det Bellarm. condemnatis omnibus impijs implebit ruinas, id est, consummabit vltimum exterminium, complementum ruinæ impiorum perficiet. S. Hieron. ex Hebræo legit, implebit foueas, quod etiam est verum, quia tunc implebuntur foueæ inferorum omnibus malis hominibus, & dæmonibus eò detrusis & conclusis: & hoc modo conquassabit capita in terra multorum, id est, humiliabit & conteret omnes superbos, qui nunc erecto capite aduersus DEum incedunt. Alij dicunt *implebit ruinas* in cœlo factas à Lucifero & Angelis Apostatis. Cujus reparationis figura fuit constitutio Dauidis pro Saule reprobato: Mathiæ pro Juda.

XI. *De quo torrente Christus in via bibet* v. 7? ℟ Tota vita tribulationes varias & afflictiones exhauriet, atq; in fine calicem passionis epotabit. Torrentem appellat cursum rerum humanarum: quomodo enim torrens magno impetu & sonitu fluit, & turbidus incedit, & paulò post cessat, & ne vestigium quidem sui relinquit: sic sunt res humanæ tempore hujus mortalitatis, transeunt enim omnia, & vt plurimùm turbida: audiuntur sæpe maxima prælia & turbationes gentium & populorum; sed paulò pòst finem accipiunt tum ipsi tum posteri eorum, & vix inueniuntur vestigia potentiæ eorum. Ad hunc torrentem descendit filius DEi per incarnationem suam, & in via, id est, in spatio vitæ suæ mortalis & transeuntis, bibit aquam turbidam hujus torrentis, pertulit ærumnas nostræ mortalitatis; imò etiam in profundum torrentis descendit per passionem, ita vt non biberit aquam ad refrigerium, & delectationem; sed biberit molestissimam aquam, vt faciunt illi, qui demerguntur in aquis juxta illud ps. 68. *Intrauerunt aquæ vsq; ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia: veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.* Meritò igitur hujus tantæ humiliationis sponte susceptæ pro gloria Patris & salute generis humani, exaltauit postea caput suum ascendens in cœlum & sedens ad dexteram Patris, constitutus judex viuorum & mortuorum.

Psalmus CX. Confitebor tibi Domine.

Laudat Deum à miris operibus ipsius & multiplicibus beneficijs in homines collatis.

I. *Quando fecit Deus memoriam mirabilium suorum?* ℟ quando pluit Manna de cœlo; quod fuit, opus magnæ misericordiæ, non solùm præsentibus, quos aluit in deserto, sed etiam posteris, quibus reliquit vrnam manna plenam, in memoriam mirabilium, quæ patrauerat in deserto. Sic enim habetur Exod. 16. & Hebr: 9. Manna verò fuit figura Sacramenti Eucharistiæ, quod datum est populo Christiano in cibum spiritualem, & in memoriam mirabilium, quæ operatus est Christus in terris, quorum præstantissimum est gloriosa passio, quæ mortem nostram moriendo destruxit, & de principe hujus mundi triumphauit. *Memoria mirabilium*

II. *Quibus timentibus dedit escam, memor in sæculum testamenti sui?* ℟ Manna dedit timentibus se, id est cultoribus suis Hebræis: quamuis enim plurimi in eo populo peccatores essent, tamen DEum verum colebant: nam timere Deum, in scripturis colere significat. Et sicut DEus volebat, vt populus memor esset mirabilium suorum, quæ fecit, quando eduxit populum de Ægypto, & per desertum in terram promissionis introduxit: ita vicissim promittebat, se memorem futurum pacti sui, quod cum illis inierat: ideo addit, memor erit in sæculum testamenti sui, id est, ostendet continua prouidentia, & protectione se memorem esse fœderis & promissorum suorum. *Esca timentium.*

III. *Quomodo memor fuit testamenti sui?* ℟ Præcipuum caput fœderis, quod cum Abraham pepigit Deus, fuit, vt daret posteris ejus Hebræis terram Chananæorum, quæ ideo postea dicta est terra promissionis. Memor ergo pacti sui notam faciet populo suo virtutem, id est, potentiam & fortitudinem operum suorum, conuertendo Jordanem retrorsum, clangore tubarum euertendo muros Jericho, sistendo solem & lunam ad imperium Josue, lapides de cœlo super hostes Hebræorum pluendo, & similia multa mirabilia operando, vt det illis hæreditatem gentium, id est, vt daret illis, fidelibus suis terram Palæstinæ, quam gentiles Chananæi tanquam propriam hæreditatem & possessionem obtinebant.

IV. *Cur Deus voluit Chananæos Palæstinâ expellere?* ℟ quia non seruauerunt præcepta DEi naturalia, quæ sunt omnibus communia & immutabilia, quia continent prima principia justitiæ: nam Leu. 8. prohibet DEus incestum, adulterium, vitium contra naturam, idololatriam & similia, & addit, omnes execrationes istas fecerunt accolæ terræ, qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam, cauete ergò ne & vos similiter euomat, cùm paria feceritis, sicut euomuit gentem, quæ fuit ante vos. Ait igitur fidelia omnia mandata ejus, id est, omnia præcepta Dei, præsertim naturalia, fidelia sunt, quia neminem decipiunt, cùm sint rectissima & justissima, & per hoc pœnam adferant præuaricatoribus, & præmia obseruatoribus. Nec solùm fidelia sunt, sed etiam immutabilia, & indispensabilia, cùm in nullo casu possint inueniri injusta, ideo addit confirmata in sæculum sæculi, facta in veritate & æquitate, id est, stabilita sunt æterna fir-

mitate, quia condita sunt in veritate, id est, in rectitudine, & æquitate, id est, justitia.

Redemptio per Christū.

V. *De qua redemptione loquitur v. 8.* REDEMPTIONEM MISIT POPULO SUO? ℞ De Redemptione per Christum. Post decantata beneficia Dei erga Patres testamenti veteris, transit ad beneficium longè excellentius testamenti noui, quo vera atq; æterna redemptio continetur. q. d. post hæc misit redemptorem suum tam sæpè promissum & tamdiu expectatum, de quo prophetauit Zacharias, cum ait Luc. 1. *Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ.* Redemit autem Christus populum suum de captiuitate & seruitute peccati & potestate tenebrarum pretio sanguinis sui, & hoc modo verè & propriè, *mandauit in æternum testamentum suum*, id est, jussit & statuit, vt testamentum siue pactum esset æternum, de vera & æterna salute & possessione cœlestis patriæ, nam testamentum vetus, quo promittebatur terra Palæstinæ, non fuisse æternum, patet experientiâ. Quare & Jer. c. 31. ait: Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & feriam domui Israel, & domui Juda fœdus nouum, non secundùm pactum, quod pepigi cum patribus eorum, vt educerem eos de terra Ægypti, pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum, dicit Dominus, & hoc erit pactum, quod feriam cum Domo Israel post dies illos, dicit Dominus. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam, & ero eis in DEum, & ipsi erunt mihi in populum.

Psalmus CXI. Beatus vir qui timet Dominum.

Qui timent DEum, maximè in pauperes benefici sint, cumulabuntur à Deo diuitijs, prolibus, securitate, fama, gloria æterna.

Justitia non moritur.

I. *Quomodo justitia timentis DEum manet in sæculum sæculi?* ℞ Manet in æternem. Justitia sumi potest dupliciter: 1mò metonymicè, pro fructu ipsius justitiæ, & hic manet in æternum. 2dò pro ipsius justitiæ siue generaliter siue specialiter sumptæ habitu & actu. Uterq; sensus bonus est. Justitia non moritur. Hinc Cancellarius Franciæ numquam induitur lugubri veste, neq; in priuato luctu, neq; in publico, ne regum quidem ipsorum, quorum exequijs ideo non interest. Dea est virili semper pectore, quæ res humanas omnes infra se ducit, quarum nec jactura mouetur, neq; vbertate extollitur. Prov. 10. 2. *Justitia liberabit à morte.*

Lumen in tenebris.

II. *Quod Lumen exoritur justis in tenebris?* ℞ Lumen prudentiæ & consilij diuinitus affulget in tenebris dubitationum, quæ passim occurrunt in rebus gerendis: item in discernendis fraudibus falsorum fratrum: deniq; lumen consolationis in omnibus calamitatibus & ærumnis hujus vitæ. Hoc autem lumen est ipse DEus misericors & miserator & justus, qui misericordiam facit viris misericordibus: quia justum est, vt misericordes misericordiam consequantur. Ita Bellarm. In tenebris calamitatum exoritur lux diuinæ consolationis Exod. 10. 23. *Ubicumq; habitabant filij Israel, lux erat*, quos tamen tunc Pharao affligebat.

Sermones disponere in judicio.

III. *Quid est disponere sermones suos in judicio?* ℞ est prudenter loqui & cum judicio. S. Hieron. in c. 2. Joelis ait: dispensare sermones in judicio esse, vt quidquid audientibus vtile esse cernas, & non repugnare præsentibus, de alterius temporis testimonijs robores. Hæc ille. Hæc est felicitas dantis eleemosynam. Cùm enim dixisset propheta: *Beatus vir qui miseretur & commodat*, statim attexit: disponet sermones suos in judicio. Ubi aduerte, eleemosynam disponere sermones in judicio, id est, prudenter, vt in judicio fauentem & benignum judicem habeamus. Luc. 16. hoc explicatur parabola vililici, qui cùm fodere non valeret, & mendicare erubesceret, vocatis debitoribus Domini sui, eis liberaliter remisit partem debiti, ex centum cadis olei curauit scribi 50: ex centum coris tritici, 80. Quam industriam ipse paterfamilias laudauit v. 8. & Christus addit: *Et ego dico vobis: facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Sic ille sibi patronos pecuniâ emet qui erit liberalis. 2. Judicem ipsum innocenter corrumpet. S. Paulinus ep. 12. ad Seuerum. Da inquit, ad vsuram pecunias tuas, sed Christo, & salutaris vsura est. Item in sæculo corrupti muneribus reorum judices condemnantur: sed quisquis homo præuentus in aliquo peccato diffidens, innocentiæ tuæ, affers pretium salutis tuæ judici nostro: ne verearis, quasi corruptionis injuriam justitiæ Dei feceris. Hæc Paulinus.

Justus est in memoria æterna.

IV. *Quomodo justus est in memoria æterna?* ℞ id potest intelligi de triplici memoria. Nempe de memoria Dei, hominum, & justi ipsius. Ac 1mo justus erit in memoria DEi, quæ propriè æterna est: hominum verò memoria, temporalis & fluxa est. Ibi seruat DEus justum & opera ejus, sicut gemmas pretiosas in thesauro, sicut pupillam in oculo, & sicut stellas in cœlo. Hic est liber vitæ, in quo characteres aurei, & argentei effulgent, numquam delendi. Hæc est causa solidi gaudij, quod nemo tollet à nobis. 2dò in memoria hominum est liberalis, quia immortalem gloriam consequitur. 3tiò *in memoria æterna erit justus*: quia semper erit memor beneficiorum sibi à Deo collatorum & præmiorum promissorum. Sic memoria sumetur actiuè: id est, memoria quam justus habet; in præcedentibus sumitur passiuè, id est, memoria, quæ de justo habetur.

V. *A qua auditione mala non timebit justus?* ℞ imò, à mala fama, non timet, ne malè audiat:

audiat: fcit virtuti comitem indiuiduam, effe gloriam. 2dò *ab auditione mala non timebit*, id eft, à fententia æternæ damnationis in die extremi judicij. Illud eft verbum afperum, à quo liberatur vir juftus pf. 90. 3. Loth non crematur Sodomæ flammis, quia recepit Angelos hofpitio.

Pfalmus CXII. Laudate pueri Dominum.

Inuitat omnes ad laudandum DEum, tum ob alia, tum quòd humiles refpiciat & exaltet.

I. *Quid nomine puerorum intelligitur* v. 1. LAUDATE PUERI DOMINUM? ℞ intelliguntur ferui DEi, qui purè Deum colunt. Magna eft affinitas feruis cum paruulis, quoniam ferui finere fe debent regi à Dominis, quomodo paruuli reguntur à Majoribus. Unde etiam S. Paulus Gal. 4. ait: quanto tempore hæres paruulus eft, nihil differt à feruo. Admonemur igitur voce puerorum, feruos Dei fimplices, & pueros effe debere, & ad nutum Domini fine tergiuerfatione procedere. Ubi nota to pueri etiam de grandiori ætate accipi. Sic Jofue vocatur puer Exod. 33. v. 11. Sic milites Dauidis vocantur pueri 2. Reg. 1. 15. & duces Affueri regis Perfarum, quibus fecit grande conuiuium Efth. 1. v. 3. Sic Chriftus poft Refurrectionem apparens Simoni Petro, Thomæ, Jacobo, Joanni, & alijs duobus difcipulis, illos vocat pueros Joann. 21. v. 5. *Pueri funt ferui Dei.*

II. *Cur DEus tanto amore humilitatem profequitur, cùm dicit:* HUMILIA RESPICIT IN COELO ET IN TERRA.? ℞ quia humilitas fimillimos facit Chrifto Domino, qui exinaniuit femetipfum, factus obediens vfq; ad mortem, mortem autem Crucis. 2. quia donis cœleftibus animam præparat, omni vanitate & proprio amore eam mundans & euacuans. 3. quia omnem gloriam actionum fuarum, & donorum fibi à Deo collatorum Deo ipfi referuat, nihil inde fibi fubtrahens. *Humilitas.*

III. *Ad quid alludit* v. 6. SUSCITANS A TERRA INOPEM, ET DE STERCORE ERIGENS PAUPEREM? ℞ Alludit 1mò ad Jobum, qui natus annos 70. in maximas calamitates incidit, in ijfq; per feptennium fortiter fe geffit, ad tantam inopiam redactus, vt tandem in fterquilinio coactus fuerit jacere, & teftâ purulentam è corpore fuo profluentem faniem radere, fed exacto certaminis & humilitatis feptennio, fufcitatus eft à Deo ex terra & ftercore, & rex in terra Hus inter Idumæos conftitutus, vt Pineda & alij afferunt, in qua dignitate vixit adhuc annos 140. Duplicatâ rerum omnium gloriâ atq; abundantiâ, vidit filios filiorum fuorum vfq; ad quartam generationem, id eft, filium, nepotem, pronepotem & abnepotem viuentes, eumq; coronantes, ac tandem plenus dierum animam Deo reddidit in æternum coronandam. 2dò alludit Dauid ad feipfum. Cùm enim per decennium à Saule Rege exagitatus effet, & aliquando in miferrimum ftatum redactus, anno ætatis fuæ trigefimo Rex declaratus eft, & publicè inunctus in Hebron à tribu Juda, & poft 7. annos iterum inunctus in regem omnium tribuum populi Dei. Vel certè alludit ad ftatum, in quo erat paftor terra & ftercore fœdatus in agris & ouium ftabulis. 3tiò alludere poteft etiam ad Mofem, qui paftor fuit annis 40. in terra Madian, deinde factus eft Pharaonis DEus participatione eminentiæ & poteftatis ad eum puniendum & conterendum Exod. 7.

Pfalmus CXIII. In exitu Ifrael de Ægypto.

Canit mira Dei opera in eductione filiorum Ifrael ex Ægypto: vnde concludit ipfum folum effe Deum, non idola: quippe qui folus juuet fperantes in fe.

I. *Cur Ægyptij vocantur Barbari* v. 1.? ℞ quia aliâ linguâ vtebantur ab ea, qua vtebantur Hebræi, juxta illud 1. Cor. 14. Si nefciero virtutem vocis, ero cui loquor barbarus, & qui loquitur mihi barbarus. Ubi nota, cùm fcirent Hebræi linguam fuam primitus à Deo infufam fuiffe Adamo, eam in Hebere & Phalego viris pijs hæfiffe in diuifione & confufione linguarum in Babel, inde ad Abraham & Sanctos Patriarchas defluxiffe, illâ leges fanctas ab Angelo datas effe in Sinai, fcripturas omnes facras effe compofitas, laudes DEi in tabernaculo decantari, & diuina reddi oracula, omnem aliam linguam barbaram & incultam reputabant, & idiomati facro pofthabendam. Nec immeritò quidem: Hebraica enim lingua ob rationes dictas fancta eft, eaq; non pauci Sanctos in cœlis tota æternitate DEum laudaturos putant. *Lingua fancta.*

II. *Quia v. 1. intelligitur per Ifrael*? ℞ Ifraelitæ, Jacob duplex nomen fortitus eft. 1mò enim vocatus eft ab Ifaaco Patre fuo Jacob, id eft, fupplantator: quia nafcens apprehendit plantam Efau fratris fui, qui primus ex vtero exiuit, Ofeæ 12. 3. *In vtero fupplantauit fratrem fuum*, 2dò dictus eft Ifrael ab Angelo, cùm ex Mefopotamia rediens in oratione cum eodem Angelo DEi legato eft luctatus, nec eum dimifit, donec benedictionem petitam impetraffet. Dictus eft itaq; Ifraël, q. d. Dominans DEo: id eft, Angelo, DEi vicario & legato. Hinc effectum eft, vt totus populus Hebræorum modò vocetur Ifrael, modò Jacob: ficut etiam Judas & Judæa à Juda filio ejufdem Patriarchæ Iacobi, vt patet v. feq.

Israel sanctificatio & potestas Dei III. *Quo sensu dicitur* v. 2. FACTA EST JUDÆA SANCTIFICATIO EIUS, ET ISRAEL POTESTAS EIUS? ℟ Gens Hebræorum facta est sancta familia DEI: quia facta separatione à profanis Ægyptijs expressè sacrificauit sibi DEus populum Hebræum, vt eum sibi sanctificaret, & ab eo vicissim sanctificaretur. *Potestas*, id est dominium, seu populus, cui ipse peculiari modo dominaretur, nempe, per veram fidem, legem, sacramenta, & specialem prouidentiam. Israelitæ tunc primum cœperunt in unum populum adunari, cujus Rex ac Princeps specialiter esset DEus, cùm ab Ægypto in desertum secesserunt. Nam tunc primò simul congregati sunt, cùm antea in Ægypto huc illuc dispersi essent. Tunc sub vnius Regis dominio extitêre, cùm priùs sub Pharaonis seruirent. Tunc leges in monte Sinai ab eo acceperunt. Tunc publicè illi victimas unanimi omnium consensu, præscriptis ab eo ceremonijs obtulerunt. Tunc impositum sibi ab eo ducem, judicem & Principem Mosem acceperunt, qui esset mediator atque internuntius inter ipsos & DEum, ac voluntatem & mandata, cum eo facie ad faciem colloquens, deferret, atq; intimaret.

Mare fugit IV. *Cur dicitur* v. 3. *Mare rubrum fugisse, cùm diuisum est & dedit Hebrais transitum*? ℟ Hoc dici, quia celeriter recessit. Deinde, quia sic magis denotatur suprema Dei potestas in creaturas, cui ad nutum obediunt. Nam statim atq; Moses extendit manum suam cum virga miraculorum patratrice super mare, Angelus illud diuisit, ita vt ex vtraq; parte starent aquæ instar muri. Deniq; fuga denotat mare longè recessisse, & latissimam viam fecisse populo DEI, vt citiùs transiret. Erant enim in eo circiter tres hominum milliones, & 4. aut 5. horis illud mare trajecerunt, quod in latitudine habet 6. leucas, teste Adrichomio. Sed DEus vires dedit insolitas, nec res miraculo caruit, præsertim in paruulis.

V. *Quid vidit mare quod illud ad fugam incitaret*? ℟ Vidit, id est, sensit potentem Dei manum in protegendo Israele, vnde quasi perculsum fugit, diuidens se in duas partes Exod. 14. 21. Sic postea fugit & Jordanis, Josue 3. v. 16. Deinde vidit Hebræos trepidantes in suo littore, quòd vrgerentur ab exercitu Pharaonis, & modum euadendi non viderent. Vidit Mosem virgâ armatum cum populi principibus ad se accedentem, & virgam ostendentem, & probabiliter eâ percutientem aquas, vt putant S. Aug. S. Epiph. & Josephus. Vidit Angelum descendentem, vt diuisis aquis transitum Hebræis daret.

VI. *Quomodo Jordanis fluuius conuersus est retrorsum*? ℟ illius miraculi hunc modum extitisse, imò Sacerdotibus cum arca in aquas illius fluvij intrantibus, omnes aquæ inferiores cursu solito & naturali defluxerunt in mare mortuum, quod etiam vocatur aliquando mare salsissimum, seu mare salis. 2dò aquæ superiores in suo loco constiterunt ab Angelo detentæ, & impeditæ, ne deciderent pro more. 3tiò fons Jordanis more ordinario aquas effundebat, & omnes riui in Jordanem influentes, & aquæ illæ, vbi venerant ad locum, in quo stabant sacerdotes cum arca humeris suis imposita, veluti muro percussæ reflectebantur in altum, & cogebantur redire ad locum, vnde venerant. Sicq; montis in modum fluuius Jordanis intumescebat, neq; tamen aquæ illæ in campos vicinos defluebant ab Angelo intra spatium illud retentæ, in quo erant ante illum transitum. Vide Josue 3. v. 16.

VII. *Quinam montes & colles exultauerunt sicut arietes & agni ouium?* ℟ Montes & colles tum mari rubro tum Iordani fluuio vicini, quibus poëticè lætitia & exultatio tribuitur ob tam insolitum miraculum prope se factum. In mari etiam rubro montes concussos esse terræ motu, cùm Pharao est submersus, non caret probabilitate. Quòd autem de ijs potiùs, quàm de alijs montibus fiat mentio, patet ex subjecta materia. Agitur enim de transitu maris rubri & Iordanis, vt populus ex Ægypto exiret, & promissam terram intraret.

Psalmus CXIV. Dilexi, quoniam exaudiet Dominus.

Ereptus è summis angustijs, forsan in deserto Maon, gratias agit DEo.

I. *Quid dilexit David, dicens* v. 1. DILEXI? ℟ Hoc verbulo satis indicat, se dilexisse Deum. Nam solus Deus per se est amabilis, cætera non sunt amabilia nisi propter ipsum. Ut enim docet S. Thomas, objectum charitatis proprium, principale & formale est summa bonitas, hoc est, bonitas DEI. Quòd si à Deo alios amores creaturarum separas, non sunt amores, sed odia: pocula aurea offerunt melle illita, sed felle & veneno plena; flores ostentant & pictorata prata, herbarumq; jucundos thoros, sed latet anguis in herba. Deinde dixit tantùm *dilexi*, quia sic se ab omnibus intelligi credebat. Qui enim perfectè & ardenter amat, ita mentem in dilecto fixam habet, vt putet omnes de eo solo cogitare. Sic Magdalena Christi amore saucia dicebat ipsi Christo, quem hortulanum putabat Ioan. 20. 15. *Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi, vbi posuisti eum, & ego eum tollam.* Ter repetit eum, & quis sit ille, non exponit. Amor enim ipsius cor & linguam rapuerat.

II. *Quinam dolores mortis & quæ pericula inferni Dauidem circumdederunt & inuenerunt*? ℟ Intelligit discrimina, quæ adijt in deserto Maon, quando à Saule & exercitu ejus cin-

gebatur

gebatur in modum coronæ, ita vt humanis viribus euadere se posse desperaret. Tunc circumdederunt illum dolores mortis, cùm Saul ejus sanguinem sitiret. Tunc pericula inferni eum inuenerunt, cùm præcipitia videbat ex alta rupe, & non patebat via ad fugam, nisi per abruptas cautes. Tunc tribulationem & dolorem inuenit, cùm desperabat se euadere à facie Saul. Tunc custodiuit paruulos Dominus, cùm nuntium misit de irruptione Philisthinorum in regnum Saulis. Tunc conuersus est in requiem suam, cùm rediit ad rupem illam securam in deserto Maon. Tunc DEus eripuit pedes à lapsu, cùm festinantem fugere per rupes difficiles non permisit labi in præcipitia.

III. *Quam quietem requirit David, cum ait* v. 7. CONVERTERE ANIMA MEA IN REQUIEM TUAM? ℟ Per requiem Dauidis posse intelligi ipsum desertum Maon, in quo quietus fuerat ante Saulis aduentum, quòd locus esset umbrosus & opacus ob syluas, & asper ob rupes, ac satis securus, ob Idumææ viciniam. Vel etiam sensus esse potest: Conuertere in requiem tuam, q. d. reuertere seu conuertere ad locum aliquem quietum & securum. Hoc fecit abiens in loca tutissima Engaddi, vbi anno sequenti eum Saul quæsiuit. Sed tantùm abfuit, vt Saul eum ibi caperet, quin potiùs Dauid habuit Saulem in sua potestate, sed pepercit ipsi in spelunca Engaddi.

Psalmus CXV. Credidi propter quod locutus sum.

Ejusdem est argumenti cum psalmo præcedenti: vnde apud Hebræos eidem annectitur. Hic psalmus est de Martyribus.

I. *Quid credidit David, aut Martyr, quem loquentem inducit?* ℟det imò S. Hieron. psalmum præcedentem desiisse in hæc verba: *Placebo Domino in regione viuorum;* hoc se credidisse, ideoq; ab illius professione fidei incepisse. ℟deo 2dò id latiùs patere, & vocem esse Martyrum dicentium se absolutè DEo & omnibus ab eo reuelatis credidisse: ideoque liberè coram tyrannis locutos, vel etiam *credidi* supple DEo, promittenti mihi tot malis obruto, salutem, prosperitatem & regnum, nempe per prophetam suum Samuelem: quare etiam intrepidè elocutus sum illud ipsum, & fidenter aliquibus indicaui. Vnde factum, vt inuidente id mihi Saule ejusq; asseclis, humiliatus (Hieron. afflictus) sim nimis.

II. *An teneamur sub peccato mortali fidem profiteri?* ℟det S. Thom. 2. 2. q. 3. a. 2. Confiteri fidem non semper, neq; in quolibet casu est de necessitate salutis: sed in aliquo casu & tempore: quando scilicet per omissionem hujus confessionis subtraheretur honor debitus Deo, & etiam vtilitas proximis impendenda: puta si aliquis interrogatus de fide, taceret, & ex hoc crederetur, vel quòd fides non esset vera, vel alij per ejus taciturnitatem auerterentur à fide. In hujusmodi enim casibus confessio fidei est de necessitate salutis. ita S. Thomas. Christus ipse dixit Luc. 9. 26. *Qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cùm venerit in majestate sua, & Patris & Sanctorum Angelorum.* *Fidē quando tenemur profiteri.*

III. *Quomodo dicitur omnis homo mendax?* ℟ idem est, quod fallax. q. d. Aduersante mihi fortuna, deseror jam ab omnibus etiam intimis, antea amicis meis; nemo fidem mihi datam seruat: solus DEus verax & fidelis, quare & illi soli deinceps credam. Lutherus ex hoc loco sic argumentatur: Facilius est verum dicere, quàm bonum facere: atqui homo nequit verum dicere, quia omnis homo mendax, ergo nec bonum facere, ergo omnia opera hominum etiam justorum sunt peccata Sed ℟deo negando minorem: nam esse mendacem, non est idem, quod semper actu mentiri, sed pronum seu procliuem esse naturâ suâ ad mentiendum & fallendum, quod non est peccatum, sed vitium naturæ peccato originali corruptæ: & per gratiam justificantem minuitur, & magna ex parte tolli potest. ita S. Basil. Hieron. Aug. *Omnis homo mendax.*

IV. *De quo calice loquitur David* v. 4. CALICEM SALUTARIS ACCIPIAM? ℟ De calice Sacrificij q. d. libabo & sacrificabo Domino hostiam pacificam, & eucharisticam seu gratiarum actionis pro vita & salute mihi beneficio ipsius conseruata. Alludit enim ad ritum sacrificiorum pacificorum, in quibus quasi Dei epulis semper adhibebatur aliquid loco potûs, v. g. vinum, cujus pars vna effundebatur, & sic libabatur Deo, reliquum hauriebant offerentes. Ubi adverte sumi hîc calicem metonymicè pro libamine contento in calice & synecdochicè ipsum libamen pro toto sacrificio. In omni porrò sacrificio erat libamen, exceptis sacrificijs pro peccato. Allegoricè significat calicem Ss. Eucharistiæ, tropologicè martyrij, passionum & afflictionum, inquit S. Basil. Hieron. Aug. *Calix salutaris.*

V. *In quo consistit solemnitas voti?* ℟ cum Suarez tom. 3. de Religione l. 2. c. 10. Solemnitatem substantialem voti castitatis nihil aliud esse, quàm moralem efficaciam voti castitatis ad inhabilitandam perpetuò personam, ne validum matrimonium contrahere possit, 2dò ut idem docet c. 12. Solemnitatem in voto paupertatis consistere in eo, quòd reddat personam perpetuò incapacem dominij & proprietatis. 3tiò Deniq;, vt ostendit c. 13. Solemnitatem in voto obedientiæ sitam esse in eo, quòd vouens se non possit firmiter obligare, neq; naturaliter neq; ciuiliter, sine Prælati consensu. Adduntur deinde aliæ ceremoniæ ad majorem deuotionem, & *Votorum solemnitas.*

vt non

vt non tam facilè voluntas resiliat. Publicè enim vota fiunt in oculis omnium, in aliquibus religionibus subsignantur supra ipsum altare, vt magis moueatur animus ad ea religiosè obseruanda.

Voti stabilitas. VI. *Quàm est stabile votum solemne?* ℞ det S. Thom. 2. 2. q. 88. a. 11. Votum solemne continentiæ esse omnino indispensabile, etiam ab ipso Pontifice. Sic autem ratiocinatur. Quod semel sanctificatum est Domino, non potest in alios vsus commutari. Non potest facere aliquis Ecclesiæ prælatus, vt id, quod est sanctificatum, sanctificationem amittat, etiam in rebus inanimatis: putà quòd calix consecratus desinat esse consecratus, si maneat integer: vnde multò minùs potest facere aliquis prælatus, vt homo Deo consecratus, quamdiu viuit, consecratus esse desinat, solemnitas autem voti consistit in aliqua consecratione seu benedictione vouentis, & ideo non potest fieri per aliquem prælatum Ecclesiæ, quòd ille, qui solemne votum emisit, desistat ab eo, ad quod est consecratus, putò, quòd ille, qui est sacerdos, non sit sacerdos: licet possit prælatus ob aliquam causam executionem ordinis inhibere. Et simili ratione Papa non potest facere, quòd ille, qui est professus religionem, non sit religiosus: licet quidam Juristæ, ignoranter contrarium dicant.

Psalmus CXVI. Laudate Dominum omnes gentes.

Inuitat omnes etiam gentes, ad laudandum Deum, ob exhibitum orbi Meßiam.

I. *Qui per gentes, & qui per populos intelliguntur?* ℞ Per gentes, intelligitur gentilitas conuersa ad fidem, quam primo loco posuit, quia videbat multò majorem partem Ecclesiæ ex gentilibus, quàm ex Judæis congregandam. Per populos autem intelligere videtur tribus Judæorum, similiter ad fidem conuersorum, vt hoc loco notauit in commentario S. Hieron. & similia verba ps. 2. *Quare fremuerunt gentes & populi meditati sunt inania*, exposuerunt Apostoli Act. 4. per gentes, gentiles, & per populos, Judæos intelligentes.

II. *Quam rationem reddit propheta laudandi Deum?* ℞ quoniam misericordia Domini confirmata seu stabilita est per aduentum Messiæ super gentes & super Judæos. Fundata enim est Ecclesia, aduersus quam portæ inferi non præualebunt, & constitutum est regnum, cujus non erit finis. Nec solùm misericordia confirmata est, sed etiam veritas promissorum adimpleta, in æternum ampliùs non mutabitur:

Psalmus CXVII. Confitemini Domino.

Solemnis congratulatio in coronatione Dauidis, vel in translatione Arcæ Domini in Sion. Allegoricè in resurrectione tum Christi, tum nostra.

I. *Quid est exaudiri in latitudine?* ℞ cum Ugone Card. Ecclesiam, quæ hîc loquitur, exaudiri in latitudine, id est, cùm in tribulatione inuocat, dilatari, quia quantò magis tribulabantur fideles, tantò plures conuertebantur ad fidem, & magis dilatabantur & numero & merito. Hæc Ugo. Vide Le Blanc. Alludit Dauid ad eliberationem suam ex deserto Maon, in quo conclusus & pene captus erat ab exercitu Saulis, ad liberationem ex vrbe Ceila, ex spelunca Engaddi, alijsq; locis, in quibus coarctatus erat, sed Dei ope euaserat.

II. *Cur furor inimicorum Christi, & totius Ecclesiæ, comparatur igni in spinis?* ℞ imò id fieri, quia ignis in spinis siccis citissimè accenditur. 2. quia est vehementissimus, & citò vicinas spinas corripit, ex vna discurrens & saltans in aliam. 3. quia est resonans & stridens, 4. quia citissimè extinguitur. 5. deniq; quia comburit tantùm superflua, truncum verò non lædit. Remigius hîc: Cùm, ait, ignis à pastoribus in spinis ponitur, non truncum lædit, sed quod siccum reperit adhærens trunco comburit. Sic persecutores cùm adhibent tormenta, non lædunt animam, sed corpus, quod est quasi indumentum animæ. S. Augustinum est secutus, qui sic ait in hunc psalmum: Quando peccatricem carnem, atq; mortalis vitæ molestissimas compunctiones persecutionis incendit, cremauerunt.

III. *Unde ducitur hæc comparatio*, IMPULSUS, EVERSUS SUM, UT CADEREM v. 13.? ℞ imò, posse peti à venatione, cùm cursu fatigatam feram venatores impellunt clamore, intentatis hastis, canibus immissis, alijsq; machinis in paratam foueam, præcipitium, rete, aliúdue offendiculum, aut cùm canes in ceruum, v, g. lupum, aliámue feram majorem & fortiorem insiliunt, eamq; suo impetu, ac multitudine prosternere moliuntur, vt occidant, & lacerent, deuorentq;. 2dò comparatio peti potest à pugilibus ac luctatoribus, qui pedem aduersarij implicant, & brachijs stringunt, conuoluuntq; vt prosternant vix jam vni pedi insistentem, ac mole corporis in præceps labentem. DEus tentatos seruos suos suscipit ante lapsum, imò quidem, graui tentatione impulsos, ac pene prostratos sustinet, ne cadant, sic Dauid in proximo erat perditionis periculo, nisi à DEo adjutus fuisset, cùm dicebat ps. 93. 17. *Nisi quia Dominus adjuuit me, paulò minùs in inferno habitasset anima mea. Si dicebam: motus est pes meus:*

eus: misericordia tua Domine adjuuabat me. 2dò Christus ipse visibiliter aliquando liberat à tentationibus animæ, sicut ab afflictionibus dæmonum liberauit S. Antonium, S. Hilarionem: à tormentis tyrannorum S. Clementem Ancyranum, S. Pantaleonem & alios, 3tiò sine visibili apparitione sæpe mentem interno allapsu & gratiâ confortat. DEus etiam post lapsum suscipit, & erigat: sic contigit Dauidi ipsi, Petro, Paulo, Magdalenæ, S. Theodoræ Alexandrinæ, S Mariæ Ægyptiacæ, S. Jacobo Eremitæ & alijs multis.

Deus fortitudo nostra

IV. *Quomodo DEus est fortitudo nostra* v. 14.? ℟ non formalis, sed causalis: quia nobis robur infundit. Isa. 41. 10, ait DEus Israëlitis, id est, Christianis, ait S. Cyrillus: *ne timeas, quia ego tecum sum: ne declines, quia ego Deus tuus: confortaui te, & auxiliatus sum tibi, & suscepit te dextera justi mei:* id est, Christi ait S. Hieron. DEus est *laus nostra* id est, materia & objectum laudis nostræ, hoc est, quem semper laudare debemus, vel etiam *laus mea*, id est, qui est causa laudis meæ, qui dando mihi robur efficit, vt aliquid laude dignum efficiam. DEus est salus nostra, id est, causa salutis, seu est, Saluator noster.

Christus lapis Angularis.

V. *Quis lapis, quem reprobauerunt ædificantes, factus est in caput anguli* v. 21.? ℟ est Christus, qui ipse publicè hunc locum allegauit tamquam propriè ad se spectantem Matt. 21. Marci 12. & Luc. 21 S. Petrus Act. 4. S. Paulus ad Rom. 9 & S. Petrus 1. ep. c. 2. Allegant Isaiam c. 28. de hoc lapide angulari, summo, electo, probato &c. Deniq; S. Paulus ad Eph. 2. vocat Christum angularem lapidem summum. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, id est, misit DEus lapidem viuum, pretiosum, electum in terras; sed Judæi, ad quos tunc pertinebat officium ædificandæ Ecclesiæ, hunc lapidem reprobauerunt, dicentes de Christo, non est hic homo à DEo, qui Sabbatum non custodit, &, non habemus regem nisi Cæsarem, &, seductor ille dixit, post tres dies resurgam, & similia. Sed hic idem lapis ab ædificantibus reprobatus, quasi inutilis ad ædificium spirituale, à DEo principali architecto factus est in caput anguli, id est, constitutus est super parietes, ut eos conjungeret, & contineret, id est, factus est caput totius Ecclesiæ ex Hebræis & gentibus congregatæ, & tale caput, vt qui sub eo non ædificatur, saluus esse non posset, & omnis, qui sub ipso tanquam lapis viuus ædificatur, omnino saluandus sit. Atq; hoc à Domino factum est, id est, electione & potestate diuina, non consilio aut ope humana, & ideo mirabile est in oculis nostris. Quis enim non miretur, hominem crucifixum & mortuum ac sepultum, post tres dies resurgere immortalem cùm amplissima potestate, & caput ac Principem declarari omnium hominum & Angelorum, & per eum aditum patefieri hominibus mortalibus ad regnum cœlorum, ad Societatem Angelorum, ad beatam immortalitatem.

Dies Resurrectionis Christi.

VI. *Quæ est dies, quam fecit Dominus* v. 23.? ℟ Est dies Resurrectionis Christi. Tunc enim lapis in Passione reprobatus à Judæis factus est in caput anguli, & factus est mirabilis in oculis omnium per dotes gloriosi corporis sui, & admirabilem viuificationem corporum de sepulchris prodeuntium, & animarum è limbo & peccatis extractarum, ac sibi vnitarum.

VII. *Cur diem Resurrectionis Deus fecisse dicitur?* ℟dent 1mò S. Chrysologus Lactant. & alij, ideo illam dici factam à DEo, quia sol citiùs est ortus, quàm naturaliter oriri deberet, ac majori cum luce. Verba S. Chrysologi sunt Serm. 82. *Valde manè vna Sabbatorum veniunt ad monumentum orto jam sole.* Si valde manè, quomodo orto jam sole? Sic nescit Euangelista quid dicat? Euangelista quid dicat, scit: sed quid audiat, qui non didicerit, nescit. Non est erroris ista relatio, veritatis est. Dixerat: ab hora sexta vsq; ad horam nonam tenebræ factæ sunt; ergo sol, qui præter horam, vt Domino compateretur, abscesserat claritate, cùm resurgeret Dominus, ante tempus occurrit, & qui, vt suo commoreretur auctori, ipsam meridianam mortificauerat claritatem: vt consurgeret auctori suo, euictis tenebris antelucanus erupit. Hæc Chrysologus. Neq; hoc est improbabile. 2dò diem Resurrectionis Christi fecit Dominus, quia eum sibi peculiariter consecrauit, & illustrem præ cæteris fecit tanto mysterio, & tam admirabili suscitatione & glorificatione corporis Christi, quod ita deformatum fuerat in passione & cruce.

VIII. *Quo sensu dicitur* v. 26. CONSTITUITE DIEM SOLEMNEM IN CONDENSIS USQUE AD CORNU ALTARIS? ℟ Bellarm. sic explicat, q. d. constituite diem solemnem, id est, agite diem solemnem, in condensis, id est, densos virides ramos afferentes & ornantes templum usq; ad cornu altaris. 2dò in condensis, id est in multis & confertis victimis, ita vt perueniant usq; ad ipsum altare holocaustorum, ita Salmeron tom 3. tr. 19. 3tiò in condensis, arborum ramis, victimis & hominibus, quibus omnibus totum templum ita impleatur, vt perueniant usq; ad ipsum altare: vel quibus præcipuè ipsum altate exornetur atq; glorificetur.

Psalmus CXVIII. Beati immaculati in via.

Est continuum encomium legis diuinæ.

I. *Cur hic psalmus distinguitur per literas Alphabeticas?* ℟det S. Amb. vt indicetur, quòd lex diuina, sit alphabetum fidelium, cui (addit Hilarius) à prima ætate, cum primis literis & rudimentis studiosè incumbendum.

Immaculati. II. *Quinam sunt immaculati?* ℞ eos esse immaculatos, qui gratiâ DEI, virtutibus & donis cœlestibus exornati carent omni peccato: qui in exercitijs virtutum sunt perfecti, & jam cœlo proximi splendorem cœlestem jam in anima sua exprimunt, facti diuina parelia, veri solis fulgorem & mundissimam ac perfectissimam imaginem exprimentes.

Lex testimonium. III. *Cur lex vocatur testimonium* v. 2? ℞ 1. quia DEus per eam contestatur, quid velit aut nolit. 2. quia diuinæ sapientiæ, bonitatis & prouidentiæ erga nos est testimonium. 3. quia testificatur præmia justis, supplicia impijs esse reposita in æternum. 4. quia per multos testes annunciata & certa nobis est reddita. 5. quia est testimonium fœderis inter nos & DEum initi. Hinc arca continens tabulas legis Mosaicæ dicebatur Arca testimonij Exod. 31. 6.

Legis nomina. IV. *Quibus nominibus lex Dei in hoc psalmo appellatur?* ℞ sequentibus 12. Imò enim lex dicitur, siue à legendo, quòd legatur, cùm promulgatur, & legenda affigitur in compitis: siue etiam à legendo, quòd obliget. 2. vocatur via, inter semita, quia ad Christum, & ad DEum ducit, & per illam vita nostra decurrit. 3. præceptum, quòd vitium prohibeat, & virtutem imperet. 4. mandatum, quia per judices & præcones intimatur. 5. testimonium ob rationes datas. 6to justitia, quòd jus doceat, & suum cuiq; tribuat. 7. judicium, quòd præmium proponat, & pœnam. 8. justos faciat suos obseruatores. 9. æquitas, quia benignitatem, clementiam, liberalitatem inculcat, & diuinæ voluntati adæquatur. 10. veritas, quia DEus illam tradens aberrare non potest, & omnia quæ statuit firma sunt atq; ventura. 11. verbum, eloquium, sermo, quia DEus ore proprio legem sanciuit in monte Sinai. 12. vocatur ordinatio, quia denotat nos esse inferiores, DEum verò esse superiorem: deinde quia nihil est in DEi præceptis, quod non sit ordinatissimum.

V. *Quid est scrutari legem DEi?* ℞ Eum legem scrutari, qui non est contentus ejus superficie & cortice, sed intima ejus adita penetrare nititur, ac medullam sensusq; arcanos & reconditos reperire. Hoc Christus imperat, qui Joan. 5. 39. dicit Judæis, *scrutamini scripturas*: quod expendens S. Chrysost. hom. 24. in Gen. sic loquitur. Christus dicebat scrutamini scripturas: non vbiq; in superficie scripturæ, mens scripturæ inuenitur: sed opus est scrutinio, ne quod in profundo latet, nobis maneat absconditum. Tales scrutatores erant Berœenses Macedoniæ populi de quibus Act. 17. 11. *Susceperunt verbum cum omni auiditate, quotidie scrutantes scripturas.* De talibus S. Petrus dicit 1. ep. 1. 10. *De qua salute exquisierunt, atq; scrutati sunt prophetæ.*

VI. *An possit homo, existere in peccato, ambulare in via & lege DEi in ordine ad vitam æternam, & illam mereri?* ℞ id posse, si habeat tantùm peccata venialia: quia illa non tollunt gratiam sanctificantem, quam qui habeat, habeat principium intrinsecum ad operandum connaturaliter opera condigna æternæ coronæ & beatitudinis. ℞ 2dò hominem in peccato mortali existentem non posse ambulare in via & lege DEi, ita vt mereatur vitam æternam. Nam ille caret gratia DEi, & consequenter non habet jus filij adoptiui ad hæreditatem, sed est in odio Dei: non potest mereri remissionem peccati, longè minùs hæreditatem filiorum & gloriam. Vide Suar. tr. de gratia, l. 12. c. 14.

Repulsio à mandatis Dei. VII. *Quid est repelli à mandatis* DEi v. 10? ℞ Est repelli ab obseruatione mandatorum, & ab ea velut indignum rejici; non quidem positiuè: hoc enim Deus, qui est infinita bonitas, facere non potest: sed negatiuè repellit, id est, gratiam non dat, per quam efficaciter attrahat, peccator in scelus mortale prolapsus, similis est insano viatori, qui se in præcipitium luto, ac serpentibus & bufonibus plenum conjecit, & ad transeuntes clamat, vt se erigant, & in via regia reponant: illi verò vel sibi ipsis timentes, vel insaniam ejus ac fœditatem horrentes iter suum peragunt, neq; auxiliatricem manum porrigunt: de ijs dici potest, quòd negatiuè repellunt fatuum illum à via sua.

Anima pauimento adhærens. VIII. *Quis est sensus horum verborum* v. 25. ADHÆSIT PAVIMENTO ANIMA MEA? ℞ Posse sumi in bonam & in malam partem. In bonam partem explicando sensus est, q. d. me coram te humiliaui in terram dejiciens ad orationem, & meæ vilitatis protestationem, ideo viuifica me. In malam partem sumendo sensus est, q. d. anima mea adeo humiliata est & afflicta, vt malorum prementium pondere terræ adhæreat, hoc est, jam propemodum perij, morti sepulchroq; proximus, quare tu quæso pristino me statui restitue juxta promissa tua. Vel *adhæsit pauimento*, id est terræ, vt est in Hebræo, *anima mea*, id est, terrenis bonis nimiùm adhæreo, ætas mea corpori meo me nimis alligat, & ejus voluptatibus, & ab ijs me penitus expedire non possum. Ita S. Aug.

Uter in pruina. IX. *Quis est sensus* v. 83. FACTUS SUM SICUT UTER IN PRUINA? ℞ id est, caro & cutis mea præ labore itineris corrugata est, & contracta, sicut vter ex corio confectus rugas contrahit & coarctatur, atq; conficitur in mediam viam abjectus & gelu expositus. q. d. Ego ob nimium itineris laborem amisi meam pulchritudinem & speciem, ac vilis omni me aspicienti effectus, diu noctuq; ambulans in via mandatorum tuorum, gelu & pruinam ac difficultates omnes subterfugiens: noctes sæpe in oratione ponens, & terrenas suauitates respuens.

X. *Quo sensu dicitur* v. 85. NARRAVERUNT MIHI INIQUI FABULATIONES? ℞ q. d. Scelerati videntes me in via deficere, & lassum ab ambulando quiescere, tempus tentationi

loni opportunum nacti, cœperunt mihi narrare vanas & ludicras mundi delectationes, à lege tua alienas. S. Bruno, Vana, inquit verba & inutilia de sæculari felicitate experenda narrauerunt: quæ cùm falsa sint & infructuosa, nihil quàm fabulationes sunt dicendæ: nec à me reputata sunt, vt lex tua, id est, quæ alia sunt mandata tua.

XI. *Quid significat*, ANIMA MEA IN MANIBUS MEIS SEMPER v. 109? ℟ est parœmialis formula apud Hebræos alios; , idem significans, quòd in continuo periculo versor. Sic Jephte Judex, id est, Princeps populi Israel murmurantibus Ephraimitis ait Jud. 12. 3 Posui animam meam in manibus meis, transiuiq; ad filios Ammon, & tradidit eos Dominus in manus meas, q. d. summo me periculo exposui. De Dauide annorum 20. adolescente pugnante in fortissimum gigantem Goliathum, cui nemo se in toto Saulis exercitu audebat opponere dicitur 1. Reg. 19. 5. *Posuit animam suam in manu sua & percussit Philisthæum*. Priùs Job afflictissimus dixerat DEo, Job 13. 14. Quare lacero carnes meas dentibus meis, *& animam meam*, id est vitam, *porto manibus meis*. *Anima in manibus.*

XII. *De quo spiritu intelligendus* v. 131.? ℟ Imò ad literam, spiritum, seu âërem, ventum, flatum esse symbolum refrigerationis, refocillationis, noui roboris & jucunditatis aduenientis in medio labore, itinere & ardore occupationum ac molestiarum, Metaphora ducitur à viatore in magno æstu os aperiente, vt zephyri suauem auram hauriat, eaq; se recreet atq; reficiat. 2dò Tropolog, hîc per spiritum intelligi intelligentiam spiritualem verborum DEi, ita S. Bonav. qui notat spiritum intelligentiæ alium esse attractiuum, alium attrahendum; alium attractum. Ad attractiuum, ait, pertinet supplicatio, ad attrahendum implicatio, ad attractum explicatio. De 1mò Job 20. 3. *Doctrinam qua me arguis, audiam, & spiritus intelligentiæ respondebit mihi*. Ecce spiritum intelligentiæ attractiuum. De 2do Sap. 7. 21. *Omnium artifex docuit me sapientia, est enim in illa spiritus intelligentiæ sanctus vnicus, multiplex*: Ecce spiritus intelligentiæ, de profundo sapientiæ attrahendus. De tertio Eccli. 39. 7. *Aperiet os suum in oratione, & pro delictis suis deprecabitur. Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebit illum, & ipse tamquam imbres mittet eloquia sapientiæ suæ*. En spiritus intelligentiæ attractus. Hæc Bonav. *Spiritus est aër.*

Psalmus CXIX. Ad Dominum cùm tribularer clamaui.
David exul sub Saule orat restitui patriæ, & à maledicis liberari.

I. *Cur hic psalmus & 14 sequentes dicuntur*. CANTICUM GRADUUM? ℟ quia canebantur in 15. templi gradibus, cùm in supplicatione publica ad illud ascendebatur, sicut Pineda vult factum esse à Salomone, quando ex tabernaculo Dauidico transtulit arcam in templum à se extructum in monte Moria. Hinc psalmi illi sunt breuissimi, ne nimia mora in singulis gradibus traheretur. Tot sunt psalmi, ait S. Aug. qui appellantur graduum, quoniam tot fuerunt etiam templi gradus. *Canticum graduum.*

II. *Quid intelligitur per sagittas potentis acutas, & carbones desolatorios*? ℟ Acres pœnæ & vltiones Dei, & carbones desolatorij, seu omnia desolantes, id est, incendia perniciosissima, maximè in inferno, notatur inquit Theodor. in sagittis celeritas pœnæ, in carbonibus, seu prunis acerbitas. LXX legunt, carbonibus arborum eremi seu deserti, & maximè juniperi vt vertit Hieron. & radicum genista vt Chaldæus. Isti enim carbones ob densitatem materiæ incendium acriter concipiunt, fortiùs vrunt, & diutiùs fouent, inquit Plinius & Theophrastus.

III. *Quo sensu dicitur* v. 5. HABITAVI CUM HABITANTIBUS CEDAR? ℟ Habitaui cum barbaris & efferatis gentibus, quæ non habitant in ciuitatibus, sed in tentorijs, ijsq; nigris & rusticis, quales sunt arabes. Vox Cedar Hebraica est, & nigredinem, tenebrasq; significat. Unde Cant. 1. opponuntur tabernacula Cedar pellibus Salomonis, id est tentoria nigra & rustica tabernaculis pretiosis & splendidis. Verè autem ciuitates & palatia regum hujus mundi nihil sunt, nisi tabernacula rusticorum, comparata ad mansiones cœlestis Jerusalem.

Psalmus CXX. Leuaui oculos meos.
A solo Deo auxilium petendum & sperandum.

I. *Ad quos montes leuauit David oculos suos*? ℟ Non dicit se ex montibus oculos ad inferiora dejecisse, quid enim inde opis sperare potuisset, Saule rege sibi infenso. Sed potiùs dicit ex inferiori loco ad montem respexisse, hoc est ad cœlum, vbi DEus thronum suum posuit, & vnde preces exaudire creditur. Peregrini verò è Babylone redeuntes, in quorum typo facti sunt psalmi graduales, dicunt se oculos leuauisse ad montes, id est, ad montem Moria, in quo fuerat templum Salomonis, & ad montem Sionem, vbi fuerat tabernaculum DEi à Dauide extructum. Ex loco templi præsertim auxilium sperabat; vnde Daniel ter in die fenestris apertis in cœnaculo suo contra Jerusalem flectebat genua sua, & adorabat, confitebaturq; coram Deo suo, cùm versaretur in vrbe Babylone.

II. *Quomodo DEus est protectio super manum dexteram justorum*? ℟ DEum justos pro-

tegere, & stare ad dexteram ipsorum instar armigeri. Metaphora ducitur, inquit S. Chrysost. ab ijs qui stant in acie: stabit ad manum tuam dexteram, vt sis inexpugnabilis, vt gnauus & strenuus, vt valens & potens, vt trophæum erigas, vt referas victoriam. Hæc Chrysost. qui dicit id effectum esse populo exeunti de Ægypto. Illo se armigero ad dexteram partem tutum ac securum dicebat Dauid ps. 15. 8. *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commouear.* Deinde justos protegit DEus, & stat ad eorum dexteram velut vmbella & vmbraculum, ita Bellarm. & alij. DEus est vmbella justorum arcens ardorem solis & protegens à pluuia & alijs aëris incommodis.

Luna vrit. III. *Quomodo luna dicitur vrere* v. 6.? ℞ Dicitur vrere ratione frigoris. Nam etiam profani auctores *vrere* vsurpant de frigore, rebusq; frigidis, vt de pruina, quam à perurendo dictam volunt. Arist. in 4 Meteoror. scribit, quòd aliquando vrere dicitur & calefacere frigus: non perinde vt calor, sed quia cogit calorem, siue in vnum contrahit, & per antiperistasim circum obsistit eidem, sicq; nimirum intendit eum. Prodit præterea l. 4. de partibus animalium c. 2. quod experimento quoq; comprobatur, noctes tepidiores esse in pleniluniis, ob pleniorem lucem. Item l. 4. de generat. animalium c. 2. in exitu mensis tempus esse frigidius & humidius propter decrementum & defectionem lunæ. De se dicit Jacob ad socerum Laban Gen. 31. 40. die noctuq; æstu vrebar & gelu. Eccli. 43. v. 22. & 23. dicitur: Frigidus ventus aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua, super omnem congregationem aquarum requiescet, & sicut lorica induit se aquis, & deuorabit montes *& exuret desertum, & extinguet viride, sicut igne.* Sanè quemadmodum vstione arefactio fit, æstuq; dilatatis poris, humor euaporat & resoluitur, sic intensiore frigore condensatio efficitur, clauduntur pori, humor induratus minuitur, tandem exarescit, ac demum ita consumi res possunt, vt per ignem extingui. Ita Lorinus.

Psalmus CXXI. Lætatus sum in his.

Laudat Jerosolymam & templum à concordia, pietate, justitia & regni splendore.

I. *Quis dixit populo è captiuitate liberato* v. 1.? ℞ Imò Jeremias Propheta eum reditum prædixerat apertè c. 29. 10. *Cum cœperint in Babylone 70 anni, visitabo vos: & suscitabo super vos verbum meum bonum, vt reducam vos ad locum istum.* Ezechiel etiam sciebat & prædicebat illum reditum. 2dò hîc præsertim intelligitur Daniel, Aggæus & Zacharias Prophetæ, qui tunc viuebant, cùm captiuitas Babylonica soluta est.

II. *Cur Jerusalem dicitur ædificari vt ciuitas*? ℞ idem est, ac incipit ædificari, sicut solent ciuitates. Hoc dicebant captiui è Babylone reduces, & exultantes, quòd Jerusalem, quæ ante 70 annos erat excisa & diruta, & toto illo tempore fuerat deserta, nunc audita Cyri voluntate & fama eorum aduentum præueniente, inciperet ædificari vt ciuitas ab ijs, qui in Judæa remanserant. Licet enim non multæ domus essent extructæ, gaudebant tamen, quòd præter spem omnem viderent jam ligna conuehi, lapides portari, homines artifices confluere ex omni parte.

III. *De qua participatione in idipsum agitur* v. 3.? ℞ idem est, ac in qua ædificanda & reparanda omnes tribus populi DEi consentiunt; & summo ardore collaborant. Hanc cooperationem Cyrus Persarum Rex, ac Domitor Babylonis imperarat in edicto, quo captivos in Patriam remittebat 1. Esdræ 1. v. 4. & omnes reliqui in cunctis locis vbicumq; habitant, adjuuent eum viri de loco suo, argento & auro, & substantia & pecoribus: excepto quod voluntariè offerunt templo DEi, quòd est in Jerusalem. Hæc mutua consensio omnium reparandi Jerusalem, fuit magnum DEi donum, si enim dispersi singuli abijssent in domum suam, tardissimè coaluisset Resp. Judæorum, & dispersi attriti essent à vicinis populis sibi infensissimis. Sed stabilita semel Jerusalem, velut sanato & firmato corde, omnes reliquæ partes paulatim vires resumpserunt.

Sedes sederunt. IV. *Quanam sedes intelliguntur* v. 5. ILLIC SEDERUNT SEDES? ℞ Agitur hoc loco de throno regio & potestate regia in judicando, ac de judicibus Christo velut regi assistentibus. Nam & nominatur sedes Dauid, in cujus tribu non erat Sacerdotium; & quando agitur de judicio, non solent sacerdotes intelligi, sed ciuiles magistratus. Itaq; secunda pars versiculi est tantum expositio clarior præcedentis, vt frequentissimum est in psalmis. Dicuntur autem *sedere sedes*, id est, judices, qui sedentes judicant. Est Metonymia, in qua ponitur continens pro contento: sicut Dan. 7. v. 10. dicitur: *judicium sedit*, id est, judicum consessus, & libri aperti sunt. 2dò & meliùs *sederunt sedes* id est ipsæ sedes seu throni stabiliter atq; immobiliter manserunt, ipsa potestas regnandi & judicandi constanter mansit in domo ac familia Dauidis. Bellarm. id explicat his verbis: illic, id est, in Jerusalem, sederunt sedes in judicio: id est, sedes regum sibi inuicem succedentium, quorum proprium est judicare populum: sederunt, id est, quieuerunt immobiliter constitutæ & fixæ, quod dicitur ad differentiam sedis Saul primi Regis, quæ fuit in Gabaa Benjamin, sed ibi non quieuit, cùm paulò post translata fuerit, & similiter ad

r ad differentiam sedium judicum, qui fuerunt ante reges, quæ non sederunt alicubi, sed fre-
uenter transmutabantur de loco ad locum: sed sedes Regum de familia Dauid sederunt in Je-
salem immobiliter, & ideo subjungit, *sedes super domum Dauid*, id est, sedes regni, quæ su-
r familiam Dauid fundatæ, quietem & stabilitatem inuenerunt.

Psalmus CXXII. Ad te leuaui.

Orat liberari à ludibrijs.

I. *Quinam sunt illi oculi, quibus cœlum contemplandum est?* ℞ imò, esse oculos corporis lò Ugo Card. de oculis mentis sic exponit. Leuaui, inquit, fide & spe quasi duabus manibus culos meos interiores: scilicet affectionem & intentionem. Malim ego, oculos menti assigna- fidem & scientiam: vtraq; enim est in intellectu, cujus est visio: scientia radijs illustratur na- ralibus, fides radios habet supernaturales.

II. *Cur oculis mentis & corporis cœlum est aspiciendum?* ℞ 1. vt fides nostra perficiatur, vt im S. Hilarius: nemo tam amens, qui cœlum contuens, DEum esse non sentiat, Hoc patuit Nabuchodonosore Dan. 4. v. 31. 2dò vt spes nostra augeatur. De Susanna dicitur Dan. 13. 31. *flens suspexit ad cœlum: erat enim cor ejus fiduciam habens in Domino.* 3tiò vt charitas ga DEum ibi consideratum inflammetur. S. Stephanus oculos in cœlum eleuans vidit ibi JE- UM stantem à dextris DEi Act. 7. v. 55. & tanto erga eum amore exarsit, vt pro eo fortiter rimus sanguinem suum fuderit.

III. *Cur oculi nostri dicuntur debere esse in manibus Dei?* ℞ vt ostendamus nostram no- is seruitutem placere, & dependentiam è tam benignis, potentibus, & liberalibus manibus. dò vt probemus illi nostrum amorem & deuotam voluntatem promptissimè exequendi om- ia, quæ minimo digiti motu præcepturus est. Ita S. Bruno: sicut, inquit, oculi seruorum sunt ositi in manibus Dominorum suorum, attendentes in ipsas manus, vt quacunq; hora Domi- us eis nutum fecerit, ipsi statim obediant; & vt majus quid dicam, sicut oculi ancillæ, quæ ma- is est subdita, & ad obediendum parata, sunt positi in manibus Dominæ suæ, attendentes vt d solum nutum sequatur obedientia: ita oculi nostri interiores attenti sunt ad Dominum DE- m nostrum, vt ei in omnibus ejus voluntatibus obediamus, duraturi in hac seruitute, donec iisereatur vestri, in futuro reducens in immortalitatem & impassibilitatem, & de hac seruitu- e eripiens. *Oculi in manibus Dei.*

Psalmus. CXXIII. Nisi quia Dominus erat in nobis.

Gratias agit Deo, sibiq; gratulatur Synagoga, quòd ab hostibus & ty- rannis sit liberata.

I. *Unde deducitur illa loquendi forma* v. 2 FORTE VIUOS DEGLUTISSENT NOS? ℞ feris præsertim grandioribus, quæ paruula animalia vno haustu absorbent, antequam sint mnino occisa, quod oritur ab earum rabie, & à vehementia famis. Sic loquens de Chaldæis eorum rege, Judæos captiuantibus ait Sion Jer. 51. v. 34. *Comedit me, deuorauit me Nabu- hodonosor Rex Babylonis. Reddidit me quasi vas inane, absorbuit me quasi Draco, repleuit ven- rem suum teneritudine mea, & ejecit me.*

II. *Quibus rebus comparantur dentes impiorum:* BENEDICTUS DOMINUS, QUI NON DEDIT NOS IN CAPTIONEM DENTIBUS EORUM? ℞ imò comparantur gladijs, Prov. 30. . 14. Generatio quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus suis, vt comedat in- opes de terra, pauperes ex hominibus. 2dò comparantur dentes impiorum dentibus vrsorum. Dan. 7. v. 5. Persæ, vt ait S. Hieron. comparantur vrso habenti tres ordines dentium. Ecce be- stia alia similis vrso in parte stetit, & tres ordines erant in ore ejus, & in dentibus ejus, & sic dicebant ei: surge, comede carnes plurimas. 3tiò Joel Propheta Chaldæis dat dentes Leonum ad deuorandos Judæos. Verba ejus sunt c. 1. v. 6. *Gens ascendit super terram meam, fortis & innumerabilis: dentes ejus vt dentes leonis, & molares ejus, vt catuli leonis.* 4tò deniq; dentes impiorum possunt conferri dentibus piscium, qui se mutuò deuorant Habac. c. 1. v. 14. *Facies hominis quasi pisces maris.*

Psalmus CXXIV. Qui confidunt in Domino.

Qui confidunt in Domino, stabiles erunt & tutissimi: impij verò per- ibunt.

I. *Quo sensu dicitur* v. 3. NON RELINQUET DOMINUS VIRGAM PECCATORUM SUPER SORTEM JUSTORUM? ℞ idem est, ac si diceret, non diu ibi manebit, erit tantùm virga transiens, & pulUerem excutiens, non corpus vel animam incuruans & atterens. Erit, vt ait Bellarm. quasi stans non sedens, transitura, non manens, temporalis, non æterna. Per vir- gam intelligitur sceptrum aut imperium tyrannorum, ita Theodoretus, vel, vt alij, *virgam*, id est plagas & flagella, vt erant Nabuchodonosor, Sennacherib & alij tyranni, idq; ne *exten-* *Virga transiens.*

dant justi ad iniquitatem manus suas, id est, ne fortè etiam justi fiant impij, exemplo & prosperitate impiorum allecti, vel impatientiâ victi.

Virgâ peccatorũ tanguntur justi.

II. *Cur patitur DEus virgâ peccatorum attingi & premi justos etiam breui tempore?* ℟ Varias posse afferri causas. 1ma vt pijs det materiam patientiæ, constantiæ & virtutis. S. Aug. l. 4. de ciuit. c. 3. ait. Si justis quicquam malorum ab iniquis Dominis irrogatur, non est pœna criminis, sed virtutis examen. Proinde bonus, etiamsi seruiat, liber est: malus autem, etsi regnet, seruus est. Nec vnius hominis, sed, quod grauius est, tot dominorum, quot vitiorum. ita Aug. 2da quia DEus impios longâ & diuinâ patientiâ expectat ad pœnitentiam, ideoq; eos castigat remorsu conscientiæ, quæ non parua scelerum pœna est. 3tia vt ostendat omnes hujus mundi opes; pompas, prosperitates velut res parui momenti esse contemnendas. Ideo enim eas sæpe dat hostibus suis, negat verò suis amicis. Verè S. Aug. in c. 27. Matth. Si haberes sapientiam Salomonis, si pulchritudinem Absalonis, si fortitudinem Samsonis, si longæuitatem Enoch, si diuitias Crœsi, si felicitatem Octauiani: quid prosunt hæc, cùm tandem caro datur vermibus, & anima dæmonibus, cum diuite sine fine crucianda. Hæc Aug.

Virga peccatorũ non manet super justos.

III. *Cùm virga peccatorum sit tam vtilis justis, cur eam non relinquit diu Deus super sortem illorum?* ℟ primam causam esse euidentem in hoc psalmo, *vt non extendant justi ad iniquitatem manum suam*, vt dixi q. 1. 2da Ne impij extendant ad iniquitatem manum suam, id est, ne extentis, solutis, & liberis manibus alacres & exultantes in quosuis involent, perinde quasi nemo sit, qui eos cohibere possit: ne vtraq; manu in omnes ex omni parte sæuiant, sui se juris esse existimantes. Talis erat Nabuchodonosor, qui propositâ statuâ suâ aureâ adorandâ dicebat Ananiæ, Azariæ, & Misaëli adorationem negantibus: *quis est Deus qui eripiet vos de manu mea.* Talis Sennacherib Isa. 36. 20. 3tia petitur ab ijs, qui calamitatem diuturnam justorum & felicitatem impiorum cernerent, sicq; de diuina bonitate & prouidentia dubitarent, & se impijs felicibus adjungerent contempta virtute. 4ta deniq; petitur à paterna Dei bonitate, quæ clamores & gemitus filiorum, sub flagellis impiorum, diu audire non potest, quin accurrat ps. 11. 6. *propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam.* Non potuit Angelus audire gemitus asinæ Balaami, cùm ab eo percuteretur, sed os ejus aperit, & strictum ipse gladium Balaamo ostendit, mortem intentans, nisi virgâ percutere cessaret: & poterit DEus amantissimorum sibi liberorum gemitus sub crepitu verberum audire & non occurrere.

Declinare in obligationes.

IV. *Quid est declinare in obligationes* v. 5? ℟ Hebraicè est obliquationes vel tortuositates, Chaldæus *obliquitates*, Hieron: prauitates, græcè implicationes seu laqueos, q. d. hypocritas, qui occultis laqueis, & tortuosis vijs innocentes obligant & irretiunt, suasq; peruersitates tegunt, adducet DEus cum operantibus palàm iniquitatem, id est, æquè ac perinde puniet, ac si essent apertè & palàm impij. ita S. Hieron. Est Metalepsis in qua antecedens ponitur pro consequente, adductio scilicet pro punitione.

Psalmus CXXV. In conuertendo Dominus.

Reduces è Babylonica captiuitate sibi gratulantur, orantq; vt & residui liberentur.

I. *Quis est sensus* v. 1 IN CONVERTENDO DOMINUS CAPTIVITATEM SION: FACTI SUMUS SICUT CONSOLATI? ℟ det Bellarm. & alij. Cùm è Babylone egrediebamur in patriam redituri, tantâ lætitiâ fuimus cumulati, vt velut extra nos rapti & somniantes essemus, nec nobis ipsis crederemus, atq; præ gaudij exundantia videremur veriùs somniare reditum, quàm reipsa & oculis usurpare. Insperatum enim tantum bonum vix credere poteramus. Simile quid accidit Jacobo Patriarchæ Gen. 45: qui cùm audisset filium suum Joseph viuere, quem jam dudum mortuum luxerat, quasi de graui somno euigilans, non credebat. Sic cùm S. Petrus eductus est è carcere, in quem missus erat ab Herode Agrippa sequebatur Angelum & nesciebat, verum esse, quod fiebat, existimabatq; se visum videre Act. 12, 9.

II. *Quo sensu dicitur* v. 5. CONVERTE DOMINE CAPTIVITATEM NOSTRAM, SICUT TORRENS IN AUSTRO? ℟ Captiuitatem nostram, id est, captiuos nostros, est Metonymia frequens Hebræis, *sicut torrens in Austro*, id est, vt ait Bellarm. fac vt reuertantur captiui nostri, qui adhuc remanent in terra aliena, planè omnes, & quàm citissimè, vt sit plena & velox reductio, qualis esse solet earum rerum, quas torrens secum abripit & deuoluit, quando flante austro, tum pluuijs de cœlo cadentibus, tum niuibus liquefactis, & de montibus fluentibus, impletur.

III. *Cur dicitur* v. 6. EUNTES IBANT ET FLEBANT? ℟ Hac locutione denotatur continuatio fletûs: vt scilicet, quocumq; irent, flerent, quamcunq; in partem irent, redirent, sursum, deorsum, à dextris, à sinistris, nihil præter lacrymas & doloris causas reperirent

Manipuli Sanctorum

IV. *Quinam sunt manipuli Sanctorum, quos portant cum exultatione?* ℟ 1mò manipulos Sanctorum esse instrumenta supplicij ipsorum. 2dò & pleniùs, manipuli sanctorum sunt omnia bona opera illorum, quæ manibus tenebunt Deo offerenda, & gaudebunt Ducis eorum aspectu. 3tiò

ctu. 3tiò deniq; sancti venientes venient cum exultatione portantes manipulos suos, id est, palmas sibi à DEo datas Apoc. 7. 9. *palmæ in manibus eorum.* Allusio est ad Judæos, qui cùm è Jerusalem euntes iuissent Babylonem flentes, & mittentes semina sua tempore regis Nabuchodonosoris post captam Jerusalem, venientes venerunt in eamdem Jerusalem tempore Cyri, portantes cum exultatione manipulos suos, id est, dona sibi à Cyro domitore Babylonis facta, Inter cætera enim reddi jussit vasa aurea & argentea 5400, vt habetur l. 1, *Esdræ* c. 11, v. 11.

Psalmus CXXVI. Nisi Dominus ædificauerit domum.

Sine Dei fauore nec familiæ, nec vrbes, nec proles parari vel seruari possunt.

I. *De cujus domûs ædificatione hîc agitur*? ℟ Per domum intelligitur tam ædificium materiale, quàm familia in eo contenta, nempe vxor, liberi, serui, & omnia ad commodam vitæ sustentationem necessaria. Unde in hoc psalmo fit mentio liberorum tanquam hæreditatis & mercedis à DEo datæ, eorumq; robur & in agendo celeritas ac felicitas promittitur. *Ædificatio domûs*

II. *Quo sensu dicitur:* SURGITE POSTQUAM SEDERITIS v. 2.? ℟ est Ironia, q. d. esto in multam noctem laboretis, & tunc post breuem somnum, quem non jacentes, sed sedentes obiter captatis, iterum ante lucem surgatis ad opus, & sic manducetis panem doloris, id est, cibum multo dolore partum; parum tamen aut nihil proficietis, nisi DEus fauerit.

III. *Quis est sensus verborum.* CUM DEDERIT DILECTIS SUIS SOMNUM &c? ℟ Est Antithesis versus præcedentis, q. d. Impij continuato labore dies & noctes se fatigant, & frustra, DEo manum suam subtrahente. Sed pij, quibus adest, & fauet DEus, licet somno suavissimè indulgeant, ipsis tamen quasi dormientibus affatim omnia bona obueniunt, nominatim filij multi & proles, quasi *hæreditas* ipsis à DEo concessa: & *fructus* ventris, id est fœcunditas prolium & pecorum, datur ipsis tanquam merces justitiæ ipsorum.

IV. *Quomodo intelligendus* v. 4. SICUT SAGITTÆ IN MANU POTENTIS? ℟ Sicut sagittæ in manu potentis, seu fortis sagittarij, magna vi contortæ, suppie, præsidio sunt ipsi & terrori hostibus; ita sunt *filij excussorum*, id est, juuenum. Juuenes enim vocantur Hebraicè excussi, quia expediti sunt ab omni impedimento, ad prælium, ad omne opus prompti. Unde Aquila, Symmachus & Hieron. vertunt, *filij juuentutis*, q. d. DEus amicis suis in flore juuentutis dabit validas & robustas proles, quæ parentibus suis sint aliquando pro sagittis, id est, armis & præsidio, quo possint etiam è longinquo contra hostes defendi. Genebrardus per *excussos* intelligit parentes concussos & quassatos ab hoste; q. d. filios tamen illorum fortes fore & felices, & præsidio parentibus.

Psalmus CXXVII. Beati omnes.

Justi beantur omnigenis bonis.

I. *Quo sensu dicitur* v. 2. LABORES MANUUM TUARUM QUIA MANDUCABIS, BEATUS ES? ℟ Labores, id est, fructus laborum tuorum, quia manducabis, beatus es: id est, quia laborum tuorum fructibus potieris. Sic enim labores sæpe sumuntur per metonymiam, q. d. hoc loco. Radices erunt amaræ, sed fructus suaues: nucleus frangendus est, & nucis suauitas arridebit. Sic ps. 104. v. 44. dicitur: *labores populorum possederunt* & ps. 108. v. 11. *Diripiant alieni labores ejus.* Hoc est diuitias laboribus partas. Felicitas autem est, quòd ex fructibus sibi à DEo donatis justus gaudeat, ijsq; fruatur, sicut Samson melle reperto in leonis à se occisi faucibus. Hinc Isa. c. 3. v. 10. *Dicite justo, quoniam bene, quoniam fructum adinuentionum suarum comedet.*

II. *Cur dicitur* v. 3 UXOR TUA SICUT VITIS ABUNDANS IN LATERIBUS DOMUS TUÆ? ℟ sicut vitis abundans, id est, multos pariens filios, vt vitis fœcunda multos racemos, in lateribus domus tuæ, id est, intus manens, vt modesta & pudica, & curam domus interioris habens, dum vir de his, quæ foris sunt, cogitat. *Uxor sicut vitis.*

III. *Quæ sunt nouellæ oliuarum*? ℟ Esse nouas, seu nouellas seu teneras oliuas, siue quæ adhuc oliuæ annosæ adhæreant, eamq; cingant & coronent in radice, ex qua pullulant, siue sint alium in locum transplantatæ. Nouellare est propriè nouum agrum colere, siue nouas vites pangere. *Nouellæ oliuarum.*

IV. *Cur proborum virorum liberi comparantur oleis nouellis*? ℟ Similitudinem considerari posse, in folijs, in fructu, in trunco, in radice. Ac primò, si oleæ folia consideres, virorem in ijs perpetuum reperies. Eodem modo pueritia & adolescentia bonorum & piorum juuenum est flos ætatis spiritualis atq; jucunditas. Filij justorum semper sunt pleni bonæ spei, atq; spem de se bonam excitant parentibus. 2dò oleæ fructus suauis est, atq; ad multa vtilis: oleum enim nobis fundit. Isa. 5. 1. *Vinea facta est dilecto meo in cornu olei.* Vinea est fœcunda mater familias, quæ est cornu olei filios pios atq; Reip. & Ecclesiæ vtiles profundens. Illam suauitatem & vtilitatem proborum filiorum videre possis in pietate erga DEum, & parentes, in pace erga *Filij probi oleæ nouellæ*

domesticos, & in mansuetudine erga externos. 3tiò similitudo oleæ cum justorum liberis est in trunco. Olea enim incorrupta est, nec carie labefactatur: hinc prisci eam æternitatis hieroglyphicum esse voluerunt. De justis filijs dicitur ps. 88. v. 27. *Semen ejus in aeternum manebit.* Contrà verò, *semen impiorum peribit*, vt dicitur ps. 36. v. 28. Lege Isaiam c. 14. 20 & seqq. 4tò deniq; similitudo oleæ cum justorum liberis est in radice. Ut enim ait Plinius l. 15. c. 3. *Oliva fit ex aquis: ideo siccitatibus arida, riguis copiosa.* Filij egent aquis gratiæ DEi, & bonæ doctrinæ. Itaq; parentes in eam curam potissimùm incumbant, vt eos bene instituant.

Psalmus CXXVIII. Sæpe expugnauerunt me.

Israel gratulatur sibi, quòd hostes numquam valuerint se subvertere.

I. *Quis sensus* v. 1. & 2.? ℟ Sæpe me expugnauerunt, id est, expugnare voluerunt & conati sunt. Hebræi enim sæpe ponunt verba realia pro mentalibus: & apud eos verba significant aliquando tantùm actum inchoatum. Itaq; totius sententiæ sensus est, q. dicat, nunc populus Israeliticus à captiuitate liberatus: hostes mei tantis me machinis, artibus & insultibus impugnauerunt, vt expugnaturi fuerint. Sed adfuit mihi DEus, eorumq; vires ita infregit, atq; artes elusit, vt nocere non potuerint.

II. *De quo tempore hæc impugnatio intelligenda*? ℟ S. Chrysost. Theodor. & alij volunt hìc loqui captiuos è Babylone redeuntes. Hoc probat sensus continuatus in psalmis gradualibus, & aptissimè conuenit psalmus illi tempori. Nam Cyrus Persarum Rex domita Babylone, intelligens id se veri DEi ope effecisse, qui prophetis id antea indicasset, remisit Judæos in Jerusalem, statim primo imperij sui anno. Vix Zorobabel & JEsus filius Josedec cum alijs intrauerant Jerusalem, & ciuitatem ædificare cœperant, cùm vicini populi in eos stimulati inuidiâ insurrexerunt, & imò fraudulenta simulatione obtulerunt se, vt simul ædificarent templum, sicq; incautos obtererent vt habetur l. 1. Esdræ c. 4. 2dò repulsam passi à Zorobabele, & JEsu quæstores regios peccuniâ corrumpunt, vt non suppeditent sumptus ad ædificationem, sicut Cyrus jusserat, sicq; operæ cessare cogantur, sicut narrat Josephus l. 11. c. 2. Sed hi omnes alijq; impiorum conatus in irritum ceciderunt. Nam paulò pòst, Darius Histaspis, qui Cambysi filio Cyri & hosti Judæorum successit, templum ædificari permisit, anno 4to imperij sui, cùm antea Cambyses decreto vetuisset. Deinde Artaxerxes Longimanus seu Assuerus Estheris maritus permisit Nehemiæ restaurationem murorum vrbis, quam feliciter perfecit, licet hostes varij eum impedire vellent: sicut Zorobabel templum absoluerat, multis licet frendentibus. Hæc igitur partim videntes, partim animo præsagientes Judæi lætabantur, & Dauid in eorum persona cecinit: sæpe expugnauerunt me &c.

III. *Quo sensu dicitur* v. 3. SUPRA DORSUM MEUM FABRICAVERUNT PECCATORES? ℟ Supra dorsum meum artem fabrilem exercuerunt, vtentes dorso meo pro incude, quam fabri ferrarij continuò percutiunt. S. Hieron. vertit: supra dorsum meum arguerunt arantes. *Prolongauerunt iniquitatem suam.* S. Hieron. legit, prolongauerunt sulcum suum, id est, supra dorsum meum jugum grauissimum posuerunt, & me quasi boue abusi araverunt arantes, & vno paruo tempore jugum ferre compulerunt, sed tempore longissimo, quoniam longissimum sulcum ducere voluerunt.

IV. *Quo sensu dicitur* v. 4. DOMINUS JUSTUS CONCIDET CERVICES PECCATORUM? ℟ Consolatur Propheta populum DEi prædicens non procul abesse vindictam diuinam in impios persecutores justorum. q. d. bono animo estote justi, quoniam persecutores quidem vestri injustè dorsum seu ceruicem vestram nunc premunt: sed paulò post Dominus justus justè ceruices ipsorum non premet, sed concidet, & in frusta comminuet gladio suo, vt numquam ampliùs vobis nocere possit: & tunc demum confundentur, quia antea superbi exultabant, & conuertentur retrorsum fugientes, & cadentes omnes illi, qui oderunt & persequebantur populum Domini. Verba illa confundantur & conuertantur retrorsum, non esse propriè imprecationem, sed prædictionem. Sed siquis velit accipere verba vt sonant, poterit piè imprecationem exponere, vt nimirum sit imprecatio bonæ confusionis, quæ pœnitentiam adducit, & conuersionis à peccatis ad DEum.

V. *Quis est sensus verborum* v. 6. FIANT SICUT FOENUM TECTORUM &c.? ℟ Est alia imprecatio, quæ similiter prædictionem notat. Significat enim breuissimam fore persecutorum felicitatem; & mirabili amplificatione comparat eam fœno, quod est res per se vilis, & fragilis, & sicut dicitur in Evangelio hodie est, & cras in clibanum mittitur, sed non contentus fœno comparasse, addit similem esse fœno, quod non in campis, sed in tectis domorum nascitur, id est herbæ minutissimæ, quæ nascitur super tecta, quæ nullius est pretij, nulliq; vsui apta: ac propterea nemo illam metit, neq; in manipulos redigit, sed arescere & perire permittit. Et quia dixerat, fœnum tectorum non solere meti, & colligi, addit non futurum etiam, vt messoribus ejus à prætereuntibus benedicatur, quo modo benedici solet messoribus tritici, vel fœni, quod in campis nascitur, & crescit, quod pertinet ad majorem confusionem iniquorum, qui fœno, nascenti in tectis comparati sunt.

Psalmus CXXIX. De prófundis clamaui ad te.

Orat scelerum suorum & culpâ & pœnâ liberari.

I. *Unde petitur ista metaphora*, DE PROFUNDIS CLAMAVI ? ℟ petitur ab homine in carcerem vel in ergastulum dejecto, qui inde clamat liberationem postulans, sicut faciebant captiui nostri in Babylone. Unde in psalmo hoc faciunt mentionem propitiationis, misericordiæ, & redemptionis copiosæ. Semper enim eorum animo recursabat illa captiuitas, & ex illa liberatio, quam copiosam & multiplicem fore præuident per liberationem perfectam ab hostibus, qui reduces in patriam expugnare tentabant, vt dictum est præcedente psalmo.

II. *De quibus profundis clamant captiui nostri ?* ℟ Clamabat ille populus de profundis, id est, vt ait S. Chrysost. ex ipsis mentis penetralibus; è profundis ait Jansenius, & intimis cordis mei. Bellarm. paulò aliter: ex intima, inquit, consideratione & cognitione propriæ miseriæ: qui enim non cogitat & cognoscit profundum, in quo est, non curat inde ascendere, sed contemnit, & sic in majus profundum cadit juxta illud Prov. 18. impius cùm in profundum venerit, contemnit.

III. *Quænam est propitiatio apud Deum* v. 4. ? ℟ Imò apud DEum & in DEo ipso est essentialis & infinita misericordia, quia ipse essentialiter est sua bonitas, sapientia, justitia, misericordia. 2dò apud DEum est propitiatio, id est, propitiator, nempe Christus. Unde dicit Joan. 14. 10. *Ego in Patre & Pater in me est*, per circuminsessionem scilicet, vt loquuntur Theologi. Christus etiam est propitiatio, id est, victima propitiatoria pro peccato nostro oblata. In vtraq; hac significatione accipi potest 1. Joann. 2. v. 2. *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantùm, sed etiam pro totius mundi.* & c. 4. 10. *Misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris.* *Propitiatio apud Deum*

IV. *Quam legem intelligit, propter quam DEum sustinuit* v. 4. ? ℟ Lex, propter quam sustinemus & expectamus DEum, est lex misericordiæ & benignitatis, quam sibi DEus imposuit, nempe vt afflictos juuet, ac pœnitentibus veniam largiatur. S. Greg. hîc, *Lex DEi*, inquit, *misericordia est, quæ peccantibus veniam contulit*, reuertentibus æternæ vitæ aditus patescit.

V. *Quamdiu est sustinendus & expectandus Deus propter legem suam ?* ℟det Dauid, seu potius populus è Babylone redux v. 6. *à custodia matutina vsq; ad noctem speret Israel in Domino*, id est, semper, sensus enim est, q. d. tota die & tota nocte. Noctem enim Hebræi & Romani diuidebant in 4 partes seu vigilias & custodias. Diem etiam in 4 partes seu stationes. Ubi aduerte, cùm dicitur, vsq; ad noctem, non excludi noctem sed includi, sicut patet ex Heb. vbi habetur, *à custodibus matutinis vsq; ad custodes matutinos*, S. Hieron. & Syrus vertunt, *à vigilia matutina, vsq; ad vigiliam matutinam.*

VI. *Cur copiosa dicitur Christi redemptio ?* ℟ propter infinitatem pretij pro nobis dati, quo mille mundorum milliones & peccata infinita potuissent dilui, 1. Cor. 6. 20. *Empti estis pretio magno* Eph 1, 7. *In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum, secundùm diuitias gratiæ ejus, quæ superabundauit in nobis.* Et 1. Joan. 1. 7. *Sanguis JEsu Christi Filij ejus emundat nos ab omni peccato.* S. Leo serm. 12. de passione ait: effusionem sanguinis justi pro injustis tam potentem ad priuilegium, tam diuitem ad pretium fuisse, vt si vniuersitas captiuorum in Redemptorem suum crederet, nullam tyrannica vincula retinerent.

Psalmus CXXX. Domine non est exaltatum cor meum.

Profunda humilitas, qua tibi diffidas, & vni Deo fidas, præsentem à Deo opem meretur.

I. *An ex occasione v. 1. & 2di licitum sit se laudare de humilitate & alia virtute aut dote ?* *Laus ob* ℟ Sæpe licitum esse, præsertim ijs, qui jam progressum in virtutibus fecerunt. imò enim hoc *virtutes.* est vtile proximo. S. Chrysost. hîc ait: Dauidem se laudare ob humilitatem, vt doceat Auditores, ne postquam liberati sunt à malis reuertantur ad pristinam amentiam & insolentiam, nec à vinculo liberati resiliant, & in aliam captiuitatis necessitatem incidant. 2dò Licitum laudare, & virtutes suas proferre, quia hoc est aliquando necessarium ei, qui se laudat, vt calumnias à se amoliatur, & innocentiam suam ostendat. Hinc Dauid ab aulicis Saulis accusatus, quòd regnum ambiret, & Saulem è throno dejicere vellet, dicebat ps. 7. v. 4. *Domine si feci istud, si est iniquitas in manibus meis.*

II. *Quid est exaltari cor ?* ℟ Imò S. Anselm. l. de similitudinibus c. 24. triplicem esse *Exaltatio* exaltationem superbiæ, nempe in voluntate, in sermone, & in operatione. 2dò S. Antoninus, *cordis.* 2. par. tom. 3. c. 2. ait exaltari cor, affectando excellentiam inordinatè supra propriam mensuram, & sic bona nobis collata, nobis attribuendo, non à DEo recognoscendo. 3tiò exaltari cor est inflari ac turgescere per desiderium vanæ gloriæ, quæ est prima filia superbiæ, vt ait S. Greg. l. 31. Moral. 17.

III. *Quos oculos intelligit Dauid, seu populus Israel, cùm ait:* NEQUE ELATI SUNT O- *Elatio ocu-*

 CULI *lorum.*

CULI MEI? ℟ Imò per oculos rectè accipi intellectum. Sic triplex humilitas commodè hic ostenditur. Imò humilitas voluntatis: Domine non est exaltatum cor meum. 2dò humilitas intellectûs. Neq; elati sunt oculi mei. 3tiò humilitas operationis: neq; ambulaui in magnis, neq; in mirabilibus super me. 4tò oculi hoc loco intelliguntur tam corporis, quàm animæ, neutri enim sunt eleuandi, sed in terram nostram & puluerem dejiciendi. Sensus itaq; est, q. d. Non ambulaui erecto capite, oculo & supercilio, velut alijs eminens, atq; acutiùs videns: non censui me alijs oculatiorem esse & peritiorem: non mihi plus arrogaui quàm cæteri.

Ambulare in magnis

IV. *Quid est ambulare in magnis?* ℟ Est sibi applaudere in rebus excelsis & sublimibus, quæ magnificant ab hominibus, in illis sibi complacere, se in ijs positum circumspicere, & alijs anteferre. Ambulatur in magnis præsertim per ambitionem. Imò enim vt ait S. Thom. 2. 2. q. 131. a. 1. Ambitio est peccatum, quo quis inordinatè honorem desiderat, vel quem non meretur, vel quem non in DEum, sed ad sui ipsius tantùm vtilitatem refert. art. tamen 2dò rectè docet, ambitionem opponi magnanimitati, quæ versatur circa honores, sed illis vtitur secundùm quod oportet.

Ambulare in mirabilibus.

V. *Quid est ambulare in mirabilibus super se?* ℟ 1. Genebr. eum ambulare in mirabilibus super se, qui scrutatur arcana consilia DEi, vim ingenij superantis. 2dò ambulat in mirabilibus super se, qui præsumit se inusitata rara, & supra vires suas posita posse præstare. Vt enim docet S. Thom. 2. 2. q. 130. art. 1. in eo posita est præsumptio, cum aliquis assumit ad agendum ea, quæ præferuntur suæ virtuti, sicut & ipsum nomen manifestat. Art. tamen 2do ostendit opponi magnanimitati, quæ in magna quidem tendit, sed non supra vires suas, aut in illis non fidens, sed in Dei auxilio.

VI *Nullusne licitus & securus modus est ambulandi in magnis & mirabilibus super se?* ℟ Optimum & DEo acceptissimum modum esse humilitatem, qua & videas magna atq; mirabilia esse super te ac vires tuas, & ea obtineri sine DEi gratia non posse. Si eam humilitatem habueris, securus eris: stabis enim supra firmum & solidum fundamentum. S. Aug. serm. 10. de verbis Domini sic loquitur: magnus esse vis? à minimo incipe. Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis? de fundamento priùs cogita humilitatis. Et quantam quisq; vult & disponit superimponere molem ædificij, quantò erit majus ædificium, tantò altiùs fodit fundamentum.

VII. *Quis est sensus* v. 4. SICUT ABLACTATUS EST SUPER MATRE SUA: ITA RETRIBUTIO IN ANIMA MEA? ℟ Sensus est, q. d. Si non humiliter sensi de me, sed cor meum & animam exaltaui, plusquam oporteret, sim sicut puer, cui lac à matre subducitur, id est, omni consolatione tum spirituali tum corporali priuer. Est enim imprecatio, sed hypothetica. Sic ps. 7. v. 4. dicitur: Si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis &c. Hæ imprecationes licitæ sunt, cùm est omnimoda innocentiæ certitudo, & ad DEi gloriam sunt vtiles, aut ad aliorum commoditatem, & in virtutibus confirmationem.

Psalmus CXXXI. Memento Domine Dauid.

Salomon transferens arcam in templum recens exstructum 2 Paral. 6. orat; vt DEus illud inhabitet, ac Sacerdotes totumq; regnum prospe-ret.

I. *Cur Salomon aliquid à DEo petiturus facit mentionem mansuetudinis?* ℟ quia mansuetus à DEo semper impetrat id, quod petit. Judith 9. 16. ait, DEo in summo Bethuliæ periculo: *Humilium & mansuetorum tibi placuit deprecatio*. Mansuetudo & clementia sunt duo ostia de lignis oliuarum posita in ingressu Sancti Sanctorum, vt per illa eatur ad DEum in arcæ propitiatorio sedentem. 3. Reg. 9. 31.

Differentia inter votũ & juramentum.

II. *In quo differunt votum & juramentum?* ℟ Votum est promissio facta DEo, vt docet S. Thom. 2. 2. q. 88. a. 1. Juramentum inuocatio DEi in testem, vt probat S. Thom. 2. 2. q. 89. art. 2. Utrumq; est actus Latriæ, seu religionis, & consequenter magni meriti, si fiat cum debitis circumstantijs. Et juramento & voto videtur Dauid se obligasse DEo, ad templi ædificationem, si DEus vellet.

III. *Quonam tempore votum illud fecit Dauid?* ℟ Videtur votum illud & juramentum à Dauide emissum anno regni ejus imo. Primò quia anno decimo arcam intulerat in tabernaculum in monte Sion positum. Ex præsentia itaq; arcæ, & ex mirabilibus quæ contigerant in morte Ozæ & in benedictione domus Obededom, motus videtur Dauid ad DEo aliquid digniùs præstandum. 2dò tunc Dauid quietus sedebat in domo sua cedrina, & requiem habebat ab omnibus inimicis suis. His autem motiuis ait Dauid se incitari ad templum DEo exstruendum 2. Reg. 7. v. 1.

IV. *Quid vox* EAM *significat* v. 6. INVENIMUS EAM? ℟ Per eam intelligi arcam. Est Hebraismus. Solent enim Hebræi pronomen aliquod præponere, & postea subtexere nomen substan-

ſubſtantiuum, quod eſt baſis orationis. Sic Dauid pſ. 86. 1. ait: *fundamenta ejus in montibus ſanctis, diligit Dominus portas Sion.* Ubi ly ejus ponit, cùm necdum Sionis meminiſſet.

Ephrata.

V. *Quid per Ephrata & campos ſylua intelligitur* v. 6.? ℟ Per Ephrata intelligitur area Ornam ſeu Areunæ Jebuſæi, quam emit Dauid, vt ibi ædificaret altare Domino, & impetraret ceſſationem peſtilentiæ. Ibi poſtea templum à Salomone extructum eſt, in quo templo fuit arca. Hîc Ephrata accipitur pro tota regione Ephratæa, q. d. *fertili*, quæ extendebatur à Bethlehem Jeroſolymam vſq; per duas leucas, & ferè appropriabatur Dauidi: nam & Bethlehem in qua natus erat, vocabatur ciuitas Dauid, & Sion, quam Jeroſolymæ extorſit Jebuſæis, dicebatur arx Dauid. Porrò vtitur hîc potiùs nomine *Ephrata*, quàm *Jeroſolyma*, vt alludat ad *Ephraim* in qua tribu fuerat antea arca, q. d. Relinquat Dominus vrbem *Silo*, quæ eſt in tribu Ephraim, & migret cum arca in Ephratam, id eſt, in Sion. *In campis ſylvæ*, id eſt in loco ſyluoſo, putà in monte *Moria*, qui antequam ibi conderetur templum, erat locus ſyluoſus.

Cornu David.

VI. *Quid per cornu Dauid intelligitur* v. 17? ℟ intelligi regnum Dauidis. 1mò quia cornu firmum & robuſtum eſt, nec facile frangitur, & nullo negotio penetrat ea, quæ impetit. 2dò quia cornu erectum eſt, & in capite animalis ſitum, in ejus ornamentum, & totius corporis munimen. 3tiò quia cornu ſine carne eſt, & ſine mollitie. Erumpentia è fronte Moyſis cornua luminis, ſummam ejus poteſtatem & gloriam, populiq; Judaici præ cæteris populis excellentiam figurabant Exod. 34. v. 29.

Lucerna Chriſtus.

VII. *Quænam illa Lucerna quæ paratur* v. 17.? ℟ cum Bellarm. Lucernam illam eſſe ipſum Meſſiam: per Chriſtum verò intelligi Dauidem. Scriptura enim paſſim vocat *Lucernam* filium ſiue poſteros. Nam in filijs parentes viuunt & lucent. Et tunc ſenſus erit: Illic producam cornu Dauid, quia paraui lucernam, id eſt filium, ſucceſſoremq; ejus Meſſiam, Chriſto meo Dauid.

Pſalmus CXXXII. Ecce quàm bonum.

Commendat fratrum concordiam.

I. *Quale vnguentum intelligitur* v. 2.? ℟ intelligi ſacrum vnguentum, quo Pontifices Judæorum in lege veteri conſecrabantur, quodq; Leu. 10. 7. vocatur oleum ſanctæ vnctionis. Exod. 30. 27. oleum ſanctum.

II. *Quid ſignificat hoc loco vnguentum in capite Aaronis?* ℟ Unguentum illud ſacrum in caput Aaronis effuſum eſſe Spiritum S. qui mittitur in Sacerdotes, ac præſertim in Prælatos & Pontifices, quando conſecrantur. Cùm S. Remigius conſecraretur in Epiſcopum, ſenſit ſe interiùs ſacro oleo perfundi. Sic autem loquitur Hinamarius Archiep. item Rhemenſis, in ejus vita. Videntibus cunctis, qui aderant, deſcendit radius noui luminis ſuper ſancti viri verticem, ac ſi ipſe ſol de cœlo motus ſuper eum ceciderit. Radio quoq; ſupradicto ſe illuſtrante, ſenſit capiti ſuo vnguinis ſacri infuſum liquorem, quo totum ejus delibutum eſt caput.

III. *Quid ſignificatur per vnguentum in barba Aaronis?* ℟ denotantur inferiores Sacerdotes & Epiſcopi, in quos à capite, id eſt, à ſummo Pontifice oleum conſecrationis defluit. Non conſecrantur enim Epiſcopi nec Sacerdotes conſequenter ſine ejus voluntate & influxu;

IV. *Quid ſignificatur per oram ſeu extremitatem veſtimenti Aaronis*? ℟ A capite & barba vnguentum defluit in oram veſtimenti, ſiue ſuperiorem ſiue inferiorem, cùm Prælati & Doctores ſuo exemplo, monitis & præceptis, alijſq; omnibus auxilijs juuant imbecilliores atq; rudiores & locum inferiorem tenentes. S. Chryſoſt. hom. 10. ex varijs in Matth. dicit ab eo caput ſuum vngi, dum jejunat, juxta præceptum Chriſti Matt. 6. 17 qui opus miſericordiæ, quod facit, ad honorem Chriſti facit, qui eſt caput noſtrum: ſicq; vnguentum in capite, deſcendere in barbam, & in oram veſtimenti: hoc eſt in omnes, qui egent miſericordia, licet tenuiſſimi ſint, abjectiſſimi & pauperes.

V. *Quis eſt ſenſus* v. 3. SICUT ROS HERMON, *& ſicut ros* QUI DESCENDIT IN MONTEM SION? ℟ Loquitur de alio atq; alio rore; ſicut montes iſti ſunt valde à ſe mutuò diſſiti, nam Sion eſt in medio Judææ, Hermon in extremo, juxta Jordanem, vicinus Libano, vnde ros ex vno in alium montem deſcendere non potuit. Obſcurior verò illa phraſis, & compoſitio montium videtur facta, ad inſinuandum ſenſum myſticum, qui eſt; Ros & gratia Chriſti deſcendet in gentilitatem, vt hæc deſcendat in montem Sion, putà ad Eccleſiam, quæ de Sion exitura eſt. Vnde ſequitur: *illic mandauit Dominus benedictionem.*

Pſalmus CXXXIII. Ecce nunc benedicite Dominum.

Extructo dedicatoq; templo hortatur ſacerdotes omnes & Levitas ad laudes diuinas ſtudioſiùs celebrandas.

I. *Quos ſeruos intelligit* v. 1.? ℟ exhortationem illam extendi ad Sacerdotes & Leuitas præcipuè, pertinere tamen etiam ad totum populum Iſrael, cui aditus patebat in atria ſanctuarij. Probatur 1mò, quia dicitur; omnes ſerui Domini. 2dò quia non in omnibus atrijs templi

erant

erant Sacerdotes & Leuitæ. 3tiò, quia additur, *benedicat te Dominus*, quod extenditur ad totum populum.

II. *Quodnam tempus designatur, cùm dicitur, Ecce nunc benedicite?* ℟ Q. d. si in Babylone DEum non laudastis, vt decebat, oppressi mœrore & ærumnis: si à vestro in hanc vrbem Jerosolymam reditu, id pro vestra voluntate non præstitistis, varijs distenti curis & operibus, in domorum vestrarum ædificatione, vrbis reparatione, hostilium insidiarum euitatione, & templi hujus fabricatione: nunc in hac festiua perfecti templi dedicatione, pace, & quiete, per voluntatem & auctoritatem Darij regis parta, omnibus in vnum congregatis atq; lætantibus, benedicite Dominum, à quo est omne hoc bonum. Ne differatis in crastinum: aut nunc, aut numquam. Viuite hodie DEo vestro, eiq; vos totos consecrate.

III. *An Judæi stantes orauerint?* ℟ Affirmatiuè. Luc. 18. v. 13. dicitur publicanus stans orans: Publicanus à longè stans, nolebat nec oculos ad cœlum leuare: sed percutiebat pectus suum, dicens, DEus propitius esto mihi peccatori. Si soliti fuissent orare flexis genibus, id fecisset publicanus tanta contritione compunctus. Et quidem orantes Judæi jubentur junctis stare pedibus, vt videantur vnicum tantùm habere, ad similitudinem Angelorum, quorum pedes recti.

IV. *Cur de nocte extollendæ sunt manus in sancta?* ℟. tunc manus non ita inuitantur ad laborandum in terra: & ratio exigit, vt quæ tota die ad homines, & ad labores terrenos se conuerterunt, ad DEum & ad sancta nocturno tempore conuertantur, tum ad gratias agendas, De diurno robore & sui ipsius & totius familiæ. In noctibus extollendæ manus in sancta, quia tunc promptiùs & abundantiùs illas implet DEus. De nocte sapientiam concessit Salomoni 3. Reg. 3. 12. Nocte Nicodemus venit ad JEsum, & ab eo amicè susceptus est Joan. 3. Nocte amicus commodat tres panes, ardenter postulanti & manibus ostium pulsanti Luc. 11. Nocte orantibus Paulo & Sila fit terræ motus, ostia carceris aperiuntur, soluuntur vincula, custos carceris conuertitur Act. 16. 26.

Psalmus CXXXIV. Laudate nomen Domini.

Inuitat omnes ad laudandum DEum ob beneficia præstita Israeli & orbi vniuerso.

I. *Quomodo DEus omnia facit, quæcumq; vult?* ℟ quia per infinitam ejus potestatem semper impletur ejus voluntas. Jer. 51. v. 21. *Cogitauit Dominus, & fecit, quæcumq; locutus est.* S. Aug. c. 95. Enchiridij: *Nihil fit* inquit, *nisi omnipotens fieri velit: vel sinendo vt fiat, vel faciendo.*

II. *Cur propheta dicens, DEum fecisse omnia, quæcumq; voluit, in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyssis, mentionem prorsus non facit hominum & Angelorum?* ℟ 1mò. Rationem esse, quia in cœlo Angelos intelligit, & in terra homines. ℟ 2dò Non fecisse DEum omnia in Angelis quæ voluit, quia volebat omnes illos esse saluos, & reperta in eis prauitate aliquos æternis ignibus addixit: homines etiam resistunt voluntati ejus per propriam suam voluntatem ac libertatem, ab amore proprio in lutum ac scelera inclinatam.

III. *Quodnam est extremum terræ* v. 7. EDUCENS NUBES AB EXTREMO TERRÆ? ℟ ab vltimis & remotissimis terræ partibus, ex quibus ad nos impelluntur nubes, & ascendere videntur super caput nostrum, quod aliquando propemodum vno momento fit, turbato statim sereno cœlo, quo DEus omnipotentiam suam clarè probat.

IV. *Quomodo DEus fulgura in pluuiam facit* v. 7.? ℟ Quia illa ipsa materia fulgurum & exhalatio ignea vertitur in aquam, ob multitudinem vaporum humidorum, calorem exhalationis superantium: vicissim humidi vapores in exhalationem ignitam conuertuntur per antiperistasim, & accidit sæpe nobis, quod olim Ægyptijs Exod. 9. v. 24. *Grando & ignis mista pariter ferebantur.*

V. *Quomodo venti educuntur de thesauris DEi?* ℟ Locutionem hanc esse metaphoricam. Neq; enim vt Poëtæ fingunt, ab Æolo, alióve clauduntur in speluncis, & cavernis terræ: sed de potentia & sapientia DEi, velut de infinito thesauro extrahuntur & producuntur: perinde atq; si occultati antea fuissent in aliquo loco, apertaq; porta erumperent, atq; omnia perflarent S. Chrysost. rectè aduertit, ea locutione indicari facilitatem DEi in productione ventorum & promptitudinem creaturæ ad obediendum. Sic dicitur DEus iram & punitionem è thesauris suis educere Jer. 50. v. 25. *Aperuit Dominus thesaurum suum, & protulit vasa iræ suæ.*

Psalmus CXXXV. Confitemini Domino.

Ejusdem est Argumenti.

I. *Quænam sunt illa mirabilia, quæ fecit DEus?* ℟ 1mò esse mirabilia præter consuetum naturæ ordinem, ac præsertim ea quæ fecit DEus in Ægypto, in deserto, in terra promissionis, & in liberatione populi sui à captiuitate Babylonica, quæ perstringit in psalmi decursu. 2dò mirabi-

mirabilia sunt omnes creaturæ, & omnia quæ in illis facit DEus admiranda, siue secundùm, siue supra earum naturam.

II. *Ad quid refertur ly* IN INTELLECTU v. 5. *Qui fecit cælos in intellectu?* ℞ ad ly fecit: ita vt sensus sit, q. d. DEus in intellectu fecit cœlos, in quorum creatione se mirabilem exhibuit Isa. 40. 22. *Qui extendit velut nihilum* (id est, facillimè) *cœlos, expandit eos sicut tabernaculum ad inhabitandum*. Peregrini sumus in hoc mundi deserto, illud tentorium nobis parauit DEus, & tectum capiti nostro illustre imposuit, sub quo quiesceremus. Sed post hanc vitam erit nobis domus stabilis, atq; æterna.

III. *Cur DEus dicitur fecisse cœlos in intellectu?* ℞ Imò Origenes, DEus fecit cœlos in intellectu, id est intelligentes, & anima rationali præditos. Sed errat contra fidem. 2dò Astrologi aliqui sic exponunt, q. d. Deus fecit cœlos, vt ex ijs intelligamus res futuras, & hominum mores, indolem, felicitatem, infortunia. Sed ridiculi sunt, qui de rebus à se remotissimis, & maximè sub ignotis loquuntur, & ex ijs adhuc magis abstrusa se posse conjectari autumant. Libertas hominum ipsorum siderum influxus temperat, & ab illis abduci temere se non patitur: sapiens dominabitur astris. 3tio Sapientiùs ait S. Prosper: DEus fecit cœlos in intellectu: id est, vt per illorum splendorem, stellas & alia, DEum ipsum intelligamus. 4tò fecit cœlos in intellectu, id est, cum intelligentia & sapientia, siue per sapientiam suam.

IV. *Quomodo dicitur sol factus in potestatem diei, & luna ac stellæ in potestatem noctis?* ℞ Hæ voces *in potestatem* sumi possunt actiuè & passiuè. Imò quidem passiuè ita vt sensus sit, q. d. Sol & luna facti sunt, vt seruiant diei & nocti. 2dò tamen & meliùs ly *in potestatem* sumendum est actiuè: ita vt sensus sit: q. d. Sol & luna habent potestatem noctis & diei, quibus præsunt, veluti Rex & Regina.

V. *Quomodo DEus eduxit Israelitas de medio Ægyptiorum, cùm habitarent in terra Jessen, quæ est in extremitate regni?* ℞ Imò. Plurimos per totum regnum dispersos fuisse, & seruorum abjectissimorum atq; ancillarum loco fuisse. 2. in varijs vrbibus ædificandis & muniendis occupabantur. 3tiò Pharaone in eos irruente prope mare rubrum, ab ejus exercitu angebantur.

VI. *Quo sensu dicitur* v. 13. *mare diuisum in diuisiones?* ℞ in duas partes aquis hinc & inde instar muri consistentibus, ad transitum populi. Non est credendum Hebræis mare diuisum fuisse in 12 varijs locis, per quæ 12 tribus separatim transiuerint. Difficile enim fuisset in tanto tumultu & trepidatione quemq; se ad suam tribum recipere. Deinde vnica tantùm dicitur maris percussio facta à Moyse, ad quam scissum est mare.

Psalmus CXXXVI. Super flumina Babylonis.
Lugent Judæi suam captiuitatem in Babylonia.

I. *Ad quid refertur ly illic* v. 1. SUPER FLUMINA BABYLONIS ILLIC SEDIMUS? ℞ Hunc psalmum concinebant à captiuitate liberati in loco templi Jerosolymitani supra montem Sionem Deum laudantes, & mente sibi Babylonem & miserias ibi toleratas repræsentantes, sensus itaq; est, q. d. In eo loco in quo eramus captiui, sedebamus super flumina Babylonis, & flebamus, cùm recordaremur tui Sion, quam nunc videmus & in qua sumus. Hoc probabile facit quod v. 3. sequitur: *illic interrogauerunt nos*. Super flumina, id est, juxta flumina, cùm enim ripa sit ipsis fluminum aquis altior, qui in ea sedet, super flumina sedere dicitur.

II. *Cur sedebant Judæi captiui in Babylone?* ℞ 1. ob fatigationem ex laboribus in hortis regiis irrigandis, lateribus faciendis, muris reparandis, & munitionibus extruendis. 2dò ob dolorem collectum ex varijs ærumnis, Sessio enim est propria dolentium Thren. 1. v. 1. *Quomodo sedet sola ciuitas, plena populo: facta quasi vidua, Domina gentium* & c. 15. v. 17. De seipso dicit idem propheta; *Solus sedebam, quoniam comminatione replesti me.* De amicis Job qui visa tanta calamitate, scissis vestibus, puluerem super caput suum jecerunt, dicitur Job. c. 3. v. 13. *Sederunt cum eo in terra 7. diebus & 7. noctibus & nemo loquebatur ei verbum.*

III. *Quid significat*, OBLIVIONI DETUR DEXTERA MEA v. 5.? ℞ sensum esse, q. d. faxit Deus, vt dextera mea, qua tentauero cytharam, & alia instrumenta musica tangere, exarescat, & vim amittat se mouendi: sicq; tamquam inutilis negligatur, & obliuioni mandetur. Est metalepsis. Ea enim obliuisci solemus, quibus non vtimur, nec vti possumus.

IV. QUIS ILLE FUTURUS BEATUS v. 9. INTELLIGITUR OB PUNITAM BABYLONEM? ℞ intelligi Cyrum Persarum Regem, qui eâ ciuitate capta monarchiam totius Orientis ad Persas transtulit. Deinde beatus prædicitur miles quilibet, qui sic in Babylonios sæuiet, vt pueros ipsos & infantes ad saxa & lapides allidat. Hæc punitio prædicitur ab Isaia c. 13. 16 Infantes eorum allidentur in oculis eorum. Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum velint: sed sagittis paruulos interficient, & lactantibus vteri non miserebuntur, & super filios non parcet oculus eorum.

Psalmus CXXXVII. Confitebor tibi Domine.

DEum laudat & gratias agit pro varijs ab eo beneficijs acceptis.

I. *Quinam reges intelligendi sunt v. 5.* CONFITEANTUR TIBI OMNES REGES TERRÆ? ℞ intelligendum esse Cyrum regem Persarum, Darium Regem Medorum Cyri socerum, eiq; adjunctos regulos, qui Babylonis euersionem adjuuerunt. Hi enim omnes à Daniele alijsq; prophetis audierunt Verba DEi ruinam Babylonis dudum prædicentis Nam primò de Dario dubium esse non potest, cui ita charus Daniel fuit, vt eo per vim & fraudem inimicorum suorum in lacum leonum conjecto dormiuerit incœnatus, cibiq; non sint allati coram eo, insuper & somnus recesserit ab eo Dan. 6. 18. 2dò de Cyro. Nam hunc Danielis operâ ad vaticinij Isaiæ cognitionem venisse, facile conjectare licet. Cùm enim Daniel Dario Medo Cyri socero, & imperij consorti charissimus fuerit, summoq; apud eum magistratu functus, non potuit Cyro ignotus esse: imò illi planè venerationi atq; admirationi fuit. Quis enim dubitet Cyrum, vel priuatis Darij literis, vel publico ejus decreto, aut saltem rumore nuntio didicisse, quid Danieli nuper contigisset, cùm inuidorum artibus in lacum leonum fuisset conjectus. Innotuerunt etiam ei quæ de Balthasaris conuiuio, de septenni Nabuchodonosoris inter bestias commoratione contigerunt &c. Sed præsertim oraculum Isaiæ c. 44 28. 2dò Confiteantur tibi omnes reges terræ, id est omnes omnino totius orbis reges, & principes, tam hujus nostri sæculi, quàm secuturarum ætatum, cum audient omnia verba oris per prophetas Babylonijs, Persis & nobis alijsq; intimata, & per summam ejus bonitatem, sapientiam & potentiam executioni mandata.

II. *Unde petitur magnitudo gloriæ Dei in liberatione populi Israel ex Babylone* v. 6.? ℞ inde peti 1mò, quia illam prædixerat ducentis annis & ampliùs, antequam eueniret. 2dò quia præcisè exactis 70 annis per prophetas designatis Babylon euersa est, ac populus liberatus. 3tiò quia modus euersionis tantæ ciuitatis, quæ ob ciuium multitudinem & firmitatem, Euphratis profundum alueum, aliaq; inexpugnabilis videbatur, fuit mirabilis: de illo vide Salianũ tomo 4. Annaliũ anno mundi 3516. ante Christũ 537. quo contigit. 4tò ea ipsa nocte irruptionis Persarum & Medorum in vrbem Daniel Balthasari proximum exitium prædixit & ab eo honoratus est. &c.

III. *Quomodo DEus alta à longè cognoscit*? ℞ à superbis longè recedit, vel eos longè à se projicit, quomodo Regem superborum diabolum de cœlo ad inferos præcipitauit. At cur DEus excelsus non diligit excelsos, sed humiles cùm omne simile diligat sibi simile? diligit DEus excelsos vera celsitudine præditos, non elatos celsitudine falsa: illi enim similes DEo sunt, isti dissimiles. Porrò humiles, qui se nihil esse, ex se agnoscunt, implentur à DEo veris bonis, & exaltantur ad celsissimam dignitatem: superbi autem qui se existimant esse, quod non sunt, inanes remanent, & solo vento distenti & inflati procul abjiciuntur.

Psalmus CXXXVIII. Domine probasti me.

Canit Dei omniscientiam, & omnipræsentiam: unde sequitur nos debere sanctè viuere.

I. *Quid per sessionem & resurrectionem intelligitur* v. 1.? ℞ Populus Israel, qui à Cyro liberatus ex Babylone venerat Jerosolymam, & in templo, seu in loco templi DEo gratias ob reditum agebat, dicit DEum non temere, ac sine consilio omnia quæ contigerunt, fecisse, sed ex certa scientia. Vidisse scilicet captiuitatem, & tam longum tempus, quo sedit ibi populus super flumina Babylonis. Vidisse etiam resurrectionem, id est liberationem & egressum ex ergastulis, carceribus, domibus herorum crudelium, & barbara regione, in qua populus Dei mortuus & exanguis jacebat.

II. *Quid per funiculum v. 2, intelligitur?* ℞ funiculus accipitur pro hæreditate, vt frequentissimum est in scriptura, quia funibus agri diuidebantur & mensurabantur ps. 15. 6. *funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara est mihi.* Sensus autem psalmi hujus est. q.d. DEus vidit cogitationes meas omnes, cum essem in Babylone, eò tetendisse, vt tandem redirem in hanc terram sanctam, & ad templum ejus, ibi ipsum adoraturus. Præuidit semitam, & laborem itineris in reditu: ipsumq; funiculum & hæreditatem, cùm in patriam meam peruenero, vt in ea quietus & liber ex toto corde illi seruiam.

III. *Cur dicit DEum intellexisse cogitationes suas* DE LONGE? ℞ cum Titelmanno, longinquitatem istam accipi posse vel secundùm temporis distantiam: quoniam multò antequam cogitationes sint in homine, DEus eas cognoscit: atq; ita ideo quasi à longe videt, dum id, quod longè abest, quod adhuc in longinquo est, cognoscit. Vel secundùm distantiam localem, quoniam excelsus Dominus, & in altis habitans, ista quæ hîc infernè cogitamus, non ignorat.

IV. *Quo sensu dicitur* v. 15. INPERFECTUM MEUM VIDERUNT OCULI TUI? ℞ Genebr. explicat. vidisti me nondum in vtero materno cunctis membris, & formâ vltimâ absolutum

olutum, sed impolitum adhuc & incultum, temporis progressu per vim diuinam & generatricem perficiendum. Blanc putat non esse sermonem de embryone in vtero matris clauso, sed ub ea metaphora intelligi plebeios & pauperes Judæos, qui erant in carceribus Babylonicis captiui, ibiq; à DEo per longam patientiam in viros perfectos formabantur, donec dies liberationis aduenisset. S. Hieron. vertit: *Informem adhuc me viderunt oculi tui.* Et in Ep. ad Galat. .4. *incompositum meum.*

Psalmus CXXXIX. Eripe me Domine.
Orat liberari ab insidijs Achitophel: ejusq; punitionem prædicit.

I. *De quo homine malo & viro iniquo loquitur* v. 1.? ℟. Homo malignus erat Achitophel, qui artibus suis & fraudibus sibi conciliabat Absalonem adolescentem, & Dauidem Regem suum prodebat 60 annos natum, cui per multos annos intimus fuerat, cùm esset auus Bethsabææ: Dauid eum tanti faciebat, vt dicatur 2. Reg. c. 16. v. 23. *Consilium Achitophel, quod dabat in diebus illis, quasi si quis consuleret illum*: pietatem scilicet impius mentiebatur, & instar Angeli cujusdam terrestris, ob prudentiam & apparentem virtutem audiebatur. Vir verò iniquus erat Absalon, qui contra jus omne & legem, Regem suum & patrem regno priuabat, vxores ejus polluebat, & vitam illi eripere moliebatur.

II. *Quis est sensus horum verborum*, CAPUT CIRCUITUS EORUM, LABOR LABIORUM IPSORUM OPERIET EOS v. 10. ℟ *Caput circuitus* est summa insidiarum & circuitionis ad concitandos varios ad defectionem & rebellionem: summum ac præcipuum, & quod maximi fit ab ipsis in omni negotiatione ac fraudibus ipsorum, operiet eos, inuoluet, implicabit, obruet: & labor, quem labijs atq; mendacijs & calumnijs in me attrahere moliti sunt, in eos reuoluetur. Est prophetia non imprecatio in Absalonem, Achitophelem & socios sceleris: unde in Hebræo hæc omnia sunt futuri temporis.

III. *De quibus carbonibus agitur, cùm dicitur* v. 11. CADENT SUPER EOS CARBONES? ℟ Impiorum pœna est multitudo acerrimorum suppliciorum, quæ de cœlo immittentur ijs à DEo, tamquam carbones igniti, seu fulmina: & quidem in tanta copia, vt illis obruantur: atq; sic in ignem ipsum, aut ignibus ipsis dejici videantur: nec possint oppressi adeo multis grauibusq; miserijs eripere sese, attollere & subsistere; nequeant eas etiam tolerare, vel à se remouere.

IV. *Quis intelligitur per virum linguosum* v. 12? ℟ intelligi Semei, qui fugientem Jerosolymâ Dauidem maledicebat, in eumq; mittebat lapides 2. Reg. 16. 5. 2dò intelligi etiam potest Achitophel, qui consilio præcipiti, & periculoso suadebat Absaloni, vt mitteret 12 millia virorum contra Dauidem, vt eum primo impetu obtereret. 2. Reg. 17.

Psalmus CXL. Domine clamaui ad te.
Orat, vt in afflictione patiens sit, & tutus ab hoste.

I. *Quo sensu dicitur* v. 2. DIRIGATUR ORATIO MEA SICUT INCENSUM IN CONSPECTU TUO? ℟ Sensus est, quasi dicat: rogo, vt oratio mea ad te ascendat, sicut vapor thuris aut thymiamatis, quod tibi offertur in altari holocaustorum, thus solum cremabatur, in altari autem aureo offerebatur thymiama confectum ex varijs aromatibus. Unde fiebat vt illud altare aureum, vocaretur etiam altare thymiamatis, siue incensi. Cùm autem Dauid abesset Jerosolymâ, non poterat curare, vt illud incensum ipsi offerretur: sed petit, vt sola feruens oratio id suppleat, ex quibus aromatibus confectum fuerit illud thymiama, habetur. Exod. 29. v. 34.

II. *Cur fit potiùs mentio sacrificij vespertini, quàm matutini?* ℟ 1. Quia Dauid hunc psalmum scribens erat jam senior. Absalon enim rebellauit anno regni Dauidis 29, ætatis 59. 2dò quia sacrificium vespertinum denotabat perseuerantiam DEum colentium: tunc enim erat cultus diei totius perfectus & consummatus. Nicephorus ait, sacrificium vespertinum fuisse sicut sigillum & perfectionem matutini: & fortasse Dauid scribebat hunc psalmum tempore vespertino vel nocturno. Tertiò deniq;, quia vespera est symbolum afflictionis, Dauid autem afflictus & regno expulsus hunc psalmum concinebat. *Sacrificium vespertinū.*

III. *Quid est ponere custodiam & ostium circumstantiæ labijs* v. 3.? ℟ *Pone custodiam*, idem est, ac custodi ostium circumstantiæ, id est, ostium, quod labia mea circumstet, & custodiat per circuitum, vt nihil per ipsa egrediatur vel ingrediatur; quod mihi obesse possit. v. g. vt nulla verba malitiæ per impatientiam vel desperationem effutiam contra te, vel contra hostes meos: neq; excusem me in eo, in quo constat me peccasse. Item ne communicem cum electis impiorum; hebraicè cum delicijs. q. d. Ne interfim conuiuijs, cantilenis, vt Chaldæus; tripudijs alijsue lasciuijs mundanorum. Ita quoq; Symmachus & S. Hieron. *Ostium labiorum.*

IV. *Quid est caput impinguari oleo peccatoris* v. 6? ℟ 1. Esse caput adulatione vngi, lauari, nitidum ac lucens fieri. Hæc enim omnia facit oleum; & studium adulatoris præcipuum est, vt exteriorem faciem exornet, ac fucum oculis faciat. 2dò adulatione impinguatur caput: id est incrassatur, pingue fit ac tumidum. Hinc ortum est prouerbium, de quo S. Aug. ep. 147. *Oleum peccatoris.*

Creuit caput, quod dicitur de eo, qui fit arrogans, ob adulatorum laudes.

Oratio in beneplacitis V. *Quis est sensus horum verborum* v. 7. ORATIO MEA IN BENEPLACITIS EORUM? ℟ Blanc putat hunc sensum maximè esse literalem, q. d. oratio mea est, & immoratur in contemplandis & detestandis placitis & desiderijs eorum, q d. in contemplatione & oratione mea video, quidnam desiderent: nempe super thronum regium ascendere, ibi dominari, me meosq; pedibus conculcare, sed in eadem oratione mea videbo illos spe sua frustrandos esse, video enim illos à terra esse absorbendos.

Judices juncti petræ VI. *De quibus judicibus loquitur* v. 7. JUNCTI PETRÆ JUDICES EORUM? ℟ per judices intelligi Magnates, magistratus, proceres, primores, duces, ac principes, qui stabant à partibus Absalonis, & adfuturi erant decretorio prælio, in quo perijt Absalon. Vocantur autem judices, quia ideo puniuntur, & à petra absorbentur, quòd judicassent Dauidem è solio regio dejiciendum esse, & sceptro coronaq; priuandum: eiq; tunc substituendum Absalonem natu maximum, & præclaris animi corporisq; dotibus exornatum, ne Salomon puer, & à matre natus, quæ graue adulterij scelus admiserat, in Regem à Dauide eligeretur, sicut jam ferebat fama illum id animo destinasse.

VII. *Quo sensu dicitur* v. 8. SICUT CRASSITUDO TERRÆ ERUPTA EST SUPER TERRAM? ℟ Quemadmodum terra scinditur aratro & rumpitur, ita vt partes terræ hinc inde spargantur, ita dissipata sunt ossa nostra, secus infernum, in hac magna tribulatione.

VIII. *Quid Dauid per ossa nostra intelligit*? ℟ Intelligit fortissimos Absalonis duces & milites, qui velut ossa corpus, sustentabant totum ejus exercitum. Potest autem imò esse locutio ironica, q. d. ossa nostra, fortes nostri, id est, illi, qui se fortes, robustos, inconcussos, & inuincibiles jactabant, qui dicebant se à nullo dejici posse, illi ipsi dissipati sunt, & dispersi secus infernum, huc illuc disjecti à rupibus dissilientibus. 2dò etiam seriò poterat Dauid de militibus Absalonis lugens dicere, *ossa nostra*, id est, regni nostri dissipati sunt: robur nostrum & populi nostri in hoc prælio contritum est.

IX. *Ad quid refertur* ly EJUS *cum dicitur* v. 11. CADENT IN RETIACULA EIUS? ℟ *Ejus* referendum esse ad Absalonem, in cujus laqueos aut similes cadent omnes in Dauidem rebellantes. Vel potiùs ly *ejus* referri oportet ad Sebam, qui rebellionem continuabat, Ubi aduerte non nominari Sebam à Dauide: tum vt nomini ejus parcat, licet hostis esset: tum quia hæc scribens velut in speculo illum cum asseclis pereuntem intuebatur Hinc fit vt prophetæ sæpiùs non exprimant ipsum verbi suppositum, sed ponant tantùm pronomen demonstratiuum: velut digito aut oculo indicantes eum, quem contemplabantur in sua extasi.

X. *Quid denotant verba* v. 11. SINGULARITER SUM EGO DONEC TRANSEAM? ℟ Donec transeam laqueos & retia. Vel donec transeam Jordanem, & redeam Jerosolymam, in throno meo sessurus, ero singulariter, id est, me hic continebo in vrbe Mahanaim, ad quam me recepi fugiens Absalonem, quæ à Jordane distabat fermè tridui itinere. Itaq; ibi erat singularis, & separatus Dauid, procul à tumultu quem excitabat Seba in tribubus Israel, Jordane intermedio. Viso tamen propenso populi erga se affectu redijt Jerosolymam, missoq; primùm Amasa, deinde Abisai & Joab, seditionem illam Sebæ penitus extinxit, auctore occiso à ciuibus vrbis Abelæ.

Psalmus CXLI. Voce mea ad Dominum clamaui
Dauid circumsessus à Saule in spelunca 1 Reg. 24. implorat opem Dei.

Orationis effusio. I. *Quid significat effusio orationis* v. 2.? ℟ Denotat vehementiam & exundantiam affectûs, qui corde ampliùs contineri non possit, sed foras effluat, instar torrentis, ripas suas rupto aggere inundantis. 2. effusio orationis indicat præ dolore cor veluti multas in partes distractum, quod omnia sua cogitata omnesq; affectiones ante DEum projiciat, illis mederi non valens, nec internos tumultus, & agitationes sustinere. 3tiò effusio orationis indicat effusionem lacrymarum in summa calamitate & angore mentis.

Spiritus defectio. II. *De quo spiritu loquitur v. 3. & qualis est ejus defectio*? ℟ sensus est, q. d. Cùm ex me ferè discederet spiritus vitalis, cùm deficeret vita mea, & in vicinia mortis essem, ita Bellarm. Tunc maximè pronuntianda est DEo in oratione tribulatio nostra. Hoc nos docuit Christus, qui tristis usq; ad mortem, prolixiùs orabat factus in agonia Luc. 21. 43. In cruce pro se & pro alijs orauit, Matt. 27. Luc. 23.

III. *De qua custodia seu carcere educi petit Dauid* v. 10.? ℟ 1. S. Chrysost. & alij pene omnes græci, intelligendam hîc esse speluncam, in qua clausus affligebatur. 2. tamen altiùs etiam evolare optabat in cœlum ex hoc mortali corpore, pertœsus tantorum malorum. Neq; enim extra speluncam illam solùm eductus futurus erat securus, Saule rege contra eum efferato. Postulat itaq; educi è custodia hujus mundi & corporis. Sic postea Elias propheta fugiens iratam Jezabelem, vxorem regis Achab, abjecit se subter vnam Juniperum, & petiuit animæ suæ, vt moreretur, 3. Reg. 19.

Psalmus

Psalmus CXLII. Domine exaudi orationem meam.

A persecutione Absalomi, licet justè promerita, rogat liberari.

I. *Quos intelligit per mortuos sæculi* v. 4.? ℟. Intelligi eos qui sunt mortui ante multa sæcula, qui à tanto tempore è viuis excesserunt, vt eorum nulla sit ampliùs memoria. Ubi notà, Dauid Absalonem fugiens, ex vrbe Jerosolyma abijt in desertum, ibi latuit. Priùs dixerat ad Sadoc Sacerdotem 2. Reg. 15. 29. Ecce ego abscondar in campestribus deserti, monitus tamen de Achitophelis voluntate ducendi statim exercitum, quo ipsum obrueret, transijt Jordanem, & recepit se in vrbem munitam Mahanaim. Sensus itaq; est, q. d. Absalon inimicus meus tanto ardore me insecutus est, vt me penitus prostrauerit è regio solio in terram præcipitatum, atq; me in antra compulerit, veluti mortuum, ac pene ab omnibus desertum & obliuioni traditum: eam ob rem summo in mentis angore versatus sum, & animo conturbatus. *Mortui sæculi.*

II. *Quosnam dies antiquos memoriâ reuoluebat Dauid* v. 5.? ℟. S. Greg. intelligit dies exactos in paradiso terrestri. Felices, ait, antiqui dies, nihil tenebrarum, nihil caliginis præferentes. Quos diuinitatis lustrabat præsentia, securitatis purgabat serenitas, lætitiæ immensitas decorabat. Dies gaudiorum & luminis, dies virtutum & pacis, dies deliciarum & suauitatis. *Dies antiquos*, intellige tempora, in quibus Adam, Cain, Gigantes ante & post diluuium, Sodomitæ, Ægyptij, Israelitæ in deserto, alijq; peccarunt: opera verò DEi & facta manuum, intellige pœnas à DEo illis inflictas, imò etiam in ipsum Dauidem immissas à tempore, quo peccauerat cum Bethsabæa, & Uriam maritum ejus occidi curauerat. *Dies antiqui.*

III. *Quam aquam à DEo postulabat Dauid cum dicebat*: EXPANDI MANUS MEAS AD TE: ANIMA MEA SICUT TERRA SINE AQUA TIBI; ℟. Postulare præsertim aquam cœlestem, nempe pluuiam diuinæ gratiæ. De illa psalmum hunc explicat S. Greg. *Quasi terra sine aqua*, inquit, *est anima sine gratia.* Sicut enim terra, quæ imbre non perfunditur, non vestitur herbis, non venustatur floribus, non abundat messe. Sic anima gratiâ carens non operitur virtutibus, non cogitat de cœlestibus, non insistit vtilibus. Hæc Greg.

Psalmus CXLIII. Benedictus Dominus DEus meus.

Carmen triumphale ob victoriam contra Goliath, aliosq; hostes: quos rogat continuari.

I. *Quomodo DEus docuit manus Dauidis & digitos ad bellum & prælium?* ℟. DEus docuit digitos Dauidis, vt aptè lapidem in funda componerent; manus verò vt vnico ictu frontem Gigantis feriret. 2dò vt tanta vi illum adigeret, vt in fronte infigeretur, & tam robustum gigantem prosterneret. 3tiò, vt gladium illi eriperet. 4tò, vt eodem gladio caput illi amputaret. 5tò deniq;, vt fugientium Philisthinorum tergo instaret, & stragem latè victor ederet.

II. *Quomodo homo vanitati similis factus est* v. 5.? ℟. Quia nihil habet solidi & permanentis in vita sua, sed est vapor ad modicum parens. Symmachus vertit. Homo similis factus est vapori. Arabs, exhalationi: ab aquis vapor: à terra exhalatio sumitur: Hæc sicca & calida est, ille humidus & calidus: cujuscumq; sit complexionis & temperamenti homo quilibet est vanitas. *Homo vanitas.*

III. *Quid Dauid petit* v. 6. & seqq.? ℟. Petit à DEo, vt excitata tempestate Philisthæos hostes suos, in quos à Saule cum exiguis copijs mittebatur, prosternat. Imò itaq; petit inclinari cœlos, id est, nubes. Cùm enim nubes densatur, ad terram propiùs descendit, præsertim cùm grauatur grandine & fulminibus. 2. petit, DEum in nube existentem, per specialem prouidentiam & potentiam descendere: vt scilicet propiùs videat impietatem hostium suorum, & fortiùs eos feriat. 3. petit montes fulmine percuti, & syluas eorum comburi, vt fumo terreantur & infestentur atq; è castris suis & arcibus in plana venire cogantur, vbi faciliùs superentur. 4. petit eos fulguribus perstringi, ijsq; dissipari. 5. fulminibus corpora ipsorum impeti, & turbari exercitum. 6. deniq; liberari se ex illa calamitate, & periculo pereundi manibus infidelium.

IV. *Cur filiæ Philisthinorum dicuntur circumornata vt similitudo templi?* ℟. Sensus est, q. d. externo vestium ornamentorumq; cultu, vndiq; exornatæ ad similitudinem templi, quod & exquisita est arte fabrefactum, & varijs pretiosisq; vndequaq; ornatum donarijs. Ita Jansenius. Deinde circumornatæ, vt similitudo templi: id est, sicut imago & simulacrum in templo positum, quod argento vel auro efformatur ab aurifice, atq; in angulis & postibus decoratur varijs gemmis.

Psalmus CXLIV. Exaltabo te DEus meus Rex.

Laudat Deum ob ejus immensam majestatem, potentiam, justitiam, sanctitatem, clementiam & bonitatem in omnes creaturas effusam.

I. *Quomodo miserationes DEi dicuntur esse super omnia opera ejus?* ℟. S. Hilarius sic exponit q. d. excellunt omnibus operibus ejus, & propriè hoc significant Hebræa. S. Aug. in Medi- *Misericordia super opera Dei.*

Meditat. c. 2. id clarè dicit: *Tu factor omnium Deus, licet in cunctis operibus tuis sis mirabilis, mirabilior tamen crederis esse in operibus pietatis.* Si altitudinem spectes, justitia est sicut mons, veritas erigit se vsq; ad nubes, sed in cœlo est misericordia ps. 35. 5. Si latitudinem, misericordia Domini plena est terra ps. 32. 5. Si longitudinem, in misericordia sempiterna misertus est nostri Isa. 54. Si profunditatem, DEus est infinitum misericordiæ pelagus, & abyssus immensa. Iris est in circuitu sedis DEi Apoc. 4. 3. Iris est signum misericordiæ: aliæ virtutes in vno tantum latere stant, ad ejus nutum paratæ.

Oculi in Deum sperant.

II. *Cur oculi dicuntur in DEum sperare?* ℞ 1. Quia in omni necessitate homo naturaliter oculos in cœlum erigit, DEi auxilium inde quæsiturus. Sic Susanna vt præsens mortis periculum euaderet, flens suspexit ad cœlum, erat enim cor ejus fiduciam habens in Domino Dan 13. 35. Eam ob rem oculi sunt positi in corporis specula & arce, vt inde faciliùs in cœlum euolent. 2dò Oculi dicuntur in DEum sperare, quia Judæi orantes vertebant se ad Jerusalem, sicut hortatur Salomon. 3. Reg. 8. 44. Et S. Hieron. putat à DEo esse imperatum Deut. 12. Illam ob causam DEus templum suum collocauerat in Jerusalem, velut in medio & centro terræ, vt ad eum locum omnes faciliùs confluerent: & inde radios gratiæ & sapientiæ suæ commodiùs per totam terram dispergeret. 3tiò Deniq;, oculi omnium in Deo sperare dicuntur: quia quicumq; illum aspicit, tantam in eo benignitatem & majestatem videt, vt statim spem potentis & constantis auxilij concipiat. Visus est Christus nostro Balthasari Aluares, manibus brachijsq; varia gestans dona, quibus velut oneraretur, querebaturq; à nullo se exonerari. Sic dicebat Apostolis suis Joan. 16. v. 24. *Usq; modò non petistis quicquam in nomine meo: petite & accipietis.* Ut enim ait S. Greg. Nazian. orat. in sanctum baptisma: *DEus prompta atq; munifica est natura; jucundiùs dat, quàm alij accipiunt.*

Psalmus CXLV. Lauda anima mea Dominum.

Non in principibus, nec in vllo homine, sed in solo Deo fidendum.

I. *Cur animâ laudandus est DEus?* ℞ Quia laus DEi, ore solo facta, sine attentione & affectione animæ, est laus mortua & fœtens coram DEo: eam ob rem indignans DEus apud Isaiam dicit additurum se, vt admirationem faciat populo Judæorum, miraculo grandi & stupendo, tollendo sapientiam à sapientibus, & intellectum à prudentibus. Verba ejus sunt c. 29. 13. *Eò quòd appropinquat populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me, cor autem ejus longè est à me: ideo ecce ego addam, vt admirationem faciam &c.*

In principibus non confidendum.

II. *Cur non est confidendum in Principibus v. 2.?* ℞ Duplicem Dauid affert rationem: primam quidem, quia sunt filij hominum, id est mortales, ex humo facti, 2dam quia in ijs non est salus. In principibus nec æterna, nec temporalis est salus, imò enim, à salute æterna consequenda illos abducunt honores vani & oculis illudentes, atq, animam irretientes, Petrus Blesen. ep. 102 Sciebam, inquit, omnem honorem hujus sæculi esse impedimentum graue, & quoddam peremptorium salutis æternæ. S. Pius V. Pontifex dicebat, ego quamdiu fui religiosus, bene speraui de mea salute: factus Cardinalis cœpi timere; jam creatus Pontifex pene de ea despero. 2dò In principibus non est salus temporalis, propter duas rationes. Nam sæpe salutem illam dare non possunt, licet velint. 2dò sæpe illam dare nolunt, licet possint. Vide Blanc.

Via peccatorum:

III. *Quid sunt viæ peccatorum v. 9.?* ℞ det imò Bellarm. Viæ peccatorum sunt prosperitates mundi, per quas ambulant peccatores, vt per vias latas, quæ ducunt ad perditionem. DEus in consummatione sæculi, eas omnino disperdet ac destruet. 2dò Viæ peccatorum sunt illorum diuersi modi agendi, quos DEus disperdit ac dissipat. Ps. 1. v. vlt. dicitur: iter impiorum peribit. S. Aug. in hunc psal. ait: via peccatorum placet tibi, quia lata est, & multi per illam ambulant. Latitudinem ejus vides, finem ejus non vides. Ecce vbi finitur, præcipitium est: vbi finitur profunditas quædam barathri est. Lætantes & spatiantes in ista via illo fine merguntur.

Psalmus CXLVI. Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus.

Laudat Deum ob reparationem Jerosolymæ post solutionem à captiuitate Babylonica, quam Dauid animo præuidebat.

Dispersiones

I. *De quibus dispersionibus est sermo v. 2.?* ℞ De omnibus quæ contigerunt per Theglath, Phalasar, Salmanasar, Reges Assyriorum atq; per Nabuchodonosor regem Chaldæorum, seu Babyloniorum. Licet enim tantùm expressa esset data facultas reditûs tribui Juda, quando Cyrus capta Babylone remisit Judæos Ducibus Zorobabele Principe, & Jesu Pontifice, tamen aliæ tribus se promiscuè illis junxerunt, & Jerusalem ædificarunt, nec regnum est amplius in duas partes diuisum: sed omnes dispersi & exules in patriam reduces, sub vnius Ducis principatu congregati sunt & rejectis idolis vni DEo vero adhæserunt. Ab eo enim tempore non fuit idololatria, saltem publica, & quam dux aut rex probaret, apud Judæos.

Contriti corde.

II. *Quinam contriti corde intelliguntur v. 3.?* ℞ cum Bellarm, si hunc locum intelligamus

mus de dispersis in captiuitate Babylonica, contriti corde dicuntur illi, qui magnitudine calamitatum humiliati erant, & in se non ampliùs confidebant, vt exponit S. Chrysost. Hos ergo calamitosos, & mœstos, & inde humiliatos ex corde, Deus sanauit, varijs consolationibus illos erigendo & lætificando, *& alligauit contritiones eorum*, quando per Cyri benevolentiam effecit, vt calamitas non procederet vlteriùs, & ad perfectam liberationem disponeretur. Sed altiore sensu colligit DEus dispersos Israelis, quando sanat contritos corde: id est, quando cor contritum & humiliatum non despiciens, sanat à morbo peccatorum. Sic enim explicat ipse Dauid ps. 102. *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas.* Quod autem additur, *& alligat contritiones eorum*, significat modum, quo DEus sanat contritiones. Id enim facit more chirurgorum, colligando vulnera. Sunt autem ex Aug. colligamenta peccatorum sacramenta visibila, per quæ DEus peccata curare solet; & quemadmodum curatis perfectè vulneribus alligamenta tolluntur; sic in resurrectione corporum, curatis omnino languoribus nostris omnia Sacramenta cessabunt. ita Bellarm.

III. *De quibus stellis agitur* v. 4? ℞. Ad literam agi de stellis tum errantibus, tum fixis in cœlo. Deus enim laudandus est ob sapientiam in numeratione & cogitatione stellarum. Nam vt ait Bellarm. etiamsi non sit difficile DEo stellas numerare, cui non fuit difficile eas creare? tamen absolutè magnum est, & multæ sapientiæ, multitudinem stellarum numerare: alioquin non diceret DEus Abrahamo Gen. 15. 5. *Numera stellas si potes*, Neq; conferret Gen. 22. multitudinem stellarum, cum multitudine arenæ, quæ est in litore maris, de qua dicitur Eccli 1. 2. *Arenam maris quis dinumerauit*? Præterea non solùm hic dicitur: qui numerat multitudinem: sed etiam additur: *& omnibus eis nomina vocat:* quod significat notitiam distinctam naturæ & proprietatum singularum stellarum.

Psalmus CXLVII. Lauda Jerusalem Dominum.

Est exhortatio ad laudem DEi ob munitionem terrenæ Jerusalem per Nehemiam, id permittente Assuero, seu Artaxerxe Longimano, marito Estheris reginæ.

I. *Quid significat, qui dat niuem sicut lanam?* ℞. Niuem mittit è cœlo tantæ magnitudinis, vt frusta singula floccos lanæ imitari videantur. Comparatur enim hoc loco nix lanæ, non solùm ob similitudinem leuitatis & candoris, sed vt magnitudo niuis ostendatur, aliquando enim ita modicè ningit, vt frustula niuis videantur similia atomis, sed aliàs ita graviter ningit, vt frusta niuium lanarum floccos imitentur. Item densitate & calore similis est lanæ, tegens, fouens, calefaciens terram, halitusq; & exspirationes terræ cohibens, & in viscera repellens. *Nix sicut lana.*

II. *Quomodo nebulam, seu hebraicè pruinam spargit DEus, sicut cinerem?* ℞. Tanta densitate pruinam caliginosam, nebulam ex pruina diffundit, vt cinerem spargere videatur: cinis enim fusus obscurissimam nebulam facit. Pruina & colore & copia & virtute similis est cineri exurens, & absumens nimium humorem terræ. *Nebula sicut cinis.*

III. *Quomodo mittit crystallum suam sicut buccellas*? ℞. Chrystallus est nomem græcum, & non solùm quam vulgò crystallum dicimus, sed etiam glaciem significat. Illud sicut buccellas significat fragmenta glaciei, quæ tempore frigidissimo passim inueniuntur in terra, vbicumq; aliquid aquæ fuerat, similia sunt buccellis panis, quia figuram habent fragmentorum panis, quibus terra pascatur & saginetur. Sicut enim æstate terram pluuijs & ventis temperat, ne æstu nimio hiet & lædatur: sic hyeme ne frigore moriatur, fouet eam niue pro lana, pruina pro igne, glacie pro saccaro & pane & cibo. *Crystallus sicut buccella.*

IV. *Cur dicitur:* EMITTET VERBUM SUUM ET LIQUEFACIET EA? ℞. Descripsit hactenus frigus ex niue, pruina & glacie, nunc ostendit, quanta facilitate, & celeritate DEus illud recedere faciat. Emittet, inquit, verbum suum, id est, mandatum suum, & liquefaciet ea. Jubebit DEus & mox liquescent nix, pruina & glacies. Modus autem, quo id faciet DEus, explicatur, cùm subjungitur. *Flabit spiritus ejus & fluent aquæ*, id id, jubente DEo surget ventus australis, perflabit vndiq; aërem, & nix, pruina & glacies soluentur in aquas. *Verbum liquefaciens.*

V. *Quo sensu dicitur: Qui annunciat verbum suum Jacob* &c? ℞. concludit ostendens quantum intersit inter prouidentiam Dei erga populum suum, & alias nationes. Alias enim nationes docuit Deus per effecta naturalia, vt ex rebus creatis agnoscerent creatorem: sed populum suum ipse docuit per prophetas suos. Qui annuntiat verbum suum Jacob, id est, lauda Jerusalem Dominum, qui annuntiat verbum suum populo suo Jacob, loquens ipsi per Moysen & prophetas, & qui demonstrauit justitias & judicia sua Israeli per Moysem, cui Deus ipse legem dedit, vt eam traderet populo suo Israel: & ex hoc intelliges, quia non fecit taliter omni nationi, quia tibi soli, non alijs judicia sua, leges videlicet suas manifestauit.

Psalmus CXLVIII. Laudate Dominum de cœlis.

Inuitantur ordine res creatæ ad laudandum creatorem.

Angeli & virtutes. I. *Quinam per Angelos & virtutes intelliguntur* v. 2.? ℞ Per Angelos possunt intelligi cœlestes spiritus, qui in cœlo empyreo assistunt Divinæ majestati, in ejus laude & contemplatione occupati; per virtutes autem Angeli qui operantur Dei mirabilia, siue in cœlo siue in terra ipsi militantes in tutelam justorum, & ad punitionem improborum. Aut etiam Angeli & virtutes sunt omnes cœlestes Principes, qui circa regem suum circumfusi astant, ejus victorias celebrant, ad omnia mandata exequenda, promptos se offerunt, vel solo nutu voluntatem ejus agnoscentes deuolant in hunc orbem, vt eam impleant.

II. *Quomodo Sol, Luna & Stellæ DEum laudant*? ℞det S. Hieron. In eo quòd à suo officio & servitio non recedunt. Seruitium ipsorum laus DEi est. Grandem honorem habes humana anima: sol & luna & stellæ pro te currunt. pro te seruiunt. Hæc Hieron. Sol DEum laudat eumq; laudabilem ostendit sua pulchritudine, amplitudine, eleuatione, lucis efficacia, celeritate & constantia motûs. Luna DEum laudat sua pulchritudine, motu & influxu, S. Amb. illam his verbis describit: luna est decor noctis, mater roris, humoris ministra, Dominatrix maris, temporum mensura, æmulatrix solis, mutatrix aeris. Stellæ siue errantes siue fixæ, DEum suis cursibus, luce, multitudine, influxu, ordine, magnitudine, alijsq; celebrant.

Cœli cœlorum. III. *Quinam sunt cœli cœlorum* v. 4? ℞ Cœli cœlorum sunt omnes cœli superiores, in quibus sunt sol, luna, planetæ omnes, stellæ fixæ & beati. Ita Bellarm. qui sic loquitur: His enumeratis quæ continentur in cœlo, transit ad ipsum cœlum, & vocat cœlos cœlorum, id est cœlos superiores, quibus subjecti sunt cœli inferiores, in quibus nubes concrescunt, & aves volant: vnde in scripturis legimus, nubes cœli, & volucres cœli: Hæc Bellarm.

Aquæ super cœlos. IV. *Quanam aquæ sunt supra cœlos?* ℞det Bellarm. De aquis istis aliqua videntur extra controuersiam esse debere, alia disputationi hominum permitti. imò certum esse debet, aquas esse corporales, non spirituales, in quo errasse Origenem conuincit S. Epiph. in ep. ad Joan. Episc. Jerosolymæ. 2dò esse super cœlum æthereum, non vt quidam voluerunt, in cœlo æthereo. Nam hîc indicat propheta eas esse super cœlos cœlorum: quia cùm dixisset: *Laudate eum cœli cœlorum*, mox adjungit, *& aquæ omnes quæ super cœlos sunt*, illos videlicet, quos immediatè nominauerat cœlos cœlorum. & ps. 103. de cœlo eodem loquens ait: *extendens cœlum sicut pellem: qui tegis aquis superiora ejus*. Et apertè in 1. c. Gen. ponit Moyses aquas super Firmamentum, in quo Firmamento paulò pôst stellas posuit. Et apertissimè in hymno trium puerorum Dan. 3. enumerantur ordine omnia opera DEi. & 1mo loco ponuntur Angeli, deinde cœli, & aquæ quæ super cœlos sunt, postea sol, luna & stellæ & cætera inferiora. 3tiò esse aquas incorruptibiles & sempiternas, nam de ijs quæ hucusq; numerata sunt dicitur in seq v. *Statuit ea in æternum & in sæculum sæculi.* Hæc Bellarm.

Psalmus CXLIX. Cantate Domino canticum novum.

Invitat Israelem ad laudandum DEum, ob victoriam partam ex omnibus hostibus.

Canticum novum. I. *Quid est canticum novum?* ℞det S Aug ser. 256 de temp. Quid, ait, habet Canticum novum, nisi amorem novum? Cantare amantis est: vox hujus cantoris fervor est sancti amoris. Amemus, gratis amemus. Dominum enim amamus, quo nihil melius invenimus: ipsum amemus, propter ipsum. Hæc Aug. qui in psalmo hoc ad Canticum novum postulat dilectionem novam. Deinde lingua nova requiritur. Qui crediderint, linguis loquentur nouis Marc, 16. 17. linguis scilicet igneis Spiritus Sancti.

Beneplacitū Dei. II *Quodnam est beneplacitum DEi* v. 4? ℞ Esse bonam DEi voluntatem & affectionem erga electos, quia illis vult gloriam. Hæc enim bona voluntas est basis & radix omnium aliorum bonorum, quæ illis communicat. Hinc enim oritur prædestinatio, vocatio, justificatio & glorificatio. Ideo dicit Paulus Eph. 1. 5. *Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per JEsum Christum in ipsum, secundùm propositum voluntatis suæ, secundùm beneplacitum ejus, quod proposuit in eo.*

III. *Quanam cubicula intelliguntur* v. 5. LÆTABUNTUR IN CUBILIBUS SUIS? ℞ Cubilia Sanctorum æterna sunt cœlestes paradisi sedes ac throni, in quibus lætabuntur & exultabunt in gloria. S. Dorothea cùm post dira tormenta sententiam mortis accepisset jubilans ait: benedico te Domine, caste amator animæ meæ, quòd me immeritam ad nuptias agni immaculati vocare, & ad thalamum tuum cœlestem invitare dignatus es.

Exaltationes in gutture. IV. *Quanam exaltationes sunt in gutture Sanctorum*? ℞ Textus intelligendus est de Sanctis in cœlo beatis, qui cum maxima lætitia laudabunt atq; exaltabunt DEum, & omnia ejus attributa. Ut etiam dicitur de cœlesti Sione Isa. 51. 3. *Gaudium & lætitia invenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis.*

V. *Quo-*

V. *Quonam idiomate Sancti DEum laudabunt in cœlo?* ℟ Multi putant Sanctos in cœlo locuturos lingua hebraica, quòd eâ linguâ lex DEi data sit, prædicatum Christi Evangelium, conscripti Divini libri, data omnia prophetarum oracula. Neq; hoc est improbabile. Blanc tamen putat, fore in cœlo linguam aliam particularem, quæ non sit vlla lingua terrarum. Si enim DEus homines in varias regiones diuisurus, idioma illis peculiare indidit; cur seruos suos in cœleste regnum secum assumens eis non infundet linguæ alicujus cognitionem, in qua non reperiantur imperfectiones, quæ in omnibus linguis, quibus vtimur, inveniuntur? Probabile tamen etiam est, quod ait Lorinus omnibus prorsus linguis omnes in cœlo locuturos aliquando, & DEum laudaturos, vt perfectè impleatur illud Philipp 2. v. 11. *Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus JEsus Christus in gloria est DEi Patris.* Quod dicitur 1. Cor. 13. 8. *Linguæ cessabunt*, dicendum est, eo sensu cessaturas, quia non erit necesse diversis linguis loqui. Omnes enim omnium peritiam linguarum habebunt, & ab omnibus intelligentur, linguâ suâ loquentes. *Idioma in cœlo.*

VI. *Quid denotant gladij ancipites in manibus Sanctorum v. 6.?* ℟ Denotant judiciariam potestatem, quia Sancti omnes in die judicij percutient impios. Licet enim propriè soli Apostoli, & Apostolici viri sint tunc judicaturi, tamquam Senatores & Assessores judicis, omnes tamen Sancti judicabunt & condemnabunt tam Dæmones quàm homines sceleratos, à Christo æternis pœnis damnatos per approbationem sententiæ. Itaq; S. Paulus generaliter dicit 1. Cor. 6. 2. *Nescitis, quia Sancti de hoc mundo judicabunt?* *Gladij ancipites.*

Psalmus CL. Laudate Dominum in Sanctis ejus.
Est ejusdem argumenti.

I. *Quo sensu dicitur v. 1* LAUDATE DOMINUM IN SANCTIS EJUS? ℟ In sanctis non est ad literam accipiendum de hominibus beatis, sed de cœlis, qui à S. Paulo Heb. 9. v. 12. vocantur *Sancta*; & fuerunt figurati in Sancto Sanctorum tabernaculi Mosaici & templi Salomonis.

II. *Quid instrumenta Musica hoc psalmo enumerata denotant?* ℟ 1mò Tuba est symbolum Concionatorum DEum laudantium & populo illum annuntiantium. DEus ipse dicit Isa. 58. 1. *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam.* S. Paulus vocatur à S. Hieron. tuba evangelij, tonitru gentium, rugitus leonis. 2dò Psalterio figuratur anima, fide SS. Trinitatis formata, legis præceptis instructa, quæ inferiùs affligendo carnem percutitur, superiùs verò suauissimum DEo melos reddit. 3tiò Cithara cùm ab inferiore parte sonet, est symbolum laudis datæ à corpore. Nam corpus varijs organis, veluti chordis constat. 4tò Tympano figuratur corpus mortificatione extenuatum, & exsiccatum. 5tò Chorus concordiam charitatis designat vt ait S. Greg. hom. 8. in Ezech 6tò chordis etiam commodè concordia figurabitur: est enim mentium concordia, velut conchordia fidium. 7mò PerOrganum intelligit S. Greg. Sanctam prædicationem, quia per fistulas sonat. 8vò. Per cymbala intelligit S. Chrysost., sensus corporis. Clemens Alexand. l. 2. c. 4. oris cymbalum ait, linguam esse, quæ pulsatis labris resonat.

III. *Quis Spiritus invitatur v. vlt. ad DEum laudandum?* ℟det Bellarm. per omnem Spiritum, intelligit generatim omnia, quæ vivunt, siue spirituali vita, vt Angeli: siue animali vt bestiæ: siue vtraq; vt homines: siue metaphoricâ vitâ, vt cætera omnia, quæ licet in se inanima sint, tamen DEo vivere dicuntur, quoniam ita serviunt, & obediunt DEo ac si viverent & sentirent, & creatoris mandata perciperent. Hæc & alia Bellarm. Sed durius id videtur, vt per Spiritum res inanimatæ & spiritu carentes intelligantur. Itaq; per omnem spiritum rectè intelligemus, homines, Angelos, & instrumenta musica, quæ flatu sonant: nam initio psalmi invitavit David Angelos & homines, vt DEum laudent in sanctuario cœlesti, & in firmamento virtutis ejus: deinde enumeravit aliqua instrumenta musica, quibus id facere imposuit, deniq; concludit, *Omnis spiritus laudet Dominum.*



QUÆSTIONES EXEGETICÆ IN PROVERBIA SALOMONIS.

CAPUT I.

Hortatur Salomon vt studio sapientiæ vacemus, ejusq; monita animis infigamus, à prauo sodalitio, alijsq; remoris caueamus. Queritur de contemptu cœlestis sapientiæ, & contemptoribus pœnas, obsequentibus præmia pollicetur.



Disciplina. Quæstio I. *Quis est sensus* v. 2. AD SCIENTIAM, SAPIENTIAM ET DISCIPLINAM? ℞ Subintellige, collectæ sunt à me Salomone istæ parabolæ. Ad hauriendam, inquam, sapientiam diuinam, non nudè speculatiuam, sed practicam, quæ in cognitione, timore & cultu DEi consistit. Quia verò hæc sapientia hauritur ex legibus diuinis, estq; finis illarum & complementum, hinc fit, vt subinde pro ijsdem vsurpetur, vel pro obseruatione earumdem. *Disciplina* propriè significat castigationem morum: *prudentia* discretionem inter bonum & malum. Sed in hoc libro & sequentibus ferè idem designant, quod *sapientia*, multiplicatis copiâ & ornatûs causa nominibus. Idem dico de *justitia, judicio, & æquitate* v. 3. Item *scientia, doctrina, intelligentia.* Significant enim hæc omnia officium hominis recti & pij juxta diuinæ legis præscriptum & normam.

II. *Quomodo* AUDIENS SAPIENS SAPIENTIOR ERIT, ET INTELLIGENS GUBERNACULA POSSIDEBIT v. 5.? ℞ Sapiens, si audiat has parabolas ita vt animum eis accommodet, & ipse hinc percipiet commodum, sapientior enim euadet. Et qui intelligens est, si has audiat, possidebit, id est, acquiret & obtinebit per has gubernecula, hoc est, rationes gubernandi, & consilia, per quæ & se ipsum in omnibus agendis, & alios rectè gubernare poterit, sibi & alijs bene in omnibus consulens.

Timor Domini. III. *Quis timor Domini est principium sapientiæ* v. 7.? ℞ Filialis & perfectus, qui non est aliud quàm charitas. Hæc enim quia summè amat DEum, hinc summè timet eum offendere. Charitas ergo obtinet principium, id est, principatum in regno sapientiæ, id est, justitiæ & virtutis. LXX explicationis gratiâ, nequis putet hîc agi de sapientia speculatiua ex ps. 110. 10. addunt: *Intellectus bonus facientibus eum*, q. d. Illi verè intelligentes & sapientes sunt, qui Sapientiam hanc non tantùm mente concipiunt & intelligunt, sed & voluntate ac opere perficiunt & exequuntur.

Obedientia. IV. *Cur Salomon inter sapientiæ dogmata, primum ponit obedientiam vt scilicet filius monita sana honesti parentis & matris reuerenter audiat, ijsq; humiliter obediat?* ℞ imò, quia pietati in DEum proxima est pietas in parentes. Unde & in Decalogo post tria præcepta primæ tabulæ, quæ spectant pietatem in DEum, statim primum secundæ tabulæ præceptum subjungitur de pietate in parentes: quia parentes sunt viua imago DEi, qui est pater omnium. Ex quo proinde omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur Ephes. 3. 15. Porrò aptè patri tribuit disciplinam, quia patris educatio est seuerior; matri legem, quia matris educatio est leuior & blandior. Matres enim amant filios dulciùs & patres fortiùs, ait Arist. in Oeconom. 2dò quia prima optimaq; ratio bonis & honestis moribus seipsum imbuendi est, si à puero quis suscipiat disciplinam patris & matris, cùm scil. pater & mater fideles sunt, & probis moribus; aut certè satagunt filios ad omnem probitatem erudire, quales erant in Israel.

V. *Quo sensu dicitur* v. 9. UT ADDATUR GRATIA CAPITI TUO, ET TORQUES COLLO TUO? ℞ Idem esse, *addere gratiam capiti*, quod addere torquem collo: est enim parœmia, significans gratiam obedientiæ ita ornare obedientem, perinde ac corona ornat caput & torques collum. q. d. Si hasce meas leges & monita susceperis opereq; exercueris, illa te condecorabunt & exornabunt, perinde ac corona solet caput, & torques aureus collum exornare.

Rete ante oculos auium. VI. *Quomodo tres illæ sententiæ* v. 17. 18. 19. *intelligendæ*: FRUSTRA JACITUR RETE ANTE OCULOS PENNATORUM &c? ℞ Sicut frustra, hoc est, inaniter projicitur & expanditur rete in oculis pennatorum, hoc est, auium, quia videntes rete expandi & parari, volatu illud effugiunt, juxta illud Ouidij: quæ nimis apparent, retia vitat auis. Ita & tu jam à me præmo-

præmonitus & intelligens ad quod malum suis suasionibus spe lucri te volunt pertrahere, merito illorum rete, quod tibi parant, effugere debes. 2dò, *Ipsi contra sanguinem suum insidiantur.* q. d. Accedit his, quòd te meritò ab eis etiam retrahere deberet, quòd cùm sanguini aliorum insidiantur, & contra alios fraudes moliuntur, id ipsum in proprium ipsorum caput recidet, juxta illud ps. 7. Incidet in faueam, quam fecit. *Conuertetur dolor ejus in caput ejus, & in verticem ipsius iniquitas ejus descendet*, hoc est, malum quod alijs parauerunt, extremam ipsismet pernitiem afferet. Deinde subjungit sententiam generalem, omnibus auaris significans idem euenire, quòd impijs sicarijs & homicidis, qui ob temporale commodum, aliorum vitæ insidiantur, Sic, inquit, semitæ omnis auari, hoc est, rationes & modi agendi omnis auari, qui per fas & nefas, cumq; multorum injuria diuitias sibi congregat, rapiunt animas possidentium, ipsorummet scil. auarorum, qui possident diuitias, vel ipsam auaritiam; imò possidentur ab ea; quia semitæ illæ auari, demergunt animas auarorum in interitum & perditionem sæpe temporalem, & semper æternam, juxta illud 1. Tim. 6, *Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem.*

CAPUT II.

Pergit commemorare fructus & præmia veræ sapientiæ, quæ sola hominem in officio, aduersus omnes mundi & aliorum hostium insultus, continet.

QUæstio I *Quomodo cohærent*, SI SUSCEPERIS SERMONES MEOS &c. cum, INCLINA COR TUUM? Qui enim suscepit sermones sapientiæ, vtiq; jam ad eam, inclinauit cor suum? ℞ Si susceperis (hebr. si suscipies) id est, si suscipere volueris sermones meos, & si mandata mea absconderis (hebr. *si abscondes*) id est, si abscondere volueris apud te in sinu mentis tuæ, si, inquam, hoc agere cupis & destinas, inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam, sic vt auris tua audiat sapientiam: quò enim propendet cor, eò ipsum inclinat & aurem. Hoc enim, *vt audiat sapientiam*, referendum est ad id, quod sequitur: *inclina cor.*

II. *Cur comparat sapientiam thesauro* v. 4.? ℞ Quia sicut thesaurus arcanus & absconditus est, sic & sapientia. 2dò Sicut thesaurus magna auiditate à cupidis quæritur, sic & sapientia à sui studiosis. 3tiò Sicut thesaurus magno & invicto labore quæritur, magnaq; voluptate, inuenitur & effoditur, ita & sapientia: labori enim respondet fructus, & quod quis assiduè quærit, hoc tandem inuenit. *Sapientia thesauro similis.*

III. *Quis est timor Domini, & quid facit ad sapientiam, quæ* v. 5. *ejus studioso à sapiente promittitur*: TUNC INTELLIGES TIMOREM DOMINI ET SCIENTIAM DEI? ℞ Timor Domini accipitur pro ejus metu, cultu, religione & amore. Jam cùm duplex sit hic timor, scil. seruilis & filialis, dupliciter pariter hunc locum exponas. Primò de seruili, q. d. Si quæsieris sapientiam ejusq; præceptis cor inclinaueris, tunc intelliges timorem Domini, id est, tunc incipies timere DEum, quasi summum insipientiæ & peccati judicem ac vindicem, & sic ad sapientiam & virtutem peruenies. Alij exponunt de timore filiali. q. d. Si toto corde quæsieris sapientiam, ejusq; præcepta, vtiq; consequeris timorem Domini, qui est ipsissima sapientia & scientia DEi. *Timor Domini.*

IV. *Quid significat ex ore Dei prudentia & scientia* v. 6.? ℞ Significat imo sapientiam hanc prouenire ex Dei reuelatione, facta Prophetis & Apostolis in S. Scripturis, quas populo exponunt & prædicant doctores & prædicatores. 2dò hanc reuelationem & prædicationem non sufficere ad percipiendam hanc sapientiam; sed insuper opus esse interna DEi illuminatione, qua DEus menti persuadeat illa, quæ foris audit & legit. Cùm igitur, ait S. Aug. l. 1. ad simplician. q. 2. prædicatur Euangelium, quidam credunt, quidam non credunt; sed qui credunt prædicatori forinsecus sonanti, intus à Patre audiunt, & discunt, qui autem non credunt, forinsecus audiunt; intus autem non audiunt, neq; discunt. Nota, sapientiam ita esse donum Dei, vt tamen sit opus quoq; hominis, homo enim illam sibi parare debet partim studio, partim oratione. Simili modo virtus v. g. castitas, est donum DEi, & simul opus hominis eam liberè amplectentis, ac pro ea contra vitia decertantis. Sic opera gratiæ sunt opera tum gratiæ quasi causæ principalis, tum liberi arbitrij quasi cooperantis. *Sapientia ex ore Dei.*

CAPUT III.

Monet in præceptis Domini ambulemus: in Domino, non in prudentia nostra confidamus: liberalitati studeamus: crucem patienter feramus: sapientiam colamus: proximis benefaciamus.

Quæstio I.

Miſericordia & veritas.

QUæſtio I. *Quænam ſunt virtutes miſericordia & veritas* v. 3.? ℞ Miſericordia ſignificat opera virtutis indebita, quæ gratis & liberaliter præſtantur: veritas, ſiue fides, fidelitas & juſtitia, ſignificat opera virtutis debita, quæ ex obligatione juſtitiæ, fidelitatis, ſimiliſue virtutis facienda ſunt. Hiſce ergo duobus S. Scriptura complectitur omne officium virtutis (omne enim vel debitum eſt, vel indebitum & liberale:) quod proinde quaſi primum & vniuerſale ſapientiæ & virtutis præceptum, primo loco aſſignat hîc Salomon, ex eo deinde particularia ſingularum virtutum officia eliciturus. ita Janſenius, Dionyſ. & Cajetanus.

Sanitas vmbilici.

II. *Quis eſt ſenſus* v. 8. SANITAS ERIT UMBILICO TUO ET IRRIGATIO OSSIUM TUORUM? ℞ Totum corpus tuum ſanum erit. Corporis enim ſanitas maximè pendet ex ſanitate tum teneriorum partium oſſe carentium, ſcil. vitalium, putà cordis, hepatis, ſplenis, viſcerum, quæ ſunt circa vmbilicum, & ipſius vmbilici; tum duriorum, putà oſſium, quæ ſunt quaſi baſes, & columnæ noſtræ domus & microcoſmi. Oſſium autem ſanitas medullæ pinguedine irrigatur, fouetur, alitur & roboratur: vnde ea deficiente areſcunt oſſa, ex quo ſequitur tabes & corruptio hominis. Senſus ergo eſt, q. d. Sicut ſi ſanus ſit vmbilicus, & ſana medulla oſſium, totum corpus ſanum & forte erit cum omnibus ſuis membris: ſic pariter, ſi in te ſit ſanus & integer timor DEi, efficiet, vt tota anima tua ſana & valida ſit, omneſq́; ejus partes tam nobiles, quàm ignobiles, tam debiles quàm fortes; ac præſertim appetitum tuum, qui eſt quaſi vmbilicus animæ; & rationem, mentem, & ſpiritum, quæ ſunt quaſi oſſa animæ eam ſuſtentantia, ſanabit, fouebit, roborabit, perficiet. Sicut enim per vmbilicum fœtus conjungitur matri, ab eaq́; ſugit alimentum; ſic pariter anima per timorem DEi conjungitur DEo, ab eoq́; omnem gratiam, ſanitatem & robur ſugit & haurit.

Dierũ longitudo in dextra,

III. *Quid eſt*: LONGITUDO DIERUM IN DEXTERA EIUS, ET IN SINISTRA ILLIUS DIVITIÆ ET GLORIA v. 16.? ℞ Eſt proſopopœia. Sapientia enim more poëtico & comico deſcribitur, vt cœleſtis virgo, imò regina dexterâ & ſiniſtrâ prœmia ſui ſtudioſis & aſſeclis oſtentans. Oſtentat in dextera promittitq́; ſapientia ſuis diſcipulis longæuitatem; quia Deus Judæis (quibus, vtpote popularibus ſibi coæuis, primò & proximè ſcribit hic Salomon) per Moſen Leu. 26. & alibi promiſerat longam & felicem vitam in hoc ſæculo, ſi ſua, id eſt, ſapientiæ, præcepta ſeruarent, ac deinde opes & gloriam, putà abundantiam vini, olei, frumenti, victoriam de hoſtibus &c. Porrò per temporalia bona promiſſa Judæis, promittit ſimilia ſpiritalia Chriſtianis æquè ac Judæis: qui non Judaico ac carnali ſenſu, ſed ſpiritali ac Chriſtiano charitatis ſpiritu legem implebant, quales erant Moſes & ptophetæ, aliiq́; ſancti veteris teſtamenti. Quocirca ſapientia hîc Chriſtianis promittit vitam longam, id eſt, æternam, in qua noſtra beatitudo conſiſtit, ſimiliter gloriam & opes ſpiritales, quæ ſunt virtutes, gratiæ, dotes gloriæ cœleſtis. Sapientia ergo magis hæc dona à ſe promiſſa confert Chriſtianis quàm Judæis.

Sapientia lignum vitæ.

IV. *Quo ſenſu ſapientia dicitur lignum vita* v. 18.? ℞ Primò quia vitam tam naturalem animæ, quàm ſupernaturalem gratiæ, procurat, conſeruat, prolongat, 2dò quia ſicut lignum vitæ vigorem vitæ, putà humidum radicale & calorem naturalem per defectum ſenectutis labaſcentem reſtaurabat & priſtinæ dignitati reſtituebat: ſic pariter ſapientia ſiue virtus vires animæ & gratiæ, vitio concupiſcentiæ arroſas & ſeneſcentes priſtino vigori reſtituit, imò roborat & adauget. 3tiò ſicut fructus ligni vitæ erat ſuauiſſimus, eratq́; quaſi nectar & ambroſia hominis innocentis & ſancti, jam inchoantis felicitatem: ſic pariter eſt & ſapientia ac virtus juxta illud pſ. 35. *Inebriabuntur ab vbertate domus tua & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* 4tò. Sicut lignum vitæ præſeruabat hominem à morte, faciebatq́; vt homo viuus ab hac vita transferretur ad cœleſtem & beatam: ſic & ſapientia transfert hominem à vita gratiæ ad vitam gloriæ, inquit Lyran. 5tò Lignum vitæ in paradiſo repræſentabat viſionem DEi, qua in cœlo fruuntur Sancti, ideoq́; immortales & beati redduntur per omnem æternitatem. Hanc enim aſſequuntur merito ſapientiæ & virtutis. Idq́; ita eſſe patet ex Apoc. 2. 7. *Vincenti dabo edere de ligno vita, quod eſt in paradiſo Dei mei.* & cap. 22. 1. *Et oſtendit mihi fluuium aqua vita, ſplendidum tamquam cryſtallum, procedentem de ſede Dei & agni, & ex vtraq́; parte fluminis lignum vita.* Significat ergo Salomon, vſum & eſum ligni vitæ, Adæ peccato deperditum, per ſapientiam reſtitui ac conſequenter reſtitui & immortalitatem, quam hoc lignum afferebat. ita S. Hieron, in Iſa. 65.

CAPUT IV.

Exemplo felici ſuo hortatur Salomon, vt ſapientiam ſectemur, cujus varias vtilitates exponit. Ante omnia monet prauorum conſortia deuitare, & linguam atq́; oculos cohibere.

Salomon vnigenitus coram matre.

QUæſtio I. *Cur Salomon dicitur vnigenitus coram Matre* v. 3.? ℞ Non quòd vnicus fuerit filius matris ſuæ Bethſabeæ, quemadmodum quidam hoc loco falsò aſſerere conati ſunt. Nam 1. Par. 3. apertè dicitur. In Hieruſalem nati ſunt ei filij Simmaa, &

Sobab,

Sobab, & Nathan & Salomon, quatuor de Bethſua filia Ammiel. Nam quòd Lyranus putat tres illos Salomoni conjunctos, fuiſſe filios naturales Uriæ non Dauidis, nimis contrariatur ei, quod dicitur. Nati ſunt ei filij, quod de ijſdem etiam dicitur 2. Reg. 5. Unigenitus ergo dicitur coram matre, quòd tamquam vnigenitus à matre teneré & vnicè diligeretur. Nec eſt Hebræis vnigenitus, ſed vnicus, non dicit vnicus matris meæ, ſed vnicus coram matre mea, vel vt habent Hebræa, in facie matris meæ, hoc eſt, quòd mater eum ſic haberet ac diligeret, ac ſi vnicus fuiſſet.

II. *Quis eſt ſenſus* v. 18. *Juſtorum ſemita quaſi lux ſplendens, procedit, & creſcit vſq; ad perfectam diem?* ℞. Semita, id eſt, vita & conuerſatio ſancta juſtorum eſt quaſi aurora, vel lucifer lucens, mundumq; illuminans, ſicut enim lux auroræ ſenſim intenditur & creſcit vſq; ad perfectum diem, id eſt, vſq; ad meridiem, in qua diſcuſſis omnibus nebulis & tenebris, aurea, clara, plena lux toto hemiſphærio reſplendet: ſic pariter & juſtorum juſtitia & ſanctitas ſenſim creſcit, donec diſſipatis omnibus ignorantiæ & concupiſcentiæ nebulis, ipſa pura plenaq; refulgeat, quod inchoatè fit in hac vita, perfectè verò fiet in cœlo, vbi ampliùs creſcere non poterit, cùm in hac vita ſemper creſcat. Ex hoc loco refutatur error Jouiniani dicentis vnum juſtum alio non eſſe juſtiorem, nec poſſe in juſtitia creſcere, eò quòd virtutes omnes ſint pares, æquè ac vitia paria, vti cenſebant Stoici. Et Lutheri, qui docet poſſe quidem juſtum creſcere in virtute, at non in juſtitia, eò quòd hæc non ſit inhærens, ſed extrinſeca, putà imputatio juſtitiæ Chriſti, quæ in omnibus eſt par & æqualis. Verùm vtriuſq; error jugulatur hîc à Salomone dicente, quòd ſemita juſtorum, quæ vtiq; non eſt alia quàm juſtitia & actiones juſtæ juſtorum, creſcat inſtar lucis & auroræ uſq; ad perfectum diem & meridiem: atqui lux creſcit & intenditur, atq; ex minore fit major, donec fit maxima in meridie, ergo pari modo intenditur & creſcit juſtitia & ſanctitas juſtorum. Vide Bellarm. l. 3. de juſtific. c. 16. *Semita juſtorum.*

III. *In quo ſita eſt caligo ſeu tenebræ impiorum* v. 19.? ℞. Imò in errore practicò, quo peccatores, dum peccant, judicant hîc & nunc peccatum præferendum eſſe virtuti. Guloſus enim ſibi dicit in menſa delicata: hîc meliùs mihi eſt explere meam gulam, & ventrem cibis ſaturare, quàm ijs temperare, geniumq; fraudare. Iratus dicit: ſatiùs eſt mihi & jucundiùs vindicare meam injuriam, eumq;, qui me læſit, ferire, quàm parcere, & noxam condonare. 2dò in imprudentia, quia qui paſſionis æſtu agitur, non conſiderat locum, perſonas, tempus, aliaſq; circumſtantias, quæ eum metu & pudore afficere ac à peccatis auocare poſſent. 3tiò in improuidentia, quia non proſpicit finem, ac pericula & damna ipſi ex peccato obuentura v. g. periculum ſanitatis, vitæ & gehennæ, quod ſibi accerſit. Auiditas enim & paſſio gulæ, Veneris, honori, eum excœcat & obtenebrat, vt iſta non conſideret, non videat, quo fit vt perinde ac homo in nocte & tenebris ambulans, in lapides & ſcopulos tum culpæ, tum pœnarum impingat & corruat, & quandoq; præceps in foſſam & necem ruat: ſubinde anceps hæreat, & neſciat, quò pergere debeat, ſed, vt ait S. Petrus palpans & manu tentans viam perquirat. Porrò hæ tenebræ per continuos peccatorum actus creſcunt, donec hominem totum excœcent, vt vltro ruat in ſuam perniciem & gehennam. Unde S. Aug. in pſ. 138. *Cùm peccant*, inquit, *tenebræ ſunt: & cùm inſuper non confitentur peccata, ſed ea defendunt tenebras ſuas augent.* *Tenebræ impiorum.*

IV. Quomodo dicitur v. 27. *Ne declines ad dexteram, neq; ad ſiniſtram*, cùm ſequatur *vias, quæ à dexteris ſunt, nouit Dominus; peruerſa verò ſunt, quæ à ſiniſtris ſunt* Si enim vias, quæ à dexteris ſunt, nouit Dominus, id eſt, approbat, quomodo hîc prohibet, declinare ad dexteram? ℞. Una ſententia alteri non eſt contraria, ſed vna cum altera rectè conſentit: nam cùm ait vias à dexteris noſci & probari à Domino, peruerſas verò eſſe ſiniſtras; tunc dextrum & ſiniſtrum inter ſe ſola comparantur, ac per dextrum ſignificatur via virtutis, quia hæc coram Deo eſt dextera, id eſt, proba & felix; per ſiniſtram ſignificatur via vitij, quia hæc coram DEo eſt ſiniſtra, id eſt, reproba & infelix. Cùm verò ait: *ne declines ad dexteram, neq; ad ſiniſtram*; tunc dextrum & ſiniſtrum non inter ſe, ſed cum media virtutis via comparat, idq; dextrum & ſiniſtrum ſignificant vitia vtrimq; virtuti, quæ in medio eſt, per exceſſum vel defectum oppoſita. Virtus enim eſt in medio, à quo declinat vitium oppoſitum in dexterum per exceſſum, in ſiniſtrum per defectum. Via ergo virtutis media eſt dextera, à qua ſi declines ad dexteram vel ſiniſtram, aberras & peccas. Itaq; vis eſt in τὸ *ne declines*: hæc enim particula mutat phraſim & appellationem, vt loquuntur Logici. Nam via dextera eſt via virtutis; declinare verò ab hac dextera eſt vitium, ſiue declines dextrorſum, ſiue ſiniſtrorſum, omnis enim declinatio & receſſus à medio, quod præſcribit virtus eſt vitium. *Non ergo dextram viam ambulare, ſed ad dextram declinare probibemur*, ait Beda. *Virtus in medio.*

CAPUT V.

A ſcortatione & adulterio cauendum monet: pœnas recenſet tum temporales, tum æternas, quæ adulteros manent.

Quæſtio I.

Verba mulierum fallacia.

QUæstio I. *Quis est sensus* v. 3. ? ℞ Ne attendas ad fallacia mulieris verba. Nam inquit labia meretricis, sunt quasi fauus distillans, hoc est, fluens. Diffundunt enim instar faui dulcia verba, quæ prima facie dulcia sunt & jucunda. Et guttur ejus nitidius est oleo, hoc est, excellit oleum in mollitie, lenitate & lubricitate. Nihil enim est lenius & magis lubricum oleo. Nam oleum non commendatur nitore sed lenitate. Significatur ergo verba ejus, quæ per guttur proloquitur, instar olei mollia esse & lenia, atq; hac ratione grata esse. At sequens sententia non tantùm initia, sed etiam exitus monet considerare, qui longè diuersi sunt ab eo, quod primò apparet. Nouissima autem inquit illius, hoc est, ea quæ postea tandem affert, sunt amara quasi absynthium, quod in amaritudine valde excedens melli rectè opponitur. Et lingua ejus est quasi gladius, vtraq; parte scindens, qui rectè opponitur oleo placido, molli & lubrico, quod nullo modo lædit, sed lenit & mitigat. Si enim quis sequatur verba meretricis, eaq; velut mel & oleum sumat auidè, postea & magnam sentiet amaritudinem, vermem scil. conscientiæ quouis absynthio acerbiorem, & grauem deniq; læsionem incurret, mortem scil. animæ ejusq; cruentam dilacerationem & post hanc vitam æternæ mortis amaritudinem.

Aqua de cisterna propria.

II. *Quis est sensus* v. 15. BIBE AQUAM DE CISTERNA TUA &c.? ℞ Libidinis sitim extingue, non abusu alienæ, sed vsu propriæ vxoris, sicut omnino conuenit, vt quis puteum habens ex eo bibat, non ex alieno. Quod autem sequitur, *deriuentur fontes tui foras*, docet, & quid conjugalibus amplexibus quæri debeat, & quis ex eis fructus sequatur. Cùm enim ex vaga libidine, nec quæratur prolis bonum, nec inde sequatur, legitimum conjugij vsum, ad hoc fieri debere docet, & hunc ejus esse fructum, vt hinc natæ proles in plateis conspiciantur ciuitatis, ex quibus & ciuitati ornamentum, & parentibus voluptas accedat. Quoniam autem & ex concubinis & meretricibus & adulteris contingit proles suscipere, ad differentiam harum & earum, quæ ex legitimo conjugio procreantur, dicit: *habeto eas solus, nec sint alieni participes tui*, hoc est, tales stude habere proles, quas velut aquas tuas in plateis diuidas, de quibus certus sis & securus, quòd non sint spuriæ, sed quòd tu solus in eas jus habes & non alij, quod expectare potes ex legitimo connubio, non ex vaga aut adulterina libidine, ex qua procreatæ proles, incertum sæpe habent patrem.

Vena benedicta.

III. *Quo sensu dicitur* v. 18. SIT VENA TUA BENEDICTA &c.? ℞ Per venam aut fontem intelligitur propria vxor, quæ marito proles vel aquas profundit; & est sensus, fac ut vxor tua fœcunda esse possit, & benedictionibus vteri felix, quod fiet si ejus amore & legitimo vsu contentus, vires corporis non exhaurias vana & aliena libidine, & per amorem DEI vitia declines. Sic enim in vxore implebitur illud Dauidicum ps. 127. *Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domûs tuæ* &c. Hortatur ergo lætandum cum vxore adolescentiæ, hoc est, cum ea, quæ in adolescentia & ipso ætatis feruore in vxorem assumpta est, sub nomine lætitiæ, ad moderatum vsum conjugij inuitans, tamquam remedium fornicationis vitandæ, & medium prolium legitimè procreandarum. Indicans in hoc usu veram solidamq; esse lætitiam, præ ea, quæ in vaga & adulterina est libidine, quæ multum habet fellis admixtum & conjunctum.

Vxor similis ceruæ & hinnulo.

IV. *Cur uxor comparetur ceruæ charissimæ & gratissimo hinnulo* v. 19? ℞ Est enim hoc animantis genus hominibus in delicijs amabile & lepidum. Unde & Cant. 2. Dicit Sponsa: similis est dilectus meus capreæ hinnuloq; ceruorum. Significat ergo vxorem hujusmodi amabilem esse debere & in delicijs instar ceruæ & hinnuli. Quamquam subtilius dici posset ceruæ vxorem comparari, quòd proditum sit memoriæ, in ceruino genere maris & fœminæ non fieri congressum vnquam palàm, sed esse secretum loco obscuro. Aut sicut ceruinum genus serpentibus est exitio, vt scribit Plinius l. 27. c. 9. ita & vxor scortis aduersetur, serpentibus omnino exitialibus. Est & alia ceruorum conditio huic loco optimè congruens, videlicet quod (ut habet Plinius l. 8. c. 32. cùm maria tranant gregatim nantes porrecto ordine capita imponunt præcedentium clunibus, vicibus ad terga redeuntes. Ita & hic indicatur in conjugio alterum alterius vicissim onera ferre debere.

CAPUT VI.

Monet ne temere pro alijs studeamus: ignauum otium fugiamus exemplo formicæ, impudicos mores & consortia deuitemus. Septem grandia peccata, Deo cum primis odiosa recenset. Præceptis Dei & parentum vt pareamus, hortatur.

Manum defigere apud alium.

QUæstio I. *Quid est, defixisti apud extraneum manum tuam* v. 1. ? ℞ Si pro crimine vel debito alterius fidem tuam & teipsum obligaris, scil. te curaturum, vt reus crimen purget, vel pro eo satisfaciat, adeoq; pœnam statam luat, aut quasi debitor debitum ex soluat, defixisti, id est, stipulatione & defixione manus tuæ in manum creditoris obligasti teipsum. Unde Chald. vertit clarè: *promisisti soluere extraneo manu tua*, Martin. de Roa l. 1. Sin-

l. 1. Singul. c. 4. Sic exponit: *Defixisti manum tuam apud extraneum*, id est, jus & potestatem extraneo fecisti, vt te manu prehendat, & quasi debitorem suum apud judicem vocet, ac quæ spopondisti, repetat.

Formicæ dotes.

II. *Quæ sunt formicæ dotes homini imitandæ?* ℟. Primò formica faciendo frumentationem, prouidet sibi cibum in æstate, vt eodem viuat in hyeme. 2dò formica frumentum defert in sua antra quasi in cellas & apothecas, ibiq; recondit & asseruat. Idem nobis faciendum, nimirum labore juuentutis, paranda sunt alimenta senectutis, ac sudore temporis præmia æternitatis. 3tiò formica grana incidit, & arrodit oculos seminis exedens, ne germinent & putrescant. Ita & nos bona opera circumcidere debemus, à vanitate, ne in vanam gloriam corrumpantur. 4tò formica grana meliora seligit: ita & tu ô Christiane, meliorum virtutum, quales charitas & humilitas, actus exerce. 5tò formica præsentit serenitatem, tumq; grana aëri exponit; & pluuiam, tumq; grana in antra recondit; ita & fidelis in pace publicè suam doctrinam, actusq; virtutum exponat, in tentatione verò & persecutione eosdem recondat. 6tò formica quod viribus nequit, hoc consilio & continuatione perficit. Unde assiduò laborando excauat semitas, saxa & rupes, eadem enim semita eaq; regia & secura semper incedit. Ita & tu regiâ patrum viâ ingreditor, noli nouos nouantium calles dubios & periculosos ingredi: certoq; tibi persuade, nihil esse tam difficile, quod non continuato labore per DEi gratiam evinces. 7mò formicæ res fœtidas, vt origanum, sulphur, cornu adustum adeo oderunt, vt, si eorum fumus, aut cineres super earum domos spargatur, ex ijs aliò emigrent. Ita fidelis non tantùm res fœdas, sed & fœdam famam, putà infamiam & malum nomen deuitet.

Pigri egestas.

III. *Quo sensu dicitur de pigro v. 11. Veniet tibi quasi viator egestas & pauperies quasi vir armatus?* ℟. Si somno inertiæ te dedas, imò si dormites duntaxat, veniet tibi subitò & inopinata egestas instar viatoris seu cursoris, ac paupertas adeo valida, vt illi resistere nequeas: insiliet enim illa ceu vir armatus in te inermem & desidem, teq; profligabit & prosternet. Sequitur Antithesis impigri ad prigrum: *si verò impiger fueris, veniet tibi vt fons messis tua.* q. d. piger pigritiâ sibi parit egestatem, impiger verò & sedulus per laborem & diligentiam parat sibi copiosam messem bonorum, quæ ita exuberet, sicut fons exuberat aquis.

Apostatæ descriptio.

IV. *Quo sensu dicitur de homine apostata: graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore jurgia seminat.* ℟. è corde peruerso peruersum habet os, dum peruersa, id est fraudulenta, loquitur, quibus alios decipiat, & in fraudem deducat; dum ore amicitiam simulat, corde odium gerit. Rursum os peruersum est os procax, impudens, scurrile, mendax &c. Vatablus hæc refert ad immodestos & inconditos gestus & gesticulationes impij, quibus affectat grauitatem & auctoritatem. q. d. Homo vanus, superbus, impius componit oculos ad ea quæ dicit, & gesticulatione quadam manuum & pedum vtitur, vti solent pseudo prophetæ, scil. componit se totum, fingit cultum, plodit pede, quasi auctoritatem habens &c. vt faciliùs imponat.

Inopia cordis adulteri

V. *Quænam est inopia cordis adulteri, quâ perdit animam suam v. 32.?* ℟. Inopia mentis est inopia judicij, quia libido judicium euertit hominemq; dementat, vt videatur esse demens & insanus, imò delira & insana faciat pro amore suæ pellicis & adulteræ, vti experientiâ sæpe fieri videmus. Propria adultero eaq; insignis mentis inopia & insipientia est, quòd cùm possit eamdem, imò majorem voluptatem haurire ex muliere soluta v. g. ex meretricibus formosissimam sibi deligere, vbi minor est culpa, minor infamia, minus periculum, imò omnis apud homines impunitas; ipse amore cœcus mallt conjugatam, vbi longè major est culpa & infamia, & certum periculum, vt vel à marito, vel à cognatis, vel à judice deprehendatur & capite plectatur. Et hanc significat Salomon, dum subdit: *quia zelus & furor viri non parcet in die vindictæ.*

CAPUT VII.

Hortatur adolescentes ad sapientiæ complexum, & custodiam mandatorum. Deterret à scortatione & adulterio: cujus pedicas & illecebras exponit & cauendas monet.

QUæstio I. *Cur præcipit legem seruari vt pupillam oculi?* ℟. Significat eam non neglectim esse seruandam, sed tamquam rem charissimam & necessariam summa cum diligentia seruandam. Ex omnibus enim membris corporis nullam tuemur majori cura quam natura solicitè muniuit palpebris, cilijs, & supercilijs, cui etiamsi quid periculi immineat, in illius defensionem nullius membri recusamus jacturam: ita & pro conseruanda lege nullum vel rerum temporalium vel corporis dispendium detractare debemus.

Mandata liganda digitis.

II. *Cur vult mandata ligari in digitis?* ℟. Metaphoricè significatur ea semper ob oculos mentis habenda, sicut in oculis corporalibus ea maxime habemus, quæ manibus digitisq; sunt alligata. Nullum enim membrum corporis habemus nudum, quod ita semper oculis objiciatur atq; manus & digiti. Unde ad indicandum hîc esse metaphoram, & ne corporaliter Pharisaico more putaretur præcipi, vt digitis alligarentur descripta Dei mandata subjicit: scribe illa, non

la, non in tabulis corporalibus, ſed in tabulis cordis tui, hoc eſt, firmiter ea cordi imprime, vt in ea ſemper illa legere & reuoluere poſſis. Alludit autem ſiue ad tabulas lapideas, in quibus lex Moyſi, poſtquam viua voce fuit tradita, deſcripta fuit, pro conſeruatione ejus, ſiue ad tabulas communes, in quibus olim ſcribebatur, & quæ dicta fuerant conſeruabantur, ſignificans proinde audita menti imprimenda atq; in ea retinenda. Et bene dicit tabulas cordis, eſt enim intellectus humanus, ſtatim ab infantia, tamquam tabula raſa, in qua nihil depictum eſt. In hac præcipit DEi præcepta deſcribi & imprimi.

III. *Cur vult ſapientiæ dici ſoror mea es, & prudentiam vocari amicam* v. 4. ? ℞. Vult dicere, quia juvenis es, fœminarum vultu delectaris, ſed ſpecie omnium pulcherrima, eſt ſapientia, omninò maximè affabilis eſt prudentia, has ergo aſſume tibi pro chariſſimis, has ſororum loco habe, cum ijs colloquere & converſare, non dedignabuntur ſe tuo conſortio, non ut Dominæ, ſed ut ſorores, eodem tecum patre progenitæ. Obſeruandum autem non dici, fac ſapientiam ſororem tuam, ſed dic ſapientiæ ſoror mea es, q. d. In ſororem quidem tibi eſt data, tibi connaturalis, ſed tuum eſt eam pro ſorore agnoſcere & aſſumere, Sap. 8. ſapientiam ſe delegiſſe dicit Sapiens in ſponſam, hîc verò in ſororem haberi vult. Nam in ſpiritualibus eadem eſt ſponſa & ſoror, ſponſa ad generandum ex ea ſpiritualem generationem, ſoror vt ſuo comitatu conſilia bona ſuggerat.

CAPUT VIII.

Ipſamet ſapientia nos ad ſui amplexum inuitat: cæleſtem ſuam doctrinam multis modis commendat: Beatos denuntiat quotquot ſibi obedierint; qui verò ſpreuerint, miſeros & infelices.

Sapientia increata & creata.

QUæſtio I. *Pro quo ſumitur hîc ſapientia?* ℞. Sumitur hîc generaliter, prout communis eſt creatæ & increatæ: vnde quædam magis conueniunt creatæ, vt quod v. 22 à LXX. dicitur creata à DEO: quædam magis conueniunt *increatæ*, vt quod v. 23. & ſeqq. dicitur ab æterno fuiſſe. Sed aptiſſimè omnia quadrant in *ſapientiam Diuinam incarnatam*, id eſt, in Chriſtum, cui ſecundùm diuinam naturam, ab æterno eſſe genitum; ſecundùm humanam verò, eſſe creatam in tempore, & de hoc locum hunc exponunt SS Patres & Doctores.

II. *Quis eſt ſenſus* v. 22 DOMINUS POSSEDIT ME IN INITIO VIARUM SUARUM? ℞. DEus me poſſedit initio operum ſuorum. Cùm enim cœpit condere cœlum & terram per me, tunc me vti cœpit, meamq; vim & energiam, quæ antea in DEO ſolo incluſa latebat, eratq; quaſi otioſa, exerere & patefacere: vnde tunc cœpit quaſi me poſſidere, id eſt, poſſeſſione mea quaſi vti, poſſeſſionis meæ vim & fructum oſtendere, imò verò antequam quidquam faceret à principio, putà ab æterno, poſſedit me & quaſi theſaurum abſconditum, & cognitum, ſoliq; DEO notum. Ab æterno ergo poſſedit me per modum habitus, in tempore verò quo per me creauit omnia, poſſedit me per modum vsûs.

III. *Quæ hîc ſapientia intelligitur?* ℞. Tertull. intelligit ſapientiam increatam, eamq; eſſentialem quæ communis eſt toti S. Trinitati: hanc enim poſſedit, id eſt, habuit, DEus ab æterno, per eamq; concepit, dixit & fecit omnia: per illam enim velut ideam ſapientiſſimam & perfectiſſimam architectatus eſt cœlum, terram, totumq; vniuerſum. Hanc quoq; juxta LXX. creauit, id eſt, elicuit DEus noſtro modo concipiendi. Cùm enim in nobis & Angelis omnis ſapientia, ſapiensq; rerum faciendarum conceptio, idea, diſpoſitio & ordo ſit actus à mente & intellectu elicitus (eſt enim ipſa rei intellectio & conceptio, quæ verbum mentis dicitur) hinc & in DEO talem concipimus, quia ex noſtris actibus metimur & concipimus diuinos, ſicut ex rebus creatis concipimus creatorem. 2dò accipi poteſt ſapientia increata, ſed notionalis & perſonalis, putà filius DEI, qui eſt ſapientia genita, & Verbum Patris, vt docet S. Aug. l. 7. de Trinit. c. 2. Hanc enim poſſedit Pater ab æterno per generationem, tamquam prolem & imaginem ſuam.

Filiatio humana.

IV. *Quomodo de filio dici poteſt creauit me?* Inde enim Arriani concludunt Filium DEI non eſſe DEum, ſed creatum & creaturam. ℞. Multi Patres cenſent, notari hîc filiationem DEi, non diuinam & æternam, ſed humanam & temporalem, qua Verbum Caro factum eſt. Humanitas enim & caro Chriſti fuit creata & Creatura, vti eſt caro cæterorum hominum. Nam paulò pôſt de eodem dicitur: *ante colles ego parturiebar*: quare hîc notari Geminam Chriſti naturam, *diuinam*, cùm dicitur, parturiebar; *humanam*, cùm dicit, *creauit me*. ita S. Athan. Nazianz Cyrill. Aug. Audi S. Epiphan. hær. 69. contra Arrianos: *Dominus*, inquit, *creauit me, hoc eſt, ædificauit me in vtero Mariæ, principium viarum ſuarum in opera ſua. Principium enim viarum deſcenſus Chriſti in mundum, eſt corpus ex Maria, quod eſt aſſumptum in opere juſtitiæ & ſalutis ipſius.*

CAPUT

CAPUT IX.

Loco profanarum & execrandarum ædium, victimarum & epularum meretriciarum, de quibus c. 7. inuitat omnes sapientia diuina ad sacram suam domũ, victimas & epulas, vtrarumq; differentiam exponit.

QUæstio I. *Quam domum sibi ædificauit sapientia* v. 1.? ℟. Mundum corporeum innixum septem orbibus planeticis: vel humanitatem suam, septem donis Spiritus sancti stabilitam: vel adoptavit Ecclesiam, 7. sacramentis insistentem: vel cœnaculum, columnis plurimis innixam; quod est Ecclesia, plurium Doctorum serie atq; ordine firma: vel parauit sibi matrem virginem, quam ceu triclinium, tres virtutes theologicæ & quatuor Cardinales moralium exornabant. *Sapientia ædificauit sibi domum.*

II. *Quas victimas immolauit sapientia* v. 2.? ℟. Harum prima est ipsa Christi humanitas, sociata tamen innumeris Martyrum, Virginum, religiosorum hostijs. *Miscuit vinum*, hoc est, Deitatem humanitati copulauit, nam diuersa & varia sæpe per eadem figurantur. *Proposuit mensam*, id est, præparauit doctrinam sacram, cùm mensa libros sustineat; eò quòd inter conviuandum solebant erudita proponi. Item *posuit mensam*, id est, aram, in qua vinum eucharisticum aquâ miscetur. Demum conuiuium gloriæ cælestis parauit, tum animi, tum corporis gloriâ impinguans &c. *Misit ancillas*, id est, varias scientias, quibus Apostoli, id est, Prædicatores, Doctores, inuitant homines &c. *Victima sapientiæ.*

III. *Quæ est mulier stulta* v. 13.? ℟. Est eadem, quæ descripta c. 7 10. quam enim ibi depinxit sapiens, eamdem hîc depingit ipsa sapientia, quasi sui æmulam, corriualem & antagonistam. Grammaticè ergo hæc mulier est meretrix: nihil enim ita contrarium sapientiæ, quæ pudica est, spiritalis, Angelica ac diuina, ac meretrix & libido, quæ impudica est, carnalis, diabolica & tartarea. ita S. Amb. l. 1. de Cain c. 4. Parabolicè verò per meretricem repræsentatur ipsa insipientia, putà cupiditas, siue concupiscentia, ac praua doctrina, præsertim hæresis. Unde S. Amb. censet, per duas hasce mulieres describi virtutem & voluptatem sibi invicem adversantes, quarum quælibet omnes ad se invitat. *Mulier stulta.*

IV. *Quid per aquas furtiuas intelligitur* v. 17.? ℟. Clandestina & furtiua scortationis & adulterij voluptas, quam velut cibum & mensam suam meretrix hæc proponit & opponit conuiuio sapientiæ v. 5. Sicut enim famuli ex dolio aquæ & vini, quod herus recondit, sibiq; soli seruat, ardent furtim aliquid haurire, &, si epistomium desit, terebrato dolio, per fistulam vinum sorbilando exugunt, qua in re miram sentiunt delectationem, esto vinum in se vulgare sit, minusq; sapidum. Sic pariter mœchi & scortatores ardent furtiua libidine alienæ vxoris vel meretricis, esto illa minùs pulchra & compta sit. *Aqua furtiua.*

V. *Cur furtiua suauiora patentibus?* ℟. Quia furtiuorum majus est desiderium & concupiscentia, rationem dat S. Hieron. in Osee 13. *Quidquid enim non licet, magis desideratur.* Nam *nitimur in vetitum, cupimusq; negata.* Vetatio ergo acuit rei vetitæ concupiscentiam, sicut frigus circumstans calorem exacuit per antiperistasim. Secundam addit idem, quia *quod raritate dulce est, assiduitate in amaritudinem vertitur.* Obuia enim, velut quæ in manibus habemus, parui facimus; at secreta, reclusa & abscondita, velut noua, rara & curiosa ambimus. Curiosa enim præ cæteris est venus & libido: vnde nouas semper quærit pellices, nouos amores, nouos libidinis modos & artes. *Furtiua suauiora patentibus.*

CAPUT X.

PARABOLÆ SALOMONIS.

Id est gnomæ seu graues sententiæ, sed breues & carmine elegante conscriptæ, ac ferè cum perpetua antithesi in singulis versibus, cujus posterior pars priori opponitur. Sic hoc capite filius sapiens opponitur stulto, justus impio, diligens otioso, simplex prauo &c.

QUæstio I. *Qui sunt thesauri impietatis* v. 2? ℟. Sunt diuitiæ impunè congestæ, aut conseruatæ, vt quæ malis artibus, insidijs, fraude ac nimia cura ac desiderio parantur, aut partæ inique detinentur, nec erogantur, vt opus est. *Thesauri impietatis.*

II. *Quid est, quod dicit*: NON AFFLIGET DOMINUS FAME ANIMAM JUSTI v. 3. *cùm non numquam justi famem patiantur, imò & fame moriantur*? ℟det Beda, etsi quandoq; justum impij fame affligunt, vel etiam necant, non lædent tamen animam ejus, quam Dominus in vita futura, suæ visionis gloria consolatur. Proinde indicat signanter dictum: *Dominus non affliget, & non affliget animam, licet impij corpus justi fame affligant.* At hic sensus etsi verissimus, & spirituali scripturarum intelligentiæ conueniens, non tamen totam sententiæ vim complectitur, quia verisimile est, sapientem idem enuntiare voluisse quod Dauid, cùm dicit ps. *Fames justi*

36. *Non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panem.* Et: *non est inopia timentibus eum Inquirentes Dominum non deficient omni bono.* Itaq; eò quod dicitur: non affliget Dominus, non tantùm significatur Dominum id per sese non facturum, sed quòd nec fieri id permittet. Et animam justi, positum est simpliciter pro ipso justo. Nec obstat, quòd contrarium huic sententiæ accidere videamus. Pertinet enim hæc promissio secundùm literam potissimùm ad vetus testamentum, quo terrena promittebantur. Deinde sententiæ hæ sunt indefinitæ, quæ quod vt plurimum fit, enuntiant. Jam verò id fieri DEus permittit, vt justus graui fame laboret, egestatem tamen corporalem supplet diuitijs spiritualibus, & saturitate cælestium donorum, ita vt famem patiens, verè pinguescat in animo, & egestas veræ ei sint diuitiæ.

Ventos pascere.

III. *Cur qui nititur mendacijs dicitur pascere ventos, & sequi aues volantes* v. 4.? ℞. Tum quia operam suam perdit, nec assequitur id, quod per mendacia laborabat, tum quia talis nihil stabile sequitur, sed rem inconstantem, quæ proinde illum fallet instar fugacium ventorum & auium. Non enim mendacium & falsitas sibi constat, sed subinde variatur, & instar venti & auium in vno non consistit. Vnde & Paulus hæreticorum doctrinam vento comparat, cùm dicit Ephes. 4. *vt jam non simus paruuli, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum.* Veritas autem sibi ipsi semper constat.

Oculo annuere.

IV. *Quid est annuere oculo* v. 10.? ℞. Nihil aliud est, quàm esse hypocritam, amicitiamq; simulare, vnde ps. 34. postquam dictum esset, & annuunt oculis, veluti significandi causa additur: quoniam qui mihi pacificè loquebantur, & in iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant. Et Prov. 6. de annuente oculis dicitur, *graditur ore peruerso & prauo corde machinatur malum.*

V. *Quid sententia innuit* v. 27. *Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, sic piger his qui miserunt illum*? ℞. Monet dispicere diligenter, quibus quis negotia sua gerenda & curanda cõmittat. Sicut, inquit, acetum est dentibus noxium, quos ob acritudinem stupefacit, inidoneosq; reddit ad bene masticandum, & sicut fumus est noxius oculis, quos hebetat & pungit. Sic piger his, qui miserunt illum est noxius & molestus; quia dum causam eorum sibi commissam malè curat per suam pigritiam, nocumentum simul & dolorem eis affert, facitq; vt causam suam bene disponere nequeant.

VI. Quid est *expectatio justorum lætitia* v. 28. *spes autem impiorum peribit*? An non & impiorum spes & expectatio est lætitia? Nemo enim sperat & expectat nisi lætitiam & bonum. ℞. Videtur prior pars sic accipienda: Exspectatio justorum est tandem lætitia, quia quod expectant, & hic & maximè in futuro, consequuntur, eoq; quod expectauerunt adepto lætantur. At spes impiorum frustrabitur, ac proinde mœrorem propter frustrationem adferet.

CAPUT XI.

Justitiæ cæterarumq; virtutum commoda: injustitiæ & reliquorum vitiorum incommoda.

Spes nulla impio.

QUæstio I. *Cur de homine impio dicitur, quòd illi post mortem nulla sit spes* v. 7. cùm & sancti tunc non sperent, vtpote assecuti quod volebant. *Spes enim quæ videtur, non est spes, nam quod videt quis quid sperat.* Rom. 8. ℞. Hîc significatur, per mortem impio intercipi & auferri irreparabiliter, quod sperare & desiderare solitus fuit, diuitias scil. gloriam & omnem vitæ hujus felicitatem, vt hoc significetur, quod ps. 78. *Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.* Et ps. 48 Non descendet cum eo gloria ejus. Secundùm spiritualem intelligentiam significare etiam rectè hic intelligitur, impio post mortem nullam esse spem veniæ, quia in inferno nulla redemptio.

II. *Quid significat sententia* v. 8. *Justus de angustia liberatus est, & tradetur impius pro eo*? ℞. Significat DEi judicium, quo frequenter fit, vt justo liberato impius succedat in locum ipsius. Exemplum est in Mardochæo & Aman, in Saul & Dauide, in Daniele, & his quorum accusatione Daniel à Dario, in lacum missus fuerat. Potest & generaliùs intelligi, vt significetur justum, etsi ad tempus ferat tribulationes in hoc mundo, liberandum aliquando, & maximè post hanc vitam: Impium verò etsi gaudeat ad tempus in hoc mundo, suo tempore successurum in sortem malam justorum, quando ipsis gaudentibus ipse lugebit, potissimùm post hanc vitam.

III. *Quis est sensus* v. 21. *Manus in manu non erit innocens malus*? ℞. Supplendum est, sit licet, q. d. cogat impius quantos potest socios & auxiliares manus; jungat fœdera, ineat societatem, *non erit innocens*, non euadet noxam & pœnam ipsi decretam, sed & in se, & in socijs punietur.

IV. *In quo consistit similitudo* v. 22.? ℞ In eo, quòd sicut aureus circulus non conuenit in naribus suis, nec suem ornat: ita pulchritudo, quæ per se res est præclara non conuenit mulieri stultæ sed malè ibi videtur à natura collocata. Sicut enim sus circulo aureo naribus infixo non nouit bene vti, ita nec mulier stulta sua pulchritudine. Deinde quia sicut sus circulo aureo non cohibetur à suffodienda terra, sed nihilominus se cœno immergit, circulumq; fœdat: ita & mulier vecors, cum pulchritudine sua gloriam sibi comparare deberet, non ea tamen

retrahi-

retrahitur à voluptatum illecebris, sed voluptatum cœno se immergit, sicq; pulchritudinem suâ insipientiâ fœdat & obscurat. Ex qua explicatione patet, quàm rectè mulier fatua suibus comparetur, nempe ob immunditiam, ad quam abutuntur sæpe mulieres sua pulchritudine. Mysticè per mulierem pulchram & fatuam intelligitur anima Christiana, quæ pulchra quidem est per fidem & baptismum, per quæ tamquam annulo aureo Christo est desponsata, sed tamen fatua est per vitæ insipientiam.

V. *Quis est sensus* v. 31. *Si justus in terra recipit, quantò magis impius & peccator?* ℞. Frequenter justus recipit in terra, hoc est, in hac vita justitiæ suæ præmia, multò magis impius & peccator etiam ante mortem recipit commeritam pœnam. Aut potest intelligi de receptione malorũ, quæ in hac vita justi aliquando patiuntur ob peccata sua, vt sit sensus: Ecce Deus in hac vita frequenter reddit justis, quam suis leuibus peccatis merentur castigationem & punitionem, quantò magis impij & peccatores supplicijs afficientur in hac vita, aut si non in hac, saltem in alia.

CAPUT XII.

Laudat & commendat eum, qui diligit disciplinam & pietatem. Reprehendit, qui odit & negligit. Exponit fructus oppositos justi & impij, diligentis & otiosi, sapientis & stulti, linguæ bonæ & malæ.

QUæstio I. *Quo sensu dicitur* v. 7. VERTE IMPIOS, ET NON ERUNT? ℞. Si volueris, aut cœperis subuertere impios, jam non erunt ampliùs, nimirum, quia & hîc omnem suam gloriam & potestatem amittent, ita vt & memoria eorum apud homines aboleatur, & post hanc vitam, quia miseri erunt, veriùs non erunt, quàm erunt. Vnde Dauid de impio ps. 48: *Cùm interierit, non sumet omnia secum, neq; descendet cum eo gloria ejus.* Veritas hujus sententiæ excellenter patet in tam diuersis idololatriæ religionibus, in tam multis tyrannis, & justorum persecutionibus, in tam varijs hæreticorum conciliabulis, quæ omnia penitus de terra sublata sunt, cùm familia Abrahæ & Dauidis adhuc saltem secundùm spiritum perduret, omniumq; justorum vna eademq; domus Ecclesia scilicet semper persistat, contra omnes insultus inuicta. S. Greg. hom. 32. mysticè hoc ita intelligit, vt sit sensus: Domine conuerte impios ab impietate, & jam non erunt, quod fuerant, impij scilicet. Conuersi, inquit, impij, non erunt, non quia omninò non erunt impij in essentia, sed non erunt in impietatis culpa. *Impiorum interitus.*

II. *Quis est sensus* v. 10: NOVIT JUSTUS JUMENTORUM SUORUM ANIMAS? ℞. Habet rationem jumentorum suorum, ne plus æquo laborent, & ne quid eis desit, multò magis ea præstans erga homines sibi subditos, filios, seruos, & mercenarios. Contra viscera impiorum, quæ naturaliter ad miserandum sunt prona, sunt crudelia; vt nullius hominis, ne dum belluarum miseriâ commoueantur, plusq; à sibi subditis tum hominibus tum animalibus exigant, quàm præstare possint, nec tamen vicissim, quæ necessaria sunt, liberaliter subministrent eis, in se tantùm indulgentes.

III. *Quis est sensus* v. 11. *Qui suauis est in vini demorationibus, in suis munitionibus, relinquit contumeliam?* ℞. Qui delectatur immorationi potationis vini in suis habitaculis, suisq; familia, relinquet contumeliam, vel potiùs ignominiam, quia malum post se nomen relinquet, patrimonioq; decocto, ignobilem suis paupertatem relinquet.

IV. *Quo sensu dicitur* v. 23. *Homo versutus celat scientiam: & cor insipientium prouocat stultitiam?* ℞. Homo versutus, id est cautus; chaldaicè astutus; græcè vir prudens, (nam capitur hîc in bonam partem, vt ex Antithesi patet) *celat scientiam*, neq; ambitiosè, aut sine fructu ostentat eruditionem suam: sicut facit insipiens, qui temere vbiq; & sine delectu, dum vult jactare scientiam suam, *prouocat*, hebraicè euocat ad linguam & labia *stultitiam suam*.

CAPUT XIII.

De oris custodia: de paupere diuite: de opibus malè partis, de maturo consilio, de corruptione &c.

QUæstio I. *Quomodo filius sapiens est doctrina Patris* v. 1.? ℞. Prodit & manifestat in se suisq; moribus doctrinam & institutionem bonam patris sui, nam præcepta quæ ab illo hausit, in se quasi in libro descripta fouet, & tamquam in imagine vel in speculo relucentia toti orbi manifestat.

II. *Est quasi diues, cùm nihil habeat: & est quasi pauper, cùm in multis diuitijs sit?* ℞. *Est quasi diues*, id est, simulat, fingit se diuitem, nempe superbus & illusor, *cùm nihil habeat* q. d. Sunt, qui videntur diuites, & non sunt; Mercatorum id est vitium, ne vacillet fides. Thrasonibus quoq; familiare, ingentes opes jactare, vt diuitem sponsam venentur. Tropologicè arrogant sibi virtutes, qui à virtute longissimè absunt. Putant se diuites & beatos, qui opibus, honoribus, gratia pollent, etsi virtute careant. Contrà pauper opibus & virtutibus diues.

III. *Quomodo intelligendus* v. 8. *Redemptio animæ viri, diuitiæ suæ: qui autem pauper est, increpationem non sustinet*? ℞. Diues, si periculum vitæ, ob aliquod delictum incurrat vel à latronibus capiatur, facilè se redimit pecunijs suis. Qui verò pauper est, *increpationem*, LXX. minas, *non sustinet*, id est, tolerare, euadere non potest, sed illis succumbit: cumq; non habeat in ære, luere cogitur in pelle. Vide S. Aug. Serm. 212. de Tempore, qui dicit pauperem in hoc melioris conditionis esse diuite, quòd cùm non habeat opes, quæ emungi possint, rarò increpetur, & molestijs afficiatur, seu à fisco, seu à latrone, seu ab inuido, seu ab æmulo:

Lætitia vera.

IV. *Quomodo dicitur* v. 9 LUX JUSTORUM LÆTIFICAT, LUCERNA AUTEM IMPIORUM EXTINGVETUR? ℞. *Lux justorum lætificat*, vt opponatur secundo membro, intelligendũ de lætitia solida, perpetua & perseueranti. Nam & lucerna impiorum ad tempus lætificat, non autem perpetuò, aut diuturno tempore, quia citò extinguetur. Est autem lux justorum, eorum claritas, & excellentia, doctrina scil. eorum & conuersatio sancta. Hæc lux lætificat & justos, qui eam habent, & alios, qui eam in ipsis contemplantur, eamq; ab ipsis participant. Lucerna impiorum est eorum temporalis felicitas, qua fulgent ad tempus in hoc mundo. Item eorum hypocritica tum doctrina tum vita, qua item pleriq; ad tempus in hoc mundo clari habentur, vt patet in hæreticis. At omnis hæc impiorum lucerna extinguitur, quia per mortem euanescit. Bene notandum, quòd justis lucem, impijs lucernam tribuit. Lucerna enim accenditur ad tempus lumen præbitura, & non nisi nocti seruit, ad exortum verò lucis mox obfuscanda, & extinguenda. Ita & impiorum prædictus fulgor in tenebroso hoc mundo videtur splendescere, at omnis hic splendor euanescit adueniente die, aut exoriente veritatis fulgore. Justorum autem splendor velut lux solis, est lux vera, quæ nulla alia luce superatur, nec vnquam desinit, ac sola solidè exhilarat animos hominum.

V Quid docet sententia v. 11. *Substantia festinata minuetur, quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur*? ℞ Docet debere cuiq; curæ esse, non tam quantum acquirat, quàm quibus modis & artibus sibi paret diuitias. Nec habet hæc sententia tantùm locum in diuitijs temporalibus, sed & spiritualibus. Qui enim sibi opes doctrinæ, aut virtutum colligunt ex vanitate hæreseon aut hypocrisis statim se doctos ac justos esse præsumentes citò opum suarum decrementum patientur. Item qui subitò indiscreto feruore perfectionem virtutis sibi vendicant, frequenter experientia teste, quod subitò amplexi sunt, subitò derelinquunt, at virtus & scientia, quæ paulatim per humilitatem colligitur, justis debitisq; exercitijs & laboribus, illa & stabilis erit, & assiduè multiplicabitur.

VI. Quis est sensus v. 23. *Multi cibi in noualibus patrum, & alijs congregantur absq; judicio*? ℞ Multos cibos parant sibi filij ex noualibus patrum suorum, hoc est, si insistant laboribus patrum & eorum diligentiam æmulentur, quia cibi sic quæsiti diuina benedictione multiplicantur. At sunt alij cibi, qui à plerisq; congregantur injustè, non cùm debito judicio, quia scil. non discernunt, & quomodo debitè cibi parandi sint juxta habentes, siue per fas, siue per nefas, siue honestè, siue inhonestè congregent, & quomodo injustè parta mox dilabentur.

CAPUT XIV.

Antitheses sapientiæ & stultitiæ: fructus & effectus vtriusq;.

Domûs ædificatio,

QUæstio I. *Quid per ædificationem & destructionem domûs insinuatur* v. 1. ? ℞ Per ædificationem domûs significatur familiæ omniumq; domesticarum rerum debita procuratio, dispositio ac promotio, sicut contrà per destructionem domûs significatur ejusdem familiæ & rerum ad eam pertinentium desolatio atq; perditio. Itaq; sensus est, vxor sapiens suâ diligentiâ, prudenti administratione & gubernatione, familiam suam etiam exiguam, & nullius in primis pretij, egregiè instruit, amplificat & auget, prospiciens domui de omnibus necessarijs, recteq; educans suos filios ac domesticos. Contrà insipiens etiam ab alijs bene instructam, non tantùm perire sinet, sed suis ipsa manibus per suam insipientiam destruet ac perdet domesticas opes dilapidando, ac domesticos quosq; suis sermonibus, factis & exemplis euertendo.

Os stulti virga superbiæ.

II. *Quomodo in ore stulti virga superbiæ: labia autem sapientium custodiunt eos* v. 3? ℞ Stultus quia superbus, ore suo & lingua quasi virgâ superbâ flagellat cæteros, hunc ridendo, illum despiciendo, istum conuiciando &c. Sed flagellando alios flagellat quoq; seipsum: quia quos ab eis flagellat, vicissim lege talionis flagellatur. Superba ergo ejus verba, quæ ore profert, erunt ei virga, id est causa & instrumentum & ferula, qua vapulet, confundatur & plectatur. *Labia autem sapientium custodiunt eos*: tum quia cauent, ne instar stulti suis maledictis flagellent alios, eorumq; flagella tum verborum, tum verberum vicissim sibi accersant: tum quia si à stulto flagellis maledicentiæ appetantur, contra ea se tuentur scuto prudentiæ, modestiæ & mansuetudinis. Ita enim prudenter, modestè & mansuetè agunt & respondent, vt suam innocentiam probent, & stultum maledicentem confundant, cogantq; silere, juxta illud Aug. ser. 15. de resurrectione. *Maledictum patientiâ repercussum in suum redit auctorem, illæso eo qui petebatur.*

III

III. *Quo sensu dicitur* v. 7. VADE CONTRA VIRUM, STULTUM ET NESCITO LABIA PRUDENTIÆ? ℟ Si ieris contra virum stultum, hoc est, si eidem te disputando opposueris, nescies labia prudentiæ, hoc est, non deprehendes in illo labia prudentiæ, nec ab illo disces doctè prudenterq; loqui. Imperatiui ergo hîc non præceptiuè ponuntur, sed quemadmodum alibi aliquoties, significant quid vno posito secuturum sit, vt cap. 12. *Verte impios & non erunt.*

IV. *Quis est sensus* v. 18. POSSIDEBUNT PARVULI JUSTITIAM, ET EXPECTABUNT ASTUTI SCIENTIAM? ℟ Parvuli sensibus ac judicio, hoc est, simplices ac imperiti & fatui veluti hæreditatem possidebunt stultitiam: quia hanc amant eiq; adhærent velut hæreditario bono ac propriæ possessioni, ex qua nihil nisi dedecus reportare possunt. At contra, astuti, hoc est prudentes nihil aliud semper exspectant, atq; ex animo desiderant, quàm scientiam, scientes verum esse hominis bonum, ac propriam possessionem, in qua ejus felicitas & decus consistit. Qui enim veram sapientiam non assecuti, tantùm vanis hujus mundi bonis delectantur, vt verè paruuli sunt sensu, ita nihil aliud quàm stultitiam possident, à qua ægrè diuelluntur: qui verò verâ imbuti sunt sapientiâ, toto desiderio ad scientiam cognitionemq; DEI ac cœlestium rerum feruntur. *Parvuli sensu.*

V. *Quo sensu dicitur* v. 19. JACEBUNT MALI ANTE BONOS, ET IMPII ANTE PORTAS JUSTORUM? ℟ Verbum Hebraicum, quod noster vertit jacebunt, significat propriè incuruabunt, aut incuruabuntur, humiliabunt se aut humiliabuntur. Itaq; significat hæc sententia, justa DEI dispositione ita frequenter fieri, vt impij siue propter paupertatem, siue ob consilij inopiam cogantur sese dejicere & humiliare coram justis: eorumq; domos demissis capitibus adire, vt stipem aut consilium ab ijs accipiant, quos ob justitiam & diuitijs & sapientiâ DEus donauit. Item frequenter fieri, vt impij, qui impietate sua justos contempserunt, postea siue vexatione dante intellectum, siue justorum dignitate insigniter elucescente, cogantur mutatâ sententiâ eos revereri, ante eos procidere, ac portas ædesq; eorum humiliter frequentare juxta illud: non vis aut numerus, tandem bona causa triumphat. Quodsi non semper hîc fiat, tamen in futura vita magis fiet, vt patuit in diuite epulone Lazari opem tam humiliter implorante, & in his quæ impij dicunt Sap. 5. *Hi sunt, quos al quando habuimus in derisum &c.* *Impij humiliantur coram justis.*

VI. *Quomodo dicitur* v. 23. IN OMNI OPERE ERIT ABUNDANTIA &c. ℟ Non est sermo de opere morali, virtuoso scilicet aut vitioso, sed de opere laboris. Significatur ergo labore ac diligentia opes parari, non garrulitate, quæ ad egestatem & defectum frequenter perducit, quòd garruli otio ferè tempus transigi sinant.

VII. *Quomodo* DIVITIÆ SUNT CORONA SAPIENTIUM: FATUITAS STULTORUM IMPRUDENTIA v. 24? ℟ Diuitiæ sapientibus sunt pro corona, id est, ornamento, instar coronæ vel diadematis, *fatuitas stultorum imprudentia*, Chaldæus, decus stultorum est stultitia, id est, stulti nullum decus, nullum ornamentum habent, quo se ornent nisi stultitiam; nam & opes, quas habent & quibus egregiè se possent ornare (vt sapientes faciunt) cùm ijs non nisi peruersè vtantur, non sunt ipsi honori vel ornamento, sed dedecori & damno.

VIII. *Quomodo vita carnium, sanitas cordis: putredo ossium, inuidia* v. 30. ℟ Sanitas cordis, id est, cor sanum à passionibus, maximè ab ira & liuore, est vita carnium, id est, facit carnem & totum corpus viuidum & vegetum. Sed inuidia & ira & reliquæ passiones exorbitantes tabefaciunt etiam ipsa ossa, id est, robur omne tum corporis tum animi, juxta illud Poetæ: Inuidus alterius macrescit rebus opimis. Nam ex læta & bona habitudine animi per sympathiam consequitur bona habitudo corporis teste S. Greg. l. 5. Mor. c. vlt. Vide c. 17. v. 22. LXX. vertunt, *vir mansueti cordis medicus* est: *tinea autem ossium, cor sensitivum*, id est, quod zelum, iram, inuidiam, aliosq; animi motus facile sentit, quod verbulo, vt acu pungitur. *Inuidia putredo ossium.*

CAPUT XV.

De bono & malo linguæ: de vera fortitudine: de victimis impiorum: de solido gaudio: de veris thesauris: de cœlo & inferno.

QUæstio I. *Quomodo victimæ impiorum abominabiles Domino* v. 8.? ℟ Non quòd eæ in se sint abominabiles, sed abominatur eas, vt ab impijs procedunt. Abominabile enim est DEo, impium enim est DEo, impium agere coram ipso personam justi. Nam justorum est sacrificare DEo. Ad hæc significanda scriptura dicit Gen. 4. DEum respexisse ad Abel, & ad munera ejus, ad Cain autem & ad munera ejus non respexisse. Priùs siquidem personæ nominantur quàm eorum munera, vt intelligamus ratione personarum placuisse vel displicuisse DEo munera, non econtra. *Victimæ impiorum abominabiles.*

II. *Quis est sensus* v. 11. *Infernus & perditio coram Domino: quanto magis corda filiorum hominum?* ℟. Est argumentum à minus difficili ad magis difficile, q. d. DEus cognoscit infernum & damnationem ac damnatos: ergo multò magis cognoscit corda, id est, cogitationes & volitiones cordium eorum, qui in terra hac viuunt, illud enim difficilius est, hoc facilius.

III. *Quomodo hæc sententia vera est*, cùm infernus & damnatio sint res physicæ, ideoq; determinatæ & certæ, quæ facilè sciri possunt: at vero cogitationes & intentiones hominum sunt res liberæ, ideoq; indeterminatæ, secretæ & arcanæ, ideoq; soli DEO cognitæ. Vnde Angeli, Dæmones & damnati cognoscunt infernum, & pœnas damnatorum, non verò cognoscunt secreta cordium. ℞. imò Jansenius & Cajet. putant Salomonem loqui de difficultate, quæ non est à parte rei, sed in opinione hominum: homines enim putant difficilius esse, imò verè eis difficilius est, cognoscere secreta inferni, quàm secreta cordium: quia illorum nulla habent indicia, horum verò habent, per verba, vultum, gestus, facta &c. Corn. à Lap. per infernum & perditionem accipit damnationem & damnatos præsertim Dæmones, q. d. DEus cognoscit secreta inferni & damnatorum, præsertim Dæmonum; ergo multò magis cognoscit secreta hominum viuentium. Dæmones enim vti naturæ subtilitate, ita & mentis profunditate ac celandis secretis superant homines. Rursum DEus nouit omnes actus etiam internos & secretos cordium, tam Dæmonum quàm damnatorum hominum, quos habuerunt in via; ideoq; cuiq; inflixit eam pœnarum in Gehenna mensuram, quam quisq; suis actibus meritus est. Insuper DEus nouit omnes cogitationes & volitiones Dæmonum & damnatorum, quas nunc habent, & habituri sunt per omnem æternitatem: ergo multò magis cognoscit cogitationes & volitiones hominum, qui in terra miserè & modicè viuunt.

Cogitationum dissipatio. IV. *Quis est sensus* v. 22. DISSIPANTUR COGITATIONES, VBI NON EST CONSILIũ? ℞. Vbi consultatio non intercedit, cogitata optatum exitum non sortientur, cùm autem multos maturè consulentes in consilium adhibemus, qua ratione id quod optamus, perfici possit, res ipsa respondet cogitationi de re efficienda susceptæ. Multi enim multa sana congruaq; suggerunt consilia, quibus res rite conficietur, & ad optatum finem perducetur. Tunc ergo cogitata confirmantur, id est, à multorum consilijs robur & firmitatem accipiunt. Rursum dissipantur cogitationes initæ sine consilio: quia qui diu eas mente versat, in eis inuenit plures difficultates, & pericula, ob quæ eas refutat, aliasq; meliores sese offerentes capessit: quæ verò à pluribus consiliarijs difficultates omnes proponentibus & discutientibus maturè suggeruntur, hæ confirmantur, id est, firmæ sunt, solidæ & securæ.

Deus longè est ab impijs V. *Quomodo longè DEus est ab impijs; & orationes justorum exaudit* v. 29? ℞. DEus in omnibus vbiq; est realiter & personaliter, per essentiam, præsentiam, & potentiam; longè tamen abest ab impijs per fauorem & opem: quia eos odit, eosq; suam opem implorantes non exaudit: sic verò vicinus est justis, scil. per amorem & beneficentiam, vtpote quos protegit, dirigit, & se inuocantes exaudit. Est metalepsis & metonymia: ex elongatione enim DEi intelligitur ejus non exauditio: quia apud homines elongatio, & magna distantia, causa est, cur quis clamantem non audiat, Hanc distantiam mysticè & spiritualiter inter Deum & peccatorem facit superbia, libido, cæteraq; peccata.

Lætitia. VI. *Quid innuitur per verba* v. 30. LUX OCULORUM LÆTIFICAT ANIMAM, FAMA BONA IMPINGUAT OSSA? ℞. Comparat hîc primarios duos sensus, scil. visum & auditum, quòd, sicut res visæ, præsertim lux, animum oblectant, ita pariter res auditæ, putà nuntij rerum lætarum, oblectant animum, corpus & ossa per naturalem sympathiam, qua affectus v. g. lætitia vel tristitia animi, deriuatur & transit in corpus animæ cohærens: lætitia enim vehemens adeo afficit animum, vt redundet & exuberet in corpus, Ossa ergo tum metaphoricè pro intimis animæ, tum propriè pro ossibus corporis accipias: sicut enim nuntium triste contrahit, dejicit, & timore ac mœrore consternit animum & corpus: sic è contrario nuntium lætum, præsertim valde desideratum, lætitiam, vitam & vigorem instillat, & inspirat tum animæ, tum corpori audientium.

CAPUT XVI.

Variæ viæ & effectus diuinæ prouidentiæ; cui omnia, quantumuis fortuita videantur, subjecta sunt.

Concursus DEI. QUæstio I. *Quomodo est hominis animam præparare: & Domini gubernare linguam* v. 1.? ℞. Hebraicè, *hominis sunt dispositiones cordis*: non tamen (vt volebat Pelagius) sine concursu DEi, tum naturali, seu generali in omni re: tum supernaturali, seu per gratiam, in rebus, quæ ad salutem pertinent. Sed quomodocumq; horum auxilio cor disposueris, id est, animo conceperis & proposueris, quid & quomodo dicere velis, non dices tamen vt conuenit vel oportet, nisi DEus speciatim dirigat linguam. Porrò quod hîc de verbis dicitur, etiam & magis de operibus verum est. Longè enim difficilius est, reipsa exequi sensa animi, quàm verbis aptè exprimere: & hoc quoq;, quàm animo concipere & meditari.

Deus ponderator spiritûs. II. *Quomodo DEus dicitur ponderator spiritûs* v. 2? ℞. Per spiritum intelligitur mentis cogitatio & voluntas, quam DEus solus ponderat, an sit bona an mala. q d Homo videt actionem externam, eamq; probat quasi in se bonam & honestam. At DEus videt volitionem internam, quæ sæpè vitiosa est, ideoq; maculat & vitiat totam actionem externam: quare esto illa homini pura videatur, à DEO tamen impura judicatur Hunc sensum clariùs exprimit c. 21. 2. dicens:

dicens: *Omnis via viri sibi recta videtur: appendit autem corda Dominus.* q d. Nolite vobis blandiri, quòd opera vestra placeant, probaq; & justa esse videantur: quia DEus ea ad diuini sui judicij trutinam vocabit, in qua subtilissimi spiritus, & abditissimæ cogitationes expenduntur: vnde in ea sæpe vt malum reprobatur, quod ab homine vt bonum probabatur & laudabatur.

Impius conditus ad diem malum.

III. *Quomodo DEus vniuersa propter semetipsum operatus est: impium quoq; ad diem malum* v. 4.? ℟. Propter semetipsum, seu ad gloriam suam in ijs manifestandam creauit & condidit, etiam impium non formaliter, sed materialiter, id est, hominem illum, quem præuidit futurum suâ malitiâ impium. Nam hunc quoq; creauit absolutè ad gloriam suam in eo, & per eum declarandam. Et vellet quidem, quantum ex se est, hanc in eo gloriam declarari per excellentem gratiam, qua (si non peccando sequi vellet) deduceretur ad diem bonum. Sed cùm nolit sic sequi, deducit nihilominus illum ad declarandam in eo gloriam suam, sed per aliam viam, putà per justam punitionem, rapiendo illum *ad diem malum,* seu ad supplicium æternum. Quod secundariò tantùm & ex hypothesi intenditur à DEO. Itaq; velint nolint impij etiam Gloria Dei in ipsis, dum scelerum suorum dant pœnas, æternum declarabitur.

Arrogans non est innocens.

IV. *Quomodo arrogans non est innocens, etiamsi manus ad manum fuerit* v. 5 ℟. Etiamsi multos habeat socios, quibus se tueatur, & per quos junctim manus violentas in alios injiciat, vt peccata peccatis continuò attexat; non tamen erit innocens, id est, impunitus; sed citò ira DEi in eum desæuiet, ejusq; fastum sternet. Causa est, quòd arrogans sit æmulus & antagonista DEi, vt velut alter Lucifer velit se DEO æquare, & cum eo de honore & primatu contendere: illum ergo vt sui honoris æmulum DEus insectatur, siderat & sternit.

Diuinatio in labijs regis.

V. Quomodo *diuinatio in labijs regis est* v. 10. ? ℟. Reges, Principes, & Magistratus singulari sagacitate donantur à DEO, vtpote ejus vicarij, vt in dubijs & controuersijs expediendis vafriciem & malitiam seu litigantium, seu testium facile deprehendant, & rectè judicent. Nemo igitur Magistratui imponere tentet, nemo sententiam latam carpat.

Lapides sacculi opera Dei.

VI. Quomodo *opera DEi sunt omnes lapides sacculi* v. 11.? ℟. Omnia pondera, quæ lapidea olim erant, & in sacculis circumferebantur, sunt opera DEi, id est, ex ordinatione, & voluntate diuina, vti & statera. Quare opera danda, ne per imposturas, & fraudes corrumpantur, vel in vsu eorumdem contra DEum & justitiam peccetur.

CAPUT XVII.

Variæ conditiones, varij effectus prudentiæ & stultitiæ; pietatis & impietatis.

Seruus sapiens.

QUæstio I. *Quo sensu seruus sapiens dominabitur filijs stultis, & inter fratres hæreditatem diuidet* v 2 ? ℟. Siue quia Pater manentem illum in seruili conditione filijs præficit, volens illos serui sapientis parere jussionibus & magisterio, tutelamq; illorum seruo sapienti committens, siue quia propter suam sapientiam, libertatem adipiscitur, & cum libertate etiam Dominium in eos, quibus aliquando seruiuit, juxta Eccli 10. *Seruo sensato liberè seruient*, vti patuit in Joseph Patriarcha, & multis quotidie, qui ex simili conditione prouehuntur, vt prosint ingenuis & liberis. Jam quod additur, & inter fratres hæreditatem diuidet, bifariam etiam dici potest, nempe quia totius familiæ à patre moderator relictus, patris quodammodo fungens munere, filijs hæreditatem diuidet: aut quia ex patris voluntate tamquam vnus è numero filiorum hæreditatis partem cum filijs accipiet.

II. *Cur qui dimittit aquam, caput est jurgiorum* v. 14. ? ℟ Nam sicut cum aquis exitus aperitur, magnæ inundationis causa præstatur, quam postea non facile est cohibere, aut reuocare, ita cùm contentioni & jurgio principium datur: nascitur ex eo frequenter impetuosus furor omnia turbans, quem componere non ita sit facile, & sicut vel minima apertura in principio aquis data, violentia aquarum mox fit maxima, ita cùm principium litis minimum sit & parui fiat, frequenter instar impetuosè currentis aquæ in rabiem & multa mala procedit. Proinde monet sapiens, vt antequam lis misceatur & contentio ex vtraq; parte incalescat, lis deseratur, sicut consultum est angustum aquarum foramen mox obturare, priusquam violentia aquarum dilatetur.

Sponsor stultus.

III. *Cur carpitur stultus plaudens manibus, cùm spoponderit pro amico suo* v. 18. ℟ Quia spondens pro alio ingens onus in se suscipit, nimirum obligationem ad soluendum alterius debitum: quare sapiens id considerans metuit, & tardè ad sponsionem accedit. Stultus verò quia onus hoc non considerat, sed tantùm præsentem amici liberationem, hinc temere plaudit & exultat. Quocirca sæpe meritas stultitiæ suæ, stultæq; sponsionis pœnas luit, dum æs alienum, pro quo spopondit, si debitor soluendo non sit, vel soluere nolit, ipse dependere cogitur.

Ostium extollens.

IV. *Quid est, qui exaltat ostium, quærit ruinam* v. 19. ? ℟ Qui exaltat ostium, & consequenter domum suam; hic est causa discordiarum. Causa enim, cur vicini non ferentes ejus domum præ sua attolli & eminere, illiq; imminere, vt ejus luminibus, âeri & perspirationi officiat, vtq; in eam, ejusq; hortos & aulam prospectum habeat, illiq; quasi dominetur; indignantes illi litem moueant, cogantq; vt eam dejiciat, & cæteris adæquet,

V.

Munera. V. *De quo dicitur* v. 23. MUNERA DE SINU IMPIUS ACCIPIT, UT PERVERTAT SEMITAS JUDICII? ℞ Dici poteſt tam de dante, quàm de accipiente munera. De dante, q. d. Impius de ſinu ſuo accipit, id eſt, depromit munera, vt ea clàm judici in manus det, iiſq; eum in ſui amorem flectat, vt ſibi cauſam iniquè contra vel præter leges juſtitiæ adjudicet. De accipiente accipiunt paſſim interpretes. q. d. Conſiliarius vel judex, qui de ſinu dantis clàm accipit munera, hic impius eſt: quia ea accipit cum pacto, vel certè cum periculo pervertendi ſemitas judicij, id eſt, leges, juxta quas judicandum eſt.

Spiritus pretioſus. VI. *Quis vocatur pretioſi ſpiritus* v. 27.? ℞ Duplex eſt in homine ſpiritus, imò opifex vocis & ſermonis. Prior ſpiritualis, qui eſt ipſe animus, ejuſq; conceptus, ſenſa & deſideria, quæ ipſum extimulant, vt ea voce proloquatur. q. d. Qui animi ſui ſenſa & deſideria, in pretio habet, vt ea non temere loquendo effundat, ſed ſibi ſecreta quaſi pretioſa, id eſt, rara & cara ſeruet, hic eſt vir eruditus, id eſt, prudens & ſapiens. Poſterior eſt ſpiritus corporalis, putà ipſe halitus ſeu anhelitus, quo reſpiramus: hic enim alliſus ad dentes, palatum, linguam & guttur, efficit vocem & ſermonem. q. d. Qui pretioſum habet ſpiritum & halitum, quo ſuas efformat voces & ſermones, vt illi dominari, illum regere, illum velut rem pretioſam ſibi ſeruare, & raro per ſermonem foras emittere queat, hic eſt vir eruditus, id eſt, ſapiens: quo ſignificat vocem & ſermonem tanto pretio, & tantæ curæ eſſe debere, quanti eſt ipſe anhelitus, quo efformatur, & ex quo pendet vita hominis. Reſpiratio enim vitam cauſat: ſic & vita & mors in manu linguæ. c. 18, 21.

CAPUT XVIII.

Non facile deflectendum à ſemel ſtabilita amicitia, charitate, juſtitia, alijſq; virtutibus.

Verba ſapientis. QUæſtio I. *Cur Verba ſapientis comparantur & aquis profundis & flumini redundanti* v. 4.? ℞ Eò quòd numquam deficiant, nec umquam exhauriantur, ſed ex imo cordis prolata, ſubinde noua & noua, pari moderatione & intelligentia ſuppeditentur hominibus, atq; ad eos profluant ex abundantia & profunditate cordis, adinſtar fluminis ſcaturientis & inde ſignanter profluentis. Itaq; aquæ profundæ comparantur, tum quia numquam deficiant, tum quia non in ore, (vt quidam ait) ſed in pectore ſint nata. Nec philoſophandum, cur potiùs torrens dictum ſit, quàm flumen, cùm Hebræa dictio vtrumq; ſignificet. Bene autem, vt habet Beda, verba ſapientum aquæ comparantur, quia & lauant mentes audientium, & irrigant, ne vel peccatorum ſorde deformes remaneant, vel doctrinæ inopia cœleſtis tabeſcant, & quaſi nociua ariditate deficiant.

Verba bilinguis. II. *Quo ſenſu dicitur* v. 8. VERBA BILINGUIS QUASI SIMPLICIA, ET IPSA PERVENIUNT USQUE AD INTERIORA VENTRIS? ℞ Verba eorum, qui coràm bene blandeq; homini, loquuntur, aſt poſt tergum ſuſurrando hominis famam lædunt, ſunt quidem in ſpeciem ſimplicia, quia nullus eis dolus ineſſe videtur, quantum ad ea quæ coràm loquuntur, ſunt enim blanda & mollia, at eadem perueniunt vſq; ad interiora ventris, hoc eſt, non ſecus ac acutus gladius in interiora hominis depreſſus, graue homini vulnus inferunt grauemq; dolorem, ſuntq; valde nociua & mortifera, perinde atq; viſcerum vulnera. Cùm enim quis ſimplicibus blandiſq; illis verbis, quæ coràm credens, poſtea deceptum ſe deprehendit, grauiter in animo ſuo torquetur, magiſq; quàm ſi ab aperto hoſte ſuo malum aliquod accepiſſet.

Ignauia. III. *Quid ſignificat gnome* v. 9. QUI MOLLIS EST ET DISSOLUTUS IN OPERE SUO, FRATER EST SUA OPERA DISSIPANTIS? ℞ Significat torporem, ſegnitiem & ignauiam opus inchoatum adeo non promouere, vt etiam quod inchoatum eſt, diſſipet & deſtruat: tum quia ſegnis id quod operatus eſt & lucratus, non ſeruat, ſed ſinit illud dilabi & diffluere: tum quia opus inchoatum niſi perficiatur, ſenſim fatiſcit, corrumpitur & deſtruitur: principium enim operis pendet à medio & fine, vt, ſi ijs deſtituatur, ruere incipiat. Id videre eſt in fabricis, qui enim muros erexit, & tabulatum conſtruxit; ſi tectum imponere negligat ſuâ negligentiâ facit, vt pluuia in muros & tabulatum impluens, illa corrumpat & deſtruat.

Nomen Domini. IV. *Quodnam eſt nomen Domini, ad quod confugiens juſtus exaltatur* v. 10.? ℞ Per nomen Domini intelligitur ipſe DEus nomine ſuo repræſentatus: ſæpe enim nomen ſignificat rem nominatam per metonymiam, vt cùm quotidie oramus: *ſanctificetur nomen tuum*, hoc eſt, ſic vt tu ipſe, ô DEus, ab omnibus vt ſanctus colaris & celebreris, vt tua majeſtas & ſanctitas ab omnibus agnoſcatur & adoretur. Ita S. Aug. in pſ. 60. v. 4. explicans illud de DEo dictum: *Turris fortitudinis à facie inimici*, ſic ait: Chriſtus nobis factus eſt turris à facie inimici, caue ne feriaris à Diabolo: fuge ad turrim. Numquam te ad illam turrim diabolica jacula ſecuta ſunt: ibi ſtabis munitus & fixus. Ante te eſt turris, recordare Chriſtum, & intra turrim. Quidquid pateris, cogita, quia prior paſſus eſt: & cogita quo fine paſſus eſt, vt moreretur & reſurgeret. Talem & tu finem ſpera, qualis in illo præceſſit: & intraſti turrim. Hæc ille.

V. *Cujus mors & vita eſt in manu linguæ* v. 21. An loquentis, an audientis, an tertij de quo

quo loquitur? ℟ S. Bern. omnes hos tres intelligit, cùm asserit, linguam detractoris tres occidere ictu vno, scil. loquentem, audientem, & tertium, cujus famæ detrahitur. Serm. de triplici custodia, manus, linguæ, & cordis. Alij passim accipiunt, vitam & mortem loquentis. q. d. Loquens, si bene & prudenter loquatur, sibi vitam, sin malè & imprudenter, non rarò sibi ipsi mortem conciliat. Et hoc directè videtur intendere Salomon, explicat enim & inculcat id, quod dixit v. præced. *De fructu ventris viri replebitur venter ejus: & genimina labiorum ipsius saturabunt eum.* *Mors & vita in manu linguæ.*

VI. *Quæ est manus linguæ continens in se mortem & vitam?* ℟ Est jus, facultas & potestas. q. d. in potestate & arbitrio linguæ est, sibi, alijsq; vel vitam vel mortem, prout illi libuerit, afferre: quare tanta est linguæ dictio, jus & potestas, vt pro libito mortem & vitam, non tantùm sibi sed & alijs irroget. Lingua ergo habet quasi vitæ necisq; in omnes imperium. Ita videmus duas testium linguas in judicio vel absoluere reum, itaq; illi vel vitam vel mortem inferre. *Manus linguæ.*

CAPUT XIX.

Laus simplicitatis & rectitudinis: mansuetudinis & patientiæ: misericordiæ & correptionis.

QUæstio I. *Quæ est scientia animæ* v. 2.? ℟ Est prudentia, & prouidentia, qua anima non solùm præsentia, sed & præterita & futura circumlustrat & prospicit, vt actiones suas ita honestè & perfectè componat, vt eas in judicio Christi, coram oculatissimis Christi oculis defendere & tueri possit, itaq; ab eo brauio & gloriæ cœlesti adjudicari mereatur. Prudentia enim est oculus animæ, & qui eâ pollet, prudenter videt, præuidet & prouidet, vbi figat actionis suæ gressus: quare securè incedit, perinde vt qui in tenebris præuiam facem sequitur. Qui verò prudentiâ caret, velut cœcus in tenebris hujus vitæ ambulat & cespitat: quia quo eum rapit cœca concupiscentia, eò festinus sequitur: quare in multa scandala & scelera impingit; ac tandem in barathrum gehennæ præceps ruit. *Scientia animæ.*

II. *Pro quo sumitur stultitia* v. 3. STULTITIA HOMINIS SUPPLANTAT GRESSUS EIUS? ℟ Dupliciter accipi potest. Primò propriè pro imprudentia. 2dò pro improbitate. Sic enim hoc libro stultus passim vocatur improbus. Sensus ergo duplex est, Imò propriè, q. d. Cùm homo imprudenter & stultè quid egit, indeq; optato caret successu imò in pericula & damna se conjecit, non accusat suam imprudentiam & stultitiam, sed transcribit in DEUM, DEiq; prouidentiam accusat, quòd non direxerit aut non fortunauerit actiones ejus, sed infelices sibi dederit sortes, casus & euentus. 2dò q. d. *Stultitia*, id est, impietas & improbitas *hominis supplantat gressus ejus*, id est, adigit eum in scelera, scelerumq; pœnas. At ille hæc ipsa non suæ stultitiæ, id est, improbitati (quæ vera & propria eorum est causa) sed DEo assignat vnde contra DEum murmurat, quòd is suâ prouidentiâ omnes causas ordinando ita eas disposuerit, vt ipsum illicerent in scelera scelerumq; pœnas. Hinc S. Aug. ep. 105. legit: *insipientia viri violat vias ejus, Deum autem causatur in corde suo.* Ita Caluinus cum suis in DEum quasi primam causam rejicit omnia opera hominum tam mala quàm bona. *Stultitia sumitur pro imprudentia & improbitate.*

III. *Cur non decent stultum deliciæ nec seruum dominari principibus* v. 10.? ℟. Quia hæc duo dispendiosa sunt & noxia. Nec enim stultus delicijs rectè vti nouit, sed illis abutitur insolescendo, suamq; stultitiam augendo. Nec is, qui seruus priùs fuit, & seruilis est conditionis, vt plurimum bene imperio vtitur, cùm ad illud euectus fuerit. Nam ferè nimiâ insolescit arrogantiâ, eaq; intolerabilis fit maximè principibus viris & animi ingenui.

IV. *Quomodo doctrina viri per patientiam noscitur* v. 11.? ℟. Doctrina viri dupliciter accipi potest, aut pro docendi actione, qua alios quis docet, aut pro ipsa sapientia, à qua homo dicitur doctus. Secundùm priorem acceptionem sensus esset: ex patientia hominis cognosci posse, qualis sit ejus, quam tradit, doctrina, quia dum magis afflictionibus ac morti corpus subdere, quàm à docendi officio cessare vult, ostendit vtiq; quantum sit salutaris doctrina ex patientia hominis deprehendi, quòd doctus sit & prudens. Nam prudentis & intelligentis est aliorum infirmitates patienter ferre, & iræ suæ moderari, aut siquid vindicandum sit, tardum esse ad vindictam. Tantò ergo quisq; minus ostenditur doctus, quantò conuincitur minus patiens, inquit S. Gregor. hom. 35. in Evang. *Homo patiens.*

V. *Quid significat fœnerari Domino* v. 17.? ℟. Fœnerari dupliciter dicitur, aut simpliciter pro mutuum dare, vt cùm c. 22 dicitur: *qui mutuum accipit, seruus est fœneranti.* Et Eccli 29. *Qui facit misericordiam, fœneratur proximo suo.* Aut pro mutuum dare ad vsuram, vt cùm dicitur Deut. 23. *Non fœnerabis fratri tuo, sed alieno.* Atq; hæc est propria verbi hujus apud Latinos significatio. Vtrumq; significatum huic loco conuenire potest, quia non simpliciter Domino mutuatur, qui miseretur pauperis, recepturus tantumdem, sed multò plura. Verùm in priori significatu hic accipiendum patet ex dictione Hebraica, quæ simpliciter mutuare significat. Itaq; significatur eum, qui quid ex misericordia donat pauperi, quamquam donet pauperi, tamen hoc ipsum, quod dat illi, veluti mutuò dat Domino, qui suo tempore, & hîc & in futura vita *Fœnerari Domino.*

vita reddet ei vicissitudinem ejus, hoc est, mercedem, quam vicissim meretur.

CAPUT XX.

De cauenda ebrietate, offensione Magistratuum, contentione, otio.

QUæstio I. *Quo sensu dicitur* v. 10. *Pondus & pondus, mensura & mensura, vtrumq; est abominabile apud Dominum?* ℟. Significat varia pondera & mensuras, quibus quidam vtuntur negotiatores, majore pondere comparantes & mensura majore, minore verò pondere & mensura vendentes, aut justo pondere & mensura vendentes callidioribus; iniquo verò pondere aut mensura simplicioribus, quibus facile est imponere. Quæ res manifesta est injustitia, eoq; major quàm furtum, quòd occulta fraude committatur, idq; in his rebus, per quas justitia seruari debuit, quodq; latenter in plurimos fiat contra publicam vtilitatem, dum multorum jactura & populi dispendio, vnius priuati lucrum & compendium quæritur.

Panis mendacij. II. *Quis est sensus* v. 17. *Suauis est homini panis mendacij, & postea implebitur os ejus calculo?* ℟. Numerus singularis positus est pro plurali calculis, hoc est, lapillis minutioribus, qui si pani misceantur, dentes vehementer lædunt. Est autem panis mendacij, panis mendacio aut iniquitate acquisitus. Quo nomine quodcumq; lucrum significatur fraudibus & mala arte partum. Itaq; significat hæc prouerbialis sententia, hujusmodi lucrum imprimis homini suaue videri & amœnum, vt quod non magnis acquiratur laboribus, postea tamen non minus insuaue esse, quàm si quis pro pane lapillos aut arenam masticare cogeretur, dum scilicet remordente conscientia, quod iniquè partum est concoquere non potest, aut dum ob iniquitatem, diuinam aut humanam vltionem ferre cogitur.

Maledicere Patri. III. *Quid per lumen intelligitur* v. 20: *Qui maledicit Patri suo & Matri, extinguetur lumen ejus in medijs tenebris?* ℟. Lumen vel vt habent Hebræa, lucerna hominis extingui in medijs tenebris intelligunt aliqui simpliciter esse, vitâ & luce hujus vitæ priuari, vt idem significetur hîc parabolicè, quod apertè dicitur Leu. 20. *Qui maledixerit matri suæ aut patri, morte moriatur.* Sed notandum hic non dici simpliciter Lucernam vel lumen extinguendum, sed lumen vel lucernam ejus, vt de luce solis accipi non possit. Lucerna autem vel lux dicitur in scripturis sæpe, illius excellentia, gloria, & quod latinè dicimus claritas. Itaq; qui maledixerit Patri & Matri, cùm deberet illis esse lucerna, & illustres facere, contra quantum in se est, eorum nomen obscurat, & claritatem eorum tollit. Proinde meritò lucerna & lumen ejus extinguetur, hoc est, ejus excellentia & claritas, quam ad tempus habet apud homines, atq; temporalis ejus felicitas, qua fulget in hoc mundo, peribit & tolletur ab eo, idq; in medijs tenebris, id est, quando grauissimæ tenebræ eum obruent. Id autem fit, tum in morte, quæ omnem claritatem, & felicitatem impiorum tollit, tum in tempore etiam temporalis vltionis diuinæ, quæ frequenter per tenebras significatur.

Deuorare Sanctos. IV. *Quis est sensus* v. 25. *Ruina est hominis deuorare Sanctos, & post vota retractare?* ℟. Aliqui legunt deuotare, vt sensus sit: ruina est homini promittere se sanctos persecuturum, aut suis Dijs se eos immolaturum, & juxta vota emissa, eos deinde tractare. Lyra hunc reddit sensum: intelligit enim deuotare sanctos, positum pro votum facere sanctis, vt significetur, illum ruere in peccatum, qui cùm fecerit sanctis votum, retractat, & reuocat, non implendo illud, alij legunt deuorare, & dictionem *vota* jungunt non cum propositione, *post*, sed cum verbo retractare, vt sit sensus: grauiter ruit & delinquit homo, estq; sibi causa, vt in grauem cadat damnationem, si deuoret sancta, aut si quærat perdere sanctos viros, & postea retractet, requirat vota, quasi vota eorum DEO placere possint, quorum manus sanguine plenæ sunt.

Fornicem incuruare. V. *Quid significat* v. 26. REX SAPIENS SUPER IMPIOS INCURVAT FORNICEM? ℟. Ita obruit illos, delet & sepelit, ac si deturbato in subjectos fornice cubiculi, totos ruinis inuolueret. Hebraicè, græcè & chaldaicè, *inducit super eos rotam.* Quod supplicij genus fuit Hebræis olim & Syris vsitatum, quo Dauid animaduertit in Ammonitas 2. Reg. 12. v. ult.

VI. *Quomodo intelligendus* v. 30. *Liuor vulneris absterget mala, & plaga in secretioribus ventris?* ℟. S. Greg. in 3. parte curæ Pastoral. admonit. 13. sic duo ista distinguit, vt per liuorem vulneris designetur exterius affligens malum, per plagas in secretioribus ventris dolor internus, qui sequitur ex exteriore afflictione, vt significetur tum demum externam afflictionem purgare hominem, cùm sequitur in animo dolor compunctionis ac contritionis.

CAPUT XXI.

Obsequendum Deo in omnibus: misericordiæ & justitiæ, cæterisq; virtutibus incumbendum.

Cor regis. QUæstio I. *Quomodo cor regis comparatur riuis aquarum* v. 1.? ℟. Ad significandum, quod sicut riui aquarum cum impetu feruntur, nec facile eorum cursus ab homine reprimi potest, ita & cor regis violenta quædam res est, nec facile ab homine reprimi

potest

potest, sed vni DEo est moderabile, qui illud inclinat quocumq́, voluerit. Aliter riuis seu diuisionibus aquarum comparatur cor regis, quòd sicut riui aquarum siue humanâ operâ siue ex sua natura in diuersas partes feruntur & diuiduntur, ita cor regis per manum Domini ejusq́; potentiam ac prouidentiam huc illucq́; fertur pro illius libitu. Nimirum, quia cùm fauet Dominus, inspirat sana principibus consilia, atq́; ad ea implenda impellit: cùm succenset, sinit eos in reprobum abire sensum, atq́; ad ea inclinat, quæ in malum & vltionem subditorum faciant.

II. *Quomodo verum est, quod* v. 2. dicitur OMNIS VIA VIRI RECTA SIBI VIDETUR, cùm pleriq́; sint, qui se sciant malè agere.? ℞ Prouerbiorum more intelligendum est hîc significari, non quid semper sine omni exceptione fiat, sed quid vt plurimùm. Ita enim naturâ ferè comparatum est, vt quiq́; suas actiones & instituta probent, atq́; aliorum factis præferant. Et alioqui nemo est, qui etiam dum se malè agere nouit, non aliqua ratione quod facit, rectum, sibiq́; commodum existimet. Nam vt habet S. Dionys. nemo respiciens ad malum, operatur.

III. *Quomodo sibi cohærent* v. 4. *Exaltatio oculorum & dilatatio cordis, lucerna impiorum peccatum?* ℞ Sic possunt aptè conjungi, vt lucerna impiorum oppositiuè alijs adhæreat, & sit sensus: Exaltatio oculorum & dilatatio cordis, quæ sunt lucerna impiorum, sunt peccatum, grande scil. & malum. Vocat autem arrogantiam lucernam impiorum, quòd in ea suam constituant gloriam, excellentiam & felicitatem, eò se feliciores existimantes, quò sunt arrogantiores, & apud mundum magis in pretio.

IV. *Quomodo intelligendus* v. 18. *Pro justo datur impius, & pro recto datur iniquus?* ℞ Beda intelligit impium dari pro justo, & iniquum pro recto, quia impius aut iniquus punitur pro malo justis illato, aut pro eo, quòd justorum & rectorum exempla, quæ vidit, non est imitatus. Itaq́; videtur in verbo datur aliquid subintellexisse, nempe datur in supplicium & pœnam.

CAPUT XXII.

De cura boni nominis, munditiæ cordis, diligentiæ, misericordiæ & fiduciæ in Deum.

Diues & pauper. QUæstio I. *Quid denotat:* DIVES ET PAUPER OBVIAVERUNT SIBI v. 2.? ℞ passim obuiant sibi & occurrunt dispares opibus, sed pares creatione & naturâ Unde nec diuiti superbiendum, nec pauperi mœrendum. Quia paupertas non minus est donum DEI, ad materiam laboris & meritum patientiæ: quàm diuitiæ ad exercitium caritatis & eleemosynæ. Et speciali DEI prouidentiâ sic constitutum est, vt mutuis auxilijs & officijs vita humana foueatur: nam si omnes essent diuites, nemo laborare vellet: si omnes pauperes, nemo se vel alios alere posset.

Munera. II. *Quid significatur* v. 10. *Victoriam & honorem acquirit, qui dat munera, animam autem aufert accipientium?* ℞ Eum, qui dat munera, sibi quidem vt plurimùm prodesse, vt qui per ea immeritum aliquando acquirit honorem & victoriam de aduersarijs suis, accipientibus verò frequenter nocere, quòd dando eis munera, animam eorum auferat, hoc est, animæ vitam & salutem, vt quos cogat indigno honorem deferre, & contra æquitatem pro se sententiam contra suos proferre aduersarios.

Amicitia periculosa. III. *Cur non est ineunda amicitia cum iracundis & furiosis* v. 25.? ℞ Quia cum talibus non potest consistere amicitia, vt qui leuissimis causis offendantur. Deinde quia cum talibus conuersari non caret periculo. Unde Eccli. 8. dicitur: *cum iracundo non facias rixam, & cum audace non eas in desertum, quoniam quasi est ante illum sanguis, & vbi non est adjutorium, elidet te.* At hic sapiens dehortatur à consortio & amicitia iracundi, ob periculum imitationis, tum quòd in iracundo sit frequens irascendi exemplum, tum quòd iracundus non solùm suo exemplo pertrahat ad imitationem, sed & exhibitione occasionis, vt qui facilè offensus, & frequenter injustè, aut non satis justè, occasionem frequentem præbeat irascendi ei, qui cum ipso degit.

Manus defigere. IV. *Cur vetat ne simus cum his, qui defigunt manus suas* v. 27? ℞ Vult ne simus de eorum numero, qui stipulantur & fide jubent pro alijs. Hoc enim vocat sæpius, defigere manus vt patet c. 6. Non vetat autem istud quasi semper malum, sed tamquam periculosum. Judicat enim fidejussori omnino cogitandum esse de soluendo debito, adeo; vt etiamsi non possit sine suo magno incommodo soluere, exspectare debeat, vt creditor tollat operimentum cubilis, aut lectum, qui est sub ipso, hoc est, vel ut maximè necessaria re debitum persoluatur, vel pro eo supellex necessaria pignoretur: & extremam miseriam sponsor patiatur.

CAPUT XXIII.

Inter epulas inuigilandum linguæ: vitanda inuidorum consortia: non inhiandum nimiis opibus, neq́; alienis: cauenda crapula & luxuria.

Intemperantia. QUæstio I. *Cur vult, vt sedens in conuiuio cum principe, attendat quæ posita sunt ante faciem suam* v. 1. ? ℞ Significatur cauendum in conuiuijs principum maximè ab intemperantia & crapula, quòd in eis ob ciborum lautitias, & copiam omnium rerum maximè sit periculum intemperantiæ, quodq; in eis per intemperantiam non solùm in dedecus summum, sed & in perniciem homo incidere posset, si scil. vel dicto vel facto aliquid committat principe indignum, ob quod grauiter sit puniendus. Quod ergo dicitur diligenter attende, quæ posita sunt ante faciem tuam, significat: habendam rationem eorum, quæ in mensa sunt proposita, ac naturam esculentorum & vini considerandam, videndum scil. quàm multa & quàm delicata sint apposita, vt ne delicijs ac multitudine appositorum quis seductus exorbitet à rectitudine & probitate vitæ, sicq; & in dedecus & in periculum aliquod incidat.

Culter in gutture. II. *Quid est: statue cultrum in gutture tuo, si tamen habes in potestate animam tuam* v. 2. ? ℞. parabolicè significatur cohibendum appetitum, & veluti cultro gutturi immisso refrœnandam immodicam appetentiam rerum appositarum, nec cultro abutendum ad quæuis edulia discindenda & manducanda, sed potiùs gutturi infigendum. Sunt qui non legunt, statue, sed statues cultrum in gutture tuo, & intelligunt significari illum exponere se graui periculo, & veluti cultrum gutturi suo infigere, qui deditus est concupiscentiæ, & dum auidè cibum potumq; ingurgitat, non tam cibum in gutture accipere, quàm cultrum, qui illud strangulat & suffocat propter morbos scil. qui ex crapula oriuntur.

Libido. III. *Cur meretricem & alienam, hoc est, quæ non est vxor comparat & profundæ foueæ & angusto puteo* v. 27. ? ℞ Utraq; similitudine significat eum, qui irretitus est consortio, & amori impudicæ mulieris, & in graue periculum tum corporis tum animæ incidisse, & ex eo non facile extrincari posse, quemadmodum prolapsus in profundam foueam non facile ascendere aut emergere potest. Tenaciter enim inhæret libidinis vis, efficaciterq; detinent viri animum blandimenta scorti, ac præterea in pleraq; mala libido hominem præcipitat, è quibus se ægrè homo recipit.

CAPUT XXIV.

Consortia mala vitanda: sapientiæ studendum: oppressi juuandi: justè judicandum: malum malo non reddendum, nec otio indulgendum.

Spes in Deo QUæstio I. *Quis est sensus* v. 10. *Si desperaueris lassus in die angustiæ imminuetur fortitudo tua?* ℞ Si in aliqua difficultate, vel calamitate lassescat animus mole malorum dejectus, vel desperatione consternatus, putans se eluctari non posse, hoc ipso minuetur robur tuum, & redderis impotentior ad eluctandum. Ubi, si magno & constanti animo contra nitereris, robur succresceret tum animi, tum corporis; & omnibus desperatis non desperandum de diuina ope inquit Chrysost. Ser. contra desperationem, & fidem faciunt Dauid obsessus in spelunca, Manasses in carcere Babylonico, Susanna in articulo mortis, Daniel in lacu leonum, & tot alij peregrini euentus.

Mel. II. *Cur hortatur* v. 13. *Comede mel, quia bonum?* ℞ Vult dicere, sicut libenter comedis mel, quia & bonum est, seu vtile valetudini, & dulce gratumq; palato; multò libentius haurire debes sapientiam, in quam eadem duo hæc bona, nempe salubris utilitas, & jucunda dulcedo, longè præstantiori modo concurrunt. Atq; in hoc etiam præcellit, quòd mel, licet primò suaue faciat ac dulce, si tamen pluſculum sumpseris, in acorem ac amaritudinem vertetur. At sapientia in nouissimis suauior est, spem alens & augens æternæ mercedis, & gloriæ.

Gaudium in punitione impiorũ. III. *Quomodo dicit* v. 17. *Cùm ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas* cùm Moyses cecinerit, ac canere docuerit canticum lætitiæ ob demersum in mare rubrum Pharaonem cum exercitu suo, & Dauid sæpe precari videatur vltionem inimicorum suorum ac de ea gaudere, *qui insurgunt*, inquit ps. 108. *in me, confundantur, seruus autem tuus lætabitur*? ℞ Hi non tam in malo impiorum sunt gauisi, quàm vel in gloria DEi, quæ in impiorum punitione declaratur, vel in sua ac piorum liberatione, quæ impiorum sequitur punitionem. Atq; his duobus modis justi gaudere possunt, cùm viderint impios puniri, affligi & perdi, nemo autem potest gaudere de eorum casu & ruina tamquam eis noxia, ac tamquam quibus, ex odio & propter nocumentum ab eis sibi illatum malè velit.

IV. *Quo sensu dicit* v. 18. *Ne fortè videat Dominus & displiceat ei: & auferat ab eo iram suam?* ℞ Et auferat iram suam ab eo in te. Nam pro auferat, Hebræis est, reuerti & redire faciat, ad te scilicet. Ita autem sæpe accidit, vt qui in malo inimici sui gauisus est, ipse idem malum aut simile patiatur altero liberato.

CAPUT XXV.

In quo sita sit gloria Dei & regum. Pietas sectanda, & humilitas, & aliæ virtutes, quæ varijs metaphoris adumbrantur.

Quæstio I.

CAPUT XXV.

Gloria Dei eſt celare verbum.

QUæſtio I. *Quomodo gloria Dei eſt celare verbum, & gloria regum inueſtigare ſermonem* v. 2.? ℞ Glorioſum DEo eſt, ſi quæ per ſuos prophetas enuntiat myſteria vel documenta, obſcurioribus allegorijs aut ænigmatibus inuoluat, vt nempe fit in ſequentium capitum parabolis, inquit Hugo & Salazar. Item ſpectat ad gloriam DEi, ſic ſua intimare myſteria & præcepta, vt tamen rationes ſubinde occultentur. Decet enim, non modò voluntates, ſed & mentes ac judicia hominum, DEo prorſus ſubſterni & ad nutum obſequi. *Sed gloria Regum*, vicariorum DEi, eſt *inueſtigare ſermonem* ejuſmodi DEI, id eſt, retegere & euoluere, quæ DEus ſic occultauit, eorumq; arcanos ſenſus in lucem proferre, ſed præ omnibus, actutum eiſdem obſequi, ſuoq; exemplo alios ad obſequendum pertrahere.

Cor regis.

II. *Quid eſt, cælum ſurſum & terra deorſum, & cor regum inſcrutabile v. 3.*? ℞ Sicut nemo poteſt certò metiri altitudinem virtuteſq; cœlorum, aut rimari profunditatem & abſcondita terræ: ſic decet etiam Regum cor, id eſt, conſilia & rationes ſecretas eſſe, quæ à nemine perſcrutari, id eſt, indagari vel deprehendi poſſint, alioquin irritæ cadent, & à maleuolis euertentur.

Sermo in tempore.

III. *Quid eſt ſenſus* v. 11. *Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo*? ℞ Solebant in lectulos aureos & argenteos, dum conuiuæ eis inſiderent, flores omnis generis inſpergi, & inter flores etiam mala, præſertim cydonia, melina, citria: tum ad oculos oblectandos, tum ad caput odoribus iſtis aduersùs ebrietatem roborandum, ita *verbum* dictum *in tempore ſuo*, id eſt congruens loco, tempori, perſonis præſentibus; hebraicè *in & cum rotis ſuis*, Pagninus *cum modis ſuis*, nempe concinne ad optatum omnibus circumſtantijs, ſicut rota aptata orbitæ ſuæ. Salazar per rotas, quæ tormenti genus erant, intelligit obſcuriores parabolas & gryphos conuiuales ſeu ænigmata, teſte Platone, Plutarcho, Athenæo, inter epulas menſis inſpergi ſolita, vt ebrietati & crapulæ obuiaretur. Hæc enim perurgebant, & inſtar rotæ torquebant & cruciabant conuiuarum ingenia: ſimul & ſobrios conſeruabant, ne mens ad diſceptandum & ad ænigma ſoluendum, & præmium quod ſoluenti proponebatur, auferendum, nimio vino vel cibo minùs idonea redderetur.

Intemperantia.

IV. *Quid ſignificatur illâ ſententiâ* v. 16. *Mel inueniſti, comede quod ſufficit tibi, ne fortè ſatiatus euomas illud.* ℞ Quemadmodum mel, quòd admodum dulce eſt, mediocriter ſumendum eſt, vt ſit ſalubre, quia ſi quis nimium ex eò ſumat, in nauſeam vertitur, ventriculum ſoluit, & vomitum prouocat, quo perit mel comeſtum, & pœna incurritur: ita quæcumq; delectabilia ſiue corporis ſiue animi bona moderatè ſumenda ſunt, quia niſi modus adhibeatur, quæ per ſe bona ſunt, non ſolùm bona eſſe deſinent, ſed & noxia efficientur. Quod obſeruare licet in voluptatibus corporis, quibus cui frui datum fuerit, ſi vltra modum indulſerit, non contentus eo, quod naturæ ſatis eſt, & perceptam perdet voluptatem, & nocumentum ac læſionem ex intemperantia & immodico voluptatum vſu ſentiet.

Fiducia in infido.

V. *Quid intenditur* v. 29. *Dens putridus & pes laſſus, qui ſperat ſuper infideli in die anguſtiæ*? ℞. Fiducia quæ habetur in infideli, hoc eſt, infido homine comparatur denti putrido vel confracto & pedi laſſo, quam is qui ſuper illo ſperat, cùm ſignificandum ſit, fiduciam talem, & ipſum in quo quis fiſus eſt, in tempore neceſſario hominem deſtituere, ſicut dens talis & pes hominem in re neceſſaria deſtituit, nempe in manducatione & ambulatione.

Acetum in nitro.

VI. *Quomodo intelligendus* v. 20. *Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi peſſimo?* ℞. Acetum in nitro, id eſt, cum alumine, ſeu cum ſale permixtum (nam ſalis ac nitri, quod & ſal petra vocatur, vicina valde natura eſt, & proprietates conſimiles) ſi in aures inſtilletur, licet acrimoniâ ſuâ mordeat, tamen earumdem ſordes & purulentiam expurgat, tinnitus, ſonituſq; ſanat, vt ex Galeno, Dioſcoride & alijs docet Franc. Valeſius: & teſte Plinio, etiam vitiligines ſanat) quæ maculæ ſunt per totum corpus reſperſæ, deformes admodum & turpes) ſerpentum morſibus & vlceribus medetur: ictericos curat: laſſitudines membrorum depellit. Sic *qui cantat carmina cordi peſſimo*, id eſt, ſic vir prudens verbis ſuis induſtriè & artificiosè compoſitis medetur cordi quantumcunq; malè affecto & peſſimè conſtituto: verbis conſolatorijs occurrit afflicto; lætis triſti; acribus & auſteris prauo & ad ſcelera propenſo: dubium confirmat, anhelum roborat, inuerecundum corripit, obſtinatum emollit.

Fons turbatus.

VII. *Quid indicat* v. 26. *Fons turbatus pede, & vena corrupta, juſtus cadens coram impio*? ℞. Fons turbatus pede, jam cœno commoto, non amplius eſt pro ſpeculo intuentibus, nec emittit claras & ſalubres aquas: *& vena corrupta*, id eſt, aquæ ductus hinc inde ſeu infectus, ſeu confractus, non transmittit aquam ad os fontis, vel non niſi aquam corruptam: ſic *juſtus cadens coram impio* in aliquod delictum ſeu peccatum, non jam ampliùs prodeſt, ſed potiùs obeſt corrupto & prauo exemplo ſuo. Quod maximè locum habet in principibus & judicibus, quando publicè contingit cadere coram impio; hebraicè *inclinare ſe ad facies impij*, id eſt, in gratiam ejus à jure & juſtitia deflectere. Ita ferè Lyranus. Sed Janſenius & alij id exponunt de caſu juſti in miſeriam, in quam ab impijs præcipitatur: & pro exemplo proferunt Joannem Bapt. pede ſaltatricis exturbatum, non alium ob finem, quàm vt *vena illa vitæ, os juſti*, & aurea libertas, tum ad pœnitentiam omnes vocandi, tum regem ob ſua ſcelera corripiendi, gladio diſſecaretur, & de medio tolleretur.

CAPUT XXVI.

Ne ſtultum exaltes, ne cures calumniam, ne cum ſtulto ſtulteſcas, ne pigritiæ indulgeas, ne inepto conferas honores, ne tibi ſapias, ne ſis bilinguis, ne adulatoribus auſcultes.

Maledictio. QUæſtio I. *Quis eſt ſenſus* v. 2. *Sicut auis ad alia transvolans, & paſſer quolibet vadens; ſic maledictum fruſtra prolatum in quempiam ſuperueniet?* ℞. Sicut auis vt paſſer vel hirundo è nido ſuo ad alia & alia volat, redit tamen in nidum, vnde auolauit: ita maledictio quæ fruſtra in aliquem profertur, ſuperueniet in illum, à quo progreſſa eſt, ita vt ea maledictio ſit ei contra quem dicta eſt velut auis in aëre vagans, ei verò à quo emiſſa eſt velut auis in nidum ſuum reuerſa, quia redundabit in caput ejus & propter eam à ſe in alium prolatam, maledictioni ipſemet ſubjacebit.

Reſpondere ſtulto. II. *Quomodo contraria* v. 4. & 5. præcipiuntur: *Ne reſpondeas ſtulto juxta ſtultitiam ſuam. Reſponde ſtulto juxta ſtultitiam ſuam?* ℞. *Ne reſpondeas ſtulto juxta ſtultitiam ſuam* ſpurca & probroſa, quæ effudit in ipſum regerendo, inquit Cajetan. Janſenius: vel, vt Cyprianus & Salazar nihil omnino reſponde, nempe verbis, quia quantumq; bonis rationibus & limatis verbis vſus fueris, fruſtra omne erit, & tu oleum & operam perdens ſimilis ei videberis, nempe etiam ſtultus & fatuus eſſe. Sed tamen *reſponde ſtulto* juxta meritum ſtultitiæ ſuæ, & loco verborum repone illi verbera, id eſt, corripe, puni illum, cöerce petulantem linguam, etiamſi opus virgâ & compedibus, ne fortè impuritas illum audaciorem ac deteriorem reddat.

Nuntius ſtultus. III. Cur mittens verba per nuntium ſtultum comparatur claudo pedibus & iniquitatem bibenti v. 6.? ℞. Comparatur claudo pedibus, quia perinde ſe habet, ac ſi ipſe non poſſet ambulare, quòd tam inutili vtatur miniſtro, cùm potiùs deberet ipſe ire. Comparatur etiam iniquitatem bibenti, aut potiùs ipſe dicitur bibere iniquitatem, quia ſtulti ſui legati iniquitatem multùm & abunde ſentire & perferre cogitur, dum damna multiplicia percipit ex imprudenti & iniqua ſtulti legati actione & verborum relatione. Qui ergo mittit verba ad aliquem deferenda per imprudentem, & ignominiâ ſe afficit, quaſi eſſet claudus pedibus, & damno ſe afficit, ac quaſi iniquitate alterius, & damno plurimo repletur. Aut qui vtitur legatione imprudentis dicitur claudus pedibus, quia impedit negotiorum ſuorum progreſſum, & perinde ſe habet, ac ſi ſe faceret claudum, & ineptum ad eundum, quia quod per illum malè geſtum eſt & peccatum, ipſe poſtea corrigere per ſeſe non poterit: Itaq; quaſi ſeipſum priuat poteſtate eundi ad tractandum ſuum negotium.

Lapidem mittere in acervum Mercurij. IV. *Quomodo intelligendus* v. 8. *Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, ita qui tribuit inſipienti honorem?* ℞. Qui homini ſtupido, imperito, bardo magiſtratum vel imperium confert, perinde facit, atq; ſi ei inſtrumentum ſubminiſtraret, quo alios lædat. Hieronymus enim alludit ad aceruos lapidum, quos Gentiles olim Mercurio viarum duci in triuijs haud procul ab ejus ſtatuis accumulabant, vt in honorem Dei iſtius vias ab offendiculis expurgarent, & ad iter agendum commodiores redderent. Sed ijdem cumuli ſeruiebant etiam reis lapidandis, & ea morte plectendis: ſeruiebant & rixantibus, & latrocinantibus, vt haberent ad manum, quo alios ferirent. Qui ergo cumulum talem injectu nouorum lapidum adaugebat, etſi videretur cultui idoli & commodo viarum ſtudere, tamen eâdem operâ ſubminiſtrabat etiam inſtrumenta in aliorum perniciem: ſic qui magiſtratûs honorem ſtulto vel inepto confert, nocet euidenter reip. armans illum gladio, quo ipſam feriat.

Spina in manu ebrij. V. *Cur parabola in ore ſtulti comparatur ſpinæ in manu ebrij* v. 9.? ℞. Quia ſicut ebrius, eò quòd per ebrietatem ſit deſtitutus judicio, vſuq; rationis, non poteſt ſpinâ, quam manu gerit, bene vti, ſed contrà eâ abutitur ſe ipſum & alios lædens: ita doctis prudentibusq; ſententijs ſtulti ob defectum ſapientiæ & rationis non ſolùm non vtuntur bene, ſed cum ſuo & aliorum detrimento, quemadmodum patet in indoctis hominibus, qui ſacras Scripturas legentes & alijs prædicantes, eas deprauant ad ſuam ipſorum & aliorum perditionem, vt habet S. Petrus.

CAPUT XXVII.

Ne procraſtines, ne vanè te laudes: iram fuge: amicitiam foue: adulationem deuita: manſuetudine iram compeſce: curam tuorum gere.

QUæſtio I. *Quis eſt ſenſus* v. 8. *Sicut auis tranſmigrans de nido ſuo, ſic vir qui derelinquit locum ſuum?* ℞. Sicut auis dum migrat de nido ſuo, huc illucq; vagatur, quærens requiem multis expoſita periculis, à quibus libera eſt; cùm manet in nido ſuo, ita vir qui migrat, à loco ſuo, hoc eſt, qui derelinquit locum ſuum, hoc eſt, ſtatum ſuum, ac vocationem ſuam vel habitationem incertis vagatur ſedibus, multis ſubjectus damnis & malis.

II. *Cur de nocte ſurgens & benedicens proximo ſuo voce grandi, maledicenti ſimilis erit?* ℞. Qui enim ſic hominem laudat, vituperio eum afficit quaſi ſectatorem laudum humanarum, & quaſi

& quasi indignum alieno præconio, ob defectum virtutis propriæ. Itaq; & ob id maledicenti similis est, quia non minore eum afficit contumelia, quàm maledicus. Item qui per adulationem alicui bene precatur, dira imprecanti similis est: quia cùm non ex animo faciat, sed fictè, non multùm differt ab eo, qui malè precatur, nec minus nocet, sed sæpe magis.

III. *Quo sensu dicitur v. 16. Qui retinet mulierem litigiosam, quasi qui ventum teneat, & oleum dexteræ suæ vocabit?* ℟. Qui cohibere nititur mulierem litigiosam & eam domi conclusam retinere & abscondere, vt ejus clamores à vicinis non exaudiantur, perinde facit, ac si quis retinere & cohibere vellet ventum, hoc est, conatur rem impossibilem. Erumpent enim illius clamores & jurgia, quidquid feceris, non aliter quàm ventus, quantumuis coneris, retineri nequit. Secunda pars, quæ obscurior est, sic potest intelligi. Is qui retinere conatur mulierem rixosam, est quasi oleum dexteræ suæ vocet, hoc est, reuocet, ac retinere studeat, oleum quod habet in manu sua, & effluit atq; elabitur, quantumuis quis conetur retinere: ita & mulieris rixæ cohiberi non possunt, nec retineri. Tanta enim est earum lubricitas, quanta olei. *Mulier litigiosa.*

IV. *Quomodo intelligendus v. 17. Ferrum ferro exacuitur, & homo exacuit faciem amici sui?* ℟. Chalybs ferro permixtus, durus lento, ad gladios concinnandos, & aciem acuendam accommodatissimus est; si tamen ignis accedat, quo in vnum conflentur. *Ita homo exacuit faciem amici sui*, id est generaliter, si durus quispiam & seuerus, totusq; chalybeus, alteri ferreo, id est, lento ac flexibili, firmo amore ac amicitia copuletur, par inde exurget ad omnia ardua difficiliaq; seu agenda seu ferenda. Specialiter verò, si maritus lenitate sua & mansuetudine, instar ferri lentum se & flexibilem exhibeat vxori chalybis in morem rigidiori ac duriori, felix tamen par conjugum conflabit accedens vtrimq; amor. Ita ferè Salazar. *Maritus mansuetus.*

CAPUT XXVIII.

Ne paueas citra necessitatem: nec publica crimina sint impunita: ne pauper pauperem opprimas: ne vsuris vel alijs malis artibus opes adaugeas: ne homicidis, ne furibus admisceatis: ne inuitis parentibis quid subtrahas.

QUæstio I. *Quo sensu dicitur v. 2.* PROPTER PECCATA TERRÆ MULTI PRINCIPES EJUS &c.? ℟. Ob grauia crimina, quæ in regno aliquo regibus conniuentibus impune patrantur, fit, vt multi sint principes illius terræ, alijs in locum citò demortui succedentibus: neq; enim sinet DEus, diu tales reges imperare, sed facit, vt citiùs exstinctis illis, alij atq; alij succedant in locum, magno regni cum incommodo, ac dispendio. Quòd si princeps sapiat, & ea, *quæ dicuntur*, id est, publicâ famâ sciuntur crimina, puniat, coërceat & eliminet, *vita* talis *Ducis longior erit*, adde & felicior. Unde & reip. majus commodum & emolumentum. Id clarissimè patuit in posteris Dauid pijs regibus Juda, comparatione impiorum regum Israel. Et sic futurum promiserat DEus Deut. 17. v. 20. *Principes multi.*

II. *Quomodo vir pauper calumnians pauperes, similis est imbri vehementi v. 3.?* ℟. Pauper calumnians pauperem, aut ei damna inferens, vel in jus trahens, facile alius alium euertet, sicut *imber vehementior* terram impluens, ipsam eradere, abripere, & recèns sata denudare atq; euellere solet. Nam cùm census pauperum sint tenues, quævis etiam exigua vis illos exhaurit, & ad extremam famem pauperiemq; compellit. Quod si in villis pauperibus, certè in agricolis & rusticis vsuvenit, è quorum litigantium cessatione contingit non rarò etiam ciuitatum annonam diminui. Unde prudenter veteres statuêre; vt controuersiæ inter pauperes subnatæ mox à vicinis & contribulibus arbitris dirimerentur. *Pauper calumnians.*

CAPUT XXIX.

Correptio diligenda: justitia curanda: ira & adulatio cauenda: paupertas non contemnenda: religio fouenda: circumspectio in verbis obseruanda: furi non patrocinandum &c.

QUæstio I. *Quo sensu dicitur v. 1.* VIRO QUI CORRIPIENTEM DURA CERVICE CONTEMNIT REPENTINUS EI SUPERUENIET INTERITUS? ℟. Est metaphora à bobus & tauris, qui feroces dura ceruice jugum excutiunt, q. d. Qui frequenter ob vitia increpatur, vel ab homine per verba, vel à DEO per flagella & verbera, aut per internas inspirationes, & tamen instar tauri indurat ceruicem, vt in vitijs perduret & increpationes obstinatè respuat; huic repentinus superueniet interitus, & eum sanitas non sequetur: quia vel in rixa ab inimicis cædetur, vel in scelus aliquod graue incidet, ob quod à DEO vel à judice morte mulctabitur. Exemplum est in Pharaone, qui decies increpitus à Moyse, vt dimitteret Hebræos, quos tyrannicè opprimebat, cùm ille obduraret ceruicem, Moysiq; & DEO obduratus resisteret; DEus ceruicem, ejus confregit, mergens eum cum omnibus suis in mari *Obstinatio.*

 rubro

rubro Exod. 14. Sic Ophni & Phinees luxuriosè viuentes sæpe correpti ab Heli patre suo, cùm nihilominus in scelere perseuerarent, ambo vna die repentè in prælio occisi sunt. 1. Reg. 4.

Princeps probus. II. *Cur sub probo principe exultat populus?* ℟. 1. Quia probus princeps populum benignè habet, nec tributis grauat, sed ejus commodis magis quàm suis consulere satagit: Quid ni ergo sub tali lætetur populus? Improbus verò populum durè tractat, oneribus premit, exhaurit, vt se ditet, & exaltet, quid ni ergo sub eo gemat populus? *2dò* quia probus princeps facit, vt subditi pariter sint probi, itaq; multiplicentur justi, & regnet justitia & virtus, vt pax summa, concordia & amor ciuium consequitur, sic vt ciuitas videatur esse felix & beata instar paradisi. Ex aduerso improbus princeps subditos facit improbos, vt regnet impietas & vitia, ex quibus discordiæ, lites, & seditiones oriuntur, vt videatur ciuitas esse aula vel atrium inferni. *3tiò* Quia DEus sæpè benedicit, omniq; bono cumulat suos ob probum principem, maledicit verò & malefacit eisdem ob improbum.

Rex justus stabilit terram. III. *Quomodo rex justus stabilit terram* v. 4.? ℟. Alludit ad centrum terræ, eiq; comparat regem, vel potiùs judicium regis. q. d. Rex justus stabilit terram instar centri, vel potiùs per justitiam quasi per centrum. Sicut enim centrum teste Arist. l. 1. de cælo, terræ & corporibus omnibus, quæ ad illud tendunt, confert triplex beneficium, scil. vnitatem, conseruationem & quietem: sic & rex per justitiam, quam omnibus vnam eamdemq; administrat, omnes in eadem sibi vnit, & in concordia, amotis seditionibus, conseruat, ac quietem à bellis hostibusq;, quos ab eis propulsat, tribuit. Ex aduerso vir auarus, id est, tyrannus, regis nomine indignus, vt vir priuatus potiùs vocandus sit, quàm rex, qui muneribus vendit justitiam, subditos quasi à centro suo auellit, facitq; excentricos, ac pro vnitate affert discordiam, & schismata pro conseruatione ruinam, & exitium, pro quiete seditiones & tumultus.

Doctores. IV. *Cur cùm defecerit propheta dissipabitur terra* v. 18.? ℟. Quia vbi deficiunt Prophetæ & pij Doctores, & concionatores, primò populus cessat à bonis operibus; deinde deficit & recedit à religione; mox scinditur in sectas & schismata, illico rebellat suis pastoribus, itaq; tandem nudatur omni virtute, omniq; bono spirituali & sæpe temporali. Et rectè hîc prophetiæ defectus opponitur legi, legisq; studio & obseruationi q. d. Cùm defecerint prophetæ, qui populum in idola & vitia abeuntem corripiant, doceant, refrœnent, minando futuras pœnas, & promittendo futura præmia sibi à DEo reuelata; tunc populus effrænis in idololatriam suasq; cupiditates vagus abibit, & dissipabitur in varios errores & scelera, ob quæ in captiuitatem Assyriacam, Babylonicam Romanam &c. abducetur. Cùm verò fuerint prophetæ viriq; sancti, quorum monitis & exemplo populus vel quilibet priuatus obediens legem custodiat, tunc felix & beatus erit: quia pœnas à DEO legis præuaricatoribus intentatas euadet, & præmia ejus obseruatoribus promissa consequetur.

V. Quid est: *Seruus verbis non potest erudiri, quia quod dicit intelligit & respondere contemnit* v. 19.? ℟. Heb. *quia intelligit & non respondet*, nec verbo nec facto, id est, non obedit, non facit, quæ ei ab hero jubentur. Seruum ergo intelligit, qui seruili est indole, vt nihil faciat, nisi plagis & flagris adactus. Hinc seruilis metus nomen accepit, qui nihil facit amore boni, sed omnia timore mali, putà metu castigationis. Seruus enim qui herum amat, illiq; ex amore obsequitur, non tam seruus est, quàm liber & libertus. Unde seruus ille apud Euripidem in Helena ait: *Nomen quidem non habeo liberum, sed animum.*

CAPUT XXX.

Fundamentum sapientiæ scire se nihil scire: DEI enim majestas est inscrutabilis, & eloquium ejus infallibile: quatuor pessima vitia, quatuor insatiabilia, quatuor celerrimè transeuntia, 4. orbem turbantia, 4. animalcula sapientissima, 4. feliciter gradientia, 4. maximè cauenda.

QUæstio I. *Quid significat: Verba congregantis & filius vomentis* v. 1.? ℟. Congregans significat eum, qui multam sapientiam, & multas doctas sententias, partim proprio studio, partim vsu & experientia, partim reuelatione diuina collegerat. Filius vomens, seu vomitûs, saturum significat, & epulis affatim expletum: nempe diuinis illustrationibus adeo plenum, vt eas eructet, & in aliorum vsus euomere cogatur. Quæ quàm verè, quàm aptè quadrent in Salomonem, nemo non palpat. ita Cajetanus & alij.

Salomon se vocat stultissimum. II. *Quomodo Salomon dicit* v. 2. *Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum?* ℟. Rabbini, Lyran. Hugo & Pineda volunt hæc verba Salomonis, esse jam pœnitentis, & ex libidinum, atq; idololatriæ voragine reducti. Sed potuit etiam ante lapsum ex vera humilitate atq; animi demissione verissimè dicere, *stultissimus sum*, si me, si mea, si quæ ex me habeo, si quæ proprio studio collegi, secluso DEo spectes. Unde mox subdit, *sapientia hominum*, seu more aliorum hominum parta, *non est mecum*, nec proprio studio vel meo marte obtinui *sapientiam vel scientiam Sanctorum*, qualis solet sanctis prophetis instillari. Sed si quid nactus sum scientiæ, seu humanæ seu diuinæ, id omne à DEO didici & accepi, inquiunt LXX. Potest

2dò

2dò comparatiuè dixisse, *stultissimus sum*, si cum alijs conferar, qui in cognitione sui & DEI, longè me præcellunt, saltem practicè. Sic S. Paulus se minimum Sanctorum; S. Franciscus se pessimum mortalium affirmabat. Rursum si sapientiam meam, etiamsi maximam, conferam cum mea ignorantia, vel cum diuina sapientia, cùm infinitè ab illa distet, meritò me stultum potiùs, quàm sapientem venditabo.

III. *Quæ est Sanguisuga, siue hirugo, & quæ ejus filiæ* v. 15. ℞. Sanguisuga cum duabus filiabus idem est quod tria vel 4 insaturabilia v. seqq. cum ijsq; in re idem sunt. Ex quibus apparet, quatuor insaturabilia esse eadem cum duabus filiabus sanguisugæ: quatuor enim illa primùm numero binario, deinde ternario, & deniq; quaternario designantur. q. d. duo sunt insaturabilia, & quæ numquam dicunt sufficit, sed dicunt, Affer, affer; imò tria sunt insaturabilia, imò quatuor. Est enim hîc & in sequentibus quaternarijs gradatio, ac talis modus loquendi, qualis est apud Amos, qui similibus vsus est quaternarijs in describendis plurium gentium sceleribus, cùm dicit: *super tribus sceleribus, & super quatuor*, pro eò, quod est, tria sunt scelera, imò quatuor, propter quæ non conuertam vel non parcam. Duæ ergo sanguisugæ filiæ dicentes Affer, Affer, sunt duo prima insaturabilia, puta infernus & os vuluæ. Hæc duo vocantur duæ filiæ sanguisugæ, quia sicut sanguisuga duo habet ora, quæ sanguine satiari nequeunt, sic & infernus ac os vulvæ sunt quasi duo ora, quæ numquam saturantur. *Sãguisuga.*

IV. *Quid ethicè & symbolicè significat sanguisuga cum duabus filiabus, siue quatuor insaturabilia, putà infernus, os vulua, terra, quæ aquâ non satiatur & ignis?* ℞. Sanguisuga ethicè significat concupiscentiam, cujus duæ imò tres & 4. filiæ insaturabiles, sunt 4. primaria vitia, siue vitiosæ cupiditates, putà ira, libido, auaritia & ambitio, è quibus 4. quasi radicibus cæteræ cupiditates & vitia oriuntur. Prima est ira & inuidia, siue vindicta & nocendi cupiditas, quæ rectè per infernum horridum & tenebrosum significatur, quòd mortem desideret; nec morte ipsa satiari potest, sed semper in alterius malum & perniciem concitatur, omnia arrodens, omnia destruens. 2da est concupiscentia carnis per os vuluæ rectè designata, quòd in eo maximè vigeat: libido enim in vtroq; sexu non extinguitur, nec satiatur ipso vsu, sed ejus desiderium vsu magis excitatur. 3tia est auaritia, quæ terræ comparatur, quòd omnino terrena sit, terrenis tantùm inhærens rebus, ad cujus etiam similitudinem numquam satiatur diuitijs, sicut illa, maximè arenosa, quamuis multa aqua in se recepta, parata est semper amplius suscipere. Unde & hydropico comparatur. 4ta est cupiditas gloriæ quæ superbia est, rectéq; igni assimilatur, quòd sicut ignis semper alta petit, ita & superbia: & sicut ignis omnia deuorat, ita superbia omnia sibi subjicere cupit, nec satiatur omnibus etiam sibi subjectis, semper vlteriora petens. *Sanguisuga cum filiabus.*

V. Quis est sensus v. 19. *Viam aquilæ in cœlo, viam colubri super petram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentia?* ℞. Sicut aquila, serpens & nauis lenissimè ac sine strepitu, per varios gyros & anfractus celerrimè simul & occultissimè, nec vllo relicto sui vestigio feruntur; ita & adolescens dissolutus & intemperans, cujus affectus in vitia proni, per mille mæandros tendunt in optatas cupedias, quantumcumq; occultè & subdolè eis vacet, non diu tamen vacat: nam velocissimè transilit & transvolat ille flos ætatis, corpore per nimium luxum ac Venerem miserè tabescente, formamq; omnem ac pulchritudinem deperdente. ita ferè Salazar. Allegoricè Beda, Dionysius & Lyran. per *viam Aquilæ*, Christi ascensionem: per *viam colubri*, ejus resurrectionem: *per viam nauis in mari*, conuersationem in mundo: per *viam viri in adolescentula*, natiuitatem ex illibata Virgine, in cujus vtero vir fuit ab initio conceptionis planè perfectus, non modò potentijs animæ, sed & membris corporis. *Via aquilæ colubri & nauis.*

VI. *Quomodo talibus similis est vita adulteræ* v. 20.? ℞. Ita accidit non solis adolescentibus & solutis, sed & nuptis adulteris, quæ in luxum profusæ citò perdunt pristinæ formæ, elegantiæ & roboris vestigia: quæ quamuis solicitè, solerter & industriè conentur tegere sordes suas, & comedando, seu delitiosè victitando, & *os suum tergendo*, id est, faciem pigmentis vel medicamentis fucando, studeant succulentæ & venustæ comparere, & sic sua scelera tegere; tamen vel ipsa corporis macies, vel subrepentes morbi, vel scabies, vel luridus pallor, totiusq; formæ, ac pristina vigoris jactura, quæ ex Veneris vsu accidere solet, rem statim prodet. *Adulteræ vita*

VII. *Quos Salomon vult instruere quatuor animalculis* à v. 25.? ℞. Quatuor status hominum, quibus resp. constat. Primò formicis agricolas, & rusticanos homines, vt assiduo & indefesso labore comparent, quæ victui necessaria sunt. Secundò lepusculo, seu cuniculo, ciues in vrbe degentes, opificio & mercaturæ intentos, & à bello abhorrentes, vt insudent domui suæ firmandæ locupletandæ & augendæ instar cuniculorum, qui & Plinio teste, nomine leporum designari solent, & quia timidi atq; inualidi, tutissimas petras catulis suis tutandis perfodiunt, ac de omnibus necessarijs maximâ curâ prospiciunt. Tertiò locusta milites instruit, nam & locustarum formam, galeatos milites referre docet Marcellinus, & quamuis duce ac rege careant, nihilominus instructis agminibus & aciebus cateruatim ad agros depopulandos conuolare constat ex Plinio 11, c. 29. & S. Scriptura passim: & aduersus Scorpiones, aliosq; serpentes bellum feliciter gerere docet Plin. sup. c. 89. Quarto stellione magistratus & aulicos omnes *Status hominu quatuor,*

monefacit. Stellio in palatijs regum moratur, circa aularum fores, & forium cardines, & parietum rimas, maxime in nouis ædibus, inquit Marcellinus, nec tamen nititur, nisi manibus. Sic strenuis ac fidis manibus seruitijsq; principes suos demereri debent, & præclaris virtutibus splendere, quicumq; in aulis & magistratibus degunt.

CAPUT XXXI.

Ex ore matris monet, vitandam libidinem, crapulam, justitiam omnibus maximè pauperibus reddendam. Deinde occasione matris subnectit encomium mulieris fortis & excellentis, quod per 22 versus, juxta 22 literas Hebræorum, à qualibet litera singulos versus inchoando prosequitur, ita Cajet. Jansen. & Salazar. Nempe vt significet, talem mulierem omnibus literis, seu numeris absolutam esse, & omnes literas quotiescumq; & quomodocumq; combinatas, tali heroinæ laudandæ non sufficere.

Lamuel.

QUæstio I. *Cur hic v. 1. vocat se Lamuelem?* ℟. Lamuel idem esse, quod Lemoel, id est, cui est DEus, ita Baynus. ℟. Salomon verò putat Lamuel idem esse Leel, id est, *Dei* vel *Deo.* Salomon enim fuit DEI quasi peculium, imò filius, vnde typus fuit Christi ex se nasciturі. Hinc dicitur à DEO: *Ego ero ei in Patrem, & ipse erit mihi in filium.* 2. Reg. 7. 14. Rursus Salomon à puero fuit à DEO dilectus, dicatus & consecratus, vnde ab eo per Nathan vocatus est Jedidia, id est, *amabilis Domino, eò quòd diligeret eum Dominus.* 2. Reg. 12. 25. Sic Rex Melchisedec Gen. 14. vocatur Sacerdos *Lel Elion*, id est, DEI altissimi, scil. consecratus DEO omnipotenti *el* enim significat DEum, qui potens est per essentiam, & omnipotentiam, ita vt ab eo omnis potestas, vis & robur hominum, Angelorum & creaturarum omnium ceu radius à sole dimanet. ita Corn. à Lap.

II. *Cur hæc Bethsabee matris Salomonis instructio & admonitio ad filium vocatur visio, id est, prophetia?* ℟. Quia Bethsabee hæc dictauit Salomoni ex instinctu Spiritus sancti: Id patet ex eo, quòd hæc ejus monita sint pars Prouerb. id est, S. Scripturæ, ideoq; fide diuina credenda quasi verba DEI & Spiritus sancti, idq; non tantùm quatenus referuntur à Salomone, sed etiam quatenus dicta sunt à matre. Salomon enim verba non sua sed matris refert in suum hunc sacrum & Canonicum Prouerb. Librum, eaq; vocat *visionem*, id est, doctrinam per reuelationem à DEO acceptam. Mouit enim Spiritus S. mentem & os Bethsabee ad hoc eloquendum, quia præuidebat periculum futurorum olim Salomonis turpium amorum & luxuum; ac proinde conata est, illum jam inde à puero aduersùs eas pestes salutaribus monitis præmunire.


Vinum non dandum regibus.

III. Quomodo intelligendus est v. 4. *Noli regibus, ô Lamuel, noli regibus dare vinum.* ℟. O Lamuel noli tibi ipsi tamquam regi, noli tibi, (inquam) nec his, qui tecum præsunt & judicare populum debent, dare vinum intemperatè. Nam hoc vitium in aulis regum familiare esse solet. Nec malè subditur ratio prohibitioni ebrietatis & intemperantiæ vini in regibus: *quia nullum secretum est, vbi regnat ebrietas.* Cùm enim rex & regij ministri negotia regni quàm maximè secreta habere debeant, necesse est eos maximè abhorrere ab ebrietate, per quam efficitur homo facilis ad effutiendum, quod gestat corde.

Filij pertranseuntes

IV. *Qui sunt filij qui pertranseunt* v. 8. ℟. Sunt peregrini, hi enim cùm à patria absint, sintq; apud exteros, nullum habent notum vel patronum, nesciunt jura loci, ab indigenis parui fiunt, facileq; ab improbis opprimi vel circumueniri possunt. Principis est ergo patrocinium suscipere, eosq; velut suos protegere. Exponit, quod dixit: *Aperi os tuum muto.* Peregrini enim sunt quasi elingues & muti, præsertim quia sæpe linguam loci non intelligunt, aut eloqui nesciunt. Aut *aperi os tuum muto*, id est, patrocinare ei, qui instar muti, pro semetipso eloqui non audet præ verecundia, vel non potest præ imperitia.

V. *Quod bonum vxor strenua reddet viro* v. 12.? ℟. Salazar hoc accipit de vxore, cui seuerus, morosus & durus obtigit maritus. q. d. Licet maritus acerbus vxorem generosam objurget, carpat, succenseat; ipsa tamen adeo lenis & magnanima est, vt omnia sustineat, & bona placidaq; verba malis & acerbis regerat, itaq; vincit mariti asperitatem, vt ex iracundo fiat mitis & blandus, vti S. Monica sua lenitate domuit iras Patritij sui mariti.



QUÆ-

QUÆSTIONES EXEGETICÆ IN ECCLESIASTEN.

CAPUT I.

Terræ & elementorum omnium mutationes: rerum ſublunarium generationes & corruptiones: cælorum & ſiderum irrequietæ circuitiones: ex quorum cognitione nulla tranquillitas humano animo; ex vſu nulla ſatietas ſenſibus; ex experientia nulla ſapienti voluptas; ſed vbiq; difficultas, vbiq; labor, vbiq; afflictio.



Uæſtio I. *Quæ eſt vanitas vanitatum* v. 1.? ℞. Vanitas vaniſſima, maxima vanitas. Quo nomine deſignatur hîc propriè mutabilitas, agitatio, defectus rerum omnium creatarum, quæ per ſe inſtabiles tendunt in aliud continuò, atq; aliud eſſe, adeoq; in interitum & in nihilum, niſi potenti manu DEi contineantur & conſeruentur. Solus verò DEus, plena & omnimoda eſt veritas, id eſt, ſtabilitas, conſtantia, perfectio, beatitudo tum ſua, tum aliarum rerum omnium. Nihil enim præter vnum DEum poteſt immenſam noſtram inanitatem complere, intellectûs capacitatem ſatiare, appetitûs ſitim reſtinguere. Hæc Salomon didicit à Dauide patre ſuo pſ. 38. Vniuerſa vanitas omnis homo viuens, & ex vtroq; gentiles Philoſophi, e quibus Ariſt. *Hominem* definit eſſe *exemplum temporis, fortunæ luſum, inconſtantiæ imaginem, inuidiæ & calamitatis trutinam, reliquum pituitam & bilem.* *Vanitas vanitatum.*

II. *Quis eſt ſenſus* v. 3. QUID HABET AMPLIUS HOMO DE VNIUERSO LABORE SUO, QUO LABORAT SUB SOLE? ℞. Chaldæus legit, *quid reliquum eſt homini, poſtquam mortuus fuerit, de omni labore ſuo?* nempe, præter vanitatem. Nullum enim aliud à mundo ſtipendium, quàm vanitas pſ. 75. v. 6. *Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt.* Sap. 5. v. 8. *Quid nobis profuit ſuperbia, & diuitiarum iactantia.*

III. *Pro quo ſumitur hîc generatio* v. 4. GENERATIO PRÆTERIT ET GENERATIO ADVENIT? ℞ Sumitur aut pro tempore, ſæculo, ætate quæ labuntur, ac ſecum trahunt ſublunaria omnia; aut pro hominibus ſubinde naſcentibus & morientibus, quæ frequens Interpretum acceptio. Et videtur exponi illo Eccli 14. *Omnis caro ſicut fœnum veteraſcet, & ſicut folium* fructificans in arbore viridi: alia generantur & alia dejiciuntur: ſic generatio carnis & ſanguinis alia finitur & alia naſcitur. Aut tandem generatio poteſt accipi pro rebus in vniuerſum generabilibus & corruptibilibus numquam in eodem ſtatu permanentibus, neq; dignis, in quibus humana mens & vota inutiliter inſumantur. *Generatio præterit.*

IV. *Cur vitam noſtram & peregrinationem, vel ſæculi labentis homines, vel humana euenta vocat generationem?* ℞ Quia ſiue in vita, ſiue quæ viuunt apud homines corruptibilia omnia, nouitatem quamdam præſeferunt, illicientem oculos, quod eſt quid denuò generari, non durant diu: neq; perſiſtunt, ſed vix dum incipiunt eſſe, ſtatim deſinunt, quod eſt corrumpi; ſicut illi dicebant: *nos nati continuò deſiuimus eſſe* Sap. 5. 13. Deniq; ita ſunt, vt ipſa ſua duratione & vita minentur ruinam & corruptionem, quod eſt, generabile eſſe, & neceſſaria conſecutione protinus corruptibile.

V. *Cur DEus voluit terram ſtare, & in quod miniſterium?* ℞det Hugo: *ſtat vt venientes mittat; pertranſeuntes portet; diſcedentes recipiat.* Nimirum ſtat, quaſi fundamentum & receptaculum generationum & corruptionum, & veluti diuerſorium, quod aduenientes peregrinos excipit; & poſtquam illis copiam ſaturandi & calefaciendi fecerit, ſtatim dimittat, dicens: *ite in pace.* quos ſemel excepit faſtidiens, aduocat nouos alios; hiſq; ipſis continuò machinatur maleficium. Niſi fortè non tam proponatur homini viuenti diuerſorium, quàm vitâ functo domus æternitatis, quæ eſt in ipſius terræ viſceribus, prætereuntes non tam dimittens, quàm intromittens, & deuorans; aduenientes alios tantiſper expectans, donec deglutiendo tempeſtiuè matureſcant, & præparentur. *Terra ſtat*

VI. *Quid intelligitur per ſpiritum* v. 6. LUSTRANS UNIVERSA IN CIRCUITU PERGIT SPIRITUS, ET IN CIRCUITUS SUOS REVERTITUR? ℞ Intelligitur ventus. Ita transfert Symmachus, & pleriq; recentiores. Et verò inter cauſas generationis & corruptionis ſublunarium, quas hîc Salomon recenſet, itemq; inter errabunda & inconſtantia vniuerſi non vltimum locum tenent venti: qui nec ipſi quieſcunt vmquam, nec àërem nec aquam, nec terram ſinunt quieſcere, ſed acri ſuo flatu, ſubinde & peſtilenti, plurimis locis perniciem afferunt & ruinam. Sed & *in circulos ſuos reuertuntur*, nam ex 12 ventis reſpondentibus 12. cœli terræq; plagis, quot veteres diſtinxerunt, vel ex 36. quot recentiores, numquam non aliquis, aliquam *Spiritus vniverſa luſtrans.*

quam mundi plagam perflat teste Plinio l. 2. c. 27. & experientia.

Flumina reuertentia

VII. *Ad quem locum flumina vnde exeunt, reuertuntur, vt iterum fluant?* ℟ Ad mare, & mari conterminam abyssum aquarum, quæ jam inde à mundi exordio est in terræ visceribus, sicut in corpore humano maxima sanguinis pars in hepate est & in corde, inquit Plato, Seneca, Philo, Plinius, indeq; per innumeros cuniculos quasi per venas disperguntur aquæ per omnes partes terræ, & certis locis jam colatæ, erumpunt in fontes, vel in flumina. Ita sentit S. Hieron. Basil. Isidor. Damasc. Albertus M. S. Thom. à Lap. & alij. Quorum quidam æstum maris velut magnæ matris respirationem, item flatus subterraneos volunt per ejusmodi terræ venas sursum adigere aquas, etiam ad summa montium quorumdam fastigia. Quidam vim adtrahendi terræ innatam, vt matrici vel mammis in muliebri corpore: vel saltem vim sugendi, qualis est in panno (qui licet vix extrema sui parte aquas contingat, paulatim tamen totus humectabitur) putant ascensionis istius aquarum causam esse. Utut est, diuina prouidentia (inquit Theodor. Sect. 2. de Prouidentia) ad commodiores vsus mortalium prouidit, vt scaturirent omnes ex interiori illa abysso, rursumq; per suos alueos in mare, indeq, in eamdem abyssum relaberentur, atq; ita perpetuo motui, mutationi & instabilitati obnoxiæ essent, vt hîc Sapiens affirmat.

CAPUT II.

Sapientiæ studio propter difficultatem dimisso auidißimè se transtulit ad corporis voluptates consectandas, ac rursus frustra redit ad sapientiam cum voluptatibus conciliandam: atq; vtroq; tandem illo fastidito, vanißimè se tradidit sollicitudini colligendarum opum, non tam sibi, quàm suis, quas nescit, hæredibus profuturas.

Sapientia an perseuerauit cum Salomone.

QUæstio I. *Quando dicit Salomon* v. 9. SAPIENTIA QUOQUE PERSEVERAVIT MECUM? ℟ Dum has omnes delicias mihi compararem, suggerebat mihi modos & rationes conquirendi eas & fouendi, jucundoq; experimento ijsdem fruendi, inquit Nyssenus & Richardus. Vnde pleriq; hinc colligunt, Salomonem etiam tot libidinibus & idololatrijs immersum non fuisse spoliatum sapientiâ, sibi ante cœlitus infusâ. ℟. Haccados per sapientiam intelligit studium sapientiæ, q. d. Salomon, se vnà cum lautitijs etiam sapientiæ studio & cultui incubuisse, vt mentem sanam retineret, inter tot rerum externarum irritamenta, & beatus euaderet simul animo & corpore. Sed falsus est miser: nam etsi retinuerit sapientiam speculatiuam, certè practicè illi diu obsecutus non est videns meliora probansq;, deteriora sequens.

Stultitia hominis.

II. *Quo sensu dicit* v. 12. QUID EST HOMO? ℟ Quàm stultus est! quantum errat, cùm sibi persuadet, se posse DEum creatorem suum, & rerum omnium consequi, seu assequi in obtinenda hîc plena beatitudine & perfecta felicitate? vt sibi persuadebat ille Tyriorum rex, qui dicebat Ezech. 28. v. 2. *DEus ego sum, & in cathedra Dei sedi in corde maris* (q. d. Non minùs ego tutus & munitus in hac mea insula, quàm DEus muris cœlestibus, *dedi cor* meum, *quasi cor DEi*, id est, ausus fui etiam diuina tentare, & me DEo æquare sapientia, decore, delicijs, thesauris. Sic quoq; Salomon se insignis stultitiæ arguit, quòd majora viribus humanis, & soli DEo propria tentarit, assequi nempe diuinam felicitatem, quærendo plenam animi tranquillitatem, & quidem medijs ab ea remotissimis, vino, crapula, libidinibus, diuitijs, ædificijs &c. quæ non nisi sordes sunt & impedimenta potiùs quàm adjumenta.

Oculi sapientis in capite.

III. *Quo sensu dicit* v. 14. SAPIENTIS OCULI IN CAPITE EIUS? ℟ Sapientiæ beneficio homo assequitur, vt oculis mentis vtatur ad eum finem, ad quem in vertice locati sunt, nempe vt veluti speculatores ex loco altissimo procul præuideant, quid agendum, quò eundum, quid sequendum, quid fugiendum, & sic vniuersæ vitæ cursum moderentur, necubi contingat impingere, hærere vel labi. Unde Chaldæus, *sapiens contemplatur in principio quod futurum est in fine.* Sic Pöëtæ Janum, vt designent sapientissimum fuisse, bifrontem fingunt, vt qui & antecedentia & sequentia tempora perspiciat.

Stultus in tenebris ambulat.

IV. *Quid est*, STULTUS IN TENEBRIS AMBULAT? ℟ Cœcus est improuidus, rerum formas confundit, non discernit verum à falso, non bonum à malo, perinde non videt, nec prouidet, ac si non haberet in capite oculos. Hæc vera ratio & oppositio hujus partis ad priorem, non solùm sensu, sed etiam in verbis. Nam quæ magis expressa antithesis, quàm dixisse sapientem habere oculos & lumina in capite? quod omnino idem est, ac illum minimè esse, aut ambulare in tenebris, id est, minimè cæcum esse, sicut qui luminibus amissis dicebat: *in tenebris sedeo* Job 5. 11. Et quos describit Dauid ps. 81. 6. *Nescierunt, in tenebris ambulant.*

V. *Quid intendit* v. 24. NONNE MELIUS EST COMEDERE ET BIBERE? ℟ Melius est frui, partis & concessis à DEo, non auarè & imprudenter illa alteri recondere. Et *hoc* donum DEi est, nempe naturale, vtpote naturalis prudentiæ & liciti ac liberalis amoris erga se ipsum, *de manu DEi*, id est, à DEo auctore naturæ datum & inditum, ita Nissenus & alij pleriq;.

VI.

VI. *Quid est ostendere animæ suæ bona?* ℞ Anima hoc loco sumitur, vt & frequenter pro vita corporis, vel pro appetentia ventriculi, qui cibos appetit, sicut scriptum est *dilatauit infernus animam suam* (ingluuiem, ventriculum, vt multos deuoret) & iterum *vt peterent escas animabus suis* ps. 77. 118. Et iterum: *furatur, vt esurientem impleat animam* Prov. 30. Præterea appellatio boni, ad esculenta & poculenta, & ad ea quæ curando corpori necessaria sunt, referri solet; sicut diuiti, *qui epulabatur quotidie splendidè,* dictum est: *recepisti bona in vita tua,* & iterum; *bona terræ comedetis, & epulaberis in omnibus bonis.*

CAPUT III.

Ex vicißitudine, mutatione & instabilitate atq; interitu rerum omnium sublunarium, cum tempore fluentium & diffluentium, colligit nullam in his sitam esse hominis felicitatem. Sed ex stabilitate diuinorum operum, diuinæq; prouidentiæ suum cuiq; rei tempus præfinientis hortatur omnes ad vitam tranquillè agendam, curasq; præposteras aut præproperas abjiciendas.

Quæstio I. *Quid ex quatuor denis paribus exemplorum, quibus tempus constitutum & determinatum est à DEo, vult inferri Salomon?* ℞ Ex paucis istis relinquit cuiq; similiter de alijs omnibus philosophandum. Ex quibus concludi vult, virum sapientem, comperta rerum omnium vanitate & instabilitate, debere animo omnibus superiorem euadere, omnes calcare, omnes seu prosperas seu aduersas æquanimiter & fortiter ferre, nec frustraneo labore, aut cura illis deuitandis, quæ toto generi humano indiscriminatim obuenire solent, insudare, aut se excruciare, sed tranquillo corde & animo quieto, atq; in omne DEi beneplacitum resignato totum se dare pietatis diuiniq; cultus studio sine vicissitudine aut intermissione.

II. *Quid innuit* v. 10. VIDI AFFLICTIONEM, QUAM DEDIT DEUS FILIIS HOMINUM, VT DISTENDANTUR IN EA? ℞ Nihil ex contrarijs inter se studiis superesse homini, quàm cassum & irritum laborem, & ex labore atq; occupatione pessima, qua exercitatus est, & DEo permittente distractus animo, lassitudinem & afflictionem. Eleganter Campensis: Quem fructum capit homo ex tam pugnantibus, & molestis occupationibus? deprehendi, quòd DEus illas immiserit animis hominum, vt ipsi se illis torqueant.

III. Quis est sensus v. 11. *Cuncta fecit bona in tempore suo, & mundum tradidit disputationi eorum, vt non inueniat homo opus, quod operatus est Deus ab initio usq; ad finem?* ℞ Tradidit mundum disputationi hominum, id est examini, ratiocinationi, consultationi, inquisitioni etiam experimentali, & quæ inde consequitur liberæ electioni. Indaget ergo homo, quamdiu & quantum volet; non tamen obtinebit, vt *inueniat opus quod operatus est Deus ab initio usq; ad finem,* id est, opus vndequaq; perfectum, seu non reperiet quidquam, cui tamquam rei perfectæ & stabili possit animus adfigi & inhærere.

IV. *Quomodo omnia opera, quæ fecit Deus perseuerant in perpetuum* v. 14.? ℞. Quæ Deus peculiari prouidentia, & beneuolentia confert homini, non spiritualia modò, sed & temporalia, quamuis naturâ suâ sint fluxa & caduca, tamen à tam potenti manu, supra & præter naturam suam ac conditionem, accipiunt stabilitatem, constantiam & firmitatem. Sic Christus Joan. 16. v. 22. dixit Apostolis: *Gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* Sic Job 36. v. 7. *Reges* justos *in solio collocat in perpetuum.* Idem dici potest de diuitijs, honoribus, pace, tranquillitate, si quando ea DEus amicis suis ad vitam jucundè transigendam subinde largiri decreuit. Huic enim Diuino decreto, nihil humanâ seu diligentiâ seu malitiâ, vel addi potest vel detrahi.

V. *Quomodo quod factum est, permanet: quæ futura sunt, jam fuerunt* v. 15.? ℞. Quod factum, seu decretum est à DEO, quantumcumq; ab antiquo adhuc tamen *permaneat,* & fiet suo tempore: & omnia, *quæ* adhuc *futura sunt, jam* sic decreta *fuerunt* ac æterno. Semper intelligendo de donis DEi, de quibus solis hîc agitur. Et hunc suum sanctæ & immutabilis prouidentiæ pristinum amorem atq; tenorem quotidie instaurat, & semper seruat DEus. Ita Hugo, Cajetanus, Pineda.

VI. *Quæ est impietas sedens in loco judicij* v. 16.? ℞. Per impietatem intelliguntur tria judicum peccata, quæ judicium & justitiam corrumpunt. Primum videlicet inquieta illa tumultuans, & perturbata judicij tractatio. Secundum, iniquæ sententiæ prolatio, qua condemnetur insons, absoluatur noxius. Tertium auaritia & cupiditas, quæ vt judicio atq; justitiæ opponuntur; ita vniuersam judicum doctrinam complectuntur; & vniuersa vitia, quibus frequenter corrumpuntur, designant: quibus tres aliæ incorrupti judicis & incorruptissimæ justitiæ virtutes, proprietatesq; è contrario respondent. Ad primum enim pertinet illa pax & tranquillitas judicandi, opposita turbulentiæ, impietati &c. *Judicum peccata.*

VII.

Judices iniqui.

VII. *Quis est sensus* v. 18. *Dixi in corde meo de filiis hominum, vt probaret eos Deus, & ostenderet similes esse bestijs?* ℞. Vult innuere DEum judicio suo probaturum, examinaturum, declaraturum tandem, qui vitam duxerint juxta rationis præscriptum; aut qui beliuarum more vixerint, belluinis tantùm acti cupiditatibus. Illud, vt cum judicio Diuino & damnatione atq; supplicio impiorum Judicum opportunissimè cohæreat; fore vt DEus impijs judicibus damnatis, ostendat extremâ sententiâ atq; supplicio, illos non hominum more imperâsse, atq; judicâsse, sed per summam violentiam, atq; belluarum quarumdam potentium more sæuijsse in infirmiores; ac vixisse ex præda & rapto, inhiantes proximorum sanguini, & rugitu solo imbecilliores, consternentes: scriptum est enim: *Leo rugiens & vrsus esuriens, princeps impius super populum pauperem.* Prou: 28. 15. & iterum Habac. 1. 13. 14. *Quare non respicis super iniqua agentes, & taces, deuorante impio justiorem se? & facies homines quasi pisces maris, & quasi reptile habens principem.* Non est enim inter pisces, qui tueatur minores; sed qui insidietur & deuoret.

Hominis interitus.

VIII. *Quomodo verum est:* UNUS EST INTERITUS HOMINIS ET JUMENTORUM v. 19.? ℞. Quod ad corpus attinet, neutri enim melioris sunt conditionis: pari modo dolent, ægrotant, cadunt, algent, æstuant, esuriunt, sitiunt, spirant, viuunt, moriuntur. *Et omnia pergunt ad vnum locum,* nempe quo ad corpus *in terram,* vt sequitur, *ex qua facta sunt.* Unde patet nullam hîc mentionem fieri animæ rationalis, quia facta non est de terra. Ita S. Hieron. Bonav. Albinus & ferè Latini.

Anima hominis immortalis.

IX. *Quomodo intelligendus* v. 21: *Quis nouit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum: & spiritus jumentorum descendat deorsum?* ℞. Quis nouit notitia sensuum seu experientia mentali, an spiritus filiorum Adam seu hominum ascendat sursum, id est, superstes maneat, & immortalis: & spiritus jumentorum descendat deorsum, id est, penitus cum corpore dissoluatur & intereat. ita Hugo Victorinus & Pineda. Qui contra Cajetanum, Scotum, Vatablum &c. bene probat cum Chrysost. & Suarez ratione naturali certò conuinci ac demonstrari posse animam hominis esse immortalem.

CAPUT IV.

Pergit demonstrare rerum humanarum vanitatem, maximè in honorum, & primatûs ambitione, in qua multa sunt, quæ tranquillitatem animi perturbant, puta calumniæ egenorum, tyrannis potentiorum, aliorum inuidia, infida amicitia, & id genus alia: quibus medetur Diuinæ prouidentiæ timor, & religiosus cultus cum precibus ad DEUM.

Meliùs esse, quàm non esse.

QUæstio I. *Estne eligibilius miserrimum esse, quàm non esse?* ℞. Quodcumq; esse quantumuis miserrimum, ac cum sempiterno cruciatu conjunctum melius est, ac prudenti æstimatione dignius, quàm omnino non esse, quamuis enim secundùm moralem æstimationem, æterni mali & cruciatûs carentia tamquàm ingens quoddam atq; exaggeratissimum bonum apprehendatur ab eo, qui patitur, atq; procul dubio desideraturi sint damnati non esse, aut nunquàm fuisse, quàm tam acerbè, tamq; perpetuò cruciari; tamen cùm ipsum illud esse, magna etiam omnino æstimatione dignum sit; ac nihil, vt S. Dionys. de diuinis nominibus c. 5. ait, nobilius & excellentius inter DEI participationes sit, quàm ipsum esse: cumq; ipsum non esse per se ac primariò tollat, perimatq; hanc participationem; pœnam verò & cruciatum, quo malè habet homo, non tollat nisi ex accidenti, quatenus quod non est, neq; existit, nihil mali pati potest, fit profectò, vt qui propter fugiendam pœnam optaret, aut eligeret non esse, inordinato affectu moueretur, ac minùs prudenter & minùs rectè de rebus judicaret.

Stultus comedit carnes suas.

II. *Quomodo stultus comedit carnes suas* v. 5.? ℞. Conficiendo se extremâ fame & inopia & melancholia, vel etiam inuidia alieni boni. Solent enim pigri suis omnibus absumptis, non solùm inopiâ & mœrore contabescere, sed etiam aliorum diuitum fortunis & prosperis successibus inuidere etiam cum maximo detrimento salutis propriæ tum corporalis, tum spiritalis, ita Salonius. Accedit, quòd ferè nemo diuitum compati velit otioso & desidi, & ne vel buccellâ subinde donare, vt dicitur Prou. 20. v. 4. Vnde nihil illi reliquum, quàm vt comedat carnes suas.

Funiculus triplex.

III. *Quid est,* FUNICULUS TRIPLEX DIFFICILE RUMPITUR v. 12.? ℞. filum per se tenue facile rumpitur, sed plura simul juncta non facilè. Sic si plures tibi amicos conciliâris, eris facilis resistendo cuiuis violentiæ: eris offendendo & perrumpendo, instar cunei bene vniti. Simili ferè symbolo Scilurus apud Plutarchum in Apohthag. docebat filios suos invictam concordiæ vim fasciculo telorum, quæ singula facillimè, juncta simul frangi nullo modo poterant. Sic Pöetæ fingebant Charites seu Gratias numero ternario, quòd paucioribus amicitia, vix coalescere, sapere, foueri, & conseruari posse videretur.

IV. *Quis est sensus* v. 17. INGREDIENS DOMUM DEI, seu templum, CUSTODI PEDEM TUUM? ℞. Caue ne sinistro eò contendas, sed dextro pede, id est, non alio fine aut affectu, quàm audiendi Verbum DEI, ejusq; legi, quæ ibi explicatur, obediendi. Nam si vel ex

curiosi

curiositate, vel ex hypocrisi, vel vt sanctior videaris, vel etiam vt sacrificium offeras solo externo ritu, neglecta deuotione interna, & curâ obsequendi mandatis DEI, ingrediaris; non tu sapiens eris, sed è stultis vnus, *qui nesciunt*, sed neq; curant, *quid faciunt*, siue bonum sit, siue malum; siue gratum, siue ingratum DEO: nec reflectunt se, eos qui sceleribus suis inhærent, & sic litant DEO, non colere, sed ridere DEum, & odio ac abominationi esse DEO.

CAPUT V.

Quatuor alia vera religionis capita inculcat, nempe prudenter orandum, vota statim soluenda, DEI prouidentiam submissè colendam, carnis rebelles impetus comprimendos. Interserit quædam de Angelis & vanis insomnijs. Suadet, vitatâ auaritiâ, frugalem & jucundum diuitiarum vsum.

QUæstio I. *De qua materia præcipit Ecclesiastes parcè & præmeditatè* loquendo v. 1.? ℞. De oratione cùm stultè & inconsideranter in ea petimus, vel quæ non expediunt, vel quæ nobis nociua futura sunt, vel non ad DEI gloriam; sed quidquid vel in inutile desiderium, vel in buccam venit. *Neq; cor tuum sit velox ad proferendum sermonem*, q. d. Singula verba sunt in oratione attentè & meditatò proferenda, siue quid petatur à DEO, siue quid illi voueatur: non enim est inconsideratè agendum cum Supremo Numine. Tribuitur autem cordi prolatio sermonis, vel quia *ex abundantia cordis os loquitur*, atq; velocitas & inconsiderantia cordis & desideriorum efferuescit, & eructat præcipitem quamdam, & inconsideratam orationem. *Oratio considerata.*

II. *Quid est:* IDCIRCO SINT PAUCI SERMONES TUI v. 1.? ℞. Id est, non est opus multis, prolixis, aut compositis verbis, vtpote apud scientem & videntem omnia, & ipsa quoq; nuda cordis desideria, penetrantem. ita S. Aug. & alij. Similia monet Christus Matt. 6. v. 7. Non ergo prohibet hic prolixiores preces, quæ ex ingenti affectu promanant (nam & Christus erat pernoctans in oratione:) sed inane multiloquium, & superfluam verborum profusionem, quàm Græci ab inepto Pöëta *Batto*, voces sine sensu inaniter repetente, Battologiam vocarunt: quæ, vt definit Greg. Nyssenus, est *lingua volubilitas & vanus sermo: aut meliùs, mentis efferuescentia, atq; effutitio, deliramenta & nugæ.* *Sermones pauci.*

III. *Quomodo intelligendus* v. 5. NE DEDERIS OS TUUM, UT PECCARE FACIAS CARNEM TUAM &c.? ℞ Ne vnquam os aperias ad temere, impræmeditatè, imprudenter loquendum, atq; omnium minimè, ad aliquid sic effutiendum, quo velis emissum à te votum, de quo versibus præcedentibus, malè excusare, subterfugere vel violare. Idq; metu *ne peccare facias carnem tuam*, id est, te ipsum, q. d. Ne sic loquendo, te nouo peccato obstringas, & consequenter, te noui supplicij reum constituas, peccatum peccato superaddendo. Ita Vatablus, Campensis & Isidorus. An nominatim, ne dicas, *coram Angelo*, nempe tuo, vel coram quocumq; demum Angelo, qui vota tua nuper emissa detulit in conspectum DEI, de quo Ezechiel c. 9. v. 2. Vel coram Angelo, id est, coram Sacerdote, qui Malachiæ 2. Angelus Domini exercituum vocatur ita Lyran. & Pineda. Coram hoc Angelo caue dixeris *non est prouidentia*, id est, non sat prouidè, nec deliberatè, sed per errorem, & imprudentiam voui.

IV. *Qui sunt illi multi comedentes diuitias auari* v. 10.? ℞ Non solùm ministri, custodes, procuratores necessarij, seruitia & mancipia; sed præterea fures multi, qui effodiunt & furantur; ærugo & tinea, quæ demoliuntur; ærugo, quæ aurum & argentum æruginat, tinea quæ vestimenta reposita comedit; deniq; putredo, quæ diuitias auarorum corrumpit. Tum præterea ipsa per se rerum caducarum corruptibilitas imminuit & arrodit, deniq; assentatores, & infinita ejus farinæ animalcula famelica in ipsis promptuariorum recessibus sponte nascentia, aut per januarum, & reconditoriorum rimas sese insinuantia, quid non conficiant.

V. *Qualis est infirmitas, diuitia conseruata in malum domini* v. 12.? ℞ Ob illas enim affligitur animo, dum timet amittere vel imminuere: cruciatur curis, dum seruandis augendisq; incumbit. Vexatur litibus, inquit S. Hieron raptorum & grassatorum insidijs, Olympiodorus: mortem incurrit non rarò, seu à domesticis, seu à latronibus, seu à Judicibus, inquit Lyranus. Et sextentæ sunt illi malorum occasiones, inquit S. Greg. Thaumaturgus.

VI. *Quomodo auarus* COMEDIT IN TENEBRIS v. 16.? ℞ Clàm, secretò, solitariè. q. d tam parcè, tam sordidè victitat, vt non audeat palàm, & coram alijs cibum sumere, sed furtiuè, & vt dici solet, è manu comedit, tantùm abest, vt splendida conuiuia instituat, & opes cum amicis partiatur. *In tenebris* inquit Chaldæus, habitat, vt panem suum solus degustet. Hugo Carensis ait, auarum differre prandium suum vsq; ad noctem, ne superuenientes cogatur admittere hospites; tum etiam propter ruborem, ne ejus tenuitas & sordities deprehendatur. Cajetanus ait ideo, quòd diurnæ curæ, & negotia rei amplificandæ nullum illi prandendi otium permittant, cogitur itaq; nonnisi nocte cibum sumere. *Auarus comedit in tenebris.*

CAPUT VI.

Pergit insectari calamitosam auari diuitis conditionem & miseriam.

Abortiuus melior auaro.

QUæstio I. *Cur abortiuus melior auaro?* ℟. imò quia abortiuus non potuit vti; quibus caruit: sed auarus non caruit bonis, nec tamen vsus est. 2dò *sepulturâ caret* abortiuus, nempe splendidâ & honorificâ: sed hanc nec mereri, nec procurare sibi potuit, potuit auarus & debuit, more gentis suæ & neglexit, Quod cùm extremæ ignominiæ fuerit apud Hebræos, Romanos, & plerasq; alias nationes, & illa pœna mulctari soliti sint soli facinorosi, patriæ vel parentibus rebelles, vel qui sibi violentas manus intulissent, consequens est diuitem auarũ, dum sui sepulchri curam sordidè negligit, seipsum extremæ improbitatis & scelerum dictorũ vitro damnare. 3tiò Abortiuus frustra venit v. 4. id est, suo fine caret, sed sine fine eximitur omnibus miserijs: auarus verò & frustra natus est, & miserijs maximis se ipsum inuoluit. 4tò abortiuus *non vidit solem, & necdum natus pergit ad tenebras* mortis: neq; aliud potuit: potuit auarus jucundâ vitæ & lucis vsurâ frui: maluit, in tenebris marcescere, de quibus c. 5. v. 16. 5tò *oblinione delebitur nomen* abortiui, sed nec nomen habuit, nec potuit præclaris factis inclarescere: potuit auarus & noluit. 6tò *non cognouit distantiam boni & mali*, id est, caruit molestijs & doloribus, neq; expertus est, quantum boni sit in vna re, quantum mali in alia: sed auarus mille ærumnis & cruciatibus se ipse conficit. 7mò, abortiuus vix paucalis horis vel diebus aliquid incommodi subijt, ferè sine sensu: *auarus multos annos, & plures dies ætatis* miserrimus vixit, *& si duobus millibus annis vixerit*, totidem quoq; annis miser & ærumnosus viuet, Hæc & plura Tirinus.

Auari omnis labor in ore.

II. *Cujus hominis omnis labor in ore* v. 7.? ℟. Auari. Nam sapiens vel exprobat auaro inexplebilem sitim, & inutilem congregandi laborem, quo neq; se neq; famem suam, nunquamq; suam animam, id est, ventrem impleat; Vel prorsus disjicit eam, quam auarus prætendere solet, necessitatis speciem quamdam: Laboro (inquit auarus) vt habere possim, quod ori admoueam; & victui sufficiat necessario: At respondet sapiens, os tuum condemnabit te, & ex ore tuo te judico, Nam ori tuo non succurris miser, qui te fame enecas, & quotidiano victu defraudas: multò plus quoq; labores, quàm pro ore implendo, & exsaturando opus sit: nam paucis vitam sustinere posses: at, vt animam, id est, cupiditatem infinitam impleas, in immensum laboras, & quidem frustra.

III. *Quomodo intelligendus est* v. 8. *Quid habet ampliùs pauper sapiens à stulto* auaro, *nisi vt pergat illuc, vbi est vita*? ℟. S. Hieron. putat hac sententia confirmari superiorem illam de humano labore pro ore complendo & victu parando: nam ea in re cunctos pares effecit eadem humanæ conditionis sors; quippe nemo nisi laboret, manducabit sapiens licet sit, aut stultus, diues aut pauper; vt inde Ecclesiastes colligat, vel miseriorem esse auarum vniuersis mortalibus; qui cùm naturâ ipsâ ducti, ac necessitate coacti, de ore suo, de suo ventriculo cogitent, & pro victu quotidiano laborent; at vnus auarus laboret, & tamen os suum & genium fraudet dimenso quotidiano. Vel, vt ex eodem capite jubeat Salomon, pauperem non despondere animum, cùm videat diuitem & pecuniosum hominem etiam laborare pro ore & pro victu: simulq; sapientem non debere animos sumere, aut insolescere, cùm etiam ipse cogatur panem quærere quotidianum. Vniuersi ergo *pergunt illuc, vbi est vita*, siue, vt est in originali, ambulant coram viuis, aut, coram vita.

IV. *Quid docet sententia* v. 9. MELIUS EST VIDERE QUOD CUPIAS, QUAM DESIDERARE QUOD NESCIAS? ℟. Docet, quodcumq; bonum præsens præstare rebus, quantumuis maximis & pretiosissimis, tantùm inani spe & desiderio apprehensõ, nondum possessis, quod ex Hebræo significantiùs exprimitur: *Meliùs est visio oculorum, quàm ambulatio animæ.* Melior est passerculus apprehensus, quàm vultur volans, vt bona præsentia quamuis modica, præferat ingentibus thesauris, quos nobis spes vana confingat, & auaritia, sollicitudoq; pollicéantur.

V. *Quomodo* v. 10.? QUI FUTURUS EST, IAM VOCATUM EST NOMEN EIUS? ℟. Quicumq;, quantumcunq; diues & præsumptuosus jam vocatum est nomen ejus, nempe *Adam* ab Adamah, id est, pulueritius, seu ex puluere rubro compactus. q. d. ex nunc scitur futurum terrenum, & mox iterum morte resoluendum in terram. Et quantascumq; congerat opes, quantamcumq; potentiam; certum tamen, quòd nihil poterit *contra fortiorem se*, id est, contra Deum, supremum omnium Dominum, inuictum regem, incorruptum judicem, qui nullis muneribus corrumpi, nullis blanditijs deliniri, nullis fraudibus, falli potest.

VI. *Quid innuit* v. 11. VERBA SUNT PLURIMA, MULTAMQUE IN DISPUTANDO HABENTIA VANITATEM? ℟. Verba sunt plurima, quibus possit quis cum DEO contendere, inquit, Clarius & Campensis; sed futura & in vanum erit illi ejusmodi disputatio, & nihil profutura obmurmuratio. Vatablus, possent multa alia verba, & argumenta etiam Philosophorum in eamdem rem proferri, sed quæ nihil prodessent, quàm ad augendam vanitatem rei sanè vanissimæ, nempe sordidæ & stultæ auaritiæ.

CAPUT

CAPUT VII.

Breuitatem vitæ humanæ inculcat: quæ bona sectanda, ac præ alijs seligenda docet: deniq; ad bonam & felicem mortem disponit.

QUæstio I. *Quæ sunt majora homine* v. 1.? ℟. Sunt ampliora & magnificentiora, quàm pro hominis indigentia & statu, quæ postquam necessitati satisfactum est, superfluunt. Item vniuersa, quæ plus facie splendida pollicentur, quàm habeant, relinquantq; in recessu. Ita Olympiod. Ex duplici ratione tum ignorantiæ humanæ, tum breuitatis vitæ, probat non esse homini quærenda se majora. Primum quòd ignoret, quid sibi in præsens sit maximè conducibile, quidúe in futurum: nam interdum votis contraria succedunt, quorsum igitur præsentia fastidit, & futura appetit? quorsum majoribus inhiat, negligens mediocrium? fieri enim potest, vt non nisi appetat nociuum, scriptum est enim ps. 101. 14. *Concupierunt concupiscentiam in deserto; & dedit eis petitionem ipsorum, & misit saturitatem in animas eorum.* Vbi pro saturitate, Hieron. legit *tenuitatem*, Chaldæus *maciem*, sicut Isa: 10. per eamdem vocem dictum est: *mittet Dominus in pinguibus ejus tenuitatem*, & cùm saturari & saginari cuperent, non nisi emaciari & extenuari reipsa volebant. 2dò, quòd breuissimum vitæ nostræ tempus expediat impendere non futuris, incertis, superfluis, vel alienis, sed proprijs, vtilibus, certis ac præsentibus. *Majora homine.*

II. *Cur melior est dies mortis die natiuitatis?* v. 2. ℟. Quia cùm nascimur, ingredimur carcerem corporis, stadium miseriarum, myriadem periculorum, laborum, dolorum: cùm verò morimur, euadimus hæc omnia pleni meritis, pleni virtutibus, æternitatis jam & beatitudinis candidati. Vnde funebres laudationes in morte, non apud Hebræos modò sed & Romanos ac Christianos. ita S. Chrysost. & Olympiodorus. *Dies mortis melior die natiuitatis.*

III. *Quomodo sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti?* ℟ Sicut spinarum & palearum flamma diuturna non est, ita sanè neq; risus stulti adulatoris, plaususq; assentatoriæ laudis constans & stabilis. Et sanè de breui spinarum flamma illud est ps. 21. *Exarserunt sicut ignis in spinis* Quod Hieron. & alij ex Hebræo: legunt *extincti sunt, quasi ignis spinarum.* Breuissimum esse adulatorum risum & plausum, atq; leuissimum & inconstans obsequendi studium, res ipsa experimentis firmata verissimis, & testimonijs grauissimis ostendit. Cùm enim adulatoris finis non sit alius quàm lucrum, non aliter discedit in rebus difficilibus, ubi lucri spes nulla affulget, quàm amicus fallax. Potest etiam is breuissimus adulatorum risus eò referri, quòd sicut spinarum ignis lebeti subjectus, sufficiens non est carnes coquere, ita non magis vera aut solida possit esse lætitia, ex adulatione concepta, nimirum, qua cor bene habere, gaudio incalescere possit. *Spinarum sonitus.*

IV. *Quæ est ira in sinu stulti quiescens* v. 10.? ℟ Est obstinatior quædam, & diuturnior stultorum ira, quæ, vt scholarum formula dicamus, per modum habitûs & quietis altè sedet in hominis animo. Videtur Ecclesiastes notare ejusmodi iracundiam, quæ à sacris & profanis amaritudo vocatur. Alioquin faciles iræ motus non omnino malè audiunt in S. Scriptura, & humano modo aliquando DEo tribuuntur, quale est illud ps. 29. 6. *Quoniam ira in indignatione ejus, & vita in voluntate ejus*, quippe cùm diuina indignatio citò placari soleat, minimè requiescit ira in sinu ejus: simile illud Isa: 14. 58. *In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui.* *Ira in sinu stulti quiescens.*

V. *Fueruntne tempora præterita meliora* v. 11.? ℟ Ejusmodi interrogatio augumentum est ignorationis temporum & historiarum, atq; morum priscorum, qui etiam fuerunt corruptissimi. Lege, obsecro, quæ priorum sæculorum Patres vel in vulgi deprauatissimos mores, vel in religiosorum cætuum licentiosiorem viuendi rationem aliquando scripserunt, comperies sanè neq; nostra tempora esse corruptissima, neq; prisca integerrima & incorruptissima extitisse. Tum præterea quamuis quis sit temporum & historiarum peritissimus, tamen ex malorum præsentium aspectu, & experientia, quamuis longè minora sint, plus affici & perturbari animo necesse est, quàm ex lectione audituúe priscorum monumentorum. Adde quod quæ puer vel adolescens vidisti, non nisi hebeti & immaturo sensu judicasti; nunc quæ senex, ætate ingrauescente, graui vtiq; & maturo judicio: potuerunt itaq; priora, sed immerito, meliora videri. *Tempora præterita.*

VI. *Quomodo vtilior est sapientia cum diuitijs* v. 12.? ℟ Ad Reip. vsum, & ad publicum decorem magistratumue, maximè conducibile videri potest, ad conciliandam auctoritatem erga vulgus, ad peruincendas calumnias, ad alliciendos popularium animos, ad sublevandos egentes, videlicet, si Doctor, Judex, magistratus non solùm pietate grauis, sed diuitijs, nobilitate, & alijs externis ornamentis conspicuus sit. His enim egregiè tuebitur veritatem, & pietatem adversùs calumniatores. Quòd si pauper docere velit, vix audietur. Scriptum est enim; *pauper locutus est, & dicunt, quis est hic? diues locutus est, & omnes tacuerunt.* *Sapientia vtilior.*

VII. *Quomodo intelligendus* v. 14. *Considera opera DEi, quòd nemo possit corrigere, quem ille despexerit?* ℟. S. Hieron. accipit de defectibus naturalibus, & citat pro exemplo cœcum & clau-

claudum. Sed poteſt cùm Theologis etiam extendi ad defectus ſpirituales excœcatorum & obduratorum in malo, quos DEus deſpicere ac deſerere dicitur non omnino & ex toto (nam numquam negat eis ſufficientia auxilia ad reſipiſcendum) ſed ex parte & reſpectu aliorum, quibus longè plura, nobiliora, & efficaciora ſubſidia largitur. Hos tales, quamdiu tales ſunt, nullus hominum vlla arte, ingenio, labore corrigere poteſt, poteſt tamen Deus. q. d. Noli ergo ſolis humanis remedijs fruſtra adhibendis te fatigare ſed ad DEum recurre, illi ſupplica, illi commenda, ita S. Greg. lib. 11. Mor. c. 5. & plerique ſcholaſtici de gratia.

Tempus ærumnarum. VIII. *Quam diem vult præcauere* v. 15? ℟. Tempus ærumnoſum, hoc vult tempeſtiuè dispicere, qua ratione illud vel euadere, vel commodiſſimè tranſigere. Voluit enim DEus alternis nunc proſperitate, nunc aduerſitate, hominem in hac vita perpetuò exercere, cum alias ob cauſas, tum *vt non inueniat homo contra eum, iuſtas querimonias*, id eſt, ne queri poſſit ſeu iuſtus ſeu injuſtus de perpetuo aliquo & conſtanti rerum ſtatu, qui & fatigationem & nauſeam, & contemptum parere ſolet, ita S. Hieron. & alij.

Iuſtus multum. IX. *Quo ſenſu dicit* v. 17. NOLI ESSE JUSTUS MULTUM? ℟. Idem eſt, quod nimiùm, nempe in expoſtulando cum diuina prouidentia, & in tua juſtitia, vel aliorum juſtorum acriùs vindicanda. Noli item nimiùm ſapere in his perſcrutandis, v. g: Cur tam citus, tam ſubitus, tam ſeuerus vltor erratorum juſti etiam lenium: ad ſcelerum verò grauiſſimorum hominis injuſti vltionem tam ſerus, tam lentus, tam mitis, vt dixerat v. præc. ita S. Hieron & Pineda. Quamquam etiam in genere de omni juſtitia monere liceat, *noli eſſe juſtus nimis*. In punitiua ſeu correctiua noli eſſe nimius inquiſitor, exactor, cenſor, vel vltor: ſed ſuus epikiæ ſit locus. In diſtributiua caue, tantopere metuas conferre indigno præmia, vt deneges etiam digno. In commutatiua, ne ſic alterius lucro ſtudeas, ut tibi, vel tuæ familiæ damnum crees.

Mors non ſuo tempore X. *Qui fieri poteſt, vt quis non ſuo tempore moriatur* v. 18. cùm neminem mori contingat, quàm in conſtituto ſibi à Diuina prouideutia tempore? ℟. Duplicem eſſe temporis humanæ vitæ periodum aut computationem; alteram quam ſibi ſtatuit homo; alteram verò, quam ſupremus judex pro cujusque meritis, & pro ſua prouidentia præfixit. Tempus ſecundùm illam hominis computationem, eſt tempus hominis; at ſecundùm computationem & prædefinitionem diuinam eſt tempus non hominis, ſed potiùs DEi, ſicut ſcriptum eſt: *Breues dies hominis ſunt, numerus menſium ejus apud te eſt. Conſtituiſti terminos ejus, qui præteriri non poterunt.* Hinc fit impios longiſſimam ſibi vitam pollicentes, *mori in tempore non ſuo*, quamuis omnino neceſſe ſit mori tempore à diuina prouidentia præfixo. Numerabat Ezechias & pollicebatur ſibi 80. ætatis annos, ſecundùm Dauidicam computationem; *ſi in potentatibus 80. anni*, morbo autem graui correptus, cùm 38, aut 40. eſſet annorum, querebatur è vita præcidi *in dimidio annorum ſuorum, & mori in tempore non ſuo.* At moritur nemo nisi ſecundùm fixum à Diuina prouidentia numerum: *Definit enim ſtatuta tempora, & terminos habitationis hominum.* Act. 17. 23. E contrario verò accidit juſtis de ſua ſemper morte cogitantibus, & DEi munere atque prouidentia longiorem vitam ducentibus, quàm ſibi promittere, aut cogitare auderent, moriuntur enim *pleni dierum*, id eſt, ad ſatietatem vsque, aut ad nauſeam. Horum vita ſupergreditur tempus ſuum; ſed quia ſemper ſunt maturi euellendo & moriendo, numquam moriuntur *in tempore non ſuo.*

Homo juſtus XI. *Quomodo non eſt homo iuſtus in terra, qui faciat bonum & non peccet* v. 21. ℟. Loquitur de adultis, qui quamuis juſti ſint, aliquando tamen contingit aberrare ab officio vel certè venialiter peccare, de quo illud: *in multis offendimus omnes.* Et: *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus &c.* vt Concil. Mileuitanum c. 7. vtrumque locum explicat. De quo item Bellarm. & alij. Et ipſæ voces non niſi in adultos conuenire rectè poſſunt; nam facere bonum, eſt propriè, arte & induſtria, diligenter, ſeriò & cincinnè aliquid facere, vt ſignificet, etiamſi homo juſtus apud ſe ſtatuat bene, & ex virtutis præſcripto agere, tamen quæ eſt humana imbecillitas, fore vt non ſemel labatur. Apage verò hinc ſtultam Lutheri, Caluini & Melanchtonis concluſionem, nullum eſſe opus juſtorum, quod non ſit peccatum & quidem mortale. Videatur Bellarm. tom. 3. l. 4. de Juſtificatione.

CAPUT VIII.

In vultu elucet ſapientia: cujus mox laudes proſequitur, & alias proprias notas enumerat, vt & quædam minutiorum vanitatum genera, quibus ſapientia medetur.

Sapientia hominis in vultu. QUæſtio I. *Quomodo ſapientia hominis lucet in vultu ejus* v. 1.? ℟. Vultus accipi poteſt pro vniuerſo corporis habitu, lux verò pro modeſtiæ quodam quaſi lumine in vultu, ſermone, inceſſu relucente, denique in ipſis moribus & operibus. Scriptum eſt enim Eccl. 19. *Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Amictus corporis & riſus dentium, & ingreſſus hominis enuntiant de illo.* Sicut etiam Salomon Prou. 6. 13. malitiam in corde latentem hominis inſigniter impij, his notis deſcribit; *homo apoſtata, vir inutilis, graditur ore peruerſo, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum,*

malum, & omni tempore jurgia seminat. Et Isa. 3, 9. *Agnitio vultus eorum,* id est, improbitas in ipso vultu prodita & agnita. Ubi vides stulti & improbi insignem totius oris, & corporis procacitatem, prorsus à sapientia alienam. Contra verò oculorum prudens demissio, ex faciei luce, non obscurè significatur Prou. 17. 24. *In facie prudentis lucet sapientia; oculi stultorum in finibus terræ.* Vbi inconstantiæ & instabilitati oculorum stulti, opponitur vultus, obtutusq; sapientis constans, placidus, quietus, quod ipsum est, *lux faciei.*

II. *Quis potentissimus immutabit faciem sapientis & cujus* v. 1? ℟. Potentissimus est DEI appositum, cujus proprium est commutare faciem sapientis, nimirum potentiorum hominum, atq; Magistratuum, vt consonet cum illo Job 12. 24. *qui immutat cor principum terræ.* Et illud Prou. 21. 1. *Cor regis in manu Domini, quocunq; voluerit, inclinabit illud.* Mutatio verò accipitur in bonum, quòd diuinæ prouidentiæ atq; sapientiæ sit illuminare Principes, & mutata vultus illorum truculentia & superbia, atq; obfirmato ad rem aliquam aggrediendam consilio, quasi mutata facie ad se conuertere, & de meliori consilio suscipiendo instruere, sedato jam præcipite impetu, & indomita ferocia, quæ se prodebat in vultu. *Mutatio vultus pro prium est.*

III. *In cujus persona loquitur Salomon* v. 2. EGO OS REGIS OBSERVO? ℟ In persona prudentis ministri aulæ, q. d. si tuo loco essem, sic me gererem. Vel cum Pagnino & alijs Hebraizantibus, subaudi, suadeo tibi, moneo te, nempe, *os regis obserua,* vt est in Hebræo, Chaldæo & LXX. id est, totus pendeas ex vultu, verbis, & nutu regis tui: & quidquid innuerit, exactè complexus omni cura & solicitudine, ne quid elabatur, aut omittatur. Est enim hoc præceptum DEi, quod juramenta regi tuo præstito spopondisti te completurum, ita Cajet. Isidor. Victorinus ex S. Hieronymo. Qui tamen putat, per regem posse hîc etiam DEum intelligi, Regem omnium Regum, è cujus nutu & præceptis, juramento confirmatis, omnes pendemus.

IV. *Quis est spiritus* v. 8. NON EST IN HOMINIS POTESTATE PROHIBERE SPIRITUM? ℟. Est spiritus vitalis, seu ipsa anima, quæ internum absolutè dicitur spiritus, Job. 10. 12. & 34. 14. Ps. 77. 39. Interdum dicitur spiritus vitæ G. 6. 17. & 7. 12. 15. Chaldæus *non est vir, qui imperet spiritui animæ, vt prohibeat animam vitalem, ne exeat à spiritu hominis.* Patet ex sequentibus: Nec *finitur quiescere ingruente bello:* id est, nemo dimittitur aut emittitur è castris instante conflictu: necesse est in prælio vel vincere vel mori. Porrò hostis hic mors inquit Hieron. secundùm illud Jobi 18. *Calcet super eum, quasi rex, interitus.* Vel est ipse diabolus, qui sub extremum vitæ potissimum nos oppugnat. vt S. Chrysost. hom. 54. in Matth. 14. & hom. 2. de Lazaro, ac alij fusè describunt.

V. *Cui assignanda sunt verba* v. 9. *Interdum Dominatur homo homini in malum suum, an Dominanti homini, an ei, in quem alius Dominatur?* ℟ Alij referunt ad Principes & Tyrannos, quibus iniqua potestas exitio fuit, cujus exempla proferuntur Pharaonis, Nabuchodonosoris, Sennacherib, Antiochi, atq; infinitorum aliorum, in quos verissimè illud dictum est;

Aut periêre malè, aut vitam vixêre molestam,
Ut cui inuidiæ, crimen & omne comes.

Sed debere referri ad *malum subditorum* docet Cajet. Osorius & ferè Græci. Cùm enim reges multa gratiæ, multa odijs, multa priuatis commodis indulgent, maxima subditis mala creant.

VI. *Quo sensu intelligendæ imprecationes prophetarum, & hæc Salomonis* v. 13. *Non sit bonum impio, nec prolongentur dies ejus?* ℟det S. Thom. q. 88. Imprecationes ejusmodi fieri à Prophetis & Sanctis *conformando voluntatem suam diuinæ justitiæ circa damnationem perseuerantium in peccato.* Itaq; sciendum, quòd dum Sancti hæc imprecantur, sunt toti defixi in contemplatione diuinæ justitiæ & diuinæ voluntatis efficacis & jam constitutæ puniendi impios, ex parte itaq; diuinæ voluntatis & justitiæ, quasi executores ministri, precones & procuratores fiscales, non tam sua propria voluntate & sententia, quàm supremi judicis judicio & statuto, veluti diuini honoris procuratores optant, petunt, imperant impiorum supplicia, & meritissimas pœnas reorum læsæ majestatis; quod olim etiam facient sancti, supremo assidentes judici, æterni supplicij sententiam in impios fulminantes. *Imprecationes prophetarum.*

VII. *Quid est distentio* v. 16.? ℟ Est quidquid animum distinet, & anxia solicitudine exercet, v. g. curæ rerum temporalium, ait Olympiodorus & Campensis: curiositas cognoscendi incerta & occulta diuinæ prouidentiæ, inquit Hieron. Deniq; quæuis molestia, vt in Hebræo est & LXX.

CAPUT IX.

Varij rerum humanarum euentus, ratione quorum ad Dei potentiam prouidentiamq; recurrendum, eiq; acquiescendum: de reliquo honestæ jucunditati, studio sapientiæ, licet vulgò despectæ, & pijs operibus sedulo incumbendum.

Opera justorum in manu Dei.

QUæstio I. *Quomodo opera justorum & sapientum sunt in manu Dei* v. 1.? ℟ Sunt in scientia & memoria diuina, in qua tamquam in manu vel charta conclusa, occulta tenentur opera justorum, ne cuiquam pateant. Sicut alibi dicitur Job 36. v. 32. *In manibus abscondit lucem.* Cùm verò cum homine aliquid communicat, tunc dicitur *aperire manum suam.* Ita Hugo, Dionys. & alij.

Odio an amore dignus nescit homo

II. *Quomodo homo nescit, vtrum odio, an amore dignus sit?* ℟ Nescit certa & infallibili scientia, & quæ excludat omnem formidinem de opposito. Nam talis sine peculiari reuelatione non habetur in hac vita, vt definit Concilum Trid. Sess. 16. c. 9. & 16. Conjecturalem verò certitudinem ex interno spei robore, & virtutum exercitijs, quæ anxietatem excludat, à justis obtineri posse, pulchrè docet S. Cyprianus l. de immortalitate & Aug. in ps. 149.

Canis viuens melior leone mortuo.

III. *Quomodo melior est canis viuens leone mortuo* v. 4. ℟ Est prouerbium, quo designatur vitam meliorem esse morte, & vitæ commoditates ad resipiscendum & promerendum anteponi statui mortuorum, in quo nulla ampliùs facultas seu mutandi consilij, seu proficiendi in melius q. d. Impius deprauatissimus & caninis moribus, dum viuit, quia corrigi potest, melior est impio alio, cujus salus deplorata est, quamuis is minus corruptè vixerit. Vel impiùs, dum viuit, quia potest sanctissimus euadere, atq; adeo sanctior sanctis alijs defunctis, melior est &c. Poterit quoq; hæc sententia transferri ad contemptum diuitis impij jam demortui, & cohærebit cum superiori sententia in hunc modum, misera sanè illorum conditio, quorum, dum viuunt, corda implentur malitiâ, atq; eò miserior, quò vita, qua illi abutuntur, incertior & breuior est. Quid porrò profuerit diuiti superbijsse, & leoninâ ac sanguinariâ truculentiâ in pauperes & inopes desæuijsse, cùm tandem ad inferos æternùm cruciandus detrahendus sit?

Mortui nihil nouerunt ampliùs.

IV. *Quomodo mortui nihil nouerunt ampliùs* v. 5.? ℟. Sermonem esse de ea cognitione, atq; vsu rerum humanarum, ex quibus aliquid emolumenti comparari possit ad vitam hanc bene & honestè traducendam, & futura præmia demerenda: ejusmodi enim cognitionis vsus ad viuentes pertinet, minimè verò ad defunctos. Animarum verò separatarum cognitio longè alterius generis est, & longè alterius loci & considerationis. Quamquam illud non dissimulandum, quòd Nouatores importunè & imperitè locum hunc intorqueant, vt negent sanctorum pro nobis inuocationem, aut animarum sanctarum, quæ in purgatorio detinentur: nam Beati non censentur mortui, sed viui apud DEum: sicut scriptum est Matt. 22. 32. *Ego sum DEus Abraham, & Deus Isaac, & DEus Jacob. Non est Deus mortuorum, sed viuentium.* Quid, quod non quà mortui accipiunt preces nostras, sed quà Deo reuelante cognoscunt, quæ apud homines aguntur. Adde quòd non censerentur perfectè beati, si quæ illos tangunt, ignorarent; aut ea non perciperent, quæ ad illos à mortalibus diriguntur. Qua autem ratione nostras preces cognoscant Sancti, an in Verbo, an à principio suæ beatitudinis, an noua postea reuelatione, tunc videlicet, cùm orationes fundimus, tractant Cajet. & Theologi cum S. Thoma 3. p. q. 10. a. 2. & 2. 2. q. 83. a. 4.

Mortui nō habent vltra mercedem.

V. *Quomodo mortui non habent vltra mercedem* v. 5.? ℟ Ex vita & rerum humanarum atq; viuentium consortio polliceri sibi defuncti nihil ciuilis lucri aut commodi; aut temporalis alicujus opportunitatis pro exantlato vitæ labore possunt: & potissimùm videtur Ecclesiastes respicere gloriosam quamdam post mortem nominis celebritatem, quam frustra sibi, dum viueret, pollicebatur defunctus: subjungitur enim quasi expositio, *quia obliuioni tradita est memoria eorum.* Alij intelligunt de mercede futuræ vitæ. Et ratio est, cùm enim apud homines, quibuscum defunctus homo vixit, nihil jam commercij habeat, videtur fieri multo potiori jure, vt neq; apud DEum, qui tempus merendi & laborandi præfiniuit, vlius jam post mortem sit merendi mercedem locus, tempúsue. Viuentes enim metu mortis possunt bona opera perpetrare, mortui verò nihil valent ad id adjicere, quod semel secum tulêre de vita. Sunt enim in fine vitæ & termino, vltra quem nullus est progressus, nullæ cum legislatore quasi negotiandi induciæ, sed accepta mercede, & denario diurno, fine fine quies & fruitio.

Opus non est apud inferos.

VI. *Quid innuit* v. 10. *Nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos quo tu properas.*? ℟ Apud inferos (quo tum omnes etiam justi descendebant) nulla erit occasio quidquam meritorium exercendi: & post subductos & signatos semel in morte calculos, nulla supererit ineunda de nouo ratio dati vel accepti, sed solummodo mercedis acceptæ perfruitio, vel debiti exactio, & persolutio. *Nec sapientia* ad bene, industriè, callidè aliquid in rem tuam agendum; *nec scientia*, seu experientia, ad prudenter tibi consulendum, istic juuabit. Quare dum in viuis adhuc agis, & potes his omnibus tibi pro omni æternitate prospicere, caue negligas, caue differas, caue indormias.

CAPUT X.

Pergit laudare sapientiam, detestari stultitiam, nominatim ambitiosorum hominum: docet interim non detrahendum magistratibus, neq; illorum imperio detrahendum.

Quæstio I.

QUæstio I. *Quid vult docere* v. 1. *Muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti?* ℞. Vitium etiam minimum à Sapiente admissum, inficere, obscurare, corrumpere bonam famam, nomen, & gloriam illius. Hac enim comparare contendit, quòd in fine præcedentis capitis dixerat, cauendum sapienti, necubi impingat. Mox id explicat Salomon sequenti hemistichio: nempe sicut musca vnguentum corrumpit, sic *parua & ad tempus stultitia* seu error admissus in sapiente, quantumuis leuis & breuis, *pretiosior est* omni ipsius *sapientia & gloria*, quantumuis excellenti antè & eximia: id est, in vulgi opinione potior est, pluris æstimatur, majus pondus habet. Nam fœdat & commaculat nomen, æstimationem, gloriam omnem illius. Ita construendum patet ex Hebræo, & vertunt Pagninus, Vatablus, Isidorus, & Cajetanus. Ex quibus patet, quàm sit interdum iniquum, & præposterum vulgi judicium, & quàm seriò cauendum etiam à leuissimo lapsu. *Muscæ morientes amittunt suauitatem vnguenti.*

II. *Cor an ejusdem naturæ & situs in sapientibus & insipientibus?* ℞. Quod naturam spectat, nullum omnino, à quoquam discrimen obseruatum fuit inter eum, qui ad sapientiam naturâ suâ aptior, aut qui ineptior natus sit. Omnibus enim eodem situ, eademq; figura cor à natura insitum est. Quodsi, sicut in alijs corporis & faciei partibus est suum in diuersis hominibus discrimen Physiognomicum, ex quo temperamenta, & peculiares quædam naturæ propensiones conjici possunt vel ex oculis, vel ex naso, vel ex fronte, vel ex capitis figura peculiarem ad sapientiæ studium aptitudinem vel propensionem non ineptè conjectamus; ita etiam ex cordis dispositione argumentum aliquod, & conjectura facta fuisset à natura, & rerum anatomicarum obseruatoribus, procul dubio hæc Salomonis sententia illustrem haberet allusionem ad rem Physicam. V. g. Si id à quopiam traditum fuisset, sapientes habere cor ad dextrum latus propensius; ineptiores ad sinistrum. Sed hac de re omnino tacuerunt scriptores. Quamuis Pineda verisimillimum putet, quibus cor sit minus inclinatum ad læuam, calidiores euadere & spirituosiores, frigidioris splenis, qui eos propter melancholiam attentiores ad rerum sublimiorem contemplationem reddat. *Cor sapientum & insipientium.*

III. *Quis tamen situs est cordis in corpore humano?* ℞det Galenus 7. de Anatom. *Motus* cordis indicat, quasi in parte sinistra, potiùs collocatum sit, duplici de causa; primùm, quia spiritus conceptaculum, seu ventriculus hîc consistit; deinde quia totum ad hanc magis inclinat. Non enim vt basis ipsius, mediam exactè thoracis læuam, dexteramq; regionem interjacet, sic etiam vertex, quoniam neq; decliuis omnino de propria basi ad inferius extremum porrectus est, sed ad sinistram, vt dixi, regionem deflectit. Cujus deflexionis causa triplex assignatur l. de Anatom. viu. p. 1 c. 1. Cordis declinatio aliquantula est ad sinistram partem, vt amplificet locum hepati; hepati enim meliùs est cedere, quàm spleni, quoniam est sublimius. Est & alia ratio declinationis ad sinistram, vt non totus calor coadunetur in dextra; & vt temperetur per ipsum latus sinistrum; præcipuè cùm splen ipse non sit calidus valde; & tertia ratio est, vt faciat viam venæ ventrem habenti, ascendenti ad ipsum ab hepate, & descendenti ab ipso ad hepar. *Cordis humani situs.*

IV. *Quid ergo Sapiens dicit* v. 2. COR SAPIENTIS IN DEXTERA EIUS, COR STULTI IN SINISTRA ILLIUS? ℞. Mens, attentio, cura, vigilantia sapientis semper incumbit dexteræ, id est, vt melioribus intendat, perfectiora semper sectetur; sicut cor stulti est in sinistra illius, id est, intendit vilioribus, & deterioribus rebus, q. d. sic sapiens obtinebit, ne facile impingat, etiam in re minima. Cæterùm non esse hîc mentionem de materiali corde corporis vel inde certum est, quòd istud vniformiter omnibus hominibus non in dextera, sed in medio sit thoracis, non nihil ad læuam vergens, vt dixi q. præced. *Cor sapientis in dextera, cor stulti in sinistra.*

V. *Quis est sensus* v. 4. SI SPIRITUS POTESTATEM HABENTIS ASCENDERIT SUPER TE, LOCUM TUUM NE DIMISERIS? ℞. Spiritum potestatem habentis intelligit spiritum ambitionis, cupiditatem honorum, & potestatem habendi, & in alios dominandi, cui per animi demissionem, & modestiam occurrendum sit, neq; permittendum, vt extollatur cor, aut pristina sedes, quamuis humilior, deseratur. Itaq; hic ambitionis morbus & honoris, atq; dominandi cupiditas curatione aliqua salutaris modestiæ comprimenda & repellenda est, atq; præcludendus aditus grauissimis, quæ ex illa oriuntur, peccatis & erroribus. *Ambitio.*

VI. *Quis est sensus* v. 15. LABOR STULTORUM AEFLIGET EOS, QUI NESCIUNT IN URBEM PERGERE? ℞. Labor stultorum frustra fatigabit & torquebit in arduis & implexis quæstionibus enodandis, quales occurrunt in gubernatione reip. in tractatione rerum Diuinarum, in curatione salutis animarum &c. Quomodo enim his sese expedient miseri, qui *nesciunt in vrbem pergere?* id est, qui etiam vulgares & faciles res ignorant, qualis est, viam ad vrbem demonstrare, quod etiam pueris notissimum est. ita Aben-Esra, Vatablus & Osorius. Vel simpliciùs cum Chaldæo, Mercero, & Delrio, q. d. Frustra desudat stultus impius bene ac feliciter res suas exequi, quia veram viam, id est sapientiam & pietatem, vel ignorat, vel saltem non tenet. Sicut dux itineris non deducet in vrbem, qui viam eò ducentem ignorat, vel sequi negligit.

CAPUT XI.

Pro auaritia & vana voluptate suadet beneficentiam, & bonorum operum assiduitatem ex fiducia in DEI prouidentiam, ex vitæ præsentis vanitate, ex mortis memoria, ex præmio vel supplicio futuro: quæ morborum animi, & præsertim auaritiæ, præsens medicina sunt.

Panis super aquas transeuntes.

QUæstio I. *Quid est, mitte panem tuum super aquas transeuntes* 2. Reg. 14. v. 14. ? ℞. Liberalis sis & munificus, non in eos solùm, à quibus gratiam referendam speres, sed & in eos, quos putes vel beneficij immemores fore propter ingratitudinem, vel non potentes reddere propter inopiam: vt videaris quasi in aquas tua abjicere. Certus enim esto, quòd iteratò tua inuenies, & quidem cum fœnore, etiam centuplo, saltem *post multa tempora* seu in hac seu in altera vita, vt solent refluentes aquæ ligna & alia quæ secum voluunt, in littus rejicere. Pineda in verbo *mitte* notat commendari hîc 1mò largam in eleemosyna liberalitatem; 2dò celeritatem & promptitudinem; 3tiò hilaritatem & libentiam tum animi tum vultûs in dando; 4tò vltroneam largitionem non jam petenti, sed nec cogitanti quidem, sed & absenti: per panem intelligit omnia ad vitam necessaria. Per *tuum* non ex alieno, sed ex propria dandam eleemosynam. Per aquas transeuntes secretò & sine jactatione vel ostentatione donandam.

Eleemosyna

II. *Quis est sensus* v. 2 *da partem septem, nec non & octo?* ℞ Subintelligitur egenis. Nam datiui casus esse patet ex Hebræo & Græco. q·d. ex facultatibus tuis partem liberaliter da septem, id est, plurimis egenis, imò octo, id est, omnibus, quibus potes, etiamsi innumeri sint, qui accurrant, juxta illud Christi Luc. 6. 30. *Omni petenti te, tribue.* ita Vatablabus & alij. Ad hunc locum alludit S Amb. l. 5. in c. 6. Lucæ, cùm ait: mandatum accipis, octo illis partem dare fortasse benedictionibus.

III. *Quid vult inferre Sapiens* ex v. 3. *Si impletæ fuerint nubes, imbrem super terram effundent?* ℞. Est similitudo à fœcundis nubibus, quæ cùm humorem collegerint, terram augent imbribus, ad misericordem & beneficum ad egentes virum. Non aliter qui collectis ex terra opibus grauidus est, & arentes famelicorum animas effusa vbertim eleemosyna irrigat & exsaturat. De auaro autem cùm diues sit, & plenus pecunia; imbrem largum eleemosynæ videtur polliceri, ac nihil tandem profundit, scriptum est Prou. 25. 14. *Nubes & ventus & pluuia non sequentes, vir gloriosus & promissa non complens.*

Lignum ad Austrum & Aquilonem

IV. *Quis est sensus illorum verborum* v. 3. *Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad Aquilonem, in quocunq; loco ceciderit, ibi erit?* ℞. *Si ceciderit lignum ad austrum*, id est, si homo moriens reperiatur in statu gratiæ & salutis, *aut ad Aquilonem* in statu peccati & damnationis, ibi erit æternùm. Quare curandum, vt arbor, priùs quam excidatur, inclinet & prona per eleemosynam pendeat versùs Austrum: neq; enim post mortem locus erit vlli pœnitentiæ, inquit S. Hieron. & alij. Sub Austro autem comprehenditur etiam purgatorium, vt olim comprehendebatur limbus Sanctorum Patrum, quia quicunq; in hæc loca concedunt, sunt in statu gratiæ & salutis.

V. *Quo sensu dicitur* v. 4. *Qui obseruat ventum, non seminat: & qui considerat nubes numquam metet?* ℞. Qui ab eleemosyna facienda, alijsq; virtutibus exercendis terretur ob dubios euentus, v. g. ob annonæ caritatem, bellum fortè imminens &c. non seminat, id est, negligit omnes lucri æterni occasiones: vnde etiam *nunquam metet*, nihil mercedis à DEO accipiet, neq; in hac neq; in altera vita.

Via spiritus

VI *Quomodo intelligendus* v. 5. *Quomodo ignoras, quæ sit via spiritus &c.* ℞det S. Hieron. Sicut nescis viam spiritus & animæ ingredientis in parvulum, & ignoras ossium & venarum varietates in ventre prægnantis: quomodo ex vili elemento corpus hominis in diuersas effigies artusq; varietur, & de eodem semine aliud molescat in carnibus, aliud durescat in ossibus, aliud in venis palpitet, & aliud ligetur in neruis &c. Sic nec judicare potes opera Domini, quæ omnia summa prudentia perficit.

VII. *Quid innuit Sapiens verbis illis* v. 7. *Dulce lumen, & delectabile est oculis videre solem &c.?* ℞ Dulcis & grata est hujus vitæ vsura: tamen moriendum est homini, & coram tribunali judicis comparendum, vbi ratio reddenda omnium factorum, omnium neglectorum. Itaq; dum vita, dum opes, dum mille occasiones adsunt, strenuè ijs vtendum, ad fructus quàm plurimos quàm optimos in id tempus colligendos. Incipit enim hîc peroratio seu conclusio totius disputationis de vanitate rerum omnium, & vnica hominis felicitate: quam docet positam esse in DEI timore & cultu, & sobrio ac moderato vsu rerum à DEO concessarum; fugâ verò turpium voluptatum, quæ animum eneruant & corpus corrumpunt.

CAPUT XII.

Vitæ emendatio non differenda usq; in molestam senectutem, cujus plurima grauissimaq; incommoda, & finis amara mors. Altissima Dei creatoris & judicij conseruanda memoria, & timori ac cultui Diuino sedulò incumbendum.

QUæstio I. *Quod est tempus afflictionis*, ANTEQUAM VENIET TEMPUS AFFLICTIONIS v. I.? ℟. S. Hieron. Antequam veniant dies Babylonicæ, ac Romanæ captiuitatis, in quibus non poteris habere voluptatem. Porrò incredibiles Judaicæ captiuitatis siue sub Nabuchodonosore, siue sub Tito Vespasiani filio ærumnæ & calamitates, quas in hanc vsq; diem miseri Judæi perferunt, vulgatissimæ sunt, passim à Prophetis prædictæ, & inculcatæ; at longè ante quasi in tabella ante oculos propositæ, & quasi digito demonstratæ à Moyse Deut. 28. *Tempus afflictionis.*

II. *Quid est, antequam tenebrescat sol &c.* v. 2.? ℟ Hugo Carensis has tenebras ad captiuitatis ergastula & carcerem referri posse arbitratur, antequam, inquit, captiuus detrudaris in carcerem, vbi non videbis neq; solis, neq; lunæ, neq; stellarum lumen. Tenebræ præterea & luminum siue obscuratio, siue exstinctio summæ & incredibilis calamitatis, ex qua nulla euadendi spes affulgeat, symbolum est: ac res ipsa repræsentata in Ægyptiorum tenebris & in filiorum DEI præclara & felici conditione. Vide Ezech. 32. contra Regem Ægypti, *Operiam, cùm extinctus fueris, cœlos; & nigrescere faciam stellas ejus; solem nube tegam, & luna non dabit lumen suum; omnia luminaria cœli mœrere faciam super te &c.* Ergo si lumen cœli dicatur deficere, significat vel diuinum fauorem, & cœleste præsidium denegari; vel si deficiat non tam lumen ipsum, quàm facultas videndi, significat tolli de medio eum, qui communi luce, communibusq; vitæ præsidijs, vt fruatur, indignus est. Quo nihil vtiq; melius ad exprimendam miserandam Judaicæ gentis cladem. *Sol tenebrescens.*

III. *Cur dicit: & reuertantur nubes post pluuiam* v. 2.? ℟ Quia perpetuo quodam malorum imbre, & numquam intermissa calamitatis tempestate obruti, & numquam intermissa calamitatis tempestate jactati sunt Judæi & conflictantur adhuc. Hæc illa etiam est successio miseriarum Joel I. 4. *Residuum erucæ comedit locusta* &c. In quibus bestiolis noxijs Judæorum tum vastationes, tum hostes vastatores cum S. Hieronymo intellige: & plures quidem captiuitates, nimirum tres potissimæ: prima sub rege Joachin Dan. I. secunda sub Jeconia 4. Reg. 24. Tertia sub Sedecia. 4. Reg. 35. Sed illæ Romanorum, vt extremæ, ita & grauissimæ clades, cùm Varus multos Judæorum in bello trucidauit, & duo ferè millia in crucem egit; de quo vide Josephum 2. de bello c. 2. & 3. & cùm tota pene regia vastata est sub Præsidibus Albino & Floro, vt scribit idem Josephus c. 13. 14. & tandem cùm euersa est Jerusalem à Tito, Judæis vniuersis aut cæsis, aut captiuis reuertentibus semper tetris, procellosis malorum nubibus post ingentes imbres, noxiasq; pluuias incredibilium ærumnarum. ita Pineda. *Nubes post pluuiam.*

IV. *Qui custodes domûs commouebuntur* v. 3.? ℟ S. Hieron. intelligit Angelos templi præsides recedentes, & aliò migrantes, vt eo tempore vastationis Jerosolymæ auditum narrat Joseph. de bello Judaico c. 12. quemadmodum etiam commouebantur Cherubini trahentes currum gloriæ DEI aliò migrantis, deserentisq; infidam Synagogam Ezech. I. & 10. Sed quia commotio hæc custodum erat plena timore & tremore, commodè intelligere licet sacerdotes; quippe templi & vasorum templi custodes trementes & pauentes ad hostium aduentum atq; adeo abductos in captiuitatem, quod idem quoq; fortissimis ac lectissimis Judæorum accidit, *nutantibus*, id est, incuruatis, & sub jugum missis, cùm facti sunt hostes ejus in capite, & principes ejus velut arietes non inuenientes pascua, & abierunt absq; fortitudine ante faciem subsequentis. Thren. I. 5. 6. *Custodes domûs commoti.*

V. *Quid illud: otiosæ erunt molentes in minuto numero*, v. 3.? ℟ In summa annonæ caritate non erit molendinorum pistrinorúmve vsus aliquis, id est, consumentur fame, & desertis proprijs domibus, in quibus parata habebant victui necessaria, aliò transferentur, vbi omnia deficient ad vitæ necessaria. Minutum verò illum molentium numerum, Olymp. de ipsis Judæis accipit, qui tamquam in pristrino molentes, graue legis jugum laboriosumq; pertrahunt. Illi ergo propter ædes & famem redigentur ad paucitatem.

VI. *Qui videntes per foramina tenebrescent* v. 3.? ℟ Prophetæ, qui de cœlis solebant visionum suarum lumen accipere, contenebrescent. Videbunt autem per foramina, q. d. per angustas rimas; vix enim libero cœlo & pleno fruentur. Nisi fortè sit periphrasis & graphica descriptio summi cujusdam atq; incredibilis metus eorum, qui non audentes in publicum prodire sese abdunt in obscurissimos angulos, ac vix audent per foramina aspicere. *Prophetæ per foramina videntes*

VII. *Quæ excelsa timebunt & formidabunt in via* v. 5.? ℟ Possunt intelligi excelsa & cœlestia prodigia territura Judæos, qualia illa 2. Machab 5. *Diebus 40. per aëra equites discurrentes, hostes armatos, & cursus equorum per ordines digestos, & congressiones & scutorum motus,* *Excelsa timentia.*

tus, & galeatorum multitudinem, gladijs districtis & telorum jactus &c. Timebant nimirum, quasi ruentes supra se cælestes orbes, & cœlitus decidentes calamitates incredibiles.

Amygdalus floret. VIII. *Quid innuit illud: florebit Amygdalus* v. 5.? ℟ Amygdalus prima inter omnes arbores flores proferens, non incommodè figuram Synagogæ præfert, quæ inter nationes omnes (inquit Hugo Carensis) fidei & virtutum flores prima exhibuit, sed euanuere flores, cùm à vera fide tandem infructuosa defciuit. Decussis ergo infructuosis flore ac frondibus, exaruit, evulsa est, in captiuitatis solum translata

Locusta impinguata. IX. *Quid est:* IMPINGUABITUR LOCUSTA v. 5? ℟ S. Hieron. habet, Nabuchodonosor cum suo exercitu. Non dubium quin hostes propter multitudinem soleant cum locustarum exercitu comparari. Jer. 46. 22. de irruentibus Chaldæis super Ægyptum: multiplicati sunt super locustas, & non est ei numerus. Et Nahum 3. 15. *Multiplicare vt locusta.* Porrò *impinguari locustam*, quid aliud est, quàm hostem deuastasse omnia virentia regni Judaici? ac illud ipsum Deut. 28. 33. *fructus terræ tuæ & omnes labores tuos comedat populus quem ignoras &c.*

X. *Quid est: dissipabitur capparis* v. 5.? ℟ Capparis in locis incultis prouenit, potestq; per illam intelligi cibus, radicesq; vilissimarum herbarum, quibus vix vitæ subueniri possit. Aut licebit cum S. Greg. in c. 39. Job. l. 31. c. 20. per capparim, quæ in locis sterilibus prouenit, Judæorum sterilitatem intelligere; locusta, inquit, impinguata est, quia sicca gentilitatis sterilitas pinguedine est gratiæ cœlestis infusa; capparis dissipatur, quia cùm gratiam fidei vocata gentilitas attigit, Judæa in sua sterilitate remanens, bene viuendi ordinem amisit.

Funiculus argenteus. XI. *Quid vult indicare verbis illis:* ANTEQUAM RUMPATUR FUNICULUS ARGENTEUS &c. v. 6? ℟ S. Hieron. *donec gloria vestra vobiscum.* In argento & auro, quod sequitur, omnia splendida & pretiosa significantur. Minatur Salomon auaris Judæis, & argenti cupidis, vt scindantur à funiculo argenti, & vt rumpatur vinculum, quo cùm pecunijs & diuitijs colligati erant, cùm feliciter agerent, id est, vt in summa inopia & egestate consumantur, vagi & mendici. Deut. 28. 22. 48. quod vt per se ingens supplicium est, tum homini auido & auaro grauissimum. *Et recurrat vitta aurea*, id est, inquit, Hieron. antequam arca testamenti auferatur, siue *vitta*, id est, corona aurea, qua cingebatur Exod. 25. 11. arca verò ablata, & in captiuitatem ducta, translatam censebant gloriam de Israel 1. Reg. 4. 21 Si verò *vitta aurea, & funiculus argenteus* pertineant ad ornamenta pretiosa & cultum corporis exquisitum significabit squallorem, in quo jacet populus Judaicus, quod deplorabat Jeremias: *egressus est à filia Sion omnis decor ejus.*

Hydriæ contritio. XII. *Quid significat contritio hydriæ & rotæ super cisternam* v. 6.? ℟ Significat populi Judaici contritionem, comminutionem, dispersionem, quæ simili translatione significata est ab Isaia 30. 14. *Subitò, dum non speratur, veniet contritio ejus, & comminuetur, sicut conteritur lagena figuli contritione perualida, & non inuenietur de fragmentis ejus testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea.*

QUÆSTIONES EXEGETICÆ IN CANTICUM CANTICORUM SALOMONIS.

CAPUT I.

Colloquium exorditur sponsa, triplici ad sponsum fusa prece, qua primis sex versibus petit omnia salutis suæ & perfectionis primordia, media & summa. Mox sponsus v. 7. votis sponsæ respondens, instruit illam qua via perfectionem assequi possit. Et ante omnia varijs similitudinibus præcipuarum virtutum studia, quæ statum ejus decent, commendat, vsq; ad v. 11. Unde vsq; ad finem capitis mutuis sese laudibus excitant ad ardentiorem amorem.

Canticum Canticorū. Uæstio I. *Quid est Canticum Canticorum*? ℟ Est nobilissimum Canticum, quod est spirituale colloquium inter Christum verum DEum & hominem, & ejus Ecclesiam, & quamcumq; piam animam, quæ membrum est Ecclesiæ, & sponsa Christi: Porrò Christus duplicem hîc gerit personam, & duplex obit munus: vnum sapientissimi Magistri, sublimem fidei, morumq; & sanctitatis doctrinam suæ tradentis discipulæ: alterum amantissimi Sponsi, miris laudibus, gratijs,

gratijs, donis ac fauoribus suam charissimam sponsam prosequentis, eamdemq; extollentis, ornantis & ditantis. Ecclesia vicissim & quæuis anima pia duplicem simili modo, vel potiùs triplicem personam sustinet. Primam discipulæ; secundam sponsæ erga Christum. Tertiam Magistræ vel sociæ erga reliquas animas, quas solet adolescentulas vel filias Jerusalem appellare.

II. *Cujus est vox v. 1.* OSCULETUR ME OSCULO ORIS SUI? ℞. Patriarcharum, ait S. Bern. aut synagogæ ait S. Thom. desiderantis aduentum Christi q. d. Quia Christus toties mihi aduentum suum promisit per Prophetas, ego per tria annorum millia auide & anxiè eum expecto, veniat ergo ipse, & osculetur me osculo oris sui, vt carnem meam, & os meum assumens, per illud mihi loquatur seseq; conjungat, vt qui olim aperuit ora Prophetarum, nunc os suum aperiat. Aut potiùs vox hæc non tam est Synagogæ, quàm Ecclesiæ, quæ est post Christi Incarnationem. Dixit osculetur, id est, osculari me pergat, & hoc osculum amoris sui semper in me adaugeat. *Osculum Christi.*

III. *Quotuplex est hoc osculum Christi?* ℞. Duplex. Physicum, estq; ipsa vnio hypostatica, hæc enim junxit carnem Verbo, hominem DEO, sicut per osculum Sponsus sponsæ jungitur. Unde osculans ait S. Bern. est Deus, osculatus est homo, osculum est vtriusq; vnio, per quam fit vna vtriusq; persona, quæ simul est Deus & homo. Osculum enim castissimum est symbolum cognationis & affinitatis. Unde apud omnes Gentes parentes osculantur filios, fratres, cognatos, affines. Osculum Ethicum siue morale, est affectus & amor intimus, quo Christus Ecclesiæ & animæ fideli arctissimè conjungitur. Osculum symbolum est reconciliationis: cùm enim quis alium offendit, reconciliatur ei per osculum, sicut Pater reconciliatus est filio prodigo Luc. 15. 2dò pacis & concordiæ. 3tiò salutationis & bonæ apprecationis. vnde Apostolus 2. Cor. 13. salutate inuicem in osculo sancto. 4tò amoris & intimæ conjunctionis.

IV. *Quomodo hæc possunt animæ applicari?* ℞. Quadrupliciter. imò de pœnitente q. d. Pater æternus mihi animæ peccatrici; sed jam pœnitenti reconciliari dignetur, atq; osculum pacis, quo omnem offensam abstergat, imò aboleat & deleat, meq; sibi reconciliet, & pristinæ amicitiæ, gratiæq; suæ restuat. 2dò purgati à peccato & justificati petunt osculum Christi, quo scilicet eis Christus spiritum suum inhalat, vt eo à torpore & vetustate, velut Aquila renouentur, & in DEi amore accendantur, sicut qui se mutuò osculantur, halitum, spiritumq; suum sibi mutuò afflant & inspirant. 3tiò Orantes & contemplantes petunt & accipiunt osculum, id est, illuminationes, impulsus & ardores Diuinos Spiritus sancti. Unde S. Amb. l. de Isaac & anima c. 3. Osculum Verbi, ait, est lumen cognitionis sacræ. 4tò Amantes & toti amori Diuino vacantes petunt & impetrant à DEO osculum ardentis & plenæ charitatis. *Osculũ Dei & pœnitentis.* *Dei & justi.* *Dei & amantis.*

V. *Cujus sunt verba v. 1.* QUIA MELIORA SUNT VBERA TUA VINO? ℞. Sponsæ hæc enim dat causam, cur expetierit osculum sponsi, quia scil. experta erat, vel in se, vel in alijs dulcedinem vberum sponsi, q. d quia dulcorem lactis, id est, consolationum spiritualium, à tuo amore quasi vbere manantium gustaui, cùm primitus me ad te allexisti & euocasti; hinc aspiro ad tuum osculum, vt ex eo tuum halitum, spiritum & animam, à qua omnis dulcedo promanat, quasi ex ipso fonte hauriam. Vbera ergo lac dantia, notant amorem dantem consolationes & suauitates mirificas. Duplex vber, est duplex amor: Unus æternus quo Deus in charitate perpetua ab æterno sponsam dilexit. Alter est creatus, in humana sponsi Christi voluntate repositus, inde ad sponsam, materno affectu fouendam à primo Conceptionis suæ instanti velut vber è pectore, vel potiùs è corde erumpens. *Ubera sponsæ meliora vino.*

VI. *Quomodo sponso, vtpote viro tribuuntur vbera, quæ sunt propria fœminarum?* ℞. In Parabolis non nulla dicuntur, quæ non tam parabolæ, quàm rei per parabolam significatæ conveniunt. Vbera ergo non tam corporalia, quàm spiritualia per corporalia, significata accipienda sunt: hisce enim fideles suos pascit Christus. Rursum sicut Scriptura Metaphoras mutuatur ab animalibus, vbi Christum vocat Agnum, Bouem, Leonem; sic etiam mutuatur à fœminis, vt ei det vbera, per quæ significat viscera misericordiæ. *Ubera quomodo dantur Christo.*

VII. *Quis est sensus v. 2.* OLEUM EFFUSUM NOMEN TUUM? ℞. Oleum, id est, vnguentum, seu liquor aromaticus, non compositus ex multis liquoribus, sed vnicum simplicissimum, omnium tamen vnguentorum vim & perfectionem in se continens, est nomen tuum, id est, tu ipse es. Nam solet Scriptura nomen pro re nominata frequenter vsurpare. q. d. Tu mi sponse non solùm es fragranti vnguento delinitus, sed es ipsum vnguentum, ipsamet fragrantia, sicut es ipsamet veritas, & sapientia. Nam hæc omnia tibi non limitatè & emendicatè, seu per accidens, vt hominibus & Angelis, sed necessariò & essentialiter, & sine vllo limite conueniunt. Porrò oleum es effusum liberalissimè in totum corpus in omnes creaturas pro captu cujusq; ; neq; solùm per effectus & dona tua, v. g. per beneficium creationis, conseruationis, cooperationis, justificationis, vel beatificationis cujusq; : sed & per teipsum, & per tuammet essentiam vbiq; præsens, vbiq; effusus es, & in immensum diffusus. Peculiari quoq; ratione Christus Deus homo fuit oleum tum ratione vnionis hypostaticæ, tum ratione perfectissimarum gratiarum omne genus, quibus à Patre vnctus fuit summus Ecclesiæ Pontifex, Propheta, Rex, & Sanctus Sanctorum. *Et effusum* in omnes maximè homines à prima mundi origine, vsq; in æternitatem, *Nomen oleum effusum*

tatem, nempe per gratiam & gloriam, quam singulis promeruit, tamquam omnium redemptor & princeps.

VIII. *Cur dicit* IDEO ADOLESCENTULÆ DILEXERUNT TE? ℟. Hæc tua tam blanda oscula, tam fragrantia vbera, & oleum tam latè, tam liberaliter effusum; tua, inquam, tanta, & tam excellentia beneficia rapiunt in mutuum tui amorem quasuis animas fideles, & addictas tibi, etsi adolescentulas, teneras adhuc & infirmas. Nam instar olei excitant & nutriunt flammam, illuminant, calefaciunt, lassitudinem pellunt, reficiunt, satiant, sanant, oblectant. Et quis tam munificum benefactorem non diligat?

Tractio ad Deum. IX. *Cur dicit sponsa* v. 3. TRAHE ME? ℟. Quia sunt non pauca, quæ miseras animas remorantur subinde & abstrahunt. Sunt carnales voluptates, sunt honores & dignitates, sunt opes & curæ terrenæ, sunt dæmones, sunt concupiscentiæ, & passiones inordinatæ, quibus quasi funibus, compedibus & manicis vincti detinemur; nec ad Deum assurgere, vel accurrere permittimur, aut cum vocatis ad cœnam patrisfamilias venire nolumus. Ad hoc malum arcendum rogat sponsa: *trahe me*: q. d. non me trahat mundus & caro, sed tu solus tua cœlesti ope & gratia: Trahe me, vt olim promisisti, *in funiculis Adam, in vinculis charitatis*, Oseæ 11. 4. Quòd si hæc non sint satis, adde flagella & compelle sequi.

X. *Cur addit*: CURREMUS IN ODOREM VNGUENTORUM TUORUM? ℟. Ego cum alijs zelo meo inductis curremus. Ego & aliæ allectæ & inductæ cælestibus illustrationibus, & pijs deuotionis affectibus, qui quasi cælestes odores signum sunt diuinæ præsentiæ & inuitationis tuæ: & sunt quasi illecebra, qua animas trahis, inquit S. Basilius, & explicat exemplo columbæ cicuris alas habentis vnguento odorifero perunctas, cujus fragrantia aliæ agrestes columbæ ad columbarium pertrahuntur.

Cellaria Dei. XI. *Quid intelligit sponsa verbis illis* v. 3. INTRODUXIT ME REX IN CELLARIA SUA? ℟. Simul atq; votum meum expresseram, voti compotem me fecit dilectus meus: neq; contentus innumeris osculis me excepisse, suoq; diuino pectori appressisse, insuper secum adduxit, attraxitq; *in cellaria sua*; LXX *in cubiculum suum*. Nempe in interiora & abdita, nec cuiuis patentia penetralia, in quibus vel annona recondi, vel thesauri asseruari solent. Et ne putes pauca hæc fuisse, & non adeo pretiosa, memento dilectum meum, regem esse, & Regem omnium Regum, ac proinde omnia ejus repositoria plena fuisse immensis diuitijs ac thesauris. Neq; ad hæc solùm spectanda, sed & ad eadem degustanda me introduxit rex, splendidum mihi inde conuiuium, meisq; sodalibus instruens. Hac metaphora adumbrat sponsa, gratiam & donum supernaturalis contemplationis rerum cælestium, & mysteriorum fidei, & aliorum arcanorum DEI sibi concessum fuisse.

XII. *Quid innuit sponsa illis verbis* v. 3. EXULTABIMUS ET LÆTABIMUR IN TE &c. ℟. Non ampliùs in terrenis sordibus, in creatis delicijs, sed in te solo, vno & summo bono, *memores vberum tuorum*, id est, amorum & blanditiarum, quas è tuo diuino pectore hausimus *super vinum*, sympofia, delicias, omnes alias longè dulciores & gratiores. Quamuis enim conuiuium ipsum, quo nos recreas, non sit perpetuum, sed *rara hora, breuis mora*: tamen memoriam haustarum inde deliciarum: decet esse perpetuam: hoc enim justum est, & summè debitū.

Ecclesia nigra & formosa. XIII. *Quomodo Ecclesia dici potest, nigra & formosa?* ℟. dent passim AA. Ecclesiam Gentium dici nigram ob præcedentem idololatriam & scelera, quibus in gentilismo seruiuit peccato & diabolo, formosam verò per conuersionem & gratiam Christi, qua nigredinem scelerum in baptismo eluit, seq; in sanguine Agni dealbauit. Vel etiam nigra est Ecclesia per persecutionum & passionum turbines, formosam per inuictam animi patientiam & constantiam. Hunc sensum exigit id quod sequitur: *Nolite me considerare quòd fusca sim, quia decolorauit me sol. Filij Matris meæ pugnauerunt contra me.*

Anima nigra & formosa. XIV. *Quomodo anima potest dici nigra & formosa?* ℟. Anima peccatrix & pœnitens, nigra est per culpam, sed formosa per pœnitentiam; nigra per torporem, formosa per feruorem. Vel anima justa nigra est forinsecus ob defectus & culpas veniales, in quas sæpe incidit; formosa verò intrinsecus per gratiam, charitatem, cæterasq; virtutes. Rursum nigra est ob pericula peccandi mortaliter, damnationis & gehennæ: hæc enim pericula suggerunt ei quotidianæ tentationes diaboli, mundi & carnis, ob quæ in humilitate cum timore & tremore salutem suam operatur, ideoq; formosa est; formosam enim eam facit humilitas & timor sanctus, qui proinde eam confirmat, vt tentationibus generosè resistat, itaq; victoriam & salutem ei quasi assecurat, vti docet S. Bern.

Tabernacula Cedar. XV. *Quomodo intelligenda duplex similitudo:* SICUT TABERNACULA CEDAR, SICUT PELLES SALOMONIS? ℟. Potest vtraq; similitudo conjunctim aptari nigredini & formositati, vt sensus sit: sum nigra sed formosa eo modo, quo tam tabernacula Cedar, seu Arabum, quàm pelles operientes tabernacula vel tentoria Salomonis, foris quidem sunt nigra, quia ardore solis exusta, imbribus & puluere oppleta: intus autem sunt formosa, quia pulchro fulgent opificio, auro & margaritis, rebusq; pretiosis abundant. Vel (quod probabilius est, & communiùs apud Patres) diuisim accipiendæ sunt hæ similitudines, vt dicatur, nigra sicut tabernacula

cula Cedar, quæ vndiq; vilia erant, & atra. Quadratq; nomen Cedar, quod tenebræ interpretatur. Formosa verò sicut pelles Salomonis, ejus tabernaculum operientes, quæ ex omni parte pulchræ erant & candidæ, ac regio exornatæ cultu, cùm ejus imperium esset pacificum, & bellorum expers; vnde tentoria solent denigrari. Nisi mauis per pelles intelligere aulæa, vel cortinas pretiosissimas, quibus Salomonis cubile aut lectus operiebatur.

XVI. *Quis est sensus* v. 5. NOLITE ME CONSIDERARE, QUOD FUSCA SIM, QUIA DECOLORAVIT ME SOL? ℞ O filiæ Jerusalem nolite plus nimiò considerare, quòd fusca sim, & ob hoc turbari & scandalizari, vel me despicere: hæc enim nigredo non est mihi jam voluntaria, nec ego elegi aut volui eam, sed eam quasi invita patior, decolorauit enim & denigrauit me sol, id est, vis illa ignea malæ concupiscentiæ, & fomitis à capite humani generis in me transfusa, cujus ardentibus cupiditatibus, quasi solis quodam æstu sum adusta & denigrata. Decoloratio verò ista solùm est in superficie & cute externa, hoc est in carne mea ad malum propensa, intus tamen in spiritu integra manet, & intacta pulchritudo. Sed quoniam totum hoc ex justa DEi permissione processit, etiam per solem rectè intelligi potest ipse DEus; q. d. Non est, cur me despiciatis, aut putetis me DEo inuisam, & deformem coram ipso, nam ipsemet sol justitiæ me decolorauit. Siquidem cùm posset per Baptismum auferre hanc carnis rebellionem, sicut abstulit culpam, noluit tamen, vt ego apparens nigra, humilior essem & cautior, ac solicitior, meamq; salutem cum timore & tremore operari satagerem, & securiùs conseruarem. *Sol decolorans.*

XVII. *Quis est sensus verborum*: FILII MATRIS MEÆ PUGNAVERUNT CONTRA ME? ℞ Pars Ecclesiæ quæ formosa est, & bonos ac electos continet, de altera quæ nigra est, & peccatores aggregat, conqueritur. Filios matris suæ vocat peccatores, qui fratres sunt justorum, quatenus ad eamdem spectant Ecclesiam Catholicam, eamdem fidem & legem profitentes, cæterum diuersum habent patrem. Nam justi filij sunt DEi, peccatores verò diaboli. Diaboli autem est persequi justos DEi filios, occidere eorum animas, auferendo ab illis gratiam, & sanctimoniam, quæ per peccatores exequi curat, illiq; à Diabolo agitati pugnare non cessant contra Ecclesiam, & sortem justorum: vt prauis exemplis, aut contumeliosis vel iniquis operibus, eam denigrent omnino, sicut ipsi nigri sunt; sed præualere non poterunt contra eam, semper enim sunt multi, qui ex hac pugna formosiores & illustriores euadent, DEo pro ipsis pugnante & auxiliante.

XVIII. *Quo sensu queritur sponsa* v. 5. POSUERUNT ME CUSTODEM IN VINEIS &c. ℞ Præfecerunt me culturæ & custodiæ vinearum, id est, regimini animarum q. d. Non permiserunt me quietam contemplationi vacare intra regis sponsi mei cellaria; sed jusserunt, DEo sic volente, in villis & vineis curam haberem necessariæ œconomiæ & disciplinæ, vt nihil cuipiam deesset seu pabuli, seu tegminis, seu rerum aliarum necessariarum. His ego dum consultum eo, dum suum cuiq; domesticorum consigno dimensum, sua cuiq; gregi pascua decerno, suas à quouis operas exigo; ecce tibi & deforis vicinos sodales mihi subitò hostes, & ab intus domesticos omnes rebelles, & in me consurgentes, calumnijs, contumelijs omnia miscentes. Ego pertæsa molestiarum, victa tœdio tam grauis, tam ingrati muneris, deserui, fateor, stationem meam, & custodiam vineæ mihi commissæ, & ad te recurro.

XIX. *Quid sponsa intelligit per meridiem* v. 6. INDICA MIHI, QUEM DILIGIT ANIMA MEA, UBI PASCAS, UBI CUBES IN MERIDIE? ℞ Nomen *meridies* in scriptura vsurpatur, & in bonum & in malum. In bonum quidem ad significandam magnitudinem lucis ac ardoris, quem sol justitiæ efficit in justis, maximè in valde perfectis. In malum verò ad denotandam acerbitatem, quam sol concupiscentiæ, & æstus tribulationis & persecutionis efficit in hominibus. Utroq; autem modo sumi potest in hac deprecatione. Posteriorem probant Cassiodorus, Beda & S. Greg. qui de ardore vitiorum meridiem interpretatur. Sicut igitur pastores, à quibus hæc metaphora desumitur, in meridie, quando solis æstus valde vrget, quærunt locum vmbrosum, vbi se tueantur, & oues, ne lædantur à solis ardoribus: ita pia anima tentationibus & persecutionibus vexata vmbram diuinæ protectionis petit & quærit, ne ab illis opprimatur. Deposcit etiam donum assiduæ contemplationis & perfectissimæ dilectionis Dei, quo possit simul cum Christo in sinu æterni Patris continuò cubare, & nihilominus exemplo & ope illius sine suo detrimento pascere quoq; commissos sibi greges.

XX. *Quid innuit sponsus verbis illis* v. 7. SI IGNORAS TE, ô PULCHERRIMA INTER MULIERES, EGREDERE, ET ABI POST VESTIGIA GREGUM &c? ℞ Si ignoras te, id est, tuam pulchritudinem, pulchrumq; tabernaculum, in quo pasco & cubo in meridie, quia tuum tabernaculum pariter meum est; vbi enim est sponsa, ibi est & sponsus; vbi est Ecclesia, ibi est Christus. Quare si idipsum ignoras, egredere & abi post vestigia gregum & fidelium tuorum: tui enim greges, mei quoq; sunt; atq; vbi greges mei sunt, ibi sum quoq; ego eorum fidus & indiuiduus pastor. *Et pasce hœdos tuos juxta tabernacula pastorum*, puta Apostolorum & Doctorum: illos ego enim tibi præsides præfeci & magistros constitui, atq; ego in medio ipsorum versor & dego, vti dum viuerem in medio ipsorum à parentibus meis inuentus sum in templo. *Vestigia gregum.*

plo. Quare per hosce pastores ego severâ doctrinâ pascam, & in omni solis, id est, persecutionis ardore solabor & protegam: hos si sequaris, non incipies vagari, nec incides in meos sodales, id est; æmulos & riuales Hæreticos cæterorumq; errorum Magistros. Ita S. Athan. in synopsi, qui rectè notat causam ignorationis sponsæ, cur scil. illa ignoret ubi sponsus cubet in meridie, esse, quòd ipsa ignoret se ipsam, suamq; pulchritudinem; quare eam introspiciat, atq; in ea sponsum inueniet.

Equitatus in curribus Pharaonis.

XXI. *Quid indicant verba* v. 8. EQUITATUI MEO IN CURRIBUS PHARAONIS ASSIMILAVI TE? ℟ Non est, quod timeas, aut cadas animo, ego te vsq; eò roboraui, vt similis sis equitatui meo, putà nobiliori parti cœlestis exercitûs mei, *in curribus*, seu inter currus Pharaonis, id est, omnes currus Pharaonis in mari rubro debellantis & destruentis. Ita Amb. Nyssen. & ferè antiquiores. Sic infra c. 6. dicitur: Terribilis sicut castrorum acies ordinata, & c. 7. *Chori castrorum*. En quanta virtus, quantum robur, *quanta acies*, inquit S. Bern. Serm. 39. in Cantica, *in vna anima tam sancta, quanta in affectionibus ordinatio, quanta in moribus disciplina, quanta in orationibus armatura, quantus in zelo terror, quanta conflictuum assiduitas*, quanta deniq; *numerositas triumphorum*. Sed ad hos obtinendos necessarium prorsus sponsæ, vt instar equitatus bene instructi, ad rectorem & ducem suum continuò attendat, hunc vnum audiat, & ad minimum fræni motum, imò nutum, se in omnem partem inflectat, inquit Origenes.

Genæ pulchræ vt turturis.

XXII. *Cur genas vocat pulchras, vt turturis*. v. 9.? ℟ Quia genæ sunt quasi sedes pudoris, verecundiæ, & erubescentiæ, aut signa & testes illius. Cùm enim de aliquo facto vel audito verecundamur, intus alteratur corpus, & sanguis, vnde rubor in genis apparet foris. Erubuit autem sponsa ob laudes à sponso auditas. Comparantur autem genæ turturi, quia turtur est symbolum pudicitiæ, quia siue mas siue fœmina alio conjuge vita functo, quod reliquum est vitæ quasi in perpetuo cælibatu viuit, sola degit, per solitudines volitat, eaq; omnia facit, quæ ad luctum spectare videantur. Unde & pro cantu gemitum habet.

Colli monile obedientia.

XXIII. *Quod est colli monile*? ℟ Collo, quod oneri & jugo æquè ac capiti subjicitur significatur subjectio & obedientia Ecclesiæ, qua Christo sponso, deniq; legibus per omnia obedit, quæ eam non tam grauat quàm ornat, vti monile, juxta illud Prov. 1. 8. *Audi, fili mi disciplinam Patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.* Hinc sicut collum non est rigidum, sed tortile & versatile in omnes partes, quò caput jusserit, ideoq; rotundum, sic & obediens, agilis & versatilis est, ad omnia opera, quæ superior præceperit.

Murenulæ aureæ.

XXIV *Quæ sunt murenulæ aureæ, vermiculatæ argento* v. 10.? ℟ Murenula (teste S. Hieron. quem Cassiodorus, Beda, Rupertus & alij sequuntur) ornamentum est muliebre, ad similitudinem murenæ piscis à collo in pectus vsq; dependens. At S. Bern. Anselm. & alij dicunt esse inaures, quibus mulierum aures ornantur; vocatur autem vermiculatum opus, quod per quasdam minutas particulas, quæ in Hebræo dicuntur puncta, elaboratur, vt in modum vermium, vel lumbricorum sint intersectæ & intertextæ. Cùm autem sunt argenteæ opus fit gratius & pulchrius ex majori splendore albentis argenti super auro flauo. Significat ornamenta spiritualia ex auro charitatis & obedientiæ, argento pudicitiæ & humilitatis, & gemmis donorum Spiritus Sancti miro ordine & arte à Deo fabricata: quibus sponsa vt humilior, & alijs virtutibus auctior, & ad omnes functiones tam actiuæ quàm contemplatiuæ vitæ promptior, ita & in se sanctior & pulchrior, omnibusq; gratior euasit.

XXV. *Quæ est nardus* v. 11.? ℟ Est herba aromatica suauem odorem efflans, diuq; retinens. Vim habet calefaciendi, & exiccandi, & antidotis mixta plures morbos sanat. Ex illa fit pretiosum vnguentum odoratissimum, & maximè calidum, præcipuè illud, quod ex spicis, in quas nardus desinit, conficitur, & nardi spicati pretiosi à S. Marco c. 14. v. 13. vocatur, quo in conuiuijs olim conuiuæ vngi solebant: ex cujus folijs coronæ fiebant in summo pretio habitæ. Quare symbolum est gratiæ ac virtutum ipsam comitantium; quæ animam spiritualiter vngunt & coronant, & famam boni odoris spargunt. Sed tunc maximè dicuntur suum spirare odorem, quando proprios effectus & actus producunt.

Nardus dans odorem.

XXVI. *Quis est sensus verborum*: CUM ESSET REX IN ACCUBITU SUO, NARDUS MEA DEDIT ODOREM SUUM? ℟ Duplex potest esse sensus. Prior de præclaris virtutibus ipsius sponsi & regis in accubitu suo existentis, vbi vnguento nardino pretiosissimo delibutus gratissimum spirabat odorem. Ipse autem Christus (vt notat Orig. & alij) à sponsa præ nimia amoris teneritudine vocatur nardus mea, sicut statim vocatur fasciculus myrrhæ & botrus Cypri. q. d. Sponsus, qui est nardus mea, dedit fragrantissimum odorem suum, cujus me fecit esse participem. Posterior verò sensus & communior est de virtutibus animæ contemplantis regem in accubitu suo, in cujus præsentia constituta nardus virtutum fragrantiores & ardentiores producit effectus.

Accubitus sponsi.

XXVII. *Quis est thalamus seu accubitus sponsi?* ℟. Est multiplex. Primus est æternus in sinu cælestis Patris. Secundus temporaneus in vtero B. Virginis, cùm Verbum Caro factum fuit,

fuit, inquit S. Amb. Tertius in præsepio Bethlehemitico. 4tus in cruce & sepulchro. 5tus ad dexteram Patris in cælo empyreo. 6tus in SSma Eucharistia. 7mus in anima quauis pia & sancta, in qua per gratiam requiescit & deliciatur, inquit Nyssenus, Anselm. & alij Patres. In omni hoc sponsi accubitu diligentissimè curabat sponsa oblectare sponsum nardo sua odorifera virtutum.

XXVIII. *Quo sensu dicit sponsa de sponso* v. 12. FASCICULUS MYRRHÆ DILECTUS MEUS MIHI? ℟. Sponsus meus, qui sibi fuit perpetuus fascis afflictionum, dolorum & laborum, myrrhæ amarissimæ quidem, & suauissimè olentis, & à corruptione omnia vindicantis, hanc mihi gratiam præstat, vt & mihi sit saltem fasciculus myrrhæ, per communicationem aliquorum similium laborum & dolorum, seu ab ipso immissorum, seu studio mortificandi & abnegandi meipsum in functionibus vitæ actiuæ vltrò susceptorum, quos amore ipsius & in honorem ipsius libentissimè fero, accepto & ambabus vlnis amplector, & instar rei pretiosissimæ mihiq; charissimæ & saluberrimæ, inter vbera mea repono, vt in intimo penetrali cordis mei perpetuò commorentur & asseruentur: neq; enim alium nosse volo JESUM, nisi crucifixum. Hæc myrrha me purgabit ab omni vitiorum contagione, & præseruabit à corruptione, & redolere faciet coram DEO & hominibus, & me sponso meo acceptissimam reddet. *Fasciculus myrrhæ.*

XXIX. *Quis est botrus Cypri* v. 13.? ℟. In Hebræo dicitur *Copher*, seu botrus balsami, id est arboris, quæ liquorem balsami efflat, cujus fertilis est & ferax campus Engaddi, vt S. Hieronymus testatur. Est autem arbor balsami, teste Plinio, instar vitis & botros quodammodo profert, qui in ipsa etiam arbore sunt odoratissimi. Opobalsimum autem, seu gutta aut lacryma, quam sudat tum sponte, tum per incisionem, odoris suauitate, omnibus aliis aromatibus præfertur, corruptioni resistit, roborat, curat vulnera & alia bona præstat. Vel etiam botrus Cypri, id est, arboris, quæ dicitur Cyprus, latinè ligustrum, cujus etiam meminit Plinius l. 12. c. 24. Et est flore candido, cincinnorum instar pendente, comâ odoratissimâ, folio instar oleæ, vnde vnguentum fit Cyprinum ad multa accommodatissimum. Nascitur autem hæc arbor in vineis Engaddi, & quia flos ejus similitudinem habet cum botro vuæ, eò quòd sicut iste plura continet grana, ita ille plures continet flosculos, eodem modo dispositos, ideo botrus Cypri appellatur. Aut etiam sensus est de botro vitis, qui vocatur Cypri, vt indicet loqui, non de quouis botro vuæ, sed de excellentissimo ac electissimo, quales sunt botri insulæ Cypri, cujus vinum laudatissimum, dicit Plin. l. 14. c. 2. inter transmarina. Dicitur ergo botrus Cypri non quasi ibi natus, vel inde allatus, sed quia similitudine & suauitate Cyprios botros refert; aut fortè quia referebat saporem & odorem Cypri arboris, quæ in vineis Engaddi multa erat. *Botrus Cypri.*

XXX. *Quid sponsa hac metaphora significat?* ℟. Tenerum sponsi sui erga se affectum, & cor non solùm paternum, sed etiam verè maternum, vtpote cui velit esse non solùm fasciculus myrrhæ per amaros actus vitæ actiuæ, sed etiam vinum nobilissimum ex suauissimis botris vitæ contemplatiuæ. Tantùm decerpat hos botros è septuplici vineto, vbi crescere eos vidimus v. 11. decerpat, inquam, & exprimat diuinum liquorem, & cælesti nectare, se se exhilaret, pascat, & inebriet. Porrò in hac vtraq; via sponsus præcellere vult dilectam, vnde & mox ex operibus vtriusq; simul junctis mirificè de nouo illam commendat, dum subdit: *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es.* Pulchra per sublimem contemplationem, & strenuam actionem.

XXXI. *Qui sunt oculi columbarum* v. 14.? ℟. Non impuri, non elati, non gyrouagi, non duplices, aut simulati, sicut oculi vulpium, quæ in vnum latus videntur aspicere, & ad aliud oppositum aciem dirigunt; sed casti, humiles, simplices & sinceri. Et designant intellectum sponsæ cælesti lumine fidei & sapientiæ perfusum. Intellectum speculatiuum & practicum inquit S. Amb. Ille videt mystica & contemplando penetrat arcana DEI: hic moralia & agenda ordinat, ac voluntati proponit, vt ea intendat & prosequatur. *Oculi columbarum.*

XXXII. *Cur Sponsa laudata omnem laudem in Sponsum reciprocat & reflectit* v. 15. ECCE TU PULCHER ES, DILECTE MI ET DECORUS? ℟. Fatetur se ab ipso omnem suam pulchritudinem, hoc est, remissionem peccatorum, justitiam, gratiam, puritatem, bene operandi merendiq; efficaciam accepisse. q. d. Laudes meas eximias à te, ô Sponse, cum rubore audio, sed ego te solùm illis maximè dignum judico. Si quid enim in me est pulchritudinis & justitiæ, gratuitum donum est, & ab inexhausto pulchritudinis & justitiæ, ac bonitatis tuæ fonte in me deductum, atq; collatum. Tu namq; per te solus pulcher es, & nunc maximè resumpto immortali corpore decorus. Imò verò ipsummet es pulchrum, extra aleam pulchrorum omnium positum, paternæ gloriæ refulgentia, & substantiæ expressa idea, cujus participatione quæcumq; pulchra sunt, pulchro potiùs similia, quàm pulchra dicenda esse videantur. Sic S. Greg. Cassiod. Beda, Anselmus, qui Christum ajunt pulchrum in diuinitate, decorum in humanitate.

XXXIII. *Quis est lectulus floridus* v. 15.? ℟. Mens sancta, casta, & studio virtutum dedita: quæ flores & fructus bonorum operum progerminat, quare ipsa est decora per ornamenta virtutum, & odorifera exemplis sanctarum actionum. Lectulus hic est *vmbrosus*, vt vertunt LXX, quia mens sancta sub umbra Christi in se habitantis secura *Lectulus floridus.*

degit, ne vratur vel ardore tentationis, vel algore corporis, vel æstu nimij feruoris, quare illi fidenter dicit: *in vmbra tua viuemus in Gentibus* Thren. 4. Nam sola mens sancta in Christo defixa veram habet quietem, quia mens concupiscentijs dedita, illarum æstibus fluctuat, & mille perturbationum ventis agitatur juxta illud Isa. 57. 20. *Impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus ejus in conculcationem, & lutum.*

Tigna domorum cedrina. XXXIV. *Quæ sunt tigna domorum cedrina & laquearia cypressina* v. 16. ? ℟. Tigna cedrina sunt virtutes fidei, spei, charitatis & aliæ ad salutem necessariæ, inquit S. Bern. quibus tamquam trabibus & tignis fulciuntur domus nostræ, nempe intellectus, voluntas, memoria, in quibus Deus vnà nobiscum, vt in templis & domibus suis inhabitat; cedrinæ sint, id est, instar cedrinarum trabium solidæ, firmæ, vermium & corruptionis nesciæ *Et laquearia nostra*, id est, virtutes supererogationis, vt sunt consilia Euangelica, salubria perfectionis monita, & gratiæ gratis datæ, quæ seruiunt ad ornandam animam, *cypressina sint*, id est, ex simili notæ venustatis & firmitudinis ligno, non aspera, non hiulca, non cariosa, non fœtida, sed odorifera & fragrantia. ita S. Bernard. Serm. 46. in Cant.

CAPUT II.

De singulari præcellentia sponsi & sponsæ super cæteros homines: de supremo gradu contemplationis & amoris DEI, ad quem sponsa euehitur per sponsum: de multiplici aduentu DEI, & præsentia inter homines; & de signis, quæ quemq; præcedunt & comitantur: de vocatione DEI ad diuersos virtutum gradus & status: de persecutoribus sponsæ seu Ecclesiæ, & hujus felici progressu usq; ad finem sæculi.

Flos campi Christus. QUæstio I. *Cur Christus dicitur* FLOS CAMPI ? ℟. Quia sicut flos est ornamentum campi, sic Christus mundi, idq; ita est flos, decusq; mundi, vt in se omnium florum, decorumq; speciem, amplitudinem, & præstantiam contineat. Flos numquam marcescens, cujus pulchritudo numquam deficit, numquam minuitur odor, numquam deperit vigor, æquè semper candidus, & rubicundus, æquè semper odoriferus, æquè plenus gratiâ & veritate. ita Titelmannus. Flos campi multus & multiplex est, nec horto concluditur, sed omnibus carpendus fouendusq; exponitur. Sic & Christus. Unde Alanus: Campus dicitur humana Christi natura: sicut enim in campo florum pullulat varietas: sic in humana Christi natura virtutum pluralitas In ea fuit viola humilitatis, patientiæ rosa, lilium castitatis. Sicut flos in campo sponte prouenit sine semine, sine aratione, sic & Christus ex Virgine natus est sine opera viri; sicut ergo flos in cælo solem patrem, in terra plantam habet matrem: sic Christo Pater in cælo est DEus, in solo Mater Virgo. Et sicut calore solis, & defluxu roris gignuntur flores; sic sine viri opera, Spiritu sancto inumbrante, & rore diuinæ gratiæ defluente flos iste Jessæus prodijt.

Lilii Conuallium. II. *Cur Christus dicitur lilium Conuallium* ? ℟. Lilium teste Pierio l. 55. c. de lilio, vocabatur flos regius, à regia quâ præstat celsitudine, & quia copioso indiget humore, in vallibus vberius prouenit, quàm in campis vel montibus. Est autem candidissimum in frondibus, aureum verò colorem prominentem habet in flosculis, qui intra folia includuntur. Est etiam nimis odoriferum, valde expansum, sed aliquantulum incuruum. Quare appositissimè Christus assimilatur lilio, quia candidus est in humanitate, aureus in Deitate intra illam, inclusa, odoriferus in prædicatione, expansus in charitate ad suscipiendos peccatores pœnitentes, incurvus in humilitate, condescendendo miseris & infirmis, vt subleuet illos. Et sicut lilium sex habet folia candida, & sex flosculos aureos; ita Christus DEus & homo omnes perfectiones & virtutes, quæ in hominibus & Angelis, & in reliquis creaturis sex diebus efformatis inueniuntur, eminentissimè comprehendit. Dicitur autem lilium conuallium, quia propter nos ab altissimo cœlorum throno in hanc infimam vallem mundi descendit. Aut etiam quia ex humilibus parentibus ortus. Nam etsi Progenitores priùs fuerint insignes Reges, pauperem tamen ex eis elegit matrem, humili fabro Joseph desponsatam, vel etiam fuit Lilium convallium, cùm descendit in limbum, vt Patribus ibi detentis gloriam & lætitiam præstaret, inde tamen exiens nobis, se pulchrius exhibuit lilium: nam qui flos campi fuit in incarnatione, & passione, factus est lilium in resurrectione candidum foris propter gratiam corporis, aureum verò intus propter fulgorem animæ; ante resurrectionem erat lilium quasi clausum, post passionem autem, per quam gloria & honore coronatus est, fuit lilium repandum, dum in assumpta humanitate potentiam diuinæ claritatis, quam apud Patrem habuit, priusquam mundus fieret, nobis manifestauit.

Lilii inter spinas. III *De quo loquitur Sponsus* v. 2. SICUT LILIUM INTER SPINAS, SIC AMICA MEA INTER FILIAS ? ℟. De Ecclesia & anima sancta. Sicut lilium enascitur, vigetq; inter spinas, sic Ecclesia viget floretq, in medio hæreticorum & malorum Christianorum, qui illam velut spinæ

spinæ pungunt & lacerant; sed ipsa nihilominus velut lilium in suo candore, odore, & splendore doctrinæ, & sanctitatis permanet, imò inter persecutiones majori odore & fulgore famæ coruscat. ita S. Greg & alij. Nyssenus hom. 4. de Anima sancta sic explicat: Sicut lilium inter spinas nascitur & efflorescit, sic anima sancta inter tribulationes in virtute crescit, magis resplendet. Et S. Amb. de instit. Virg. c. 14. Christus, ait, erat lilium in medio spinarum, quando erat in medio Judæorum, qui illum calumniati sunt, accusarunt & crucifixerunt. Sui ergo exemplo excitat fideles, vt persecutiones & tribulationes quaslibet forti animo tolerantes superent.

IV. *Cur Sponsa comparat sponsum arbori malo* v. 3. ? ℞. Verum est, sponsus de se, qui sapientia est æterni Patris, dicit Eccl. 24. v. 17. *Quasi Cedrus exaltata sum in Libano, & quasi Cypressus in monte Sion. Quasi palma exaltata sum in Cades, quasi oliua speciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum juxta aquas.* Sponsa tamen non his proceris arboribus, sed paruæ malo eum assimilauit. Fateor inquit S. Bern. serm. 48. in Cant. parua laus, quoniam parui laus. Non enim hoc loco prædicatur magnus Dominus, & laudabilis nimis, sed paruus Dominus & amabilis nimis. Paruulus vtiq; qui natus est nobis. Ergo non majestas attollitur hic, sed commendatur humilitas. Adde etiam commendatur & charitas, nam sic DEus dilexit nos, vt humilis & paruulus fieret propter nos. Erat apud antiquos arbor malus hieroglyphicum amoris, eò quòd jucundus esset pomorum ejus gustatus & aspectus: amores natos esse dicebant sub malo, sub ea lusitare amantes, malis se petere & donare: vnde paulò pòst sponsa subjungit, *stipate me malis, quia amore amore langueo.* & c. 8. v. 5. *Sub arbore malo suscitaui te.* Id est, cœpi te amare. Comparat ergo sponsa dilectum suum arbori malo, propter nimium sui erga eum amorem, vel potiùs propter immensam ipsius sponsi erga ipsam dilectionem, qua in mundo apparere voluit, tamquam arbor malus inter ligna syluarum, homo inter filios hominum, quos lignis syluestribus aptissimè comparat. *Arbor malus.*

V. *Quid sponsa vocat umbram ejus, quem desideraverat* v. 3 ? ℞ Antiqua Ecclesia expectans Messiam sedebat sub quibusdam vmbris nimis densis & opacis, scilicet sub varijs figuris, ceremonijs & sacrificijs, quæ hunc aduentum adumbrabant, & fide quadam valde obscura detegebant. Sed hæc cuncta erant quasi ligna syluarum infructifera, quia nullum salutis fructum efficiebant, sed tantùm vmbram ipsius. Non enim conferebant gratiam & sanctitatem, sed tantùm significabant eam, quæ per Christum conferenda erat. Heb. 10 v. 1. Christus autem est salutifera vmbra, sub qua quiescit Ecclesia. Umbra hæc triplex inuoluit mysterium & sensum: primum & potissimum est ipsa diuini Verbi incarnatio. Nam sicut lucis ad corpus accessu vmbra gignitur, sic Verbum diuinum, quod est lux vera & immensum lumen, humano corpori se in vtero Virgineo vniens, cui virtus altissimi obumbrauit, vmbram mirabilem fecit, quam vocamus mysterium incarnationis. Unde ipsa etiam humanitas & caro Christi vocatur vmbra, quia infinitum Deitatis splendorem obumbrauit, seu temperauit, vt nostro conspectui aptus redderetur, sicut cùm sol per nubem raram conspicitur, de qua dixerat Isaias; *Ecce Dominus ascendet super nubem leuem.* Deinde vmbra dicitur non tam ipsa naturarum conjunctio, quàm virtus & effectus ejus, in quo diuinitatis Christi majestas & potentia relucet. Ut sicut vmbra est effectus corporis ante solem positi & vtriusq; signum: Sic vmbra Christi sit quodcumq; ejus mirabile opus & prodigium ab ipsius humanitate diuino Verbo vnita procedens, in quo vtriusq; virtus manifestatur, licet per fidem obscuram, & vmbrosam, fide tamen antiqua clariorem. Deniq. Christi vmbra est protectio illius, sub qua vniuersum genus humanum securè potest requiescere. De hac Isa. 51. v. 16. *Sub vmbra manus tuæ protexi te, vt plantes cœlos nouos & terram nouam.* Et Oseæ 14. 8. *Conuertentur sedentes sub umbra ejus.* *Umbra Christus.*

VI. *Qui sunt fructus dulces gutturi sedentiū sub vmbra Christi?* ℞ Ipsa contemplatio, quæ sessio sub vmbra dicitur, dulcissima est, imò vt ait S. Greg. Hom. 14. in Ezech. est amabilis dulcedo omnem aliam dulcedinem superans. Cujus rationem dat S. Thom. quia non solùm dulcis est ipse contemplandi actus, sed quia circa DEum summè dilectum versatur. Visio autem & cogitatio de re nimis dilecta parit magnam voluptatem. Et præterea contemplatio teneros & deuotos, dulcesq; gignit internos affectus, quibus satiatur anima, quæ nec diu posset sub vmbra sedere, nisi fructus inuenisset, qui eam oblectarent, sicut etiam nec fructus hos inueniret, nisi sub vmbra constanter sedisset. *Fructus sedentiū sub vmbra Christi.*

VII. *Quæ est cella vinaria* v. 4. ? ℞ Est domus ac studium orationis & contemplationis: in ea enim DEus proponit fiedelibus vinum consolationis, exultationis, amoris & feruoris diuini. ita S. Greg. S Bern. & alij. *Quid enim*, inquit S. Greg. per cellam vinariam congruentiùs, quàm ipsam arcanam æternitatis contemplationem accipimus? in hac æternitate Angeli Sancti vino sapientiæ inebriantur, dum ipsum DEum facie ad faciem videntes, omni voluptate spirituali, satiantur. Hanc sancta mens, si à sponso introducatur, postpositis omnibus temporalibus intrat, in qua ex illis Angelicis delicijs, quantum sibi conceditur, gustat. Etsi adhuc, quia in corpore corruptibili detinetur, se perfectè non satiat, tamen ex illo minimo, quod cursim sumit, considerat, quantum debeat *amare, quod amat.* Porrò vinum quod in cella DEI bibitur, est charitas *Cella vinaria.*

ritas & amor, inquit Guiliel. Hoc vino nihil castius, sapidius, calidius; castius quia quò magis bibitur, eò magis exstinguit sitim concupiscentiæ; sapidius, quia præbet gustum, quàm suauis sit Dominus & ideo lætificat cor hominis; calidius, quia velut ignis mentes piorum inflammat, renes vrit & corda, potenter inebriat animam, & vsq; ad obliuionem sui inducit, planè tales ebriosi regnum DEi possidebunt. Hæc ille.

VIII. *De qua charitate loquitur v. 4. dicens:* ORDINAVIT IN ME CHARITATEM? ℞ Et suæ erga me, qua me sibi subjiceret: & meæ erga se, qua me meaq; omnia in se raperet ac transferret. Prior est ipsa contemplationis essentia & radix: posterior, potissimus ejus fructus. Ad priorem pertinent omnia DEi attributa & perfectiones, diuina beneficia tum generalia, tum particularis, internæ collustrationes & excitationes &c. In posteriorem coeunt virtutes omnes & vires animi & corporis, certantq; omnibus quibusq; actibus, artibus & modis hominem totum & omnia creata in DEum transferre, DEum demereri, DEum oblectare: & quidem tanto studio, contentione & pertinacia amoris, vt etiam languidæ, exhaustæ, & eneruatæ nolint tamen vel tantillum remittere.

Floribus & malis petit sponsa fulciri.

IX. *Qui sunt flores & mala, quibus se fulciri petit sponsa* v. 5.? ℞ Verba & exempla, dicta & facta ipsius Christi, quorum jugis meditatio & feruens imitatio magnum solatium & fulcimentum præstat ijs, qui ipsum ardenter amant, quamdiu in hoc exilio ejus absentiam patiuntur: & quia frequentes sunt angustiæ & tribulationes, nec non & occasiones remittendi spiritûs feruorem, magnam horum florum & pomorum copiam præ manibus habere desiderant, ne vllo modo deficiant aut tepescant. Hæ sunt duo potissimùm fulcimenta charitatis, ne deficiat & pereat, quæ per flores & mala significantur, nempe orationem & operationem, siue meditationem Christi, & ejus imitationem: quæ si auferas, statim incipiet charitas tepescere, & feruor spiritûs diminui. Utraq; autem necessaria est, quia vna alteram fulcit, & altera sublata languescit, ideoq; neutra se sola integrum fulcimentum animæ præstat. Nam (vt ait S. Greg. l. 18. Mor. c. 5.) valde apud DEum vtraq; hæc sibi necessariò congruunt, vt & oratione operatio, & operatione fulciatur oratio Unde & Jer. Thren. 3. 41. ait: *Leuemus corda nostra cum manibus ad DEum in cælos.* Corda autem cum manibus leuat, qui orationem suam operibus roborat: namq; quisquis orat, sed operari dissimulat, cor leuat, & manus non leuat: quisquis verò operatur & non orat, manus leuat, & cor non leuat. Hæc S. Greg.

Laua & dextera sponsi.

X. *Quæ est læua & quæ dextera sponsi* v. 6.? ℞ Origenes & S. Bern. Per læuam intelligunt humanitatem Christi, & quæcumq; pro nobis in carne seu egit seu passus est, quibus anima solidè sustentatur, fulcitur, & erigitur, ne cadat: per dexteram verò ejusdem diuinitatem, & omnia quæ ad ejus gloriam & majestatem spectant: quibus suauissimè regitur, protegitur & recreatur anima, atq; ita cum amante vnitur, vt ipsum intra sua viscera recipiat; vel potiùs à se ipsa diuulsa, tota in DEum abeat, & tota sit intra DEum, vnum quid cum ipso effecta, & cæterorum omnium oblita, in ipso vno requiescat, ipsum vnum intuens, vnum diligens, ipso vno fruens.

Saltus sponsi.

XI. *Cur videndum se prabet sponsus non vt est in se, sed sub alienis figuris & similitudinibus, capreæ binnuliq; ceruorum,* id est, rerum pulcherrimarum, gratissimarumq; nec constanter & permanenter sed per saltus & interruptè v. 8.? ℞ Designatur modica, obscura, instabilis in hac vita mortali, nostra diuinæ majestatis contemplatio inquit Greg. Nyssenus hom 5. in Cant. Designantur 2dò multiplices voces & signa aduentûs sponsi tum in mundum, tum in animam. Primum ejus aduentum in carnem & vterum Virginis præcesserunt tot figuræ, tot oracula, tot suspiria Patrum, ac præcipuè Joannis Baptistæ vocis clamantis in deserto. Secundum aduentum in Pentecoste, ventus vehemens, & linguæ igneæ. Tertium, in Sacramentum Eucharistiæ, per voces consecrationis. Quartum in animam hominis, per justificationem, *vox Domini præparantis cervos &c.* ps. 28. v. 9. Quintum adventum ad judicium particulare, præcedent signa, quæ cap. vlt; Ecclesiastæ describuntur. Ad vltimum verò judicium & generale præcedent signa in sole & luna &c. Deniq; designantur diuersi saltus mystici, seu eximia opera, quæ sponsus noster in singulis suis aduentibus egit, quæ quia valde sublimia erant, ideo super montes & colles peracta dicuntur. Sic de cœlo salijt in Virginis vterum, de vtero in præsepe, de præsepi in Jordanem, de Jordane in crucem, de cruce in tumulum, de tumulo redijt in cœlum.

Sponsus stat post parietem.

XII. *Quomodo Sponsus* STAT POST PARIETEM, RESPICIENS PER FENESTRAS, PROSPICIENS PER CANCELLOS v. 9.? ℞. Paries Verbi incarnati, siue Deitatis, est ejusdem humanitas, quæ Deitatem celat. q. d. Filius DEi veniens in carnem, post eam quasi post parietem stans, per ejus oculos & sensus, quasi per fenestras cancellatas prospicit in Ecclesiam, ejusq; fideles, ac per eosdem flos & pulchritudo Deitatis ejus tralucet & emicat, sed tenuiter, obscurè, ac per partes & quasi dimidiata. Quare Christus quà Deus perfectè, clarè & immediatè nos intuetur, nos verò eum per vmbram duntaxat, siue per rimas & cancellos, putà per humanitatem, aspicimus ejus Deitatem. In cælo verò suam Diuinitatem sine cancellis, hoc est, clarè & facie ad faciem beatis videndam exhibebit.

Hyems transijt.

XIII. *Quos alloquitur Sponsus* v. 11. JAM ENIM HYEMS ABIIT &c.? ℞. Ecclesiam pri-

mitiuam

mitiuam quasi ſponſam, putà Apoſtolos in Pentecoſte recepto jam Spiritu S. euocat, vt vineas id eſt Eccleſias Judææ ac cæterarum Gentium excolant. Dicit ergo: Jam hyems, id eſt, rigor & timor legis Moſaicæ, ac frigus geluq; infidelitatis Gentium tranſijt, imber errorum & vitiorum abijt, quia ſol vernus, putà Spiritus Sanctus illuxit, qui calore ſuo tam hyemem, quàm imbrem fugauit, & flante Auſtro gratiæ ſuæ flores Sanctorum, vti fuerunt primi credentes, ac Martyrum, vt SS. Innocentium, S. Jacobi, & S. Stephani & Sociorum produxit in terra noſtra: tempus ergo putationis aduenit, quo, vos ô Apoſtoli, Judæorum & Gentium ignorantiam, & infidelitatem omnemq; cupiditatem rerum temporalium gladio fidei amputetis, vt fructus bonorum operum proferant. *Vox turturis audita eſt in terra noſtra.* Turtur hic ſolitarius, pudicus & gemens fuit S. Joannis Bapt. ait Nyſſ. cujus vox & vita non aliud fuit, quàm gemitus & prædicatio pœnitentiæ. *Pœnitentiam*, inquit, *agite; appropinquauit enim regnum cælorum.* Matt. 3.

XIV. *Quomodo hæc applicanda ſunt animæ pœnitenti?* ℟. Chriſtus animam peccatricem euocat ad pœnitentiam & juſtitiam dicens: Surge è lecto peccati, jam enim hyems peccatorum & imber concupiſcentiæ tranſijt: illuxit enim tibi gratia mea, quæ te amore calefaciat, ac pœnitentiæ virtutumq; flores & fructus producat, vt fias formoſa inſtar columbæ DEO tuo. Quare notantur hîc tres actus pœnitentiæ; putà contritio per flores; confeſſio per vocem turturis, ſatisfactio per putationem: contritionis enim actus eſt, quaſi emicans flos fidei, ſpei, & charitatis, ex quo naſcitur fructus juſtificationis; vox turturis eſt confeſſio gemebunda pœnitentis: putatio eſt ſatisfactio, qua per jejunia, lacrymas, aliaq; opera pœnalia caſtigatur præterita culpa & futuræ occaſio amputatur & ſucciditur. Hac facit, quòd Turtur ſit pœnitentiæ ſymbolum, nam poſt mortem conjugis continuò gemit & mœret, quare numquam in viridi ramo, vti antè, ſed ſemper in arido reſidet, numquam in aqua ſeipſam inſpicit, ne comparis ſui mortui imago & memoria ſibi occurrat; nec aquam claram & elimem vti antè, ſed turbidam & limoſam bibit, imò aquam limpidam pede turbat, antequam bibat, vti tradunt Phyſici. *Anima pœnitens.*

XV. *Vnde Sponſus euocat ſponſam:* COLUMBA MEA IN FORAMINIBUS PETRÆ, IN CAVERNA MACERIÆ, v. 14.? ℟det Sanchez. Euocat illam è foraminibus petræ ad apertum aërem vinearum, vt liberum ſpiritum ex libero & ſereno cælo trahat. Sponſa, inquit, timida & commoditati ſuæ ſtudens, propter hyemis immite frigus domi ſe continens, inſtar columbæ in foraminibus petræ ſe abſcondens, horret cæli aperti, ſoliq; duri inclementiam, non audet ſub dio pernoctare cum ſponſo, cubile amat, & ibi ſe fouet, atq; indulget, ſicut in ſuis luſtris nonnullæ feræ, & reptile animantium genus in ſuis cauernis hyberni temporis incommoda declinant. Ex hoc ergo receſſu atq; mollitie ſponſam euocat, affirmans à ſe ſatis eſſe prouiſum, ne quid ſit, quod timere poſſit. Chriſtus Eccleſiam timore Judæorum perculſam, & inſtar columbæ in antris petræ latentem, hoc eſt, Apoſtolos in Sion poſt aſcenſum Chriſti deliteſcentes & orationi, meditationiq; Paſſionis Chriſti deditos, miſſo in Pentecoſte Spiritu ſancto, animoſos forteſq; efficiens, foràs euocat, vt in publicum prodeant, ibiq; in agris & villis ipſi & cæteris ſuam faciem oſtendant, ac vocem prædicationis audiri faciant. Sic olim tempore Decij, Galieni, Diocletiani Imperatorum fideles perſequentium, Pontifices & Chriſtiani ſe abſcondebant in antris, cauernis & cryptis, quæ etiamnum extant in Roma ſubterranea, & ſacrum horrorem intuentibus injiciunt. *Columba in foraminibus petra.*

XVI. *Quas vulpeculas paruulas vult capi ſponſus* v. 15.? ℟. Has triplicis eſſe generis dicit Tirinus, diabolos, mundanos homines, & carnis concupiſcentias ſeu paſſiones. Quæ licet impijs & imbellibus leones, pardi, lupi, dracones videantur, tamen DEum amantibus non ſunt niſi vulpeculæ, ſubdolæ quidem & verſipelles, ſed imbelles. Has dum adhuc in niduli & paruulæ ſunt, vult ſponſus capi, nam niſi capiantur, capient & carpent omnes fructus vineæ. Corn. à Lap. per vulpes paruulas intelligit Hæreticos: hi enim ſubdolè quaſi vulpes fidem & Eccleſiam ſubvertunt: tales tempore Apoſtolorum fuerunt Judaizantes, qui cum Euangelio volebant miſcere & obſeruare circumciſionem, cæteraq; legis veteris præcepta. Item Simon Magus, Menander, Baſilides &c. Horum ergo fraudes & errores, cùm adhuc puſilli ſunt, & in paucis hærent, detegi, atq; argumentis, non armis vinci & terminari jubet, ne inualeſcant, totamq; Eccleſiam inſtar fermenti peruadant & corrumpant. *Vulpecula parvula.*

CAPUT III.

De varijs & miris modis, quibus DEus quæritur & inuenitur in hac vita: de multiplici profectu ſpirituali per opera vitæ tum actiuæ, tum contemplatiuæ: de plena perfectione curanda, & ſibi & proximo: de contemplatione diadematis Chriſti ſeu myſteriorum & perfectionum ipſius.

QUæſtio I. *Cur ſponſa per noctes in lectulo ſuo quærens non inuenit dilectum?* ℟ Per noctes non plenæ ignorantiæ aut malitiæ, nam lumine fidei & ſplendore gratiæ jam illuminata erat, ſed afflictionis, deſolationis, ariditatis, DEO lucem deuotionis & contempla- *Noctes deſolationis.*

templationis ad tempus subtrahente. Ergo quasi in tenebris palpans, quæsiuit primùm in lectulo suo, id est, pigrè & desidiosè, nimiùm sibi indulgens, sui vnius studens quieti, tranquillitati, delectationi, etiam in oratione, meditatione, & virtutum studio. Quæsiuit illum & non inuenit. Nam lectulum ejus occupabat solus proprius ipsius amor: diuinus verò amor quærendus in lectulo ipsiusmet DEI, & loco quieti & delicijs ipsius deputato, nempe lectulo florido strenuis virtutum actibus, sanctis & puris intentionibus, inflammatis desiderijs.

II. *Quid intendit sponsa illis verbis* v. 2. SURGAM ET CIRCUIBO CIUITATEM: PER VICOS ET PLATEAS QUÆRAM &c. ℟. Neglecto orandi studio, totam me negotijs externis immergam, non profanis sed honestis, sed religiosis, & in bonum proximi mei. Sed neq; hîc illum inuenit. Nam externæ occupationes immoderatiùs, & plures quàm par est, assumptæ, non consociant animum DEO, sed abstrahunt, dilacerant, lædunt, terræ & suo ipsius amori affigunt: Quot enim sunt occupationes inordinatæ, tot sunt ambitionis flagella, tot sunt distractionis ac turbationis incentiua, cor in varias & vanas curas dissecantia. ita S. Bern. & Bonav.

Custodes ciuitatis. III. *Qui sunt vigiles & custodes ciuitatis* v. 3? ℟. Sunt Legisperiti, Pontifices & Principes Jerosolymæ: horum enim erat officium populo indicare Messiam siue Christum aduenientem. Hos ergo jure suo interrogarunt Apostoli & fideles de Christo, quando eis doctrinam, vitam & miracula prædicando exposuerunt, vt ijs conuicti responderent ipsum verum Messiam à Prophetis prædictum & Patribus promissum. Verùm ipsi Messiam expectabant Regem splendidum & gloriosum quasi alterum Salomonem: quare cùm viderunt Christum humilem, pauperem & Crucifixum, eum despexerunt, nec crediderunt ipsum esse Messiam.

IV. *Quo sensu dicit sponsa* v. 4. TENUI EUM? ℟. Tenui crebra cogitatione, meditatione, contemplatione, & continuo amore, similitudine vitæ, & morum imitatione, perpetuo obsequio voluntati & nutui ipsius. His enim velut osculis & amplexibus illum mihi adstrictum, & intimè vnitum teneo, imò vnum quid cum illo me efficio. Sicut enim vehemens calor ignis liquefacit glaciem, eamq; quasi à propria natura dimouet, facitq; diffluere, & commisceri terræ, intra eam imbibi, & cum illa quasi vnum fieri: sic vehemens DEI amor liquefacit animam, & facit eam à se quasi diffluere, & totam ita absorberi atq; imbibi à DEO, vt ex duobus vnum effici penitus videatur.

Domus matris sponsæ. V. *Quæ est domus Matris sponsæ?* ℟. Nyssenus esse cor & mentem sponsæ; Amb. internum secretum naturæ sponsæ; alij centrum cordis ipsius, partem superiorem & nobiliorem animæ, vbi resident virtutes Theologicæ, dona Spiritus sancti, cæteraq; virtutes internæ. Ibi intimam vult fauere cum DEO familiaritatem, & spirituales cum DEO nuptias celebrare, illo perpetuò præsente frui, colloquijs ejus pasci, arcana discere, & optatis complexibus secura gaudere.

Ascensio per desertū. VI. *Quomodo intelligendus est versus 6.* QUÆ EST ISTA, QUÆ ASCENDIT PER DESERTUM &c. ℟. cum Tirino. Quæ inter tot mundanas sordes, tot spinas, tot vepres, tot cubilia latronum, & pascua struthionum, inter vrsos & leones, nec vi, nec dolo nec inertia, nec metu detinetur, sed generosa desertione omnium terrenorum, & sui quoq; ipsius, igne diuini amoris sursum acta, ascendit velocissimo, & rectissimo filo ad cælum, ad thronum, ad sinum æterni Patris; *sicut virgula fumi*, instar thymiamatis, confecti *ex amoribus myrrha*, abnegationis sui, mortificationis, & molestiarum vitæ actiuæ, & *thuris* orationis & contemplationis: & *vniuersi pulueris pigmentarij* virtutum simul omnium; per modum perpetui holocausti, charitatis igne succensi, & absumpti summâ fragrantiâ sursum ascendit, nec sparso hinc inde ad latera fumo, per sinistras intentiones, sed recta *virgula fumi* in altum tendente, vnico purissimoq; vni DEO placendi desiderio, inquit S. Greg. & Cassiodorus.

Lectulꝰ Salomonis. VII. *Quis est* LECTULUS SALOMONIS v. 7.? ℟. Sponsa. Lectulus nullis vallatus spinis antiquorum scelerum, vepribus curarum anxiarum, tumultibus obstrepentium passionum, sed tranquilla pace cinctus, auro, argento & gemmis cælestium gratiarum ornatus & omnigenis virtutibus floridus: in quo tamquam in loco sibi gratissimo cælestis Salomon, princeps & auctor veræ pacis perpetuò conquiescit, & cum illo anima orationi & contemplationi vacans jucundè deliciatur. Neq; est, quod sibi timeat à timoribus nocturnis, seu qui solent pijs animabus tempore nocturno, id est, in tenebris hujus sæculi timorem incutere, putà dæmones, mundus, caro. Nam sicut terreni regis Salomonis thalamum custodiunt continuò 60. armati, ex omnibus tribubus quini fortissimi; ita cælestis Salomonis lectulum tuentur 60: id est, innumeri custodes partim externi, de quibus q. 3. partim interni, putà virtutes, in suum contrarium vitium singulæ armatæ: & heroica proposita, generosæq; cogitationes & affectiones, quæ ex meditatione vel contemplatione promanant, & diu pòst adhuc durant: quibus vix vlla est vigilantior potentiorq; animæ custodia. ita S. Greg. Cassiodorus, à Ponte.

Ferculum Salomonis. VIII. *Quod est* FERCULUM SALOMONIS v. 9? ℟ Lectica gestatoria, opus regia magnificentiâ suâ dignum: cui conficiendo pretiosissima quæq; adhibuit, quo in publico deferebatur maximâ pompâ, minima concussione, simul quiescens & iter faciens: ita cœlestis rex deferri vult in totius mundi notitiam, idq; per illosmet, in quorum cordibus per charitatem & alia

dona

dona sua quiescit: deferri inquam, sed sine quietis suæ turbatione, vel bajulorum suorum concussione aut detrimento. Adhibet *lignum Libani*, naturam generosam, animam bonam, ingenium nobile, talenta omnia eximia. *Columnas ejus argenteas*, septem dona Spiritus Sancti, & virtutes Theologicas ac cardinales, quibus simul vnits nihil fortius, nihil splendidius, *nihil vtilius in vita hominibus*. Sap. 8. 7. In ferculo *reclinatorium aureum* est pars animæ superior, meditatione & contemplatione rerum divinarum tamquam auro instructa, qua & DEus in anima requiescit, & ipsa anima in DEo requiescit, & à DEo refocillatur ac Spiritum haurit ad alios docendos & ipsi qui docentur requiem per illam adipiscuntur, inquit S. Greg. hom. 15. in Ezech. Adjecit *ascensum purpureum*, id est gradus, per quos in lecticam ascenditur, purpureis tapetibus, seu carmesinis holosericis instratos, nempe patienti mortificatione carnis, & forti tribulationum tolerantia, quæ animum verè regium, & Regi Regum crucifixo similem faciunt. ita S. Cyprianus & Beda.

IX. *Quid est, media constravit charitate* v. 10? ℞ Media, id est, partes intermedias, putà, quæ inter ascensum, & reclinatorium seu sedile sunt item pavimentum lecticæ *constravit charitate*, id est, re omnibus charissima, nempe gemmis & monilibus. Stravit charitate *propter filias Jerusalem*, id est, vt hoc ferculo, tamquam divini Salomonis instrumento & ministro, charitas in alias quoq; animas pacis amantes invehatur, vt illas similiter virtutibus splendere faciat.

X. *Quo diademate coronauit eum Mater in die desponsationis?* ℞ In die æternitatis coronavit eum divina fœcunditas divinitate sua. In die incarnationis coronavit illum & virgo Mater & cœlestis Pater humanitate sua, cum tanta sapientiæ & gratiarum plenitudine. In die pas- *Diademata Christi.* sionis Mater synagoga, coronauit eum spineâ coronâ, cum tot flagellis & vulneribus & probris. In die resurrectionis cinxit eum divina justitia diademate gloriæ. In die conversionis animarum, Ecclesia militans cingit illum corona seu cœtu fidelium in terris, & Ecclesia triumphans coronâ Sanctorum in cœlis: qui sanè maxima sunt gloria & decus æternum regis cœlestis.

CAPUT IV.

Encomio sponsæ & singularum ejus partium, quibus eum sponsus prouocat ad sublimiora, & ad gloriosiorem coronam invitat maximè ad salutem proximorum curandam, & labores ac dolores, pro Christo exsorbendos.

Quæstio I. *Qui sunt oculi columbarum* V. c. 1. q 31. *Quid est absq; eo quod intrinsecus latet?* ℞ Præter affluentiam cœlestium gratiarum, quas intus à me recipis, ob nobilissimum affectum tuum, & effectum columbinum. Sicut enim affectus tuus & zelus internus nullis limitibus constringitur, sed tamen homines latet: ita præmium quoq; quo illa remunero, licet mensuram vulgarem excedat, latet tamen intus in occulto, neq; vlli patet, ne quidem tibi ipsi, Ita S. Amb. & Greg.

II. *Qui sunt* SICUT GREGES CAPRARUM, QUÆ ASCENDERUNT DE MONTE *Capilli sicut* GALAAD v. 1. ℞. Per capillos pulchros intelliguntur sanctæ cogitationes. Primò quia sicut *greges caprarum.* illi à capite, putà à vaporibus, fumisq; calidis è capite ascendentibus: sic hæ à corde, quod instar capitis est, & à cordis calore, id est, amore & affectu promanant. 2dò quia eædem cor & mentem ornant non secus ac capilli caput, arborem frondes, & solem radij, qui ab eo oriuntur. 3tiò Capilli illi flavi, & fului, aurei igneiq; sunt: sic cogitationes hæ cœlestes immissæ à Spiritu S. igne charitatis mentem inflammant: cogitationes enim mentis excitant similes sibi affectus in appetitu: unde quales sunt hominis cogitationes crebrò recurrentes, tales sunt pariter ejus amores & affectus; hoc enim quisq; amat, quod sæpe cogitat, menteq; revolvit. 4tò Sicut capilli hi multi, densi, pexi, ordinati & compositi sunt; sic & sanctæ cogitationes, nam à spiritu rectè ordinantur, densantur & componuntur, quia in DEum & Christum diriguntur & ordinantur. 5tò Capilli hi sunt caprarum, qui ascendunt de Galaad: Sic cogitationes sanctæ sunt piorum, qui ascensiones in corde suo disponunt, ac de virtute eunt in virtutem, donec videant DEum Deorum in Sion ps. 83. Ideoq; quotidie altiùs in cœlum ad DEum conscendunt. Galaad id est acervus testimonij notat S. Scripturam ac dicta, facta & scripta SS. Patrum, Prophetarum & Apostolorum, ipsiusq; Christi: hisce enim aluntur & accenduntur sanctæ cogitationes.

III. *Qui sunt dentes sicut greges tonsarum* v. 2. ℞ Dentes instrumenta ad mandendum *Dentes si-* & loquendum, nempe studium, meditatio & oratio, sunt *sicut greges tonsarum*, & bene lota- *cut greges* rum ovium, candida, munda nihil habentia sordium, aut fœditatis, concinna, polita contigua *tonsarum.* sibi mutuò, fortia, fœcunda, *gemellis* omnia fœtibus, in intellectu veram cogitationem, in voluntate ardentem amorem, in proximo solidam virtutem generantia. Ita S. Bern. ser. 5. in quadragesima. Dentes Sponsæ comparantur non gregibus; sed dentibus gregum siue ovium tonsarum, quæ gemellos nutriunt fœtus, quia dentes illarum videntur cæteris acutiores, & validi-

ores,

ores, vtpotè quibus & famem suam, quam ob frigus tonsionis majorem sentiunt, satiare, ac insuper gemellos fœtus, quos genuerunt, sustentare & lactare debent. q.d. Sponsa valida adeo validos habet dentes vt ijs cibum carpere & digerere possit, non tantùm sibi, sed & suis gemellis fœtibus sufficientem.

Os & labia sponsæ similia vittæ coccineæ.

IV. *Cur os & labia sponsæ comparat vittæ coccineæ* v. 3.? ℟. Vt indicet illa non nimis prominere & extare, sed modica & decenti rotunditate arcuata, quasi filo vel funiculo coccineo, id est, rubeo circinata, vt decorè dentes claudant. Hæc enim tria sunt, quæ labia commendant: primùm, situs, si non sint oblonga, crassa, extantia aut hiantia, sed gracilia, rotunda, & sibi invicem decorè compacta instar vittæ: 2dò color, si non sint nigra, vel lutea, aut pallida, sed coccinea, id est vermiculantia, & sanguineo quodam rubore cùm dignitate suffusa, qualia à poëtis vocantur purpurea & rosea: hæc enim virginalem pudorem & decorem repræsentant: 3tiò clausura, si instar vittæ, ne diffluat, funiculo colligata sint & constricta, nequo hiatu dentes pateant. Notat silentium simul & gratiam in loquendo, q. d. sponsa labia habet clausa, & silentij est amans, at vbi labia aperit, mirâ id facit gratiâ. Notat item internam conuersationem cum DEo, & externam tractationem de DEo, nihil fuscum habere, nihil liuidum, nihil turpe, sed pulcha esse per omnia, & rosea & corallina, velut ex coccino ignescente.

Genæ purpureæ similes cortici mali punici

V. *Cur Genæ purpureæ comparantur fragmini seu cortici mali punici* v. 3.? ℟. Quia significant verecundiam Virginum: hæc enim illarum est purpurâ. Illis enim nullus honestior est color, quàm qui à pudore nascitur. *Ita Nazianz. oratione aduersùs mulieres se ornantes:* Unicus, inquit, color in muliere amabilis est, nimirum rubor ille, quem pudor gignit. *Et orat. 11. de laudibus Gorgoniæ:* vnus, inquit, ille rubor placebat, quem pudor affert, unus candor, quem parit abstinentia; nam pigmenta & fucos, & viuas tabulas scenicis & triuialibus relinquebat, quibusq; probrum ac dedecus erubescere. Virgines optimè comparantur fragmini & cortici mali punici: fragmini quidem, quia eligunt corpus tormentis & pœnis frangi, ne integritas frangatur; cortici verò, qui durus est & insipidus licet ruber, quoniam per externas carnis abnegationes, quæ illi sunt insipidæ, castitas seruatur; nam vt inquit Greg. Nyssenus hom. 7. in Cant. Sicut cortex mali punici nutrit, & conseruat dulcedinem fructus, qui in ipso continetur; ita austera continensq; & aspera vita, fit custos bonorum temperantiæ & castitatis. Insipidus etiam est, nam quantò virgo dulciorem se præstat DEo, tantò insipidiorem se præbet hominibus, qui eam vllo modo possent maculare. Sed in his omnibus ruber est, quia procedunt ex flagranti amore DEi & ipsius castitatis.

Collū sponsæ simile turri David.

VI. *Cur collum sponsæ comparat turri David, quæ ædificata est cum propugnaculis &c.* v. 4.? ℟. Laudat illud quod rectum sit, procerum, rotundum, forte & miris monilibus ornatum, ad similitudinem (proportione tamen seruata) turris, quam ædificauit Dauid in monte Sion, quæ vocatur arx Sion, aut turris magna, & eminens pro defensione ciuitatis, ad præuidendum hostium aduentum, & irruentium impetum repellendum, cum propugnaculis, seu pinnis & alijs, quæ murum ornant, & ad propugnandum deseruiunt: erant autem in ea turre pendentes clypei mille, id est, innumeri, omneq; genus armorum, quo fortes viri armari solent. Pendebant autem ad ornatum turris, sicut mos erat antiquis, vel quando ea ab hostibus deuictis abstulerant vt David suspendit arma aurea & scuta Adarezer & gladium Goliath. Judith verò Holofernis conopœum. Vel quia ad hunc ornatum tantùm efficiebantur: sicut Salomon fecit ducenta scuta aurea 3. Reg. 10: vel vt essent parata ad vsum militum & pugnam. Omnia hæc obedientiæ applicant Origenes, Theodoretus, Bern. & alij.

Ubera sponsæ similia hinnulis capreæ.

VII. *Cur duo vbera sponsæ comparat duobus hinnulis capreæ, seu hœdis gemellis, qui pascuntur inter lilia* v. 5.? ℟ Ad significandos duos insignes amoris actus DEi & proximi, qui ab eadem charitate in anima radicata procedunt. Qui eleganter explicantur vtraq; similitudine vberum & hinnulorum. Etenim in corpore naturali duo vbera eminent in vno pectore, in cujus ferè medio intus est cor, quod est caloris & vitæ seu spirituum vitalium fons, quæ omnia symbolum sunt amoris, & charitatis DEi. Duo isti amores sunt duo vbera prominentia, qui exteriùs diuersis operibus manifestantur, atq; quasi proprium lac gignunt & emittunt. Amor quidem DEi generat deuotionem & pietatem erga illum, aliosq; affectus laudis, gratitudinis & obedientiæ: amor proximi gignit pietatem & misericordiam, beneficentiam, liberalitatem & curam erga suos. Comparantur duo vbera duobus hinnulis capreæ, non quibuscumq;, sed gemellis ab eadem caprea simul genitis, quales solent esse vterini fratres, eò quòd isti amores sunt ab vna matre charitate, quasi vno spiritali partu editi, qui simul nutriuntur, crescunt & perficiuntur. *Qui pascuntur in lilijs*, id est, pascuis amœnis, pinguibus & odoriferis qualia pascua sunt ferè in humidis vallibus, vbi lilia germinant. Nam in talibus pascuis pasti hœdi solent esse succulenti, pingues, fœcundi, nitidi & aspectu gratissimi. Sic duo sponsæ vbera, charitas DEi & proximi pastæ lilijs candidissimis diuinorum mysteriorum intumescunt & increscunt ad vicem reddendam quibuscumq; possint modis, tum DEo, tum proximo propter DEum, ita Richardus, Bern. & alij.

VIII. *Cujus sunt verba* v. 6. VADAM AD MONTEM MYRRHÆ ET AD COLLEM THU-

THURIS? ℟. Sponsi inuitantis per eam sponsam, vt, relicto propriæ voluptatis & priuati commodi monte Libano, transeat secum ad altissimum myrrhæ mortificationis, tribulationis afflictionis montem, & simul ad collem thuris, id est, orationis & contemplationis: q. d. Meum hoc omne studium erit, velim sit etiam tuum.

IX. *Quomodo sunt intelligenda verba* v. 8. CORONABERIS DE CAPITE AMANA, SANIR ET HERMON? ℟. Coronaberis floribus collectis è vertice inaccesso & incalcato trium istorum montium sibi contiguorum, qui simul constituunt montem Libanum: nam jugum quoddam Libani præcelsius vocatur *Amana* Josue 12. v. 7: aliud Sanir vel Saron, tertium Hermon Deut. 3. v. 9. Libanus verò symbolum est superbiæ. Amana significat celsitudinem, quam superbi omnes ambiunt. *Sanir* id est, Lucerna, designat montem vanæ scientiæ, & splendorem nominis. *Hermon*, id est, consecrare, deuouere, significat montem voluptatis carnalis, cui mundani homines se totos consecrant & deuouent. q. d. Hos omnes montes & eorum incolas pia prece tua, probo tuo exemplo, instructione, exhortatione subjicies mihi & tibi, & de omnibus triumphum referes & coronam juxta illud Isa. 35. v. 2. & 6. *Gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron.* Nec de communi solùm plebe, aut de infirmis & imbellibus, sed & de *leonibus & pardis*, id est, de fortissimis & astutissimis & ferocissimis hujus sæculi. ita Greg. Bern. & Delrio. *Corona de capite Amana.*

X. *Quis est vnus oculus & vnus crinis, quo sponsus dicit se vulneratum* v. 9? ℟. Oculus puræ, indiuisæ & simplicis intentionis: nam hæc propria est castissimo & perfectissimo amori, qui in solum DEum collimat, & non in dona DEi, nisi vt in ipsum referantur, inquit S. Amb. Serm. 11. in ps. 118 v. 2. Crinis vnus, est cogitatio vna, & affectio generosa, collum ornans diuinæ subjectum voluntati & jugo. Quantò ergo magis inflammabunt & vulnerabunt Sponsum virtutes simul omnes in sponsa junctæ, & virtutum omnium innumeri actus & effectus. *Oculus vnus & crinis vnus.*

XI. *Qualiter sponsa dicitur* HORTUS CONCLUSUS, FONS SIGNATUS v. 12.? ℟. custodiâ virginitatis, custodiâ oculorum & aurium, virginali pudore, silentio, solitudine & fugâ vitiorum. Ita S. Amb. l. 1. de Virgin. Virgo, inquit, est sicut hortus furibus inaccessus, vitem redolet, fragrat oleam, renidet, vt in vite religio, in olea pax, in rosa pudor, sacratæ virginitatis inolescat. Accingere itaq; Virgo, & si vis vt hujuscemodi tibi hortus aspiret, propheticis eum claude præceptis: Pone custodiam ori tuo, & ostium circumstantiæ labijs tuis. Et S. Hieron. ep. 22. ad Eustochium de Virgin. Rursus, inquit, à sponso audies: Hortus conclusus &c. Fons signatus. Caue ne domo exeas, & velis videre filias alienæ Regionis, quamuis fratres habeas Patriarchas, & Israël parente læteris. Dina egressa corrumpitur: nolo te sponsum quærere per plateas, nolo te circumire angulos ciuitatis. *Sponsa hortus conclusus.*

XII. *Quæ sunt emissiones* v. 13.? ℟. Sunt propagines plantarum & arborum, putà surculi, quos radices vel rami progerminant, vt folia, flores, & fructus producant. Hi enim ex terræ vel arborum sinu videntur emitti. Unde Vatablus vertit *plantationes vel plantæ* q. d. Plantæ tuæ sese propagantes, ô sponsa, tantæ, tamq; pretiosæ sunt, vt paradisum efficiant, imò ipsæ simul congestæ sunt paradisus malorum punicorum, & pomorum omnis generis. Explicat enim quod dixit: *hortus conclusus*, q. d. Ideo es hortus conclusus, quia es paradisus pretiosus malis punicis, pomis, cypro, nardo &c. consitus, quem proinde, ne furibus, vel bestijs carpendus, calcandusq; pateat, claudi oportet. Proprietates cypri, nardi & croci facile est applicare fidei, spei & charitati. Cypressus ergo quia paruula &c. notat fidem; Nardus, quia radice meliore sui parte in terram defoditur, & frigidis capitis, stomachi, & lienis morbis medetur, spem frigus acediæ excutientem, quæ quasi vinculum est fidei & charitatis: hinc bis repetitur Nardus, & cypro crocoq; jungitur. Crocus qui tribus aurei coloris filis rubet, notat Charitatem in Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, quæ quò magis calcatur & premitur, eò magis assurgit & crescit. ita Cassiod. Reliquæ 4. aromatum species significant 4. virtutes Cardinales, scil. Fistula, siue calamus, quia rectus & similis regali sceptro, notat justitiam, hanc enim administrare debent Reges; Cinnamonum, quia acre, calidum & sapidum cibos pariter efficit sapidos, significat sapientiam & prudentiam; Myrrha quia amara corruptioni resistit, & corpora mortua seruat incorrupta, notat fortitudinem, quæ maximè in inuicta acerborum tolerantia consistit: Aloë quæ ventrem corpusq; purgat, & noxios humores è corpore pellit, vel restringit, ideoq; morbos sanat, notat temperantiam, quæ singulare est morborum omnium remedium, & sanitatis tam corporis quàm animæ pharmacum. Cætera ligna Libani notant cæteras virtutes. ita Delrio, Hugo Victor. & alij. *Emissiones tuborum.*

XIII. *Quis est* FONS HORTORUM v. 15? ℟. Est fons pluribus simul hortis irrigandis sufficiens, quia aquas emittit non corruptas, non infectas, non fœtidas; sed viuentes, sed limpidas, sed perpetuò ebullientes, & salientes in vitam æternam. Aquas, inquam, cælestis sapientiæ, & diuinæ gratiæ, aquas purissimas & nitidissimas, infallibilis veritatis & indefectibiles, vtpotè quæ ex cælesti & perenni scaturigine, putà monte *Libano*, id est, candido, seu à sede DEi & Agni ad hunc fontem, seu puteum, continuò defluunt, per tubos SS. Scripturarum & Sacramentorum, inquit S. Amb. & Greg. & defluunt summo *impetu*, maximâ opiâ, summa celeritate, & altissimo rejectamento: nam tantò sublimiùs exilit aqua viua in altum, quantò sublimior est locus, seu sinus, vnde descendit, *Fons hortorum.*

XIV.

Aquilo & Auster.

XIV. *Quid intenditur illis verbis* v. 16. SURGE AQUILO ET VENI AUSTER? ℞ Exurge tribulatio, tentatio, desolatio interna, persecutio externa. Sed adsis vnà cum Austro, id est, Spiritu S. & illius aspiratione per omnigena dona & gratias. His enim duobus ventis simul hortum perflantibus, vberrimè fluent *aromata illius*, quæ aliàs vel non fluerent, vel non tantâ copiâ fluerent, vel saltem non innotescerent, inquit S. Greg. in Prologo Mor. c. 12.

CAPUT V.

Inuitatio & aduentus sponsi in hortum suum: mystica messis, & dulce conuiuium: somnus sponsæ, & manifestatio eorum, quæ obueniunt animæ, cùm sponsus spiritualiter pulsat januam ejus. Potissimæ notæ quibus sponsus dignosci, & ab alijs quoque quæri possit: id enim videtur sponsa hîc potissimùm intendere, cùm inter conuiuandum narrat adolescentulis suis & sodalibus errores suos præcedentis ætatis & varios casus ac fortunas, quæ olim in sponso quærendo sibi obvenerant.

Humilitas sponsæ.

QUæstio I. *Cur sponsa non dicit: veniat dilectus meus in hortum, sed* IN HORTUM SUUM, *nec dicit, comedat fructum pomorum meorum, sed suorum?* ℞ Ad insinuandos magnos humilitatis affectus. Primò quidem quoniam agnoscit, quidquid boni in horto est, non suum esse sed sponsi, cujus totus est hortus, ipse plantauit, ipse rigauit, ipse incrementum dedit: quod si aliquis alius adjuuit ad plantandum, & rigandum, ille nihil est, nisi instrumentum agricolæ, qui est DEus, cujus sunt omnes plantationes & irrigationes, arbores & fontes, & quidquid animam DEI hortum amœnum & fœcundum reddit, quoniam omnis nostra sufficientia ex DEo est, qui dat velle & perficere, infundit virtutes, & dat usum earum, & omnia opera nostra operatur in nobis. Quoniam autem desiderium & postulatio sponsæ grata erat DEo, statim venit, vt fatetur sponsus: *veni in hortum soror mea sponsa.* Statim, inquit Nyssen. exaudiuit eam juxta illud Isaiæ 58. v. 9. *Tunc invocabis & Dominus exaudiet; clamabit & dicet, adsum.*

Messio myrrhæ.

II. *Quid innuit sponsus verbis illis,* MESSUI MYRRHAM CUM AROMATIBUS MEIS? ℞ Veni ad visitandum te, quæ hortus meus es arboribus pomiferis, & aromaticis refertus, cujus emissiones sunt velut paradisus, & cœpi myrrham metere; messio abundantiam significat, & collectionem in manipulos, quos messores facere solent, quasi alludens ad id, quod ipsa antea dixerat c. 1, v. 12. *fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi:* cùm igitur DEus animam sanctam visitat, multos ex ea fasciculos & manipulos myrrhæ & aromatum metit, quoniam habitus virtutum actus suos exercere facit, veluti si horti arbusculæ sua aromata emittant, quæ messor colligat, quod enim optauerat, quando dixit: *veni Auster, perfla hortum meum, & fluent aromata illius,* id se fecisse testatur, cùm ait: *messui myrrham meam, cum aromatibus,* quæ fluxerunt, nisi enim ego venissem & præsens adessem, meoque auxilio virtutes ipsas excitassem, aromata sanctorum actuum non producerent. Metit myrrham, cùm ex tribulatione ingentem colligit patientiæ cumulum & sui mortificationem, quæ ad Christi ascendat similitudinem.

Fauus cum melle.

III. *Quid est, quod dicit sponsus* v. 1. COMEDI FAVUM CUM MELLE MEO? ℞ LXX. Loco faui ponunt, *panem cum melle meo.* Ut significarent, inquit de Ponte, hunc panem de cœlo nobis præstitum, omne delectamentum habentem, & omnis saporis suauitatem sub veris accidentibus panis latitantem. Fauus autem cum melle, est caro Christi cum ejus diuinitate. Fauus caro est, quam apis nesciens concubitum, id est, purissima Virgo Spiritu S. & virtute Altissimi obumbrante, ex purissimis sui sanguinis floribus collegit, genuit, efformauit. Sed addit cum melle meo, id est diuinitate, quæ de cœlo est, & mea est ab æterno, mihique essentialiter propria, quam ego carni conjunxi, vt vnus esset cibus hominis, sicut fauus mellis.

Vinum cũ lacte bibitum.

IV. *Quid est,* BIBI VINUM CUM LACTE MEO? ℞ Vinum suum vocat sanguinem suum, sicut econtra scriptura vinum maximè rubrum vocat sanguinem vuæ præcipuè, quia sanguis Christi sub accidentibus vini exhibetur in potum; nam *sanguis meus*, inquit, *verè est potus.* Ut autem ostenderet, vinum istud quod dat, secundùm substantiam non esse ex vite, sed aliunde genitum, nempe ex substantia carnis humanæ, addit, cum lacte meo, id est, cum carne mea, progenitum ex illa. Lac enim non est aliud, quàm sanguis cum perfectiori concoctione. Unde purus & candidus efficitur, sumiturque per modum cibi & potûs.

Conuiuium sponsi.

V. *Quos amicos inuitat ad conuiuium.* COMEDITE AMICI ET BIBITE ET INEBRIAMINI CHARISSIMI? ℞. Quoslibet fideles & justos, qui hîc inuitantur à Christo ad S. Eucharistiæ Synaxim, illa enim suo spirituali gustu & dulcedine, quasi inebriat animam, vt omnium oblita non nisi Christum cogitet & amet. Ebrietas autem, quam inducit S. Synaxis est alienatio mentis ab amore carnis & mundi, à curis & solicitudinibus hujus sæculi, ejusque traductio & excessus ad amanda cælestia, vt vni Christo inhærens & vnita, amet cruces, sitiat cum eo multa pati

ta pati

ta pati amore DEI. Hæc ebritas ait S. Amb. l. 1. de Cain & Abel c. 5. *Sobrios facit, hac ebrietas gratiæ non temulentia est, lætitiam generat, non titubantiam.* Et S. Bern. tr. de diligendo Deo, *Sobria ait, illa ebrietas, vero, non mero ingurgitans, non madens vino, sed ardens Deo.*

VI. *Quo sensu dicit sponsa* v. 2. EGO DORMIO ET COR MEUM VIGILAT? ℟. Externis negotijs tantisper sepositis, & sensibus erga creata sopitis, totam me quietæ contemplationi permisi. Non tamen tota dormio, sed *cor meum,* seu pars animæ superior, perpetuò *vigilat*, cælestium & diuinarum rerum tractationi vacans inquit S. Greg. hom. 14. in Ezech. Ita quiesco, vt tamen audiam; otium meum non seruit nutriendæ desidiæ, sed hauriendæ sapientiæ, ait S. Aug. 57. in Joan. Amans dormiens vigilat, cùm ita per diem sanctis meditationibus, affectibus & amoribus se implet, vt noctu de eisdem somniet, imò dormiens eosdem iteret, vti faciebat S. Franciscus Xauerius. Quæ enim vigilantes studiosè cogitamus, de ijs dormientes somniamus. Recurrunt enim in somnis diurnarum cogitationum imagines, sicut ex citharæ pulsu resultat resonantia tinnientium fidium, quæ auditur cessante pulsu. *Amans dormiens vigilat.*

VII. *Quomodo caput sponsi plenum est rore, & cincinni capitis ejus guttis noctium.* v. 2.? ℟. Ros & guttæ noctium sumi possunt in bonum & in malum. Sumuntur in bonum, quatenus (vt notat S. Paulinus ep. 4. ad Serenum) ros de cælo descendere videtur, nec est imbris humor, sed refrigerij, quo reficiuntur arida ab æstu diurno gramina, hujusq; roris lucidis guttis, non nisi serena nocte stellis micantibus spargitur terra. Caput Christi (vt notat Richardus de S. Victore) dicitur plenum rore gratiæ & misericordiæ, quia maximè propensus est ad præstandum nobis misericordiam, vt nos eruat ab omni miseria, ideoq; ei aptat illud ps. 132. v. 3. *Sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.* Hermon, inquit, est lumen exaltatum, à quo descendit ros gratiæ & misericordiæ in montem Sion, id est, Ecclesiam, vt vbi abundat delictum, superabundet ipsius gratia. Sumuntur & in malam partem. Ros enim quatenus frigidus, & nocte frigida descendit, frigidisq; guttis & distillationibus infrigidans, superbiam significat, quæ caput est omnium vitiorum illam comitantium. Nam sicut ros vapor est quidam tenuis à solis æstu ex imis terræ in àerem eleuatus, & frigore serenæ noctis coactus, iterum descendit; ita ab æstibus concupiscentiæ nobis ex peccato originis innatæ, quæ ad res sensibiles nimis afficitur, eleuatur appetitus iste inordinatus propriæ excellentiæ, inanis gloriæ & ambitionis, nec non inuidiæ, iræ, & aliorum ejusmodi, velut guttæ noctium. *Caput sponsi plenum rore.*

VIII. *Quo sensu dicit sponsa:* EXPOLIAVI ME TUNICA MEA &c.? ℟. Duplicem sensum patitur. Prior est animæ piæ, asseuerantis se jam ex parte fecisse, quod sponsus ab ea postulat, quando in fonte baptismatis exspoliauit se tunica originalis culpæ, aliorumq; peccatorum, & actuum veteris Adami, juxta illud Col. 3. v. 9. *Expoliantes vos veterem hominem &c.* & insuper lauit pedes suos, id est, omnes suas potentias & affectus ab omni inquinamento carnis & spiritus, vt maneret coram Deo lota, candida, & speciosa sicut columba. Cùm autem inquit, *quomodo induar* illa, firmum animi decretum insinuat, non se iterum induendi illâ, ac si dicat, nullo modo induar. Secundus sensus est: *Expoliaui me tunicâ* filiorum DEI, tunicâ gratiæ, charitatis, cæterarumq; virtutum; tunicâ bonorum operum, & maximè actuum pœnitentiæ & mortificationis. Molestum nimis esset, iterum illa me induere, suauiter indormio voluptatibus ac delicijs mundanis, illis contegor, illis immersa jaceo, illis jam incalui, quomodo subibo labores nouos erigendi pigros artus, & induendi me rursus priore tunicâ meâ? quomodo è molli & calido strato prosiliam in asperum & frigidum àerem. Quin & *pedes meos laui*, vt solent molliculi & voluptuosi, *quomodo rursus inquinabo illos,* & luto ac pauimenti sordibus inficiam? Assueui jam rebus delicatis & suauibus, nolo sordidis & austeris pœnitentiæ operibus iterum me dare. *Tunicæ exspoliatio.*

IX. *Quis est sensus* v. 4. DILECTUS MEUS MISIT MANUM SUAM PER FORAMEN &c. ℟. Dum sponsa pigritans in lecto tardat surgere & aperire ostium, sponsus ipse ab castigandam ejus moram, manu immissa per foramen ostium aperit: quare sponsa confusa & perturbata fuit adeo, vt venter ejus contremisceret ad tactum ejus, quo scil. sponsus tangebat pessulum & aperiebat ostium. Ex intimis visceribus miserata sum sponsum, dum sensi eum cum nocturno frigore & guttis luctantem, ac laborantem, vt aperiret ostium: quare ipsa è strato surrexi, eiq; ostium reseraui.

X. *Quam myrrham distillauerunt manus sponsæ* v. 5.? ℟. Illam, qua recens eam perfuderat, cùm *mitteret manum suam per foramen.* q. d. cruciabar doloribus, opprimebar ærumnis, angebar, affligebar; neq; cruciabar solùm in corde, seu in interioribus animi, sed & in manibus, id est, exterioribus rebus & operibus. *Et digiti mei pleni myrrha probatissima.* Nullum erat mihi membrum, nullum opus ad quod vel digitum extenderem, nulla res quantumuis parua, qua me occuparem, quin inde continuò perciperem incredibilem molestiam, dolorem & afflictionem. Sed ingens eo ipso beneficium mihi conferebas dilecte animæ meæ: nam hac amaritudine me extrahebas è sordidarum voluptatum cœno: ex ægra & languida valentem & vegetam, ex putrida & olida robustam & simul bene olentem reddebas *Myrrham distillauerunt manus sponsæ.*

XI. *Quomodo anima sponsa* LIQUEFACTA EST v. 6.? ℟ mœrore, dolore, stupore extra

Nnn se

Anima sponsa liquefacta.

se facta & quasi deliquium passa est. Neq; tamen mœror hic & dolor diffidentiam in eam aut res moram inuexit aut vires abstulit ad prosequendum & quærendum dilectum. Non redibat jam in calidum & molle stratum pristinarum deliciarum, sed per plateas lutosas, & frigidum aërem, & densas tenebras discursabat flens, ejulans, vociferans, nec tamen vocanti respondebat, & nec quærenti faciebat copiam sui.

Caput sponsi aurum optimum.

XII. *Quomodo caput ejus dicitur aurum optimum* v. 11.? ℟ Caput Christi secundùm diuinam naturam est DEus inquit Paulus 1. Cor. 11. v. 3. secundùm humanam naturam, mens Christi, seu pars animæ superior, in qua est imago DEI. Utrumq; in Christo caput, *aurum* est *optimum*, quia super omnia nobilissimum, pretiosissimum ac sublimissimum, quo nihil majus, jucundius, ornatius excogitari potest. Quod verissimum est tum de capite Christi in se spectato secundùm suam substantiam: tum de corona nobilissimarum perfectionum cingente caput Christi: tum deniq; de capite Ecclesiæ mystico, cui id S. Amb. Ser. 20 in ps. 118. adaptat.

Comæ capitis sponsi sunt elatæ palmarum.

XIII. *Quis est sensus verborum:* COMÆ CAPITIS EJUS, UT ELATÆ PALMARUM? ℟ Ejus, siue vt DEus est, siue vt homo, putà attributa ejus & perfectiones, vt volunt tres Patres apud Theodoretum; vel, vt alij, mirabiles ejus cogitationes, judicia & consilia, imò beneficia & opera, quæ ad nos deriuantur; sunt *sicut elatæ*, seu eleuationes ac teneriores ramusculi in culmine palmarum, vel inuolucra quibus palmæ fructus continentur, priusquam maturescant, quæ & spathæ vocantur & nigro sunt colore, vt Galeno & Dioscoridi placet, numero quasi infinitæ, sed versùs truncum & ad inferiora dependentes. Omnes enim perfectiones Christi (idem dico de omnibus alijs ejus comis) vt innumeræ, ita celsissimæ sunt & eminentissimæ, sed omnes ab vno trunco & radice Deitatis exortæ, deorsum ad creaturas propendent, vt ijs se communicent. Et sunt *elatæ palmarum*, symbolum partæ victoriæ de omnibus hostibus

Comæ nigræ quasi coruus.

XIV. *Quomodo comæ dicuntur nigræ quasi coruus*, cùm Apoc. 1. v. 14. *dicatur*, CAPUT EIUS ET CAPILLI CANDIDI TAMQUAM LANA, ET TAMQUAM NIX? ℟ det M. Dionysius c. 10. De diuinis nominibus scripturam aliquando nobis repræsentare DEum quasi senem & antiquum dierum, quo denotet ejus æternitatem: aliquando tamquam juuenem & ætate florentem, vt significet cum ejus æternitate conjunctam esse immarcescibilem pulchritudinem & vigorem juxta illud ps. 101. v. 27. *Ipsi peribunt, tu autem permanes &c.* In Apocal. autem & Dan. 7. v. 9. repræsentatur tamquam senex habens capillos albos tamquam lanam mundam, & ideo vocatur antiquus dierum, quia agebat personam judicis vel pastoris, ad quam spectat canities, senectus venerabilis, auctoritas & reuerenda majestas. At hic agit personam sponsi, & ideo caput aureum, & capillos nigros, virilem ætatem & florescentem indicantes.

Oculi comparantur duabus columbis.

XV. *Cur duo oculi sponsi comparantur duabus columbis, quæ resident super riuulos aquarum & fluenta plenissima* v. 12.? ℟ Tum quia columbæ delectantur aquis, vt in ijs se ipsas velut in speculo speculentur, vtq; ijs se abluant; sunt enim nitoris amantissimæ; tum, vt in ijs videant vmbram accipitris, itaq; ejus vngues auolando effugiant: tum quia oculus in suo orbe & cauitate humida residens & innatans, similis est columbæ residenti & innatanti aquis, ex orbe enim hoc oculorum stillant lacrymæ, ceu aquæ ex fonte. Quæ lacte sunt lotæ, id est, quæ purissimæ sunt & candidissimæ, perinde ac si lacte lotæ lacteum colorem & candorem imbibissent. Lac notat candorem non tam colorum quàm morum: nam in oculis licet vna pars sit candida, tamen altera & potior, in qua pupilla, & vis cernendi residet, est nigra: quare sicut partem oculi candidam laudat à lacteo candore, ita alteram ejus partem, à nigredine laudandam relinquit sit Genebr.

Oculi limpidi, casti & cœlestes.

XVI. *Quid significant oculi limpidi, casti & cælestes*? ℟ eximiam, cælestem & diuinam, vigilantiam, & prudentiam Christi, quâ tum per se, tum per suos Episcopos, Pastores, Doctores &c. prudentissimè gubernat Ecclesiam, singulosq; fideles, qui lacte, id est, simplicitate sunt loti & candidati. Hi resident juxta fontes S. Scripturæ, vt inde puritatem & candorem doctrinæ vitæq; Christianæ hauriant, quam in subditos emanent, & transfundant. Videt ergo per Doctores Christus, quid in doctrina, vel moribus in Ecclesia corrigendum, aut perficiendum sit. Videant igitur ipsi, inquit Corn. à Lap. quàm in vtroq; mundi & sinceri esse debeant, quos Christus in facie sua, quasi oculos gestat, ne eam dedecorent, & obnubilent. Quare resideant juxta riuos purissimos aquarum S. Scripturæ, non in cœnosis paludibus, nec in turbidis aquis stagnantibus Philosophorum, Hæreticorum, Politicorum &c. vt sacra Biblia potiùs terant, quam Platonem, Plutarchum, Machiauellum. Horum ergo velut accipitrum vmbram & insidias, in limpidis S. Scripturæ aquis peruideant & præuideant.

Genæ areolæ aromatū

XVII. *In quo comparantur genæ sponsi areolis aromatum* v. 13.? ℟. imò in forma, quia sicut areolæ sunt tumidæ, & cæteræ terræ eminent, sic & genæ juuenis sponsi sunt tumidæ & carnosæ, ac præ oculis, temporibus & mento extant, eminentq;. 2dò in pretio, quia areolæ hæ non sunt olerum vel herbarum, sed arometum: sic genæ sponsi sunt pretiosissimæ. 3tiò. in dispositione, quia areolæ hæ affabrè in rotunditatem compositæ, speciem genarum exhibent. 4tò in odore, quia aromaticum, id est, efficacissimum & suauissimum expirant odorem. 5tò in colore,

colore, quia genæ sponsi roseæ sunt, id est, candidæ & rubicundæ, ideoq; vermiculatæ, sicut areolæ varijs floribus, candidis & purpureis vermiculantur.

XVIII. *Quomodo hæ areolarum & genarum analogia Christo adaptantur?* ℟. Ipsius, vtpote à Spiritu S. optimè efformati, & in juuenili florentiq; ætate constituti, genæ erant tumidæ, pretiosæ, rotundæ, odoratæ & roseæ. Genæ roseæ in sponsa pudorem & verecundiam virginalem significant: in Christo verò sponso, primò juuentutis & florentis ætatis sunt signum; 2dò honestatis: tertiò hilaritatis: 4tò ingenuitatis: 5tò grauitatis & majestatis conjunctæ cum lenitate, modestia & pietate exteriore ab interiore promanante, quæ eum fidelibus summè amabilem æquè ac venerabilem efficiebat. ita Cassiod. Beda & alij.

XIX. *Cur sponsa labia sponsi comparat lilijs* v. 13.? ℟. imò ob decorem, quia elegantia sunt 2dò ob formam, quia leuiter repanda sunt vt lilia. 3tiò ob colorem, nam exteriùs candida, interiùs rubra & splendida sunt, vt lilia. 4tò odore, quia odorata sunt vt lilia, ac suauissimum oris anhelitum expirant. 5tò subtilitate, quia tenuia & mollia sunt, vt lilia, quod magnanimitatis & eloquentiæ est indicium, cùm labia crassa labeonum hebetudinem, & tarditatem judicandi dicendiq; significent. Unde Moses Exod. 6. 12. vocat se incircumcisum labijs, id est, crassiloquum & tardiloquum. 6tò lilium sua venustate omnes in sui amorem allicit, sic & labia venusta, quæ speciem habent liliorum, miram habent vim persuadendi. Unde Homerus ait, Trojanorum legatos eloquentissimos comedisse lilia; & de eloquente ac blandiloquo dicitur: *rosas loquitur & lilia.* Adde lilia suauem labijs & ori dant anhelitum, pelluntq; venena: idem faciunt labia diserti, pijq; oratoris. *Labia sponsi comparātur Lilijs.*

XX. *Quomodo hæc applicanda Christo?* ℟ Eloquia Christi casta sunt, & ad omnimodam corporis mentisq; puritatem inflammantia, & crucis mortificationem prædicantia: Labia Christi distillant myrrham primam, quia docent pœnitentiam, mortificationem & austeritatem vitæ, quæ concupiscentiæ & carnis voluptatibus è diametro aduersatur. Ex aduerso mundus & caro labijs suis distillant mel voluptatis, juxta illud Prov. 5. 3. *Fauus distillans labia meretricis &c.*

XXI. *Quo sensu manus sponsi sunt tornatiles* v. 14.? ℟ Non passiuè sed actiuè, quia sine vllo impedimento, nullâ morâ vnico verbo, summa perfectione quæcumq; vult, facit, in cœlo & in terra. Sed vnde manus istæ ita tornatiles? Profectò quia *aureæ*, nempe vel diuinæ, vel diuino-humanæ seu theandricæ, & *plena hyacinthis*, àerei & cælici coloris lapidibus pretiosis tamquam vnguibus & gemmis distinctæ. Est autem hyacinthus misericordiæ symbolum: nam vt ex Solino & S. Isidoro refert Alcazar in c. 21. Apoc. nebuloso cœlo turbatur ejus color, quasi mœrente cœlo mœreat: sereno verò cœlo rutilat & hilarescit. Quod proprium est misericordiæ. Neq; minus in nos pauperes protensæ sunt misericordes Christi manus, quàm ad cœlestia sublatæ, in DEi gloriam omnia patrantes, ad cœlum omnes rapientes, ita Cassiod. & Beda. *Manus sponsi tornatiles.*

XXII. *Quo sensu dicitur de cœlesti sponso* v. 14. *venter ejus eburneus, distinctus Sapphiris?* ℟ Venter, concoctionis, digestionis & generationis sedes, quæ in animantibus tenerrima, maximeq, infirma pars corporis esse solet, in Christo est solidissima & fortissima, quippe *eburneus*, ex solido ebore, osse elephantis robustissimi, *distinctus Sapphiris*; LXX legunt, *venter ejus pyxis eburnea.* Hieron. *tabula eburnea super lapidem sapphirum*, supple, posita, vel fundata, id est, super personam Filij Dei, qui verus est sapphirus, sereni cœli colorem per omnia referens, aureis punctis collucens, symbolum imperij & principatûs, vt probat Alcazar. Ergo Sapphiro diuinæ personæ innixa tabella, vel pyxis eburnea humanitatis Christi, distincta & ipsa seu intertexta, suis sapphiris, thesauros omnes cœlestes in nos transfundit, ita S. Hieron. Nyssenus & alij. *Venter sponsi eburneus.*

XXIII. *Quomodo intelligendus* v. 15. CRURA ILLIUS COLUMNÆ MARMOREÆ, QUÆ FUNDATÆ SUNT SUPER BASES AUREAS? ℟ Crura instrumenta ad ambulandum & currendum, sunt veluti *columnæ marmoreæ*, candidæ, solidæ. Designant verò omnia itinera & gressus seu actiones Christi. Quæ fundatæ sunt super bases, seu pedes, non luteos, vt statua Nabuchodonosoris, sed aureos, id est, pulchros, pretiosos, fortes simul & facile mobiles, sicut aurum alijs metallis fortius, nobilius, pretiosius simul & ductilius est etiam laminis tenuissimis. Porrò per has aureas bases intellige geminam charitatem, DEi & proximi; vel misericordiam & justitiam; super quibus omnes actiones Christi fundabantur, inquit Rupertus. *Crura sponsi columnæ marmoreæ.*

CAPUT VI.

Locus vbi quærendus & inveniendus est Sponsus: noua Sponsæ encomia partim à sponso, partim à sodalibus sponsæ: lucta & prælium sponsæ cum hostibus domesticis & externis, & præclara de vtrisq; victoria ac triumphus.

Hortus est Ecclesia.

QUæstio I. *Quis est hortus, in quem descendit dilectus?* ℞ Hortus hic est Ecclesia Catholica, in qua tantùm quæri & inveniri Christus debet: nec extra illam inveniri valet. Et quamuis DEus vbiq; sit, & vniuersum orbem repleat, tamen per veram fidem & gratiam nullibi est, nisi in Ecclesia, à qua numquam recedit, juxta id, quod promisit: *Ecce ego vobiscum sum vsq; ab consummationem sæculi.* In hac autem Ecclesia duntaxat sunt media ad inueniendum Christum necessaria, nimirum vera Sacramenta, & sacrificia, veræ scripturæ sacræ à DEo reuelatæ, verusq; DEI cultus, cognitio & fides, virtutes, & opera, quibus placari possit, & apud DEum homo aliquid mereri. Tria in hoc horto inveniuntur, quæ sponsa narrat; nimirum areolæ aromatum; horti minores ad pascendum, & lilia colligenda: areolæ aromatum sunt sacræ ædes, in quibus administrantur Sacramenta, offeruntur sacrificia, & orationes DEo, quæ velut aromata valde illi redolent. Horti verò intra hunc hortum magnum, sunt libri sacri, in quibus est pastus omnium veritatum & mysteriorum, quæ spiritualem animæ præbent refectionem. Lilia verò colligenda, sunt candida & pulchra studia virtutum, quæ hortus Ecclesiæ germinat, & vnusquisq; ea sibi colligere tenetur,

Descensio sponsi.

II. *Quomodo dicitur descendere, cùm propria DEi habitatio sit cœlum, vbi suam gloriam clarè beatis manifestat?* ℞ Descendit cùm eam in terris manifestat, & in eis aliquid operatur. Descendit cùm homo factus est in vtero Virginis, vt hortum suum inviseret, & innouaret, abrogando legem veterem, statuendo nouam, quotidieq; descendit in Eucharistia, vt hunc hortum invisat, suos pascat fideles, & pro eis se in sacrificium incruentum offerat. Descendit etiam invisibiliter, cùm singulos electos visitat, instruit, docet, pascit, consolatur, & mirabilia operatur in illis, adferens secum cœlestia dona, quæ cum illo dicuntur descendere, quia quodam modo etiam humiliantur, dum nostris aptantur terrenis mentibus juxta illud ps. 17. v. 10. *Inclinavit cœlos & descendit.*

Concubinæ.

III. *Quæ vocantur concubinæ v. 7.?* ℞ Non pellices & meretrices, sed legitimæ vxores, licet secundariæ; quia scil. non erant matres familias, nec earum filij in patris hæreditatem & regnum succedebant, sed cum muneribus dimittebantur, vti Abraham Agar concubinæ suæ ejusq; filio Ismael dedit munera; Saram verò habuit quasi vxorem primariam & matrem familias, cujus proinde filius Isaac Abrahæ fuit hæres ex asse.

Adolescentulæ.

IV. *Quæ erant adolescentulæ v. 7.?* ℞ Erant Virgines honorariæ, quæ reginas & concubinas honoris causa comitabantur, earumq; faciebant gynecæum; aut quasi in gynecæo servabantur, vt morientibus reginis vel concubinis in earum locum succederent, fierentq; vxores vel primariæ vel secundariæ.

V. *Hæ reginæ, concubinæ & adolescentulæ, fueruntne Salomonis, an alterius?* ℞ Fuisse Salomonis, Salomon enim sub initia regni, inquit Pineda l. 6. de rebus Salomonis c. 5. cùm castior esset, & hæc scriberet, 60. duntaxat habuit reginas, & 80. concubinas non libidinis, sed regalis magnificentiæ causa, ne vicinis Regibus, qui amplum earum gynecæum monstrabant, dignitate videretur inferior: isto enim polygamiæ ævo, Regum splendor consistebat in Reginarum copia & splendore; at senior factus & intemperantior septingentas sibi ascivit Reginas & trecentas concubinas 3. Reg. 11. Plura huc pertinentia vide c. 4.

CAPUT VII.

Nova Sponsæ encomia à rebus bello præclarè gestis, à fœcunditate prolis, à studio educandi, promovendi & perficiendi spirituales proles: modus juvandi incipientes, proficientes, perfectos: typus deniq; perfectionis, & epulum à sponsa appositum sponso.

Chori castrorum.

QUæstio I. *Qui sunt chori castrorum v. 1.?* ℞ Sunt choreæ, tripudia & saltationes, militum triumphantium. Sulamitis ergo stipata armatis militibus, cum ijs videtur ovasse & saltitasse bellicam armorum saltationem. Laudat hic sponsus decorem Ecclesiæ, ex Judæis colligendæ, q. d. Quid videbis, ô Ecclesia gentium in Sulamite, id est, in Synagoga Judæorum jam conversa ad suum Messiam veramq; fidem, nisi choros præ gaudio tantæ conversionis cantantium & tripudiantium; sed choros castrorum, quæ scil. ita exultent, vt simul fortiter contra Antichistianos cæterosq; infideles & impios decertent. Judæi enim in fine mundi agnoscentes suum Eliam, & Christum ab eo prædicatum, suam perfidiam damnantes, zelum Eliæ induent, ac Christum acerrimè propugnabunt, vti fecit S. Paulus ex Judæo factus Christianus Ita Alcazar l. 3. Allusionum ad Apocal. cum alijs.

II. *Cur sponsa laudans sponsum c. 6. orditur à capite, finit in pedibus, hic autem sponsus laudans sponsam orditur à pedibus & finit in capite?* ℞. Quia sponsus deorsum è cælo in terram descendit, vt sponsam sibi copularet; sponsa verò è terra in cælum per sponsum euocata, sursum ascendit. Laus ergo sponsi est in descensu; laus sponsæ in ascensu: laus sponsi in dignatione euocandi sponsam; laus sponsæ in dignitate gratiæ & gloriæ, ad quam à sponso euocatur.

III. *Cujus*

III. *Cujus sunt verba,* QUAM PULCHRI SUNT GRESSUS IN CALCEAMENTIS, FILIA PRINCIPIS? ℟. Genebrard. & Sanchez censent esse verba adolescentularum, celebrantium sponsæ pulchritudinem. S. Greg. censet à sponso Christo laudari hîc sponsam Ecclesiam, quòd prædicatores miserit ad synagogam Judæorum, eosq; conuerterit. Meliùs alij censent, Christum hîc laudare synagogam Judæorum recens conuersam; de ea enim sermo præcessit. dat causam ob quam sint recti gressus ejus, quia pulchræ sunt, rectæ, & validæ juncturæ siue vertebræ femorum: ab hisce enim pendet pulchritudo, æquè ac rectitudo & robur incessûs, vt scil. quis non claudicet, non cespitet, sed rectis validisq; femoribus rectè valideq; incedat. Alludit ad tactum Angeli, qui tangens Jacob in femore, luxansq; ejus juncturam & neruum, fecit eum claudum Gen. 32. quæ Jacob claudicatio præsignabat posteros ejus claudicaturos, in fide & religione, vt nunc Deum, nunc idola colerent; nunc Christo adversarentur, nunc eum amplecterentur. At in fine mundi synagoga conuersa ad Christum, validis juncturis femorum fortiter adhærebit corpori Ecclesiæ, id est cæteris Gentium fidelibus & capiti Christo. *Gressus sponsæ.*

IV. *Quomodo intelligendus est* v. 2. UMBILICUS TUUS CRATER TORNATILIS, NUMQUAM INDIGENS POCULIS? ℟. Umbilicus vsurpatur vel pro ipso ventre, vel pro media ejus parte, vnde ex generali ratione, quidquid in aliqua re medium tenet locum, vmbilicus vocatur. Venter autem in Scriptura generali ratione vocatur receptaculum cibi & potus, aut fœtus, quo etiam modo viris tribuitur, sicut de Dauide dictum est ps. 131. v. 11. *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Sensus igitur est tuus appetitus partis sentientis per temperantiam & continentiam reformatus, est quidem crater, quia factus est ad recipiendum cibum & potum conuenientem: sed est tornatus, quia optimè præcisus & elaboratus, omnibus amputatis noxijs. Et quia opus tornatile celeriter fit, feruorem indicat mortificationis, qua celeriter hæc superflua rescindantur, vt ad supremam perueniat perfectionem, de qua dicitur *non indigens poculis*; quoniam ita per omnimodam mortificationem perfectus est, vt non appetat inordinatè pocula, ac si non indigeret. Appetentia enim sequitur indigentiam, & ideo non indigere significat non vltra modum appetere. *Umbilicus crater tornatilis.*

V. *Quo sensu dicitur:* VENTER TUUS SICUT ACERUUS TRITICI VALLATUS LILIIS? ℟. Dixerat vmbilicum seu medium ventris non indigere poculis, quia numquam deficit musto, nunc ait, ventrem etiam non indigere cibo, quia plenus est tritico instar aceruí tritici, non carnalis sed spiritualis, qui sufficiens est illi, & omnem tollit inordinatam concupiscentiam corporei cibi; est autem vallatus lilijs, id est, candidis & odoriferis virtutibus temperantiæ & sobrietatis, continentiæ, aut pulchræ virginitatis, quæ instar valli circumdant, protegunt & muniunt ventrem animæ, & partem illam sentientis appetitus, quæ delectabilia concupiscit. *Venter aceruus tritici.*

Quid denotent duo vbera sicut duo hinnuli gemelli capreæ vide c. 4. q. 7. Quid collum sicut turris eburnea vide ibid. q. 6.

VI. *Cur dicitur* v. 4. OCULI TUI SICUT PISCINÆ IN HESEBON, QUÆ SUNT IN PORTA FILIÆ MULTITUDINIS? ℟. Comparantur sponsæ oculi piscinis pulcherrimis, quæ limpidissimas aquas viuas, è proprio fundo scaturientes, continebant: erant autem in ciuitate quadam dicta *Hesebon*, prope ciuitatis portam, cui nomen erat filia multitudinis, aut communi ratione ita appellabatur, quia multitudo populi ad eam portam maximè ob piscinarum pulchritudinem concurrebat. Hac enim phrasi scriptura hunc multorum concursum explicat, sicut Jeremiæ dictum est c. 17. v. 19. *Vade, sta in porta filiorum populi &c.* Aut nomen filiæ multitudinis referendum est ad ciuitatem, quia nimis erat populosa. Piscinæ autem illæ valde amplæ erant, quarum aquæ in extima superficie serenæ, tranquillæ, & pellucidæ imagines rectè repræsentabant, quæ pulchrorum oculorum sunt proprietates; etsi autem potissimè deseruirent ad potum, tamen etiam erant ad rigandos agros, sicut Salomon ait Eccl. 2. v. 6. *extruxi mihi piscinas aquarum, vt irrigarem siluas lignorum germinantium.* Ad lauandum item, imò ad natandum; nam ideo dicuntur piscinæ, quia pisces in eis natant, vnde & natatoria vocantur. Quomodo in Euangelio legimus probaticam piscinam, vbi lauabantur oues immolandæ, & natatoria Siloë quod interpretatur Missus, quia aquæ mittebantur & diuidebantur ad irrigandos hortos. *Oculi sicut piscinæ in Hesebon.*

VII. *Quomodo nasus sponsæ comparatur turri Libani, quæ respicit contra Damascum?* ℟. Laudatur sponsæ nasus proportione sumpta à pulchra & spectabili turri erecta in monte Libano versùs Damascum regiam Syriorum, qui infesti Judæorum hostes erant, in qua jugiter aderant speculatores, vt eos aduenientes discernerent. Ad cujus similitudinem est nasus in pulchra facie debita proportione magnus & oblongus, ac rectus, acuto præditus olfactu, vt odores discernat, & hinc potissima ejus laus sumitur: propter quod nasus symbolum est discretionis, & quia hæc maximè splendescere debet in prælatis, doctoribus & concionatoribus, hos etiam repræsentat, qui sublimem locum obtinent in Ecclesia, quæ per montem Libani significatur, cujus sublimes sunt turres, vt eam defendant ab insidijs inimicorum, qui per Damascum repræsentantur. Nam sicut Libanus interpretatur candidus vel dealbatus à candore gratiæ, sic Damascus sanguineus à sanguine peccatorum. *Nasus turris Libani.*

VIII. *Quo sensu caput sponsæ comparatur Carmelo* v. 5? ℟. Sicut Carmelus eminet cæteris Ju- *Caput Carmelus.*

ris Judææ montibus; ſic caput tuum ô ſponſa, tuq; ipſa emines cæteris fœminis. Carmelus mons eſt in Phœnicia, vinearum & fructuum omnium fertilitate nobiliſſimus, ita Theod. Alcazar per Carmelum accipit coronam ex floribus Carmeli, qua ſponſæ caput coronabatur. Sic c. 5. v. 11. Chriſti caput vocauit aurum optimum, id eſt, corona ex auro optimo redimitum. Sic ſenſus eſt, q. d. Caput tuum vt Carmelus, id eſt, bellè in caput quadrat ex floribus Carmeli, contexta corona, ad repræſentandum ſcil. hoc caput Carmelo monti eleganter comparari.

Comæ ſicut purpura Regis.

IX. *Quomodo intelligenda verba*: COMÆ CAPITIS TUI SICUT PURPURA REGIS VINCTA CANALIBUS? ℞. Licet verba ſonent capillos laudari à proprio colore flauo & rubicundo, ſimili regiæ purpuræ recenter tinctæ; alijs tamen placet potiùs laudari à vittis & faſcijs pulchris & purpureis, quibus ligati erant, ita artificioè, vt quaſi quaſdam figuras canalium efficere viderentur. Propter quod aſſimiliari dicuntur regiæ veſti purpureæ, quæ varias habet complicaturas, ſicut modò veſtis alba Sacerdotum, quæ etiam apparent eſſe ſicut canales. Sed vtrouis modo ſumatur, comæ capitis Chriſti dicuntur Apoſtoli, diſcipuli, & primi Chriſtiani, qui quò ei fuerunt propinquiores, eò etiam fuerunt ſimiliores: & ideo ſunt ſicut purpura recenter tincta, quæ rubicundior eſt & ſplendidior.

Statura aſſimilata palmæ.

X. *Quomodo ſtatura ſponſæ aſſimilata eſt palmæ* v. 7.? ℞. Primò proceritate & celſitudine, qua reliquas arbores ſuperat. 2dò rectitudine; 3tiò robore, fortitudine & inuictâ conſtantiâ aduersùs tempeſtates, neq; vllis ponderibus ſuccumbere ſolita: propter quæ & ſymbolum eſt victoriæ. 4tò jugi viriditate. 5tò. aſperitate, & quaſi ariditate corticis, & nudo trunco aculeato, & armato in inferioribus partibus, at in ſuperioribus eximia ramorum & foliorum latiſſimè expanſorum pulchritudine & amœnitate inquiunt S. Amb. & Beda. 6tò pari craſſitie trunci è terra ad cacumen vsq; aſſurgente, ita S. Greg. 7mò formâ foliorum, quæ in palma ſunt inſtar gladij. 8vò vbertate, dulcedine & præſtantia fructuum. Unde addit ſponſus: *vbera tua*, è quibus tamquam perpetuis fontibus promis paſtum ſodalibus tuis, aſſimilata ſunt *botru*, nempe dactylorum, qui è vertice palmæ dependent: vel etiam botris vuarum vitis, quæ ad radices palmæ plantata, ramis ejus quaſi fulcris innititur & ſuſtentatur. Solent enim perfecti, non propriæ tantùm animæ, ſed & proximorum ſuorum, quos inſtruunt, vt onere & cura grauari, ſic & fructibus exornari.

XI. *Cujus ſunt verba, & quid ſignificant* v. 8. Dixi: aſcendam in palmam &c. ℞. Unius adoleſcentularum (ſed in vna plures aliæ comprehenduntur) auidæ perfectionis, tam nobilis, tam laudati fructus. *Dixi*, deliberatè conſtitui, apud me firmiter decreui; quid? *aſcendam in palmam* iſtam, dabo me diſciplinæ, regimini & inſtructioni tam nobilis magiſtræ: & apprehendam fructus ejus; LXX tenebo cacumina ejus. Fructus enim palmæ ſunt in vertice. Scio enim certò ex relatione cæleſtis ſponſi, quòd *vbera tua* & liquores alijq; fructus inde promanantes erunt mihi dulcia & ſalubria ſicut *botri* tum dactylorum, tum vuarum pleni ſucco nutriente, exhilarante & inebriante. *Et odor oris tui*; LXX. *Naſi tui* erit ſicut *odor malorum*, id eſt, obſeruatio & imitatio ſanctorum monitorum tuorum, itemq; exemplorum & operum, quæ ex ore & naſo cordis, ſeu ex charitate & zelo tuo exhalas & eructas, admodum ſuauis erit mihi & fragrans & ſalubris, id eſt, mirificè oblectabit, reficiet, roborabit me, ſicut ſolet facere odor malorum medicorum.

CAPUT VIII.

Ardens ſponſæ deſiderium fruendi continuâ ſponſi præſentiâ: epulum quo ſponſa ſponſum excipit, & ſomnus inde conſecutus: gloria & deliciæ ſponſæ: leges perfectæ dilectionis: ſollicitudo & zelus ſponſæ circa animas ſuæ curæ commiſſas: cantus cycnæus & extrema vota ſponſæ.

QUæſtio I. *Quid optat ſponſa* v. 1. QUIS MIHI TE DET FRATREM MEUM SUGENTEM VBERA MATRIS MEÆ, VT INVENIAM TE FORIS, ET DEOSCULER TE, ET IAM NEMO ME DESPICIAT? ℞. Amor ſponſæ ita increuerat ex vltima confabulatione cum ſponſo in agro, vt quaſi Mandragoræ philtro, extra ſe rapta dicat ei, quis mihi daret, vt eſſes ſicut frater meus paruulus adhuc ſugens vbera matris meæ, quem foris & publicè deoſculari poſſem ſine vllo rubore, & propter hoc nullus me contemneret: Utinam adeſſet jam hora illa, in qua jure conjugij te vocare poſſem fratrem meum, ac ſi ſuxiſſes vbera matris meæ, vt in omnium conſpectu liceat ſine reprehenſione tamquam legitimum ſponſum te oſculari. S. Amb. Greg. & alij Patres attribuunt id allegoricè antiquæ Eccleſiæ, quæ ardentiſſimè optabat aduentum & incarnationem Filij DEI, Corn. à Lap. verò attribuit vniuerſali Eccleſiæ collectæ ex gentibus & Judæis. Hæc enim in fine mundi videns compleri electorum numerum ex vehementia amoris optabit nuptiarum cum ſponſo conſummationem in cælis. Eccleſia enim in terris ceu ſponſa, tantùm celebrat ſponſalia cum Chriſto ſponſo per fidem & gratiam; in cælis verò nuptias celebrabit & conſummabit per gloriam ſummamq; viſionis

nis & amoris beatifici cum ſponſo vnionem. *Quis mihi det, vt inueniam te foris*, id eſt, extra terram ſupra mundum in cælo empyreo.

II. *Quo ſenſu loquitur ſponſa* v. 2. APPREHENDAM TE &c.? ℟. Stringam arctiſſimo tum intellectûs tum voluntatis complexu, alligabo te mihi vinculis Adæ, funibus amorum, *& ducam in domum matris meæ*, id eſt in domum meam: Ibi me docebis puram & omnem veritatem. Docebis me non alieno ore, ſed proprio tuo: non in prouerbijs ſed palàm, ibi diſcipulos magiſter inſtrues cæleſtibus diſciplinis. Docebis me, noſſe me, noſſe te, noſſe omnia, quæ me noſſe voles. Et ego ibi viciſſim *tibi dabo poculum ex vino condito*, ex vino aromatite, potum ſuauiſſimum ex omnium virtutum commixtione conflatum: amoris ambroſiam: *& muſtum malorum granatorum meorum*, recentem & primum ſuccum omnium tum internarum, tum externarum virium, operum & votorum. Hic enim ſuccus extremè placet palato cæleſtis ſponſi, ſicut ſolet æſtuanti ſtomacho gratus accidere ſuccus ex malis granatis expreſſus. Verbo vno, epulabimur ibi & deliciabimur, ſaltem pro modulo & menſura temporis præſentis, ita Tirinus & alij.

Super verba v. 3. *Læua ejus ſub capite & dextera ejus amplexabitur me*, Vide c. 2. q. 10.

Signacul. ſuper cor.

III. *Quid vult ſponſus illis verbis* v. 6. PONE ME VT SIGNACULUM SUPER COR TUUM, VT SIGNACULUM SUPER BRACHIUM TUUM? ℟. In perpetuam mei memoriam geſta continuò imaginem mei cælatam in bullis ad pectus, & in armillis ad brachia appenſis: q. d. fac omnia cogitata tua, omnes amores & deſideria tua, omnia dicta, facta, ſic me vnum referant, mihi vni tantorum tibi bonorum fonti & auctori dedicentur & approprientur, ac ſi imago mei, vel ſigillum meum me ad viuum referens, ſingulis impreſſum eſſet. Fac item perpetuò memineris mei in omni affectione & operatione tua, perinde ac ſi figura mei continuò tibi ob oculos verſaretur, idq; non in ſola contemplatione & oratione, ſed in omni opere & conuerſatione externa, inquit S. Greg. l. 29. Moral. c. 4.

Dilectio fortis vt mors.

IV. *Cur addit ſponſus:* QUIA FORTIS EST, VT MORS DILECTIO? ℟. Vult dicere, ſcio me dura & difficilia poſcere. Sed amanti nihil durum, nihil difficile. Nam amoris hæc eſt natura, conditio, qualitas, quòd fortis ſit ſicut mors. Morti nemo reſiſtit, nec dilectioni. Aufert omnem vitam vitioſam, carnalem & mundanam: tollit peccata: mortificat peccatorum radices concupiſcentias & paſſiones inordinatas: externa ad peccatum allicientia rejicit: etiam licita, ſi majoris boni ſint impedimenta, reſcindit: in gratiam amati ſi quid occurrat arduum, moleſtum, tœdioſum, exſorbet, ſuperat, deuincit. Idem vrget etiam *æmulatio*, quæ eſt vel vehemens amor, vel vehementis amoris actus & effectus, qui zelus dicitur, & eſt ingens triſtitia ſeu dolor de damno vel injuria illata rei amatæ, cum impetu & ſtudio illam vlciſcendi & depellendi. Et eſt *dura* tum in ſuſtinendo, tum in oppugnando, tum in detinendo, *ſicut infernus*, qui tenaciſſimè retinet, quod ſemel recepit, & duriſſimè torquet animas, nec eſt vlla vis creata, quæ poſſit illas ex faucibus ejus eruere. Simili tenacitate charitas perfecta, ſeu æmulatio, DEum quem ſemel apprehendit, fortiſſimè retinet: & aduersùs carnem, mundum, dæmonem, ne DEum mente expellant, duriſſima eſt & implacabilis hoſtis, caſtigans, perſequens, conterens omnes: neq; eſt vlla vis creata, quæ poſſit inuitam tanto theſauro ſpoliare.

Aquæ non extingvunt charitatem.

V. *Cur dicit ſponſus* v. 7. AQUÆ MULTÆ NON POTUERUNT EXTINGVERE CHARITATEM, NEC FLUMINA OBRUENT ILLAM? ℟. Vult tam fortem, tam conſtantem in illa erga ſe eſſe charitatem, vt nullis perſecutionum aut tribulationum aquis, nec integris aduerſitatum fluminibus, vt nullis ſeu doloribus ſeu tormentis, ſeu terroribus, ſeu minis frangatur vel exſtinguatur. Sed neq; donis aut beneficijs deperdi aut eneruari eam decet: potiùs omnia perdenda, omnia projicienda, quàm vel tantilla charitatis jactura facienda.

VI. *Cujus ſunt verba* v. 6. SOROR NOSTRA PARVA &c.? ℟. ſunt verba ſponſæ adultæ conquerentis coram ſponſo Chriſto, vel potiùs coram ſodalibus ſponſi, de ſorore ſua juniore, id eſt Synagoga Judæorum conuertenda in fine mundi. Hæc enim vt recens nata vel renata baptiſmo, parua erit tum numero, tum fide, conſtantia & virtute, atq; vbera prædicationis non tam pandet, quàm ſuget. Habebit enim paucos prædicatores ſuæ gentis, ſi cum Doctoribus Eccleſiæ Gentium conferantur. Licet enim Elias & Enoch ſuo feruore & zelo nonnullos è Judæis ſint eodem zelo accenſuri, tamen hi præ reliquis rudioribus & infirmioribus Judæis, adhuc lacte fidei Chriſtianæ indigentibus erunt pauci.

VII. *Quomodo intelligendum* v. 9. SI MURUS EST ÆDIFICEMUS SUPER EAM PROPUGNACULA ARGENTEA: SI OSTIUM COMPINGAMUS ILLUD TABULIS CEDRINIS? ℟. Eſto ſynagoga conuerſa ſit parua, ſi tamen inſtar muri pectus animumq; habet firmum & reſolutum credendi in Chriſtum, illiq; adhærendi, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea, id eſt, inſtruamus eam eloquijs ſacræ Scripturæ, & doctrinæ pietatiſq; Chriſtianæ (*nam eloquia Domini eloquia caſta, argentum igne examinatum* pſ. 11. v. 7) ijſq; illam quaſi propugnaculis armemus contra omnes Antichriſti & Judæorum in Judaiſmo permanentium inſultus, ijſdemq; quaſi vberibus decoremus eam, vt alios in Chriſtianiſmo lactare, docere & erudire

valeat. Sin ſponſa junior, id eſt, plebs Judaica ad Chriſtum conuerſa, oſtium eſt, non murus, id eſt, ſi ipſa inſtar oſtij pectus animumq; habet exilem, mobilem & verſatilem, vt Judaizantibus aures aditumq; aperiat, *compingamus illud tabulis cedrinis*, id eſt, ſepiamus & muniamus eam exemplis & conuerſatione piorum Chriſtianorum, qui eam à Judaizantibus cuſtodiant, ijsq; aditum intercludant, ac pijs monitis æquè ac moribus eam in fide & charitate Chriſtiana confirment.

VIII. *Cujus ſunt verba* v. 10. *Ego murus, & vbera mea ſicut turris, ex quo facta ſum coram eo, quaſi pacem reperiens?* ℞. Sponſæ junioris, nempe Synagogæ Judæorum in fine mundi conuertendæ, quæ audiens timorem ſororis adultæ, putà Eccleſiæ gentium de ſe, quod eſſet parua & ſine vberibus; ac conſilium ſodalium ſponſi, vt ſi murus ſit, ædificentur in ea propugnacula argentea, quæ in muro ſunt id, quod vbera in pectore. Sin oſtium ſit, compingatur tabulis cedrinis, protinus vtrisq; animosè reſpondet, metumq; omnem adimit dicens, ſe ex eo tempore, quo ſponſo reconciliata, & quaſi ſponſa copulata fuit, ſubitò excreuiſſe inſtar muri, atq; vbera ab eo accepiſſe ingentia, non ſolùm inſtar propugnaculorum, ſed & inſtar turrium, ac proinde ſe jam habilem ad nuptias ſponſi.

IX. *Cujus eſt vox* v. 11. VINEA FUIT PACIFICO IN EA, QUÆ HABET POPULOS &c.? ℞. Sponſæ adultæ, putà Eccleſiæ gentium, quæ audita voce ſponſæ junioris, putà Synagogæ Judæorum aſſerentis, ſe eſſe murum & habere vbera inſtar turrium, concludit per parabolam vineæ fertiliſſimæ, & præſtantiſſimæ tam de ſe, quàm de ſorore ſua, quòd jam copioſus & completus ſit numerus fidelium & electorum tam Gentium quàm Judæorum, ideoq; tempus eſſe, vt nuptias cum Chriſto in cælo conſummet, quod vtraq; vnicè optat & tacitè poſtulat. Per cuſtodes intelliguntur Paſtores & Doctores, vel etiam Angeli cuſtodes. *Vir*, id eſt, quisq; cuſtodum, *pro fructu ejus*, annua penſione *affert mille argenteos*, id eſt, maximum & pleniſſimum (millenarius enim ſymbolum eſt ſummæ magnitudinis & perfectionis) virtutum, & Sanctorum numerum, pretiumq; offeret Chriſto, putà multa, magna heroicaq; opera SS. Martyrum, Virginum, Religioſorum, Præſulum, Conjugum.

X. *Quid eſt*, VINEA MEA CORAM ME EST v. 12.? ℞. *Vinea mea, quæ me attinet, mihi curæ eſt*, inquit Vatablus. q. d. Tu ô Synagoga ſoror vineam tuam habes Judæam, at ego vineam habeo totum orbem reliquum, putà omnes gentes, quas in fide & virtute Chriſtiana per meos prælatos, paſtores & prædicatores aſſiduè excolo, quare opus eſt, vt tam amplam vineam ſemper præ oculis habeam, ac magna ſedulitate & labore paſtinem, putem, vindemiem &c. vti feci & facio. Quocirca illa jam tot annis & ſæculis à me ſic exculta, quot annis & fructibus Salomoni hero (putà Chriſto) reddit mille argenteos, id eſt, maximum pretium: cuſtodibus verò eam excolentibus, inſuper pro labore reddit ducentos argenteos.

XI. *Quid innuunt illa verba* v. 13. QUÆ HABITAS IN HORTIS, AMICI AUSCULTANT: FAC ME AUDIRE VOCEM TUAM. ℞. Per amicos intellige ſponſi ſodales & paranymphos, qui optant ſponſam ſponſo copulari, ejusq; hac de re votum & deſiderium voce expreſſum audire: poſtulat ergo Sponſus à ſponſa, vt vota ſua, quæ de nuptijs cum ſponſo conſummandis hactenus tacitè inſinuauit, apertè tandem enuntiet coram paranymphis.

XII. *Cur dicit ſponſa* v. 14. FUGE DILECTE MI, ET ASSIMILARE CAPREÆ HINNULOQUE CERVORUM SUPER MONTES AROMATUM? ℞. Eſt vltima & cygnea vox ſponſæ, qua ſponſo cupienti vocem ejus vltimam audire, illam edit, & per eam vltima & extrema ſua vota ſponſo inſinuat, quæ ſunt, vt ſponſus fugiat, id eſt, celeriter ſe proripiat inſtar capreæ ſuper montes aromatum, eoq; ſecum rapiat ſponſam, vt ibi illa ipſo ſolo perfruatur, nec enim amor, qui intimis ſponſæ medullis inſedit, vllas ſponſi moras patitur. Fuge ergo ô ſponſe mecum è vallibus hortorum in montes rupium ex turba in ſolitudinem, ex cœno fœtorum in colles aromatum.



QUÆ-

QUÆSTIONES EXEGETICÆ IN LIBRUM SAPIENTIÆ.

CAPUT I.

Invitat ſapiens Reges omnes & magiſtratus ad capeſſendam ſapientiam ea lege, vt ſe illi ſinceros ac ſimplices præſtent auditores, cùm nihil ſit, quod Magiſter ſapientiæ Deus magis oderit, quàm cor ſimulatum, os mendax ac obmurmurans, & opera prava ac injuſta, quibus homines mortem, ſibi ipſi accerſierunt.

QUæſtio I. *Quid eſt* SENTITE DE DEO IN BONITATE v. 1. ℞. Bene & rectè ſentite de DEO: ſic enim Hebræi adverbia ſignificant per nomina, vt *ſeruite Domino in lætitia*, id eſt, lætè? *fac tua in fortitudine*, id eſt, fortiter: *in amore*, id eſt, amanter. Bene ſentite de Domino DEo. q.d. bonum ſenſum & ſententiam de DEo in mente formate, vt ſenſus veſter de DEO ſit ipſi congruus, ipſoq; dignus, vt talem conceptum de DEo habeatis, qualem ipſe meretur; vt talem in animo vobis fingatis Deum, qualis revera eſt, vt non inſaniatis cum Atheis, non deliretis cum Epicureis, quorum alteri DEum negant. Alteri eum res humanas negligere ſomniant: nonnulli imbecillem, nec omnia ſcientem fingunt, quem vel falli vel fruſtrari poſſe arbitrantur.

Sentire de DEO in bonitate.

II. *Qui ſunt qui tentant DEum* v. 2.? ℞ Primò infideles, qui cum DEo, quaſi cum idolo lapideo, mortuo & ſenſûs experte agunt, quod proinde externis tantùm ritibus & geſtibus colunt. 2dò qui DEo negant ſcientiam, potentiam, providentiam rerum humanarum, ac injuſtitiæ ſcelerumq; vindictam, aut ejus periculum facere volunt. 3tiò qui ſuo ingenio, opibus, viribus confidunt non DEo. Sic Diabolus tentavit Chriſti divinitatem Matt. 4. 2. Judæi ejuſdem potentiam, dum ab eo popoſcerunt miraculum. Matt 12. 38. Item juſtitiam, dum ab eo poſtularunt vectigal Matt, 17 23. Item ſapientiam, dum modum reſurrectionis ab eo veſtigarunt Matt. 22. v. 24. Item clementiam, dum ei obtulerunt adulteram ad condemnandum Joa. 8. 5.

Tentantes DEum.

III. *Quomodo DEus apparet* v. 2.? ℞ Imò in creaturis omnibus & ſingulis, in his enim velut ſuis operibus, & effectis relucet ipſe Creator, juxta illud pſ. 18. *Cæli enarrant gloriam DEi.* Et Rom. 1. *Inviſibilia DEi per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur: ſempiterna quoq; ejus virtus & divinitas.* 2dò in S. Scriptura. Ibi enim DEus ſe ſuasq; virtutes manifeſtat. 3tiò in Eccleſia. Si enim Eccleſiæ præſides & doctores quis conſulat, vtiq; de omni re, quæ ad DEum DEiq; cultum pertinet, eum inſtruent. 4tò quæritur & invenitur DEus in oratione & exercitio virtutum, præſertim eleemoſynæ. Orationi enim vacantes DEus interiùs illuminat, vt ſe & ea, quæ ſunt ſalutis, cognoſcat. Sic invenit DEum Cornelius Centurio, cùm oranti apparuit Angelus jubens vocari Sanctum Petrum, qui eum in fide Chriſti inſtrueret Act. 10. Simili modo ait S. Thom. q. 14. de veritate art. 11. ad 1. Si quis gentilis plenè ſeruaret legem naturæ, DEumq; inuocaret, DEus prædicatorem etiam Angelum ſi opus foret, mitteret, qui eum de rebus DEI, & ſalutis informaret.

DEus quomodo apparet.

IV. *Quo ſenſu dicitur* v. 3. PROBATA VIRTUS CORRIPIT INSIPIENTES.? ℞. *Virtus*, id eſt, potentia DEI, *probata*, ſeu tentata & laceſſita impiorum diffidentia vel infidelitate, *corripit inſipientes*, reipſa illos puniens, & robur ſuum in illos exerens, vt apparuit in Pharaone, & tot alijs incredulis, ac DEo rebellibus.

V. *Qua ſapientia non intrat in malevolam animam, nec habitat in corpore ſubdito peccatis* v. 4? ℞ Per ſapientiam non intelligitur ſpeculativa ſed practica, quæ non aliud eſt, quàm prudentia, virtus, probitas, DEI timor & cultus, hæc enim non intrat in malevolam animam, cùm tamen ſubinde intret ſapientia ſpeculativa. Anagogicè per ſapientiam accipe dulcedinem divinæ contemplationis; hanc enim deguſtant animæ malevolæ, ſed bonæ & puræ. Ita S. Bernard. in Scala Clauſtralium & alij. Per *corpus* ſynecdochicè hominem accipe. Corpus enim eſt peccati æquè ac ſupplicij, putà tam culpæ, quàm pœnæ officina. Pineda l. 3. de rebus Salomonis c. 9. n. 4. exemplum dat Salomonem; ſpiritus enim ſapientiæ receſſit à Salomonis anima, & corporis voluptatibus inquinati, & libidinibus ſubditi. Unde S. Aug. l. 17 de civitate c. 8. *Rex ille* inquit, *aliquando ſapiens ſapientiam, quam amore ſpirituali adeptus fuit, amore carnali amiſit* Hi enim duo amores ſunt contrarij, & antagoniſtæ, vt vnus alium expellat.

Sapientia non intrat in malevolam animã.

VI. *Quis eſt ſenſus* v. 5. SPIRITUS SANCTUS DISCIPLINÆ EFFUGIET FICTUM? ℞ Spiritus DEI tradens inſtar magiſtri diſciplinam, ſeu inſtructionem ſapientiæ, *effugiet fictum*, græcè id quod fictum eſt, ſeu ſimulatum & doloſum in homine. q. d. qui ad gymnaſium ſapientiæ accedit non ſimplici aut vero, ſed ficto animo, tentandi potiùs quàm diſcendi vel proficiendi gratiâ, non inſtruetur ab hoc magiſtro ſapientiæ Spiritu Sancto.

VII. Quis

VII. *Quis corripietur à superueniente iniquitate* v. 5? ℞. Spiritus Sanctus, juxtà textum græcum. Hic enim ab iniquitate corripitur, id est confutatur, ait Jansenius, ac velut vituperatur, & dehonestatur, ait Vatablus, indignè tractatur, ait Nannius, ac proinde velut confusus, ac probro affectus fugit & discedit. Pineda in Job: c. 35. v. 6. & 7. tò *corripitur*, exponit, contristatur. q. d. Contristatur Spiritus S. dum videt animam iniquitatem committere, ideoq; quasi mœstus ab ea fugit & discedit, juxta illud Eph. 4, 30. Nolite contristare Spiritum Sanctum. Peccator ergo dum peccat, quantum in se est, corripit, confutat, conspurcat, contristat, expellit Spiritum Sanctum. Propriè quidem corripi, probro affici, contristari nequit, cùm sit Spiritus sublimissimus, perfectissimus, beatissimus & inviolabilis. Dicitur tamen corripi, vituperari, contristari; tum quia peccata causam illi dant doloris, probri & tristitiæ, ita vt si in eum cadere posset dolor, probrum aut tristitia, vtiq; peccatum ipsum dolore, probro & tristitia afficeret: tum quia ipse peccatum odit, & à peccatore abit & discedit, perinde ac si probro & tristitia affectus fuisset. Est catechresis & metonymia: ponitur enim effectus pro causa, scilicet correptio & tristitia pro odio, quod in hominibus ex tristitia consequitur.

VIII. *Quomodo explicandus* v. 6. NON LIBERABIT MALEDICUM A LABIIS SUIS? ℞. Non habebit innocentem, neq; impunitum, non absoluet *maledicum à labijs suis*, id est, maledicentem & detrahentem diuinæ bonitati, potentiæ vel sapientiæ, quia etiam *renum illius testis est*, id est, intima quoq; desideria & intentiones animi perspectas habet.

Spiritus S. vbiq; est.

IX. *Quid intendit* 7. v. QUONIAM SPIRITUS DOMINI REPLEUIT ORBEM TERRARUM: ET HOC QUOD CONTINET OMNIA SCIENTIAM HABET VOCIS? ℞. Probat, quòd DEus intima vel occultissima tum cordium, tum sermonum, & præsertim occultas blasphemias in DEum & maledicta in homines prolata, prospiciat, judicet & vindicet; ex eo quod ejus spiritus repleat totum orbem, vt vbiq; sit præsens, & consequenter omnia cominus intueatur & videat, imò omnia manu sua contineat, ac proinde voces quaslibet & verba, etiam mentalia sciat & cognoscat, quia eum non impedit vlla loci distantia, nec vocis vel idiomatis ignorantia. Hoc loco vtitur S. Aug. ep. 57. ad Dardanum. c. 5. & passim Theologi, ad probandum Spiritum sanctum vbiq; esse, & per consequens DEum esse, & appropiant Spiritui sancto, quòd in ipso sint omnia, sicut Patri, quòd ex ipso, & Filio, quòd per ipsum.

Medicamentum exterminij.

X. *Quo sensu dicitur*: NON EST IN ILLIS MEDICAMENTUM EXTERMINII v. 14.? ℞. A prima earum origine non est illis medicamentum exterminij, græcè pharmacum exitiosum, id est, venenum lætiferum, vt S. Hieron. exponit. Non quòd initio mundi ante peccatum Adæ nullæ fuerint herbæ venenatæ, vel animalia noxia in actu primo, seu ex natura sua, vt sensit aliquando S. Aug. (sed mox reuocauit; sed quòd non nocuerint, neq; nocitura fuissent in actu secundo, seu defacto, si homo in primæua justitia perseuerasset. Nam propter Dominium absolutum, quod homo habebat in omnia animalia, & propter prudentiam ac dexteritatem, qua norat noxia quæq; discernere ac vitare: deniq; propter continuam assistentiam & protectionem DEi, fuisset perpetuò immunis ab omni re noxia. ita S. Aug. S. Thom. & passim Scholastici. Sensus ergo est neq; mortem, neq; quidquam mortiferum in actu secundo productum à DEO fuisse, sed solius hominis vitio in orbem inuectum esse. Cuncta enim quæ fecerat DEus, erant valde bona, nec nisi post peccatum, maledicta fuit terra, & inimicitiæ eruperunt inter serpentem & hominem. Gen. 3.

XI. *Quid est:* NEC INFERORUM REGNUM IN TERRA? ℞. DEus non fuit causa, quòd infernus & infernales dœmones habeant tam amplam potestatem, & quasi regnum super terram: sed id fecit culpa hominum, qui suis sceleribus eos ex orco, propria illorũ arce, ad se euocarunt. Nam ex quo præuaricatus est Adam, Orcus & Orci incolæ dœmones suam regiam statuerunt in terra, & homines suæ subjecerunt potestati, à qua alioquin erant immunes. *Justitia enim* primæua, seu originalis, in qua primi homines creati sunt à DEO, *perpetua est & immortalis*, naturâ suâ & quantum ex se: tam effectu suo, quia perpetuæ & immortalis vitæ causa erat tum homini, nec permisisset possessorem suum venire sub imperium diaboli, vel mortis vel inferni, nisi ille peccando se vltro illorum potestati subjecisset.

Mortis causa est homo.

XII. *De quo est sermo* v. 16. *Impij autem manibus & verbis accersierunt illam: & æstimantes illam amicam, defluxerunt, & sponsiones posuerunt ad illam, quoniam digni sunt, qui sint ex parte illius* v. 16. ℞. de morte. Dixit DEum non fecisse mortem, sed creasse hominem justum, sanum, sanctum, immortalem, jam veram mortis causam assignat, primorum parentum cæterorumq; impiorum vesaniam, qui mortiferas suas cupiditates adeo ardenter adamarunt, vt mortem, quam in eis repositam sciebant, non exhorruerint, sed vltrò illam sibi *manibus* iniqua agendo, cædesq; & rapinas exercendo; ac *verbis* murmurando, blasphemias in DEum, contumelias in proximos jactando accersierunt, quasi illam sibi amicam æstimarint, cùm ipsa reuera esset eis hostis acerrimus: hinc defluxerunt ad suas voluptates, ac ad mortem & interitum in ijs repositum, ibiq; contabuerunt, id est, tabem & corruptionem, tam animæ, quàm corpori induxerunt: Quare ita se reipsa gesserunt cum morte, ac si cum illa amicitiam & fœdus inissent; idq, stolidè, sed jure, dignè & meritò, *quoniam digni sunt*, qui partem & so-

cietatem habeant cum morte, ejusq; ærumnarum & dolorum sint participes, eò quòd cum ipsa sponte fœdus inierint. Mortem intellige, primò corporis vt patet ex v. 14. Deinde animæ per peccatum, & damnationem in gehenna.

CAPUT II.

Agit contra eos, qui sentiunt, omnia cum morte finiri, ideoq; voluptati, dum vita suppetit, indulgendum, & justum quemlibet eis aduersantem, ac imprimis Christum esse occidendum & crucifigendum: non cogitantes hominem à DEO creatum ad vitam immortalem, nec mortem nisi diaboli inuidiâ in mundum inuectam.

QUæstio I. *Quid intelligunt impij per illud*: EX NIHILO NATI SUMUS v. 2.? ℞. temere, fortuitò & casu, sine cura vel prouidentia DEI, vt res de nihilo, vel nihili. Vox est blasphema Epicuri, Democriti & Chrysippi, eorumq; sectatorum atheorum, vt & sequentes voces.

II. *Quo sensu dicunt impij*: FUMUS FLATUS EST IN NARIBUS NOSTRIS? ℞. Dicunt anima & vita nostra, non est aliud, quàm flatus, id est, anhelitus, quo per nares aërem attrahimus & respiramus. Hic autem anhelitus mox vt subsidit & deficit, ac instar fumi dissipatur, & tenues vanescit in auras. In easdem ergo abit nostra anima in morte, ac proinde post eam nulla nobis superest vita. Sic Heraclitus censuit animam non esse aliud, quàm humorum respirationem, siue vaporem & exhalationem teste Arist. l. 1. de anima textu 32. Porrò quia communiter respiramus per nares; hinc flatum vel anhelitum narium animam appellant. Quò pariter alludens Isa. c. 2. 22. *Cauete, ait, ab homine, cujus spiritus in naribus ejus est.* Verùm errant impij: anima enim nostra est spiritualis, imò purus merusq; spiritus instar Angeli, ac proinde nequit esse flatus vel anhelitus, vtpote qui corporeus est: sed ipsa anhelitum hunc operatur, vt calorem cordis, in quo habitat, refrigeret. Porrò aptè comparatur anhelitus fumo. Sicut enim ignis causat fumum, sicut calor naturalis causat anhelitum & respirationem. Hinc vita nostra, quæ respiratione fouetur, vocatur vapor ad modicum parens. Jacobi 4. 15. sic ps. 101. 4. defecerunt sic fumus dies mei. — *Anima an flatus?*

III. *Quo sensu dicunt iidem impij*: ET SERMO SCINTILLA AD COMMOVENDUM COR NOSTRUM? ℞. Significant vitam nostram non esse aliud, quàm viuacem ignem in corde existentem, qui ad motionem, seu in motione cordis nostri, emittit de se scintillas, scil. sermonem & verba, quæ loquimur, ac fumum scil. respirationem & anhelitum, sicut ignis cùm mouetur, scintillas ejaculatur & fumum. Volunt animam hominis vel esse aërem seu flatum, vt Diogenes & Pythagorei postmodum asseruerunt, vel igneam exhalationem, putà naturalem colorem, vt Heraclitus: & statim à morte euanescere, vt fit in omni flatu & exhalatione. Rursum: sicut deficiente igne deficit scintilla abitq; in fauillam & cinerem; sic deficiente loquela, & consequenter anima, corpus abit in cineres. — *Anima an aër.*

IV. *Quid volunt innuere illis verbis*: ET SPIRITUS DIFFUNDITUR TAMQUAM MOLLIS AER? ℞. Videntur impij partim ex sententia philosophorum, partim ex sermone & sensu vulgi censere animam non esse aliud, quàm spiritum siue flatum, quo respiramus & quem in morte exspiramus, qui tum instar aëris & vaporis euanescit: ac proinde post mortem non superesse animam, quæ cognitionis, sensus, dolorum, & suppliciorum sit capax: eò quòd sicut in morte corpus abit in cineres, sic spiritus & anima abeat & diffluat in auram & aërem ex quo venit. Qua in re grauiter errant. Imò quia ne in brutis quidem anima est halitus, sed nobilius & spiritualius quid, quo imaginantur, recordantur, concupiscunt res sibi commodas & jucundas. adò quia in homine manifestum est ex ejus operibus animam esse quid sublime, cælestе & Angelicum, instructum potentijs & dotibus diuinis, scilicet intellectu, quo cognoscit non solùm corporalia, sed & Angelos ac Deum ipsum: memoria, qua eadem licet absentia & diu præterita reminiscatur; voluntate, qua eadem amat, & cæteris potentijs, sensibus, membrisq; omnibus vel politicè vel despoticè imperat.

V. *Cur vita nostra comparatur nubi & nebulæ* v. 3.? ℞. Sicut hæc nihil est aliud, quàm vapor humidus calore solis è terra extractus, rarefactus, & in altum eleuatus, qui raritate sua per aërem expansus, sua magnitudine videtur solem obumbrare, itaq; oculos hominum fallit; sed tandem vi solis aut ventorum dispellitur, in nihilum abit & euanescit. Simili etiam modo dissipatur & euanescit vita nostra, omnesq; ejus pompæ, opes & voluptates juxta illud Job 7. v. 9. *Sicut consumitur nubes & pertransit: sic qui descenderit ad inferos, non ascendet.* & Osee 13. 3. *Erunt quasi nubes matutina, & sicut ros matutinus præteriens, sicut puluis turbine raptus ex area, & sicut fumus de fumario.* — *Vita comparatur nubi & nebulæ.*

VI. *Quis est sensus*: NON EST REVERSIO FINIS NOSTRI? ℞. Ubi mortui fuerimus, non nobis repedare, seu pedem reuocare, ac à morte & interitu regredi ad vitam. Iidem dixe- — *Reuersio non est finis nostri.*

dixerunt v.1. *Non est refrigerium in fine*, Inculcant enim hominis animæq; interitum, vt hujus vitæ voluptatibus liberè; sine metu numinis & vindictæ indulgeant. *Quoniam consignata est* scil. *reuersio*, ne fiat, fieriq; possit. Sensus q. d. Finis & mors nostra certò definita & ineuitabilis est, nec ab ea ad vitam reuerti licet. Solent enim quæ certa sunt obsignari. Porrò sigillum, quo obsignata est mors cujusq;, diesq; & hora moriendi, est partim naturæ defectus, indeq; naturalis necessitas moriendi, partim DEi decretum, quo cuiq; homini tam diem nascendi, quàm moriendi præfiniuit, juxta illud Job c. 14. v. 5. *Constituisti terminos ejus, qui præteriri non poterunt.*

VII. *Contra quem dicunt impÿ v. 13. & seqq.?* ℟. Verba illa non solùm à Judæis in solum Christum, vt aliqui putarunt, sed à quibusuis impijs in quosuis justos promiscuè jactantur, vt docent Chrysost. Amb. Hugo, Lyran. Jansen. præcipuè tamen quadrant in Judæos impiorum coryphæos aduersùs Christum justorum omnium justissimum ac sanctissimum. ita Tertull. Cyprian. Cyrill. Hieron. Aug. & ferè reliqui Patres. Et patet ex ipsismet verbis, si ea conferas cum verbis Judæorum subsannantium Christum Matt. 27. v. 43. & 21. v. 42. &c.

CAPUT III.

Justorum, quos impij persequuntur, præsertim Martyrum, describitur felicitas, & gloria, impiorum verò infelicitas, ac nominatim in generanda prole sterilitas vel nequitia, quòd scilicet uxores habeant insensatas & adulteras, ideoq; filios adulterinos & nequissimos; cùm contrà pii casti, castas, probasq; habeant conjuges & proles.

Animæ justorum in manu Dei.

QUæstio I. *Quomodo dicuntur animæ justorum esse in manu DEI?* ℟. Sunt in peculiari cura, prouidentia, tutela, protectione, conseruatione, corroboratione, directione, remuneratione, beatificatione & glorificatione DEi, q. d. DEus justorum Martyrumq; animas in hac vita, & in ipsis tormentis protegit, conseruat, corroborat, vt illa superent, fidemq, DEO datam seruent: ac multò magis post mortem easdem æternâ gloriâ donat, & coronat. *Et non tanget illos tormentum mortis*, quia justorum animæ in potenti DEi manu & tutela sunt; hinc etiamsi ab impijs affligantur, & torqueantur, tamen tormenta hæc vel non sentiunt, vti multi Martyres non sensere suos cruciatus & dolores, vel certè ea forti excelsoq; animo superant & transcendant, vt in ijs gaudeant & exultent, nec dolores, sed fauores DEi æstiment. In ipsa verò morte non sentiunt ejus agoniam & tormentum, quia jam anima eorum à corpore per desiderium, quo ad cælum Deumq; anhelant, quasi est separata, vt cupiant optentq; dissolui & esse cum Christo: multò minùs tangit illos tormentum mortis secundæ in gehenna. Abest ergo à justo angor moriendi, periculosus cum diabolo conflictus, æterna damnatio, neq; confunditur cùm loquitur inimicis in porta. ita S. Hieron. ep. 34.

Iter nostrer exterminiũ

II. *Quid volunt impÿ per illa verba* v. 3. ET QUOD A NOBIS EST ITER EXTERMINIUM? ℟. Volunt dicere, Justorum exitus ex hac vita, tribulationibus & cruciatibus plenus, perinde ab insipientibus æstimatur malus & calamitosus, ac si ob admissum facinus è patria in exilium inuiti pellerentur. Sed reuera est longè secùs, nam è molestissimo exilio, in optatissimam patriam placidissimè reuocantur. Verè enim vsurpare possunt illud 2. Cor. 6. 9. *quasi morientes, & ecce viuimus*: & luculenta illa S. Cypriani verba de Mortalitate: *ad immortalitatem morte transgredimur. Nec potest vita æterna succedere, nisi hinc contigerit emigrare: non est exitus iste, sed transitus.*

Justi DEO holocausti hostia.

III. *Quomodo justi sunt DEO holocausti hostia?* ℟. Triplex erat Judæorum hostia, seu victima scil. hostia pro peccato, hostia pacifica, quæ scil. offerebatur pro pace & salute cujuspiam, & holocaustum, quod totum cremabatur DEO, cùm ex cæteris hostijs solus ferè adeps & sanguis cederet DEO; reliqua verò cederent Sacerdoti & laicis hostiam offerentibus. Igitur pœnitentes sunt quasi hostia pro peccato, quia pro eo carnis macerationem DEO offerunt: innocentes sunt quasi hostia pacifica, quia mentis puritatem DEO consecrant: Martyres verò sunt quasi holocaustum, quia & carnis puritatem, & vitam & omnia, quæ habent, DEO per martyrium dedicant.

Dotes corporis gloriosi.

IV. *Quo sensu dicitur de justis* v. 7. TAMQUAM SCINTILLÆ IN ARUNDINETO DISCURRENT? ℟. celerrimè discurrent, putà sicut scintillæ ex sicca stipula, vel ex arundineto arido emicant, & huc illuc summa celeritate discurrunt ac deuolant; ita sancti gloriæ suæ splendore emicabunt, & agilitate sua quocumq; volent, deuolabunt. Vbi è quatuor dotibus corporis gloriosi, duas, nempe claritatem & agilitatem, perspicuè designari vides.

V. *Quomodo de justis dicitur*: JUDICABUNT NATIONES &c. v. 8.? ℟. Redarguent & condemnabunt non solo verbo, sed & exemplo suo, dum palàm facient toti orbi, impios stultè egisse, quòd suo exemplo noluerint sectari justitiam, per quam consequerentur similem felicitatem æternam. Sic item *dominabuntur populis*, cùm nempe prostratis impijs, ipsi soli regnabunt, & principes agent. *Et regnabit Dominus illorum*, græcè in eis, *in perpetuum*, q. d. Non erunt

erunt ampliùs in potestate vllorum tyrannorum, sed solus DEus rex illorum erit, quod ad cumulum felicitatis sanè quàm plurimum addit, ita S. Cyprian. & Clem. Alexand. Sed Athanas. Greg. & alij Patres prædicta omnia etiam justis in hac vita attribuunt. Quod etiam certum est, & in Machabæis alijsq; innumeris experientiâ patuit.

VI. *Cur impiorum vxores dicuntur insensatæ & filij nequissimi* v. 12.? ℟ Quia maritus velut Pater familiæ suam insipientiam, id est, sua vitia, verbo & exemplo affricat & instillat juxta illud: *mali corui malum ouum.* 2dò propriè per *insensatas* intelliguntur *adulteræ*, & consequenter per filios nequissimos spurij & adulterini q. d. Hæc est pœna impiorum, vt, cùm ipsi sint infideles DEo, vxores pariter experiantur sibi infideles & adulteras, quæ proles ex alio viro, putà adultero, susceptas marito quasi proprias arrogent & substituant. De adulteris enim, & adulterina sobole in seqq. agit. ita Jansen. Hinc disce viros, qui fidem DEo datam violant, impieq; viuunt, DEo vindice, id consequi, vt nec ab vxoribus eis fides præstetur, nec à filijs honor. Hinc apud hæreticos, eorumq; Prædicantes tot sunt adulteria, fornicationes & incestus, sed occulti: qui enim fidem DEo non seruat, quomodo seruabit homini? qui credit vel docet castitatem seruatu impossibilem, quomodo eam seruabit, imò quomodo credet eam sibi possibilem? *Uxores insensatæ.*

VII. *Quomodo intelligendus versus 14.* ET SPADO &c. ℟ Spado, seu eunuchus, qui nec opere, nec cogitatu, seu desiderio sese inquinarit ejusmodi sordibus, maximè si se sponte castrârit propter regnum cœlorum, voto vel firmo proposito perpetuæ continentiæ, accipiet *electum* seu insigne *fidei donum*, id est fidelitatis suæ præmium, qua significatione etiam Paulus fidem vsurpat, cùm ait, 2. Timoth. 4. v. 7. *fidem seruaui.* Sed quod erit hoc Spadonis præmium? *Sors in templo DEi acceptissima.* id est, munus & portio inter sacrorum ministros optima, jucundissima ipsisq; gratissima. Alludit ad Deutor. 23. vbi spadones arcentur ab Ecclesia DEi. q. d. Etsi naturales seu carnales spadones excludantur ab Ecclesia, tamen spirituales illi vel metaphorici Spadones ab ea non excludentur, quin potiùs primum in ea & præcipuum locum tenebunt, ad nobilissima ejus munia adhibebuntur, & fructibus ejus optimis perfruentur, nempe radice *sapientiæ*, id est, sapientia cœlesti firmiter in ijs radicata & infixa, *quæ non concidat*, nec vnquam depereat aut emarcescat. *Spadonis præmium.*

CAPUT IV.

Confert justos cœlibes sapientiæ studiosos cum adultera prole quæ sapientiam contemnit: nam illi siue diu vixerint, prosperè agent; siue celeriùs decesserint, hoc fiet singulari Dei munere, ne à virtute deflectant, sed præmio digno potiantur. At impiorum vita neq; diuturna, neq; felix est, sed multis septa calamitatibus: mors quoq; inhonorata, & post mortem cruciatus æterni.

QUæstio I. *Quis est sensus* v. 2. *Cùm præsens est, imitantur illam* (castitatem) *& desiderant eam, cùm se eduxerit*? ℟ Castitas ad eo speciosa est, vt, cùm se præsentem in castis exhibet, multos trahat ad sui amorem & imitationem, cùm verò absens est, sui acuat desiderium: præsentia bona sæpe fastidimus, absentia desideramus, & studiosè requirimus. *Castitas.*

II. Quomodo sunt intelligenda verba v. 2. *Et in perpetuum coronata triumphat, incoinquinatorum certaminum præmium vincens*? ℟ Castitas, ac præsertim virginitas, quia durum agonem certaminum, & tentationum libidinis, quibus ingentia & immarcescibilia à DEo præmia proposita sunt, generosè vincit, hinc corona gloriæ, & laurea siue aureola virginitatis, coronata in cœlis triumphat. Hinc S. Cyprian. legit: *incoinquinatorum certaminum prælium vincens.* Ubi nota *incoinquinata certamina* accipi possunt *impolluta*, quæ scil. cum tentationibus libidinis, multorum corpora & mentes polluentibus, ita vt vix quis eas euadat illibatus & impollutus, à castis ita suscipiuntur & superantur, vt ipsi prorsus maneant ab ijs intacti & incoinquinati. Noster loco *prælium* vertit *præmium* metonymicè, quia in agone agonotheta vincenti certamen siue prælium, brauij loco proponebat præmium. q. d. Castus & virgo in tam periculoso tentationum carnis agone prælium vincens, præmium reportat, scil. coronam gloriæ, qua æternùm triumphat.

III. *Si multigena impiorum multitudo non erit vtilis* v. 3. Cur ergo DEus creat homines, quos scit fore impios, & cur eos tolerat? ℟ Imò vt in eis ostendat suam justitiam vindicatiuam, sicut in pijs suam ostendit misericordiam per gratiam & gloriam, quam eis elargitur, Rom. 9. vtq; per justitiam exercitam in impios, pij magis agnoscant misericordiam sibi præstitam, Deoq; majores gratias agant. 2dò vt per impios exerceantur, purgentur & perficiantur pij. Præclarè S. Aug. Serm. 52. in Euang. S. Joannis. Videtis ergo, inquit, quia & mali necessarij sunt bonis. In fornace quodammodo aurificis sumus, hoc est, in hoc mundo, Si aurum *Deus cur creat impios.*

non es, ſimul ardes, ſi autem es, palea tua eſt malus; ſi & tu palea es, ſimul eritis fumus.

IV. *Quid eſt* SPURIA VITULAMINA NON DABUNT RADICES ALTAS v. 3.? ℞ Sicut ſpuriæ plantæ non agunt altas radices, ideoq; citò exareſcunt & pereunt; ſic adulterorum & impiorum adulterini & impij filij citò deficiunt, nec ſtirpem aut familiam propagant. Spuriæ enim plantæ ſunt filij nothi & illegitimi. Voluit non ineptè noſter interpres à ſtolida vituli vitulatione ſtolones illos ſeu ſtolidas plantas, *vitulamina* transferre, propter analogiam inter propagines beſtiarum, plantarum & hominum. Vitulamen ſignificat vagam, petulantem, & inſtar vituli vitulantem & laſciuientem luxuriam ſpuriarum plantarum, æquè ac adulterorum. Sicut homines dicuntur laſciuire & vitulari metaphoricè, ſic & plantæ cùm ramis luxuriant.

V. *Quis eſt ſenſus* v. 4. *Et ſi in ramis in tempore infirmiter poſita, à vento commouebuntur & à nimietate ventorum eradicabuntur*? ℞ Eſto ſpuriæ plantæ, id eſt, ſpurij & adulterini filij ad modicum tempus ſuccreſcant, & proſperentur, tamen mox vento quopiam adverſitatis concutientur & conuellentur, eoq; creſcente eradicabuntur, præſertim dum vident cogitantq; ſe ab infami parentum luxuria progenitos, ab ijſdem negligi, & ab alijs contemni; quo fit vt & ipſi viciſſim parentes parui pendant, nec ab ijs corrigi ſe ſinant, ſed liberè æquè ac ipſi, ſuæ concupiſcentiæ ac luxuriæ indulgeant, itaq; vitam ſibi abbreuient, opesq; vitam, famam & animam perdant.

VI. *Quis eſt ſenſus* v. 6. *Ex iniquis enim ſomnis filij, qui naſcuntur teſtes ſunt nequitiæ, adversùs parentes in interrogatione ſua?* ℞ Eſt honeſta periphraſis rei turpis: per ſomnum enim rectè notat concubitum. Filij teſtes ſunt & indices nequitiæ, putà luxuriæ & adulterij parentum, de ijſq; tacitè & reipſa illos accuſant *in interrogatione ſua*, id eſt in inquiſitione ſeu examine, quaſi diceret, ſi quis inquirat, examinet, aut interroget filios ſpurios; quis tuus eſt pater? quæ mater? intelliget eos fuiſſe fornicarios vel adulteros, ideoq; ſceleratos & infames. Filij ergo ſpurij teſtes ſunt nequitiæ, id eſt, luxuriæ & illiciti concubitus parentum: quare parentes, qui ſuæ famæ conſultum volunt, filios ſpurios celant, & à ſe ablegant, ac ſecretò educari curant: qui enim in ijs gloriantur, de ſua turpitudine & infamia gloriantur.

CAPUT V.

Inducuntur impij deflentes coram tribunali Dei & in inferno, ſtatum ſuum miſerum & infelicem: docetur quoq; quàm ſeuerè Deus, ſeu per ſeipſum, ſeu per creaturas, in impios animaduerſurus ſit.

QUæſtio I. *Quos labores impij juſtis abſtulerunt?* ℞ Fructus laborum, ſeu res & bona, quæ ſibi ſuo labore pepererunt. Agit enim maximè de judicibus iniquis, & tyrrannis expilatoribus juſtorum, ita S. Aug. ep. 50.

Pœnitentia impiorum.

II. *Quo ſenſu dicitur de impijs* v. 3. POENITENTIAM AGENTES? ℞ Non ſeriam, nec veram, quæ ſit actus virtutis, ſed fictam & nimis ſeram, quam ſola deſperatio, vel dolores, vel tormenta exprimunt: vt videre fuit in Antiocho, in Cain, in Eſau, in Epulone, in Juda proditore.

Lumen juſtitiæ non lucet impijs.

III. *Quomodo dicunt impij* v. 6. QUOD LUMEN JUSTITIÆ NON LUXERIT EIS? ℞. Licet radij cœleſtis ſolis, ſeu gratiæ diuinæ omnibus ſufficienter exhibeantur, tamen impijs excæcatis & obſtinatis, non lucent de facto, cùm illos corde ſuo excludant, aditum denegent, præpediantq; ne efficaciter penetrent. Vide Scholaſticos DD. in 1. 2. q. 110. & ſeqq. de gratia.

Juſtitia lorica Dei.

IV. *Cur Thorax ſeu lorica DEi dicitur juſtitia* v. 19.? ℞ Quia lorica tegit pectus & ventrem; ibi autem eſt cor & viſcera, in quibus eſt ſedes compaſſionis & miſericordiæ. Ergo ne DEus flectatur aliqua compaſſione, videns tam horrenda impijs ſupplicia irrogari, pectus, cor, & viſcera obarmat loricâ juſtitiæ, quæ nullum miſericordiæ ſenſum admittat, & nihil niſi juſtum decerni fieriq; ſinat. In hac vita DEus juſtitiam miſericordiâ temperat, vnde de eo dicitur Habacuc 3. 2. *Cùm iratus fueris, miſericordiæ recordaberis.* In futura verò arguet impios in furore & judicio pſ. 6. 2. Ibi enim erit judicium ſine miſericordia Jacob. 2. v. 13.

CAPUT VI.

Reges & principes ſui officij ſeriò admonet, quòd ſi malè illud obeant, à Deo judicandi & grauiter plectendi ſint, vnde adhortatur eos ad ſtudium ſapientiæ legiſq; Dei.

Præſidum graue judicium.

QUæſtio I. *Cur grauiſſimum fiet judicium his, qui præſunt?* ℞ Quia grauiora ſunt peccata principum & judicum, quàm ſubditorum & priuatorum. Imò quia ſunt perſonarum ſublimium, quarum ſtatus & eminentia majorem virtutem & perfectionem exigit.

git. 2dò quia toti populo dant scandalum, suntq; peccati illecebra. Nam regis ad exemplum totus componitur orbis. 3tiò quia eorum injusta judicia æquè ac leges & edicta grauia damna, tum facultatibus, tum corpori, tum animæ inferunt non vni subdito, sed plurimis imò toti reip.

II *Quo sensu dicitur* v. 8. ÆQUALITER EST CURA ILLI DE OMNIBUS? ℟ Non negatur hîc, quòd DEus magis amet & curet justos quàm impios, vt somniabant Pelagiani; vel pro varijs hominum conditionibus & statibus varia designet auxilia naturalia vel supernaturalia, vt volebant Cassianus & Faustus & alij Semipelagiani, quos refutat S. Aug. ep. 106. & 107. & Concil. Arausicanum. Solùm enim dicit Sapiens, nullum omnino hominum subtrahi à prouidentia & cura diuina, debitaq; retributione seu prœmiorum seu pœnarum. *Cura æqualis Deo de omnibus.*

III. *Quomodo intelligendus est* v. 14. PRÆOCCUPAT, QUI SE CONCUPISCUNT, VT ILLIS SE PRIOR OSTENDAT. ℟ Dupliciter hæc gnome potest accipi, primò, vt *τὸ vt* referatur ad *præoccupat*, & *τὸ qui concupiscunt*, accipiatur materialiter. q. d. Sapientia, puta DEus, Deiq; gratia, præueniet eos, qui se concupiscunt, ita vt illis se prior ostendat, in eiq; sui concupiscentiam & desiderium excitet. In hoc enim consistit præuentio gratiæ, & præoccupatio Dei, quòd ipse omne desiderium præueniat, imò illud suscitet, vt docet Concil. Trident. Sess. 6. & S. Aug passim contra Pelag. Pelagianorum enim error erat, initium virtutis & salutis non esse à DEo, sed ex nobis. Hominem enim per liberum arbitrium se disponere ad gratiam, eamq; à Deo poscere, itaq; impetrare: quod planè falsum & erroneum est. DEus enim & Christus est quasi sol, qui sua luce & gratia, omnes præuenit, nec ab vllo præueniri potest. *Prauentio gratia.*

2dò Vt *τὸ qui concupiscunt*, accipiatur in sensu formali, ac *τὸ ut* referatur ad *qui se concupiscunt.* q. d. Sapientia præoccupat eos, qui eam concupiscunt, & petunt, vt illa se præoccupet, & prior se illis ostendat, Præoccupet, inquam, ad ipsam sapientiam confusè jam cognitam, particulatim & distinctè cognoscendam: ignoti enim nulla cupido: quare prius est hominem in confuso cognoscere & concupiscere sapientiam, quàm ab illa particulatim præoccupari & edoceri: sed illud ipsum confusè cognoscere & concupiscere sapientiam, manat ab alia priore occupatione sapientiæ, scil. prima & generali. Primò enim Deus in anima excitat generalem & confusam cognitionem & concupiscentiam sapientiæ, virtutis & salutis, vt anima illam postulet à DEO. Cùm ergo anima illam postulat, DEus illam ei particulatim, sed sensim & per gradus infundit. Primò enim per fidem illam illuminat; 2dò spem salutis ingerit, 3tiò dolorem peccatorum immittit; 4tò actum amoris & contritionis excitat: quæ est vltima & proxima dispositio ad gratiam & justitiam, vti docet Trid. sess. 6.

IV. *Qualis incorruptio facit proximum Deo* v. 20? ℟. Integritas mentis, quam affert custodia legum, facit vt homo sit similis DEO in cælo per immortalitatem & gloriam, juxta illud 1. Joan. 3. 2. *Cùm apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.* Visio enim DEi nos beabit, facietq; ei similes. Incorruptio est dos & gloria propria DEO, qui non est factus, sed per se semper existit; à quo eamdem participant justi & beati, illi planè subjecti & vniti. Esto enim damnati sint futuri quoq; immortales; tamen erunt in perpetuis tormentis, vnde erunt corruptibiliter incorruptibiles, & mortaliter immortales. *Incorruptio facit proximum Deo.*

CAPUT VII.

Cùm vnus sit omnibus introitus ad vitam, & similis exitus; præ omnibus eligenda est sapientia, adferens secum cuncta bona, habens secum spiritum intelligentiæ multiplicem, & hic mirum in modum extollitur, quamq; abunde auctor fuerat assecutus.

QUæstio I. *Cur dicit decem mensium tempore se formatum in vtero* v. 2.? ℟ Licet aliqui nascantur 7. 8. 9. 10. v. 11. mense, vt ex varijs Auctoribus, plurimis exemplis docent Tiraquellus, Menochius, & Digesta Juris: quia tamen optimi & perfectissimi nascendi, fines, sunt 9. menses solares, seu 10. lunares inchoati, & hic fit maximè naturalis & communis terminus; idcirco hujus solius hîc meminit Salomon, cùm de suo Natali mentionem inducit. Sic 2. Mach. 7. v. 27. Mater Machabæorum dicit se nouem mensibus filium vtero gestasse, nempe solaribus, qui conficiunt totidem menses lunares, & insuper totidem dies. *Formatio in ventre.*

II. *Cur dicit sapiens* v. 7. *Propter hoc optaui, & datus est mihi sensus: & inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ?* ℟. Quia vidi me natum in tanta miseria & ignorantia, optaui & postulaui sensum & prudentiam, quæ me doceret in vita tam misera & cœca rectè sanctèq; viuere, ac miserias vitæ vel prudenter curare, vel fortiter sustinere: ejus verò concupiscentias inordinatas & noxias generosè cohibere & frœnare; deniq; à voluptate hujus vitæ, vtpote breuis & caducæ, mentem euocare, eamq; ad futuram vitam in cælis beatam & æternam ambiendam, totisq; viribus prosequendam traducere.

III. *Cur lumen sapientiæ dicitur inextinguibile* v. 10.? ℟. 1mò. quia in se numquam extinguitur, deficit, aut variatur, sed idem semper & æquale, suiq; simile perseuerat. 2dò quia *Sapientiæ lumen inextinguibile.*

ſemper hominem illuminat & inflammat, inſtigatq; ad bona opera, vt etiam noctu legem Dei, & verba ſacræ Scripturæ ruminet, meditetur, ac de DEO cogitet, eumq; adoret & inuocet juxta illud pſ. 1. 2. *In lege ejus meditabitur die ac nocte.*

Sapiens cognoſcit cogitationes.

IV. *Quomodo ſapiens dicit ſe cognoſcere cogitationes hominum* v. 20.? ℟. Solus DEus cognoſcit & peruidet ſecretas cordis cogitationes & volitiones. Angeli verò & homines ſapientes eas tantùm conjectant ex ſignis phyſiognomicis, ſimilibusq; conjecturis. Sic litigantibus de prole meretricibus Salomon ſolerter conjecit ex amore materno, quænam eſſet vera prolis mater, 3. Reg. 3. 16. & ex poſtulatione Adoniæ petentis ſibi dari vxorem Abiſag, quæ Dauidem ſenem calefecerat, conjecit Adoniam affectare Dauidis regnum, 3. Reg. 3. v. 22.

Sapientia mobilior omnibus mobilibus.

V. *Sapientia prima & increata eſt ipſe Deus, Deus autem eſt immutabilis & immobilis, quomodo ergo* v. 24. *Sapientia dicitur mobilior omnibus mobilibus?* ℟. det S. Thom. 1. p. q. 9. a. 1. ad 2. Quòd ſapientia dicitur mobilis eſſe ſimilitudinariè: ſecundùm quod ſuam ſimilitudinem diffundit vsq; ad vltima rerum: nihil enim eſſe poteſt, quod non procedat à diuina Sapientia per quamdam imitationem, ſicut à primo principio effectiuo & formali, prout etiam artificiata procedunt à ſapientia artificis. Sic igitur in quantum ſimilitudo diuinæ ſapientiæ gradatim procedit à ſupremis, quæ magis participant de ejus ſimilitudine, vsq; ad infima rerum, quæ minùs participant, dicitur eſſe quidam proceſſus & motus diuinæ ſapientiæ in res: Sicut ſi dicamus ſolem procedere vsq; ad terram, in quantum radius luminis ejus vsq; ad terram pertingit.

CAPUT VIII.

Pergit commendare ſapientiam, ejusq; dotes & commoda maxima plurimaq; recenſere, ob quæ Salomon ſe eam in ſponſam delegiſſe, & ſummis votis expetiiſſe aſſerit.

Sapientia ſponſa.

QUæſtio I. *Cur Salomon Sapientiam vocat ſponſam* v. 2.? ℟. Ut ſignificet ſummum ſuum erga eam amorem, teneritudinem, deſiderium & delectationem. Rurſum ſummam intimamq; & ſecretam cum ea conjunctionem, conuerſationem, familiaritatem, vnionem, vt cum ea fieret non vna caro, ſed ſpiritus vnus, juxta illud: *Qui autem adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt*, 1. Cor. 6.

Corpus incoinquinatum.

II. *Quo ſenſu dicitur* v. 20. CUM ESSEM MAGIS BONUS, VENI AD CORPUS INCOINQUINATUM? ℟. Cùm magis magisq; in bonitate creſcerem, cùm indies in bonitate per actus virtutum me perficerem, cùm majora indies probitatis & præclaræ indolis indicia ederem, ac cùm adoleſcerem animo æquè ac ſapientiæ ſtudio, *veni ad corpus incoinquinatum*, id eſt, tunc conſecutus ſum corporis munditiem & donum caſtitatis primò virginalis, deinde conjugalis, in eaq; aſſiduè profeci & creui: nam cùm ſcirem hoc eſſe donum DEI, illud inſtanter toto corde expetij, vt ſequitur & impetraui. Id fecit Salomon juuenis: nam ſenex corpus ſuum & animam libidinibus coinquinauit. Ex quibus patet, nihil ex hac ſententia hauriri poſſe, quod faueat errori Originis, docentis, animas ante corpora præextitiſſe has bonas, illas malas, & pro diuerſitate meritorum ſortiri diuerſa corpora, vt videre eſt apud S. Aug. l. 10. in Gen. c. 7. 17. &c. Et confirmatur, quia Salomon hîc ſupponit, ſe puerum fuiſſe ingenioſum; græcè *bene natum*, ſeu naturâ optimâ præditum, imò in virtute non parum profeciſſe, ac tum demum eò ſe deueniſſe, vt corpus haberet mundum, nempe ad id opitulante tum indole innata, tum vigilantia & inſtructione pijſſimorum parentum, & pædagogi ſui Nathan prophetæ.

Anima vna melior altera.

III. *An anima vna eſt per ſe melior altera?* ℟. Negant Durandus, Soto, Toletus, Conimbricenſes, qui volunt animæ & indolis diuerſitatem prouenire à ſolo corpore meliùs organiſato. Philippus Solitarius in Dioptra c. 2. & ſeq. docet eam, quæ in hominibus eſt, functionum diuerſitatem, oriri non ex anima, ſed ex varia corporis criſi & temperamento: ſicut imber idem aliud operatur in olea, aliud in vite, & ſic de alijs: & ſicut ſol idem nunc illuminat magis, nunc minùs, ſi liber ſit à nube vel caligine, aut ijs obductus: & ſicut eadem aqua per varios cuniculos, hîc amara, alibi dulcis eſt. Affirmat Corn. à Lap. cum alijs. Ratio 1ma. Quia ſi in corpore humano vnum alio eſt melius & perfectius, ergo idem longè magis dicendum in anima. Unde S. Thom. 1. p. q. 85. a. 7. in corp. *Manifeſtum eſt, ait, quòd quantò corpus eſt meliùs diſpoſitum, tantò meliorem ſortitur animam*, tum quia DEus animas attemperat corpori: ergo in nobilius corpus nobiliorem animam infundit; tum quia ſi corpus habet hanc graduum latitudinem, pulchramq; varietatem; ergo multò magis eamdem habet anima, quæ longè corpore eſt præſtantior. Secunda; quia in Angelis ejuſdem chori & ſpeciei vnus, v. g. ſummus Angelus, eſt præſtantior alio, v. g. vltimo: ergo idem dicendum de anima hominis, quæ eſt naturæ intellectualis & Angelicæ. Licet enim S. Thom. putet omnes Angelos inter ſe ſpecie differre, tamen alij paſſim ſentiunt, docentq; in eadem ſpecie plures eſſe Angelos ſola differentia indiuiduali diſcretos. Tertia quia in geminis, v. g. in Eſau & Jacob, vbi idem eſt ſemen, ſæpe eſt diuerſiſſima indoles: ergo illa prouenit ex anima diſpare. 4ta, quia animas fœminarum diſpares eſſe

ab

ab animabus virorum, imò initio dispares fuisse in creatione Adami & Euæ, nemo neg rit. Et quis dicere audeat Judam habuisse animam tam nobilem, quàm habuit Christus. Hæc & plura Corn. à Lap.

CAPUT IX.

Oratio sapientis cum agnitione propriæ imbecillitatis, ad impetrandam à DEO sapientiam.

QUæstio I. *Quid est*: IN DIRECTIONE CORDIS JUDICIUM JUDICET? ℞. Adam à te constitutus est Rector mundi, vt animo æquo & recto, ac ab omni sinistro affectu, passione, personarum acceptione libero, in neutram partem propendendo, justum suum judicium exerceret, & jus suum cuiq; diceret: rectitudo enim hæc aduersatur obliquitati, qua quis ob metum vel fauorem deflectit à recta justitiæ norma & regula, cujus fons & origo est lex æterna in mente DEi: qui proinde judici in mente assiduè cogitandus est, vt rectè judicet.

II. *Quid orat sapiens* v. 4. DA MIHI SEDIUM TUARUM ASSISTRICEM SAPIENTIAM? ℞ Da mihi Domine, vt sapientia, quæ tibi, quasi summo omnium gubernatori assistit, mihi quoq; regi consilij indigo assistat, tam in regendo, quàm in jure dicendo: nam sine sapientiæ consilio, reges nihil agere, nihil decernere debent. Da mihi illam velut præsidem & Antistitem, quæ mecum in solio regali sedeat, imò sola illud occupet: lubens enim omne illud ipsi cedam, vt juxta eam confidentem ego velut discipulus astem. Alludit ad Assessores Juris peritos, qui ex veteri more dantur judicibus junioribus & imperitioribus, vt ex eorum admonitu, sententiam rectam dicant. *Sapientia sedium assistrix.*

III. *Quid est*: NOLI ME REPROBARE A PUERIS TUIS? ℞ Puer in scriptura vel filium vel seruum significat, electum & dilectum. Sensus ergo est. q. d. Noli me rejicere ex numero filiorum & famulorum tuorum, quos velut tibi dilectos tuâ sapientiâ donasti & dotasti, nam ego sum tibi filius familias, natus ex ancilla tua, vt sequitur Bethsabee, quæ post adulterium cum Dauide pœnitens probam vitam duxit, nec tantùm sapientiæ, sed & prophetiæ spiritu à DEo dotata fuit, vt ostendit Corn. à Lap. Prov. 31, 1.

CAPUT X.

Salutem, quam per sapientiam adepti sunt Adam, Noë, Abraham, Lot, Jacob, Joseph, Moses, Hebræi transeuntes mare rubrum, mersis in eo Ægyptijs, commemorat.

QUæstio I. *De quo loquitur* v. 1.? ℞ De Adamo. Hunc sapientia, cùm solus esset creatus in justitia, & cum gratia sanctificante, vi ejusdem custodiuit in primæua innocentia, nempe quamdiu solus fuit, nec à consorte sollicitatus ad malum. Eodem tempore custodiuit eumdem, ne vi vlla lædi posset. Item post admissum peccatum custodiuit eumdem, ne mox interiret, & moreretur, & ne in vlteriora scelera laberetur & sic in æternum periret. Quin & v. 2. *eduxit illum*, græcè exemit, extulit, *à delicto suo*, inspirando illi pœnitentiam, & indulgendo veniam. Unde contra Tatianum patet, de fide esse, peccatum ex esu pomi vetiti remissum fuisse Adamo. Porrò nec in alia grauia peccata postmodum delapsum fuisse; sed asperam continuò pœnitentiam vnà cum Eua egisse, atq; ambos æterna salute donatos, communis est SS. Patrum (quos citant Castrius & Lorinus) & totius Ecclesiæ consensus, vno excepto Ruperto, qui l. 3. in Gen. c. 31. contrariæ sententiæ vnius Tatiani hæretici videtur subscribere maluisse. *Et dedit illi virtutem continendi omnia*. Nempe dominio & imperio in omnia, & potestate gubernandi vniuersum. Nam etiam post lapsum penes hominem fuisse hoc dominium patet tum aliunde, tum ex Gen. 9. v. 1. vbi disertè DEus id affirmat. *Adamo dimissum peccatum.*

II. *De quo loquitur* v. 2.? ℞ De Cain, qui injustus *ab hac* sapientia simul ac re essit ira *sua* ac inuidia *per iram homicidij fraterni deperijt*. q. d. Eodem furore quo fratrem suum secundùm corpus occidit, etiam ipse secundùm animam perijt. Nempe, etiam hoc inter laudes sapientiæ referendum, quòd omnes, qui ejus præsidio sunt destituti, in scelera grauissima & in horrendas miserias labantur. *Cain perijt*

III. *Quomodo intelligendus* v. 4.? ℞. *Propter quem*, scil. impium Cain, ejusq; posteros ejusdem impietatis asseclas & imitatores ac propagatores, *cum aqua* diluuij *deleret* vniuersam *terram*, vulnus penè lethale hoc cataclysmo illatum toti generi humano *sanauit* rursus *sapientia*, seruando Noëmum cum suis, velut semen noui mundi justum in medijs vndis instar peritissimi Nauarchi *gubernans per lignum Arcæ corruptibile*, seu quod passim ab impijs & incredulis contemnebatur, seu, vt Lorinus, quod respectu munitissimarum vrbium & arcium reuera vile & contemptibile erat humano judicio ad tantam illuuionem aquarum arcendam, quantam Noë DEi nomine palàm comminabatur. Ita SS. Amb. Chrysost. & Aug. *Sapientia seruauit Noe.*

Heber suum idioma retinuit. IV. **Quis est sensus verborum v. 5. ?** ℟. *Cùm se nationes contulissent*, seu in locum vnum congregassent ad ædificandam superbam turrim Babel (tunc enim confusæ fuerunt gentes, vt hîc in græco dicitur) DEus *iustum* Heber *sciuit*, id est, paternâ curâ prosecutus est, *& conseruauit sine querela* criminis, & consequenter à pœnali confusione linguarum Gen. 11. 1. Nam pristinam ipse linguam suam solus retinuit cum sua familia, dictam deinceps ab Heber Hebræam, inquit S. Aug. 16. de Ciuit. c. 11. Sed ipse, vt & reliqui omnes Patres ac Doctores magis propendent, vt de Abrahamo abnepote Heber hic locus exponatur, nempe cùm contulissent capita gentes & conspirassent in idololatriam, sapientia diuina, iustum Abraham sciuit, & curauit educere è medio nationis Chaldææ, & eductum, atq; ab errore patrio (si quo fortè infectus aliquando fuit) abductum, perpetuò deinceps conseruauit fine querela, græcè inculpatum, *& fortem* ac constantem *in misericordia filij*; græcè in visceribus filij, id est, per effectum visceralem, & amorem verè filialem, quo DEus erga Abrahamum ferebatur. Vel si mauis, custodiuit illum fortem in immolando filio suo Isaac, nec permisit, vt viscerum propriorum commiseratione frangeretur.

Jacobo ostensum regnum Dei. V. *Cui ostendit regnum Dei* v. 10. ? ℟. Jacobo, dum Gen. 28. v. 12. ostendit illi scalam mysticam, cui DEus innitebatur &c. Per illam enim significabat DEus, qua ratione ipse regnaret, & de cælo omnia gubernaret: qua item ratione Jacob in posteris suis & maximè in Christo ex se nascituro, olim regnaturus esset. Reuelatum ipsi mysticum Dei regnum, id est, Ecclesia, & Ecclesiæ caput ac Rex Messias ex ipso nasciturus. *Dedit illi scientiam* græcè cognitionem *Sanctorum*, id est, rerum sanctarum, quæ spectant tum ad animi proprij sanctitatem, tum ad sanctum DEi cultum, tum ad sanctam Ecclesiam, seu militantem seu triumphantem. Qualis scientia verè decet, imò facit sanctos, & fidem ac prudentiam supernaturalem complectitur conjunctam spei & Charitati diuinæ.

CAPUT XI.

Amplificat beneficium, quo diuina sapientia Hebræos affecit in exitu ex Ægypto, collatum cum supplicijs, quibus vexauit Ægyptios, non quidem quo ad ipsa poterat, vel ipsi merebantur, sed quoad expediebat.

Requies sitis. QUæstio I. **Quomodo Hebræis** DATA EST REQUIES SITIS DE LAPIDE DURO v. 4.? ℟. Requies, id est remedium vel curatio sitis (Nam sicut cibus famis, sic aqua sitis remedium & leuamen est) *de lapide duro*. Notat miraculum petræ, quæ per Mosen percussa, Hebræis in deserto sitientibus, largissimas fudit aquas, easq; lympidissimas & dulcissimas, ait Josephus, idq; bis; semel in Raphidim & Oreb. Exod. 17. Altera vice in Cades, Num. 20. 11. Tradunt Hebræi & ex eis Cantacuzenus, petram hanc currui impositam vectamq;, comitatam fuisse Hebræos per desertum quocumq; pergerent, ac vbiq; jugi suæ aquæ profluuio eos potasse, idq; videtur innuere Apost 1. Cor. 10 4. *bibebant autem de spiritali consequente eos petra.* Verum id fabulosum videtur, & alius est Apostoli sensus, vt ibi videre licet.

II. **Quis est sensus v. 5. & 6** *Per quæ enim pœnas passi sunt inimici illorum, à defectione potus sui, & in eis, cùm abundarent filij Israel læati sunt, per hæc cùm illis deessent, bene cum illis actum est.* ℟. Sicut in Ægypto Ægyptij per aquas omnes versas in sanguinem à Mose, siti cruciati sunt; Hebræi verò aquas habentes puras, easq; bibentes, lætati sunt: ita & post exitum ex Ægypto, cùm ijsdem Hebræis deessent aquæ in deserto, bene cum illis actum est, dum petra à Mose percussa largissimas eis profudit aquas, quare per quæ puniti sunt Ægyptij, per hæc Hebræi beneficio affecti sunt: aquæ enim sanguineæ cruciantes Ægyptios, cùm puræ & largæ datæ sunt Hebræis, eosdem mirè recrearunt in deserto, vti eosdem antè recrearant in Ægypto, *Nam pro fonte sempiterni fluminis*, id est, perennis, ac semper fluentis Nili, *sanguinem humanum*, græcè, *cruentam aquam*, sanguini humano similem, *dedisti injustis* Ægyptijs, *qui cùm* ob sitim & alias plagas viribus, vitâ & numero minuerentur, idq; *in introductionem*; græcè *in corruptionem* infanticidij. Merito enim sanguineis aquis puniebantur Ægyptij, qui aquas sanguine, seu morte infantium rubricarant Exod. 1. & 7.

Mundi creatio ex materia inuisa. III. **Quo sensu dicitur Deus creasse orbem terrarum ex materia inuisa v. 18. ?** ℟. *Ex materia invisa*, id est, informi; quæ materia, quia prima die creati mundi, qua nulla dum lux erat creata, aspici non poterat, & debito ornatu ac decore carebat; meritò hîc & inuisa & informis appellatur: sicut informem dicimus, qui turpi est forma; & inuisum, qui aspectu & visu indignus est, inquit Procopius.

CAPUT XII.

Amplificat beneficium collatum Hebræis in introitu terræ sanctæ, expulsis ex ea impijs Chananæis, & Hebræis loco illorum substitutis.

Quæstio I.

CAPUT XII.

Magiæ origo.

QUæstio I. *Quid intelligitur per medicamina* v. 2? ℟. Græcè veneficia, seu maleficia diabolica & magica. Sub quibus intellige etiam auguria, sortilegia & incantationes, quibus Chananæi erant passim addicti. Et putatur Cham (pater Chanaan) quem Zoroastrem fuisse volunt, à gigantibus ante diluuium magicas artes hausisse & posteris tradidisse, inquit Cassianus coll. 8. c. 21. Sed primam magiæ originem certum est à Diabolo profluxisse, vt docent non solùm Christiani, sed & Ethnici, Arist. ac Porphyrius.

Immolatio carnis humanæ.

II. *Quid est: deuoratores sanguinis à medio sacramento tuo* v. 5.? ℟. mediante & interposito juramento q. d. Dum fœderibus alijsq; contractibus sanciendis interponendum esset juramentum, illud impij Chananæi sanciebant haustu sanguinis non brutorum animantium, sed hominum, & quidem propriorum filiorum, quos dæmonijs immolabant. Quo quid immanius & horribilius? Unde posset etiam hîc per sacramentum intelligi sacrificium. q. d. Sacrificabant & immolabant dæmonijs carnes humanas etiam propriorum natorum suorum & reliquas à sacrificio carnes ore impio deuorabant, & humanum sanguinem hauriebant. Moris enim erat, vt sacrificantes de sacrificijs suis degustarent. Talia infanda sacrificia solebant à Chananæis, ac postmodum etiam ab Hebræis offerri idolo Moloch, vt patet ex Leu. 18. ps. 105. & 4. Reg. 21. *Auctores parentes animarum inauxiliatarum.* Græcè, *Auctores cædis animarum auxilio destitutarum*, id est, parentes qui filios suos omni auxilio destitutos, maximè tutari debuissent, ipsimet illos sua manu mactabant.

III. *Quis est sensus* v. 7. *Ut dignam perciperent peregrinationem puerorum DEi, quæ tibi omnium charior est terra?* ℟. Ideo expulisti impios Chananæos, vt eorum terra, id est, terræ & regiones, quæ tibi cæteris erant chariores, perciperent nouam dignamq; se peregrinationem, hoc est peregrinorum & aduenarum coloniam, coloniam, inquam, filiorum DEi, id est, fidelium & piorum Israëlitarum.

Malitia naturalis.

IV. *Quo sensu dicitur* v. 10. NATURALIS MALITIA IPSORUM? ℟. Non quòd aliqua creatura à DEO creata sit mala, vt calumniabantur Manichæi & Illyricus Lutheranus. Sed *naturalis*, tum quia in eam natura hominum, peccato originali deprauata & procliuis & prona; tum quia eam à suis parentibus imbiberant, & longa consuetudine, quasi in naturam conuerterant, ita S. Aug. l. 2. de Nuptijs & Concup. c. 8. Hinc tales dicuntur alienati à DEO, siue peccare à vulua & errare ab vtero ps. 57. 4. quia vix nati dedunt se sceleribus, ex praua complexione, & ex vitiosa educatione parentum, & ex assidua consuetudine peccandi. Consuetudo enim est altera natura.

Arbitrium liberum.

V. *Quomodo non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum?* ℟. Græcè habetur, *nequaquam mutaretur*, nec facilè mutari posset ita radicata & quasi ingenita improbitas; absolutè tamen mutari poterat. Cur enim alioqui dedisset eis DEus locum pœnitentiæ v. 10. Si non poterant mutari & pœnitere. Nihil ergo habent hîc hæretici contra liberum arbitrium, aut ij, qui censent obduratos & obstinatos in malo carere auxilio sufficienti, vt cor suum emolliant & sensim conuertantur, pro rigida hac sua sententia.

Maledictio Chananæorum.

VI *Quomodo Chananæi* ERANT SEMEN MALEDICTUM AB INITIO? ℟. Non tam in Adam per peccatum originale omnibus posteris ab eo ingeneratum, vti explicat S. Aug. l. c. Sic enim omnes homines in Adamo fuêre maledicti, cùm hîc soli Chananæi vocentur *semen maledictum*; quàm in parentibus suis Cham & Chanan. His enim Nôe Pater ab eis irrisus maledixit dicens Gen. 9. 25. *Maledictus Chanaan* (cum patre suo Cham, qui Nôe parentem suum ex temulentia incauta nudatum illusit) *seruus seruorum erit fratribus suis.* Qua maledictione non soli Cham, sed filio ejus Chanaan & Chananæis ex eis nascituris, ac impietatem & scelera ejus imitaturis maledixit. Hæc maledictio etiamnum durat: vnde videmus Æthiopes & Mauros, quos vulgò Nigros vocant, qui ex Cham prognati sunt, magna ex parte esse mancipia, esseq; obtusioris ingenij, & vilioris præ cæteris seruis conditionis.

CAPUT XIII.

Vani quidem sunt, qui ex creaturis DEum non agnoscentes, ipsas potiùs creaturas pro Dijs coluerunt; at illi longè stultiores, qui opus artificis Deum dicunt, ab insensato idolo futura interrogantes.

Idololatriæ origo & ratio.

QUæstio I. *Quæ fuit origo & ratio Idololatriæ veterum colentium solem, lunam, & alias creaturas pro creatore?* ℟. 1ma fuit, quòd nihil crederent esse præter visibilem hunc mundum, vnde negabant esse DEum, qui esset spiritus inuisibilis. Putabant enim nihil esse vltra ea, quæ oculis cernimus; ac quod non est spectabile, non esse in rerum natura, vti etiamnum putant athei, ac homines crassi & animales. 2da causa fuit pulchritudo, vtilitas, vis & efficacia creaturarum, vt solis, cæli, siderum, aquæ, ignis, terræ: hæc enim incitauit rudes homines ad ea colendum & inuocandum, quòd his indigere se sentirent, earumq; vim & opem experirentur. ita Euseb. l. 3. de præpar. c. 2. Accessit & erro-

& errorem adjuuit Philosophorum mystica Theologia, & Pòëtarum elegantes fabulæ, qui ignem vocauêre Vulcanum, spiritum æthereum Jouem, aërem Junonem, aquam Tethym vel Neptunum, terram Cererem, solem & lunam, Phœbum & Dianam, sic & stellis nomina Deorum dederunt, ijsq; mundi dominium assignarunt; inde ortus error, vt alij cælum, alij solem, alij aërem, alij ignem, alij terram, alij aquam, alij quid aliud mundi, & rerum omnium primum principium ponerent & crederent. teste Arist. l. 1. Physicorum.

II. *Quo sensu dicitur* v. 6. TAMEN IN HIS MINOR EST QUERELA? ℞. Græcè habetur reprehensio, supple quàm in alijs, qui res longè viliores, putà serpentes, muscas, & similia animalcula pro Dijs coluerunt. Et hæc assignari nonnulla excusatio possit, quòd scil. errarint adscribentes diuinitatem creaturis, *fortasse* tamen verum in ijs Deum quæsierunt & inuenire conati sunt, nempe cùm viderent, eximiè bona esse & prælustria, totiq; orbi perutilia, & pernecessaria sidera, cælos, elementa, & illorum motu ac influxu omnia hæc interiora nasci, crescere, regi, & perfici; putarunt cum quibusdam philosophis & animata esse, & ratione vti, & diuinitatem ijs aliquam inesse. Licet ergo fortasse minùs quàm alij errarint, errarunt tamen: *si enim tantùm potuerunt scire*, ac ingenij lumine assequi, *vt sæculum æstimarent*, id est, mundi naturam, cursum & proprietates assequerentur, *quomodo hujus Dominum non faciliùs inuenerunt?* Cùm, vt docet S. Dionys. ep. ad Titum, *ipsa mundi fabrica sit in tegumentum rerum diuinarum*, & facillimum sit comprehendere, quòd quæcumq; existere videmus, nec temere, nec per se existere, aut conseruari in suo esse, sine principe, prima ac suprema causa, cujus ditioni ac arbitrio cuncta subjecta sint. Et constat plurimos philosophos hoc solo argumento in vnius veri Numinis cognitionem deuenisse v. g. Trismegistum, Platonem, Socratem, & alios, quos idcircò S. Paulus Rom. 1. 2. &c. inexcusabiles hac in re facit.

Spes inter mortuos. III. *Quomodo idololatrarum* SPES INTER MORTUOS EST v. 10.? ℞. Græcè *in mortuis spes illorum sunt*, hoc est, primò q. d. Hi idololatræ in idolis inanimis & mortuis spes suas defigunt, ac Deos non viuos, sed insensibiles inuocant. Hinc 2dò Vatab. vertit, *mortua est spes illorum*, id est, carent omni spe, quia illam defixerunt in idolis mortuis, quæ eos juuare, imò audire nequeunt, quare spes eorum est desperata, ideoq; non est spes, sed desperatio. 3tiò q. d. Adeo sunt desperati, vt quasi in numero damnatorum, qui omnem salutis spem abjecerunt, esse videantur. Aut q. d. Sicut mortui non habent spem vitæ: sic idololatræ non habent spem salutis: sed sicut illorum vita, sic horum salus est desperata, quia carent fide & cognitione DEI, à quo solo saluari possunt.

CAPUT XIV.

Prosequitur inuectiuam in idola, nouo allato exemplo nauigantium: qua occasione commendat diuinam sapientiam in inuentione & gubernatione nauium: describit cultus idolorum, & quanta hinc in mundum inuecta mala.

Nauium inuentio. QUæstio I. *Quo sensu dicitur:* ALIUS NAUIGARE COGITANS, FRAGILIUS LIGNO INUOCAT? ℞. Ecce tibi nautæ nauim construunt ex lignis solidis, & artificiosè compactis, vt sæuis maris fluctibus, ventis & procellis resistat: hi autem pro felici nauigatione inuocant idolum ex viliore ligno, vt dicitur c. præced. v. 13. & seq. confectum: Nautarum enim Deus & idolum Neptunus, item Castor & Pollux, Act. 28. 11. Ut quid ergo Neptunum è ligno vili & putri fabricatum colunt? Cur non potiùs nauim suam è ligno forti & pulchro ritè compactam inuocant? Illam enim cupiditas lucri per transuectionem mercium, quæ naui fit, conquirendi ingenuosè excogitauit, & artifex, putà faber lignarius per suam sapientiam, id est, ingenium, & artem industriè, affabreq; fabricauit, ideoq; robustiorem æquè ac elegantiorem, quàm sint idola, effecit.

Arca Noe. II. *De qua naui loquitur* v. 6.? ℞. De Arca Nòë, per quam ipse cum tribus filijs & totidem vxoribus euasit diluuium immissum orbi ob scelera, præsertim ob fastum & tyrannidem gigantum, idq; ductu DEI. Arcam enim gubernare non poterat Nòë, vtpote arcæ vndiq; clausæ inclusus; sed solus Deus, qui id more suo faciebat ministerio Angelorum. Arca ergo fuit prima ratis, id est, nauis mundi, cognita saltem & publica. Noë enim longè antecessit Jasonem, argonautas, Danaum, Neptunum, cæterosq; omnes, quibus gentiles nauis & nauticæ artis inuentionem tribuunt.

Noe spes orbis terrarum. III. *Cur Nòë vocatur* SPES ORBIS TERRARUM? ℞ Quia cæteris omnibus aquis diluuij mersis, ipse solus cum suis filijs in arca seruatus est, vt post diluuium genus humanum generando propagaret, ne illud intercideret & periret. Noë *remisit sæculo semen natiuitatis*. Tres enim ejus filij fuêre quasi tria semina, ex quibus succreuit tota propago & posteritas hominum. Fuit Nòë Janus bifrons, ac noui sæculi parens, æquè ac primus nauis & nauticæ artis inuentor.

IV. *Quod*

Arca Noe lignum benedictum.

VI. *Quod est lignum benedictum per quod fit justitia* v. 7. ? ℟. Arca Nòé, q. d. benedicta sit arca, per quam justè condemnati sunt scelerati gigantes, totusq; mundus, ac seruatus fuit justus piusq; Nòé: impij enim ex arca eliminati, & quasi profligati periêre diluuio, ex quo pius Nòé per arcam enatauit. Opponit ligneam arcam ligneis idolis, quòd hæc neminem à diluuio alioq; malo liberauerint, aut seruauerint, à quo tamen Nòé totamq; posteritatis spem & semen liberauit arca. Illa ergo sit benedicta, idola verò maledicta, vt sequitur.

Idoloplastes

V. *Cur dicit* v. 9. SIMILITER ODIO SUNT DEO IMPIUS ET IMPIETAS EIUS? ℟ Dat causam, cur idoloplastes, æquè ac idolum, sit DEo inuisus: quia scil. tam exosus est DEo impius, quam impietas. Impius autem est idoloplastes, qui idolum velut impietatem, id est, impiæ idololatriæ objectum, & causam fabricatus est. Porrò impietas formaliter & materialiter inuisa est DEo; impius verò formaliter tantùm, quatenus scil. impius est, inuisus est Deo; non verò materialiter. Nam impius quatenus DEi creatura & substantia est, putà homo, vel Angelus à DEo amatur & diligitur.

Idolum potest tormenta pati.

VI. *Quomodo inanime idolum potest tormenta pati,* v. 10. ℟ Idolum & idololatria puniuntur non in se, sed in ipso idololatra, dum is à DEo in gehenna cruciatur, sicut furtum & homicidium punitur in fure & homicida, qui suspenditur. Lyran. putat idolum puniri, dum dæmon ejus præses, & per illud responsans in inferno punitur & vritur. Ipsum idolum punitur, dum à fidelibus conspuitur, dejicitur, frangitur, destruitur, comburitur, vti fecêre primi Christiani & Martyres.

Idolorum initium.

VII. *Quod fuit initium idolorum, seu imaginum & statuarum falsorum deorum?* ℟ Dat illud sapiens v. 15. *Dolens pater citò,* seu præmatura morte, *rapti filij fecit imaginem,* nempe ex nimio affectu & amore erga defunctos: qui apud varias gentes varijs modis primùm se prodidit. Apud Ægyptios enim Syrophanem filij demortui simulacrum erexisse docet Fulgentius l. 1. de Dijs c. idolo. Apud Chaldæos Thare patrem Abrahæ filio suo Aran defuncto statuam posuisse docent Epiph. initio l. 1. de hæres. & Suidas, ideoq; ab Abrahamo grauissimè reprehensum fuisse. Sic Ninus filius Nemrod seu Beli defuncto parenti publicam statuam, aram & templum posuit. Hos tamen nolunt primos fuisse imaginum impios cultores Epiphan. Suidas & Philo, sed id adscribunt Sarug proauo Thare Gen. 11. v. 21. Sed quidquid sit de cultu statuarum vel imaginum, certum videtur ex Josepho l. 1. Antiquit. c. 4. idololatriam (quæ sine simulacris & figuris exerceri potest) longè adhuc antiquiorem fuisse, & si non ante diluuium ab impijs gigantibus, certè paulò post diluuium à profano Cham & Chanaan & Chus, eorumque filijs in orbem inuectam fuisse.

CAPUT XV.

Gratijs Deo actis, quòd populo Dei non ita contigerit fœdè labi, sicut gentibus idololatris, inuehitur rursus in figulos, qui ex luto deos fingebant: vti supra inuectus fuerat in sculptores.

Nosse Deum est perfecta justitia.

QUæstio I. *Qua ratione nosse DEum est perfecta justitia* v. 3. ℟ Nosse non tantùm speculatiuè, vti cognouere Philosophi, sed & practicè, vti nosse DEum decet & par est, vt scil. notitia DEi pariat affectum & amorem DEi: in hoc enim amore, siue charitate sita est perfecta justitia, & scire *justitiam & virtutem,* id est, potentiam tuam, *radix,* id est, principium *est immortalitatis:* hæc enim scientia, qua scimus DEum esse justum & omnipotentem, ideoq; posse & velle omnia scelera pro meritis punire, ingenerat nobis sanctum DEi timorem, qui nos facit abstinere ab omni peccato, quod est mortis, omnisq; corruptionis origo, ideoq; inducit omnem virtutem, quæ est radix immortalitatis, felicitatis & gloriæ æternæ.

II. *Cur dicit* v. 4. *Non enim in errorem induxit nos hominum malæ artis excogitatio &c.* ℟ In persona totius populi Israelis, seu populi fidelis gratias habet DEo, quòd non fuerit ipse quoq; in eorum numero, qui falsa numina venerantur, ac fictis decipiuntur imaginibus. Etsi enim multi, imò longè major pars in Israele esset injusta, & in statu peccati mortalis; tamen totus populus vocatur justus & sanctus, tum, quia vocatus erat à DEo ad justitiam; tum, quia populus hic erat prosapia, & posteritas Abrahæ, Isaac & Jacob, qui verè erant sancti.

III. *Quo sensu dicitur* v. 16. *Nemo enim sibi similem homo poterit Deum fingere?* ℟ Nullus idoloplastes potest idolo suo spiritum inserere similem illi, quem ipse à Deo accepit. Quare non potest sibi similem DEum formare, id est, non potest formare idolum, quod habeat animam animæ suæ similem, putà non potest facere idolum animatum, & rationale q. d. Idoli faber & figulus non potest efficere, vt suus DEus, putà idolum sit homo viuus sui similis, ergo multò minùs potest efficere, vt idolum sit DEus & numen: si enim non potest illi animam, quam habet inserere; multò minus poterit & afflare deitatem, quam non habet.

CAPUT XVI.

Ægyptijs ob idololatriam digna paßis, Hebræi à Deo escam acceperunt: castigati tamen aliquantum morsu serpentum, erecto serpente æneo sanati sunt à Deo: impij verò consumpti per locustas, muscas, ignemq; grandine mistum: cùm illi accepto manna satiati sint & confortati.

QUæstio I. *Quis est sensus* v. 1. PROPTER HÆC ET PER HIS SIMILIA PASSI SUNT? ℟. Propter hæc animalia, quæ quasi DEos coluerunt Ægyptij, & id est, *etiam*, vel pariter *per* animalia his quæ coluerunt *similia*, putà per ranas, sciniphes, locustas &c. dignè, id est, justè & congruè *tormenta passi sunt & exterminati*, nam quia bestias coluerunt, hinc bestias vltrices senserunt: quia per quæ quis peccat, per hæc & torquetur, hîc c. 11. v. 17.

Ortygometra.

II. *Quid Ortygometra?* ℟ Est nomen græcum, Ortyges significat coturnices, ab Insula ORTYGIA, quæ est in Græcia, vbi primùm visæ sunt, ait Isidor. l. 12. Etymoh. c. 7. metra deducitur à meter, id est, Mater. Ortygometra est coturnicum matrix, siue rex alijs coturnicibus major & nigrior, qui agmen coturnicum præit & ducit, quem proinde cæteræ vt ducem sequuntur, non aliter, quàm apes suum regem.

III. *Quis est sensus* v. 3. ℟ Ægyptij ob immissas ranas, muscas, sciniphes, quæ in mensas cibosq; turmatim irruebant, eosq; inficiebant, non solùm ijs non sunt satiati, sed & necessarij cibi appetitum amiserunt, ad eumq; nausearunt: at Hebræi noui & cœlestis cibi, putà coturnicum delicatissimorum missu nouam orexim senserunt, nouamq; noui saporis in edendo suauitatem perceperunt.

Portæ mortis.

IV. *Quæ sunt portæ mortis* v. 13.? ℟ Metaphoricè vocantur certa & proxima pericula mortis qualia afferunt lethales infirmitates, plagæ & vulnera: per has enim velut portas ingressus est ad ipsam mortem & regionem mortuorum, putà ad sepulchrum & infernum, sicut per portas ingredimur in domum vel vrbem. Alludit ad illud Dauidis: *qui exaltas me de portis mortis*, id est, qui liberas me de periculis morti proximis.

Ignis non urens.

V. *De quo tempore est sermo* v. 18. *Quodam enim tempore mansuetabatur ignis, ne comburerentur, quæ ad impios missa erant animalia?* ℟. Cùm Ægyptij ignem vbiq; accenderent, vt eo objecto sese à ranis, muscis, sciniphibus, & alijs bestijs liberarent, quas DEus immittebat operâ Mosis, vt eos plecteret, ac plagis afficeret; tunc enim nullam vim ignis in animalia illa exerebat, sed diuina virtute continebat sese, ne illa combureret, vt illa DEI voluntati per omnia parerent, ac Ægyptios cruciarent. Et licet hoc miraculum à Moyse non sit conscriptum in Exodo, hic tamen à sapiente suppletur & exprimitur, æquè ac de manna v. 20. quòd habuerit omnis saporis suauitatem ad libitum comedentium: quare, quod id reuera contigerit, dubitare non licet. In septima verò plaga grandini mistus ignis supra omnem naturæ vim exardescebat, vt Ægyptios eorumq; sata exterminaret.

CAPUT XVII.

Ægyptij triduanas paßi sunt invincibiles tenebras cum incredibili timore & horrore, reliqua orbis parte illustrata lumine.

Indisciplinata anima.

QUæstio I. *Propter quod indisciplinatæ animæ errauerunt* v. 1. ℟ Ægyptij æstimarunt aquas sanguineas &c. vel casu, vel naturâ, vel fato fieri, non liberâ DEI prouidentiâ & vindictâ, ideoq; DEo se opposuerunt, nec Hebræos, vti ipse jubebat, voluerunt dimittere, Ideo in grauiores pœnas ab eo inflictas, putà tenebrarum imprudentes inciderunt.

Fugitiui prouidentiæ diuinæ.

II. *Qui sunt fugitiui prouidentiæ diuinæ?* ℟ Destituti & exules à communi prouidentia diuina, quæ perpetuò homines per solem & sidera illuminat. Vel potiùs, tamquam fugitiua mancipia, in obscuros carceres relegati sunt à diuina prouidentia, cui subesse detrectarant, & de cujus oculo malè senserant.

Tenebræ Ægyptiorum.

III. *Quomodo Ægyptij tenebroso obliuionis velamento dispersi sunt* v. 3.? ℟ Quia Ægyptij multa in tenebris scelera, vt sacrificia dæmonum perpetrabant, hinc congruè tenebris densissimis puniti sunt, Tenebras Ægyptiacas vocat tenebrosum obliuionis velamentum: quia illæ Ægyptios illorumq; oculos velabant, vt inuicem non viderent, ac metu perculsi suorum etiam parentum, filiorum, vxorum, fratrum obliuiscerentur, cùm de se, suaq; salute quisq; esset solicitus & anxius, hinc dispersi & separati ab inuicem toto tenebrarum triduo manserunt Exod. 10. 23. Ægyptij Cimmerijs hisce tenebris adeo erant obuelati & obcæcati, vt omnium rerum obliti, ex Lethæo inferni amne obliuionem ipsam potasse viderentur. Unde Abulens. in Exod. c. 10. ait Ægyptios summa caligine circumfusos animâ, memoriâ, & imaginatione perturbatis, nec

tis, nec vbi esset cibus, nec vbi potus, nec vbi mensa, aut quid simile recordari potuisse. *Dispersi sunt*, non quòd Ægyptij vagabundi oberrarent quærentes lucem, nam præ pauore, *nemo mouit se de loco, in quo erat* Exod. 10. 23. sed dispersi sunt, id est, disjuncti & separati ab inuicem manserunt, vt nemo alium adire, juuare; solari posset.

IV. *Quæ fuerunt spectra apparentia Ægyptijs*? ℟ Videntur fuisse infantium Hebræorum, quos injustè Ægyptij in Nilo merserant; grandium quoq; juuenum & virorum, quos ijdem nimijs laboribus, flagellis & injurijs occiderant; item dæmonum, quos in idolis suis varijs larvis & formis coluerant, vti Apin specie vituli, Anubin specie canis, Hammonem specie arietis &c. Justè ergo laruis puniti sunt, qui infantes occidendo, animas eorum in vmbras & laruas transire putauerunt.

Ignis non illuminans.

V. *Cur ignis nulla vis poterat eis lumen præbere* v. 5.? ℟. Tum quia Deus illi concursum suum, qui necessarius est ad agendum, & illuminandum, subtrahebat; tum quia, vt ait Philo l. 1. de Vita Mosis: ignis quo quotidie vtimur, splendor, vel àere turbato extinguebatur, vel vincebatur à crassissimis tenebris, ita vt saluis oculis, summè necessarium videndi sensum, tamquam exoculati requirerent.

Ignis in tenebris.

VI. *Quis subitaneus ignis illis apparebat in tenebris?* ℟. Cùm nullus ignis terrestris, nec vlla lux stellarum Ægyptijs posset dare lucem, quæ eis voluptatem, facultatemq; comedendi, ambulandi & operandi afferret: Deus tamen immittebat eis intermicantes ignes quasi fulgetra, non ad voluptatem sed ad terorrem, scil. ad hoc vt spectra horrenda, quæ ipse submittebat, ignis hujus luce videre & spectare possent.

CAPUT XVIII.

Hebræi luce gaudent, & ducatum columnæ ignis accipiunt: occiduntur omnia Ægypti primogenita ab Angelo: Hebræi in seditione Core iram DEI prouocant, sed in medio incendii liberantur, offerente Aaron incensum, & pro multitudine deprecante.

QUæstio I. *De quibus est sermo* v. 2. *Et qui antè læsi fuerant, quia non lædebantur, gratias agebant*? ℟ de Hebræis. q. d. Hebræi, qui antè læsi erant ab Ægyptijs, dum viderent se tenebris & plagis Ægyptiorum non tangi, nec lædi, adeoq; ab ipsis Ægyptijs ampliùs lædi non posse, gratias agebant DEO. *Et vt esset differentia, donum petebant.* q. d. Hebræi petebant à DEO, vt hoc discrimen differentis prouidentiæ, putà castigationis Ægyptiorum & seruationis Hebræorum continuaret, ac perpetuum faceret, scil. vt plagæ, quæ tangebant Ægyptios, non tangerent Hebræos.

II. *De qua nocte intelligendum est* v. 6.? ℟. De illa qua Ægyptiorum occisa sunt primogenita, hæc antè *cognita fuit à patribus*, quia prædicta, & præostensa ab Angelo, 14. antè diebus Exodi 12. v. 2. & 12. Quod etiam Pharaoni diu antè prædici jussum, Exodi 4. v. 22. Idq; vt *animæquiores*, Græcè, securo, tranquillo, constanti animo essent Hebræi, nempe ad credendum, quòd à DEO patribus olim promissa certò complenda essent suo singula tempore; quandoquidem jam verè, certò, indubitatè rescirent, imò oculis suis & experientiâ ipsâ viderent, compleri juramenta recentia, quibus crediderant, putà de primogenitis Ægyptiorum omnibus vna nocte jugulandis.

III. *Qui justi pueri bonorum absconsè sacrificabant* v. 9.? ℟. Nos Hebræi juxta tuum Mosisq; jussum absconsè, id est, clanculum ob metum Ægyptiorum, pro felici exitu ex Ægypto, immolauimus & sacrificauimus tibi Agnum Paschalem, nos, inquam, qui sumus justi, id est, fideles tui, & *pueri bonorum*, id est, filij sanctorum Patriarcharum Abrahæ, Isaac & Jacob; tumq; *justitiæ legem*, Græcè *diuinitatis*, id est, *diuinam legem in concordia disposuimus*, id est, concorditer vnanimi consensu statuimus legem DEi seruare: *similiter bona & mala recepturos*, vt scil. similiter & æqua sorte pateremur mala & bona pro lege DEi, ac constanter & vnanimiter omnia aduersa, etiam exilium & mortem pro ea subiremus, ideoq; inter epulum agni paschalis decantauimus *laudes Patrum*, qui pro DEO constantissimè persecutiones & ærumnas quaslibet pertulerunt.

IV. *Quæ est hæc lex diuinitatis*? ℟, 1mò aliqui accipiunt legem de immolando agno Paschali à DEO sancitam. 2dò alij accipiunt legem à Moyse de præparando se ad exitum ex Ægypto Hebræis præscriptam, & quamuis aliam à DEO in Sina præscribendam Exod. 19. ita Lyran. Pressius Noster à Castro accipit legem justitiæ legalis, siue concordiæ ciuium, quam subjicit sapiens, qua se omnes Hebræi coram Moyse & Aarone ad DEi cultum, & pro eo ad omnium rerum communionem constringebant, & in egressu, & in profectione, & in ingressu terræ promissæ diuinitatis legem vocat, quòd obedientes præcepto DEi præcipientis, vt omnes simul exirent, vno consensu statuerunt & in mortem & in vitam abire, vt tamquam vnus populus, & bonorum eorumdem & periculorum similiter fierent participes. Sic Jansenius & Vatablus.

CAPUT XIX.

Hebræos perſequentes Ægyptij mari abſorpti ſunt, muſcis & ranis antea vexati: Hebræis verò concupitas carnes accipientibus, impii inhoſpitales percutiuntur cœcitate: elementa DEO ſeruiunt in afflictione malorum & obſequio bonorum.

QUæſtio I. *Quibus impijs ſuperuenit ira ſine miſericordia?* ℞. Ægyptijs vindicta DEi ſuperuenit, ſeu Græcè immiſericors ira, & quæ nulli parceret, nullum interceſſorem admitteret, *vsq; in nouiſſimum*, ſeu vltimum, ita vt cunctos inuolueret clades, nam nulla domus erat ſine funere. Græcè eſt, vsq; *in finem*, ſeu ad internecionem omnium, putà jam adultorum, qui ſecuti Pharaonem, cum illo obruti ſunt aquis maris rubri, vt ſequitur. Sciebat enim diuina ſapientia, non ſola præterita & præſentia Ægyptiorum ſcelera, ſed & *præſciebat futura*, nempe quod dimiſſum ſemel populum Iſraeliticum rurſus infenſis animis & infeſtis armis proſecuturi eſſent, & in priſtinam ſeruitutem retracturi. Unde meritò ſtatuit jam tum ab initio ſæuire in Ægyptios *ſine miſericordia* vsq; in interitum.

II. *Quæ neceſſitas ducebat Ægyptios ad hunc finem ſeu exitum aut exitium ſubmerſionis* v. 4? ℞. Diuinæ ordinationis, ſeu punitionis in eos à DEO decretæ, qua ſcil. decreuerat Deus eos excæcare, vt dum inſequantur Hebræos per mare rubrum à DEO diuiſum, illius alueum ingreſſi, reuolutis in eos aquis obruerentur. Et quia priorum plagarum à Moyſe Ægyptijs immiſſarum memoria eos perſequendo Hebræos reuocare potuiſſet, Deus illarum obliuionem illis injecit, Vt ſic implerent menſuram ſuæ tyrannidis, ſuorumq; ſcelerum, qua impleta ipſe pariter repleret, id eſt, impleret cumulum pœnæ, omnes mergendo in mari; ac deinde in igne gehennæ. Nota ductum & tractum neceſſitatis hujus, quo Ægyptij à DEO trahebantur in ſuam perniciem non fuiſſe naturalem; antecedentem & perfectum: hic enim opponitur libertati liberoq; arbitrio, ſed moralem & conſequentem, qui innititur certæ DEi præſcientiæ, qua Deus præſciebat, quòd ſi ipſe Hebræos poneret in arcto, putà in anguſtijs rupis & maris rubri, vt naturaliter euadere non poſſent, Ægyptij eos liberè perſequerentur, vt comprehenderent, etiam per mare rubrum: quo facto ipſi ibidem neceſſariò ex vi decreti, quo eos punire & mergere volebat, reipſa mergerentur & ſuffocarentur.

III. *Quæ agreſtia in aquatica conuertebantur* v. 18.? ℞. Hebræi eorumq; jumenta terreſtria, quæ in agris degere, arare & paſcere ſolebant, per mare rubrum ſicco pede tranſeuntia, videbantur naturam & conditionem piſcium tranantium induiſſe: Vice verſa ranæ, quæ ſolent in aquis natare; inuadentes domos, menſas & lectos Ægyptiorum, videbantur naturam & locum mutaſſe atq; ex aquaticis & natatilibus facta eſſe terreſtria.

IV. *Quis eſt ſenſus* v. 20. *Flamma è contrario corruptibilium animalium non vexauerunt carnes coambulantium*? ℞. Animalia à DEO in Ægyptios ad eos cruciandos immiſſa non lædebantur ab ignibus & fulminibus in eosdem immiſſis, ſed vtraq; quaſi conjurantia in Ægyptiorum excidium conſpirabant. Rurſum, cùm Ægyptij vellent igne comburere immiſſas à DEo in ſe ranas, muſcas, locuſtas in rogos congeſtas, illis, quaſi naturæ ſuæ oblitus pepercit, cum in medio ignis illæſæ inambularent, vt habetur hic c. 16. 18.

V. *Quomodo intelligenda ſunt illa verba* v. 20. *Nec diſſoluebant illam, quæ facile diſſoluebatur, ſicut glacies, bonam eſcam?* ℞. Mirabile erat, quòd flammæ non liquabant manna, quod ſimile erat glaciei, ſiue rori concreto: nam manna piſtum & in tortas, paneſq; efformatum, coquebatur, & durabatur igne, vti coquuntur & durantur panes noſtri, cùm tamen idem manna ad æſtum ſolis, eo incaleſcente diſſolueretur & liquaretur inſtar glaciei.



QUÆ-



QUÆSTIONES EXEGETICÆ IN ECCLESIASTICUM, ID EST, CONCIONATOREM.

Author hujus libri non est Salomon, sed JEsus filius Sirach, Jerosolymita, vt constat ex Prologo & c. vlt. libri. JEsus, inquam, senior, qui putatur fuisse nepos vel abnepos JEsu Sacerdotis magni, cum Zorobabele reducis è Babylone sub Cyro, inquit Isidorus: & fuisse vnus è LXXII. Interpretibus, qui jubente Ptolomæo Philadelpho Biblia ex Hebræo in Græcum idioma transtulerunt. Et scripsit hebraicè: nam id in Prologo asseritur, & S. Hieron. affirmat se vidisse Hebræum exemplar; sed illud jam intercidit. Porrò ex Hebræo transtulit illud in Græcum JEsus junior, nepos senioris, idq; in gratiam Græcorum & Proselytorum, vt patet ex Græco Prologo, quem libro aui sui præfixit, & præfixum retinet etiam Romana editio, tamquam Canonicam scripturam, & paris auctoritatis cum ipso libro Ecclesiastici.

CAPUT I.

Describit originem Sapientiæ, quæ est ipse DEus, qui illam communicat timentibus ac diligentibus ipsam, imò timor & amor Dei creant in homine sapientiam omnemq; virtutem.



Uæstio I. *De qua sapientia hìc est sermo?* ℟ Aliqui putant sermonem de humana sapientia, & probant ex eo, quòd v. 4. dicatur, *prior omnium creata est sapientia*, at creari, inquiunt, humanæ sapientiæ competit, non diuinæ; de humana igitur hoc loco sermo est, non de diuina, verùm qua ratione hìc locus intelligatur, infra explicabitur, nunc ad ostendendum, quæ hîc dicuntur, humanæ sapientiæ conuenire non posse, sufficiat, quòd sapientiæ, de qua hîc agitur, tribuatur æternitas, *& cum eo fuit semper & ante æuum.* Non igitur de humana sapientia præsens sermo instituitur. Nec de essentiali sapientia diuina, hæc enim non est à DEo, esse enim ab aliquo est emanare ab illo, emanatio autem à DEo, nulla ratione competit essentiæ diuinæ. Est ergo sermo de sapientia genita, quæ est Filius, seu de sapientia personali, quia dicitur à DEo esse, nimirum à Patre, quem Dominum vocat. Licet enim Concilium Toletanum II & Florentinum Sess. 24. & aliqui Patres dicant Patrem esse principium, fontem & originem totius Deitatis, non tamen sunt intelligendi, quòd afferant principium Esse diuinæ naturæ. Natura enim diuina à nullo procedit; & sicut damnatur propositio, qua dicitur Essentiam esse generantem, sic etiam si dicatur esse generatam. Explicantur igitur, quòd in illo gradu, seu ordine, vt sic dicam, diuinarum personarum, solus Pater ita est principium aliarum, vt nullum principium habeat, & ideo dicitur principium diuinitatis, id est, omnis communicationis divinitatis; cùm igitur Ecclesiasticus Patrem principium constituat sapientiæ, intelligendus, sapientiæ quæ est Filius, non ejus quæ diuina essentia est, quæ improducta & improducibilis est. *Sapientia creata.*

II. *Cur dicitur Filius esse à Domino, cùm in productione nullatenus dici possit, filij Dominus Pater?* ℟ Vox illa Dominus appositiuè ponitur: est enim Filius à DEo, qui DEus Dominus est rerum omnium. Præterea aduerte ex Galatino l. 2. c. 1. Solere Hebræos, vbicumq; nomen DEi tetragrammaton reperitur, quod ineffabile sit explicans diuinam essentiam, pro illo vertere Adonai, quod Dominum significat. Potuit igitur eodem modo in Hebræo esse tetragrammaton, pro quo noster *Dominus* vertit, quod non malè confirmatur ex Vatabli versione, qui hîc habet (à DEo manat omnis sapientia) *Filius DEi à Domino.*

III. *Quo argumento vtitur ad probandam impossibilem esse diuinæ sapientiæ cognitionem?* ℟ à minore ad majus, si enim res finitas & terminatas certis numeris & mensuris definire nequaquam possumus, qua ratione poterimus breui circumscriptoq; modulo nostri intellectus infinitam atq; immensam DEi sapientiam inuestigare. Procedit autem Ecclesiastici argumentum duplici via; 1ma est, qua res quantitatis discretæ, licet finitæ, numerari non possunt, tales sunt arenæ maris, pluuiæ guttæ, dies sæculi: 2da, qua res quantitatis continuæ finitæ etiam non possunt mensurari; hæc sunt cœli altitudo, terræ latitudo, maris profundum. *Cognitio sapientiæ diuinæ impossibilis.*

IV. *Cur putat Ecclesiasticus v. 2. non posse dinumerari dies sæculi*, cùm facile dinumerari possint ex annis sæculi, qui præterierunt ab initio mundi, multiplica enim annos mundi per 365 (quot sunt dies in anno) habebis numerum dierum mundi? ℟ Imò, sicut numerus an- *Dies sæculi non possunt dinumerari*

anorum mundi incertus eſt, de ijs enim omnes pene Chronologi inter ſe diſſentiunt; ita pariter incertus, ac conſequenter certò numerabilis non eſt dierum ſæculi præteritorum numerus. 2dò. Dies ſæculi futuri eſſe innumerabiles: quia neſcimus, quot anni vſq; ad finem ſæculi ſuperfuturi & fluxuri ſunt.

Arena maris non poteſt dinumerari.

V. *Quomodo putat arenam maris non poſſe dinumerari*, cùm Mathematici & inter eos Clauius in Sphæra l. 1. numeret non tantum arenas maris, ſed & totius mundi, menſuret quoq; altitudinem cœli, & latitudinem terræ: omnia enim hæc ſunt finita, ideoq; numerabilia & menſurabilia? ℞ Hæc tantùm dici conjecturaliter, vnde in his nihil eſſe certi & definiti. Certum indicium, quòd Mathematici inter ſe varient & diſcordent. Eſto arenæ confusè per progreſſionem Arithmeticam poſſent numerari, tamen diſtinctè & ſigillatim numerari, non poſſe, patet intuenti. Quis enim hucuſq; numerauit arenas maris?

Sapientia prior omnium creata.

VI. *De qua ſapientia dicitur* v. 4. PRIOR OMNIUM CREATA EST SAPIENTIA? ℞ De diuina, quæ eſt perſona Filij. Sic Lyran. Janſenius & Paulus de Palatio, nec apparet ratio, cur non debeat continuari ſententia, cùm ſemper ad hæc vſq; verba de illa locutus ſit. Explicandum tantùm eſt, cur creata dicatur ſapientia; verbum enim hoc offendit, & jure, primo intuitu Catholicorum aures. Arij enim errori fauere videtur, qui filium Dei creaturam docebat. Quare aduertendum, cùm dicitur filium eſſe creaturam, vt bene aduertit S. Thomas 4. contra gentes c. 8. quem ſequuntur Lyran. & Carthuſianus, hìc non intelligi, quòd ex nihilo prodierit: ſed adhiberi hanc vocem ad ſignificandum eſſe ſine vlla mutatione producentis & producti. Sicut enim vox generationis vſurpatur in diuinis, licet ex vſu hominum, apud quos, vt apud omnes creaturas, generatio fit cum mutatione, & imperfectione; ſicut etiam vſurpari poteſt nomen creationis in eo quem dixi ſenſu; quatenus tamen vox excludit omnem imperfectionem, intelligaturq; illam, ſiue creationem, ſiue mauis generationem, altioris cujuſdam ordinis eſſe, quàm ſit in nobis. *Dicitur enim*, inquit S. Thom. 1. p. q. 41. a. 3. ad 4. *Filius ſimul creatus & genitus, vt ex creatione accipiatur immutabilitas Patris, & ex generatione vnitas naturæ in Patre & Filio.* Bene tamen aduertit Lyranus, & alij vocem hanc omnino cauendam, ne aliorum aures offendantur, & ſicubi reperiatur cautè pieq; explicandam.

Verbũ Dei fons ſapientiæ.

VII. *Quod Verbum Dei eſt fons ſapientiæ.* v. 5? ℞ Verbum notionale, ſiue Filius DEi ita S. Aug. l. 15. de Trinit. c. 11. quia hic propriè dicitur Verbum, eſtq; fons ſapientiæ manans à Patre. Ejus verò meminit, vt ſignificet, ſapientiam homini petendam à Chriſto, qui eſt Verbum DEi cœleſte, ab omni impuritate terreſtri alienum, rectum, ſanctum & perfectum, à quo proinde manant mandata æterna, quæ, ſcil, in ſe firma & conſtantia ſunt, durantq; ſemper, ac ſui obſeruantem deducunt ad beatam æternitatem. Sicut fons per certas vias, ſemitas, alueos & canales labitur & defluit in vicinos agros & vineas; ita fons ſapientiæ, purà Verbum DEi, per certas vias & canales ſapientiam eructat & deriuat in homines, angelos, omneſq; creaturas: viæ hæ, ſiue canales, ſunt mandata DEi æterna, purà æternæ DEi ordinationes & conſtitutiones.

Sapientia radix.

VIII. *Quis eſt ſenſus* v. 6. RADIX SAPIENTIÆ CUI REVELATA EST, ET ASTUTIAS ILLIUS QUIS AGNOVIT? ℞ Nemo ſapientiæ originem, rationes & modos plenè cognoſcit: quia radix ſapientiæ eſt DEus, quem nemo perfectè intelligit, licèt ramos quoſdam ſapientiæ à DEo in ſe deriuatos, aliquo modo quiſq; cognoſcat. Unde Lactant. l. 3. de falſa ſapientia c. 6. Ubi ergo, inquit, ſapientia eſt? vt neq; te omnia ſcire putes, quod DEi eſt; neq; omnia neſcire, quod pecudis: eſt enim aliquid medium, quod ſit hominis, id eſt, ſcientia cum ignoratione conjuncta & temperata. Scientia in nobis ab anima eſt, quæ oritur è cœlo: ignoratio à corpore, quod eſt è terra. Unde nobis & cum DEo, & cum animalibus eſt aliqua communitas. Aſtutias verò vocat rationes ſapientes, cautelas, circumſpectiones, quas DEus vbiq; in operibus ſuis faciendis & gubernandis adhibet: has enim nemo plenè peruestigare & comprehendere poteſt. Unde Syrus vertit: *arcana intelligentiæ quis cognoſcit?*

IX. *Quæ eſt diſciplina ſapientiæ & multiplicatio ingreſſus illius* v. 7.? ℞ Diſciplina ſapientiæ eſt ipſa ordinata ſapientiæ methodus, diſpoſitio & ratio, qua cuncta ſapienter & ordinatè agit, conſtituit & diſponit. Multiplicationem ingreſſus, ſiue viarum ejus vocat multiplices prouidentiæ ejus vias & rationes, quas tam varijs creaturis varias, ſed cuiq; congruas & proprias adhibet & adaptat.

Pater creauit ſapientiam in Spiritu Sancto.

X. *Quo ſenſu Pater creauit ſapientiam in Spiritu Sancto* v. 9.? ℞ Idem eſt, quod produxit, quocumq; demum modo producendi. Sic enim ab Hebræis vſurpatur verbum creare. Itaque increatam ſapientiam, id eſt, Filium ſuum, (de quo pene omnes veteres hunc locum exponunt) creauit, ſeu produxit gignendo. Creatam verò concipiendo & efformando in ſe ideam mundi creandi, cum numero, pondere & menſura rerum omnium faciendarum. Græci omittunt, quod ſequitur, in *Spiritu Sancto*, id eſt, in, vel ex ſua ſpirituali diuinitate. Ita Janſen. Nempe increatam ſapientiam produxit ex ſpiritualis naturæ ſuæ fœcunditate: creatam, ex ſpirituali dilectione ſeu amore creaturarum. Quodſi cum quibusdam per Spiritum Sanctum hìc intelligas tertiam Perſonam SS. Trinitatis, tum exponere licebit, Deum produxiſſe Filium ſuum, in, id eſt, vnà cum Spiritu Sancto, nam producto Filio, ſimul cum illo producit Spiritum Sanctum, vt docet fides Catholica.

XI. *Quo sensu cum fidelibus in vulua concreatus est timor v. 16.?* ℟. Esse dicendi modum parœmialem apud Hebræos, ad significandum, ab infantia, vt apud latinos dicitur, ab incunabulis, cum nutricis lacte, apud Græcos à teneris vnguiculis. Quare idem est, dicere cum fidelibus concreatus est in vulua, ac citissimè, ab infantia, cùm essent adhuc pueri, timorem Domini habuerunt. *Timor cum fid. cg creatus.*

XII. *Quid denotat religiositas v. 17.* TIMOR DOMINI SCIENTIÆ RELIGIOSITAS? ℟. Denotat affectum quemdam ad cultum diuinum: qui affectus, quando est efficax, nihil est aliud, quàm voluntas determinata, quæ mouet cæteras potentias ad exhibendos actus, quibus colitur Deus, supponit autem hæc voluntas rationis judicium ad reddendum talem cultum, & ideo conjungitur cum sapientia, diciturq; hîc *scientia religiositas.* *Scientiæ religiositas*

CAPUT II.

Hortatur ad patientiam in afflictionibus, & ad constantiam in tentationibus. Media suggerit. 1. seriam animi præparationem. 2. humilitatem. 3. fortem tolerantiam. 4. resignationem in nutum Dei. 5. firmum Dei timorem, spem & amorem.

QUæstio I. *Quid indicat:* DEPRIME COR TUUM v. 2.? ℟. Cùm sæuiunt æstus tribulationum, debemus cor nostrum humilitate deprimere, & elatos spiritus, quantum fieri potest demissè submittere. Hoc faciebat Dauid, cum sæuiente Saule, licet Rex esset, deprimens cor suum, canem se appellabat. 1. Reg. 24. *Quem persequeris Rex Israel, canem mortuum persequeris.* Addit: & sustine. Prius humilitas, tum patientia suadetur, per illam enim ad hanc peruenitur Ps. 61. 6. *Verumtamen Deo subjecta esto anima mea.* En humilitas. *Nam ab ipso patientia mea.* Per hanc autem facile tentationes elidimus. Egregiè S. Aug. Serm. de patientia: Ne indignemini fratres, si vos aduersa patimini, quia non est Christianæ religionis in temporalibus exaltari, sed potiùs deprimi; mali enim nihil habent in cælis, & vos nihil habere debetis in terris, sed spe illius boni, ad quod tenditis, quidquid in vita contigerit, gaudere debetis. *Cordis depressio.*

II. *Quo sensu* v. 2. INCLINA AUREM TUAM ET SUSCIPE VERBA INTELLECTUS? ℟. Jansenius legit: audi placidè verba consolatoria; irati enim & qui in magna sunt tribulatione aspernantur quandoq; eos, qui ad se consolandum accedunt. Sunt aliqui non secus ac Ericii, quos si manu velis mulcere, statim contracto in orbem corpore exertis jaculis eminus & cominus vulnera mortemq; minentur. Quare quantumuis consolatorijs verbis iratum demulceas, verborum jacula exerit, pungit, ac laniat. Albanis etiam animal est, quod vt ex Alberto refert Olcot lect. 75. in Lib. Sapientiæ, fel habet in aure, non secus hi fel habere videntur in aure; sic statim ad omnia verba excandescunt. Talis profectò erat ille, de quo Act. 8. dicitur; *Non est tibi pars in sermone isto: in felle enim amaritudinis video te.* *Irati oderunt consolationem.*

III. *Quid est,* NE FESTINES IN TEMPORE OBDUCTIONIS? ℟. Interlinearis habet: ne fractus pusillanimitate, tempus mortis exoptes. Jansenius legit in tempore *incursionis*, alij calamitatis. Sensus igitur est, ignaui esse animi & nimiùm demissi propter calamitatem dejici & mortem aut manu aut votis ante præscriptum tempus vocare. Hi sciant mortem non malorum finem, sed initium illis majoris calamitatis esse, instat siquidem tunc reddendæ rationis tempus, & excutiendi animi ante seuerissimum judicem irrefragabilis hora. De his Amos 5. 18. *Væ desiderantibus diem Domini, ad quid eam vobis? Dies Domini ista, tenebræ & non lux. Quomodo si fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vrsus; & ingrediatur domum & innitatur manu sua super parietem, & mordeat eum coluber.* q. d. è malis ad majora mala deuenìet; leoni enim si quis se subjicit substernatq;, ignoscit ille, quod non facit vrsus; in stantes æquè ac prostratos sæuit. Alij per tempus *obductionis*, iræ tempus intelligunt. Et sanè: ira enim à S. Chrysost. hom. 3. de Saule & Dauid nocti comparatur; suis enim tenebris mentem obducit, tum consonat textui, postquam enim dixit, sustinendas calamitates, quæ immittuntur, audienda verba consolatoria, subdit non festinandum, si quis iræ motus exurgat propter molestias, quæ feruntur. *Tempus obductionis.*

IV. *Quid est:* SUSTINE SUSTENTATIONES DEI? ℟det imò Olcot, sustentationes Dei, i. e. quas Deus sustinuit, hoc est, respice ad labores & tribulationes, quas passus est Christus, vt patienter feras & sustineas tuas. Heb. 12. 3. *Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficientes.* Et 1. Pet. 4. *Christo igitur in carne passo, & vos eadem cogitatione armamini.* Hæc cogitatio scutum est, quo omnia aduersariorum tela læti declinamus. Refert Plut. in qq. naturalibus q. 5. Aquam maris salsam dulcescere, si per ceram infundatur, eadem ait Arist. si per testam. Mari tribulatio confertur, Thren. 2. 3 *Magna est velut mare contritio tua,* si velimus eam dulcem fieri, per Christi cor percolatam bibamus, id est, consideremus amorem, quo ille passus est, & sic nihili tribula- *Sustentationes.*

tribulationes sentiemus, tamquam enim per ceram aut testam amaras aquas jam dulces factas bibemus. Ps. 21. qui totus est de passione&c. *factum est cor meum tamquam cera liquescens in medio ventris mei.* En Plutarchi id est remedium. *Aruit tamquam testa virtus mea.* En Aristotelis. quid ni læti tribulationum vndas subeamus. 2dò sustentationes DEI tribulationes vocat, quia immittuntur à DEO, & optima ratio ad sustinendum, considerare quòd DEus illas immittat. Thren. 3. 37. *Quis est iste, qui dixit, vt fieret Domino non jubente? Ex ore altissimi non egredientur nec bona nec mala. Quid murmurauit homo viuens, vir pro peccatis suis.* Mentiri eum ait, qui dicit tribulationes, quas Jerusalem patiebatur à DEO non proficisci.

CAPUT III.

Plurimis argumentis docet honorandos parentes. Deinde monet in vera animi demissione perseuerandum: curiositatem fugiendam: pericula cauenda: eleemosynas frequentandas.

Oratio dierum.

QUæstio I. *Quis est sensus* v. 5. ET IN ORATIONE DIERUM EXAUDIETUR? ℟. Varia est horum verborum explicatio. Lyranus, in oratione ait, quæ est pro diebus æternis. Olcot & Jansenius quæ fit singulis diebus. Vtrumq; sensum admittit Dionys. & addit tertium, nimirum dierum, quando quis est in gratia, hunc sensum probat Vgo, & affert alium, vt oratio dierum intelligatur, qua postulantur dies hujus vitæ. Demum Paulus de Palatio agnoscit in his verbis perseuerantiam orationis, quæ non vno sed pluribus diebus continuetur.

Vita longa honorantium Parentes.

II. *Quomodo dicitur* v. 7. QUI HONORAT PATREM VITA VIUET LONGIORE, cùm multi inobedientes longo viuant tempore, & breui etiam obedientes non pauci. ℟ S. Amb. in ps. 43. Et S. Thom. lect. 1. ad Ephes. c. 6. hanc promissionem de futura gloria interpretatur. Bene Lyran. in c. 20. Exod. cùm de vita hac interpretatus esset: Bona, inquit, temporalia inter quæ computatur corporalis vita, ordinantur ad spiritualia bona & æterna, & ideo aliquando contingit ex diuina ordinatione nobis occulta, quod honorantes parentes parum viuant, & dehonorantes diu, tamen totum ordinatur à DEO ad augmentationem præmij bonorum & pœnæ malorum. Hæc Lyran. Posset etiam huic dubitationi occurri sententiâ S. Greg. in Job. 22. 16. qui ait impios non diu viuere, licet multo tempore viuant, quòd vitam non ad fructum pœnitentiæ, sed ad vsum iniquitatis vertunt; quodq; à diuina misericordia mereri poterant, amittunt, at obedientes filij sancti nimirum viri implent dies suos, vt inquit S. Hieron. in c. 38 Isa. quocumq; moriantur tempore, quamuis breui viuant spatio, bene Sap. 4. 13. *Consummatus in breui, expleuit tempora multa.*

Obediens Patri refrigerat Matrem.

III. *Quomodo* QUI OBEDIT PATRI, REFRIGERABIT MATREM? ℟det Olcot, iracundiæ aut displicentiæ occasionem subtrahet matri. Vgo exultare faciet. Lyran. consolabitur. Jansenius recreabit, ac reficiet pro doloribus, quos passa est in partu. Paulus de Palatio præter allatos sensus alios affert. imò, qui obedit, hac ipsa obedientia refrigerium præstat matri. 2dò ei, qui Patri obedit, felicia succedere, quo felici rerum successu matrem lætificabit. 3tiò obedientem patri conari, vt matri etiam obtemperet: nam matris refrigerio obedientiam parenti præstabit. 4tò refrigerabit matrem, id est, matrem in refrigerio sepulchri tandem collocabit.

Patri ne an matri magis parendum.

IV. *Utri parentum parendum magis?* ℟det Abulensis q. 18. in Exod. 20. quo ad sustentationem æqualiter vtriq; deberi; quantum ad reuerentiam, magis patri, quia vir à virtute, virtuti autem honor & reuerentia debetur; quo ad obedientiam autem, cùm vterq; sit Dominus: (Nam vt Arist. 8. Ethic. aristacraticum dominatum exercent) vtriq; parentum: sed quia vir prudentior, & caput est mulieris, viro primæ deferendæ.

V. *Quo sensu dicitur* v. 16. PRO PECCATO MATRIS RESTITUETUR TIBI? ℟. Pro peccato Matris tolerato. q. d. Quia tu, ô fili patienter tulisti impatientiam, morositatem, jurgia, aspera verba & verbera matris; hinc pro mercede reddetur tibi à DEO bonum, idq; multiplex, tum in hac vita, tum in futura; sed præsertim hoc tolerantiæ & pietati tuæ congruum & appositum, nimirum, vt in justitia & pietate tua ædificetur domus. q. d. in justitia, id est pro justitia, siue in justitiæ, id est, pietatis tuæ præmium *ædificabitur tibi*, scil. domus tua, q. d. DEus domum, id est, familiam tuam prolibus, opibus, omniq; affluentia instruet, bonisq; omnibus cumulabit.

Cor durum.

VI. *Quod est cor durum* v. 27.? ℟det S. Bern. l. 1. de consideratione, Cor durum, quod nec compunctione scinditur, nec mouetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur, ingratum ad beneficia est, ad consilia infidum, ad judicia sæuum, inuerecundum ad turpia, impauidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad diuina, præteritorum obliuiscens, præsentium negligens, futura non prouidens &c. Conueniunt autem Auctores in hoc, vt cor durum durescere magis dicant ijs ipsis rebus, quibus molle fieri debebat, minis nimirum, precibus, beneficijs, flagellis, non secus ac incus malleatoris, quæ quo tunditur magis, magis durescit. Job 41. 15. *Cor ejus indurabitur quasi lapis, & stringetur quasi malleatoris incus.*

Sic

Sic etiam habetur Thr, 3. 65. dabis ei scutum cordis laborem tuum. Ubi S. Hieron: inquit: *quia inde illos contra se superbè obstinatos exhibuit, vnde ipse pro nobis in infirmitate laborauit.* Quare ex ipsis Christi laboribus, quibus molles fieri debebant materiam sumunt obdurandi magis.

VII. *Quid intelligitur per fruticem peccati eradicandum v. 30?* ℞. cum Glossa, quæ ait, quod ipsi peccatores, qui per peccatum superbiæ (quod est quasi frutex & germen malitiæ) tamquam firmiter plantati videbantur, eradicabuntur de terra viuentium, morientur, ita vt nulla illorum memoria supersit, hoc est *non intelligetur.* Ut justâ pœnâ obliuionis damnentur, qui apud omnes conspicui esse cupiebant. Laurum refert Ambrosius Nolanus probl. 253. Si cremetur ne cinerem quidem ex ambusto frutice lauri remanere, vnde laurum fuisse dignoscatur. Laurus superbiæ symbolum est: multas enim pulchras & virentes habet frondes, at post mortem nulla illius apud posteros memoria. *Frutex peccati.*

VIII. *Quomodo eleemosyna extinguit peccata v. 33.?* ℞ imò quia delet peccata venialia, id innuit S. Thom. in 4. d. 25. q. 2. a. 2. ad 2. & hoc fortasse intelligere voluerunt Paulus de Palatio & Olcot dicentes eleemosynam extinguere reliquias peccatorum: 2dò quia liberat à futuris peccatis, vt idem S. Thom. ibid. ad 1. liberat, inquit eleemosyna impediendo futura: sicut & alia opera meritoria, quæ hominem in gratia confirmant. Supponit igitur S. Thom. fieri in gratia, & liberari per gratiam à futuris. Unde vulgata dicit: restitit; munimenta enim comparat, ne iterum redeant peccata. 3tiò liberat etiam à præterito, in quantum, vt inquit S. Thom. l. c. ad 1. disponit eum, qui in peccatum incidit, ad gratiam recuperandam, sicut & alia opera de genere bonorum rectâ intentione facta, & 2. 2. q. 150. a. 2. ad 5. Per opera pietatis liberatur, inquit, à perditione æterna, in quantum per hujusmodi opera disponitur ad hoc, vt gratiam consequatur, per quam pœniteat, non autem quod si perseueret impœnitens vsq; ad mortem, per pietatis opera liberetur. 4tò delet peccata, quia pœnam peccatis debitam tollit, sic etiam S. Thom. in 4. l. c. ad 2. Deniq; nota, aquam si parua sit, & in magnam flammam injiciatur, non modò eam non extinguere, sed magis augere, quod aduotat S. Amb. Serm. 2. in hunc locum. E contrario, inquit, videmus, quod immensi ignium globi aquarum fluenta consumant, & veluti ab aquis accepta esca vehementiùs rediuiuis ardoribus conualescant, vt videatur aqua non extinxisse incendia sed auxisse. Hoc docere videtur voluisse, ne parci sint in eleemosynis, & quoniam multi sunt peccatorum ignes, multa etiam eleemosynæ aqua infundatur. *Eleemosyna extinguit peccata.*

CAPUT IV.

Hortatur ad eleemosynam: ad reuerentiam superioribus, subditis charitatem exhibendam. Commendat, multis nominibus studium sapientiæ, cujus prima præcepta & leges sunt, in nullius gratiam peccandum, veritati numquam repugnandum, bonam causam præ pudore & metu non deserendam, nihil temere promittendum, liberalitatem exercendam.

QUæstio I. *Quis est sensus v. 5.* ET NON RELINQUAS QUÆRENTIBUS TIBI RETRO MALEDICERE? ℞. Græcis est, & non des locum homini maledicendi tibi, solent enim pauperes, qui eleemosynam quærunt (hoc enim significat vox *quærentibus*) frustrati spe, retro, quia coram non audent, maledictis incessere diuitem justa postulata negantem, irâ enim commoti & fame extimulati in verba prorumpunt, proruptu-ri si possent in verbera in eumdem. Sic Dauid frustratus spe accipiendi quod petierat à Nabal 1. Reg. 25. coacta suorum manu pergebat in perniciem totius domus illius: sic enim ipse fassus est ad Abigail v. 34. *Nisi citò venisses*, inquiens, *in occursum mihi, non remansisset Nabal vsq; ad lucem matutinam, mingens ad parietem.*

II. *Quomodo maledictio exaudietur v. 6. cùm maledictio peccatum sit?* ℞ Hugo, Sermonem hic non esse de maledictione, quam ore proferunt pauperes, sed de illa, quam mouet ipsa amaritudo, in qua pauperes delusi manent, quod optimè confirmatur ex eodem Ecclesiastico 35. 16. *Deprecationem læsi exaudiet, non despiciet preces pupilli, nec viduam si effundat loquelam gemitus.* Explicat igitur cujus oris sint verba, & questus cùm dicit loquelam gemitus, ac subdit: *nonne lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio ejus.* In Græcis non est *ejus*, vt exclamatio intelligi possit esse *exclamatio lacrymarum super deducentem eas*, id est elicientem, extorquentem. Nec mirum, si clament oppressiones, & amaritudines pauperum, quando & ipsæ etiam eleemosynæ eunt, redeunt, orant & exorant. Act. 10. *Orationes & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.* Facit pro hac re etiam locus Gen. 4. v. 10. *Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me.* Sanguis igitur effusus dat vocem. *Maledictio exauditur.*

III. *Quid debent diuites pauperibus, cùm dicatur v. 8.* REDDE DEBITUM TUUM? ℞ Diuites sæpe debent pauperibus multa ex justitia pro mercibus, seruitijs, laboribus &c. ab eis *Diuites debitores pauperum.*

sibi exhibitis, ac in illis persoluendis sunt morosi, tardi & difficiles, quia superbi pauperibus dominari volunt, ab eisq; quasi subditis sibi omnia deberi censent. Qua in re peccant non tantùm contra charitatem, sed etiam contra justitiam. Ex hoc loco liquet eleemosynam non esse quid liberum, sed esse debitum. Unde S. Amb. l. de Nabot c. 12. *Debitum igitur reddis*, inquit, *non largiris indebitum.*

IV. *Quis est sensus* v. 26. *Ne accipias faciem aduersùs faciem tuam, nec aduersùs animam tuam mendacium?* ℟ Non accipies faciem vel personam potentis aduersùs faciem tuam, id est, aduersùs teipsum, vt scilicet præ personæ potentis pudore & timore mentiaris, aut taceas veritatem, quam eloqui necessarium est, vel tibi vel proximis: itaq; tuo mendacio vel noxio silentio, tuam aliorúmve famam, vitam vel animam & conscientiam in periculum præsens & æternum adducas.

CAPUT V.

Docet opibus non esse fidendum, nec superbiendum. Postea tractat de conuersione ad pœnitentiam, deniq; de constante sinceritate in dictis & factis.

Diuitiæ iniquæ.

QUæstio I. *Cur diuitiæ dicuntur iniquæ* v. 1.? ℟ Imò, quia vt S. Thom. 2. 2. q. 32. a. 7. & alij, sunt injustæ; non enim ad æqualitatem sunt ab omnibus distributæ. S. Basil. hom. 1. in diuit. inquit: non injustus est DEus, inæqualiter res nobis distribuens: cur tu abundas, ille verò mendicat? nisi vt tu bonæ dispensationis merita consequaris. 2dò dicuntur iniquæ, quia ab iniquis tantùm alicujus momenti esse existimantur. 3tiò quia plerumq; per iniquitatem collectæ sunt, quare Hieron. ep. 150. ad Hedibiam q. 1. Omnes, inquit, diuitiæ ab iniquitate descendunt, & nisi alter perdiderit, alter non potest inuenire. Unde & illa vulgata sententia mihi videtur esse verissima: diues aut iniquus est, aut iniqui hæres, hæc ille.

Vita sufficiens.

II. *Quis est sensus:* EST MIHI SUFFICIENS VITA? ℟ Vita, id est, victus & vitæ subsidia, Græcè, est mihi sufficientia ad vitam. q. d. Ipse mihi meis opibus sufficio, alterius non egeo, nullius opus habeo; mihi enim meis sufficiens sum, imò abundans. Habeo opes, vt agam vitam lautam, splendidam, longam. Caue ne dicatur tibi, quod illi Luc. 12. *Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te: quæ autem parasti, cujus erunt?*

Obductionis tempus.

III. *Quod est tempus obductionis?* ℟sum est, c. 2. q. 3. Hîc potest intelligi tempus mortis, in qua auaro & injusto omnia sunt obducta & conclusa, ac de ejus auaritia, dolis & rapinis acris à DEo sumetur vltio. Falsò ergo, ô auare, credis opes iniquas tibi sufficere ad vitam, vtpote quæ DEum prouocant ad adimendum tibi vitam, vt intelligas eam non ab opibus, sed à DEo pendere; vtq; mortalem tuam auaritiam, injustitiam & præsidentiam merita puniat morte præsenti & æterna.

Propitiatio.

IV. *De qua propitiatione loquitur v. 5. futurâne an præterita?* ℟ De præterita. indeq; sumitur validum argumentum contra hæreticos docentes, fideles certò credere debere, sibi remissa esse peccata, seq; esse justos, imò prædestinatos, certoq; saluandos. Sensus enim est, q. d. Esto, confidas ob pœnitentiam & sacrificia pro peccato Leuit. 4. præscripta, ac Sacramenta à Christo in noua lege præscribenda, tibi peccatum esse propitiatum & condonatum, noli tamen esse securus, & sine metu, ne fortè confidentia, pœnitentia & dispositio tua sit falsa, ideoque peccatum tibi non sit condonatum, quia *nescit homo, vtrum odio an amore dignus sit.* Eccles. 9. 1. Rursum noli esse sine metu: quia esto culpa sit remissa; remanet tamen pœna tibi luenda vel hîc vel in purgatorio; & nescis, an pro hac pœna ex æquo satisfeceris.

CAPUT VI.

Proponit conditiones & leges veræ amicitiæ, item quàm ardua sit sapientia, & quanto studio prosequenda.

Inimicus pro amico.

QUæstio I. *De quibus fit sermo* v. 1. NOLI FIERI PRO AMICO INIMICUS PROXIMO? ℟ De illis qui instar polypi mentem & vocem variant, ac nunc se amicos, nunc inimicos exhibent: quales compares paliuro, qui teste Plinio l. 13. 19. fructum dat succosum & vinosum, ideoq; jucundum palato; sed quia spinosus, pungit manum. Sic enim & hi nunc mulcent, nunc pungunt, *vt ibi inueniatur dolor, vbi putabatur auxilium* ait S. Hieron. in Michææ c. 7. v. 4.

Extollentia tauri.

II *Quis est sensus* v. 2. NON TE EXTOLLAS IN COGITATIONE ANIMÆ TUÆ VELUT TAURUS? ℟ Ne te extollas per cogitationem animæ, id est, animositatis tuæ, vt putes te omnia posse instar tauri, qui animositate sua cætera pecora & pecudes fugat, sternit & exagitat. Quia sicut taurus cornupeta vel à feris, vel ab heris ligatur, concluditur, mactatur, itaq; virtus, id est, fortis animositas ejus eliditur: ita pariter virtus, id est, fortis animositas tua

elidetur per stultitiam, eademq; consumet folia tua, id est, ornatum, gloriam tuam cum omni fructu tuo, perinde vt taurus solet discerpere plantarum folia & fructus, quibus ipse cum cæteris armentis vesci poterat & debebat, vt animam, id est, vitam conseruaret.

III. *Quomodo est intelligendus v. 22. Quasi lapidis virtus probatio erit in illu, & non demorabuntur projicere illam?* ℞ Virtus seu vis lapidis, est lapidis fortitudo, pondus & grauitas: hujus ad instar erit stultis probatio sapientiæ: q. d. Sicut homo ignauus, volens eleuare & imponere humero vel capiti lapidem grauem & ponderosum, mox vt ejus grauitatem & pondus sentit, illico eum deponit & abjicit: ita stulti tentant quandoq; addiscere sapientiam, eamq; in humeros eleuare & suscipere cogitant: sed mox vt ejus difficultatem, onus & pondus sentiunt, illico ex ignauia, & amore suarum cupiditatum eam abjiciunt.

CAPUT VII.

Quomodo nos gerere debeamus erga alios, v. g. Deum, erga Sacerdotes, parentes, filios, filias, amicos, potentes, infirmos, afflictos, mortuos, pecora &c.

QUæstio I. *Quid est seminare mala in sulcis injustitiæ 3.?* ℞ Intelligit non esse peccandum, peccare enim nihil aliud est, quàm sementem serere, ex qua deinde manipuli pœnarum, colligantur. Adduntur autem sulci, conducunt enim ad messem, & segetis vbertas major explicatur in pœna. Sic etiam Oseæ 10. 4. *& germinabit quasi amaritudo judicium super sulcos agri*, hoc est, sicut in agro bene culto venenata herba (sic enim LXX vertunt *amaritudo*) licet alioquin fœcunda, fœcundior venit: sic judicium, hoc est, pœna, super eos, qui peccauerunt. Hos autem sulcos ipse sibi in sua damna peccator struit, quare struit v. 11. *Arabit Judas, confringet sibi* sulcos Jacob. At qua arte, quo ligone? *arastis impietatem, iniquitatem messuistis.* *Seminare in sulcis iniustitiæ.*

II. *Quid est*: NISI VALEAS VIRTUTE IRRUMPERE INIQUITATES v. 6? ℞ irrumpere idem est, ac infringere iniquitates. Græcis est, nisi valeas tollere injustitias. Tostatus in Exod. 18. q. 6 legit, *vitia corrigere.* Quanta autem sit obligatio irrumpendi iniquitates in eo qui quærit fieri judex lege Abul. in c. 20. Jud. Omnes autem superiores, etiamsi non quæsierint & extorserint honorem illum, tenentur tamen extirpare subditorum vitia, & illa infringere virtute. Quod si secus faciant, timeant sibi, ne quam ab alijs metûs causa pœnam auertunt, incurrant ipsi. Testis Achab, cui, quia Benadad pepercit, dictum est 3. Reg. 20. 42. quia dimisisti hominem dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima illius, & populus tuus pro populo illius. Quod & accidit Sauli parcenti Agag. 1. Reg. 15. Totilas Gothorum Rex, vt Sigonius 19 de Occid. imp. rogatus, vt parceret cuidam, qui virginem constuprarat, ejusdem, inquit, ingenij esse delicto se obstringere, & delictorum supplicia impedire: omnino autem aut hunc pœnam dare, aut Gothorum Remp. interire necesse est. *Irrumpere iniquitates*

III. *Quid est ponere scandalum in æquitate v. 6.?* ℞ Est offendiculum præbere suæ æquitati & integritati, hoc est, aliquid committere, per quod æquitas ipsius impediatur, vt non habeat, quem solebat, & debebat progressum. Quod fit, dum judex timendo personam potentis, non audet debitam pronuntiare aut exequi sententiam. Itaq; non tam hîc est sermo de scandalo alijs præstito, quàm de scandalo quod quis sibi præstat, dum id facit, per quod ad lapsum & ruinam inclinatur. *Scandalum in æquitate*

IV. *An de veris & realibus vermibus intelligendus est v.* 19. QUONIAM VINDICTA CARNIS IMPII IGNIS ET VERMIS? ℞ Et realiter & metaphoricè sumi posse. S. Thom. 4. dist. 5. q. 11 *Vermis*, inquit, *est conscientiæ remorsus: qui dicitur vermis, in quantum oritur ex putredine peccati, & animam affligit*, S. Aug l. 21. de Civit. c. 9. Afferens hunc Eccli. locum, vrget hanc vocem *carnis*; *cur*, inquit, *dictum est carnis impij, nisi quia vtrumq;, id est, & ignis & vermis pœna erit carnis.* Nec obest quidquam, quo minus dicamus cum verme conscientiæ, quem omnes admittunt dari symbolycè, esse etiam ignem metaphoricè, qui animas torquet: nec cum igne corporali, qui corpus & animam affliget, non esse etiam vermes, qui illud corrodant. Sic Innocentius III de contemptu mundi post allegata hæc verba Eccli: *vindicta carnis impij, ignis & vermis. Vterq;*, inquit, *duplex: interior & exterior. Interior, qui rodit & vrit cor. Exterior, qui rodit & vrit corpus.*

V. *Quod est datum brachiorum v. 3.?* ℞ Omnes præter vnum Jansenium, per datum brachiorum interpretantur faciendas eleemosynas ex ijs quæ labore brachiorum acquiruntur, quos tamen Jansenius ridet, quòd brachia non hominis sed animalis intelligantur. In sacrificijs enim pacificorum armus & pectusculum cedebat sacerdoti, cùm reliquæ carnes ad offerentem redirent, qui eas coram Domino edebat. Si dicas, quòd non dicat absolutè *brachiorum*, quæ ad animalia referri possent, sed *brachiorum tuorum*, respondere posset, illud *tuorum* accipi possessiuè, brachiorum nimirum, quæ tua erant, antequam offerres. *Datum brachiorum.*

CAPUT VIII.

Quomodo nos gerere debeamus erga potentiores, verbosos, resipiscentes, iracundos, stolidos &c.

QUæstio I. *Quid innuit* v. 4. NON LITIGES CUM HOMINE LINGUATO, ET NON STRUES IN IGNEM ILLIUS LIGNA? ℞. Eleganti vtitur metaphora. Ut enim si quis ligna in ignem conjiciat, materiam igni suppeditabit, quo ardeat magis; sic qui viro linguato litem intendit, ardebit enim ira magis, & verbis, quibus maximè potest, jurgia concitabit.

II. *Quo sensu dicitur* v. 6. *Memento quoniam omnes in corruptione sumus?* ℞. Monet, ne alijs improperemus, digni qui ipsi propter peccata nostra increpemur. S. Greg. l. 26. Mor. c. 36. Omnis, inquit, per quem necesse est aliena vitia corrigi, semetipsum priùs debet solerter intueri, ne, dum aliorum culpas vlciscitur, ipse vlciscendi furore superetur. Et Isidorus l. 3. de summo bono c. 3. Non debet, inquit vitia aliena corripere, qui adhuc vitiorum contagionibus seruit: improbum est enim arguere quemquam in alio, quod adhuc reprehendit in semetipso.

Carbones peccatorum III. *Quid est incendere carbones peccatorum?* ℞. Accenduntur carbones peccatorum quasi flabello adhibito, dum eorum malitia correpta irritatur, & ad nocendum magis prouocatur: quamquam non solùm redargutione id fiat, sed & alijs modis, vt generalius sit absolutè dicere; non accendas carbones peccatorum, pro eo, quod est: Noli his, qui improbi sunt, occasionem, siue verbo, siue facto præbere, vt eorum malitia commoueatur, & velut in flammam excitata magis noceat, cùm enim carbones, non accenduntur, non nocent: at accensi & in flammam excitati grauiter vrunt,

CAPUT IX.

Cauenda zelotypia, & non necessaria consortia mulierum: cauendum à nouis amicis, præsertim potentibus; injustis, linguosis, temerarijs.

QUæstio I. *Quomodo intelligendus* v. 1. NE ZELES MULIEREM SINUS TUI? ℞. Docet amorem vxoris non debere esse nimium, vt maritus per illum laboret affectione illa vitiosa, quam Græci zelotypiam vocant, cùm scil. maritus vel vxor suspicatur alterum in conjugio amare quempiam, & se minus amare, quàm vellet. Non zeles, inquit, mulierem sinus tui, hoc est, ne conthoralem tuam quiescentem in sinu tuo ames amore zelotypo, ita vt jugiter metuas te minùs amari ab ea, & eam ab alijs amari. Ea enim res præterquam quòd ipsi marito sit admodum molesta, dum in animo suo varijs torquetur suspicionibus & amoris ardore exagitatur: etiam molestiam magnam affert vxori: quæ granatur suspicionibus, & de fide suspectam se dolet: & à marito arctiùs quàm par est, custoditur: vnde non sicut petit maritus, crescit in ea erga maritum amor, sed decrescit, & periculum ab ea, marito imminet. Quod significatur per id, quod additur: *ne ostendat super te malitiam doctrinæ nequam.* Id enim communiter intelligitur de ea doctrina, qua à vetulis, malis & improbis mulieribus vxores docentur zelotypos suos maritos tollere veneno de medio: aut alio modo eis nocere, vt sit sensus: ne irritata exerceat contra te artificium muliebre nequam edocta ab improbis.

Mulier multiuola. II. *Quæ est mulier multiuola* v. 3.? ℞. Est scortum, quia multos & etiam multa vult. Sic Hugo. Itaq; & auaritia est in illa, & effrenis libido, multa enim & multos vult, & in vtroq; multa est, nec facile satiatur, semper viros & semper dona amando.

Communio mortis. III. *Quo sensu dicitur* v. 20. COMMUNIONEM MORTIS SCITO? ℞. Jansenius intelligit mortem communem & vulgarem, & multis de causis facile incurrendam eis, qui cum tyrannis agunt. Cathus ait, mortem, quæ omnibus communis est, scias tibi imminere, ex eo quòd aulas frequentes. Paulus de Palatio. Scito tuam cum Principe communionem seu communicationem, esse communionem mortis seu communicationem cum morte. Qui sensus bonus est, & maximè efficax ad absterrendum homines à principum familiaritate: quod nimirum eadem, quæ tyranni ipsi pericula ingrediantur, quibus mors indies, imò in horas & momenta singula incumbit, vt Dionysius ipse tyrannus in suspensione illa gladij, qui in sedentis regio in solio, capiti imminebat, ostendit.

IV. *Quis homo linguosus terribilis est in ciuitate sua* v. 25.? ℞. Mysticè hæreticum intelligit hominem linguosum Glossa & Raban. De Principe ad literam explicat Jansen. Cùm enim à sapientia illum laudasset, nunc vt eidem sapientiæ illum insistere hortaretur, ostendit mala quæ proueniunt ab eo. Linguosus est, qui temere nulla addita consideratione loquitur. Idem autem Jansen. Lyran. Hugo, non de Principe solùm, sed de alijs etiam hæc volunt intelligi.

CAPUT X.

CAPUT X.

Quæ virtutes deceant, quæ vitia dedeceant judices & Principes.

QUæstio I. *Quo sensu dicitur* v. 4. IN MANU DEI POTESTAS TERRÆ? ℟. Jansen. putat hæc verba duplicem sensum habere. Alterum vt dicatur, potestatem, quam habent reges, à DEo habere, alterum, DEum jus omne ac potestatem habere in terra, dominariq; pro suo arbitratu in populos omnes. Lyran. autem, Hugo, & Carthusian. videntur addere nimirum sub dispositione DEI esse tam sæcularem potestatem, quàm Ecclesiasticam, ita vt quidquid ipse velit ab illis fieri, omnino fiat. Nec incongruè, sicut enim colonus aquas per canales deducens, quo illi fuerit libitum, exponit nunc ad harum, nunc ad illarum arborum irrigationem; quantò magis DEus corda regum aquarum in morem ducet reducetq; quocumq; volet? Bene Salomon Prov. 21. 5. *Sicut diuisiones aquarum* Hebr. *vt riuuli aquarum; ita* cor Regis in manu Domini, quocumq; voluerit, inclinabit illud. *Potestas terræ in manu Dei.*

II. *Quo sensu dicitur* v. 5. SUPER FACIEM SCRIBÆ IMPONET HONOREM SUUM? ℟ Super faciem id est, super personam (ex facie enim una persona ab alia discernitur) scribæ, id est viri literati & sapientis, *imponit honorem suum*, quando ei dat auctoritatem, non tantùm docendi, sed & regendi, legesq; condendi, cùm scil. eum ob sapientiam euehit, facitq; principem vel consiliarium, præsidem vel gubernatorem.

III. *Quomodo auaro nihil est scelestius*, cùm alia peccata, vt homicidium, superbia, odium, hæresis, magis sint scelestiora? ℟. Auaritia propriè est immoderatus amor pecuniæ. Hic autem esto sit nimius, per se est peccatum veniale: mortale enim fit per aliud, si videlicet, propter eum fiant rapinæ, vsuræ, sacrilegia, omittatur sacrum, aliúdne præceptum violetur, ita vt lædatur religio, justitia, aut etiam charitas; vt si neges pauperi in graui necessitate eleemosynam, vt tuas opes conserues & augeas. Cùm ergo hic dicitur *auaritiâ nihil est scelestius*, est hyperbole, significans auaritiam esse rem valde sceleftam. Sic per exaggerantiam dicere solemus: vino nihil est dulcius, auro nihil fulgidius, hoc homine nihil doctius; id est, vinum est valde dulce, esto mel sit dulcius; aurum est valde fulgidum, esto carbunculus sit fulgidior; hic homo est valde doctus, esto nonnulli sint doctiores. *Auaro nihil est scelestius*

IV. *Quomodo auarus dicitur in vita projecisse intima sua* v. 10.? ℟. Idem est, ac, dicere auarus exuit omnem humanitatem, ac si à se viscera, in quibus est sedes misericordiæ, ob pecuniam abjecisset. Vnde S. Aug. Serm. 25. de verbis Domini, *quæ est*, ait, *ista auiditas*, concupiscentiæ? cùm ipsæ belluæ habeant modum: tunc enim rapiunt, quando esuriunt; parcunt verò prædæ, cùm senserint sacietatem. inexplicabilis est sola diuitum auaritia; semper rapit, & numquam satiatur: nec timet Deum, nec hominem reueretur: non parcit patri, non matrem agnoscit, non fratri obtemperat, nec amico fidem seruat. Quæ est ista, rogo, animarum insania, amittere vitam, appetere mortem, acquirere, aurum, *perdere cælum*? Hujus rei symbolum & exemplum fuit Judas, qui vendendo Christum, vendidit animam suam dæmoni, ideoq; suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera ejus. Act. 1. 18. *Auarus projicit intima sua.*

V. *Quomodo superbia est initium & causa omnis peccati*, v. 5 cùm multa peccata oriantur ex timore, acedia, pusillanimitate, quæ contraria sunt superbiæ? ℟. Initium omnis peccati est superbia, tum, quia primum hominis, æquè ac Angeli peccatum fuit superbia, ex qua cætera prognata sunt; tum quia ex ea omnia peccata oriri nata sunt; *omnia*, id est, omnis generis peccata: non enim omnia in indiuiduo oriuntur ex superbia. Est distributio pro generibus singulorum, non pro singulis generum, vt loquuntur Logici. In omni peccato est generalis, id est, implicita, & interpretatiua quædam superbia, non tamen in omni est explicita, formalis & specifica. vnde non dicit Siracides, omne peccatum esse superbiam; sed initium, siue originem omnis peccati esse superbiam; distinguitur ergo superbia ab omni peccato, sicut causa ab effectu. *Superbia causa omnis peccati.*

CAPUT XI.

Sapiens modestus sit in aduersitate, in forma corporis, vestibus, loquela: diuitias vel paupertatem, prospera vel aduersa de manu Domini acceptet.

QUæstio I. *Cur dicit* v. 8. *Priusquam audias, ne respondeas verbum, & in medio sermonum ne adjicias loqui?* ℟. Quia ante perceptam interrogationem respondere & loquentem interrumpere, est indicium & effectus primò, superbiæ, qua putes te tam solertem, vt conjectes, quid alter velit interrogare, vt instar prophetæ diuines, quid alter mente concipiat & intendat. 2dò leuitatis, qua responsum præcipitas ante tempus opportunum. 3tiò imprudentiæ, qua exponis te periculo, vt impertinenter, & extra propositum respondeas: quia cùm respondes de fabis, alter fortè interrogare volet de allijs, vt vulgò dicitur. 4tò inciuilitatis & rusticitatis: inciuile enim & rusticum est, alium loquentem interrumpere, & respondere, antequam plenè ejus quæstionem audieris.

Error & tenebræ peccatoribus concreata.

II. *Quomodo error & tenebræ peccatoribus concreata sunt* v. 16.? ℟. Quia peccator mox vt peccat, peccato ſuo ſibi aſciſcit errorem & tenebras quaſi peccati cognatas. Eſt enim peccato ſua generatio, proſapia & progenies: ſicut enim virtutem virtus, ſic vitium parit vitium. Sic congenita, dicitur ſuperbiæ inuidia, crapulæ libido, auaritiæ fraus: quia ſuperbia parit inuidiam, crapula libidinem, auaritia fraudem. Rurſum ſicut virtus illuminat, gignit, augetq; prudentiam in agendis: ſic peccatum obtenebrat, gignit, augetq; imprudentiam agendorum. Hinc S. Joan. ep. 1. crebrò ait, juſtos verſari in luce, peccatores verò in tenebris, adeoq; ipſæ virtutes, quid ſunt aliud niſi lumina veritatis & vitia, quid ſunt aliud niſi tenebræ falſitatis. Errorem & tenebras non abſolutè creata eſſe à DEO (vti voluêre Manichæi) ſed eſſe *peccatoribus concreata*, ſcil. propriè & directè ab ipſo peccato & peccatore, impropriè verò & indirectè à DEO. Omne enim peccatum inuoluit, & conjunctum habet aliquem errorem practicum, quo peccator judicat ſibi hîc & nunc eſſe peccandum, vnde ait Salomon Prou. 14 v. 22. *Errant, qui operantur malum.* Rurſum peccatum inducit caliginem menti, quaſi effectum ſibi proprium. Judicium enim erroneum actuale, quo judicat hic & nunc ſibi eſſe peccandum, inducit & relinquit poſt ſe ſimile judicium erroneum habituale. Rurſus actus peccati producit propenſionem & habitum ad iterandum peccatum, quod errorem jam dictum includit. Iidem tamen errores impropriè & indirectè cauſantur à DEO, quia ſcil. DEus eos permittit, & quia peccatori velut indigno & ingrato aufert lumen inſpirationis & gratiæ ſuæ, quo ablato peccator verſatur in tenebris concupiſcentiæ ſuæ: perinde ac qui nocte aufert candelam è cubiculo, tenebras in illud inducere dicitur.

III. *Quid eſt non manere im operibus peccatorum* v 22.? ℟. Non eſſe conſentiendum peccantibus, ita vt eorum peccata probentur: vel certè ſi peccatum eſt, non eſſe permanendum in peccatis, quia etſi humanum eſt cadere, diabolicum eſt in peccato perſeuerare, vt enim auis, quo rete magis percurrit, eò irretitur magis, & impotens fit ad euadendum: ſic peccator, dum in peccatis volutatur. Job 18. 8. *Immiſit in rete pedes ſuos, & in maculis ejus ambulat.*

IV. *Quis eſt ſenſus* v. 29. *In fine hominis denudatio operum illius?* ℟. id eſt, in morte clarè innoteſcit homini qualia & cujus pretij ſint, quæcumq; egit in vita, & conſequenter, quo in ſtatu ſit ipſe futurus per totam æternitatem. Vnde collige primò, particulare judicium in morte cujusq;. 2dò Animas etiam in purgatorio certas eſſe de ſua ſalute. 3tiò ſtatim à morte donari mercedem operum, & meritum cujusq;, ſed pro ratione ſtatûs in quo ſinguli ſunt.

CAPUT XII.

Eleemoſyna & alia beneficia juſtis potiùs præſtanda, quàm impijs. Cauendi inimici, etiam cùm reconciliati ſimulant amicitiam.

Cui benefaciendum.

QUæſtio I. *Quo ſenſu dicitur* v. 1. SI BENEFECERIS, SCITO CUI FECERIS? ℟. Cùm benefacis, vide ne benefacias ei, qui beneficio tuo abuteretur ad luxum, crapulam, libidinem, faſtum, nequitiam, aut certè ad acediam & pigritiam. Multi enim pauperes robuſti mendicant, quos ſatiùs eſſet laborare, & labore manuum victum ſibi parare, qui ergo talibus benefacit, alit eorum inertiam & ſocordiam, ac vitia, inde naſci ſolita. Vnde contra hos extat tit. in jure *de validis mendicantibus*, ac in ciuitatibus bene ordinatis tales non permittuntur mendicare; tum ne alantur in otio; tum ne eleemoſynas alijs laborare non valentibus præripiant; tum, ne ciuitati & ciuibus ſint oneri & periculo.

Inimicus unde agnoſcitur.

II. *Quo ſenſu Siracides* v. 4. & ſeq. *prohibet beneficium conferri in peccatorem*, cùm ſæpe illi eleemoſyna conferenda ſit tum ſpiritualis, tum corporalis, idq; ex præcepto, cùm ſcilicet ipſe in graui neceſſitate eſt conſtitutus? ℟. Omnibus omnino egentibus etiam impijs ſuccurrendum eſſe in neceſſitate, patet ex generali præcepto charitatis proximi, & ad Gal. 6. v. 10. Cæteris tamen paribus præſtat pijs eleemoſynas impendere, ob duplex inde conſurgens meritum, ex duplici titulo & motiuo, propter quod illis datur, imò quia Creaturæ DEI ſunt, quæ egent, ope ſua. 2dò quia ſerui & filij DEI ſunt. Cùm in impijs non niſi primus titulus reperiatur, inquit Author imperfecti Hom. 26. in Matth. Quod intellige de publicis, & tibi notis pro talibus. Nam aliàs dicit S. Chryſoſt. *non eſſe curiosè pauperes perſcrutandos.*

III. *Quis eſt ſenſus* v. 9. *In bonis viri, inimici illius in triſtitia: & in malitia illius amicus agnitus eſt,?* ℟. In proſperis triſtantur inimici, ſaltem occultè, ſi palàm triſtitiam oſtendere non audeant: in aduerſis verò agnoſcitur, quis ſit ſincerus amicus. In aduerſis enim amicus verus amico afflicto adeſt, omni ope & opera, vt eum ſoletur, erigat & protegat. Eſt pulchra antitheſis. q. d. In bonis viri, inimici illius agnoſcuntur ſcilicet inuidendo, at in triſtitia & miſeria ejus amicus agnoſcitur compatiendo. In proſperitate viri creſcit inimicitia inimici; in miſeria creſcit amor amici.

IV. *Quid monet Siracides dicens de inimico* v. 10: SICUT ÆRAMENTUM ÆRUGINAT NEQUITIA ILLIUS? ℟. Monet, inimico, etiamſi reconciliatus videatur, & amicitiam ſimu-

simulet, non facile esse credendum, nec fidendum; quia sicut æramentum, id est, vas ex ære factum, licet politum sit & splendeat, facile tamen rursus æruginem, id est, virides sordes, contrahit, si videlicet aliquo humore imbuatur: ita inimicus licet videatur reconciliatus, & splendenti amicitia fulgidus, facilè tamen ad odia & nequitias suas redit: residet enim in animo ejus radix malitiæ, viror, & virus maleuolentiæ (quia manet alta mente repostum maleficium, quod sibi à te putat illatum) quæ naturaliter in maledicentiam & maleficentiam solitam data occasione solet erumpere, & instar absinthij progerminare.

V. *Cur inimicitia comparatur ærugini?* ℞. Ob septem analogias. 1mò, quia vtraq; est vitium & corruptio rei, cui inhæret. 2dò, vtraq; est mordax & corrosiua. 3tiò sicut ærugo est mali odoris, sic inimicitia malæ est famæ. 4tò vtraq; est amara & viridis. 5tò vtraq; est tenax & sæpe perpetua. 6tò vtraq; est acida. Ærugo enim acerrima est, cùm æs, vel æris scobs aut ramenta, aceto macerantur, eaq; vtuntur medici ad eradendos callos fistularum, & delacrymationes oculorum, vt docet Plin. l 34 c. 11. 7mò sicut ærugo ferrum, aut æs erodit, sic liuor hominem inuidum, & inimicum, & sicut origo offuscat splendorem æris, sic liuor alienæ famæ splendorem obscurat. *Inimicitia ærugo.*

CAPUT XIII.

Cauenda nimia familiaritas cum potentioribus & impijs. Amicitia sit inter pares moribus & opibus.

QUæstio I. *Cur præ cæteris vitijs superbia se affricat communicanti cum superbo* v. 1.? ℞. Causa est tum procliuitas naturæ corruptæ in eam, ac innatus homini amor excellentiæ; tum, quia superbus tumet turgetq; spiritu elationis, eumq; ore & gestu totoq; corpore exhalat: itaq; eumdem efficaciter alijs aspirat, perinde ac peste laborans quia ardentem efflat spiritum, hinc eo statim vicinos inficit, pestem suam alijs afflat. Adde, quòd superbus videatur esse generosus & magnanimus, itaq; se vocet: & à suis vocetur: vnde fastus ejus amatur quasi virtus, non vitium: in gula verò, libidine ira &c. manifestè se prodit vitium, quod virtutis speciem sibi obtendere nequit: vnde mox vt apparet, omnes illud horrent & fugiunt. *Superbia communicanti se affricat.*

II. *Quo sensu dicitur* v. 3. QUID COMMUNICABIT CACABUS AD OLLAM &c.? ℞. Si cacabo æneo allidatur olla lutea siue fictilis, vtiq; cacabus confringet ollam: ita pariter si diues se societ, & impingat in pauperem, vtiq; eum collidet: si enim jurgentur, pauper opprimetur à diuite. Cacabus ergo, æneus repræsentat potentem & diuitem, olla fictilis plebejum, & pauperem vel minus diuitem. Versu 4. insinuat modum, quo olla à cacabo, id est, pauper à diuite, & potente, affligitur & confringitur scil. quòd diues injuriâ afficiet pauperem, & insuper in eum fremet, pauper autem injuriâ affectus queri non audebit, sed tacebit, ne grauiorem in diuite iram & noxam concitet. *Caccabi cõmunicatio ad ollam.*

III. *Quomodo cor hominis immutat faciem illius, siue in bona siue in mala* v. 31.? ℞. Alludit ad physicam cordis in membra & faciem actionem & influxum q. d. Cor bonum & sanum physicè facit faciem bonam, id est, succulentam, roseam, hilarem; ex aduerso cor malum & malè sanum, facit faciem malam, id est, macilentam, luridam, tristem: ita pariter, moraliter seu ethicè, cor bonum, id est, justum & sanctum, ideoq; hilare & jucundum, facit faciem bonam, id est, grauem, modestam, piam & sanctam, ideoq; hilarem & jucundam. Ex aduerso cor malum, id est, iniquum & impium, ideoq; perturbatum, anxium & triste, facit faciem sibi similem, scilicet malam, id est, iniquam, incompositam, dissolutam, ideoq; perturbatam, anxiam & tristem. Cor enim omnes passiones suas & affectiones transmittit in reliquum corpus, sed præsertim in faciem. Nam vt ait Jansen. & si vultus volui possit, varieq; fingi, tamen plerumq; est index animi, in quo expressa sunt signa iracundiæ, clementiæ, hilaritatis & tristitiæ; item signa conscientiæ, timoris ac verecundiæ. *Vultus index animi.*

IV. *Quis est sensus* v. 32. *Vestigium cordis boni, & faciem bonam difficile inuenies, & cum labore.* ℞ Vestigium cordis boni, per appositionem vocat faciem bonam, ex hac enim quasi ex certo vestigio licet vestigare cordis bonitatem: quare copula *&* de more sumitur pro *id est*, vt sensus sit. q. d. Vestigium cordis, id est, faciem bonam, quam jam commendaui, putà hominem, qui ex conscientiæ tranquillitate, patientia & lætitia semper sit in bono, id est, placido, sereno, nitido & hilari vultu, difficile est inuenire; tum, quia pauci sunt boni & sancti, tum quia etiam sancti facile incidunt in peccata venialia, & cordis perturbationes, vt impatientiam, iram, mœstitiam, quæ faciem malam, id est, iratam vel tristem, internæ tristitiæ indicem efficiunt: tum quia aliquando mali, qui malo sunt corde, præseferunt faciem bonam & hilarem, vt internam cordis malitiam tegant & dissimulent, vti Joab hilarem vultum ostendit Abner & Amasæ, cùm eos fraudulenter occidit. 2. Reg. 3. 27. & c. 20. 9. Ex aduerso Esther c. 13. præseferens hilarem vultum, texit & dissimulauit internum cordis dolorem & pauorem. ita Rabanus. *Cordis boni vestigium.*

CAPUT

CAPUT XIV.

De lapsu linguæ: de vanitate & malitia auaritiæ.

Beatitudo in via.

QUæstio I. *De qua beatitudine sit sermo* v. 1.? ℞ Non de beatitudine quæ est in termino, sed in via & in spe: ea autem cùm sine DEo esse non possit, à quo tantum bonorum cumulus habetur, imò à quo omnium bonorum cumulus habetur, non in cœlo tantùm, sed in terris etiam, vnde Dauid ps. 70. *Quid mihi est in cælo,* & à te quid volui super terram? omnino vt fiat aditus ad hanc beatitudinem, remoueri debent omnia, quæ DEum remouent, vt sunt peccata, quare ab illis hîc incipit, *qui non est lapsus verbo, non est stimulatus in tristitia delicti.*

Lingua non labi.

II. *Quid est linguâ non labi*? ℞ Est quodammodo omnino non labi, ex eo enim quòd quis frœno os equo coerceat, totum equum coercet, & quo vult, ducit, & in eo positum est, vt non labatur; vt nauis gubernaculum totam nauem & dirigit & circumagit, ex eoq; pendet, vt totus nauis cursus dirigatur; sic profectò lingua tamquam frœnum ori, tamquam gubernaculum naui animæ, qua libet eam ducit & reducit, & ex ejus custodia totius etiam animæ pendet custodia, quæ omnia sunt Sancti Jacob. c. 3. In lingua autem situm quodammodo esse animæ totius quasi regimen & momentum, colligitur bene ex Gen. 27. vbi habetur: *& inspirauit in faciem ejus spiraculum vitæ.* At cur potiùs in faciem, quàm in aliam corporis partem? quia ibi os erat & lingua quæ hujus animæ gubernacula directura erat, ideo subdit: *& factus est homo in animam viuentem.* Chaldæus. *Et fuit homo in spiritum loquentem,* quasi conuertantur viuere & loqui, & qui locutionem ac sermonem bene dirigit, vitam dirigit, animæq; ipsius vis in sermone sita sit, quem qui bene seruat, animam seruat, à quo siquis non labitur, nec in vita quodammodo labi videatur. Licet enim aliæ suppetant labendi viæ, hæc quia procliuior alijs anteponitur, ita vt qui per eam tutus incedit, absq; eo quod labatur, jure optimo beati nomen meretur.

Auarus consumit animam suam.

III. *Quomodo auarus consumit animam suam* v. 9.? ℞ Consumit vitam & corpus suum. Sic enim Num. 9. 10. & alibi per animam metonymicè significatur corpus, quia corpus est quasi domus animæ, imò est ipsa materia, quam anima quasi forma informat. Animam ergo & corpus consumit auarus continuis curis, desiderijs, sollicitudinibus, nimisq; cupidis & anxijs cogitationibus, quibus extenuat, exiccat & arefacit tam corpus, quàm mentem & spiritum, vt res spiritales ei non sapiant, imò nulla res eum delectet, nihilq; ei libeat. Rursum consumit *animam suam,* id est, seipsum totum, per synecdochen, quæ frequens est Hebræis & Syris.

Testamentum inferorum.

IV. *Quod est testamentum inferorum* v. 12.? ℞ Est decretum mortis & inferni, latum à DEo in Adam peccantem, omnesq; ejus posteros. Gen. 2. 17. & c. 3. 19. dicitur *inferorum*, quia tempore Siracidis ante Christum omnes, etiam Sancti, plenè à peccatis expiati, post mortem descendebant ad inferos & limbum Patrum, expectantes Christum, qui pro peccatis satisfaciens cœlum aperiret, eosq; inde liberaret, & in cœlum deduceret. Testamentum enim in Script. vocatur quodlibet pactum, decretum, dispositio, ordinatio.

CAPUT XV.

Fructus timoris Dei, seu sapientiæ cælestis: quem docet esse in potestate liberi nostri arbitrij, quod pulchrè describit.

Sapientiam non apprehendent stulti.

QUæstio I. *Qui homines stulti non apprehendent sapientiam* v. 7.? ℞ Stultos practicè vocat peccatores, qui stultè sequuntur suam concupiscentiam, ac mundanos honores, opes, delicias: hi veram sapientiam *non apprehendunt*, quia hæc sita est in mundi contemptu, & concupiscentiæ mortificatione: ipsa enim docet amare spiritualia, & cœlestia, ac spernere carnalia & terrena, quocirca *sensati*, id est, prudentes, qui id ipsum intelligunt & sapiunt, *obuiabunt illi*, stulti verò & insansati, siue imprudentes, adeo longè absunt ab illa, vt ne quidem illam videant: illa enim fugit superbiam & dolum, quæ sunt vitia stultorum mundi hujus sectatorum.

Mendaces non erunt memores sapientiæ.

II. *Qui viri mendaces v. 8. non erunt memores sapientiæ*? ℞ Explicat, quod dixit v. præced. Sapientiam abesse à superbia & dolo: Superbos enim & dolosos vocat *mendaces*. Utrique enim multa mentiuntur: superbi quidem, de sua excellentia, vt se extollant; dolosi verò de suis machinationibus, vt alios fallant. Dicit enim mendaces non esse memores sapientiæ, quia eam non quærunt, imò fugiunt ejus dictamina, vtpote contraria suis mendacijs & dolis: veraces autem, quales sunt humiles & sinceri inueniri in ea; quia hi student sapientiæ, quæ non est aliud, quàm veritas practica, docens scil. quid juxta DEi legem agere, quidq; loqui debeant. Unde his DEus dabit successum, eorumq; acta & dicta prosperabit vsq; ad judicium tum particulare, tum vniuersale, quo eorum, vti & cæterorum actiones omnes inspiciet, id est, examinabit, judicabit, & præmiabit visione DEi, & gloriâ æternâ, vt scil. inspiciant DEum, facie

ad fa-

ad faciem, eaq; beentur, juxta illud ps. 16. *Satiabor cùm apparuerit gloria tua.*

III. *Quis est sensus v. 11. Non dixeris: per DEum abest: quæ enim odit, ne feceris?* ℞. Est occupatio. Insipientes enim insipienter suæ insipientiæ causam adscribunt DEo, vt se excusent. Hos arguit, q. d. Ne dixeris, per DEum stat, quòd à me absit sapientia, id est, virtus & sanctitas, quia jam dictum est omnem sapientiam à DEo proficisci, careo ergo illâ, quia illam ipse mihi non concessit. Per ipsum ergo fit, quòd sim insipiens, id est, vitiosus & impius. Hoc, inquam, ne dixeris. Causam subdit: *quæ enim odit, ne feceris.* q. d. DEus odit insipientiam, id est, vitium & impietatem: ergo ejus nequit esse Author, vel causa: sed ejus tu tibi ipsi es causa, qui scilicet illam amas & facis, quam DEus odit, ideoq; facere nequit. Si enim tu illam odisses, vti odit DEus, vtiq; eam non faceres, sicut non facit DEus. Porrò, si non faceres illa quæ odit DEus, vtiq; accederet ad te DEus & sapientia, quæ omnibus se communicare gestit. *DEus non est causa insipientiæ.*

IV. *Cur DEus permisit lapsum Adæ?* Videtur enim eum voluisse ad hoc, vt haberet occasionem miserendi ejus & posterorum? ℞. DEum non voluisse positiuè, sed permissiuè, id est, permisisse lapsum Adæ, sed ob bonum finem, vt scil. ejus misereretur. Adde, DEum misericordiam suam magis declarare in præseruando hominem à peccato, quàm lapsum è peccato eripiendo: sicut major est misericordia & beneficentia præseruare quempiam, ne labatur in foueam, omnisq; membra conquasset, quàm lapsum & conquassatum eripere & sanare. Sic DEus majorem misericordiam præstitit B. Virgini, præseruando illam à peccato originali, quod naturaliter contrahere debuisset, quàm si ab illo contracto eam purgasset. *Adæ lapsū permisit Deus.*

V. *Quo sensu dicit impius de DEo v. 12.* ILLE ME IMPLANAVIT? ℞ Ille me errare fecit, ille me decepit. Aug. legit. in ps. 56. *Ne dixeris ille me induxit.* Lyran. ait, hoc verbum dici ab in & *planos*, quod Græcis est error vel deceptio. Hinc Cicero pro Cluentio: *His ille planus* inquit, improbissimꝰ quæstu judiciario pastus. S. Cyprian. l. de singul. Clericorum locum illū Gal. 6. 3. cùm citasset, *si quis putat se aliquid esse, cùm nihil sit, ipse se seducit.* sic legit, *se ipsum implanat* & Pergit, *pro certo enim implanator proprius suam animam decipit, qui non cauendo contraria noxijs rebus semet ipsum commiserit.* Idem ergo est implanare ac decipere, quod DEO nemo potest tribuere, vt hîc monemur. Idem ait Jacob. 1. *Nemo cùm tentatur dicat, quoniam à DEO tentatur. DEus enim intentator malorum est.* *Implanare idem quod decipere.*

VI. *De quo est v. 14. reliquit illum in manu consilij sui?* ℞. Caluinus, quoniam hoc testimonio maximè vrgeri se sentiebat, ait de primo tantùm homine sermonem esse, quem vel ex hoc conuinci libertatem habuisse, vt fatetur l. 1. Instit. c. 15. §. 8. Attamen de alijs etiam loqui demonstrat Bellarm. l. 5. de Grat. & lib. Arbitr. c. 22. Nam paulò antè dixerat. *Ne dicas, per Deum abest, ille me implanauit,* hoc est, non referas in Deum causam sceleris tui, & continuò rationem affert: *Quoniam Deus hominem constituit, & reliquit illum in manu consilij sui.* Quæ ratio nihil conuinceret, si de libertate tantùm concessâ primo homini loqueretur, nec eamdem intelligeret, in alijs etiam conseruari: quæ autem subdit manifestissimè conuincunt, eum loqui cum hominibus, vt nunc sunt, *Si volueris mandata seruare, conseruabunt te; ante hominem vita & mors quod voluerit, dabitur ei.* rursum, *apposui tibi ignem & aquam, ad quod volueris, porriges manum tuam.* Illos enim alloquitur, quos suis cohortationibus profecturos sperabat; non igitur tantùm cum Adamo negotium illi facessit, sed cum alijs etiam, vt omnes hunc locum interpretantur. *Arbitrium liberum.*

VII. *Quo sensu DEus nemini dedit spatium peccandi v. 21.?* ℞. Complut. Tigurina & alij vertunt *licentiam*, libertatem, indulgentiam, *neq; ulli*, inquiunt, dedit *licentiam peccandi.* Permittit quidem DEus homines peccare, id est, non impedit, quia eos creauit liberos, vt liberè eligerent, quod vellent, sed nulli dedit, vel dat facultatem, aut licentiam peccandi, ita vt licitè quis peccet. Sic enim peccatum non esset peccatum, sed res licita, vtpote quæ fit ex concessione & licentia DEi, quod implicat: imò, verò DEus cùm permittit peccata, minatur peccatoribus gehennam, vt ostendat, quam illa execretur. *DEus non dat licentiam peccandi.*

CAPUT XVI.

Initio docet non esse lætandum in filijs impijs. Deinde justam DEI vindictam in impios describit. Deniq; commendat eximiam DEi sapientiam in dispositione vniuersi.

QUæstio I. *Quis est sensus v. 7. In synagoga peccantium exardebit ignis, & in gente incredibili exardescet ira?* ℞. DEus efficit, vt in synagoga, id est, cœtu quantumuis magno & copioso peccantium, exardescat DEi vltio instar ignis, eumq; comburat, & in gente incredula & rebelli DEi ira & vindicta, quæ eam consumat & disperdat: nec enim DEi ira desæuiens metuit aut refugit multitudinem impiorum, sicut vnus lupus non metuit millia ouium, sed vnus ipse omnes dissipat & perdit. Judices enim & principes sæpe ob multitudinem & nobilitatem reorum & complicum non audent progredi in inquisitione & vindicta criminis. At DEus nulla nobilitate vel multitudine percellitur aut mouetur, sed omnes *Vindicta Dei in multos.*

noxios, etiamsi innumeri & nobilissimi sint, quin & innoxios subinde cum noxijs castigat & perdit.

II. *Quid est*, NON PEPERCIT PEREGRINATIONI LOT v. 19.? ℞. DEus non pepercit Sodomæ & Pentapoli (vbi peregrinatus est Lot) hominibus & opibus luxurianti, sed omnes igne cælesti perdidit. *Et execratus est eos præ superbia verbi illorum*, quia scil. superba verba contra DEum & Lot jactabant, blasphemantes DEum, & contemnentes ejus numen, prouidentiam & vindictam.

III. *Quo refertur* v. 10. NON MISERTUS ILLIS, GENTEM TOTAM PERDENS, ET EXTOLLENTEM SE IN PECCATIS? ℞. Licet hoc referri possit ad Sodomam, rectiùs tamen referas ad Jericho: DEus enim Jerechuntem cum incolis ob impietatem anathemate, id est, plano plenoq; excidio damnauit & addixit, Josue 6. Jericho ergo propriè fuit vrbs perditionis & anathematis, quia à DEO anathematizata & incendio deuota. Palacius hæc accipit de Ægyptijs. Græca enim sic habent. *Non misertus est genti perditionis, qui egrediebantur in peccatis suis* q. d. DEus non pepercit Ægyptijs, quorum tota gens egressa est, ad persequendum Hebræos abeuntes, extollens se in viribus, equitibus, curribus, & Dijs suis, sed Deus vniuersos in mari rubro mersit & suffocauit.

Testamentum. IV. *Quod est testamentum* v. 22. *Longè est testamentum à quibusdam, & interrogatio omnium in cosummatione est.?* ℞. Testamentum vocat judicium DEi, quo cuiq; pro meritis, præmia vel pœnas præsentes & æternas decernit. Dicitur testamentum, quia à DEO dispositum & constitutum, ejusq; quasi vltima voluntas est & dispositio, ac proinde firmissimum erit, planeq; effectum sortietur, longè certiùs, quàm testamenta ab hominibus moribundis condita. Sensus ergo est. q. d. Testamentum, id est, decretum, via & ratio judiciorum DEi remota est à cogitatione & cognitione hominum, quia homines ea non cogitant, non ponderant pro rei veritate & grauitate, sed multi viuunt perinde, ac si futurum non esset judicium, ac si non esset Numen, ac velut infernus fabula vna foret: & tamen in consummatione, & in fine mundi, certissimè fiet omnium interrogatio, examen, & inquisitio, eaq; exacta, rigida & seuera, adeo, vt nec minimæ culpæ injudicatæ & impunitæ prætereant.

CAPUT XVII.

Describit creationem hominis ejusdemq; perfectionem: hortatur ad pœnitentiam & laudem DEi.

QUæstio I. *Quo sensu dicitur* v. 2. *Et iterum conuertit illum in ipsam?* ℞. DEus creauit hominem è terra, nimirum è vili materia, ad statum extulit tam sublimem, vt omnibus præesset, sed quoniam peccando sibi tantum donum inuidit, in pœnam ab eodem DEO accepit, vt in terram moriendo rediret, quòd tantò pluris faciendum, quòd illum Dominus in justitia originali creauit, nullis obnoxium perturbationum motibus, quare tantò minus peccare debuisset.

Vestis virtutum. II. *Quis est sensus: Et secundùm se vestiuit illum virtute* v. 2.? ℞. *Secundum se*, hoc est, secundùm decentiam homini conuenientem vestiuit illum virtute, quo ad corpus & animam, ita vt & corpus valeret robore, & anima scientijs, vt nomina posset animalibus imponere, cognoscens illorum vim & eorum naturam, quibus illa imponebantur. Vel secundùm se, id est, secundùm illorum indigentiam. Sed Hugo clarius per hanc virtutem justitiam originalem interpretatur, quem explicandi modum passim sequuntur Theologi, vt explicent primum hominem in justitia originali creatum. Sic Bellarm. lib. vnic. de gratia c. 2. & 6. Urgeo hanc vocem *vestiuit*, fuit enim gratia hæc ad instar indumenti, ac vestis extrinsecus aduenientis, quæ detrahi poterat, vt defacto detracta est, cujus ablatione ex peccato multa mala illi, & per illum nobis obuenerunt, quod parabolâ illius, qui in latrones incidit, explicasse nobis videtur Christus Luc. 10. quem latrones expoliauerunt, & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto, quod de jactura donorum & virtutum, quam primus homo peccando fecit, exponunt communi consensu Patres, Amb. Beda, Theophyl. Basil. quem in catena citat S. Thom. in Commentario hujus loci. In hoc autem aduerte latrones priùs solere plagas infligere, tum vestibus viatores exuere; hîc autem contra priùs exuunt, tum vulnerant; nimirum in hoc spirituali latrocinio priùs exutus est Adam, justitia originali, qua tamquam veste illum DEus induerat, illâ autem exutum vulnerauerunt, infligentes nimirum naturæ ipsi vulnera, quæ nostro malo quotidie experimur.

Scientia spiritûs. III. *Quænam est scientia spiritûs data homini à DEO* v. 6.? ℞. Scientia Spiritûs est scientia rerum spiritualium, putà cognitio DEi, Angelorum, virtutum, gratiæ, gloriæ. Talis scientia est fides, sapientia. Theologia, ac præsertim sacra fidelium Ethica, quæ spiritum hominis docet, dirigitq; ad DEi cultum, & ad beatitudinem cælestem. Hæc enim est scientia spiritûs, id est, spiritualis, quam distinguit *à disciplina intellectûs*, id est, intelligentiæ naturalis. Vnde & subdit: *& sensu*, id est, prudentia qua sapiant, & quasi res spiritales, *impleuit cor illorum, &*

mala

mala & bona ostendit eis: mala scil. tam culpæ, quàm pœnæ & gehennæ: bona tam virtutis & sanitatis, quàm gloriæ & felicitatis: q. d. Ostendit eis quanta mala maneant malè agentes, & quanta bona bene viuentes. Dionys. ait Adamum Theologiam nouisse, id est, habuisse fidem Principiorum Theologiæ, & inde scientiam conclusionum, & quidem habuisse scientiam rerum supernaturalium, satis euidenter probatur, nam creatus est cum gratia gratum faciente, cujus quasi fundamentum est fides. *Impossibile enim est sine fide placere DEO.* Heb. 11. Epiphan. autem in Exordio operis aduersùs Hæreses ait Adamum habuisse cognitionem mysterij SS. Trinitatis, mysterium etiam Incarnationis fuisse Adamo cognitum censet S. Thom. 2. 2. q. 2. art. 2. Idem 1. p. q. 94. art. 1. ait: Adamum cognouisse DEum altiori cognitione quàm nos, & fuisse cognitionem ejus quodammodo mediam inter cognitionem præsentis status & cognitionem patriæ; quare sæpissimè superna contemplans in ecstasim abstractus à sensibus rapiebatur, qualem fuisse illam putat Aug. l. 9. de Gen. ad literam, cùm ex ejus costa formata est Eua: *ut ipsius mens*, inquit, *per ecstasim particeps fieret tamquam Angelicæ curiæ, & intrans in Sanctuarium DEi intelligeret nouissima.* Hanc autem cognitionem auctam spiritu prophetiæ, colligunt Patres, cùm videns Euam, licet in ejus formatione obdormisset, dixit nemine suggerente: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea.*

IV. *Quid est DEum ponere oculum super corda hominum, v. 7.?* ℞. Ponit DEus oculum suum super cor hominum, quando suo spiritu & suæ gratiæ fulgore, cor hominum illuminat, & ad cognoscendum opportunè dirigit, quomodo in persona DEI ps. 31. dicitur: *firmabo super te oculos meos.* Dicitur autem hîc potissimum de electis, quibus dedit DEus peculiariter agnoscere magnifica ejus opera; & quæ ad creationem pertinent, & quæ ad suorum salutem diuersis temporibus operatus est, maximè verò in eductione populi ex Ægypto, in qua mirabilia pro illius populi salute designauit. Dicit ergo DEum posuisse oculum suum instar Magistri alicujus super corda illorum; ad hoc vt ostenderet eis magnalia, hoc est, magnificentias, & claritatem operum suorum; sicq; eis intellectis collaudarent, nomen *sanctificationis*, hoc est, nomen ejus sanctum, & suos sanctificans. *Deus ponit oculum suum super corda hominum.*

V. *Quomodo eleemosyna dicitur quasi signaculum v. 18.?* ℞. Dicitur signaculum, id est, annulus signatorius DEi, cui insculpta imago eleemosynarij. Sicut enim annulus signatorius homini est charissimus, quem semper in manu & præ oculis habet: sic est & eleemosyna coram DEo, scil. ipsi in pretio & charissima, ejusq; oculos semper verberans. Hinc aliqui vertunt: *misericordia est sicut annuli apud ipsum.* Simili modo DEus ait Zorobabeli: *ponam te quasi signaculum*, Aggæi 2. 24. Addunt aliqui eum qui eleemosynam erogat, à DEo quasi sigillum accipere, vt scribat, quidquid volet, quidquid optabit, sigilloq; DEi diploma imprimat & obsignet: quo ante DEi tribunal præsentato, haud dubiè postulatum impetrabit, suiq; voti compos optatum recipiet. Qua phrasi & tropo significat, eleemosynarium omnia quæ petit à Deo obtinere. *Eleemosyna signaculum.*

VI. *Quænam est sors propositionis, in qua stare jubet v. 24.?* ℞. Per seuera constanter & fortiter contra omnes suggestiones & tentationes mundi, carnis & diaboli in sorte tibi proposita, hoc est in vocatione tua, tum nouæ & sanctæ vitæ, qua à peccatis conuersus es, ad Dominum, de qua sermo præcessit; tum certi status honesti & sancti, vt sacerdotij, religionis, præfecturæ, & cujuslibet alterius, quem DEus tibi proposuit, & ad quem te vocauit, quemq; ex ejus propositione & vocatione tibi proposuisti & elegisti. Hæc enim est propositio Altissimi. *Sors propositionis.*

VII. *Quomodo dicitur v. 30. Quid nequius, quàm quod excogitauit caro & sanguis*, cùm Dæmon sit nequior carne & sanguine? ℞. *Quid nequius*, subaudi, in terra, inter homines, qui sub sole degunt in orbe hoc elementari: dæmon autem fuit incola cœli, nunc est inferni. Adde *per carnem & sanguinem* hîc intelligi concupiscentiam, quæ tam in dæmone est, quàm in homine: concupiscentiâ autem nihil est nequius.

CAPUT XVIII.

Eximia Dei misericordia circa miserum hominem: cujus exemplo debemus & nos alter alteri misericordiam exhibere: Deum seriò non fictè colere, prauas concupiscentias fugere &c.

Quæstio I. *Quomodo dicitur Deus omnia simul creasse* v. 1. cum Gen. 1. Sex dies assignentur creationis rerum? ℞. Jansenius, quem sequitur Palatius & communiter recentiores, simul, ait, creata omnia, hoc est, pariter, nihilq; esse, quod ab illo creatum non sit, quod maximè confirmat ex græco, quod habet κοινῇ, hoc est *pariter* seu *communiter*, vt Regia legunt, quod non indicat simultatem temporis, sed rerum quoad esse creationis à DEo: tam igitur, quasi diceret, hæc quàm illa à DEo creata sunt, nec displicet mihi quod addit Palatius. Nam si vim, inquit, Latinæ vocis vrgeas, *simul*, planè non significat vnum instans, sed rerum continuationem, id est, non intercidit DEus operationem suam, sed continenter *Creata sunt omnia simul.*

nenter per ſex dies creauit, & ſabbato quieuit; ita enim & continuè extendebat cœlos: producere jubebat humum flores, aquas piſces & aues. Nec nouum, vt latina vox *ſimul* hoc etiam modo in ſcriptura accipiatur. Pſal. enim 13. 3 habetur, *omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt*, quæ vox non ad durationem temporis, ſed ad perſonas refertur, & pſalm. 48. 11. *Simul inſipiens & ſtultus peribunt*, hoc eſt, vterq;, licet non eòdem tempore. Quo dicendi modo ſatis abunde fit & noſtræ & Geneſis explicationi, vt ſimultas hæc non tempus, ſed in tempore quod multos dies complectitur, continentem rerum creationem deſignet. Addit poſtremò Suarez l. 1. de opere ſex dierum c. 10. n. 22 Licet *ſimul* accipiatur pro eodem inſtanti, & ſimultate durationis, intelligendum de his, quæ per propriam creationem facta ſunt: quidquid enim DEus ex nihilo & per propriam creationem fecit, ea ſimul creauit; ſecus verò quæ per tranſmutationem vnius rei in aliam produxit, vel per accidentalem mutationem perfecit. Hoc cùm explicauit Moyſes, narrationem texuit ſex dierum, illud noſter cùm innueret, ſimul & in inſtanti creata eſſe nuntiauit.

II. *Quomodo accipienda ſunt illa verba* v. 15. FILI IN BONIS NE DES QUERELAM ℞. Dionyſ. & Lyranus videntur actiuè accipere nomen querelæ, hoc eſt, in bonis, quæ das, ne queraris; ſed meliùs paſſiuè accipiunt Janſen. Hugo, Palatius in hoc ſenſu: *fili in bonis*, hoc eſt, in beneficijs, quæ alijs exhibes, ne des materiam, vt de te ille conqueri poſſit. *Et in omni dato ne des triſtitiam verbi mali*, hoc eſt, in rebus quas largiris ne admiſceas verba injurioſa, aut improperantia, quæ triſtitiam recipienti afferunt, ſit hilaritas in vultu, & operibus.

Ros refrigerat ardorē. III. *Quis eſt ſenſus* v. 16. *Nonne ardorem refrigerabit ros? ſic & verbum melius, quàm datum?* ℞ Proprium eſt roris æſtum & ardorem temperare. Eſt autem roris materia vapor exiguus & ſubtilis, cauſa proxima efficiens eſt frigus ſerenæ noctis, quod ſi temperatum ſit, vaporem in rorem cogit. Habes igitur in rore, quod æſtum temperet, & quod ſereno cœlo generetur: ſic proinde cùm ſerenitas eſt vultus & cordis, verba ad inſtar roris fluunt, quæ æſtum alieni cordis refrigerant. Hoc Salomon indicat Prov. 19. v. 12. *Sicut ros ſuper herbam, ita & hilaritas ejus*, ſeu *beneuolentia ejus*, vt habent Hebræa. præcedit enim hilaritas tanquam ſerenum, quo ròs cogitur, vnde verba deinde quæ ardorem refrigerant. *Sic & verbum quàm datum* ſeu *donum*. Sic verbum ad inſtar roris refrigerabit pauperem, vel conſolando eleemoſyna ſpirituali eum, qui indiguerit, vt Dionyſ. vel temperando ardorem concupiſcentis pauperis, vt Lyran. conferri autem verba rori habetur ex Moyſe Deutor. 32. 2. *fluat vt ros eloquium meum*. Melius autem verbum, ait quàm datum, explicat Hugo, quàm datum ſolum, vel datum cum improperio & jurgio. Similiter dicitur v. 18. datum *indiſciplinati tabeſcere facit oculos*, id eſt, donum quod affert indiſciplinatus & ſtultus, cùm alioqui deberet recipientis animum exhilarare, quia aſpera & dura verba apponit, contriſtat potiùs ita vt pauperis oculi cùm illa vident, & audiunt præ triſtitia contabeſcunt, verba enim improperantis ſolent excire lacrymas.

Tentare DEum, IV. *Quis dicitur tentare DEum* v. 23.? ℞ Tentat DEum, ait Palatius, qui cum peccato mortali ad orationem accedit. Hugo inquit: bene orando & malè agendo, vel labijs orando & corde per mundum vagando. Lyran. Janſen, qui periculo ſe committit, & expectat miracula à DEo, dum ſe incautè prouidentiæ diuinæ credit, non curans quæ curare deberet pro ſui ſuarumq; rerum conſeruatione, tentat DEum. Sciendum autem, tentare propriè eſſe experimentum ſumere de eo, qui tentatur, quod verbis ac factis eſſe poteſt, vt S. Thom. 2. 2. q. 97. art. 1. verbis quidem, quando apertè vel occultè interrogamus aliquem tentando, an aliquid ſciat, aut velit, aut poſſit; factis autem, cùm per ea quæ facimus, exploramus alterius prudentiam vel voluntatem, idq; vel expreſſè hoc intendentes, vel interpretatiuè, cùm licet non intendamus, taliter tamen agimus, vt hoc intendere poſſe videamur, idq; totum cum DEo accidere poteſt; tentat eum quis verbo, quando expreſſè intendit per ſuam petitionem experimentum ſumere de illius potentia, atq; voluntate; idem factis fieri poteſt, apertè ſcilicet intendendo, interpretatiuè verò, quando aliquid facit, quod nullum alium finem habere poteſt, niſi hunc. Non tentant DEum Sancti, quando neceſſitate compulſi dicunt quod illi 2 Paral. 20. *Cum ignoramus quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te*, quando verò hoc fit abſq; vtilitate, hoc eſt interpretatiuè tentare DEum. Unde Deut. 6. 16. *Non tentabis Dominum Deum tuum, Deum tentat*, inquit Gloſſa, *qui habens quod faciat, ſine ratione committit ſe periculo, experiens, vtrum poſſit liberari à Deo.*

CAPUT XIX.

Sobrietas & parſimonia commendantur. Ebrietas & ſcortatio reprehenduntur. Non temere cuiuis credendum. Cauenda loquacitas & detractio. Inimicitiæ non facilè ſuſcipiendæ &c.

Quæſtio I,

CAPUT XIX.

QUæstio I. *Quid denotat copula* & v. 1. *Operarius ebriosus non locupletabitur: & qui spernit modica paulatim decidet?* ℞. Est partim comparatiua, partim caufalis. Comparatiua: q. d. Sicut operarius ebriosus non locupletabitur, &, id est, sic pariter quiuis alius spernens modica non locupletabitur, sed paulatim à suo statu, opulentia & substantia decidet. Causalis: q. d. Operarius ebriosus non locupletabitur, &, id est, quia *qui spernit modica, paulatim decidet.* Quia enim ebriosus negligit modica opera & lucra singulorum dierum, vt vacet compotationi, hac de causa iterando singulis diebus hunc lucri neglectum, suaq; consumens in symposijs sensim decidit & depauperatur: pauca enim, quæ habet citò potando consumuntur, dum eis otiando nihil addit. Qui ex aduerso si sobriè viueret & strenuè laboraret, paruis suis quotidie parua lucra adjiciendo, tandem multa accumularet, diuesque euaderet.

II. *Quid est sensus* v. 11. A FACIE VERBI PARTURIT FATUUS, TANQUAM GEMITUS PARTUS INFANTIS? ℞. Stultus mox vt quid noui & occulti mali de proximo audierit, videtur cruciari, & parturire, vt secretum quod audiuit ceu fœtum qui ventrem ejus grauat, effundat; imò hoc studium ejus & labor enuntiandi, videtur esse quasi gemitus mulieris parturientis in dolore partus: q. d. Stultus ita sollicitus, ita anxius est, ita desiderat & gestit effundere secretum, sicut parturiens fœtum. Sicut enim hæc non quiescit à dolore & gemitu, donec pariat infantem, sic nec stultus pruriens se continere potest, donec occultum de proximo malum effutiat. *Stultus à facie verbi parturit.*

III. *Quis est sensus* v. 12. *Sagitta infixa femori carnis, sic verbum in corde stulti?* ℞. Sicut qui sagittà vulneratus est in femore, cujus caro est tenera, ideoq; valde sensilis, illico sagittam euellit, nec quiescit, donec eam excutiat: sic & stultus verbum, quod audiuit, perinde acsi sagitta esset, quæ eum vulnerasset, illico ex corde euellit, & ore effutit, nec quiescit, donec illud propalet & in publicum efferat.

IV. *Quomodo intelligendus* v. 13. *Corripe amicum, ne fortè non intellexerit, & dicat non feci: aut si fecerit, ne iterum addat facere?* ℞. Dixit hactenus auditum alterius crimen reticendum esse, ne autem hinc intelligeretur, sic reticendum esse, vt ne quidem is, ad quem pertinet, de eo admonendus esset, necessariò & opportunè nunc subjicit doctrinam de corripiendo amico, postquàm de eo auditum est aliquid sinistrè vel factum vel dictum. Itaq; postquam docuit, quomodo & quibus aliena crimina sint reticenda, nempe ad quos ea non pertinent: nunc docet quomodo & quibus non sint reticenda, his scil. quos illa concernunt planè concordans cum doctrina saluatoris: *Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe illum inter te & ipsum solum &c.* Matt. 18. Diligenter autem hanc doctrinam prosequens, primò docet de corripiendo facto amici, & est sensus: Cùm apud te factum alicujus improbum delatum fuerit: si is tibi est amicus, corripe illum, & tamquam amicum amicè, suggerendo ipsi famam, quæ de eo spargitur, ne fortè non intellexerit, quæ de se feratur, & à te monitus dicat, & ostendat tibi, se non fecisse illud, quod ei imponitur: sicq; & ille apud te liberetur à mali suspicione, & tu à mala de illo opinione. Aut si fecerit, quod de illo dicitur, ne iterum addat illud committere, quod fortè malum esse non putauit, vel non ita aduertit. Duplicem ergo ostendit fructum amicæ admonitionis. Unum, innocentiæ amici cognoscendæ: alterum vitæ ejus post peccatum reprehensum emendandæ.

V. *Quomodo homo in timore DEi, existens minuitur sapientià* v. 20, & qui transgreditur legem DEi, timoris scil. expers, abundat prudentià, cùm supra dixerit, timorem DEi esse sapientiam? ℞. Sapiens hoc loco non loquitur de vera prudentia: quæ timorem DEI adjunctum semper habet, & consistit in recto intellectu, sed etiam in motu cordis & affectu ad colendum & venerandum DEum, sed loquitur de vi ac facultate ingenij & scientia, studio atq; vsu comparata: quæ animum hominis ad pietatis studium non magnopere commoueat. Sententia sanè pressè attendenda, quæ & fastum quorumdam sibi de sapientia etiam rerum diuinarum placentium, cum timore DEI sint destituti, reprimit, & consolatur eos, qui etsi non excellant in sapientia secundùm mundi judicium, quia non habent multarum rerum cognitionem, tamen timore DEI sunt præditi: Præstantior autem est homo indoctus timens DEum, docto peccatore: quia ille bonus dici meretur, iste malus: ille non solùm pœnam euadet, sed & gloriam obtinebit apud DEum, sed etiam majorem pœnam incurret. Cui enim multum datum est, multum petetur ab eo.

CAPUT XX.

De vitijs & virtutibus linguæ. De cauendis muneribus.

QUæstio I. *Quis est sensus* v. 2. *Concupiscentia Spadonis deuirginauit juuenculam, sic qui facit per vim judicium iniquum?* ℞. Sicut pessimè faceret spado, id est, magister palatij, & custos gynecæi, qui olim solebant esse spadones, si suæ obsequens concupiscentiæ defloraret commissam sibi virgunculam, vi illi illata: sic iniquus judex, qui per vim vitiat justitiam, cui seruandæ & propugnandæ, præfectus fuit, & quam veteres, vt virginem depingebant, teste Pierio, in Hieroglyphicis de gladio c. 42.

II.

II. *Quo ſenſu dicit v. 3. Quam bonum eſt correptum manifeſtare pœnitentiam, ſic enim effugies voluntarium peccatum?* ℞. Sicut jam docuit, quod ad corripientis pertinet perſonam: ita jam docet, quod ſit correpti officium, nempe quòd ejus ſit, non tantùm correptionem lubenter admittere, & apud ſe de admiſſo peccato dolere, ſed etiam manifeſtè declarare ſuam pœnitentiam: ore, ſcil. illud humiliter & cum veniæ precatione agnoſcendo, & ipſo facto vitam ſuam emendando: atq; læſis ſatisfaciendo. Ita enim fit, vt qui peccauit, agnoſcatur non ex deſtinata voluntate atq; malitia peccaſſe, ſed vel per errorem & ignorantiam, vel inaduertentiam & infirmitatem: ac proinde ejus peccatum non fuiſſe omnino voluntarium, ſed aliqua ex parte involuntarium, quod tamen incipiet omnino eſſe voluntarium, ſi admonitus reſipiſcere nolit, illudq; defendere aut continuare pergat.

III. *Quid ſignificatur v. 9. Eſt datum quod non eſt vtile, & eſt datum, cujus retributio duplex?* ℞. Significatur beneficentiam non ſemper habere æquè felicem exitum, nec omnem beneficentiam ejusdem eſſe generis, quia contingit fieri largitionem, quæ non ſit vtilis danti, vt quæ malo animo & intentione praua: aut quæ fit homini ingrato. Nam ex eo beneficio nulla redit ad dantem vtilitas. Contra verò contingit collatum eſſe beneficium, vt copioſa danti prouenìat vtilitas, vt cujus retributio non tantùm ſit æqualis dato beneficio: ſed duplex. Iſtud in temporalibus euenire experientia docet, videmus quandoq; beneficia dantibus infeliciter cedere, quandoq; valde feliciter: ita apud DEum certius impletur, apud quem beneficia quæ malo animo conferuntur: non ſunt conferentibus vtilia: quæ verò animo recto fiunt: copioſam mercedem dantibus afferunt.

Oculi inſipientis ſeptemplices. IV. *Quomodo oculi inſipientis dicuntur ſeptemplices* v. 13.? ℞. Idem eſt, quod multi, vt habent Græca, vt ſignificetur intentionem ejus eſſe multipliciter doloſam, vt per oculos, intentio intelligatur. At verior ſenſus eſt, vt intelligatur oculos auari (nam de auaro hæc dicuntur, & illiberali homine) copioſam expectare remunerationem & obſeruare aliorum manus, vt ab eis multò plus accipiant quàm dederunt. Ideo ergo non eſt vtile accipienti donum auari hominis: quia expectat longè plus decipere, quàm dat, nec dat niſi ad lucrum. Quod ſi non conſequatur, cùm exigua dederit, multa tamen ſe dediſſe improperabit, & accenſus intra ſe ira, cùm aperuerit os ſuum, velut flammam ex ore ſuo profundet: quia ex accenſo per iram corde proferet duriſſima verba & velut ignita: quæ hominem grauiter vrant & lædant, quæ eum viciſſim ad iram & impatientiam accendant.

CAPUT XXI.

Cauendum ab omni peccato, & peccandi conſuetudine: primùm in genere, deinde in ſpecie, ab omni immodeſtia in moribus, verbis, geſtibus &c.

QUæſtio I. *Quo ſenſu comparat peccatum ferociſſimo leoni, affingens illi dentes ſimiles dentibus leonis?* ℞. Quia ſicut dentes leonis pernicioſiſſimè confringunt oſſa hominum & corpus ſubitò perimunt: ita miſerè & crudeliter peccatum animas hominum dilaniat, non ſolùm ei vitam gratiæ auferens, ſed & vires omnes benefaciendi comminuens.

Gladius bis acutus. II. *Quo ſenſu comparat peccatum gladio bis acuto, hoc eſt, gladio ancipiti & ex vtraq; parte ſcindenti* v. 4.? ℞. Quia quemadmodum, qui gladio tali tanguntur, vtrauis parte tangantur, neceſſe eſt eos grauiter lædi, & vt plurimum lethaliter; ita qui à peccato corripiuntur, non poſſunt læſionem & mortem animæ euadere. Ideo etiam gladio ancipiti rectè peccatum comparatur, quod quaſi ex duabus ſcindens partibus animam ſimul & corpus ad gehennæ mortem pertrahat, vtrumq; morti æternæ ſubjiciens. Et quemadmodum pleriq; venenati morſus ſunt incuriabiles, nec ſanari poſſunt corpora leoninis dentibus confracta, & vt plurimùm acutiſſimo gladio vulnerati à ſua plaga curari non poſſunt; ita plagæ, quam peccatum infligit homini, non eſt ſanitas, hoc eſt, non eſt curatio, plaga ea curari non poteſt. Vel quia poſt hanc vitam curari non poteſt, ſi quis ſine pœnitentiæ remedio cum mortali peccato hinc exierit, vt intelligit Rabanus. Vel quia etiam in hac vita, natura & creatura non habet in ſe peccati remedium, ſicut habet multorum morborum remedia, ſed ſola DEi gratiâ & miſericordiâ indebitâ peccatum curari poteſt.

Injuſtitia. III. *Quo ſenſu dicitur v. 9. Qui ædificat domum ſuam impendijs alienis, quaſi qui colligit lapides ſuos in hyeme?* ℞. Græca habent, quaſi qui colligit ſibi lapides ad tumulum ſepulturæ ſuæ. Itaq; pulchra comparatione ſignificatur, eum qui injuſtè partis bonis domum ſibi ædificat, veluti ſepulchrum ſibi parare, quia ſcil. propter injurtam ſuam DEo vindicante, non diu ſuperſtes erit in ea quam ædificat domo, ſed in ea breui moriturus eſt, vt ſit ei velut ſepulchrum futura. Noſter autem legit in *hyeme.* Et ſignificatur eos qui ex bonis injuſtis ſibi ſplendidas ædes ædificant, ſimiles his eſſe qui in hyeme ædificant, & tunc lapides ad ædificandum congregant. Sicut enim ejuſmodi ædificium diu ſubſiſtere non poterit, quod incommodo tempore conſtructum ſit; ita illi conſtructis à ſe ædibus diu frui morte præuenti non poterunt, aut

illorum

illorum ædes non diu subsistent, DEO eas aliqua tempestate subuertente.

IV. *Quomodo in ore fatuorum cor illorum & in corde sapientium os illorum* v. 27? ℞ Cor fatuorum in ore illorum, quia quidquid habent in corde, mox ore effundunt. At contra os sapientum in corde ipsorum, quia apud se bene priùs expendunt, quid dicendum sit, juxta illud Prov. 16. *Cor sapientis erudiet os ejus.* *Cor fatuorum in ore illorum.*

V. *Quomodo dum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam* v 28? ℞ Significatur, quòd quamquam diabolus dignus sit execratione, dignus item qui pronuntietur maledictus, tamen ob summam conjunctionem & consortium impij cum diabolo, cùm impius diabolum execrattur, eiq; maledicit, sibi ipsi maledicit: quia cùm ille execrandus non sit, nisi ob mala quorum ille author est, atq; in illis impius etiam computetur, etiam in seipsum maledictionis profert sententiam. Dici enim in illum potest illud Pauli Rom. 2. *In quo alterum judicas, teipsum condemnas*, eadem enim *agis quæ judicas.* *Musica in luctu.*

CAPUT XXII.

Quàm viles, quàm molesti, intolerabiles & incorrigibiles sint stulti impij: & quæ vitia violent amicitiam.

Quæstio I. *Cur lapidi conspurcato comparatur piger* v. 1.? ℞ Quia tam vilis est omnibus, vt passim in eum jaciant lutum, & stercora, & lapides cœno sordidatos, nec tamen miseretur quis aut condolet tam infami patienti, sed omnes risu & sibilis eum excipiunt.

II. *Quis est sensus* v. 6. *Musica in luctu importuna narratio. Flagella & doctrina in omni tempore sapientia?* ℞ Sicut musica in luctu est importuna narratio, quia lugentes, dùm lugent, non delectantur musicâ, sed ea magis contristantur, luctumq; quasi per antiperistasin adaugent, ita ex aduerso in sapientia, id est, ad discendam sapientiam, opportuna sunt flagella & doctrina, græcè disciplina. q. d. vt filios & filias (de his enim sermo præcessit) doceas sapientiam, lasciuos eorum mores coërce, & corrige per flagella & disciplinam: arce verò ab eis nimias recreationes, ludos, musicam & cantus: quia hæc importuna sunt luctui, id est sapientiæ. Sapientia enim omnibus sed maximè juuenibus cupiditate plenis, grauis est & lugubris potiùs, quàm leuis & dissoluta; præsertim quia ipsa docet, monetq; assiduè, hanc vitam esse tempus lugendi & flendi, in cœlo verò fore tempus gaudendi & ridendi. Ita Corn. à Lap.

III. *Quo sensu, qui docet fatuum, quasi qui conglutinat testam.* v. 7.? ℞ Qui docet fatuum inutiliter & frustra laborat, agitq; rem difficilem vel impossibilem, perinde ac qui testam confractam conglutinare conatur. Fatui enim cerebrum & caput est quasi testa confracta; tum quia phantasiam & sensum communem habet quasi distractum & diffractum; tum, quia vires mentis & animi habet dispersas, & quasi divulsas, adeo vt anima ejus diffracta, videatur, & diuisa in duas partes, scil. in concupiscibilem & rationalem, ita vt concupiscibilis rationali, prout debet, subesse & connecti nolit; tum, quia conceptus, cogitationes & volitiones habet disparatas, imò sæpe contrarias, quas inter se combinare & connectere nequit, sicut testa diffracta nequit conglutinari, vt firmiter cohæreat sicut priùs, cùm esset integra. Deniq; sicut testa confracta liquorem, putà vinum vel oleum, continere non potest, sic nec caput stulti sapientiam. Ita Corn. à Lap. *Fatuum docens qu si conglutinans testam.*

IV. *Cur fatuus similis dormienti* v. 9.? ℞ quia vt sensus exteriores, ligantur in dormientibus, ita judicium & intellectus in stultis: & sicut dormientes tantùm vanis somnijs occupantur, quibus miserè illuduntur: ita & fatui rebus vanis tamquam veris inhærent, à quibus se postea miserè deceptos aduertunt. Qui ergo stulto narrat, quæ sunt sapientiæ, loquitur cum dormiente, quia cum eo, qui impeditus non attendit; qui proinde sicut solent dormientes dum compellantur & excitantur, post multa verba dicere; quis est hic, qui loquitur, & qui me excitat; ita & stultus post longum sermonem ad se habitum, ita se geret, quasi nihil audisset, & quasi nec attendisset, quis sit locutus dicens: quis est hic, qui loquitur, aut quid est, quod dicitur. *Fatuus similis dormienti.*

CAPUT XXIII.

Oratio pro vera sapientia obtinenda (qualis illa Salomonis Sap. 9.) Cauenda vitia linguæ. Parentes honorandi. Nemini detrahendum. Peccata non iteranda. Vagæ libidines fugiendæ.

Quæstio I. *Quæ est Extollentia oculorum* v. 5.? ℞ Est elatio oculorum, licet enim elatio & superbia sit propriè in animo, maximè tamen se prodit per oculos elatos. Unde Syrus, oculum superbum ne dederis mihi. Et ps. 100. 5. *Superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc non edebam.* Et Salomon Prov. 6. 17. inter septem, quæ DEus detestatur, primo loco ponit oculos sublimes. *Oculorum extollentia.*

II. De

Concupiscentia carnis.

II. *De quibus concupiscentijs loquitur* v. 6.? ℟ De concupiscentia carnis, quæ duplex est. Nam altera consistit in concupiscentia cibi & potûs: quæ venter auidè & intemperatè semper desiderat, vnde dicit: *aufer à me ventris concupiscentias:* ne scil. immoderatè eas sequar, mihi dominentur. Altera consistit in appetentia rerum venerearum, vnde dicit & concupiscentiæ concubendi non apprehendant me. Duplicem hanc carnis concupiscentiam etiam Paulus conjunxit Rom. 13. *Non in comessationibus & ebrietatibus: non in cubilibus & immunditijs.*

Anima calida.

III. *Quæ est anima calida* v. 22.? ℟ Jansen. intelligit animam auaram: hæc enim ardet auaritiâ & cupiditate quasi igne, vnde non desistit, donec proximorum bona per fas & nefas glutiat, & in stomachum auaritiæ suæ ira stribundum trajiciat. Alij aptiùs putant animam calidam esse animam bile & irâ æstuantem, ira enim est effervescentia sanguinis circa cor, quæ proinde hominem ita accendit, vt naribus fumos, ore & oculis ignes spirare videatur: hæc non extinguitur donec aliquid, putà famam, sanguinem, vel vitam ejus cui irascitur, glutiat, donec scil. aliquem infamet, vulneret, mutilet, vel occidat. Generatim anima calida, potest accipi ea, quæ quouis affectu prauo v. g. superbiæ, ambitionis, inuidiæ, gulæ &c. ardet: hæc enim non satiatur, donec rem adeo concupitam glutiat, eaq; per fas & nefas potiatur.

CAPUT XXIV.

Sapientia Concionatorem agens, se ipsam laudat ab origine, officijs, domo, pulchritudine, fructibus & donis.

Sapientia ex ore Altissimi prodijt.

QUæstio I. *Quomodo sapientia dicit de seipsa,* EGO EX ORE ALTISSIMI PRODIVI. v. 5. ℟. Si increatæ sapientiæ, vt oportet, aptetur, ex intellectu & mente diuina, velut Verbum ejus prodij, ab æterno mentis diuinæ proles & partus. Sin creatæ sapientiæ aptemus, vt potest aptari (nam sapientia generatim in his libris accipitur, vt communis est creatæ & increatæ, nempe quæ & quatenus idea & causa est omnium creaturarum:) sensus erit: ego ex ore, id est, jussu, voluntate, & verbo DEi, prodiui in orbem primogenita, id est, primo loco genita, *ante omnem creaturam,* quia sapientia vtpote causa & idea omnium rerum productarum, prior est ipsis rebus productis.

Sapientia thronus in columna nubis.

II. *Quomodo thronus sapientiæ in columna nubis* v. 7 ? ℟ Alludit ad columnam nubis, quæ dux erat Hebræorum in deserto Exodi 13. de qua ps. 98. In columna nubis loquebatur ad eos. q. d. Sicut tunc temporis habitaui & resedi in columna illa nubis splendida simul & nebulosa, gubernans ex ea quasi throno regio vniuersa castra Hebræorum: ita nunc quoq; ex nubibus quasi throno meo, guberno vniuersum mundum. Illis me tego & occulto, quasi veste & tabernaculo, ex illis vibro mea tela & jacula, grandinem, imbres, tonitrua & fulgura.

Sapientia gyrum cœli circuiuit sola.

III. *Quomodo sapientia dicit:* GYRUM CÆLI CIRCUIVI SOLA. v. 8. ℟ Si per sapientiam accipias increatam & personalem, putà Filium DEi, *τὸ sola,* non excludit Patrem & Spiritum Sanctum. Nam, vt ait, Euaristus Papa ep. 1. Sicut nihil nocet Filio, quòd solus Pater habitet lucem inaccessibilem: ita nihil nocet Patri, quòd ejus sapientia cœli gyrum circumierit: nam vtrobiq; to *solus* excludit cæteras, non personas diuinas, sed naturas creatas; putà, omnes homines & angelos, vt docent Scholastici.

IV. *De quo tempore intelligendus est* v. 12. TUNC PRÆCEPIT &c.? ℟ Tunc cùm tam auidè & sollicitè populum & sedem, putà hæreditatem Domini, in qua requiescerem, quærerem, ecce tibi DEus votis meis obsecundans, populum, locum, domumq; mihi assignauit in Jacob, id est, in posteritate & populo Israel: hunc enim elegit ipse in hæreditatem, id est, in suam possessionem, populum & Ecclesiam, in qua ego tabernaculum meum figere desiderabam & destinabam. Præcepit igitur mihi creator omnium, dixitq; *in Jacob inhabita.*

V. *Quo sensu dicit sapientia:* QUI CREAVIT ME REQUIEVIT IN TABERNACULO MEO? ℟ DEus dicitur habitare in tabernaculo sapientiæ, id est, imò in ipsa sapientia: ipsa enim sibi domus est & tabernaculum. Quo schemate & prosopopœia significatur esse DEo domesticam, & intimam adeo, vt in ea DEus habitare videatur. Sic DEus dicitur habitare in throno misericordiæ & justitiæ ps. 88, 15. 2dò DEus Pater habitat in Filio, qui est Sapientia genita; per circum incessionem diuinam, qua vna persona est in alia quauis, nimirum Pater est in Filio & Spiritu Sancto. Filius est in Patre & Spiritu Sancto; Sanctus Spiritus est in Patre & Filio, juxta illud Christi: non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me est Joan. 14: 10. & v. 20, *In illo die cognoscetis, quia ego sum in Patre meo,* 3tiò DEus, præsertim Filius, est in carne & humanitate, quam assumpsit, quasi in tabernaculo suo: in ea enim *inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter* Coloss. 2. 9. Humanitas ergo Christi, quæ est tabernaculum sapientiæ creatæ & increatæ, eadem est tabernaculum DEi, & Filij DEi: in ea enim ipse hypostaticè, essentialiter & personaliter inhabitat.

Sapientia se comparat cedro.

VI. *Cur sapientia se comparat cedro.* v. 17 ? ℟ Quia Cedrus inter arbores eminet, imò altitudine, amatq, montes: pariter altissima est sapientia, quia ad cœlum & Deos pertingit: docet enim cœlestem & diuinam doctrinam, quæ homines faciat Angelos & Deos quosdam terrestres,

restres, imò eos ad cœlum euehat, ibiq́; faciat Reges & hæredes regni DEI. Exaltata est in Libano, id est in Judæa, & Ecclesia populoq́; DEI. 2dò rectitudine: cedrus enim enodis & rectissima est. Rectissima pariter est sapientia: quæq́; nihil dat fauori, gratiæ, timori, respectui humano; sed rectissimè ad æternam veritatem, legem, voluntatem DEI, quæ omnis rectitudinis est forma, se adaptat & conformat. Plura vide apud Corn. à Lap.

Christi descensio ad inferos.

VII. *An Christus personaliter descenderit ad infernum damnatorum, juxta illud.* v. 45. *Penetrabo omnes inferiores partes terræ?* ℞ Probabilius est Christum substantialiter tantùm descendisse ad limbum, vt quos ipse per gratiam visitabat interiùs secundùm diuinitatem, eos etiam secundùm animam visitaret & loco, ait S. Thom. 3. p. q. 52. a. 2. virtualiter verò & effectiuè, siuè quo ad efficaciam, descendisse ad locum puerorum & damnatorum, confutando scilicet, & damnando illorum peccatum, siue originale solùm, siue etiam actuale in adultis. Penetrabo ergo omnes inferiores partes terræ, quia scilicet vnam substantialiter, cæteras virtualiter penetrabo. Ita Valentia in locum S. Thomæ cit. Quod verò ait: *illuminabo omnes sperantes in Domino,* multi probabiliter censent, Christum omnibus animabus in purgatorio existentibus suo ad eos descensu dedisse primum plenumq́; jubilæum, omnesq́; à pœnis liberasse, & secum ad cœlum in triumphum duxisse. Illud certum est, Christum tam animas Patrum plenè expiatas illuminasse lumine gloriæ, eisq́; suam diuinitatem conspiciendam obtulisse, itaq́; eas beasse, ac æterna felicitate donasse.

CAPUT XXV.

Tria quæ placent sapientiæ, & tria quæ displicent. Decem beatitudines. Detestatio nequitiæ mulierum.

QUæstio I. *Quis est sensus* v. 2. AGGRAUOR VALDE ANIMÆ ILLORUM? ℞. Valde grauis contra animam illorum, vel contra illos, grauiter illos fero, eisq́; indignor. Tribus speciebus sibi gratis, quæ sunt *concordia fratrum, amor proximorum, & vir & mulier sibi bene consentientes,* opponit tres alias sibi ingratas, tria scil. hominum genera, quæ pugnant cum natura suæ conditionis, & committunt, quod eis minimè conuenit, ideoq́; minimè tolerari possunt. Quorum primum est, *pauper superbus,* non enim, vt diues, habet, vnde efferatur, sed suæ conditionis ratione meritò se deprimere deberet. Secundũ est, *diues mendax.* Nam & is non ita causam habet mentiendi sicut pauper, quem inopia sæpe ad mentiendum prouocat, & suis mendacijs, propter auctoritatem quam habet in republica, magis nocet, quàm pauper, cujus verbis non facile fides habetur. Tertium est, *senex fatuus* & imprudens. Cùm enim per ætatem & rerum experientiam, multam sibi debuisset colligere prudentiam, minus in eo ferenda est imprudentia, quæ in juuenibus non ita vitio vertitur.

Pauper superbus. Diues mendax. Senex fatuus.

II. *Quomodo omnis plaga tristitia cordis est, & omnis malitia nequitia mulieris* v. 15.? ℞. Dictio *omnis* pro summa & maxima accipienda est, vt significetur summam plagam vel vulnus esse tristitiam cordis, & summam malitiam esse nequitiam mulieris, Tristitia enim cordis & dolor animi, veluti plaga est vulnus animi, similitudine sumpta à vulneribus corporis: quia sicut hæc lædunt corpus, ita mœror lædit animum, eumq́; exedit & cruciat. Hanc ergo summam plagam, & maximum vulnus esse dicit, quòd illi nullus corporis cruciatus sit conferendus, & minus sit curabilis. Deinde animo mœrore vulnerato, nec corpus bene affectum esse potest; contrà eo gaudente, etiam corpus malè affectum faciliùs restituetur. Animus enim gaudens ætatem floridam facit, spiritus autem tristis exsiccat ossa. Sic & mulieris malitiam, summam esse malitiam dicit. Nam mulieres, cùm DEI timore sunt destitutæ, ferè in malitia viros excedere solent, idq́; partim ob id, quòd cùm minùs vigeant rationis judicio, minùs per rationis frœnum retrahi possunt à malo, quod corrupta natura suggerit, partim ob id, quòd cùm per sexum sint infirmiores, magis per insidias tentent lædere, quæ minùs vitari possunt. Sic Jansen.

Tristitia cordis. Mulieris malitia.

III. *Quid est, omnem plagam, & non plagam videbit, & omnem nequitiam, & non nequitiam mulieris: & omnem obductum & non obductum odientium, & omnem vindictam & non vindictam inimicorum* v. 18 &c.? ℞. Comparat malitiam mulieris cum qualibet plaga. *Videbit,* id est, sentiet, tolerabit, patietur. Est catachresis: visus enim quia nobilissimus, hinc pro quolibet sensu sumitur: videre ergo idem est, quod sentire & tolerare. Nomen obductum in quarta declinatione positum est, pro obductione. Significat autem calamitatem, & quoduis malum, mentem hominis tristitiâ & mœrore obducentem, obnubilantem. Itaq́; sensus est: Quamlibet patietur homo calamitatem & molestiam, item vltionem atq́; vindictam, modò non sit odientium & inimicorum: quia cùm hi sine miseratione affligant, & vindicent, nec modum aliquem ponant illati mali aut vltionis, intolerabilis est calamitas & vitio, quæ ab illis irrogatur, & omnibus modis deprecanda. Inter calamitatem autem vel obductionem odientium & vindictam inimicorum, hoc interest, quòd illa infertur præter meritum, hæc supra meritum. Nam qui oderunt aliquem etiam non læsi nocere illi laborant: & qui inimici sunt, parum læsi grauiùs quàm oportet sese vlcisci student. Hæc ergo sententia continet malarum quarumdam rerum

& incommodorum comparationem, ostenditurq́;, quid in quoq́; malorum sit extremum & maximè detestandum. Præcipuè autem hæc omnia videntur dicta esse ad mulierum malitiam exaggerandam, ac significari eam cordis afferre tristitiam, ipsumq́; cor vulnerare dolore grauissimo, eamdem quoq́; & inuectione odientium & vindicta hostium esse grauiorem, aut cum eis comparandam tamquam similiter intolerabilem. *Jansen.*

CAPUT XXVI.

Commendatur mulier sensata & prudens: vituperatur zelotypa, & alia quædam vitia reprehenduntur.

Delatura ciuitatis.

QUæstio I. *Quæ sunt illa tria extimescenda, de quibus dicitur* v. 6. & 7. *Delaturam ciuitatis, & collectionem populi, calumniam mendacem super mortem omnia grauia?* ℞. Per delaturam, intelligitur proditio ciuitatis, vt vertit Tigur. q. d. esse in ciuitate, quæ hosti proditur, ejusq́; expilationi, quassationi, cædi & furijs exponi, graue est malum, ita Lyran. Palacius verò pro *delaturam*, vertit *aduersationem*, qua tota ciuitas alicui fit aduersa & contraria. In Græco habetur, calumnia, vel criminatio, qua scil. ciuitas, id est, ciues plerią; ex rumore sinistro criminantur aliquem, illią; aliquod crimen impingunt. Hoc enim graue est malum, tum, quia per hoc reus infamiam publicam, æquè ac odium ciuium omnium incurrit; tum quia per hoc non ab vno, sed ab omnibus ciuibus sibi metuere & cauere debet, ne morti, exilio aut carceri addicatur. Per collectionem populi, intelligitur congregatio turbæ, putà, populi turbati, & tumultuantis, id est, seditio, vt vertit Tigur. qua populus, in aliquem insurgit, eumq́; deposcit ad necem: qualem passus est Ephesi S Paulus, suscitatam à Demetrio, & aurificibus Dianæ Act. 19. *Calumnia mendax* est, qua quis falsò per accusatorem & testes accusatur, agiturq́; reus mortis, similisue mali. Hæc tria dicit esse grauia super mortem, id est, morte grauiora, & acerbiora: tum, quia morte naturali grauior & acerbior est mors violenta, illata per judicem injustè, ob calumniam accusatorum testiumq́; falsorum; tum, quia magis, diutiusq́; per multos annos, & subinde per totam vitam cruciant, quàm ipsa mors; quæ in ictu duntaxat sentitur, illicoq́; transit, ac hominem omni dolore & cruciatu eximit.

Collectio populi.

Calumnia mendax.

Mulier zelotypa.

II. *Quod est quartum malum pessimum, tria jam dicta superans?* ℞. Mulier zelotypa, quæ scil. suspicatur maritum aliam mulierem præ se diligere, sibiq́; anteferre, ideoq́; ei diffidit. de hac dicitur v. 8. & 9. *Dolor cordis & luctus, mulier zelotypa. In muliere zelotypa flagellum linguæ, omnibus communicans.* Talis fuit Anna Phenennæ. 1. Reg 1. Saræ Agar. Gen. 16. Rachel Liæ Gen. 30. v. 1. & 15. Olim enim Judæis licita erat Polygamia, id est, pluralitas vxorum; in qua facile oriebatur zelotypia, vt vna suspicaretur, doleret, & quereretur se minùs à marito diligi, aliamq́; sibi anteferri, melius vestiri, tractari, honorari &c. Suspicax est enim sexus ille infirmior, minorisq́; animi & judicij. Atq́; ob hanc causam inter alias, sublata est à Christo Polygamia. Sensus ergo est, q. d. Mulier zelotypa, & riualis suæ æmula, marito & familiæ non consolationem & gaudium, quod sperabatur, sed cordis dolorem & luctum affert. Rationem subdit: *in muliere zelotypa flagellum lingua*, q. d. Quia mulier zelotypa linguâ suâ assiduè flagellat maritum suis querelis, suspirijs, indignationibus, expostulationibus, litibus, rixis, jurgijs, conuicijs, maledictis. Porrò hoc *linguæ flagellum* non est domesticum tantùm, id est, priuatum, secretum, & inter domûs parietes conclusum, sed *omnibus communicans*, quia zelotypa suam zelotypiam, indignationem, amaritudinem celare nequit, sed omnibus cognatis, amicis, vicinis, imò quibusuis obuijs, eam communicat & exponit, conquerendo de marito, quòd aliam plùs amet, sibi infidus sit, se indignè tractet &c.

III. *Quis est sensus* v. 10. *Sicut boum jugum, quod mouetur, ita & mulier nequam, qui tenet illam, quasi qui apprehendit scorpionem?* ℞. Loquitur de jugo, quod nimia laxitate sua, aut discordiâ boum conjugatorum agitatur: vnde efficitur, vt omnia turbentur, quæ simul ab eis agenda erant, vt nec simul currum rectè trahere, nec commodè terram arare possint. Tali jugo comparatur vxor mala, quia & ipsa in conjugio, quo viro conjuncta est, non quietè & concorditer se viro suo accommodat, sed tua discordia commouet & perturbat, vnde fit vt ea opera, quæ à conjugalis communiter obeunda sunt, non peragantur feliciter, dum vnus huc, alter illuc impellitur instar boum discordantium in eodem jugo. Talem vxorem habere, quàm sit periculosum & noxium, alia etiam similitudine animalis venenati ostenditur, cùm dicitur: *Qui tenet illam, quasi qui apprehendit scorpionem.* vbi tenere vxorem, positum est, pro illam sibi conjunctam habere, ejusq́; consuetudine vitæ vti. Hoc cui contingit, is similis est manibus apprehendenti & tenenti scorpionem, quia & ipse versatur in magno periculo, quod ipsi ab vxore tali est metuendum, quæ venenatis serpentibus est similis, & pejor eisdem: id enim rectè hac comparatione insinuatur. Et bene quidem scorpioni comparatur mulier mala, quòd sicut scorpio venenum suum gestat non in capite, sed in cauda, quod lethifero ictu trajicit, caudam inflectendo; ita & mulier mala etsi non statim suam malitiam prodat, tamen tandem opportunitatem nacta veluti caudâ ferit tenentem ipsam.

IV. *Quo-*

IV. *Quomodo intelligendus est* v. 13. *In filia non auertente se, firma custodiam, ne inuenta occasione vtatur se?* ℞. Si habes filiam non se auertentem ab intuitu & conuersatione juuenum, sed omnes liberè intuentem, omnia petulanter circumspectantem, omnia inuerecundè lustrantem; obserua & custodi eam, ne data occasione vtatur se, id est abutatur sua libertate, lasciuiâ, incontinentiâ, seq; permittat dedatq; suæ libidini. *Uti* subinde sumitur pro *abuti*, & vsus pro abusu, quasi simplex pro composito per Catachresin. *Filia non auertens se*

V. *Quomodo explicandus est* v. 23. *Columnæ aureæ super bases argenteas, & (* id est, sic *) pedes firmi super plantas stabiles mulieris?* ℞. Sicut pretiosæ & pulchræ sunt columnæ aureæ innixæ basibus argenteis; sic & pedes stabiles mulieris super plantas stabiles, vt scilicet, tam pedum quàm plantarum ejus grauis sit incessus, rarus, & necessarius, pretiosi sunt & pulchri. Incessus enim hic grauis index est animi grauis, constantis & maturi: sicut ex aduerso incessus vagus, leuis, præceps, inconstans, index est animi vagi, leuis, præcipitis, inconstantis.

VI. *Quomodo negotians*, seu negotiator & mercator *difficile exuitur à negligentia* v. 28? ℞. Quia facile ob lucrum negligit fidem datam, justitiam, pietatem, cultum DEI v. g. sacrum die festo, concionem, confessionem, communionem &c. Mercatura enim totum hominem, sibi vendicat, totam mentem occupat; vnde ferè nihil relinquit cogitationis vel temporis ad animam excolendam. *Mercatorũ negligentia.*

CAPUT XXVII.

Auaritia multorum malorum causa. Lingua regenda. Amicorum arcana non detegenda &c.

Quæstio I. *Quis est sensus* v. 2. *Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur, sic & inter medium venditionis & emptionis angustiabitur peccatum?* ℞. Sicut palus, id est, stipes, vel baculus, inter medios lapides inuicem conjunctos & compaginatos infixus, ab ijs circumquaq; quasi premitur & angustiatur: sic & peccatum quasi premitur & angustiatur inter uendentem & ementem, dum vterq; alterum vult decipere ac vendens mercem suam pluris vendere, emens verò minoris emere satagit: ideoq; ille rem plus justò æstimat, & laudat, hic deprimit & vituperat, qua in re multa mendacia, fraudes, doli, perjuria &c. committuntur: quare hac ratione inter hos duos peccatum & delictum quasi comprimitur & & conteritur, cum ipso peccante & delinquente.

II. *Quid innuit* v. 5. *Sicut in percussura cribri remanet puluis; sic aporia hominis in cogitatu illius?* ℞. Sicut in percussura, seu agitatione cribri, excusso flore farinæ, *remanet puluis*, græcè sordes, id est, furfures: sic aporia, id est perplexitas & tristitia sæpe remanet in mente hominis, post multam cogitationem, & agitationem mentis, quod maximè videre est in rebus aduersis. q. d. Illa est naturæ humanæ imbecillitas, vt potiùs ad præsentia tristia, quàm ad læta præterita & futura, ad furfures potiùs, quàm ad florem farinæ spectet.

III. *Quis est sensus* v. 7. *Sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius; sic verbum ex cogitatu cordis hominis?* ℞ Sicut rusticatio, id est, rustica agricolatio, & cultura arboris, ostendit fructum arboris, & ex fructu consequenter qualis sit arbor: ita pariter verbum prolatum ex cogitatu & meditatione cordis hominis, ostendit fructum cordis, & per consequens quale sit cor. Porrò, sicut fructus non tantùm ostendit, qualis sit arbor, sed & qualiter à rustico sit exculta; ita pariter verbum & sermo non tantùm ostendit, quale sit cor, sed & qualiter sit excultum.

IV. *Quomodo intelligendus* v. 24. *Et maledicti est concordatio, denudare autem amici mysteria (* arcana, secreta *) desperatio est animæ infelicis?* ℞ Si maledictum, id est, conuitium in aliquem conjeceris, locus est & modus, quo injuriam hanc sarcire, eiq; reconciliari possis: sed si quis secreta sibi bona fide ab amico concredita reuelet, hujus anima est infelix ac planè desperare debet concordationem, id est, reconciliationem cum amico perfidè à se læso.

CAPUT XXVIII.

Non expetenda vindicta, sed offensa remittenda. Lingua refrœnanda. Aures sepiendæ.

Quæstio I. *Quis est sensus* v. 9. *Memorare testamentum Altissimi, & despice ignorantiam proximi?* ℞ Memorare legis DEi, quæ vetat vindictam, & præcipit injuriæ condonationem inimiciq; dilectionem, illamq; menti tuæ incorpora, ita fiet, vt legis metu, reuerentiâ & amore, despicias & parui pendas omnem offensam, quam proximus ignoranter in te commisit. Lex enim DEI ita sancit: *Non quæras vltionem, nec memor eris injuriæ ciuium tuorum* Leuit. 19. 18. Seueriorem contra iram & vindictam inuenies legem Christi Matt. 5. 22. Peccatum & offensam vocat *ignorantiam*. Omne enim peccatum mixtam habet ignorantiam, id est, imprudentiam & inconsiderationem quampiam. Si enim peccans prudenter consideraret, quantum malum sit, quod facit, vtiq; illud non faceret. Vocat item ignorantiam, vt of-

v. offensæ grauitatem extenuet, ideoq; veniâ dignam ostendat, ac despiciendam potiùs esse quàm æstimandam & vindicandam.

Lingua tertia. II. *Quæ est lingua* TERTIA v. 16? ℞ Est lingua susurronis & detractoris. Dicitur *tertia* quia inter duos tertia interuenit, eosq; dissociat, dum inter eos seminat discordias, & vtriq; apud alterum clanculum detrahit & obloquitur. Eadem est lingua tertia, quæ duplex, putà, lingua bilinguis & susurronis: hæc multos commouit & turbauit, dum eis non tantùm pacem, sed & Patriam eripuit, eosq; coëgit exulare, ac de gente in gentem vagari: nec tantùm homines priuatos singulosq;, sed & integras ciuitates, easq; muratas & firmas destruxit, adeoq; domos & familias magnatum, Regum & Principum suffodit & euertit, concitando duella, rixas, & bella internecina inter reges & populos amplos & potentes.

Sepes aurium. III. *Quomodo flagelli plaga liuorem facit; plaga autem linguæ comminuet ossa* v. 21.? ℞ Flagelli verber leue est, tantumq; cutem perstringit, eamq; liuidam efficit: at verò verber linguæ est quasi verber baculi, quod ipsa contundit & comminuit ossa; hoc est, longè fortiùs & intimiùs lædit, hominiq; vires, vigorem & animum eripit juxta illud Proverb. 17. *Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa perueniunt ad interiora ventris*, tum quia verber linguæ homini adimit bonum nomen, famamq;, quæ opibus est præstantior, eumq; aspergit infamiâ, quæ turpissima est nota: tum quia clades grauissimas affert, hominesq; opibus, libertate, vita spoliat. Confringit ossa est Catachresis: per comminutionem enim ossium significat intimum dolorem & cruciatum, qui robur (hujus enim sedes & symbolum sunt ossa) homini adimit.

IV. *Quid est aures sepire spinis, & ori facere ostia & seras* v. 28.? ℞ Est occludere aures ne audias linguam maledicam, & os, ne cum illa loquaris. Nimirum sicut possessionem tuam v. g. agrum, hortum, aut vineam soles spinis sepire, ne boues & feræ illam ingrediantur, frugesq; & segetes depascantur: ita multò magis sepi, id est, occlude aures & animam tuam, ne audias detractiones, linguamq; maledicam, quæ charitatemq;, puritatemque, & cæteras virtutes tuas inficiat & consumat. Seps ergo, qua auris contra detractiones & detractores est sepienda, est timor DEi, qui animum obfirmet, ab ijs aures auertat & occludat, vultum tristem & seuerum ostendat, imò detractorem increpet, & à se ableget.

CAPUT XXIX.

De mutuo, de eleemosyna, de fidejussione, de peregrinis & hospitibus.

Eleemosyna. QUæstio I. *Quid est, qui præualet manu, seruat mandata* v. 1.? ℞ Qui præualet manu, hoc est, qui liberaliter dat & erogat, quasi forti ac firma manu, qui valdè manum extendit ad dandum sua egenis, hic seruat mandata, tum ea, quæ jubent dari eleemosynam, tum cætera: qui enim dat eleemosynam copiosam, magnam habet charitatem tam erga proximum, quàm erga DEum, magnamq; à DEo meretur & accipit gratiam, qua totam legem DEi impleat Ita Jansen. Præualet manu, inquit, quia ad largiendum promptus est & facilis. Nam qui tenax manu est, non videtur fortis & præualidus, sed infirmus & impotens, vt qui manu ad dandum non vtatur, aut tenuiter & remissè vtatur. q. d. Qui haberi vult vir fortis manu, is sollicitus est, vt faciat illa, quæ mandata sunt ei de subueniendo suis proximis.

II *Quid est fænerare proximo tuo, in tempore necessitatis, & iterum redde proximo in tempore suo*.? ℞ In priore parte fit sermo ad eos, qui dant mutuum: posteriore vertit se ad eos, qui illud petunt & accipiunt. *Fænerare* ergo, id est, vt vertit Syrus, mutua proximo in necessitate constituto, dum scil à creditoribus premitur vel opprimitur, tu qui potes, & habes quod mutues: tu verò qui mutuum petis & accipis, illud fideliter redde, mutuanti tempore condicto, & ab eo tibi præstituto, hoc enim exigit fidelitas, justitia, æquitas, & gratitudo.

Fænus. III. *Quomodo intelligendus* v. 4. *Multi quasi inuentionem æstimauerunt fænus, & præstiterunt molestiam his qui se adjuuerunt*? ℞ *Inuentionem*, vocat rem inuentam: *fænus* vocat mutuum. q. d. Multi mutuum æstimant, non vt mutuum, quod tempore condicto reddendum est, sed quasi rem inuentam, quam vulgus rude & auarum censet cadere in jus inuenientis, nec requirendum esse ejus Dominum, qui perdidit, vt ei restituatur, (imò Dom. Soto. l. 5. de justitia q. 3. art. 3. ad 2. putat inuenta, si post diligentem inquisitionem Dominus non reperiatur, quasi adespota ab inuentore licitè posse retineri. Sed communis Doctorum sententia est ea pauperibus vel alijs pijs operibus esse impendenda. Vide Lessium l. 2. de justitia. c. 14. dub. 7.) Ideo molestiam mutuantibus, qui in egestate dando mutuum eos adjuuerunt, dum illud tardè, ægrè nec nisi, à judice coacti soluere in animum inducunt, vt fusiùs explicat in sequentibus.

IV. *Quis est sensus* v. 4. *Et qui perdiderit confusionem, derelinquet sibi*? ℞. Vir bonus, quia verecundatur proximum in necessitate constitutum deserere, hinc pro eo fide jubet: at vir audax & impudens, qui perdidit verecundiam hic proximum egentem fidejubendo non adjuuat, sed eum sibi, suæq; necessitati relinquit. Vnde Græca habent, *Vir bonus spondet pro proximo: & qui pudorem amisit, derelinquet ipsum.*

V. Qui-

V. Qubus casibus *obligatur quis spondere pro alio, præsertim amico?* ℞. Id dijudicandum juxta regulas eleemosynæ (hujus enim pars & species est sponsio) & amicitiæ. Igitur sicut proximo non tantùm in extrema, sed & in graui necessitate constituto obligor dare eleemosynã sic & pro eo spondere, multò magis si is mihi amicus sit. Cæterùm quia sponsioni multi intercedunt casus & pericula, quæ in sequentibus exponit Siracides; hinc in ea magna prudentia & cautela est opus: nimirum *imò*, vt quis non spondeat, nisi pro quantitate facultatum suarum. Imprudens enim est, qui vt alterum necessitate eximat, in eamdem & majorem se injicit, vt se, filios & familiam honestè alere non possit. 2dò vt non spondeat, nisi pro sincero & fideli, quem scit & potentem, & volentem, vt eum sponsione liberet, securumq; & indemnem præstet. 3tiò, vt, cùm dubium vel periculum perdendæ sortis subest, pignus vel hypothecam exigat, ex quo onus, quod spondendo suscipit, compenset: aliàs cogitet se quod spondet, ex suo soluturum, idq; eleemosynæ loco proximo donaturum vel condonaturum. Hæc enim præstans est eleemosyna. *Sponsio pro amico.*

VI. *Quid est, repromissorem fugit peccator & immundus* v. 21.? ℞. Peccator & immundus, id est, profanus, ingratus & infidelis, cùm repromissorem, id est, fidejussorem suum, venire videt, fugit ejus aspectum, alioqui declinat, ne ab eo cogatur eum fidejussione sua liberare, & debitum pro quo ille fidejussit, exsoluere.

VII. *Quomodo sumendus* v. 28. *Initium vitæ hominis aqua & panis, & vestimentum & domus protegens turpitudinem?* ℞. Initium (ex Græco) præcipuum, caput, summa, q. d. Caput & summa requisitorum ad vitam est, scilicet, natura paucis hisce contenta est, duobus ad victum, nimirum pane & aqua, totidem ad vestitum, nimirum veste & domo, ijsq; non lautis & elegantibus, sed simplicibus & frugalibus. Hinc & cibum vti maximè facilem & obuium, ita & maximè salubrem & connaturalem, nonnulli censent esse panem aquâ decoctum, vulgò *panatellam* vocant, idq; hisce verbis significare Siracidem censet Lessius lib. de Diæta.

CAPUT XXX.

De filiorum castigatione: de bono sanitatis: de bono lætitiæ: de malo tristitiæ.

QUæstio I. *Quis est sensus* v. 7. *Pro animabus filiorum colligabit (Pater) vulnera sua, & super omnem vocem turbabuntur viscera ejus?* ℞ det Jansenius: Bonus Pater vulnera, quæ & ipse frequenter in se suscipit & sentit, *pro animabus filiorum suorum*, dum scilicet in animo suo sæpè dolet, pro eis sollicitus est: hæc inquam, vulnera sua ipse studebit colligare & curare, per disciplinam sollicitè eis adhibitam; cum indebito modo eos quid dicere, vel clamare contigerit, ad omnium eorum vocem, *turbabuntur viscera ejus*, hoc est, non dissimulabit, nec negligens erit, sed toto animo commouebitur sollicitus de correctione. Planè tamen & facilè sic exponas: Bonus Pater pro animabus, id est, vt saluet animas filiorum, hoc est, vulnera animæ, putà peccata & vitia filiorum curare & sanare conabitur, & *super omnem vocem*, id est, rumorem de filiorum scelere & improbitate sparsum, commouebuntur, & *turbabuntur viscera ejus*, ideoq; malo mederi totis viribus satager.

II *Quæ est salus animæ in sanctitate justitiæ* v. 15.? ℞. Sanitas alia est animæ, alia corporis: vtraq; præstat opibus maximis, quia sanitas est bonum intrinsecum; itaq; altioris ordinis, quam sint opes, quæ extrinsecùs tantùm homini bonæ sunt, eiq; adjacent: Vocat *Sanctitatem justitiæ*, quia est & sanctitas corporis, putà castitas, & carnis, putà caro pura ab omni irregularitate, & immunditia legali Heb. 9. 13. Est & sanctitas rerum, putà victimarum, decimarum, primitiarum, aliarumq; rerum DEO dicatarum. Hisce omnibus opponitur justitiæ, quæ scilicet in justitia & obseruatione mandatorum DEI consistit.

III. *Quo sensu melior est mors, quàm vita amara, & requies æterna, quàm languor perseuerans* v. 17.? ℞. Præcisè hic comparat præfertq; mortem vitæ amaræ, qualis est diuitis morbis afflicti: eò quòd mors quietem afferat, liberetq; à morbis & malis hujus vitæ: vita verò amara in morbis, non tam vita sit, quàm perpetua longaq; mors. Abstrahit ergo à statu gratiæ, & tantùm naturam, naturæq; bona vel mala spectat, eaq; inter se confert; Nam si statum gratiæ spectes, vita amara, quam Apostoli omnesq; Sancti egerunt & agunt in mortificatione, laboribus, persecutionibus longè præstantior est morte, juxta illud Christi: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Matt. 5. Rursum impijs diuitibus satius est hic viuere, fruiq; suis opibus, esto cum languore & ægritudine, quam mori: nam post mortem ibunt ad æterna gehennæ tormenta. Per requiem æternam accipe non illam, quam Beati possident in cælo, quamq; fidelibus defunctis apprecamur, dicentes: *requiem æternam dona eis Domine*, sed qualem homo in puris naturæ viribus constitutus optat & expectat post hanc vitam: vt scil. liber ab omni ærumna hujus vitæ, in statu animarum degens, silensq; conquiescat, de quo Job c. 3. 13. *Nunc enim dormiens*, inquit, *silerem, & somno meo requiescerem.* *Mors melior quam vita amara.*

IV. *Quis est sensus* v. 18. *Bona abscondita in ore clauso, quasi appositiones epularum circumpo-*

cumposita sepulchro? ℟. Pergit ostendere, quàm diuitibus morbo inflictis inutiles sint diuitiæ & deliciæ, per tres similitudines. Prima est sepulchri, q. d. Opes & escæ in arcis & cellis à diuite sed infirmo, repositæ & reconditæ, qui ob ægritudinem & nauseam stomachi eis frui non potest, ideoq; quasi os suum clausum habet; inutiles sunt, perinde ac inutiles sunt epulæ ad sepulchrum mortui appositæ, cùm mortuus eas comedere & gustare nequeat, quo indicatur diuitem ægrum esse quasi mortuum: vtpote qui non magis quàm mortuus suis delicijs refici & recreari possit. Etsi enim multa bona habeat in cellarijs abscondita, si tamen ejus languor ipsi os claudat, & eas comedere nequeat, aut non nisi cum dolore & nausea; vtiq; illa similia erunt epulis, quæ mortuis solebant apponi.

V, *Quis est sensus* v. 19. & 20. *Quid proderit libatio idolo? nec enim manducabit, nec odorabit: sic enim effugatur à Domino, portans mercedes iniquitatis.*? ℟ Est hæc secunda similitudo petita ab idolis eorumq; victimis, ostendens miseriam diuitis, sed ægri, q d. sicut frustra offertur victima, & cum ea libatur vinum idolo, cùm illud saxeum vel aureum sit, nullum habens cibi potusq; gustum, odoratum & sensum: sic pariter diues, *qui effugatur*, Græcè qui persecutionem patitur *à Domino*, quem scilicet DEus ob scelera & fastum persequitur, morbisq; & calamitatibus infestat, vt tamquam alter Cain à Domino proscriptus & profligatus videatur, ac portare ægritudinem quasi *mercedem iniquitatis* suæ; hic, inquam, diues, sed æger frustra habebit opes, quibus instruat splendida conuiuia, cùm ea gustare ijsq; frui nequeat.

VI. *Quis est sensus* v. 21. *Videns oculis & ingemiscens; sicut spado complectens virginem & suspirans?* ℟. Est hæc tertia similitudo spadonis. q. d. Diues sed æger jam dictus, videt epulas & ingemiscit, quòd eas vorare ijsq; frui nequeat: perinde vt eunuchus videns virginem speciosam ingemiscit & suspirat, quòd eâ ob frigiditatem & impotentiam frui nequeat; quare deliciæ & diuitiæ ei non solatium & gaudium, sed mœrorem & tormentum afferunt.

CAPUT XXXI.

De contemptu diuitiarum: de vera honestate: de temperantia & discretione.

QUæstio I. *Qua vigilia honestatis tabefaciet carnes, & cogitatus illius auferet somnum* v. 1.? ℟. Loco honestatis græca habent diuitiarum: & sic sæpè hoc libro Siracides per *honestatem* intelligit diuitias: hæ enim faciunt possidentes honestos, imò honoratos in domo, victu, vestitu, magistratu &c. Loco cogitatus Græca habent, cura, anxietas, solicitudo, q. d. Nimia vigilantia, quæ pro comparandis diuitijs assumitur, & vigilia nocturna, quæ sæpè propter opes suscipitur, tabefacit carnes hominis, corpusq; marcidum facit ac exhaustum, & cura pro diuitijs acquirendis aufert sæpè homini somnum ad vitam necessarium.

II. *Quis cogitatus præscientiæ auertit sensum* v. 2.? ℟. Sollicitudo & anxietas prouidendi sibi in posterum de superfluis opibus aduersùs casus varios, quos seu præscit seu metuit obventuros, *auertit* non raro *sensum*, id est, mentem, à DEO, à recto, à studio salutis: inebriat enim & sopit animam. Econtrà, *infirmitas grauis* excitat & *sobriam facit animam.* Ergo anxietas animi diuitum pejor est infirmitate corporis,

III. *Quis est sensus* v. 3. *Laborauit dives in congregatione substantiæ, & in requie sua replebitur bonis suis. Laborauit pauper in diminutione victûs, & in fine inops fit.*? ℟. Loquitur de verè diuite, *Laborauit*, id est, laborare solet diues *in congregatione substantiæ*, vt scil. congreget substantiam & opes: pauper verò laborat *in* id est, ob *diminutionem victus*, putà ob paupertatem, qua victu minuitur & destituitur, q. d. Pauper laborat non tam vt ditescat, quàm vt victitet, & vitam laborando trahat & proroget: at diues non laborat, vt victum comparet, quia eo abundat, sed vt opibus collectis majores adjiciat, locuples fiat, & splendidus. Rursum, *diues in requie sua replebitur bonis*; id est, diues cùm cessat laborare & congerere opes, requiescit contentus quæsitis, *replebitur bonis*, id est, lautè & splendidè viuet, deliciabitur, frueturq; suis diuitijs: at pauper cùm volet quiescere, cogetur ob senium morbumq; cessare à labore, fiet inops, cogeturq; mendicare.

IV. *Quomodo qui insequitur consumptionem, replebitur ex ea* v. 5.? ℟. Qui *insequitur*, seu sectatur *consumptionem*, Græcè corruptionem, id est, corruptibilia & caduca hujus mundi, putà terrenas opes, delicias, honores, *replebitur ex ea*, id est, consequetur quidem, si DEus permiserit, illa caduca, & pro voto forsan ijs fruetur, sed fruetur solis caducis illis, non verò etiam stabilibus, æternis & solidis bonis Nemo enim potest DEo simul seruire & mammonæ.

Lignum offensionis. V. *Quod est lignum offensionis* v. 7. ℟ Palacius cense alludit ad idola, quæ olim idololatræ præsertim pauperes faciebant ex ligno, æquè ac ex ære vel auro, vt patet Isaiæ 44. 13. Sap 13. 11. q. d. Sicut idola lignea idololatris fuerunt scandalo, offensioni & ruinæ: sic est & aurum auaro, auaro, inquam, qui imprudenter cœca cupiditate, illi inhiat, ideoq; cœcus in latentia itinerum, latronum, furum &c. pericula se injicit, imò vltrò irruit, ideoq; perit & corruit. Nam diues moderatus, qui cautè & prudenter aurum, consectatur, adeo non deperiet

in illo,

in illo, vt per illud perditionem & mortem sæpè euadat, imò auro mortem malumq; omne redimat.

VI. *Quem vocat splendidum in panibus* v. 28. Et quem nequissimum in pane v. 29.? ℞ Splendidum in panibus vocat beneficum & liberalem, qui suos panes, id est, escas, liberaliter & hilariter alijs communicat, quem proinde vt talem benedicunt & celebrant labia multorum. Nequissimum in pane vocat auarum in dando pane, qui parcè & sordidè sua communicat, tum conuiuis, tum pauperibus: cui proinde *obmurmurabit tota ciuitas, & testimonium*, quod *nequitiæ*, id est, auaritiæ & sordidæ tenacitati *illius* perhibent ciues, præsertim pauperes, *est verum*. *Splendidus in panibus.*

CAPUT XXXII.

In conuiuijs decet primò, vt sympofiarcha comis sit & humilis; 2dò senes cordata instituant colloquia; 3tiò adsit musica; 4tò adolescentes modesti sint & parcè loquantur. 5tò gratiæ Deo agantur.

Quæstio I. *De quo Rectore loquitur* v. 1. *Rectorem te posuerunt? noli extolli?* ℞ De Rectore Conuiuij. Sermo enim hîc est de sympofiarcha, qui olim solebat vel suffragio vel sorte deligi, vt ordini in conuiuijs seruando præesset. Unde Modimperator à Varrone vocatur; à Tacito & Macrobio Rex conuiuij, à Plauto Dictator & Strategus; ab Hortensio Arbiter & Pater cœnæ. Hujus erat *imò*, conuiuas suo quemq; loco collocare. *2dò* jocos & sermones & ludos conuiuales moderari. *3tiò*, comedendi & bibendi leges præscribere: cuiq; eam cibi & potus qualitatem quantitatemq; consignare, quæ valetudini vel genio cujusq; congrueret. Hinc desumitur metaphora calicis, cujus toties meminit Scriptura, cùm vult designare, seu bona seu mala, quæ DEus cuiq; admetitur. *Rector conuiuij.*

II. *Quid innuit* v. 2. & 3. *Omni cura explicita recumbe &c.* ? ℞. Officio bene peracto, cùm singulis necessaria curaueris, tum demum cum alijs accumbe, *vt pro ornamento gratiæ*, seu gratioso *accipias coronam* conuiualem nam coronæ impositione solebant creari & ornari Rectores sympofij, q. d. strenua muneris tui functione, dignum te exhibe corona tibi imposita: *& dignationem consequaris corrogationis*, id est, dignitatem & honorem assequaris rei bene per te aggregatæ, putà epuli liberaliter instructi, disciplinæ probè administratæ, prudentiæ conseruatæ, doctrinæ, industriæ, & acuminis vbiq; exhibiti &c.

III. *Quid est sensus* v. 7. *Gemmula carbunculi in ornamento auri, & comparatio musicorum in conuiuio vini* ? ℞ Uti gemma carbunculi, licet in se pretiosa & pulchra, pretiosior tamen apparet, & pulchrior resplendet in annulo aureo (auri enim fulgore ejus splendor reverberatur & acuitur) ita pariter concentus musicus licet in se elegans & delectans, magis tamen pulchrescit & delectat, si misceatur conuiuio: ibi enim proprius est musices locus, vbi hilares conuiuæ hilarius audiunt musicam, ideoq; delectationem cibi & potûs acuunt, imò duplicant delectatione musices; quia sicut cibus reficit corpus, ita melodia sensus, ait Lyran.

IV. *Quis est sensus* v. 8. *Sicut in fabricatione auri signum* (seu sigillum) *est smaragdi: sic numerus musicorum in jucundo & moderato vino?* ℞ Idem dicit de smaragdo, quod dixit de carbunculo. Quare numerus hîc non arithmeticus, sed musicus intelligitur, putà numerus vocum siue numerosa harmonia. Sensus est, q. d. Sicut annulum aureum ornat pala ex smaragdo vel sigillum smaragdinum : ita pariter conuiuium ornat concentus musicorum, imò conuiuij splendorem instar sigilli smaragdini obsignat, & sigillat, id est, perficit & consummat, vt tum demum perfectum censeatur esse conuiuium, cùm musicâ conditur & condecoratur. Igitur sicut vix est gemma carbunculo & smaragdo pretiosior & in auro pulchior: ita nihil est in conuiuio aptius & jucundius, quàm musica harmonia.

CAPUT XXXIII.

Diuina sapientia prouidè separauit bonos à malis, & suum cuiq; rei contrarium dedit ad plenitudinem & ornatum vniuersi. Non est prudentis ante mortem se exhæredare. Neq; seruis facilè indulgendum.

Quæstio I. *Quomodo timenti Dominum non occurrent mala* v. 1. Cùm S. Job, Dauidi, Jeremiæ, imò omnibus sanctis multa acciderunt, & in dies accidunt mala, juxta illud Angeli Ad Tobiam c. 12. 13. *Quia acceptus eras Deo, necesse erat, vt tentatio probaret te?* ℞ Non occurrent mala vera & perfecta, quæ scil. timentem DEum sibi subigant, ad impatientiam & desperationem adigant, perdant destruantq;. *το* enim *mala* ex phrasi Hebræa sumitur hîc in actu, non inchoato, sed perfecto, vt significet mala plena & perfecta, quæ perpetim durent, & justum vincant, sternant & euertant. Nam qui patitur mala, sed ea per patientiam, fortitudinem & amorem DEi vincit, vti fecêre Martyres; huic mala non sunt mala, sed mala vertuntur in bona, eaq; ingentia, nimirum in triumphos patientiæ,

tiæ, martyrij & gloriæ sempiternæ. Ita se explicat Siracides, dum subdit: *Sed in tentatione DEus illum conseruabit, & liberabit à malis*, vel amouendo mala, vel malis justum subtrahendo, siue per fugam, vti liberauit Lot ab incendio Sodomitæ: siue per mortem, vti liberauit martyres è tormentis, juxta illud ps. 90, *Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum.*

II. *Quis est sensus v. 12. Ex ipsis benedixit & sanctificauit, & ad se applicauit: & ex ipsis maledixit & humiliauit, & conuertit illos à separatione ipsorum?* ℟ Ex ipsis quosdam benedixit benedictione corporali & spirituali, temporali & æterna. *Et sanctificauit*, id est, in Sacerdotes & ministros sanctuarij sui, in reges, in principes populi elegit: *& ad se* suumq; tale seruitium *applicauit*. E contra quosdam *maledixit* maledictione temporali vel æterna, *& conuertit illos*, seu ex alto dejecit, idq; *à separatione ipsorum*, id est, postquam & ipsi se libera voluntate sua & nequitia separassent à DEo, à via virtutis, à congregatione justorum, & DEus illos justa sua vindicta separasset à sua benedictione & felicitate justorum, græcè euertit illos è sedibus suis, seu è statione sua. Est igitur in hominum cum diebus comparatione hæc dissimilitudo, quòd DEus pro suo solius arbitrio selegerit & distinxerit dies festos quoscumq; voluit à non festis: homines verò, si de electione ad justitiam, vel ad æternam beatitudinem agatur; non pro suo solius arbitrio, sed simul pro meritis & demeritis cujusq; selegerit. Idem dico de plasmatione luti per figulum, qua etiam S. Paulus vtitur Rom. 9. v. 21. Dixi, si de selectione ad justitiam, vel ad æternam beatitudinem hic agatur. Quia veri simile est, non agi, nisi de selectione ad sanctitatem legalem vel moralem, qualis est sacerdotum, regum, Prophetarum, vel in vnoquoq; statu præcellentium. Et simili modo de maledictione & humiliatione sola temporali & politica, vt ex græco patet, quæ sæpe à DEi solius nutu & arbitrio pendent.

III. *Nonne sententia v. 24. In die consummationis vitæ & in tempore exitus tui distribue hæreditatem tuam*, videtur esse contraria illi sententiæ Christi Matt. 19. *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes & da pauperibus?* ℟ non esse contrariam, sed subalternam: Siracides enim prudenter jubet bona non dari filijs vel amicis ante mortem; sed Christus suadet ea dari pauperibus studio eleemosynæ & virtutis: Siracides Judæos instruit, Christus Christianos; Siracides vulgarem viuendi modum rudi æuo præscribit; Christus perfectionis apicem per paupertatis Euangelicæ consilium, cujus incapaces erant carnales Judæi, Apostolis eorumq; affeclis sancit. Deniq; rectè Palacius: Nota, inquit, aliud esse ex charitate & fiducia DEi cuncta relinquere; quod Euangelium consulit, & viri perfecti fecerunt: aliud ex humana amicitia & fiducia bona alicui dare; quod Ecclesiasticus prohibet, & quod qui fecerunt, pœnitentiâ ducti doluerunt. Nota etiam, diuersum esse tempus euangelij & veteris legis. In hac felicitas erat, diuitem ac Dominum esse, dabaturq; felicitas hæc operibus bonis; in illo verò felicitas est, temporalibus carere, diuinis solis inhærere.

CAPUT XXXIV.

De vanitate somniorum: de vtilitate tentationis: de spe in Deo figenda: de mercede pauperum non defraudanda.

Somnium simile est umbra. QUæstio I. *Quomodo somnium simile est vmbra v. 2.?* ℟ imò quia sicut vmbra non est res ipsa, sed rei imago, imò vmbra: sic & somnium, non est res vera, sed figmentum phantasiæ, quæ hanc sibi rei imaginém efformat. 2do, sicut vmbræ manè & vespere sunt reipsa, putà suo corpore, longè majores, ita in somnijs res paruæ apparent maximæ. Quare qui illis credunt, similes sunt cani Æsopico, qui carnem ore gestans, cùm ejus vmbram in flumine videret longe majorem, illam inuadens & ore captans, carnem veram excidere sibi permisit, nec vmbram, quam captabat, apprehendit vel acquisiuit. 3tiò sicut vmbra est fallax & mendax: mentitur enim se esse ipsam rem & corpus, ac proinde fallit eum, qui vmbram quasi corpus ipsum apprehendere satagit: Sic & somnia somniantes fallunt, vt videantur se reuera agere, videre & sapere, quod somniant se videre, agere & sapere. 4tò, sicut vmbris terrentur pueri & fatui: sic & somnijs terrentur somniantes, quin & vigilantes, si sint insipientes & imprudentes. Somnians enim cùm ligatam habeat rationem, est instar pueri & amentis.

Somnium simile est vento. II. *Quomodo somnium simile est vento v. 2.?* ℟. Sicut ventus àërem & aquam concitat & turbat, vt species in aqua repræsentatæ, commistæ & confusæ, ideoq; falsæ & mendaces appareant: sic & somnia oriuntur ex vaporibus & flatibus è stomacho in caput ascendentibus, qui species phantasiæ impressas concitant, commiscent, offuscant, indeq; miras & chimæricas, adeoq; mendaces & fallaces rerum facies apparere faciunt. Flatus enim è stomacho caput perflans & permeans, magnam in somnis facit specierum apparentium confusionem & varietatem.

III. *Quis est sensus v. 3. Hoc secundùm hoc, visio somniorum: ante faciem hominis similitudo hominis?* ℟. Visio somniorum non est aliud, quàm repræsentatio quædam, qua *hoc* est, *secundùm hoc*, hoc huic apparet simile, sicut ante faciem hominis ponitur similitudo hominis in spe-

in ſpeculo vel in aqua. q. d. Somnium non eſt res ipſa, nec rei veritas, ſed imago tantùm inanis & vmbra, vti eſt imago in ſpeculo, quam pueri putant eſſe rem veram, eamq; conantur arripere. Sicut ergo in ſpeculo, apparens imago hominis non eſt ipſe homo, ſed ejus repræſentatio, & inane idolum ab homine reflexum & reſultans: ſic pariter ſomnium non eſt res ipſa, ſed rei repræſentatio & ſimilitudo ex ſpeciebus in phantaſia collectis, varieq; commiſtis reflexa & reſultans.

IV. *Quomodo vera eſt ſententia* v. 4. *Ab immundo quid mundabitur*? ℞. Vera eſt, ſi intelligas per ſe. Nam per accidens mundare poteſt immundus vel res immunda, ſi videlicet immundus herbam vel rem ſimilem vim mundandi habentem, vt ſaponem vel lixiuium rei immundæ adhibeat & affricet. Simili modo Sacramenta ab immundo ſacerdote confecta & applicita ſuſcipientem & pœnitentem mundant, quia operantur non ex opere operantis, ſed ex opere operato. Quare ſiue à ſacerdote ſancto, ſiue à ſcelerato miniſtrentur, eandem vim mundandi habent. Principalis enim agens in ijs eſt Spiritus Sanctus & Chriſtus, quorum vterq; mundiſſimus eſt, nullaq; ſacerdotis miniſtri malitiâ afflari aut contaminari poteſt. Ita Donatiſtis hunc locum & ſimiles objicientibus contra baptiſmum ab hæreticis collatum, quaſi impurum & irritum, ideoq; de nouo iterandum, reſpondet S. Auguſt.

V. *Quid eſt baptizari à mortuo* v. 30.? ℞. Baptiſmus hic legalis eſt, putà ablutio lege præſcripta Num: 19. qua qui tetigerunt cadauer mortuum, ideoq; juxta legem erant immundi, nec ingredi poterant templum, ſe mundare & purificare debebant ablutione aquæ luſtralis, confectæ ex cinere vitulæ rufæ. q. d. Qui abluendo corpus aqua hac luſtrali, expiauit immunditiem legalem, quam contraxerat ex contactu mortui, putà cadaueris, ſi iterum tangat cadauer, quid prodeſt ei prior ablutio? Nihil: nam rurſus per contactum mortui factus eſt immundus, vti erat antè, ideoq; nouo eget baptiſmo, nouaq; ablutione. *Baptizari à mortuo.*

CAPUT XXXV.

De religionis virtute, & ſacrificio DEO grato. De viduis, pupillis, pauperibus non opprimendis.

QUæſtio I. *Quomodò ſacrificium ſalutare eſt attendere mandatis* v. 2.? ℞. Obſeruatio mandatorum apud DEum æſtimatur loco, gradu & dignitate ſacrificij, adeoq; tantum valet ad ſalutem obtinendam, quantum valet ſacrificium. Eſto enim ipſa non ſit ſacrificium propriè dictum, eſt tamen ſacrificium metaphoricum & myſticum magis neceſſarium, magisq; gratum DEO, quàm ſacrificium agnorum & hircorum: quia per hoc homo ſeipſum ſuosq; actus humanos rationales, ſpirituales & diuinos offert DEO: hi autem longè præſtant brutâ carne agnorum & hircorum, quæ offeruntur in ſacrificio carneo.

II. *Quis eſt ſenſus* v. 4. *Retribuet gratiam, qui offert ſimilaginem: & qui facit miſericordiam, offert ſacrificium.*? ℞. Sicut qui ſimilam offert litatq; DEO, hic illi rem gratam facit gratesq; agit: ſic pariter qui ſimilam, aut quid ſimile dat pauperi, DEO rem gratam & quaſi ſacrificium offert. Quod enim pauperi offert, hoc offert DEO, qui in paupere repræſentatur, & cujus amore & reuerentia offert: ſicut ergo ſi ſimilam offerres DEO, vtiq; ſacrificium illi offerres gratum, gratiasq; DEO debitas exſolueres: ſic pariter ſi eandem aut quam aliam eleemoſynam des pauperi, DEO eandem offers; ac conſequenter quaſi ſacrificium eidem offers, & gratias, quas DEO debes pro beneficijs in te collatis, exoluis. Summatim igitur ſenſus eſt, q. d. Sicut gratus eſt DEO, qui ipſi offert ſimilaginem; ſic & gratus eidem miſericors, qui largitur eleemoſynam. *Eleemoſyna ſacrificium,*

III. *Quid eſt* v. 16. *Non accipiet Dominus perſonam in pauperem*? ℞. DEus non accipiet perſonam diuitis & potentis *in*, id eſt contra, *pauperem*, quæ ſcilicet lædit & opprimit pauperem, ſed potiùs *deprecationem* pauperis, *læſi*, ſeu injuriâ affecti, *exaudiet*, vt ejus ſit vltor & vindex, atq; acriter puniat diuitem & potentem, qui pauperem injuſtè afflixit & læſit. Vnde Tigurina, *nullam habet perſonæ rationem aduerſùs inopem, ſed injuriam paſſi precationem exaudiet.*

CAPUT XXXVI.

Orat pro Judæis & Gentilibus, vt hi ad DEum conuertantur, illi ab hoſtibus protegantur. Monet, ne in credendo cuiq; nimis faciles ſimus. Laudat bonas vxores.

QUæſtio I. *Quis eſt ſenſus* v. 12. *Contere caput* (Græcè capita) *Principum inimicorum dicentium: non eſt alius præter nos*? ℞. Contere & quaſi annihila, ſicut conteritur, & quaſi annihilatur vas teſtaceum, dum lapide tunditur, & in puluerem redigitur; contere inquam, regem nobis inimicum, v. g. Ptolomæum Lagi: illo enim contrito, cæteri ejus Principes pariter conterentur, aut certè perſequi nos deſinent. Horum enim ſuperbia mere-

tur dejici & conteri: dicunt enim: Non est alius præter nos; qui scil. ita potenter imperet, & latè dominetur vti nos: quare nos omnes domare possumus, & nemo nos. Ita Tigurina, *contere*, inquit, *capita Principum inimicorum, qui præter se neminem esse dictitant*: quasi se solos æstiment homines, cæteris vtantur quasi pecoribus & jumentis.

Jerusalem requies Dei. II. *Cur Jerusalem dicitur ciuitas requiei diuinæ* v. 15.? ℞. Quia DEus in ejus templo, quasi in domo sibi propria jucundè requiescebat, & habitabat in Sancto Sanctorum insidens propitiatorio, supra arcam quasi super scabellum pedum suorum, vtrimq; circumdatus Cherubinis, indeq; dabat oracula & responsa, Exod. 25. 22.

III. *Quomodo intelligendus* v. 17. *Da testimonium his, qui ab initio creaturæ tuæ sunt, & suscita prædicationes, quas locuti sunt in nomine tuo prophetæ priores*? ℞. Testare per testimonium solitæ tuæ in nos beneficentiæ, quòd nos simus *creaturæ tuæ*, quòd scil. primitus nos ex Ægypto redimendo tibi allegeris, populumq; fidelem & tuam Ecclesiam creaueris & formaueris; vt sicut illud testatus es Pharaoni cæterisq; gentibus, operando tot plagas & miracula per Moysen in fauorem Patrum nostrorum; ita nunc idem in fauorem nostri facere digneris. Quare *suscita prædicationes*, id est, prædictiones Prophetarum de ope nobis à te præstanda, illam re ipsa nobis exhibendo. Alioquin enim illæ prædictiones sopitæ & quasi emortuæ videbuntur; suscita ergo illas, vt nobis è somno euigilare, & quasi à morte suscitari & reuiuiscere, videantur, dum à te re ipsa complebuntur.

IV. *Quid innuunt* v. 20. & 21. *Omnem escam manducabit venter, & est cibus cibo melior. Fauces contingunt cibum feræ, & cor sensatum verba mendacia*? ℞. Comparat discretionem ciborum, quam facit guttur & venter, discretioni sermonum, quam facit auris & cor, siue mens: sicut enim cibus pascit guttur & ventrem, sic sermo pascit aurem & mentem: ac sicut cibus alius salutaris est, alius noxius ventri; sic est sermo alius salutaris, alius noxius menti. Quare sicut DEus & natura dedit homini fauces & guttur, quasi prælibatores & prægustatores cibi, vt discernant cibum commodum ab incommodo & noxio, & commodum in ventrem transmittant, noxium verò respuant: sic pariter dedit DEus homini oculos & aures, quasi prægustatores sermonis lecti vel auditi, vt salutarem in mentem transmittant, noxium verò respuant. Deniq; sicut venter vltimum facit cibi examen, noxiumq;, qui ventri creat dolorem, nauseam, tormina &c. vomitioni oris, vel dejectione alui ejicit, salutarem verò amplectitur, concoquit, conseruat, & in substantiam suam conuertit, eoq; pascitur, reficitur, roboratur: sic pariter vltimum sermonis examen facit mens; quæ si sapiat, sitq; sapiens, noxium sermonem illico rejicit, salutarem verò auidè excipit, digerit, retinet, & in sui alimentum conuertit, eoq; alitur, recreatur, corroboratur ad bonum cogitandum, meditandum, volendum & opere perficiendum.

V. *Quis est sensus* v. 25. *Si est lingua curationis* (repete *si*) *est & mitigationis & misericordiæ, non est vir illius secundùm filios hominum*? ℞. Si in vxore ad speciem & pulchritudinem (de qua v. præced.) accedat lingua blanda & prudens, quæ sua discretione & gratia norit curare omnes viri & familiæ molestias, afflictiones & dolores: si insuper accedat *lingua mitigationis & misericordiæ*, quæ scil. omnes viri & familiæ iras, mœrores & acerbitates norit mitigare, & ad misericordiam, æquanimitatem benignitatemq; inflectere; tunc sanè vir, id est, maritus illius, non est similis alijs hominibus, sed omnes superat, omniumq; est fortunatissimus.

CAPUT XXXVII.

Non cum hypocritis amicis, sed cum sinceris & candidis viris consultandum.

QUæstio I. *Quis est sensus* v. 2. *Nonne tristitia inest vsq; ad mortem? sodalis autem & amicus ad inimicitiam conuertentur*? ℞. Nonne amicus solo nomine, id est, fictus & hypocrita. creat alteri mœrorem tantum, vt mortem ei afferat, vel duret vsq; ad mortem? Cùm enim videt se deceptum ab eo, cui se suaq; secreta credidit, scilicet, se ea non credidisse amico, vt putabat, sed hypocritæ & inimico, qui sub nomine amici latebat, tunc nimirum inconsolabiliter dolet & gemit vsq; ad mortem. Interim autem sodalis hic nominalis & fictus relinquens amico suo tristitiam, palàm & apertè ad inimicitiam conuertetur, quod magis tristitiam amici augebit, ac celeriorem ei mortem accerset.

II. *Quis est sensus* v. 8. *Omnis consiliarius prodit consilium, sed est consiliarius in semetipso*? ℞ Quilibet qui consulit, prodit, id est, promit, profert consilium suum, attamen non omnes dant consilium in utilitatem consulentis, sed multi in propriam: sunt enim consiliarij *in semetipso*, id est, sibi consulentes, non ei, qui petit consilium. Quare vir prudens sagaciter indaget, an consiliarius in dando consilio non spectet suam vtilitatem potiùs quàm ejus, qui petit consilium: & si id deprehendat, caueat à tali consiliario, ejusq; consilio.

III. *Quis est sensus* v. 9. *à consiliario serua animam tuam. Priùs scito, quæ sit illius necessitas: & ipse enim animo suo cogitabit*? ℞ Custodi tuam animam & mentem, ne cuiuis consiliario credas & fidas: sed priùs indaga, num sit in aliqua necessitate, qua vegeatur, & pene

coga-

cogatur magis illi, putà fibi ipfi, quàm tibi tuæq; vtilitati confulere. *Et ipfe enim animo fuo cogitabit.* q. d. Ipfe enim cogitabit, quomodo animo fuo, id eft, fibi ipfi, fui q; intentionibus confulat, aut quomodo animo fuo volenti fuæ neceffitati confulere obfequatur, & fatis faciat. Si quæras ergo, qua ratione feruabis animam tuam à confiliario, ne noxio ejus confilio capiaris; hanc accipe: antequam eum confulas, refpice, quæ fit ejus neceffitas cujufq; rei habeat indigentiam. Hanc enim ille, quem confulis, habebit præ oculis, vt tibi confilium dans, fibi confulat. Expende igitur, an ex negotio aliquid vtilitatis poffit ad eum refilire. Credendum enim eft fore, vt confilium inclinet in eam, quare caue ab eo.

IV. *Quomodo intelligendus* v. 28. *Vita viri in numero dierum: dies autem Ifraël innumerabiles funt?* ℟. Vita cujufq; hominis numerata, & definita eft, certifq; & paucis diebus à natura & à DEo circumfcripta, juxta illud pf. 89. 10, Dies annorum noftrorum 70 anni, fi autem in potentatibus, 80. At verò dies Ifraël funt indefiniti & innumeri.

V. *Quifnam hic eft Ifrael?* ℟. Certum eft per Ifraël hic non accipi Jacobum Patriarcham, qui luctatus cum Angelo eumq; vincens, ab eodem cognominatus eft *Ifrael*, id eft, Dominans DEo, id eft, Angelo, qui DEum repræfentabat, Gen. 32. 28. Nam Jacobi dies fuerunt *parui*, id eft, pauci, & *mali*, id eft, ærumnofi, vt ipfe ait Gen. 47. 9. Jacob enim vixit duntaxat 147. annis Gen, 47. 28. Igitur propriè per Ifrael accipias populum Ifrael, prognatum ex Jacob; qui alio nomine dictus eft Ifrael, vt fit fenfus. q. d. Vir quiuis paucos viuit vitæ dies, at fapiens viuit innumeros: licet enim corpore moriatur, fama tamen ejus perpetuò viuet apud populum Ifrael, id eft, fidelem: populus enim perpetuò durat: efto hic vel ille homo in populo moriatur. Nominat populum Ifrael præ cæteris, quia ille folus æuo Siracidis habebat veram fapientiam, id eft, fidem, cultum & religionem DEi, juxta illud Mofis Deut. 4. 6. *Hæc eft veftra fapientia & intellectus coram populis, ut audientes vniuerfa præcepta hæc* (legis Dei) *dicant: en populus fapiens & intelligens.*

CAPUT XXXVIII.

Commendantur medici & medicina: Luctus moderatus in funere amicorum: vfus artis fabrilis & figulinæ &c.

QUæftio I. *Cur dicitur medicum creaffe Deus* v. 1. ℟. Tum quia in genere DEus voluit effe medicos, quos ordinauit ad communem hominum vtilitatem, tum quia omnis cognitio rerum naturalium, quibus medicus vtitur, fit hominibus indita à DEo, à quo non folùm funt vires herbarum, & omnium rerum medicarum, fed etiam earum cognitio. Item in particulari Dominus creauit medicum, quia quibufdam ingerit inclinationem ad rem medicam, in qua & earum ftudia promouet, ingenia eorum illuftrando. Indicat ergo medicam fcientiam non effe contra DEum, fed effe ex DEi voluntate, inftitutione & cooperatione. *Medicum creauit Deo*

II. *Quo fenfu dicitur à Deo effe omnis medela* v. 2.? ℟. Non folùm, quòd ab eo fint & vires herbarum, per quas fit curatio, & ars ipfa medica, quæ in illarum cogitatione, debitoq; vfu fita fit, fed etiam quòd illorum effectus & operatio fit à DEo: qui nifi eis cooperetur, aut potiùs per illa operetur, nullus fequitur effectus. *Non enim qui plantat eft aliquid, neq; qui rigat, fed qui incrementum dat DEus.* 1. Cor 3. Porrò non obftat huic loco, quòd arte magica nonnumquam medela homini videatur contingere, quæ non à Deo fed à Dæmone videtur proficifci. Nam hujufmodi curatio aut fit occulta applicatione naturalium caufarum, & magis fit à DEo, quàm à Dæmone: aut fit tantùm per ceffationem à malefaciendo, & fic non eft vera medela, fed putatiua. Sapiens verò loquitur de vera curatione, quæ fola eft à DEo aut naturali virtute aut fupernaturali. *Medela omnis à Deo.*

III. *Quis eft fenfus v. 24. In requie mortui requiefcere fac memoriam illius.*? ℟. memoria defuncti viuos amicos folet magno dolore cruciare & vexare, vt nec diu nec noctu poffint quiefcere; fed tu fi fapis, fac vt hæc in te quiefcat, fedando fcil, dolorem ex morte defuncti conceptum. Sicut enim ille per mortem requiefcit à laboribus & ærumnis hujus vitæ; ita pariter dolor ex ejus morte conceptus in te conquiefcat: requieuit ille in pace, requiefcat etiam apud te memoria ejus in pace, vt fcil. non te cruciet, non affligat, fed tantùm feruetur ad hoc, vt ejus amicitiam conferues, ejufq; virtutes tibi imitandas proponas, ac pro eo ores.

IV. *Quomodo intelligendus* v. 25. *Sapientia fcribæ in tempore vacuitatis, & qui minoratur actu fapientiam percipiet?* ℟ Sapientia Doctoris S. Scripturæ, vel fapientis cujufq; in tempore otij literarij, quo ab alijs negotijs vacat, quærenda & comparanda eft; tum quia vafta eft, ideoq; exigit tempus integrum; tum quia profunda eft, ideoq; pofcit, totam mentis attentionem. Nam, vt ille ait: *Pluribus intentus, minor eft ad fingula fenfus,* præfertim, quia mens hominis valde limitata eft & angufta: tum quia fcriba, id eft Doctor vel fcriptor fapientiæ, ingentem requirit fapientiam, vt velut fol radios fapientiæ fuæ in omnes auditores vel lectores fpargat: quare totus ei intendat oportet, vnde illud; *Carmina feceffum fcribentis & otia quærunt,*

runt. Et qui minoratur actu, ſapientiam percipiet. id eſt, qui minimum habet negotiorum, quæ agat, qui in paucis actibus exterioribus ſe occupat, qui pauca habet, quæ agat, hic percipiet ſapientiam, ſi ſcil. ei vacet legendo, ſtudendo, meditando, contemplando. Alioqui ſi otioſus & deſes ſtertat, minùs percipiet ſapientiam, quàm qui multus eſt in actione, actio enim parit experientiam, experientia prudentiam.

CAPUT XXXIX.

Studioſi & ſapientis viri officium deſcribit: docetq; Deum in omnibus tum beneficentiæ tum vindictæ operibus, perpetuò laudandum, ac benedicendum.

Sapiens diriget conſilium Dei.

QUæſtio I. *Quomodo ſapiens diriget conſilium Dei v. 10.?* ℞ Diriget conſilium & dogmata ad praxim, vt ſcil. ea quæ DEus conſulit & docet, prudenter opere exequatur, & in mores conferat, ac juxta ea vitam omnem inſtituat & conformet. Rurſum per hypallagen dirigere conſilium DEi, eſt dirigere mores & vitam juxta conſilium Dei, eoſq; rectos & integros efficere. Sic Joan, Bapt. clamabat: *Dirigite viam Domini*: Joan. 1. 23. id eſt, vt Iſaias ait c. 40. 3. *Rectas facite ſemitas Dei noſtri*. Deniq; per metonymiam dirigite, rectum oſtendite, conſilium Domini. Dum enim ſapienter, rectè, & juſtè juxta DEi conſilium viuimus, re ipſa oſtendimus toti mundo conſilium DEi eſſe ſapiens, rectum & juſtum.

II. *Quos alloquitur v. 18. Quaſi Libanus odorem ſuauitatis habete?* ℞ Philoſophos vel philomuſos ſapientiæ, quos vult, vt quaſi Libanus odorem ſuauitatis habeant. Libanum accipias, vt nomen proprium arboris thuris, ſiue quæ thus profert. Sic enim τὸ Libanus accepit Siracides c. 24. 21. dicens: *& quaſi Libanus non inciſus vaporaui habitationem meam*: eò enim hìc alludit: τὸ enim *vaporaui habitationem meam*, idem, vel quaſi idem eſt, cum eo, quòd hìc ait; *odorem ſuauitatis habete*. q. d. Vos ô ſtudioſi ſapientiæ inſtar thuris vaporem ſuauem tum virtutum cæterarum, tum præſertim laudis & gratiarum actionis, vti explicat v. ſeq. expirate, & ſurſum ad DEum, quaſi thymiama DEi, illi odoratiſſimum emittite.

III. *Quid eſt: florete flores, quaſi lilium. v. 19.* ℞ Vos ô ſtudioſi ſapientiæ, & virtutis, vos ô filij ſancti producite flores virtutum, ac laudis diuinæ, vt inſtar lilij efflореſcatis candore caſtitatis & puritate vitæ, & detis odorem ac fragrantiam bonæ famæ, atq; frondeatis gratioſè per morum compoſitionem & modeſtiam, vt in ijs inſtar lilij reſplendeatis miro fulgore virtutum, ac præſertim magnanimitatis animiq; excelſi ſurſum, inſtar lilij inter proſpera & aduerſa, per fortitudinem & ſpem in DEum erecti.

Spiritus ad vindictam creati.

IV. *Qui ſunt ſpiritus, qui ad vindictum creati ſunt v. 33.?* ℞ Spiritus ſunt Angeli tum boni, qui ſunt adminiſtri diuinæ juſtitiæ, ideoq; percuſſerunt Sodomitas igne cœleſti, Ægyptios decem plagis ſub Moyſe, Aſſyrios quoq; ſub Sennacherib, Iſaiæ 37. 36. tum potiùs mali, putà dæmones: hos enim creauit, id eſt, creatos à ſe, ſed in peccatum prolapſos, deputauit, & auctorauit carnifices & lictores hominum impiorum, vt eos caſtigent & puniant, juxta illud pſ. 77. *Miſit in eos iram indignationis ſuæ; indignationem & iram, & tribulationem, immiſſiones per Angelos malos.*

CAPUT XL.

De miſerijs hujus vitæ, quæ peccatum conſecutæ ſunt.

Opes iniquorum.

QUæſtio I. *Quis eſt ſenſus v. 13. Subſtantia injuſtorum ſicut fluuius ſiccabuntur, & ſicut tonitruum magnum in pluuia perſonabunt?* ℞. Opes iniquorum affluunt inſtar torrentis ſubitò excreſcentis, ſed ſicut torrens mox vt ceſſat pluuia, detumeſcit, & ſiccatur: ſic pariter & opes iniquorum mox detumeſcunt & euaneſcunt. Rurſum, ſicut tonitru cum pluuia horrendo fragore reſonat, ſed & perſonat, id eſt, perſtrepit, & ſonando pertranſit & abit; ſic pariter opes iniquorum magnâ pompâ, ſtrepituq; famulorum, equorum, curruum, tubarum &c. reſonando pertranſeunt & dilabuntur.

Conſummatio impiorum.

II. *Quis eſt ſenſus v. 14. In aperiendo manus ſuas lætabitur: ſic præuaricatores in conſummatione tabeſcent?* ℞. Lyran. Hugo, Sà & alij planè & clarè ſic explicant, q. d. Sicut injuſtus, de quo v. præced. ad modicum tempus, quo aperit manus ſuas ad accipiendum munera, lætatur: ſic peccatores tandem *in conſummatione*, id eſt conſummatè, plenè & perfectè tabeſcent, deficient, peribunt & interibunt in æternum. Opponit enim breuem eorum lætitiam, quæ non plus durat, quàm apertio manus, longo & pleno eorum interitui. *Gaudent quippe*, ait Rabanus, ad tempus in proſperitate mundana, cùm aperiunt manus ſuas, vt rapiant aliena: ſed quia præuaricati ſunt DEi præceptum, quo ait; Non concupiſces rem proximi tui, in conſummatione tabeſcent, quando vacui bonis operibus pro peccatis ſuis demergentur *in infernum.* Totus enim hic locus pingit velocem tranſitum interitumq; abundantiæ & felicitatis impiorum.

Nepotes impiorum.

III. *Quis eſt ſenſus v. 15. Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos, & radices immundæ ſuper*

da ſuper

da super cacumen petræ sonant? ℞. Impij parentes sunt instar radicis non in terra profundè, sed in petra leuiter & tenuiter fundatæ, quæ proinde cum arbore ex se prodeunte facilè ventis agitatur, ventoq; agitata in ramis perstrepit & resonat: sed simul cum ipso sonitu conuellitur & eradicatur. Simili enim modo impij pomposè perstrepunt & resonant ad modicum tempus: sed quia radices non habent à DEO fundatas, hinc breui ab eo succidentur & euellentur cum tota sua stirpe & posteritate.

IV. *Quis est sensus* v. 16. *Super omnem aquam viriditas, & ad oram fluminis ante omne fœnum euelletur*? ℞. Subaudienda est vox comparatiua *sicut*, quam Hebræi in parabolis & similitudinibus sæpè subticent, & subaudiunt: q. d. Impiorum soboles, propago & posteritas, est sicut viriditas, id est, viride gramen, quod *super*, id est, juxta *omnem*, id est, quamlibet *aquam*, ob humoris copiam citò enascitur & germinat quidem, sed & citò ante omne aliud fœnum, id est, gramen vel herbam demetitur, vel proteritur, vel euellitur; quia situm ad oram fluminis, quam homines ambulando pedibus calcare & animalia depasci solent, vtpote locum omnibus patulum & peruium.

V. *Quæ gratia sicut paradisus in benedictionibus, & misericordia in sæculum permanet* v. 17? ℞. Per gratiam intelligitur beneficentia, tum quia gratia hîc opponitur injustitiæ impiorum, de qua v. 13. & 15. tum quia jungitur misericordiæ: posterius enim hemistichium more Hebræo explicat & perficit prius. Sensus ergo est: q. d. *Gratia*, id est benignitas, beneficentia & misericordia in indignos & pauperes, est sicut paradisus à DEO benedictus, proferens fructus optimos & immortales, qui in æternum permanent: tale enim est augmentum gratiæ, meriti & gloriæ, quod causatur à beneficentia, æquè ac bona opera, quæ à pauperibus per eleemosynam sustentatis fiunt: per omnia quo ad mercedem & meritum in æternum peramanent. Vnde Vatablus clarè vertit, *benignitas instar horti fortunati est, & beneficentia permanet in perpetuum.* Sicut enim paradisus erat locus perpetuò virens, florens & fructificans omnem fructum decore & genere: sic & misericordia in se, & suis effectibus, fructibusq; semper viret & floret.

CAPUT XLI.

Quibusnam grata vel ingrata accidat mors. Bona fama opibus præferenda. Dona DEi non occultanda, sed scelera cauenda & mali mores.

QUæstio I. *Quomodo non est in inferno accusatio vitæ* v. 7.? ℞. Vult dicere, quisq; contentus esse debet annis decem, vel mille vitæ sibi à DEO præfixis & concessis, quia in inferno nemo redarguitur, quòd decem vel centum, id est, paucos, vel multos annos vixerit, sed quòd sibi à DEO datos, siue paucos siue multos, otiosè transegerit, maleq; vixerit. Rursum nemo est in inferno, qui accusare possit breuitatem vel longitudinem vitæ, ac queri se nimis parum, vel nimis diu vixisse, aut plures annos suæ juuentuti & complexioni ex natura fuisse debitos, vt DEO condemnanti alleget & excuset breuitatem vitæ dicendo: si diu vixissem multa bona fecissem inquit Lyran. ac peccata pœnitentiâ expiassem.

II, *Quis est sensus* v. 8. *Filij abominationum sunt filij peccatorum, & qui conuersantur secus domos impiorum*? ℞. Filij peccatorum, qui scilicet vel physicè ex peccatoribus nascuntur, ab ijsq; educantur: vel moraliter ab ijs in vita & moribus efformantur, vt discipuli à magistris, subditi à Prælato, ciues à magistratu &c. hi, inquam, fiunt *filij abominationum*, id est, summè abominabiles: quia patres suos imitantur tum per se, tum instigati ab illis ipsis: Patres enim suos mores & sensus filijs instillant. Idem dicit de illis, *qui conuersantur secus domos impiorum*, id est, qui cum impijs domi & familiariter versantur: hi enim impiorum impios sermones actusq; imbibunt, qua de causa fiunt apud homines abominabiles, ideoq; infames. Hæ & similes sententiæ significant quid sæpè fiat, non quidem semper. Nam subinde mali & infames parentes bonos & gloriosos relinquunt filios; vti Achaz reliquit Ezechiam, Amon Josiam, Saul Jonatham: & vice versa boni parentes relinquunt peruersos filios; vti Dauid Absalomum, & Adoniam, Josias Joakimum, Ezechias Manassem.

Filij induunt mores parentum.

III. *Quomodo dicitur de impijs* v. 12. *Si nati fueritis, in maledictione nascemini*? ℞. Est prosopopœja. Abstrahit enim à natiuitate impiorum, loquitur impijs quasi nondum natis, quos scilicet DEus præuidit malè acturos, foreq; impios q. d. Væ vobis impij impiorum filij, quos DEus præuidit impios parentum mores imitaturos, ac derelicturos legem suam. Misera est vestra sors & conditio: nam si nascamini (vti re ipsa nascemini) ad maledictionem nascemini, (quam scil. vestris sceleribus, quæ patrabitis, vobis accersetis) quia à parentibus educabimini in peccatis, viuetisq; sceleratè, ob quæ DEus vobis maledicet; sin moriamini, ad maledictionem æternam, putà ad gehennam, transmittemini, vt pars & sors vestra sit cum damnatis, à DEO maledictis per omnem æternitatem.

IV. *Quo sensu dicitur* v. 25. *Erubescite de veritate DEi & testamento*? ℞. Palacius hæc refert ad sequens *de discubitu in panibus*. Erubescite, inquit, à veritate DEi, & testamento ejus;

ne dis-

ne discumbatis in panibus in cultum idolorum. Certum enim est olim idololatras habuisse vsum comedendi idolothyta in deorum suorum cultum; juxta illud Exod. 32 *Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.* Imò & fideles in veri DEI latriam comedebant, juxta illud Deut. 16. *Epulaberis coram Domino tu, & filius tuus.* Erubescite igitur discumbere ad comedendum coram falsis Dijs; cùm veritas DEI & testamentum, quod cum ipso pepigistis, id vobis prohibeat. Unus est verus DEus: ergo vnum illum adorabis: rursùm fœdus cum vnico DEO pepigisti, cur fœdere violato Deos falsos adoras.

CAPUT XLII.

Pudeat reuelare secreta aliena. Non pudeat pietatis, aut justitiæ, aut reliquarum virtutum. Inuigiletur custodiæ Virginum. Caueatur à consortio mulierum. Laudetur omniscientia DEI.

Clausara fœmina.

QUæstio I. *Quis est sensus v. 6. Super mulierem nequam bonum est signum?* ℟. Græcè habetur, *sigillum*, sera, clausura, q. d. si vxorem vel filiam nactus es prauam & peruersam, non pudeat te illi custodiam exactam adhibere; imò si opus sit, eam concludere, & seris obserare; ne libidini habenas laxet, aliúdue scelus perpetret, quod longè majorem pudorem & ignominiam tibi pariet, quàm ejus clausura. Major ergo pudor minori propulsandus est.

II. *Quid innuit v. 9 Filia Patris abscondita est vigilia?* ℟. Filia patri suo affert occultam vigiliam, hoc est, clàm oportet Patrem invigilare in statum & mores filiæ; adeoq; hæc vigilia, vigilantiq; & perpes sollicitudo, vt congrua ætate nuptui tradatur, nec à quopiam juuene decipiatur, vel praui quid hauriat & addiscat, patrem ita coquit & affligit, vt sæpè noctu ei somnum adimat.

Mulier benefaciens.

III. *Quomodo melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens v. 14.?* ℟. Magis tibi proderit, minùs nocebit injusta vexatio per virum illata, quàm blanditiæ mulieris tibi benefacientis. Vir enim vexando te, tuam exercebit patientiam, & multarum virtutum materiam objiciet, sed periculo castitatis amittendæ vel famæ non te exponet. Mulier verò munusculis suis, & osculis tibi blandiendo, venenum libidinis & ignem concupiscentiæ in te succendet, atq; ita *confundet in opprobrium*, id est, præcipitabit in pudendam infamiam fornicationis vel adulterij.

Signum aui.

IV. *Quodnam est signum avi quod inspicit DEus. v. 19.?* ℟ Nouit DEus quo signo, vel quibus signis præuijs sæcula & tempora, resq; omnes in ijs commutentur, mutent vices, vnaq; alteri succedat. DEus enim suauiter sæculorum seriem disponens, & connectens, statuit quædam signa sibi cognita, nobis autem incognita, quæ futuras rerum mutationes indicent, ad easq; disponant & præparent v. g. Statuit DEus, vt tali sæculo, post tot annorum, centurias vel millia veniret Christus, ac postea Antichristus. Designauit enim ipse ad hoc præcisè sæculum, imò annum, mensem & diem, quo id futurum esset, Ex anno ergo & sæculo à se designato, quasi ex signo à se præstituto, cognoscit DEus, quo tempore Christus veniret, & quo venturus sit Antichristus. Sic in translationibus regnorum & Monarchiarum DEus statuit cuiq; certam temporis & annorum mensuram, siue periodum, ex qua quasi ex signo cognoscit, quando translatio sit futura.

CAPUT XLIII.

Laudat diuinam Magnificentiam ex ornatu cœlorum, solis, lunæ, stellarum, iridis &c. ex niuibus, grandine, nubibus, fulgure, tonitru, ventis, pruina, glacie, mari, insulis &c.

QUæstio I. *Quid sol in aspectu annuntians in exitu v. 2.?* ℟ Sol aspectum, id est, lucem, auroram & diem, hoc est, tempus operandi, annuntiat in exitu, id est, in egressu & ortu suo. ita Vatablus, *sol*, inquit, *lucem enuntians cùm emergit.* Aut, quod in idem incidit, q. d. *solem aspectu suo*, id est, in ortu suo, quo incipit sua luce aspicere terram, *annuntiat in exitu*, id est, exitum vel egressum, & ortum suum, putà auroram. Tunc enim sol auricomus exoriens, & instar sponsi decorè procedens, ostendendo suam speciem, quasi salutat omnes homines, eisq; bene precatur.

II. *Quomodo luna signum diei festi, & luminare, quod minuitur in consummatione v. 7.* ℟. A Luna Judæi accipiunt signum & indicium diei festi. Nam festum Neomeniæ, id est, nouæ lunæ, incidebat in Nouilunium, festum verò Paschæ, à quo cætera computabantur, incidebat in plenilunium, putà in 15. Lunam, siue 15. diem mensis primi Nisan. Lunam vocat luminare, quod minuitur in consummatione, id est, in perfectione, putà in plenilunio: eo enim peracto luna mox minuitur, corniculatur & decrescit, cùm sol semper idem plenusq; in suo orbe permaneat.

III.

III. *Quis est sensus* v. 17. *In conspectu ejus commouebuntur montes: & in voluntate ejus aspirabit Notus?* ℟ Cùm DEus irato vel potenti & efficaci vultu aspexerit terram & montes, qui tantæ tamq; graui mole consistunt; solo aspectu nutuq; illos concutiet, & terræ motum inducet juxta illud psalmi 103. *qui respicit terram, & facit eam tremere.* Ac rursum, cùm voluerit blandiri terræ, & hominibus, *in voluntate ejus aspirabit Notus*, id est Auster. Est igitur instar pauidi serui, qui tremit, si iratior eum aspexerit herus, ait Palacius.

IV. *Quis est sensus* v. 19. Sicut auis deponens ad sedendum, aspergit niuem? ℟ DEus, inquit Palacius, aspergit niuem super terram, velut si gallinam super oua collocaret, vt enim auis suo calore oua fœcundat; ita nix suo in terram casu eam fouet, & fœcundam reddit: is enim annus felix est, qui niuosus est; scil. niue terram fœcundante. Et descensus ejus est sicut locusta descendens, nam flocci niuis cadentes assimilantur locustis è sublimi in terram venientibus.

V. *Quomodo pulchritudinem candoris niuis admirabitur oculus, & super imbrem ejus expauescet cor* v. 20.? ℟ Nix adeo candida est, vt fulgeat & splendeat, ac suo candore & splendore oculos intuentium hebetet & obtundat. Per imbrem figuratè accipe copiam niuis: nix enim copiosè quasi imber descendit & depluit. Aut imbrem vocat aquam, in quam liquatur & resoluitur nix, quæ tanta est, vt illico ingentes faciat torrentes, flumina duplicet, imò triplicet; adeo vt exundent, & campos, segetes, domos, armenta abripiant & obruant, quare meritò hunc niuium imbrem expauescunt corda hominum.

CAPUT XLIV.

In genere laudantur Sancti Patriarchæ, Prophetæ & pij reges, per quos magna & mirabilia gessit Deus. In specie verò commendantur Henoch, Nöe, Abraham, Isaac, ac Jacob.

QUæstio I. *Quos impios perstringit Siracides* v. 9. *Et sunt quorum non est memoria, perierunt quasi non fuerint &c.*? ℟ Palacius censet hunc versum pertinere ad natos siue filios Patriarcharum. Horum enim filiorum duo genera assignat; vnum piorum, ideoq; illustrium; alterum impiorum, ideoq; obliuione sepultorum. Ne quis enim objiciat, Patriarchas habuisse etiam filios peruersos, ideoq; ignobiles, qui nomen parentum non tam honorarunt, quàm dehonestarunt; id præoccupat dicens, id verum esse, sed tamen filios cum suis planè interijsse, ideoq; eo statu esse, quasi non fuissent. Unde quasi non existentes, imò quasi qui numquam in rerum natura fuerint, computari; qui proinde patrum & filiorum patres sequentium, gloriam obscurare non possint. Sensus ergo & Antithesis hujus versus & præcedentis est, q. d. Ex illis viris gloriosis nati sunt filij digni, quorum nomina & laudes narrentur: nati sunt alij filij indigni memoriâ, qui perierunt, ac si non fuissent; non ipsi solùm, sed & eorum filij.

II. *Qui vocantur viri misericordiæ* v. 10? ℟ Viri misericordiæ non tam vocantur passiuè, qui misericordiam à DEo consecuti sunt (vt vult Rabanus) quàm actiuè scilicet viri planè misericordes, adeo vt ex misericordia quasi matre geniti, ex eaq; toti conflati videantur, qualis fuit Job dicens c. 31. 18. *Ab infantia creuit mecum miseratio, & de vtero matris meæ egressa est mecum.* *Viri misericordiæ.*

III. *Qui filij vsq; in æternum manent* v. 13.? ℟ Filij non tam carnales, putà Judæi: licet enim hi tempore Siracidis essent fideles, ideoq; gloriosi; jam tamen sunt infideles, ideoq; inglorij, degeneres, viles, abjecti & infames ob occisum Christum: quàm spirituales, putà fideles tam ex gentibus, quàm ex Judæis, qui fidem & religionem Abrahæ & Patriarcharum sequuntur. Hi enim in æternum permanebunt tum in cœlis per felicitatem, tum in terra per continuam fidelium propagationem & successionem. *Filij in æternum manent.*

IV. *Quis est paradisus, in quem translatus est Henoch* v. 16.? ℟ Paradisum hunc esse in terra, ac videri terrestrem illum, in quo primitus à DEo collocatus fuit Adam. Probatur id imò quia hunc in scriptura significat communiter nomen *paradisus*, cùm simpliciter nominatur, nam aliàs aliquid additur, quo determinatur ad aliquid aliud. 2dò quia Elias & Henoch non sunt in cœlo, cùm necdum sint mortui, multò minùs beati: non etiam sunt in inferno, quia ille est carcer & gehenna, non paradisus, ergo sunt in terra. Si in terra, ergo sunt in paradiso terrestri, cùm nullus sit locus melior & dignior eorum raptu & felici vita, tum ob loci puritatem & amœnitatem, tum ob aëris temperiem & benignitatem. 3tiò quia eò raptum esse Henoch, ac deinde Eliam disertè docent plurimi Patrum & Doctorum. *Henoch in paradisum translatus.*

V. *Quomodo Henoch potuit degere in Paradiso, cùm hic post Henoch tempore Nöe fuerit aquis obrutus & amœnitas ejus deperierit?* ℟ Plurimi negant obrutum fuisse, alij in totum, alij ex parte. Quid enim vetat dicere, DEum partem aliquam paradisi à diluuio intactam seruasse, vt in eo seruaret Henoch, qui vti à culpa erat immunis, sic congruebat, vt esset & à pœna diluuij? sed esto totus paradisus cataclysmo fuerit obrutus, is tamen aquis mox subsidentibus

tibus rursum emersit, cui proinde cum amœnitate suum ciuem Henoch, in aëra tempore diluuij sublatum, restituit DEus. Hominis enim terreni locus est terra, non àër: in terra autem Henocho jam in gratia per raptum confirmato, & æternitatis candidato congruentior non erat locus, quàm Paradisus,

VI. *Quis est sensus* v 8. *Ideo dimissum est reliquum terræ, cùm factum est diluuium?* ℟ Reliquum substantiuè hîc accipitur, idem enim est, quod reliquiæ, q. d. Ob Nòé sanctitatem, qua DEum iratum reconciliauit terræ & humano generi, dimisit DEus illi aliquid reliqui, id est, aliquas reliquias hominum ad terram incolendam & colendam, atq; ad propagandum genus humanum, ne illud interiret, scilicet Nòé cum filijs. Nam vt ait S. Petrus 1. ep. c. 3. 20. In arca *octo animæ saluæ factæ sunt.*

CAPUT XLV.

Laudat Moysen, Aaronem & Phinees.

QUæstio I. *Quo sensu dicitur de Moyse* v. 3. *Jussit illi coram omni populo?* ℟. In præsentia populi, totoq; populo spectante, DEus loquens cum Moyse dedit illi jussa & mandata perferenda ad populum. Id fecit DEus cùm in Sina dedit Mosi tabulas lapideas Decalogi, cæteraq; præcepta cæremonialia & judicialia: deinde cùm ad ostium tabernaculi de more cum Moyse colloquens in oculis populi, ei significabat, quid tam ab ipso, quàm populo fieri vellet. Exod. 20. & seq. Leu. 1. 1. & alibi sæpè.

Aaronis sacrificia consumpta igne.

II. *Quomodo sacrificia* Aaronis *consumpta sunt igne quotidie* v. 17.? ℟ Aaron consecratus Pontifex à Mose illicò primum sacrificium obtulit, eoq; quasi primitias suas celebrauit, quas vt DEus probaret, igne cælitus demisso victimas ejus consumpsit, Leu. 9. 23. *Apparuitq;*, inquit, *gloria Domini omni multitudini, & ecce egressus ignis à Domino deuorauit holocausta;* atq; hic ignis cœlestis jussu Dei alitus in tabernaculo deinceps cæteras posterorum omnium victimas absumpsit, quem quia non adhibuerunt Nadab & Abiu, sed communi igne thurificarunt, hinc igne diuino combusti sunt Leu. 10. 2. Porrò quod ait *quotidie*, accipe de sacrificio jugi, putà duobus agnis quorum unus manè, alter vespere quotidie DEo in holocaustum offerebatur. Exod. 29 38.

III. *Quid est implere manus* v. 18.? ℟. Idem est, quod consecrare, q. d. Moses consecrauit manus Aaronis, implendo illas tum oleo, quo eas consecrando perungebat, tum muneribus & victimis, quas ipse initiandus & consecrandus pro sua consecratione DEO offerret. Leu. 8.

IV. *Quomodo intelligendus* v. 20. *Ipsum elegit ab omni viuente, offerre sacrificium DEO, incensum, & bonum odorem, in memoriam placare pro populo suo?* ℟. DEUS singulari gratia non tam gratum faciente, quàm gratis data, ex tot millibus Hebræorum vnum elegit Aaronem in Sacerdotem & Pontificem, qui vel per se, vel per filios suos sacerdotes, offerrret DEO sacrificium carneum in altari holocaustorum, & thymiama suaueolens in altari thymiamatis, idq; primò in honorem DEi, vt scil. homines optima, quæ habent, offerrent DEO: alioqui DEus vti carnibus non pascitur, ita nec bonis odoribus in se delectatur, imò nec odoratum, aut nares habet, quibus eos odoretur. 2dò *in memoriam*, vt scil. memorem quasi faceret DEum populi sui, *& placare*, id est, ad placandum ipsum, vt nimirum DEus iratus reconciliaretur populo, aut non iratus propensior & fauentior fieret populo, non quòd victimæ legis veteris id facerent per se, & ex opere operato, vti facit sacrificium & sacramentum legis nouæ, sed quòd id præstarent ex opere operantis, putà ex deuotione Sacerdotum victimas sacrificantium, & laicorum easdem offerentium.

Phinees tertius in gloria.

V. *Quomodo explicandus* v. 28. *Phinees tertius in gloria est &c.*? ℟. In tribu Leui sacerdotali, post Mosen & Aaronem, tertius in gloria factorum illustris est Phinees, quia ipse imitatus est Moysis zelum in timore, id est, cultu veri DEi, tuendo & propugnando, dum in *reuerentia*, id est, in ignominia publica fornicationis & idololatriæ Hebræorum ipse fortis & alacriter insilijt in reum sceleris, eumq; occidit, itaq; turbam reliquam à scelere compescuit, quo facto tam heroico mirificè *placuit DEO pro Israël.* Græcè placauit DEum pro Israel. Ita enim placuit DEO hic zelus Phinees, vt eum populum idololatrantem perdere volentem placarit, & exorarit, ejusq; vindictam & plagam stiterit. Num. 25.

VI. *Quis est sensus* v. 30. *Ideo statuit illi testamentum pacis, principem sanctorum, vt sit illi & semini ejus sacerdotij dignitas in æternum?* ℟. Testamentum pacis vocat pactum pacificum & prosperum afferens pacem & prosperitatem, vt scil. Phinees pacificè & prosperè præesset Israëlitis, quasi diuinus Pontifex. Vnde statuit eum Principem Sanctorum, vt scil. quasi princeps præsideret Sanctis, tum personis, tum Leuitis & Sacerdotibus; tum vasis & locis, putà tabernaculo in sancto, & sancto Sanctorum, imò statuit vt sacerdotij, id est, Pontificatûs dignitas in ejus familia permaneret in æternum, tamdiu scil. quamdiu duratura erat lex vetus & Judaismus. Esto enim Pontificatus post Phinees fuerit translatus ad Heli, qui descendebat ex Ithamar, non ex Eleazar & Phinees, tamen id modico fuit tempore: nam mox à Salomone pontificatus restitutus fuit Sadoc, qui descendebat ex Phinees, ac deinceps in ejus familia semper mansit.

Vnde

Vnde Machabæi, qui fuerunt Pontifices, Phinees vocant Patrem suum. 1. Mach. 2. 54. *Phinees*, inquit Mathatias, pater Judæ Machabæi & fratrum ejus, *pater noster zelando zelum DEi accepit testamentum sacerdotij*. Vide dicta Num. 25. 13.

CAPUT XLVI.

Laudatur Josue, Caleb, & pij judices, vsq; ad Samuelem Prophetam.

QUæstio I. *Quomodo Josue dicitur successor Moysi in prophetis* v. 1.? ℟. Græcè habetur in prophetijs. q. d. Josue non tantùm tamquam Dux, sed & tamquam propheta successit Moysi pariter prophetæ, vt regeret populum non tam humanâ prudentiâ, quàm diuinâ: nam in dubijs rebusq; omnibus consulebat DEum, quid facto esset opus; itaq; à DEO per omnia dirigebatur, vt suauiter & fortiter regeret populum, eumq; victorem Chananæorum efficeret. Vnde Num. 27. 18. Moyses moriturus imponens Josue manus, eum jussu DEi auctorauit, & quasi consecrauit suum successorem, ducemq; populi: addiditq;: *Pro hoc si quid agendum erit, Eleazar Sacerdos consulet Dominum*. Sed & ipse Josue sæpiùs cum DEO collocutus ab eodem instructus & directus fuit, vt patet Josue c. 1. 2. & seq. *Josue Successor Moysi.*

II. *Quid est, ossa eorum pullulent de loco suo* v. 14.? ℟. Ossium, id est, sepulchri eorum, & consequenter ipsorummet, virens semper & florida sit memoria, vt illorum fama jugiter rediuiua conseruetur & augeatur. Est metonymia & metalepsis: Ex ossibus enim intelligitur sepulchrum, ex sepulchro memoria, ex memoria fama & gloria Judicum Illustrium. Rursum *pullulare* sumitur pro reuirescere, & semper vigere.

III. *Quomodo Samuel, renouauit imperium* v. 16.? ℟. De nouo instituit imperium, dum regimen & imperium Judicum transtulit in regium; erigendo enim regiam potestatem nouum instituit regimen, quo renouauit, roborauit & amplificauit imperium Israëlis: validius enim est, regimen & imperium regni siue monarchiæ, quàm sit Judicum & aristocratiæ. Samuel ergo regimen gentis per Judices aristocraticum in melius, putà in monarchicum transmutauit: fecit enim vt politia Judæorum judiciaria fieret regia.

IV. *Quid indicat* v. 22. *Et ante tempus finis vitæ suæ, & sæculi, testimonium præbuit in conspectu Domini, & Christi, pecunias & vsq; ad calceamenta ab omni carne non accepit, & non accusauit illum homo?* ℟. Samuel antequam finiret vitam, & sæculum, siue antequam è vita & sæculo hoc decederet ac moreretur; contestatus est totum populum, omnesq; in testes vocauit suæ innocentiæ & integritatis in conspectu DEi, quem adorauerant, & cui sacrificarant nouo rege creato in Galgala, vt à DEO felicia regni ejus auspicia deposcerent, *& in conspectu Christi*, id est regis Saulis, quem chrismate in regem inunxerat Samuel, contestatus, inquam, est, quòd ipse toto tempore, quo fuit judex Israel, *pecunias & vsq; ad calceamenta*, id est, nihil prorsus, ne vile quidem & minimum (tales enim erant calcei, præsertim Palæstinorum, quorum calcei erant sandalia, siue soleæ infernè duntaxat pedem tegentes, supernè verò ligulis pedi adstricti) ab omni carne, id est, ab vllo homine, non accepit. Quod adeò verum fuit, vt in toto populo nullus esset, qui eum de hac aliáue re accusare posset, aut auderet.

V. *Quomodo Samuel exaltauit vocem de terra in prophetia. Delere impietatem gentis* v 23? ℟. Cùm Saul cinctus ab hostibus adiret pythonissam, peteretq; ab eo suscitari Samuelem, vt ab eo sciscitaretur, quid facto opus; Samuel apparuit Sauli, illiq; interitum & toti genti cladem, ob impiam vitam prænuntiauit, quæ & paulò pòst ad verbum contigêre.

VI. *An verus fuit Samuel, qui apparuit Sauli, an phantasticus*, siue, an verè apparuit anima Samuelis, an ejus larua per illusionem Dæmonis? Pro responsione vide dicta 1. Reg. 28.

CAPUT XLVII.

Laudatur propheta Nathan, rex Dauid, & prior ætas Salomonis: vituperatur ejus senectus, Roboami stultitia, & Jeroboami idololatria.

QUæstio I. *Quis est sensus* v. 2. ET QUASI ADEPS SEPARATUS A CARNE, SIC DAUID A FILIIS ISRAEL? ℟. Sicut adeps è victimis pacificis per sacerdotem separabatur à carne, vt DEO adoleretur: ita Dauid ex vniuersis Israelitis à DEO selectus & electus fuit: in hostia enim salutari siue pacifica, solus totusq; adeps cedebat & cremebatur DEO, reliqua caro cedebat partim sacerdotibus, partim offerentibus.

II. *Quomodo Dauid dedit in celebrationibus decus & ornauit tempora vsq; ad consummationem vitæ* v 12.? ℟. Dauid celebritatibus & festis addidit decus, dum statuit, vt in ijs Leuitæ psalmos DEO alternis in modum choris concinerent, dumq; ijs addidit cantores eximios, qui eosdem voce æquè ac organis, cymbalis, cæterisq; instrumentis musicis decorâ harmoniâ personarent, vti nunc videmus festorum decus esse insignem musicam & organa. Atq; hac ratione tempora festorum, ornauit, quamdiu vixit, putà vsq; ad mortem sanciendo, vt Leuitæ & canto-

cantores laudarent nomen ſanctum Domini & *amplificarent*, id eſt, canendo celebrarent, magnificarent & exaltarent.

III. *Quomodo Salomon dereliquit poſt ſe de ſemine ſuo gentis ſtultitiam* v. 27.? ℞. Magna fuit ſtultitia Roboami, vt cùm inaugurandus eſſet rex, ac ad feliciter inchoandum regnum deberet benignitate & clementia ſibi conciliare animos populi, ipſe ſua duritia & inclementia eumdem prorſus à ſe auerteret, adeo vt decem tribus abalienatæ nouum regem ſibi conſtituerint Jeroboam, ſed audi ſtultitiam Roboami omiſſâ ſententiâ ſenum, juuenum ſtultorum conſilium populo inſultantis: *Pater meus aggrauauit jugum veſtrum, ego autem addam jugo veſtro: Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cadam vos ſcorpionibus*, 3. Reg. 12. Quæ major ſtultitia? quæ major barbaries?

IV. *Quæ fuit defenſio, quæ ſtitit nequitias Iſraelis* v. 13.? ℞. Defenſio hæc fuit vltio, ſeu captiuitas Aſſyriaca & Babylonica. Senſus ergo eſt, ait Janſenius, Iſràël à Jeroboam malè edoctus, *quæſiuit omnes nequitias*, hoc eſt, ſtudioſè quaſuis peregit, donec à DEO eorum nequitijs prouocato, nec ampliùs ferre volente, perueniret ſuper illos DEi vindicta, qua DEus defendit ſe, & ſe vltus eſt de injuria ſibi ab eis illata, quæ defenſio & vltio liberauit eos ab omnibus peccatis: hoc eſt, finem impoſuit eis peccandi, vt ampliùs in ſua terra DEum ſuis peccatis prouocare non poſſent, quæ tam ſtudioſè ibi ſectati ſunt & exquiſiuerunt. Verùm quia hæc non fuit tam liberatio, quàm punitio & perditio Iſraelitarum, hinc τὸ liberauit ſic meliùs exponas, q. d. DEus Judæos (quibus multi ex 10. tribubus commiſti fuêre) vlciſcens, puniensq; captiuitate Babylonica, liberauit eos ab omnibus peccatis; tum, quia abſtulit eis idola, aurum & argentum, quæ eis fuerant occaſio idololatriæ, gulæ, luxuriæ, aliorumq; ſcelerum, tum, quia Judæi videntes ſe à DEO puniri & transferri in Babylonem, ad mentem & ad DEum redierunt, ſupplicesq; peccatorum veniam & opem poſtulârunt, adeoq; DEi vltione moniti reſipuerunt, vt, cùm antea ad idola eſſent proniſſimi, poſt captiuitatem tamen Babylonicam planè mentem mutarint, nec deinceps idola vlla coluerint, ſaltem publicè & communi conſenſu.

CAPUT XLVIII.

Laudantur Elias, Eliſæus, Iſaias & Rex Ezechias.

Eliæ zelus

QUæſtio I *Quis eſt ſenſus* v. 1. SURREXIT ELIAS PROPHETA QUASI IGNIS ET VERBUM IPSIUS QUASI FACULA? ℞. DEus excitauit Eliam, qui zelo DEi veræq; religionis in corde ardebat quaſi igne, ideoq; verbum oris ipſius ex corde igneo promanans, erat quaſi fax ardens & incendens auditores, obedientes quidem charitate & amore DEi, inobedientes verò igne cœleſti conſumens. Zelus enim Eliæ plures idololatras occidit quàm conuertit: occidit enim 850. ariolos, magos & pſeudoprophetas, longè plures occidit fame triennali. Fuit enim in Elia magis zelus juſtitiæ & vindictæ ad perdendos impios, quàm clementiæ & charitatis ad eos conuertendos: hic enim ſeruabatur Chriſto & Apoſtolis in lege gratiæ. Unde cùm Joannes & Jacobus inſtar Eliæ vellent Samaritas, eò quòd nollent Chriſtum recipere, perdere igne, ac dicerent Chriſto: *Domine, vis dicimus, vt ignis deſcendat de cœlo & conſumat illos?* Chriſtus increpauit illos, dicens: Neſcitis cujus ſpiritus eſtis. Filius hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare Luc. 9. v. 54.

II. *Quando Elias dejecit de cœlo ignem ter* v. 3.? ℞. Bis in duos quinquagenarios, quos ſubmiſerat Ochozias, vt Eliam caperent, & ad ſe perducerent 4. Reg. 1. & tertiò quando certauit contra prophetas Baal: igne enim cœlitus in vindictam ſuam deuocato, & delapſo eos vicit, itaq; veri DEi metum & cultum demonſtrauit, ac prophetas Baal occidit. 3. Reg. 18. 38.

III. *Quos reges vnxit Elias ad pœnitentiam, & quos prophetas ſucceſſores poſt ſe.* v. 8.? ℞. Juſſu DEi vnxit Hazael in regem Syriæ, & Jehu in regem Iſrael *ad pœnitentiam*, id eſt, ad pœnam & vindictam idololatrarum, vt ſcil. illi punirent & occiderent cultores Baal & Jezabelem. *Prophetas facis ſucceſſores*, eſt enallage numeri, prophetas id eſt prophetam: vnum enim Eliſæum in prophetam vnxit Elias, itaq; eum ſibi ſucceſſorem deſignauit 3. Reg. 19. 19. Sed vnus Eliſæus fuit inſtar multorum.

IV. *Quomodo Hazael & Jehu dicuntur vncti ab Elia, cùm eos in reges vnxerit Eliſæus*? ℞. imò quia Elias juſſit Eliſæo, vt eos in reges vngeret, quod enim quis per alium facit, per ſe facere videtur, vt habet regula Juris. 2dò videtur etiam Elias eos vnxiſſe per ſe: id enim ei diſertè juſſit DEus. 3. Reg. 19. 15. cui paruiſſe Eliam non eſt dubium, ita vt Eliſæus ſecundò eos vnxerit, & Eliæ vnctionem confirmarit. Sic & Saul ac Dauid ſecundò vncti ſunt in Reges, vt patet 1. Reg. 10. 1. juncto cum 1. Reg. 11. v. 14. & 15. & 1. Reg. 16. v. 13. juncto cum 2. Reg. 5. 3.

V. *Quæ ſunt judicia temporum quibus ſcriptus eſt Elias lenire iracundiam DEi &c.* v. 10.? ℞. Judicia temporum ſunt definitiones temporum à DEo rebus futuris decretæ & quaſi adjudicatæ, putà ſtatuta à DEo Eliæ & cuilibet homini reiq; tempora. Decreuit enim DEus juſto ſuo ſapientiq; judicio, vt poſt tot millia annorum tali tempore, tali anno, menſe & die redeat Elias ad certandum pro Chriſto contra Antichriſtum.

VI. *Quo-*

VI. *Quomodo Elisæi corpus mortuum prophetauit* v. 14.? ℞ Egit personam prophetæ seu viri sancti & mirabilis: nempe suscitando cadauer 4. Reg. 13. v 21 quod in sepulchrum Elisæi projectum, dum sacra ejus ossa tetigisset, diuina virtute reuixit. Prophetare propriè est futura prædicere ex instinctu & reuelatione DEi; sed quia Prophetæ, qui futura prædicebant, erant viri sancti & zelosi, multaq; alia faciebant ad DEi gloriam, hinc per catechresim primò sumitur pro docere vel prædicare & exhortari ad pietatem. Sic 1. Cor. 14. sæpe Apostolus doctores vocat Prophetas: Prophetæ enim docebant, prædicabant, & hortabantur populum ad verum DEi cultum. 2dò sumitur pro psallere & DEo laudes canere, hoc enim faciebant prophetæ. Sic Asaph & Heman dicuntur prophetare, id est psallere in citharis, psalterijs & cymbalis 1. Paral. 25. 1. Sic & Saul inter prophetas DEi laudes canentes prophetauit, id est correptus DEi spiritu laudes DEo cecinit, Unde prouerbium: *Num & Saul inter prophetas*. 1. Reg. 19. 3tiò sumitur pro miracula facere: hæc enim patrabant prophetæ, vtpote viri sancti & diuini. 4tò sumitur pro prophetiam confirmare. Sic dicuntur ossa Joseph prophetasse c. seq. v. 18. Hîc duobus vltimis modis sumitur: Elisæus enim mortuus prophetauit, id est, miraculum patravit, putà suscitauit mortuum, eoq; confirmauit suam prophetiam, id est, suam prædicationem de vero DEi cultu contra idololatras, æquè ac suam sanctitatem.

Corpus mortuum propheta vit.

CAPUT XLIX.

Laudatur Josias, Jeremias, Ezechiel & 12 Prophetæ minores, (sub quibus comprehendit etiam Danielem) item Zorobabel, Jesus Sacerdos, Nehemias: Henoch, Joseph, Seth, Sem & Adam.

Quæstio I; *Quis est sensus* v. 1. *Memoria Josiæ in compositionem odoris facta opus pigmentarij*? ℞ Memoria Josiæ est instar compositionis odoriferæ (qua scil. res odoriferæ apta proportione inter se commiscentur, & componuntur, vt fiat quid mistum valde odoratum & suauissimè redolens) *facta*, id est, confecta, vel *opus pigmentarij*, hoc est, suavissima & gratissima tam Angelis, quàm hominibus, præsertim Judæis, est ejus memoria. Sicut enim pigmentarius siue aromatarius ex congrua commistione & compositione aromatum conficit compositum quoddam mirè odoriferum: sic pariter memoria Josiæ ex varijs ejus virtutibus & præclarè factis composita & conflata efficit famam ejus mirè fragrantem, suauem & jucundam omnibus posteris.

II. *Quomodo dicitur* v. 5. *Præter Dauid & Ezechiam & Josiam omnes* (reges Juda) *peccatum commiserunt*? ℞ Per peccatum non quodlibet (sic enim peccauit & Dauid homicidio & adulterio) sed antonomasticè idololatriam & superstitionem intelligit. Hoc est enim peccatum peccatorum, quod secum cætera omnia adducit: idololatra enim est apostata, qui perfidè à DEo ad idolum, id est, ad dæmonem, desciscit. Peccatum ergo intellige idololatriæ vel cultæ, vel non omnino sublatæ.

III. *Quomodo hæc vera sunt, cùm etiam Rex Asa & Josaphat fuerint viri DEi cultores, & osores idolorum*? ℞ Hoc verum est, sed tamen peccanit vterq; peccato idololatriæ vicino & annexo. Nam nec Asa, nec Josaphat *abstulit excelsa*, scil. templa & altaria erecta in montibus, locisq; excelsis, quæ DEus vetuerat. 3. Reg. 15. 14. & 3. Reg. 22. 44. Insuper cum Idololatris regibus Israel, Achab, Ochozia & Joram amicitias & connubia junxit, itaq; eorum idololatriam indirectè fouit & roborauit, quam ob causam semel & iterum acriter reprehensus fuit à Propheta submisso à Deo. 2. Paral. c, 19. 2. Impio, inquit, præbes auxilium, & his, qui oderunt Dominum, amicitiâ jungeris, & idcirco iram quidem Domini merebaris; sed bona opera inuenta sunt in te. &c. & c. 20. 37.

IV. *Quo sensu ciuitas Jerusalem incensa est in manu Jeremiæ* v. 8.? ℞ In manu Jeremiæ, id est, prout per Jeremiam fuerat prophetatum & comminatum, siue juxta vaticinium Jeremiæ, vt vertit Vatablus. Est Hebraismus, manus enim quia instrumentum est omnium operum, hinc Hebræis significat causam instrumentalem, idemq; valet, quod *per: in manu* ergo *Jeremiæ*, idem est, quod per operam, & os Jeremiæ, siue per Jeremiam prophetatum, q. d. juxta Prophetiam Jeremiæ.

V. *Quomodo ossa Joseph post mortem prophetauerunt* v. 18.? ℞ Prophetiam, quam Joseph viuens de exitu Hebræorum ex Ægypto cum ossibus suis ediderat, hanc post 144 annos (tot enim anni fluxêre à morte Joseph vsq; ad exitum Hebræorum ex Ægypto) ossa ejus confirmarunt. Quando enim cum castris, & per castra Hebræorum ex Ægypto in terram promissam efferebantur ossa Joseph, hoc ipso eadem tacitè testabantur, & muta voce loquebantur, pristinam ejus prophetiam de hoc exitu cum ossibus suis fuisse esseq; veram eamq; quasi apposito certo euentûs sigillo obsignabant & confirmabant. Vide c. 48. v. 14.

L

Commendatur Simon Oniæ primi filius, summus Judæorum Pontifex. Reprehenduntur Samaritani, Philisthini & Sichimitæ.

QUæstio I. *Quis hic Simon, & cujus Oniæ filius, cùm in serie Pontificum plures fuerint Simones, & Oniæ?* ℞. Non potest alius esse, quàm primus Simon primi Oniæ filius Josepho & Eusebio dictus *justus*. Et patet, quia cùm Siracides junior hujus libri interpres vixerit tempore Ptolemæi Euergetis, vt ipsemet affirmat in Prologo Ecclesiastici; sequitur avum ejus, qui author est hujus libri, & encomiastes Simonis, si non ante, saltem vixisse sub tempora Ptolemæi Philadelphi prædecessoris Euergetis, & sub tempora Eleazari Pontificis, fratris Simonis istius primi, quorum temporibus LXX. interpretes (è quorum numero vnus fuisse putatur noster auctor hujus libri, inquit S. Isidorus) Biblia ex Hebræo in Græcum transtulerunt. Ergo ætate nostri auctoris Ecclesiastici necdum Pontifex creatus, imò vix natus erat Simon secundus, qui multis annis post Ptolemæum Philadelphum & Pontificem Eleazarum Pontifex demum creatus.

II. *Quas tres gentes odit Siracides* v. 27. & 28. ℞. Prima est Idumæorum, qui habitant *in monte Seir:* horum enim in Israëlem odium cœpit in Esau, primo eorum Patre, qui Jacobum fratrem ob præreptam sibi primogenituram, internecino odio est prosecutus, illud patris odium posteri non tantùm imbiberunt, sed & vehementer auxerunt. Secunda gens est Philistinorum; hi enim, vt ex libris Judicum & Regum constat, perpetuis bellis & cladibus affecerunt vexaveruntq; Israëlem. Tertia gens, quam summè odi, est Cuthæorum, siue Samaritanorum Judæis infensissimorum, quorum metropolis erat Sichem. Vnde de ea dicit, *Tertia autem gens non est gens, quam oderim*, quæ verba sic ordinanda sunt, q. d. *Tertia gens, quam oderim*, id est, quam meritò odisse debeam, *non est*, id est, non est digna gentis nomine.

CAPUT LI.

Laudat Ecclesiasticus DEum, qui ipsum è multis & magnis periculis eripuit. Commendat omnibus studium cælestis sapientiæ.

QUæstio I. *Quæ sunt portæ tribulationum* v. 5.? ℞. Portæ sunt ingressus, incursus, irruptiones densæ tribulationum: sicut enim per portas hostis irrumpens in vrbem, eam ferro flammaq; vastat; sic dum portas tribulationum in aliquem laxat aperitq; DEus, illæ facto agmine irruunt, eumq; prosternunt & obruunt. Alludit ad irruptiones militum Ptolemæi in Jerusalem, per portas vi & dolo apertas: hi enim vti vrbem, ita Siracidis domum & familiam vastare satagebant, sed DEus eum protexit & liberauit.

II. *Quis est fluxus mortis, seu quæ est mors defluens* v. 13. *Pro morte defluente deprecatus sum?* ℞. Mors defluens dicitur, quæ in omnes defluit & dilabitur, q. d. deprecatus sum ne raperer vorticibus mortis successiuè in omnes, sed hoc tempore in me defluentis: sicut enim mare, fluuius, vel torrens exæstuans & exundans, nunc huc defluens, nunc illuc, sensim omnes & omnia abripit; sic mors nunc in hunc defluit, eumq; abripit, nunc in illum; itaq; sensim omnes aufert. Vel mors dicitur defluens per hypallagen, quia omnes homines pedetentim in eam defluunt & dilabuntur: *Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur in terram, quæ non revertuntur.* 2. Reg. 14. 14.

III. *Quomodo sapientia in Siracide effloruit tamquam præcox vua* v. 20.? ℞. Vult dicere; Sapientia ante tempus in me florem & fructum protulit, eoq; mirè me pauit & oblectauit, vti solent vuæ præcoquæ, scil. quæ ante alias maturescunt, siuè primò & ante tempus maturæ sicut enim vuæ continent vinum, quod totum hominem reficit, roborat, lætificat, viuificat: sic sapientia continet vinum spirituale, quod mentem DEi cognitione & amore implet & inebriat. Igitur sapientia in me *effloruit tamquam præcox vua*; quia præcox ingenium, præcox sapientiæ studium, præcocem sapientiæ fructum & præmaturum sensum mihi pepererunt; cùm alij vel pueri, vel adolescentes nimiùm immaturi, nimiumq; acerbi in sapientiæ studio tunc temporis inueniri soleant.



IN-

INDEX

Rerum præcipuarum, quæ hac priore parte Quæſtionum Exegeticarum Veteris teſtamenti continentur.

A.

Index

Aquæ

Rerum.

B

C

Cada-

Diui-

G.

394

Gradus

Rerum.

Non

L.

M.

Male-

Rerum.

P.

Q.

R.

Rerum.

S.

T.

V.

Rerum.

FINIS.